

13-20.6.21

AVGVSTINVS BARBOSA,

I.V.D. LVSITANVS,

EPISCOPVS VGENTINVS,

DE

OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI.

AVGVSTINI BARBOSÆ,
V.I.D. LVSITANI,
PROTONOTARII APOSTOLICI,
OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS CONSVLTORIS,
& insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij maioris,
NVNC VERO EPISCOPI VGENTINI,
& à Consilijs D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici,

PASTORALIS SOLICITVDINIS,
SIVE
DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI,
TRIPARTITA DESCRIPTIO.

Nunc vltimùm ab ipso Auctore recognita, varijs resolutionibus exornata, & multis Doctorum citationibus, alijsque accessionibus illustrata.

Quæ totó hoc Opere contineantur, sequens pagina indicabit.



LVGDVNI,
Sumptib. Philippi Borde, Laurentij Arnaud, & Claudij Rigaud.
M. DC. L.

PARTE PRIMA CONTINENTVR

INDICVLI NONNVLLI.

Episcoporum institutio, electio, consecratio, munus; Patriarchalium Sedium erectio, & Archiepiscopalis præstantia.

PARTE SECVNDA.

Omnia quæ ad Episcopi potestatem, tam quoad Sacramenta, & Ordines conferendos, quàm quoad dispensationes elargiendas pertinent.

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

PARTE TERTIA.

Quicquid ad casuum reseruationem, residentiam Episcopalem, beneficiorum collationem, Ecclesiarum visitationem, Vicarij constitutionem, monitoriorum concessionem, denique ad totius iurisdictionis exercitium, etiam in Regulares, & exemptos, eorúmque conseruatores pertinet.

FORMVLARIVM EPISCOPALE.

BVLLÆ, CONSTITVTIONES, ET DECRETA SVMMORVM PONTIFICVM.

MARIÆ, VITÆ EXORDIO, CVRSV, DECESSV, VNICO PRIMÆVÆ SANCTITATIS EXEMPLO,

OMNIPOTENTIS DEI MATRI,
SPONSÆ, FILIÆ GRATISSIMÆ,

ANTE PARTVM, IN PARTV,
POST PARTVM PVRISSIMÆ,

IPSIVS DEI VERÆ MATRI,
MYSTICÆ VIVENTIVM, ADOPTIVÆ MORTALIVM,

TER SANCTÆ, TER GRATÆ,
TER VIRGINI, TER MATRI,

VIMARANENSIS ECCLESIÆ,
SVA AB OLIVA, QVAM MIRE EDIDIT,
PATRONÆ PACIFICÆ,

AVGVSTINVS BARBOSA, VIMARANENSIS,
& eiusdem Ecclesiæ Thesaurarius major, D. D.



PROSPHONETICON AVCTORIS

DOMINÆ DEIPARÆ VIMARANENSI, QVÆ VVLGO DICITVR AB OLIVA.


LÆTA mihi figuanda dies adamante perenni,
Insolito iubare exoritur, ter maxima Virgo,
Virgo Dei genitrix, qua te tuus ille minoram,
Vt minimus TIMARANE tua AVGVSTINVS in Vrbe
Altus, & ipse tua sub tegmine adultus OLIVÆ,
Hinc, vbi Mauortem superans, patrioque reeingens
Robore pacipotens toto caput extulit Orbe.
Relligio, teiter Dominam, agnoscamque pusillo
Munere. Pacis ego in regno, mea pacis adoro
Numina, vos dulces veneror, mea cura, penates.
Primauos Vimarane suos extollat honores:
Iactet Hyperboreis creuisse ab origine Gothis
Mœnia; Lusiadumque olim ditionis habenas
Belligera tractasse manu, primumque parentis
Ex vtero cœpisse sinu, qui lucida prima
Sceptra tulit Lusis; ferosque subinde nepotes,
Imperiúmque pateus latè dedit, hoste repulso:
Qui quoque post vno victos certamine Reges
Quinque simul, monstrante Polo, vexilla salutis,
Stemma Dei quinas referens ex ordine plagas
Obtinuit. Nulli sophia, & pietate secundum
Decantet Damasum, & tanto se iactet alumno,
Qui quondam summo Petri in temone resedit,
Et secure piam tumido egit in aquore cymbam.
Torquatus sit in ore frequens, Iacobe, tibi ingens
Assecla, qui tecum terras penetraait Iberas:
Et vicina tenax sacri monimenta sepulchri
Commemoret pietas. Gualteri nobile bastum,
Gualteri, qui signifers cælestis amicum
Francisci texit latus, & vestigia pressit,
Suspiciat. Mille inde canat miracula rerum:
Omnia iure suo celebret, miretur, honoret,
Magna: quid hac tamen ad speciem immortalis Oliuam
Pacis, hamo quam vt, VIRGO, tibi VIMARANE sacrares,
Arenti penetrante solum (mirabile) ligno,
Surgere iussisti? Testis domus aurea, quam Rex
Lusitanoram hoc Ioannes nomine Primus
Condidit, ac multos, qui sanctam altare ministros
Excolerent, modulisque alternis Sacra referrent
Carmina, constituit, censuque & honore beauit.
Testis OLIVA sacrá qua omnes complectitur vmbrâ.
Vnde vetus famam peperit, noménque per Orbem
Seruat adhuc templum: Pacis quod dicere templum
Iure queas: veniam vnde sais pacémque vocata
Æthercam diuina parent partitur alumnis.
Fabula narratur Tritonida nomen Athenis
Imposuisse, sibi propriasque dicasse, virenti
Cum quatiens terram frondescere fecit, Oliua.
Luce migrans nox euanescat: inania cedant
Historiæ figmenta, & OLIVÆ cedat Oliua;
Palladis illa, MARIÆ hæc, hæc sacra, illa profana:
Illa quidem ficta, vera hæc mihi pacis imago.
O felix vna ante alias VIMARANIS OLIVA,
O vmbras vna ante alias spatiosior Vmbra,
Qua procul à patria, Ausoniisque moratus in oris
Attingor, fouéorque. Alma nouus incola Roma
Vix ex mense recens vocor ad tua limina, & vltro
Qui magnas sacra adis opes tuéarque, tegámque
Eligor. Agnosco munus; memoríque rependo
Munere, non quia me veterique, nouoque leuari
Mancipio, nexúque patem: sed vt inde fateri
Me vinctum incipiam. Ergo tui Regina clientis
Accipere hos sacros ne dedignere labores.

VRBA



VRBANO VIII. PONTIF. OPT. MAX.

AVGVSTINVS BARBOSA, LVSITANVS.



D quem verò me vertam in terra post adoratam in cœlo MARIAM? aut cui librum iam olim illi iure dicatum, nunc denuò sesqui amplius auctum præbeam, qui ipsius nomine iustè capiat? Beatitudini tuæ, VRBANE, qui summi Mariæ filij summus Vicarius, summæque illius potestatis sequester summus, sed & summorum Pastorum summus Pastor spem hominum omnem cœlesti fauore conceptam re secundare solus terrestri labore potes. Quam ego nec aliam concepi, neque aliter secundandam oro, quàm vt quos vna iungit Religio, vno Religionis intuitu prosequaris orantes. Quo

ita te Deus Pater amet agentem, ita & Deipara ipſa Deo te Filio commendet oratori fauentem, ita & Deus Spiritus regat ſupra terram in ſæcula, vt & in cælum poſt ſecula aſſumat ouantem. Vale.

A D



AD LECTOREM.



RÆTER illud commune desiderium, quo omnes Catholicæ, & Romanæ pietatis effusi vbique terrarum riuuli in fontem, capútque nostrum confluendi ferimur: nihilominus mei Olyssipone discessus, Romámque appulsus, eius Curiæ formam, praxímque addiscendi, librorum notitiam comparandi, meósque edendi in lucem singulare studium in causa fuit. Subinde igitur quandam Pontificij Iuris vniuersi breuem æquè, ac dilucidam interpretationem, in tres Tomos diuisam, typis mandare decreui. Itaque Illustrissimi D. Cardinalis MILLINI gratia adiutus, qui, quem omnes litterarum studiosi patronum semper, & auctorem experti sunt, in me solida benignitate vsus, hanc editionem ita protegere, & promouere cœpit, vt omnia quàm breuissimè volumina discuti, recognosci, & approbari fecerit, atque etiam, ne quid ad impressionem prosequendam mihi deesset, idem Dominus meus ex felic. mem. PAVLO V. Thesaurarij Majoris insignis Ecclesiæ Vimaranensis patriæ meæ dignitatem, cùm adhuc recens (vix enim mensem peregeram) in Vrbe essem, mihi obtinuit. Quamquam verò officio residendi, amore Patriæ, propinquorum, & amicorum litteris, & potissimùm controuersia, quæ mihi isthic coorta est, vehementer abducerer: tamen quoad mei huiusmodi labores publicarentur, remanere constitui, veritus ne si infecta re proficiscerer, potiùs meo inseruiendi commodo, quàm libros excudendi causa venisse Romam viderer. Quamobrem noctu in eorum lucubratione, diéque ad prælum assiduus fui. Quamuis autem illa Pontificij iuris exire in lucem priùs debuisset; tamen quòd hoc DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI opus esset exiguum, & ab amicis, quòd materia in foro Ecclesiastico trita & agitabilis foret, flagitatum, breui illud absolui; totum quidem, vt ex lectione manifestum erit, in hac Curia elaboratum. Quæ cùm ita sint, si quid fortè defecerit, id certè & ætati meæ non adeò prolixæ, & celeritati, qua excusum est, ignoscendum; omninò quidem in iure, quod promisi, Canonico, & cæteris, quæ annorum maturitate, studiorum accessione, & huius Curiæ praxi prouectior edidero, compensandum. Quæ de Collectaneis super Iure Canonico edendis promisi, opere iam compleui. Ad Collectanea in Ius Ciuile vniuersum, animum applicans duos priores tomos in Codicem Iustiniani in lucem edidi, sed modò in hac Matritensi Curia negotiorum mole præpeditus, studiis vacare non potui, nec vt in reliquos Iuris Ciuilis tomos vltimam manum imponerem, tempus aderat; si quod verò inter negotiandum superat, in hoc tractatu reuidendo consumpsi, eúmque variis resolutionibus, & Doctorum citationibus illustraui: quibus bone Lector fruere & me tui amantem redama. VALE.

Imprimatur.

Imprimatur. Si videbitur Reuerend. P. M. Sacri Palatij Apost.
A. Episc Hieracen. Vicesg.

EGo Marcus Antonius Petilius V. I D. ad Reuerendissimi P. F. Nicolai Ridolfij Ordinis Prædicatorum S. Apostolici Palatij Magistri mandatum, præsens opus, cui titulus, PASTORALIS SOLICITVDINIS, siue DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI tripartita descriptio, Auctore Augustino Barbosa I.V.D Lusitano, &c. relegi, & in eo nihil deprehendi Catholicæ Religioni, aut bonis moribus aduersans, quin potiùs proba omnia, veluti à probo viro elaborata, ipsius Domini Augustini nominis celebritatem, & doctrinam insignem magis commendant ad publicam omnium vtilitatem.

MARCVS ANTON. PETILIVS qui suprà.

Imprimatur. F. Vincentius Martinellus Soc. Reuerend. P. F. Nicolai Ridolfij Ord. Prædicat. S. Apost. Palat. Magistri.

Imprimatur. Si videbitur Reuerend. P. Magistri S. Palatij Apost.
A. Episc. Bellicastren. Vicesg.

EGo Melchior Lotterius I.V.D. de mandato Reuerendissimi P. F. Nicolai Ridolfij S. Apostolici Palatij Magistri perlegi hasce Additiones ad tractatum DE OFFICIO EPISCOPI, compositas per D. Augustinum Barbosam I.V. D. Lusitanum, eiusdem tractatus Auctorem, nihilque in eis reperi quod bonis moribus, aut Fidei Catholicæ aduersetur, vnde & typis publicis excudi censeo. In quorum fidem me propria manu subscripsi, Romæ pridie Kalendas Maij 1628.

MELCHIOR LOTTERIVS.

Imprimatur. Fr. Nicolaus Ridolfius Ordinis Prædicatorum, Sacri Apost. Palatij Magister.

APPROBATIO.

AVgustini Barbosæ, DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI TRACTATVS, iam antea impressus, nunc verò plus quàm tertia parte auctus, cùm in illo omnia sana sint, & nihil quod à fide discrepet habeat, in commune bonum & commodum in lucem prodibit, & ita sentimus. Lugduni 27. Martij 1641.

Fr. CL. COCHET, Magister & Prior Præd. Lugd.

Fr. IOANNES TESTE FORT, S. Theologiæ Doctor.

Priuile

Priuilegium Summi Pontificis.



RBANVS VIII. SERVVS SERVORVM DEI, ad futuram rei memoriam. Romanum decet Pontificem personas litterarum scientiis prædítas, ac maximis, longis, immensisque laboribus in componendis, & edendis libris, ex quibus Respubl. Christiana incrementum suscipiat, indefessas, prærogatiuis, & gratiis singularibus cohonestare, quò feruentiùs in eisdem laboribus persistant, atque alij eorum exemplo ad huiusce generis virtutes peramplius excitentur. Cùm itaque, sicut accepimus, dilectus filius Augustinus Barbosa Presbyter Bracharensis, Iuris vtriusque Doctor, spatio plurium annorum ad Catholicæ fidei propagationem, Sedisque Apost. exaltationem libellum *de Dictionibus, & Clausulis*; deinde Tractatum, cui titulus est, *Pastoralis sollicitudinis*, siue *de Officio, & Potestate Episcopi tripartita descriptio*, & nouissimè Opus quoddam vniuersæ Christianæ Reipub. vtile, & necessarium, nuncupatum, *Collectanea Doctorum, tam veterum, &c super quinque priores Decretalium libros, duobus tomis distincta*, sub nostris auspiciis hac in Vrbe in lucem ediderit. Nunc verò alia opera quinque, videlicet *Selectas Iuris Canonici interpretationes*, addendas dictis Collectaneis Doctorum super quinque priores Decretalium libros, necnon Additiones quasdam ad dictum tractatum de officio, & Potestate Episcopi, ac etiam prædictorum Collectaneorum Tomum tertium super Sextum, Clementinas, & Extrauagantes, ac selectiora Decreti Capitula, & successiuè Quartum, Quintum, & Sextum tomos super Ius Ciuile vniuersum, necnon tractatum de Clauium potestate, & denique Canonicarum quæstionum libros quinque, ad publicam omnium, & præsertim Iuris studiosorum vtilitatem, & commoditatem imprimi facere intendat, in quibus componendis multum laboris, & expensarum impendit. Verùm dubitat ne alij ex alieno labore lucrum quærentes, volumina, tractatus, & opera huiusmodi, tam edita, quàm edenda imprimere, seu reimprimere præsumant in magnum sui præiudicium Nos idcircò prædicti Augustini indemnitati, vt par est, hac in parte prouidere, eumque intuitu, & contemplatione tot laborum specialis gratiæ fauore prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes. MOTV PROPRIO, non ad ipsius Augustini, vel alterius pro eo super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera voluntate, & certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine eidem Augustino pro se, & hæredibus, ac successoribus suis quibuscunque, vt ad viginti annos quoad iam edita à data præsentium, quo verò ad alia suprà expressa, dummodo tamen prius iuxta formam Sacri Concilij Tridentini examinata, & approbata fuerint, edenda in lucem opera ab eorum etiam cum annotationibus, & additionibus impressione numerandos, nemo prorsus tam in Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè subiectus, quàm etiam citra, vel vltra Montes existens prædicta omnia, & singula volumina, tractatus, & opera in toto, vel in parte, etiam cum additionibus, vel annotationibus, aut aliàs quouis modo sine speciali dicti Augustini, eiusque hæredum, & successorum eorundem, vel ab eis ius habentium, licentia in scriptis habita, imprimere, seu reimprimere, aut ab aliis imprimi, seu reimprimi facere, aut impressa, seu reimpressa vendere, vel venalia habere, proponere, aut aliàs edere, vel euulgare, aut etiam pro vsu proprio habere, vel tenere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea omnibus, & singulis typographis, bibliopolis, & librorum impressoribus, aliisque quibusuis personis quauis auctoritate, & facultate fulgentibus, tam in statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè subiectis, quàm etiam citra, & vltra Montes existentibus sub excommunicationis, à qua contrauenientes, nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeant, & quingentorum Ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum pœnis, toties quoties contrauentum fuerit, ipso facto, & absque declaratione vlla incurrendis pro vna Augustino, eiusque hæredibus, & successoribus prædictis, ac ius ab eis habentibus huiusmodi, pro altera verò Cameræ nostræ Apostolicæ applicandis, & irremissibiliter exigendis, ne durante tempore viginti, vt suprà computandorum huiusmodi tractatus, volumina, seu opera, aut eorum quouis, in toto, vel in parte, etiam cum additionibus, & annotationibus, aut aliàs quouis modo, seu mutato titulo absque speciali Augustini eiusque hæredum, & successorum, vel ab eis ius habentium prædictorum licentia in scriptis habita imprimere, seu reimprimere, vel imprimi, seu reimprimi facere, aut venalia habere, proponere, seu aliàs edere, vel euulgare, seu quouis modo clam,

vel


vel palàm distrahere, aut pro vsu proprio tenere quoquomodo audeant, seu præsumant. Mandantes insuper vniuersis, atque etiam singulis Legatis diræ Sedis, eiusque ditionis Gubernatoribus, & aliis Iustitiæ ministris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis vbique existentibus, vt quoties pro Augustini, ac hæredum & successorum, iusque ab eis habentium prædictorum parte requisiti fuerint, vel eorum aliquis requisitus fuerit, illius efficacis defensionis præsidio assistentes præmissa omnia ad omnem Augustini, & hæredum, ac successorum, iusque ab eis habentium prædictorum requisitione contra inobedientes, & rebelles pœnas prædictas irremissibiliter exequantur, implorato, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, ordinationibus, statutis, & consuetudinibus, etiam Iuramentis, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & forma, ac cum quibuscumque clausulis, & decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamsi pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hæc seruanda foret, ipsis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expressè MOTV SIMILI DEROGAMVS, cæterisque contrariis quibuscumque Et quia difficile foret præsentes litteras ad quælibet loca deferri, volumus, & similiter Apostolica auctoritate decernimus, quòd illarum transumptis, etiam in ipsis voluminibus, & operibus, ac eorum quouis impressis, eadem in iudicio, & extra illud fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, inhibitionis, mandati, & derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, sexcentesimo vigesimo sexto, quintodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Locus † sigilli plumbei. *Regist. fol. 1. lib. 4.*

VIRTVTE supradicti Priuilegij à S. D. N. D. Vrbano diuina Prouidentia PAPA VIII. *mihi concessi, ego Augustinus Barbosa V. I. D. Lusitanus, D. Laurentio Durand Lugdunensi Bibliopolæ concedo vt tractatus de Officio, & Potestate Episcopi, & de Clausulis, & dictionibus vsufrequentioribus imprimere, & vendere possit. Datum Romæ die 4. Aprilis 1628.*

Ita ego AVGVSTINVS BARBOSA, *manu propria.*

INDICV



INDICVLVS

Eorum, qui de re pertinente ad dignitatem, officium & poteſtatem Epiſcopi, tractârunt.



PHORISMATA Epiſcopalia ſcripſit *Scipio de Rubeis.*
de ſacra Auctoritate Epiſcoporum *Ioan. Fileſacus.*
de Cauſis Epiſcoporum maioribus, & rerum capitalium ad Papam deferendis, *Lælius Iordanus.*
de Conſecratione Epiſcopi *Staniſlaus Socolouius.*
de Dignitate Epiſcoporum *Troylus Maluetius, & Iacobus Simanchas.*
Enchiridion Epiſcoporum edidit *Bartholomæus Gauantus.*
de Epiſcopis, & miniſtris Eccleſiaſticis *Alphonſus Madrigal.*
de Erectione Epiſcopatuum in Belgio *Arnoldus Alaluenſis.*
de Examine Epiſcoporum *Hieronymus Venero, & Leua.*
de Fugâ Epiſcopi, ſeu Epiſcoporum ſpeculum, *Rutilius Benzonius.*
de Inſtitutione Epiſcopi, ſeu Canon. Epiſcop. *Petr. Bleſenſis.*
de Iure Abbatum, cæterorumque Prælatorum, tam ſæcularium, quàm Regularium Epiſcopis inferiorum, *Aſcanius Tamburinus tribus Tomis.*
de Iuriſdictione Epiſcopi *Franciſcus Vargas.*
de Iuriſdictionis Epiſcopalis defenſione *Antonius de Pratis.*
de Officio Epiſcopi *Guibertus de Tornaco.*
de Officio, & poteſtate Epiſcopi, *Ioannes Bertachinus, & Bartholomæus Vgolinus.*
de Officio, & poteſtate Vicarij Epiſcopi, *Iacobus Sbrozzius.*
de Optimo Epiſcopo per dialogos diſſeruit *Ioannes Baptiſta Signius.*
de Ordine, iuriſdictione, & reſidentia Epiſcoporum, *Antonius Paganus.*
de Penſionibus Epiſcoporum *Camillus Cautius.*
de Poteſtate Epiſcoporum, Abbatum, aliorumque Prælatorum, præſertim Regularium, necnon Abbatiſſarum, *Fr. Steph. Daluin.*
de Poteſtate Epiſcoporum circa inquirenda, & punienda crimina in ſuis Diœceſibus commiſſa, *Ioſeph. Vela.*
de Præcellentia Epiſcopalis dignitatis *Mauritius de Alzedo.*
Praxim Epiſcopalem ediderunt *Paulus Piaſecius, & Thomas Zerola.*
de Reſidentia Epiſcoporum *Thom. Caietan. Barth. Carranza, Hieron. Gigas, Iac. Naclantus, Dominic. Soto, & Ambroſius Catharinus.*
de Statu, & munere Epiſcopali, *Lælius Zecchius.*
de Statutis Epiſcoporum *Henric. Bottæus.*
de Epiſcopis Titularibus *Hieronymus Vielmius.*



CATALOGVS

Auctorum, qui in hoc Opere citantur.

A

GILLEBERT. *Abbas.*
Thomas *Aetius.*
Adrianus Papa.
Benedictus *Ægidius,* Lusit.
Matthæus de *Afflictis.*
Michaël *Aggia.*
Petrus *Alagona* Societ. Iesu.
Alordus *Alaruensis.*
Ioannes Hieronymus *Albanus.*
Albernoz.
Arnoldus *Albertinus.*
Aloysius de *Albertis.*
Albertus Magnus.
Andreas *Alciatus.*
Franciscus *Alcoçer.*
Petrus de *Alcoçer.*
Syluester *Aldobrandinus.*
Bernardus *Aldrete.*
Ioannes *Aldrete* Societ. Iesu.
Iacobus *Alemannus.*
Alexander de *Ales.*
Clemens *Alexandrinus.*
Dionysius *Alexandrinus.*
Alexander ab Alexandro.
Guilielmus *Alotus.*
Bernardinus *Alphanus.*
Balthasar *Altamiranus.*
Marius *Alterius.*
Iacobus *Aluaretus.*
Alphonsus *Aluarez Guerrero.*
Blasius *Aluarez Mirabel.*
Didacus *Aluarez.*
Emmanuel *Auarez*, Lusitan. Societ. Iesu.
Stephanus *d'Aluin.*
Mauritius de *Alzedo.*
Marcus Antonius de *Amatis.*
Francisc. de *Amaya.*
Alexander *Ambrosinus.*
Ouidius de *Amicis.*
Ioannes de *Anania.*
Petrus *Ancharanus.*
Ioannes *Andreas.*
Martinus *Andreas.*
Bartholomæus ab *Angelo.*
Balthazar ab *Angelis.*
Ludouicus ab *Angelis*, Lusit.
Antonius *Angelus,* Gratus.
Iosephus *Angles.*
Christophorus *Anguianus.*
Fabius de *Anna.*
Vincentius de *Anna.*
Michaël *Añinon.*
Abbas *Antiquus.*
S. *Antoninus* Archiep. Florent.
Donat. *Antoninus de Marinis.*
Marius *Antoninus* Maceraté.
Ioannes Baptista *Antonuccius.*
Matthæus *Apicella.*
Petrus *Apono.*
S. Thomas *Aquinas.*
Franciscus de *Araujo.*
Archidiaconus Bononiensis.
Ioannes de *Ardinzone.*
Iacobus de *Arena.*
Angelus *Aretinus.*
Franciscus *Aretinus.*
Cæsar *Argelus.*
Gonçalus *Argote de Molina.*
Ioannes de *Arias.*
Augustinus *Ariminensis.*
Nicolaus *Ariminensis.*
Henricus *Arnaldus.*
Leo *Alatius.*
Didacus de *Arroyo.*
Ioannes Baptista *Asinius.*
S. *Asterius.*
S. *Athanasius.*
Petrus Nuñez de *Auendaño.*
Stephanus *Aufrerius.*
Prosper de *Augustino.*
S. *Augustinus.*
Antonius *Augustinus.*
Stephanus de *Auila* Soc. Iesu.
Philippus *Aureolus.*
Balthasar *Ayala.*
Martinus de *Ayala.*
Iacobus *Ayrer.*
Alphonsus *Azeuedo.*
Petrus *Aznarius.*
Ioannes *Azorius* Societ. Iesu.
Martin. *Azpilcueta* Nauarrus

B

Gaspar *Baeça.*
Ioannes *Balboa.*
Franciscus *Balduinus.*
Octauianus *Bammacarius.*
Dominicus *Bañes.*
Ioan. *Baptista* Lupus.
Andreas *Barbatia.*
Ioann. *Baptista* Asinius.
Arias *Barbosa,* Lusitan.
Emmanuel *Barbosa,* Lusitan.
Simon Vaz *Barbosa,* Lusitan.
Petrus *Barbosa,* Lusitan.
Eguinarius *Baro.*
Cæsar *Baronius,* Cardinalis.
Redemptor *Baranzanus.*
Ioannes de *Barros,* Lusitan.
Aloys. *Bariolus.*
Cæsar *Barzius.*
S. *Basilius.*
Albertus *Bassanus.*
Ludouicus de *Bauia.*
Martinus *Becanus.*
Franciscus *Becius.*
Venerabilis *Beda.*
Ludouicus de *Beia,* Lusit.
Ægidius *Bellamera.*
Petrus de *Bellapertica.*
Robertus *Bellarminus,* Card.
Bartholomæus *Bellencinus.*
Ioannes Maria *Belletus.*
Belloch.
Nicolaus *Bellonius.*
Antonius *Bellonus.*
Petrus *Bellonus.*
Petrus *Belluga.*
Laurentius *Bellus.*
Oliuerius *Beltraminus.*
Petrus *Beltrandus.*
Iacobus de *Beluiso.*
Iac. *Benechendorff.*
Guillelmus *Benedictus.*
Rofredus *Beneuentanus.*
Cornelius *Benincasius.*
Petrus *Beninsendus.*
Iacobus *Bennius.*
Rutilius *Benzonus.*
Philippus *Bergomas.*
Bermondus.
Ioannes Baptista *Bernardinus.*
S. *Bernardus.*
Oliuer *Bernart.*
Augustinus *Bercus.*
Ioannes *Bertachinus.*
Paulinus *Berti,* Lucensis.

Stephanus

Stephanus *Bertrandus.*
Bernardinus de *Bessa.*
Petrus Antonius *Beuter.*
Antonius *Biaggius.*
Petrus de *Biaxio.*
Gabriel *Biel.*
Camillus *Bilotta.*
Petrus *Bimius.*
Laurentius *Bimius.*
Laurentius *de Binnis.*
Petrus *Binsfeld.*
Fructuosus *Bisbe.*
Franciscus *Blancus.*
Marcus Antonius *Blancus.*
Baptista de *S.Blasio.*
Petrus *Blensensis.*
Andreas *Bobadilla.*
Castillo *Bobadilla.*
Hieronymus *Bocerus.*
Virgilius *Boccacius.*
Nicolaus *Boerius.*
Hieronymus *Bœkelius.*
Petrus *Bollus.*
Albertus *Bolognesus.*
Ludouicus *Bologninus.*
Bened *Bommasbaius.*
Martinus *Bonacina.*
Hippolytus *Bonacosa.*
Homobonus de *Bonis.*
Sigismundus à *Bononia.*
Marcellus *Bonus.*
Ioannes *Borebolt.*
Camillus *Borrellus.*
Ignatius *Borace.*
Ægidius *Bossius.*
Iacobus *Bossius.*
Ioannes Angelus *Bossius.*
Henricus *Bosteus.*
Ioannes *Botterus.*
Cæsar *Botton.*
Bouerius
Thomas *Bozius.*
Ioannes *Brachæus.*
Sebastianus *Brantius.*
Henricus *Brenlaus.*
Barnabas *Brissonius.*
Bernardinus de *Britto*, Lusit.
Didacus de *Britto*, Lusitan.
Ioannes *Briz Martinez.*
Ioannes *Brunellus.*
Conradus *Brunus.*
Matthæus *Brunus.*
Vincentius *Brunus.*
Hieronymus *Buccaronius.*
Guilielmus *Budæus.*
Mathæus *Burattus.*
Antonius *Burgos.*
Franciscus *Bursatus.*
Ioannes *Bursatus.*
Bernardus *Busto.*
Barbos. de Episcopo.

Antonius *Butrius.*
Iacobus de *Butrigariis.*
Abrahamus *Bzonius.*

C

Ioann. Baptista *Caballinus.*
Gaspar *Caballinus.*
Petrus *Caballus.*
Georgius de *Cabedo*, Lusit.
Petrus *Cabrera.*
Ioannes Baptista *Caccialupus.*
Octauianus *Cacheranus.*
Boschius *Cadeeba.*
Bartholomæus *Capola.*
Sebastianus *Cæsar*, Lusit.
Hieronymus *Cagnolus.*
Franciscus de *Caldas Pereira.*
Eduardus *Caldeira.*
Gaspar *Calderius.*
Ioannes *Calderinus.*
Ambrosius *Calepinus.*
Iac. *Calidonius.*
Michaël *Calidonius.*
Marcellus *Callaca.*
Vitalis de *Cambanis.*
Ioannes Hieronymus *Campanile.*
Thomas *Campanella.*
Ioannes *Campegius.*
Thomas *Cananus.*
Antonius de *Canario.*
Henricus *Canisius.*
Petrus *Canisius.*
Melchior *Cano.*
Benedictus *Canophilus.*
Didacus *Cantera.*
Claudius *Cantiuncula.*
Marcus Antonius *Capella.*
Ioannes Franciscus *Capiblanca.*
Ioannes de *Capistrano.*
Benedictus *Capra.*
Iulius Cæsar *Capuccius.*
Antonius *Capycius.*
Hieronymus *Carraneia.*
Ludouicus *Carbo.*
Hieron. *Cardanus.*
Horatius *Carpanus.*
Alphonsus *Carranza.*
Ludouicus *Carrerius*
Gaspar *Carrillo* de Villerpando.
Ioannes de *Carthagena.*
Prosper *Carauita.*
Thom. *Carlaualius.*
Vincentius *Carocius.*
Bartholomæus *Caranza.*
Franc. *Carpius.*
Camill. *Carosius.*
Alexander *Carrerius.*

Martinus *Carrillo.*
Bartholomæus *Carthagena.*
Martinus de *Cauarlho*, Lusit.
Ioannes Baptista *Casalis.*
Casarub.
Iacobus *Castellanus.*
Franciscus del *Castillo.*
Gaspar *Casalius*, Lusit.
Guillelmus *Cassadorus.*
Bartholomæus *Cassaneus.*
Alexander *Cassaueus.*
Ludouicus de *Cassanate.*
Restaurus *Castaldus.*
Didacus de *Castelon.*
Lucas *Castellinus.*
Didacus de *Castillo.*
Ferdinandus de *Castillo.*
Ioannes del *Castillo.*
Alphonsus de *Castro.*
Mendez à *Castro.*
Paulus de *Castro.*
Ferdinandus de *Castro Palao.* Societ Iesu.
Ambrosius *Catharinus.*
Catechismus Pij V.
Borgnius *Caualcanus.*
Horatius *Caualcanus.*
Iacobus *Caualerius*, Card.
Camillus *Cautius.*
Camillus *Celsus.*
Cornelius *Cenesus.*
Ludouicus *Cencius.*
Hieronymus *Cenedo.*
Petrus *Cenedo.*
Ioannes *Cephalus.*
Ioannes Ludouicus de la *Cerda.*
Hieronymus *Ceuallos.*
Matthæus *Cherianus.*
Domitius *Chamerota.*
Flaminius *Chartarius.*
Balthasar *Chauatius.*
Flauius *Cherubinus.*
Laertius *Cherubinus.*
Laurentius *Chirconius.*
Rhenatus *Chopinus.*
Petrus *Chrysologus.*
Ioannes *Chrysostomus.*
Paulus *Christinæus.*
Io. Bapt. *Ciarlinus.*
Paulus *Ciera.*
Michaël *Cifuentes.*
Paulus de *Citadinis.*
Iulius *Clarus.*
Angelus *Clauisius.*
Christophorus *Clauius.* Soc. Iesu.
Ascanius *Clemens.*
Iodoc. *Clicthoueus.*
S. Ioannes *Climacus.*

Ioannes Bapt. *Coccinus.*
Iodocus *Coccius.*
Erasmus à *Cochier.*
Ioannes *Cochier.*
Antonius *Coelho*, Lusitanus.
Matthias *Colerius.*
Bernardus *Comensis.*
Felicianus *Comensis.*
Paulus *Comitolus.*
Bernardus *Compostellanus.*
Franciscus *Conanus.*
Iacobus *Concinatius.*
Ioannes Baptista *Confetsius*
Ægidius *Coninck.* Societ. Iesu.
Francisens *Concius.*
Cæsar *Contardus.*
Felix *Contelorius.*
Antonius *Contius.*
Ioannes *Copus.*
Franciscus *Coquetius.*
Antonius Maria *Corasius.*
Petrus Michaël *Corbenel.*
Aurelius *Corbulus.*
Antonius *Corduba de Lara.*
Barnabas *Cornazanus.*
Petrus Philippus *Corneus.*
Ioannes *Corrasius.*
Antonius *Correa*, Lusitanus.
Ludouicus *Correa.* Lusit.
Antonius *Corsesus.*
Emmanuel de *Costa*, Lusitan.
Ioannes Baptista *Costa.*
Ioannes Martins à *Costa*, Lusitanus.
Iosephus à *Costa.*
Sebastianus *Costa*. Lusitanus.
Stephanus *Costa.*
Catellianus *Cota.*
Didacus *Couarruuias, y Leyua.*
Didacus do *Couso*, Lusitanus.
Michaël *Crassus.*
Aymon *Crauetta.*
Crescentius.
Petrus *Crespetius.*
Ioannes *Crosus,*
Hieron. à *Cruce.*
Ludouicus à *Cruce*, Lusit.
Ioannes de la *Cruz.*
Marcus Antonius *Cuchus.*
Iacobus *Cuiacius.*
Raphaël *Cumanus.*
Iosephus *Cumia.*
Rodericus à *Cunha*, Lusit. Primas Hispaniarum.
Laurentius *Cupers.*
Rodulphus *Cupers.*
Alphonsus *Cursel.*
Rochus de *Curse.*
Franciscus *Curtius.*
Quintus *Curtius,*
Marius *Cusellus.*
S. *Cyprianus.*

D

Stephanus *Daluin.*
Andreas *Dalerius.*
S. Ioannes *Damascenus.*
Iodocus *Damhouderus.*
Petrus *Damianus.*
Augustinus *Dauila.*
Tiberius *Decianus.*
Decisiones Rotæ.
Philippus *Decius.*
Antonius *Delre.*
Claud. *Deodatus.*
Paulus *Diaconus,*
Bernardus *Diaz.*
Blasius Flores *Diaz* de Mena.
Petr. *Diaz* Noguerol.
Ioannes *Dilectus.*
Marcellus *Donatus.*
Hugo *Donellus.*
Directorium Inquisitorum.
Iuniperus à *Drepano.*
Ioannes *Driedonius.*
Leonardus *Duardus.*
Franciscus *Duarenus.*
Petrus *Dueñas.*
Guillelmus *Durandus.*
Ioannes Stephanus *Durantes.*
Andr. *Dunalli.*

E

Paulus *Eleazarius.*
Episc. de *Elna.*
Henricus *Enriquez*, Lus. Soc. Iesu.
Petrus *Enriquez.*
Boëtius *Epo.*
Petr. da la *Esclara*, Gueuara.
Ioan. de *Escobar à Corro.*
Petrus Muñez de *Escobar.*
Gaspar *Estacius*, Lusit.
Nicolaus *Euerardus.*
Augustinus *Eugubinus.*
Andreas ab *Exea.*
Nicolaus *Eymericus.*

F

Antonius *Faber.*
Iacobus *Faber,*
Ioannes *Faber.*
Philippus *Faber.*
Anton. *Fabricius.*
Andreas *Fachineus.*
Stephanus *Fagundez*, Lusitan. Societ. Iesu.
Iañez *Faiardus.*
Æneas de *Falconibus.*
Ludouicus *Falconius.*
Martinus de *Fano.*
Emmanuel *Faria, y Sosa* Lusit.
Prosper *Farinacius.*
Franciscus *Felicianus.*
Hect or *Felicius.*
Ioan. Franc. *Ferentilius.*
Antonius *Fernandez*, Lusit.
Benedictus *Fernandez*, Lusit. Societ. Iesu.
Hieronymus *Fernandez*, de Ottero.
Baptista *Ferrariensis.*
Ioannes Petrus de *Ferrariis.*
Ioannes *Ferrarius.*
Franc. *Ferrer.*
Maurus *Ferrer.*
Æmilius *Ferretus.*
Ioannes Baptista *Ferretus,*
Iulius Camillus *Ferretus.*
Ioannes *Ferus.*
Michaël *Ferrus.*
Nicolaus *Festasius.*
Marsilius *Ficinus.*
Seraphinus de *Freitas* Lusit.
Emmanual *Figueira*, Lusit.
Ioannes *Filesacus.*
Vincentius *Filliucius.*
Ioannes Donatus à *Fina.*
Lactantius *Fiuellus.*
Ioannes Baptista *Finus.*
Lactantius *Firmianus,*
Lucas *Floronus.*
Lucius *Florus.*
Lazarus *Fænusius.*
Petrus *Fænusius.*
Ioannes Petrus *Fontanella.*
Stephanus *Forcatulus.*
Franciscus *Foreiro*, Lusit.
Martinus *Fornarius.*
Valentinus *Forster.*
Augustinus *Fortunius.*
Baptista *Fragoso*, Lusit.
Lauretus de *Franchis.*
Vincentius de *Franchis.*
Marcellus *Francolinus.*
Philippus *Francus.*
Valentinus *Francus.*
Paulus *Fraxinellus.*
Martinus *Freccia.*
Anton. de *Fuertes.*
Raphaël *Fulgosius.*
Bartholomæus *Fumus*, Armila.
Vincentius *Fusarius.*
Paulus *Fuscus.*

G

Antonius *Gabriel.*
Hieronymus *Gabriel.*
Stephanus de *Gaëta.*
Ioannes *Gagnaus.*

Andreas

Catalogus Auctorum.

Andreas *Gail.*
Franciscus *Galetus.*
Leander *Galganettus.*
Petrus *Galleracius.*
Camillus *Gallinus.*
Æmil.*Gallus.*
Antonius *Gama*,Lusit.
Horatius *Gambacarta.*
Petrus Andreas *Gambara.*
Barthol.*Gauantus.*
Gammachæus.
Henricus *Gandauensis.*
Didaeus *Garcia* de Trasmiera.
Fortunius *Garcia.*
Franciscus *Garcia.*
Gregorius *Garcia.*
Ioannes *Garcia.*
Martinus *Garcia.*
Nicolaus *Garcia.*
Stephanus *Garibai.*
Aulus *Gellius.*
Ioannes *Geminianus.*
Dominicus de *S.Geminiano.*
Nellus de *S.Geminiano.*
Cornel.*Gemma.*
Genebrardus.
Nicolaus *Genoa.*
Marcus Antonius *Genuensis.*
Franciscus *Georgius.*
Anastasius *Germonius.*
Franciscus *Ghislertus.*
Hieronymus *Giach.*
Hieronymus *Gigas.*
Giouagno Lusit.
Bartholomæus *Gipsius.*
Garcia *Gironda.*
Maius *Giurba.*
Octauius *Gloritius.*
Damianus *Goes.*
Antonius *Gomez.*
Balthasar *Gomesius* da Amescua.
Emmanuel *Gomez Cardoso*, Lusitan.
Ludouicus *Gomez*,Episc.Sarn.
Michaël *Gomes*,de Arellano.
Sebastianus *Gomez de Figueiredo*,Lusit.
Ramigius de *Conni.*
Franciscus *Gonzaga.*
Hieronymus *Gonzales.*
Iosephus *Gonzales.*
Antonius de *Gouuea*,Lusit.
Antonius *Goueanus*,Lusit.
Ludouicus de *Graffiis.*
Donatus *Grammaticus.*
Thomas *Grammaticus.*
Ludouicus *Granada.*

Iacobus *Granado.*
Paulus *Granutius.*
Achilles de *Grassis.*
Carolus de *Grassis.*
Iacobus de *Grassis.*
Ioannes de *Grassis.*
Michaël *Grassas.*
Stephanus *Gratianus.*
Hieronymus *Gratus.*
Nicolaus Antonius *Grauatius.*
Gregorius XV.
Petrus de *Gregorio.*
Petrus *Gregorius Tholosanus.*
Iacobus *Gretserus.*
Bernardus *Greuaeus.*
Paulus *Grilandus.*
Grilenzonius.
Paulus *Grysaldus.*
Iacobus *Gualterus.*
Sebastianus *Guazinus.*
Antonius *Gueuara.*
Guido *Papa.*
Cosmas *Gaimier.*
Ioannes *Gutieres.*
Guzman.

H

Dionysius *Halicarnassaeus.*
Franciscus *Hallier.*
Ioannes *Harprecht.*
Henricus *Henriquez*,Lusit.
Franciscus *Hercalanus.*
Antonius *Heringias.*
Antonius de *Herrera.*
Ioannes Hieronymus de *Hencavolano.*
S.Hieronymus.
Alphonsus *Hojeda.*
Signorolus de *Homodeis.*
Antonius *Honcala.*
Vincentius *Hondedaeus.*
Ioannes *Honorius.*
Stanislaus *Hosius.*
Hostiensis,Cardin.
Bartholomæus *Humada.*
Gaspar *Hurtado.*

I

Dominicus *Iacobatius.*
Petrus *Iacobus* à Montepessulano.
Cornelius *Iansenius.*
Peregrinus *Ianninus.*
Thomas de *Iesu Maria.*
Iulius Cæsar *Imbrianus.*
Alexander de *Imola.*

Ioannes de *Imola.*
Ioannes de *Indagine.*
Nicolaus *Intriglioli.*
Lælius *Iordanus.*
Andreas *Isernia.*
S.Isidorus,Hispalen.
Aurelius de *Istria*,Sorba.
Marius *Italia.*

K

Melchior *Kling.*

L

Imola *Laderchias.*
Lancellotus Conradus.
Lancellotus Gallia.
Ioannes Paulus *Lancellotus.*
Robertus *Lancellotus.*
Hieronymus *Lanchus.*
Bernardus de *Landriano.*
Iulius *Landrinus.*
Iafredus *Lanfrancus.*
Lapus Abbas.
Cornelius à *Lapide.*
Camill.de *Laratha.*
Ioannes Baptista de *Larrea.*
Ignatius *Lasarte.*
Martinus *Laudensis.*
Paulus *Laudensis.*
Iulius *Laurius.*
Hieronymus *Laurentius.*
Valentius *Laurentius.*
Paulus *Laymann.*
Ioannes Baptista *Lazaanus.*
Petrus Antonius *Lazarius.*
Bartholomæus à *Ledesma.*
Martinus de *Ledesma.*
Petrus *Ledesma.*
Petrus *Ledesma.*
Leo Imp.
Benedictus *Leo.*
Hieronymus *Leo.*
Ioannes Franciscus *Leo.*
Alphonsus de *Leone.*
Basilius Pontius de *Leon.*
Ioannes Baptista *Leonellus.*
Paulus *Leon.*
Leonardus *Lessius.*
Petrus *Lenauder.*
Ioannes *Leuriel.*
Ioannes Baptista *Lezana.*
Andreas *Libanius.*
Ioannes de *Lignano.*
Iacobus *Liuius.*
Iustus *Lipsius.*
Hieronymus *Llmas.*
Garcia de *Loaysa.*

Athanasius de *Lobera*.
Eudoxius *Locatellus*.
Vmbertus *Locatus*.
Petrus *Lombardus*, Magister sentent.
Ioannes de *Londris*.
Franciscus *Longus à Goriolano*.
Augustinus *Lopez*.
Didacus *Lopez de Stunica*.
Gregorius *Lopez Madera*.
Lopez de Texeda.
Gregorius *Lopez de Touar*.
Ignatius *Lopez de Salzedo*.
Ludouicus *Lopez*.
Petrus de *Lorca*, Societ. Iesu.
Iodocus *Lortchius*.
Ioannes *Lorinus*, Societ. Iesu.
Melchior *Lotterius*.
Franciscus *Lucanus* de Parma.
Ioan. de *Lucena*, Lus. Soc. Iesu.
Iosephus *Ludouicus*
Ioannes de *Lugo*, Societ. Iesu.
Ioannes Baptista *Lupus*.
Ambrosius *Lutius*.
Horatius *Lusius*.
Stephanus de *Lycio*.

M

Maccabran.
Ioannes *Machado*.
Carolus *Macignus*.
Iulius Cæsar *Madius*.
Alphonsus *Madrigal*.
Cosmas *Magallanicus*, Lusitanus Societ. Iesu
Petr. Dominicus *Magdalenus*.
Hieronymus *Magius*.
Hieronymus *Magonius*.
Simon *Maiolus*.
Ioannes *Maior*.
Ioannes *Madderus*.
Ioannes *Maldonatus*, Lusitan. Societ. Iesu.
Petrus *Malferitus*.
Thomas à *Maluenda*.
Thomas *Maluesius*.
Troilus *Maluetius*.
Celsus *Mancinus*.
Vincentius *Mancinus*.
Hieronymus *Manfredus*.
Guillelmus de *Mandageto*.
Iacobus *Mandelus*.
Quintilianus *Mandosius*.
Victorinus *Mansus*.
Franciscus *Mantica*, Cardin.
Marcus *Mantua*.
Paulus *Manutius*.
Ioannes Petrus *Maphaes*, Societ. Iesu.
Robertus *Maranta*.
Carolus *Maransa*.
Christophorus *Marcellus*.
Ioannes Baptista *Marchesanus*.
Philib. *Marchinus*.
Franciscus *Marcus*.
Hercules *Marescottus*.
Ioannes *Maria Bellesus*.
Ioannes *Maria Monticellus*.
Ioannes *Maria Nouarius*.
Ioannes *Maria Politianus*.
Ioannes de *Mariana*.
Thomas de *Marino*.
Ludouicus *Marinus*.
Petrus *Marisius*, Lusit.
Ioannes *Marquez*.
Antonius de *Marinis*.
Hippolytus de *Marsiliis*.
Marcus Antonius *Marsilius Columna*.
Marta.
Gregorius *Martinez*.
Petrus Ludouicus *Martinez*.
Martinus Martius.
Alderanus *Mascardus*.
Iosephus *Mascardus*.
Antonius *Massa*, Galesius.
Ioannes Antonius *Massobrius*.
Garcia *Mastrillo*.
Angelus *Matheacius*.
Matthæus *Mathesilanus*.
Ioannes *Matienzo*.
Iac. Ant. de *Mauro*.
Pyrrhus *Maurus*.
Ioannes *Maurisius*.
Marcellus de *Mauro*.
Rabanus *Maurus*.
Philippus *Maynardus*.
Iason de *Mayno*.
Franciscus *Medices*.
Sebastianus *Medices*.
Bartholomæus *Medina*
Ioannes de *Medina*.
Michaël *Medina*.
Marcellus *Megala*.
Pomponius *Mela*.
Memoriale Clericorum.
Ferdinandus de *Menchaca*.
Emmanuel *Mendez de Castro*, Lusit.
Gonçalus *Mendez de Vasconcellos y Càbedo*, Lusit.
Alphonsus de *Mendosa*.
Ferdinandus de *Mendoça*.
Franciscus de *Mendoça*, Lusitanus Societ. Iesu.
Franciscus *Menesius*.
Iacobus *Menochius*.
Thomas de *Mercato*.
Didacus *Merlanes*.
Mercurialis *Merlinus*.
Marinus *Mersenus*.
Gaudentius *Merula*.
Georgius *Merulus*.
Martinus *Mesnarsius*.
Ludouicus *Messia*.
Ioannes *Metina*.
Petrus *Mexia*.
Ioannes *Moreno*.
Thomas *Mieres*.
Franciscus *Milanensis*.
Nicolaus *Milis*.
Ludouicus *Miranda*.
Balthasar *Mogollon*.
Ioannes *Mohedanus*.
Vincentius *Moles*.
Andreas *Molfesius*.
Ioannes Petrus *Molignatus*.
Franciscus *Molinus*.
Ludouicus *Molina* Theolog.
Ludouicus *Molina* Iurisconf.
Antonius *Monachus*.
Ioannes *Monachus*.
Petrus *Moncada*.
Ioannes Petrus *Moneta*.
Henricus *Monroi*.
Dominicus *Montagnolus*.
Fabianus de *Monte*.
Hieronymus de *Monse*.
Montealegre.
Nicolaus de *Monte Celso*.
Paulus de *Montepico*.
Martinus *Monter à Cuena*.
Gabriel *Monserozo Aluarado*.
Ludouicus *Montesinus*.
Sebastianus *Monticulus*.
Ioannes *Monsolinus*.
Hieronymus *Monsinus*.
Ambrosius *Morales*.
Petrus Augustinus *Morla*.
Augustinus *Morlanes*.
Isidorus *Mosconius*.
Didacus de la *Motsa*.
Emmanuel de *Moura*.
Petrus *Mozzsus*.
Aloysius *Mundella*.
Didacus *Murillo*.
Franciscus *Munos de Esconar*.
Bernardinus *Muscatellus*.
Marius *Muta*.
Dynus Muxellanus.

N

Sebastianus *Nenius*.
Antonius *Naldus*.

Alphon

Alphonſus *Narbona.*
Ioannes *Narbona.*
Didacus *Narbona.*
Gregorius *Natta.*
Marcus Antonius *Natta.*
Petrus *Nauarra.*
Petrus Fernandez *Nauarrete.*
Iacobus *Nauclantus.*
Ioannes *Nauclerus.*
S. Gregorius *Nazianzenus.*
Alphonſus à *Neapoli.*
Ælius Antonius *Nebriſſa.*
Antonius *Neguſancius.*
Nepos de Monte Albano.
Ioannes *Neuſanus.*
Alexander de *Neuo.*
S.Gregorius de *Nicenus.*
Ioannes *Nicolaus.*
Nicolaus Notarius S.Bernardi.
Ioannes *Nider.*
Niger Ciriacus.
Petrus Diez *Noguerol.*
Ioannes Antonius *Nouarius.*
Ioannes Maria *Nouar.*
Baldus *Nouellus.*
Iacobus *Nouellus.*
Didacus *Nuñez.*
Duardus *Nuñez.*

O

Odofredus.
Ioannes Martinus de *Olano.*
Antonius *Olibanus.*
Hieronymus *Onuphrius.*
Ambroſius de *Opizionibus.*
Lanfrancus de *Oriano.*
Nicolaus *Orlandinus.*
Sebaſtianus *Orozco.*
Ioannes *Orozco.*
Abrahamus *Ortelius.*
Ioannes Gaſpar *Ortigas.*
Franciſcus *Ortiz*,Lucius.
Hieronymus *Oſorius*,Luſit.
Ioannes *Otalora.*
Franciſcus *Othomanus.*
Hernandus de *Oxea.*

P

Chriſtophorus de *Pace.*
Gondiſaluus Soares de *Pace.*
Marchus Salon de *Pace.*
Fuluius *Pacianus.*
Statilius *Pacificus.*
Anton. Meneſes de *Padilla.*
Balthaſar *Paez*,Luſit.
Antonius *Paganus.*
Laurentius de *Palacio.*
Michaël de *Palacio.*
Gabriel *Paleothus*,Cardin.
Alphonſ. *Paleothus.*
Petrus *Paludanus.*
Ioſephus *Pamphilus.*
S.Raymundus de *Penafort.*
Guido *Pancirola.*
Abbas *Panormitanus.*
Onuphrius *Panuinus.*
Ioannes *Paponius.*
Flaminius *Pariſius.*
Petrus Paulus *Pariſius.*
Philippus *Paſcalius.*
Franc. *Patritius*,Senenſ.
Ioannes Franciſcus *Pauinus.*
Ioannes Baptiſta *Paulianus.*
Hieronymus *Paulus.*
Dionyſius *Paulus Lopys.*
Ferdinandus *Paez*,Luſit.
Petrus *Pechius.*
Achilles *Pedrocha*
Gaſpar *Pegado*,Luſit.
Ludouicus *Peguera.*
Laurent. de *Peirinis.*
Melchior *Pelaez.*
Aluarus *Pelagius*.Luſit.
Theodorus *Peltan.*
Iſidorus *Peluſiota.*
Franciſcus *Penia.*
Lucas de *Peña.*
Guillielmus *Penaldus.*
Gabriel *Penotus.*
Petrus *Peralta.*
Marcus Ant. *Peregrinus.*
Benedictus *Pereira*, Luſitanus Societ. Ieſu.
Gabriel *Pereira de Caſtro*, Luſitan.
Antonius *Perez.*
Didacus *Perez.*
Ildefonſus *Perez de Lara.*
Achilles *Perſonalis.*
Franciſcus *Perſonalis.*
Gaſpar *Peruſinus.*
Baldus de *Peruſio.*
Petrus de *Peruſio.*
Alexander *Peſantius.*
Antonius de *Petra.*
Petrus de *Petra*
Petrus Antonius à *Petra.*
Petrus Geraldus de *Petraſancta.*
Franciſcus *Petrarcha.*
Melchior *Phæbos*,Luſit.
Panucius de *Phanutiis.*
Hieron. *Pharonius.*
Coſmas *Philiarchus.*
Bartholomæus *Philippus*, Luſ.
Anton. *Piagius.*
Paulus *Piaſecius.*
Antonius *Pichardus.*
Georgius *Pictor.*
Ioan *Picus Mirandula.*
Albertus *Pighius.*
Ioan. *Pineda*,Societ. Ieſu.
Arias *Pinellus*,Luſit.
Benedictus *Pinellus*,Luſit.
Hector *Pinto*,Luſit.
Franciſcus de *Piſa.*
Andreas *Piſcaras*,Caſtaldus.
Ferdinandus *Pizarro.*
Franciſc de *Pitigianis.*
Thadæus *Piſo.*
Petrus *Plaça.*
Franciſcus *Planeta.*
Ioan. *Platea.*
Baptiſta *Plasina.*
Hieronymus *Plato.*
Ioannes Baptiſta *Plotus.*
Nicolaus *Plouaus.*
Plutarchus.
Gregorius *Polachus.*
Reginaldus *Polo.*
Lancelotos *Pobytus.*
Ludouicus *Pons.*
Arnaldus *Pontanus.*
Baptiſta *Pontanus.*
Iacobus *Pontanus.*
Amadæus à *Ponte.*
Io. Franciſcus à *Ponte.*
Ioannes à *Ponte.*
Ludouicus de la *Ponte.*
Oldradus de *Ponte.*
Laurent à *Porsel.*
Chriſtophorus *Portius.*
Iacobus *Portio.*
Iacobus *Portius Imola.*
Philippus *Portio.*
Hieronymus *Portoles.*
Ioannes Bapt. *Poſſeuinus.*
Ludouicus *Poſtius.*
Anton. de *Pratis.*
Simon de *Pratis.*
Gabriel *Prateolus.*
Franciſc. de *Prato.*
Philippus *Probus.*
Dominicus de *Pueronibus.*
Adrianus *Puluaus.*
Ioannes Frãciſcus *Purpuratus.*
Paris de *Puteo.*
Iacobus *Puteus.*

Q

Didacus *Quantera.*
Stephanus *Quaranta.*
Antonius de *Quebedo y hojos.*
Georgius de *Quebedo.*

** 4 Antonius

Catalogus Auctorum.

Antonius *Quesada*.
Antonius *Quintanadueñas*.
Marcus Fabius *Quintilianus*.
Ioannes *Quintinus*.
Gaspar *Quiroga*.

R

Ioannes de *Rada*.
Iacobus *Reuardus*.
Antonius *Ragucius*.
Iulius Cæsar *Rainerius*.
Theophilus *Raynaudus* Soc. Iesu.
Calixtus *Ramirez*.
Manuel *Ramierez de Carrion*.
Ioannes *Ramierez*.
Stephanus *Ranchinus*.
Alexander *Raudensis*.
Iacobus *Rauennas*.
Petrus de *Rauenna*.
Ferdinandus *Rebellius*., Lusitan Soc. Iesu.
Ioannes *Rebell* Soc. Iesu.
Petrus *Rebuffus*.
Guillielmus *Rodoanus*.
Valerius *Reginaldus*.
Melch *Reinoso*, Lusit.
Scipio *Rendina*.
Repertorium Inquisitorum.
Garcia de *Resende*, Lusit.
Castaldus *Restaurus*.
Nicolaus *Reusnerus*.
Faustinus *Rhegiensis*.
Petrus *Ribadeneira*.
Antonius *Ricciulus*.
Ioannes Aloysius *Riccius*.
Hippolytus *Riminaldus*
Ioannes *Riolanus*.
Ioannes Franciscus *Ripa*.
Polydorus *Ripa*.
Antonius *Ripoll*.
Æneas *Robertus*.
Blasius *Robles*, de Salzedo.
Angelus *Rocha*.
Antonius *Rochus*.
Rodericus, Archiepiscop. Toletanus.
Rodericus, Episcopus Zamoren.
Amator *Rodericus*.
Hieronymus *Rodericus*, Lusit.
Ludouicus *Rodolphinus*.
Didacus *Rodriguez*, Aluatado.
Emmanuel *Rodriguez*, Lusit.
Franciscus *Rogerius*.
Ioanes *Roias*.
Franciscus *Roizius*.

Ægidius *Romanus*.
Hieronymus *Romanus*.
Ludouicus *Romanus*.
Rota Romana.
Guillielmus *Rosaus*.
Albericus de *Rosatis*.
Antonius *Roscius*.
Antonius de *Rosellis*.
Emericus à *Rosenthal*.
Bernardinus *Rosignolius*.
Hieronymus de la *Rua*.
Scipio de *Rubeis*.
Ioannes Antonius *Rubeus*.
Palatius *Rubeus*.
Theodosius *Rubeus*.
Christophorus *Rufinacius*.
Constantinus *Rugerius*.
Iulius Cæsar *Ruginellus*.
Iosephus de *Rusticis*.
Petrus *Ruysius*, Maurensis.
Syluanus *Ruyzius*.

S

Emmanuel *Sà*, Lus. Soc. Iesu.
Iacobus *Sà*, Lusit.
Didacus *Sahagun*.
Bartholomæus *Salonius*.
Ioannes de *Salas*, Societ. Iesu.
Ferdinandus Quirinus de *Salazar*, Societ. Iesu.
Franciscus *Salazar*.
Petrus *Salazar*.
Franciscus *Salgado*.
Io. *Salgado*, de Araujo Lusit.
Bartholomæus *Salicetus*.
Paulus *Salodius*.
Michaël *Salon*.
Robles de *Salzedo*.
Petrus *Sanchez*.
Thomas *Sanchez*. Soc. Iesu.
Ioannes *Sancius*.
Gaspar *Sanctius*, Societ. Iesu.
Ioannes à *Sande*.
Felinus *Sandaeus*.
Prudentius de *Sandoual*.
Ludouicus de *San. Iuan*.
Antonius de *San. Roman*.
Paulus *Sanctorius*.
Petrus *Sanz Morquechus*.
Sebastianus *Sapia*.
Ludouicus de *Sardis*.
Franciscus *Sarmiento*.
Bartolus de *Saxo Ferrato*.
Gregorius *Sayro*.
Iacobus *Sbrozius*.
Sigismundus *Scaccia*.
Franciscus *Scaccius*.
Iosephus *Scaliger*.

Antonius *Sceappus*.
Ioannes Baptista *Scortia*, Soc. Iesu.
Fridericus *Scotus*.
Carolus *Scribanus*.
Didacus *Segura*.
Ioannes *Segura Daualos*.
Ioannes *Selua*.
Fredericus de *Senis*.
Oliu. *Seraphinus* Cardin.
Seraphinus de *Seraphinis*.
Claudius *Seyssellius*.
Didorus *Siculus*.
Lucius Marinæus *Siculus*.
Ioannes Bapt. *Signius*.
Carolus *Sigonius*.
Iacobus *Simanchas*.
Octauianus *Simoncelus*.
Iacobus *Simoneta*.
Emmanuel *Soarez*, Lusit.
Franciscus *Soarez*, Soc. Iesu.
Gonçalus *Soarez de Paz*.
Ioannes *Soarez*, Lusit.
Bartholomæus *Socinus*.
Marianus *Socinus*.
Stanislaus *Socolouius*.
Octauius *Sparthorius*.
Alexander *Sperellus*.
Petrus Antonius *Spinellus*.
Antonius de *Sola*.
Brunorus à *Sole*.
Claudius *Soler*.
Felicianus de *Solis*.
Ioannes Fredericus *Solis*.
Ioannes *Solorzanus*.
Franciscus *Sonsbeehius*.
Hieronymus *Sorbo*.
Alphonsus *Soto*.
Dominicus *Soto*.
Petrus *Soto*.
Ludouicus *Sotomajor*, Lusitanus.
Antonius de *Sousa*, Lusitanus.
Franciscus *Sousa*, Lusit.
Paulus *Squillante*.
Ioannes *Staphilaeus*.
Achilles *Statius*, Lusit.
Gaspar *Statius*, Lusit.
Didacus *Stella*.
Iosephus *Stephanus*.
VValfridus *Strabo*.
Benuenutus *Stracha*.
Theodor. *Studita*.
Ioannes *Suarez*, Lusit.
Ioannes *Suàrez*, Hispan.
Goncal. *Suar*. de Paz.
Ioannes Petrus *Surdus*.
Hieronymus *Surita*.

Laurentius

Laurentius *Surius*.
Petrus *Sutor*.
Æneas *Syluius*.
Franciscus *Syluius*.

T

Ascanius *Tamburinius*.
Adamus *Tannerus*.
Carolus *Tapia*.
Franciscus *Tarapha*.
Theodulphus.
Antonius *Thesaurus*.
Gaspar Antonius *Thesaurus*.
Capella *Tholosana*.
Thomas de *Thomassetis*.
Io.Bapt. *Thoro*.
Michaël *Timotheus*.
Andreas *Tiraquellus*.
Franciscus *Titelmanus*.
Franciscus *Toletus*, Soc. Iesu.
Guilbertus de *Tornaco*.
Augustinus *Tornsel*.
Gabriel del *Toro*.
Franciscus *Torreblanca*.
Ioannes de *Torres*.
Ludouicus de *Torres*.
Raphaël de la *Torre*.
Alexander *Trentacinquius*.
Thomas *Triuisanus*
Augustinus *Triumphus*, dictus de Ancona.
Albertus *Trotius*.
Io. Ægidius *Trotius*.
Alexander *Turamini*.
Ioan. de *Turrecremata*.
Horatius *Turselinus*.
Aloysius *Turrianus*, Soc. Iesu.
Franciscus *Turrianus*.
Vincentius *Turturettus*.
Franciscus *Turzanus*.
Dominicus *Tuschus*, Cardin.

V

Aluarus *Valascus*, Lusit.
Gaspar *Valascus*, Lusit.
Thomas *Valascus*, Lusit.
Rodericus *Valasquez de Auendaño*.
Ioannes de *Valboa*.
Iacobus *Valdesius*.
Gregorius de *Valentia*, Soc. Iesu.
Melchior de *Valentia*.
Bartholomæus *Valentinus*.
Ioannes Bapt. *Valenzuela*.
Pierius *Valerianus*.
Franciscus *Valeriola*.
Ioannes *Valerus*.
Laurentius *Valla*.
Emmanuel de *Valle*, Lusit.
Rolandus à *Valle*.
Franciscus *Vallesius*.
Sebastianus *Vantius*.
Franciscus *Vargas*.
Thomas Tamayo de *Vargas*.
Antonius de *Vasconcellos*, Lusitanus, Societ. Iesu.
Petrus Alphonsus de *Vasconcellos*, Lusit.
Ioannes *Vasaus*.
Gabriel *Vasquez*, Societ. Iesu.
Baldus de *Vbaldis*.
Petrus de *Vbaldis*.
Bartholomæus de *Vecchis*.
Alphonsus à *Vega*.
Franciscus de *Vega*.
Ioannes *Vela*.
Ioseph *Vela*.
Ludouic. *Velasquez* de Auendaño.
Antonius de *Venales*.
Daniel *Venatorius*.
Hieronymus *Venero*, y *Lyeua*.
Alphonsus à *Veracruce*.
Paulus Æmilius *Verallus*.
Roch. *Veronensis*.
Octauius *Vestrius*.
Bartholomæus *Vgolinus*.
Zanchinus *Vgolinus*.
Matthias *Vgonius*.
Hugo de S. *Victore*.
Andreas *Victorellus*.
Franciscus *Victoria*.
Petrus *Victorius*.
Hieronymus *Vielmius*.
Blasius *Viegas*, Lusit.
Augustinus *Viganus*.
Ambrosius *Vignate*.
Henricus *Villalobos*.
Alphonsus *Villadiego*.
Gonçalus *Villadiego*.
Alphonsus *Villagut*.
Ioannes Bapt. *Villalobos*.
Ignatius del *Villar*.
Alphonsus de *Villegas*.
Thomas à *Vio*, Card. Caietan.
Polydorus *Virgilius*.
Ioannes *Viscbis*.
Martinus Alphonsus *Viualdus*.
Ioannes Bapt. *Viuianus*.
Iulianus *Viuianus*.
Franciscus *Viuius*
Raphael *Volaterranus*.
Martinus *Vranius*.
Marcellus *Vulpe*.
Octauianus *Vulpellius*.

VV

Thomas *VValdensis*.
Stephanus *VVeyms*.
Hieronymus *VVellerus*.
Matthæus *VVesembecius*.
VViggers.

X

Sebastianus *Ximenes*.
Rodericus *Xuares*.

Y

Hieronymus *Tepes*.
Didacus de *Tpis*.

Z

Franciscus *Zabarella*, dictus *Cardinalis*.
Zapata.
Syluester *Zachias*.
Paulus *Zachias*.
Melchior *Zambranus*.
Michaël *Zanardus*.
Basilius *Zanchinus*.
Ioanes *Zangerus*.
Lælius *Zechius*.
Hieronymus de *Zenetinis*.
Zenzalinus.
Thomas *Zerola*.
Franciscus *Zypæus*.

SERIES



SERIES

Titulorum, Capitulorum, & Glossarum, quæ in prima Parte continentur.

TITVLVS PRIMVS.

De Institutione Episcopalis officij, Episcoporum nominis significatione, & etymologia; Electione, Confirmatione, & Consecratione Episcopalium graduum, ac omnium Episcopatuum diuisione.

TITVLVS II.

De Episcopali munere, seu de qualitatibus ad illud rectè obeundum requisitis; super Apostolum 1. *ad Tim.* 3.

TITVLVS III.

De vera Patriarchalium Sedium erectione.

TITVLVS IV.

De Archiepiscopali præstantia, eiusque auctoritate in Suffraganeos, & eorum subditos, ac in tota prouincia. 168.

SYLLABVS



SYLLABVS

Omnium Allegationum, quæ in ſecunda, & tertia Parte continentur.

Iuxta ordinem primarum litterarum.

Prior numerus Partem, poſterior eiuſdem partis Paginam deſignat.

Concurſus

RECENSIO



RECENSIO

Locorum, quæ ex Iure Pontificio & Cæſareo, Conciliis Aurelianenſi, & Tridentino, Bullis item & Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon Ordinationibus Regiis Luſitanorum, declarantur.

Prior numerus Partem, poſterior paginam notat, tertius eſt marginalis.

EX IVRE PONTIFICIO.

Ex Decreto.

Ex Decretalibus.

Ex VI. Decretalium.

Ex Clementinis.

Ex Extrauagantibus.

EX IVRE CÆSAREO.

Ex Digestis.

Ex Codice.

Ex Concilio Aurelian.

Ex Concilio Trident.

SESSIO IV.

SESSIO V.

SESSIO VI.

SESSIO VII.

SESSIO

Recensio locorum Iuris Canon.&c.

Ex Bullis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis.

Bullas & Conſtitutiones Pontificum in fine Operis inuenies.

Ex Ordinationibus Regiis Luſitaniæ.



SYLLOGE

Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ, & Congregationis Cardinalium.

Ex Decisionibus S. Rotæ Romanæ.

ABVLEN. Canonicatus Pœnit.17.Aprilis 1589.	3.135.2	*Mantica.*
Adiacen.Beneficij 15.Aprilis 1622.	3.316.24	*Coccino.*
Alexandrina Beneficij 15 Aprilis 1625.	3.298.5	*Merlino.*
Aliphana Iurispatr.4.Iulij 1629.	3.261.30	*Ghislerio*
Andrien.Archidiaconatus 5.Decembr.1625.	3.156.62	*Merlino.*
Aquilana Capellaniæ 26.Martij 1629.	2.308.44	*Merlino.*
Arboren.Spolij 17.Iunij 1614.	3 541 35	*Manzanedo.*
Asculana Plebaniæ 17.Ianuarij 1604.	3.237.9	*Merlino.*
Assisien.Beneficij 11. Maij 1607.	3.317.30	*Marquemontio.*
Asten.Fructuum 15 Martij 1613.	3.107.172	*Manzanedo.*
Astoricen.Prioratus 18.Decembr.1598.	3.163.105	*Seraphino.*
Archidiaconatus 6 Nouembr.1602.	3.166.116	*Lancellotto.*
Residentiæ 6. Iunij 1616.	3.102.153 & 3.104.154	*Coccino.*
Auersana Parochialis 12.Martij 1562.	3.167.187	*Oradino.*
Barbastren Canonicatus 26.Ianuarij 1616.	3.104.154	*Duran.*
Barcinon.Parochialis 29.Nouembr.1613.& 26.Ianuarij 1615.	3.203.95	*Buratto.*
Vicariæ 9.Febr.1624.	3.232.55	*Merlino.*
Fructuum 4.Iulij 1607.	3.548.5	*Iusto.*
Beneuentana Paroch.13.Iunij 1590.	3.207.103	*Oradino.*
Beneficij 15.Nouembr.1597.	3.163.101	*Seraphino.*
Bergomen.Capellaniæ 18.Maij 1629.	3.264.64	*Merlino.*
Bononien.Paroch.24.Nouembr.1595.	3.274.158	*Litta.*
Canonicatus 28.Iunij 1610.	3.270.119	*Coccino.*
Bouenen.13.Nouembr.1617.	3.215.10	
Bracharen. Beneficij 3.Martij 1603. nouissimè refertur in collectione decisionum per Beltramin. decis.94.	3.273.140	*Ludouisio.*
Fructuum 18.Aprilis 1625.	3.548.9	*Buratto.*
Brixien. locationis 5.Decembr.1594.	3.409.49	*Penia.*
Brundusina Gabellæ.	2.253.7	*Penia.*
Burgen.Abbatiæ 19.Nouembr.1588.	3.166.76	*Penia.*
Beneficij 23.Maij 1603.	3.167.120	*Litta.*
Reductionis beneficiorum 15.Nouembr.1610. nouissimè refertur in collectione decisionum per Beltramin. decis.483	3.233	*Ludouisio.*
Abbatiæ de Salas 14.Maij 1614	3.296.32	*Vbaldo.*

Leodien. Canonicatus 28. Iunij 1621. 2.281.34 *Remboldo.*
Lucana beneficij 4. Nouemb. 1579. 3.216.18 *Seraphino.*
Optionis domus 24. Ianuarij 1607. 3.140.12 *Manzanedo.*
Dismembrationis 18 Nouembr. 1600. 3.235.1 *Iusto.*
Iurispatr. de podiis 15. Martij 1621. 3.265.65 *Coccino.*
& 18 Maij 1628. 3.257.30 *Dunozetto.*
Maceraten. hæreditatis 4. Iunij 1590. 3.316.26 *Pamphilio.*
Maioricen. Canonicatus 15. Nouembr. 1593. 3.135.2 *Millino.*
Mediolanen. Iurispatr. 23. Ianuarij 1596. 3.275.162 *Mantica.*
Præpositur æ 16. Martij 1590. 3.259.19 *Bubalo.*
Dismembrationis 28. Ianuarij 1595. 3.235.19 *Seraphino.*
Fructuum 9 Martij 1592. 3.548.5 *Orano.*
Melfiten. legati pij 24. Ianuarij 1629. 3.170 41 *Dunozetto.*
Meten. professionis 2 Iunij 1636. 3.475 *Carillo.*
Monopolitana hebdomadæ 1. Iulij 1613. 3.170.141 *Manzanedo.*
Neapolitana Rectoriæ 19. Decembr. 1609. 3.263.49 *Ortembergo.*
Nepesina Canonicatus 25. Februarij 1615. 3.203.92 *Merlino.*
Nouarien. decimarum 15. April. 1611. 3.368.34 *Ludouisio.*
nouissimè refertur in collectione decisionum apud Beltramin. decis. 519.
Nullius, seu Squillacen. iurisdictionis 4. Maij 1616. *Andrea.*
Oriolen. præcedentiæ 10. Martij 1600. 3.323.36 *Litta.*
Canonicatus 11. Ianuarij 1619. 3.315.12 *Remboldo.*
Oueten. mercedis 12. Decembr. 1605. 3.203.13 *Coccino.*
Pacen decimarum 12. Febr. 1608. 3.368.34 *Sacrato.*
Palatina fructuum 16 Febr. 1580. 3.548.5 *Lancellotto.*
Pampilonen. celebrationis Missæ 7. Februarij 1594. 3.301.21 *Mantica.*
Iuris visitandi 15. Decembr. 1623. 3.286.20 *Merlino.*
Papien. residentiæ 10. Martij 1603. 3.101.138 *Ortembergo.*
Fructuum 21. Febr. 1622. 3.548.5 *Remboldo.*
Beneficij 10. Aprilis 1617. 3 91.45 *Andrea.*
Parmen. Transactionis 20. Decembr. 1657. 3.437.17 *Duran.*
Perusina beneficij 4. Iulij 1608. 3.227.3 *Penia.*
Pistorien. Parochialis.. Febr. 1613. 3.202.91 *Merlino.*
Placentina Paroch. de Mal partita 28. Iunij 1585. 3.183.5,18 *Seraphino.*
Salarij 7. Maij 1608. 3.104.153 *Penia.*
Thesaurariæ 25. Maij. & 16. Nouembr. 1609. 3.166.116 *Ortembergo.*
Decimarum person. de Trugillo 18. Martij 1616. 3.369.36 *Buratto.*
Archipresbyteratus 4. Iulij 1614. 3.208.104 *Pamphilio iun.*
Præpositur æ 26. April. 1627. & 4. Decembr. 1628. 3.236 *Pirouano.*
Reatina 9. Maij 1609. 2.337.26
Regionen. Paroch. 7. Octobr. 1589. 3.273.140 *Blanchetto.*
Romana Iurispatr. 8. Iulij 1584. 3.265 63 *Seraphino.*
Capellaniæ 23. Ianuarij 1589. 2.304.43 *Pamphilio.*
& 20. Nouembr. 1628. & 19. April. 1630. 3.296.33 *Pirouano.*
Computorum 10. April 1630. 3.348.36 *Merlino.*
Præcedentiæ 24. Maij 1600. 3.323 *Lancellotto.*
Clericatus S. Petri 27. Nouembr. 1602. 3.168 *Pamphilio.*
Beneficiatus 22. Maij 1623. 3.301.22 *Coccino.*

Donatio

Ex sacra Congregatione Cardinalium.

Auctoris Opera quæ adhuc luci commissa.

D*ictionarium Lusitanico-latinum*, impressum Bracharæ Augustæ, apud Fructuosum Laurentium de Basto, 1611.

Remissiones Doctorum in varia loca Concilij Trid. Vlyssipone, apud Petrum Crasbeck, 1618. & deinde alibi.

Castigationes, & additamenta ad annotationes Parentis in Ordinationes Regias Lusitanorum, Vlyssipone, apud Petrum Crasbeck, 1610.

Remissiones Doctorum de Dictionibus, & Clausulis, Romæ, apud hæredes Bartholomæi Zanetti, 1621.

Pastoralis sollicitudinis, siue de officio, & potest. Episcopi tripartita descriptio. Romæ, apud impressores R. Cameræ Apostol. 1623. deinde Parisiis, Veneriis, & accuratiùs Lugduni, apud Laurentium Durand, 1628. & deinde adhuc accuratiùs apud eundem Laurentium Durand 1641. & nunc postremò cum multis addit. Lugd. apud Philipp. Borde, Laurent. Arnaud, & Claudium Rigaud, 1650.

Collectanea Doctorum tam veterum, quàm recentiorum in Ius Pontificium vniuersum, in quatuor tomos diuisa, apud Impressores R. Cameræ Apost. 1626. & 1629 postea accuratiùs quinque Tomis Lugduni, apud Laurentium Durand, 1637. & deinde de nouo excusa cum sexto Tomo Lugduni apud Hæred. P. Prost, Ph Borde, & Laurent. Arnaud 1648.

Selecta Iuris Canonici interpretationes addenda Collectaneis Doctorum super quinque priores Decretalium libros, Romæ apud Franciscum Corbellettum, 1616. & deinde Lugd. apud Hæred Prost, Borde, & Arnaud 1648.

Varia Iuris tractationes, in quibus continentur quinque tractatus Legales, iuxta seriem Alphabeticam breui methodo dispositi; videlicet,

I. De Axiomatibus Iuris vsufrequentibus.

II. De Appellatiua verborum vtriusque Iuris significatione.

III. De locis communibus argumentorum Iuris.

IV. De clausulis vsufrequentibus.

V. De Dictionibus vsufrequentioribus, Lugduni apud Laurentium Durand 1631. & deinde accuratiùs ibid. apud Laurent. Arnaud 1643.

Allegatio Iuris in propria causa Bracharen. regressus, siue ingressus ad Thesaurariam, Romæ apud Franciscum Caballum, 1631.

Pastoralis sollicitudinis, siue de officio, & potestate Parochi, tripartita descriptio. Romæ apud Guillelmum Facciottum, 1612. postea auctiùs & accuratiùs, Lugduni apud Laurent. Durand. 1634. nunc denuo defœcatum & auctum apud eundem, & Laurentium Arnaud, 1640. & adhuc recentius excusum Lugd apud Hæred Prost, Borde & Arnaud 1648.

De Canonicis, & Dignitatibus Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, eorúmque officio, tam in Choro, quàm in Capitulo, Romæ, apud Francisc. Corbellettum, 1632. postea accuratiùs & auctiùs Lugd. apud Laurent. Durand. 1634 & tandem pariter defœcatum & auctum apud eundem, & Laurentium Arnaud, 1640. & apud Hæred P. Prost, Borde & Arnaud 1648.

Tractatus de Iure Ecclesiastico vniuerso, in quo de Personis, locis, & Personis Ecclesiasticis plenissimè agitur. Lugduni apud Laurentium Durand, 1634. & denuo nouiter excusus accuratiùs Lugduni apud Hæred P. Prost Borde & Arnaud 1645.

Collectanea Doctorum qui in suis operibus varia loca Conc. Trid. incidenter tractarunt. Lugduni apud Laurentium Durand, 1634. & accuratius apud eundem 1640.

Collectanea Bullarij, aliarúmve Summorum Pontificum constitutionum, necnon præcipuarum Decisionum, quæ ab Apostolica sede à Sacris Congregationibus S. R. E. Cardinalium Romæ celebratis vsque ad annum 1633 emanarunt. Lugd. apud Laurent. Durand, 1634. & deinde sub titulo summæ Apostolicarum decisionum in fol. Lugd apud Hæred. P Prost, Borde & Arnaud 1645.

Praxis exigendi pensiones, contra calumniantes & differentes illas soluere, cui accesserunt vota aliquot decisiua Canonica, primùm Barcinone apud Gabrielem Nogues, 1635, postea Lugduni apud Laurentium Durand, 1636.

Votorum decisiuorum Tom. I. Lugd. apud Hæred. P. Prost, Philippum Borde & Laurent. Arnaud. 1647.

Collectanea Doct. in Ius Ciuile vniuersum, in decem Tomos diuisa.

I. Tom. continet Collectanea in tres priores Codicis libros.

II. Tom. Collectanea in quartum & quintum eiusdem Codicis libros, Lugd. apud Gabrielem Boissat, 1637. & 1638. & accuratius Lugd. apud Hæred P. Prost, Borde, & Arnaud. 1648.

AVGVSTINI



AVGVSTINI BARBOSÆ, V.I. D. LVSITANI,

DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI,

PARS PRIMA:

In qua de Episcoporum institutione, electione, consecratione, munere, Patriarchalium Sedium erectione, & Archiepiscopali præstantia.

TITVLVS PRIMVS.

De institutione Episcopalis officij; Episcoporum nominis significatione, & Etymologia; Electione, confirmatione, & consecratione; Episcopalium graduum, ac omnium Episcopatuum diuisione.

CAPVT PRIMVM.

De Episcopalis officij institutione.

SVMMARIVM.

1 *Medicus cælestis Christus Dominus in terras venit curanda infirmitatis nostræ gratia.*
2 *Christus Dominus salutis nostræ prabens se medicum sanctissima vita sua exemplo pati, ac omnes virtutes amplecti nos docuit.*
3 *Populus in lege veteri in duos ordines sapienter distributus fuit, quorum vnus ciuilibus officiis, alius verò diuino cultui inseruiret.*
4 *Officia vbi sunt peculiaria, & certa administrationes ad tuendam pacem, & concordiam, potestas aliqua vniuersalis pracedere debet, qua cæteras omnes regat.*
5 *Vniuersalis Ecclesia potestatem, summámque auctoritatem Dominus noster in sancto Petro Apostolorum Principe collocauit.*
6 *Episcoporum institutio, & successio perpetua in Ecclesia à Christo Domino instituta fuit.*
7 *Petro eius Vicario dedit Christus Dominus ius, & potestatem instituendi, & creandi omnium Ecclesiarum Episcopos.*
Cap. in nouo, dist. 21. *declaratur, ibid.*
8 *Episcopos esse de Iure diuino institutos, qui teneant? ostenditur.*
9 *Episcopi aliam habent potestatem Ordinis, alteram iurisdictionis.*
10 *Ordinis potestas in Episcopis, quæ sit? ostenditur.*
11 *Iurisdictionis potestas in Episcopis quæ dicatur? ostenditur.*
12 *Episcopus solus consecratus cognoscit de illis, quæ pertinent ad dignitatem Episcopalem; de aliis verò, quæ ad simplicem iurisdictionem spectant, cognoscit electus & confirmatus, licèt nondum consecratus.*
13 *Excommunicare potest subditos de Iure communi Episcopus electus, & confirmatus.*
14 *Beneficia conferre potest Episcopus electus, & confirmatus.*
15 *Lex diœcesana, & lex iurisdictionis quæ dicantur? ostenditur.*
16 *Dispensatio est de lege iurisdictionis.*
17 *Canonica Episcopalis est de lege diœcesana.*
18 *Iurisdictionis potestas quamuis à Deo Episcopis sit concessa, voluit tamen vt in illa submissi essent Petro.*

19 *Apostolos omnes respectu consecrationis, & Ordinis licèt Dominus pares fecerit, non tamen respectu iurisdictionis æquales constituit.*

20. *Papæ iurisdictio in tota Ecclesia est iure diuino à Christo Domino instituta, & ab eo immediatè accepta; cæterorum verò omnium Episcoporum iurisdictio est ab ipso etiam instituta, sed à Romano Pont. tanquam eius Vicario in eos deriuata.*

21 *Papa cùm eligitur, supposita legitima electionis conditione, accipit à Christo Domino immediatè iurisdictionem.*

21 *Episcopus cùm eligitur, & confirmatur à Romano Pontifice, vel ab alio auctoritate ipsius, electio & confirmatio non est veluti conditio sine qua Episcopus iurisdictionem à Deo non acciperet, sed est id per quod Romanus Pontifex dat ei iurisdictionem in ea prouincia, cui præficit.*

23 *Iurisdictio non est necessaria coniuncta vt naturalis proprietas cum consecratione Episcopali.*

24 *Episcopalis dignitas, eiúsque iurisdictio vt ordinaria, & ex officio considerata saltem in generali, est instituta à Christo Domino.*

25 *Episcopalis Monarchia in Ecclesia per Dominum instituta, vt eam regeret, non potest tota ipsa Ecclesia ipsum regiminis modum mutare.*

26 *Episcopalis iurisdictio, sicut etiam munus ipsum Episcopale, si sumatur in particulari, non est de Iure diuino, nec ab eo habet certos iurisdictionis gradus, qui augeri, vel minui nequeant.*

27 *Papa solus per se, vel per alios sua auctoritate, & consensu creat, & transfert Episcopos, diœceses diuidit, erigit, auget, minuit, sublimat, ac deprimit.*

28 *Papa potest extendere, vel limitare ipsam iurisdictionem Episcopali muneri Iure diuino cohærentem intrinsecè, vt ordinariam, & quasi ex natura rei.*

29 *Episcopi vbi probetur quod successerint Apostolis ostenditur.*

30 *Papa non potest ex toto, vel ex aliqua parte aliquid eorum mutare, abrogare, & tollere, quæ sancti Apostoli condiderunt.*

31 *Apostoli, vt tenet probabilior sententia, immediatè habuerunt à Christo Domino potestatem æqualem in totum orbem, & ad omnes actus, quos etiam ipse Petrus agere poterat, quamuis illius dispositioni, vt capitis, & Ordinarij eorum, subordinata.*

32 *Episcopi impropriè, videlicet per quandam similitudinem, & proportionem dicuntur Apostolis succedere.*

33 *Apostolorum dignitas, & iurisdictio personalis erat, vtpote eis propter necessitatem illius temporis, & primæ fundationis Ecclesiæ speciali priuilegio à Christo Domino commissa.*

34 *Episcopi Apostolis succedere dicuntur, respectu Ordinis sacri Episcopalis.*

35 *Inter successionem, quæ fit Petro, & eam, quæ fit Apostolis, discrimen constituitur.*

36 *Episcoporum iurisdictio in particulari immediatè à Summo Pontifice.*

1 VEMADMODVM amans ac peritus medicus non satis habet singulari industria, & labore medicamenta temperasse, quæ valetudini ægroti operam ferant: sed etiam illi vult assistere, vt eum instruat quo pacto pharmacum ei sit sumendum, quæ victus ratio ei sit obseruáda, quod genus ciborum sectandū, quod fugiendū, quæ suscipiendæ corporis exercitationes, cæteraque huiusmodi, quibus medicinæ vis adiuuetur, quæ alioquin inutilis, aut fortè noxia redderetur. Sic cœlestis noster Medicus, cùm prospiceret medicinæ vtilitatem, si ipse in terras non venisset, eamque vulneribus, plagisque nostris homo factus non applicasset, magna ex parte inutilem euasuram, propter ingenium hominis durum, morosum, & contumax, voluit pro eximia pietate sua exemplum sanctissimæ vitæ suæ cum medicina coniungere, vt ab vtroque mundus perfectam salutem adipisceretur, sicut dicit S. Leo serm. 1. de Natiuit. *nisi esset verus Deus, non afferret remedium; nisi esset verus homo, non præberet exemplum.* Et S. August. serm. de tempore, *vt non solùm doctrina auxilio & gratia, sed etiam exemplo suo ad studium sanctitatis ascenderet, vt nos non solùm præcipientem Dominum, sed etiam exemplo suo ad virtutis fastigia prouocantem maiori alacritate sequeremur.* quod ipsum per Oseam *cap.* 11. est expressum, cùm ait: *Et ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis, & nescierunt quòd curarem eos. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis: & ero eis, quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinaui ad eum vt vesceretur.*

Voluit igitur Dominus IESVS, ac Redemptor 2
noster in hunc mundum veniens se Auctorem, Doctorem, ac Medicum salutis nostræ præbere, ac Sanctissimæ vitæ suæ exemplo nos docere modò patientiam, modò sobrietatem, modò constantiam, tum fortitudinem, tum prudentiam, synceritatem, iustitiam, zelum Dei, & despicientiam humanarum rerum, omniúmque maximè charitatem, cæteras denique omnes virtutes amplecti, vt in Ecclesia Catholica ab eodem instituta exemplar perfectissimum haberet, quod cæteri tam Præsules, quàm subditi imitarentur. Hincque sæpè ipsemet sancto ore suo in sacro Euangelio Ioan. 10. id monet dicens: *Ego sum pastor bonus. Ego cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Ego animam meam pono pro ouibus meis.* Et Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego facio, sic & vos faciatis.* Eum denique sensum sæpè inculcarunt Sancti viri, dicentes omnem Domini nostri actionem, nostram esse instructionem, eumque nobis reliquisse exemplum, vt sequamur vestigia eius. Et S. Gregor. *homil.* 17. *in Euang.* ait: *Ipsa acta Domini præcepta esse, qui dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus, innotescit.* Omnis enim illius actio, nostra debet esse instructio, *cap. Deus omnipotens, §. cuius exemplo monemur.* 2. *quæst.* 1. *cap. significasti*, vbi Abb. *num.* 5. *ad fin. vers. nota* 4. *de elect.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 43.

Quemadmodum etiam in Lege veteri sapienter 3
Populus in duos ordines distributus fuit, quorum alter ciuilibus officiis, rebúsque familiaribus, seu publicis administrandis inseruiret, alter esset diuino cultui, Sacrificiis, cæterísque actibus religiosis deditus. Sic etiam idem mediator Dei, & hominum homo Christus IESVS tempore gratiæ eandem rationem conseruauit, quamuis sublimioribus mysteriis sociatam, ac mediis longè præstantioribus, ac venerabilioribus munitam, voluítque hos, qui diuino cultui dicandi erant per Episcopum sacro, & spirituali quasi connubio deuictum, solemnibus cæremoniis, legitimáque manuum impositione initiati, ac veluti prolem Ecclesiasticam propagari, quæ Sanctæ ipsius Ecclesiæ successione perpetuò seruiret.

Sed quia necesse est vbi peculiaria officia sunt, & 4
certæ administrationes ad communem vtilitatem institutæ,

institutæ, potestatem aliquam vniuersalem præcellere, quæ cæteras omnes regat, & ea qua cæteræ pendeant ad tuendam pacem, concordiam, & vnitatem, vt asserunt D. Thom. *contra Gentes, lib. 4. c. 76. in fine.* August. de Ancona *de potestate Ecclesia, q. 71.*
5 *artic.* 4. Igitur † cùm vniuersalis Ecclesiæ corpus vnum sit, hanc vniuersalem, summamque auctoritatem Dominus noster IESVS CHRISTVS in S. Petro Apostolorum Principe collocauit, hunc Vicarium suum in terris reliquit, ac post eum successores eius in Pontificatu, & gubernatione Ecclesiæ suæ, ita vt in eo plenitudo omnis potestatis in Ecclesia vigeret, & perpetuò constans permaneret, quam ipse aliis Ecclesiasticis gradibus communicaret, ac distribueret, prout iudicaret populorum vtilitati, fideliúmque ædificationi conducere, S. Leo *epist. 54. ad Anastas. In nouo Testamento* (inquit Anaclet. Papa *epist. 2. ad Episcopos Italia,* relatus *cap. in nouo 21. dist.*) *post* CHRISTVM *Dominum à Petro Sacerdotalis cœpit Ordo, quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, Domino dicente ad eum: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues Regni Cælorum. Hic ergo ligandi ac soluendi potestatem primus suscepit à Domino, primusque ad Fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri verò Apostoli cum eodem pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsumque Principem eorum esse voluerunt, qui etiam iubente Domino in toto Orbe dispersi Euangelium prædicauerunt. Ipsisque quoque decedentibus in locum eorum successerunt Episcopi.* Hæc Anaclet. *in dict. cap. in nouo,* & ideò Christus creando plures Apostolos, instituit formam creandi plures Episcopos Apostolorum successores. Henriq. *in summ. lib. 6. cap. 5. §. 5. in com. lit. B.*

6 Quam quidem Episcoporum institutionem, & successionem perpetuam in Ecclesia à Christo Domino institutam fuisse solent sacri Doctores deducere tum ex verbis eiusdem dicentis Matth. cap. 28. in fine, *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi:* tum ex Apostol. Paulo *ad Ephes. 4.* dum ait: *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem Fidei, & cognitionis Filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Vnde manifestum est, sic Christum Ecclesiam instituisse, vt esset vsque in seculum duratura, secundùm illud Isai. 9. *Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia, amodo, & vsque in sempiternum;* patet ergo quòd ita illos, qui tunc erant in ministerio, constituit, vt etiam eorum potestas deriuaretur ad posteros, vtilitate Ecclesiæ, vsque ad sæculi finem, facit text. *in cap. quodcumque 24. quæst. 1.* vbi dicitur quòd *quando Petrus Claues accepit, Ecclesiam sanctam significauit, quia scilicet non tantùm pro se, sed etiam pro omnibus successoribus vsque ad finem sæculi datura est Ecclesia.*

7 Sapienter igitur ne vnquam in Ecclesia Ministri deessent, dignitas, & auctoritas, quæ Episcopalis dicitur, ab ipsa sapientia Christo IESV instituta est, & eo ipso quòd Petrum sibi Vicarium substituit, ipsi dedit ius, & potestatem instituendi, & creandi omnium Ecclesiarum Episcopos, quibus tum inferiores Ministri, tum ipsi etiam Sacerdotes parerent; sicut enim in bellis gerendis omnibus militiæ ordinibus dux vnus præficitur, ita Sacerdotum vnus Princeps consecratur, cæteris Sacerdotibus potestate superior, isque appellatur Episcopus, qui hanc ob causam non solùm veste vtitur cum aliis Ecclesiasticis ministris communi, sed aliis etiam ornamentis, quæ maiorem eius auctoritatem ostendunt aliis in functionibus, ad quas simplex Sacerdotum potestas minimè extenditur. Vnde sumitur intellectus *ad cap. in nouo, dist.* 21. ibi, *à Petro Sacerdotalis cœpit Ordo;* illud enim loquitur de Ordine minorum Sacerdotum, id est, Presbyterorum; constat enim Apostolos in vltima cœna simul omnes ordinatos Sacerdotes; sed loquitur de Ordine maiorum Sacerdotum, id est, Episcoporum, qui à Petro dicitur incœpisse; nam solus Petrus à Christo fuit Episcopus ordinatus, cæteri autem Apostoli à Petro Episcopalem consecrationem acceperunt. Ita Turrecr. *in sum. de Ecclesia, lib. 2. cap. 32.* Card. Bellarm. *lib. 1. de Romano Pont. cap. 23. vers. quid ergo.* Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 4. §. 5. & seqq.* Cùm ergo pateat, vt ex modò dictis apparet, non Ecclesiam, sed ipsum Christum Episcopos instituisse, & ius ac potestatem instituendi, & creandi eos Petro eius Vicario, & successoribus in posterum dedisse, non potest dubitari quin † illi 8
sint iure diuino instituti, vt per text. *in d. cap. in nouo, & in cap. videntes 12. quæst. 1.* probant Mai. *in 4. dist. 17. quæst. 7. concl. 1. & dist. 24. quæst. 3. concl. 2.* Duen. *reg. 72. vers. fallit in dignitate.* Gregor. Lopez *l. 1. gloss. 3. & l. 17. gloss. 2. tit. 5. part. 1.* Barbat. *in tract. de præstantia Cardin. quæst. 1.* Gig. *de pensionib. quæst. 1. num. 3.* Couarru. *in reg. possessor. 2. part. §. 9. an. 6.* Suar. *tom. 4. de Pœnit. part. 2. disput. 25. sect. 1. à num. 7.* Card. Bellarm. *de controuersiis Christianæ Fidei, tom. 1. controuers. 3. generali, lib. 4. de Romano Pontif. cap. 25.* Valentia *tom. 4. disp. 7. q. 10. puncto 2. pag. 2.* Camill. Burell. *in summa omnium decis. tit. 6. nu. 1.* Henriq. *in sum. lib. 6. cap. 5. §. 5.* Azor. *instit. moral part. 2. lib. 3. cap. 30. quæs. 13.* Guillelm. Rodoan. *de simon. cap. 18. num. 4.* Didac. de Arrejo *de Sacrament. tit. de Episcopatu num. 1. & 31.* me citato *in hoc loco,* Mauritius de Alzedo *de præcellentia Episcopalis dignit. part. 1. cap. 1. à princip. & cap. 8. num. 3.* qui sub distinctione hanc quæstionem dirimunt, vt infrà ostenderur.

Verùm, vt Episcopalis auctoritatis origo, & successio faciliùs percipiatur, sciendum in Episcopis aliam esse potestatem Ordinis, aliam iurisdictionis. 9
† Ordinis ea est potestas, vt sciat, & possit omnia 10
Sacramenta conferre, Chrisma consecrare, Prædicationis munus exercere, alios ordinare, ad Eucharistiam sumendam præparare, & Sacerdotes creare. Finis verò vnus est illis cum Sacerdotibus communis, qui est Sanctissimæ Eucharistiæ consecratio, & offerre Domino verum Sacrificium, in quo vniuersi Presbyteri pares sunt, quandoquidem eorum auctoritas à Deo ipso dependet. Episcopalis tamen Ordinis potestas ad hunc Eucharistiæ consecrandæ, & offerendæ finem, non ita proximè ordinatur, ac Sacerdotium, sed remotiùs, quatenus hoc perficit; & potestatem consecrandi per Sacerdotum institutionem confert: vnde ad potestatem Episcopalis Ordinis tria propriè, & insolidum pertinere, scilicet, ordinare, consecrare, & confirmare, tradit gloss. *verb. de talibus, in cap. transmissam, de elect.* & refertur in Pontif. Romano *in rub. de consecration. Episcopi.* Verùm consecrare Ecclesias, & Calices, quamuis annexum sit Ordini Episcopali, cùm tamen sit Sacramentale, potest à Papa Sacerdoti committi, Henriq. *dict. cap. 5. §. 6. in com. lit. K.* Sacramenta verò, quæ ex sola potestate Ordinis conferuntur non possunt ministrari ab vllo, qui Ordinem ad illa requisitum non habeat, nec Summus Pontif. potest

Episcopo prohibere ne Ordines validè conferat, quia circa Ordinis potestatem, quam præhabet Episcopus, vel Papa ordinans, habent se vt instrumentum liberum, sed ab alio motum, nempe à Christo, & ea potestas pendet à Papa consecrante in fieri tantùm, quam quidem Ordinis potestatem immediatè à Deo Episcopi accipiunt: nam respectu illius omnes Apostolos pares fecit, ac in hoc illos æqualiter ordinauit, itavt nullatenus, quæ Ordinis Episcopalis esse dixi, possint inferiori Prælato, qui Episcopus non sit, nec consuetudine, aliòve iure speciali competere, Abb. *in cap. accedentibus, de excess. Prel. post num.* 2. vbi Add. Alex. de Neuo clarioribus id explicat verbis, & succurrit text. *in cap. quanto, de consuet. & in cap. aqua, de consec. Ecclesia, vel altaris.*

11 Iurisdictionis autem potestas ad mysticum fidelium corpus spectat, quibus toto Orbe terrarum diffusis, oportuit pro locorum amplitudine, Regnorúmque frequentia, illis assignari Antistites, ac Præfectos, quorum alij maiorem, alij minorem iurisdictionis potestatem ad leges condendas haberent, prout necessitas, aut vtilitas postulare videbatur. Potestas hæc iurisdictionis diuidi solet in illam, quæ pertinet ad dignitatem Episcopalem, cuius meminit text. *in d. cap. accedentibus*, scilicet, *cognoscere de causis matrimonialibus, publicas iniungere pænitentias, atque Indulgentias concedere*; & in illam, quæ dicitur simplicis iurisdictionis, nempe, *iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta recipere à vasallis, confirmare, inuestire, beneficia conferre, instituere*, cæteráque his similia, quæ suo quæque loco explicabo.
12 † Inter vnam, & alteram Iurisdictionis diuisionem illa est differentia, quòd de illis, quæ pertinent ad dignitatem Episcopalem, solus ipse Episcopus consecratus cognoscit, exceptis Indulgentiis, quas electus Episcopus ante consecrationem concedere potest, vt dixit D. Thom. *in 4. sent. dist. 25. art. 2. & dist. 20. quæst. 1. art. 4. versic. ad secundam quæstionem*, sequuntur Sot. *ibi dist. 21. quæst. 1. art. 4. versic. hinc fit.* August. de Ancona *de potestate Ecclesiæ quæst. 21.* Syluest. *verb. Indulgentia, num.* 13. Vgolin. *de potest. Episcopi. cap. 41. in princ. num.* 1. De illis verò, quæ ad simplicem iurisdictionem spectant, cognoscit electus, & confirmatus, licèt nondum sit in Episcopum consecratus, Rebuff. *de pacificis possess. num.* 243. quia exercitium iurisdictionis actu acquiritur per confirmationem, Cosm. *in pragm. sanct. tit. de*
13 *collation. verb. nominationes, pag.* 186. & ideò † poterit subditos de Iure communi excommunicare. Nau.
14 *in man. cap. 27. num. 5.* † & beneficia conferre, Cosm. *d. tit. de collation. verb. iurisdictio, pag.* 181. Rebuff. *d. tit. de pacificis possess. num.* 251. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 4. proœm. num.* 27. Vbi verò apud Sedem Apostolicam promouetur, litteras dictæ Sedis promotionem, consecrationémque continentes, habere debet; alioquin ad suam Ecclesiam accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere, aut iurisdictionem aliquam exercere non potest, à nemineque absque huiusmodi litterarum ostensione recipi, obedientiave ei præstari, atque audiri debet, Vgolin. *de potestate Episcopi, cap.* 2. §. 1.

15 Bimembris etiam (vt ad rem redeamus) ponitur distinctio Episcopalis auctoritatis, putà legis Diœcesanæ, & legis iurisdictionis à *gloss. 2. in cap. dilectus, de officio Ordin.* asserente in illis consistere totum ius, & potestatem Episcoporum. De definitione vtriusque legis Diœcesanæ, & iurisdictionis, variè olim fuit à Doctoribus elaboratum, aliis asserentibus quod illa consistat in recipiendo, hæc verò in dando, seu conferendo: aliis aliter opinantibus, vt videre est apud Bertachin. *tract. de Episcopo, lib. 4. p. 5. num. 80. cum seqq.* Boter. *tract. de synodo, p. 1. num. 61. cum seq. & p. 2. à num. 4.* Cuch. *instit. Iuris Canon. lib. 1. tit. 12. vers. hæc iura.* Dao. Venator. *in analysi iuris Pontificij, lib. 1. tit. 31. num. 2.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 63. art. 2.* Azot. *instit. mor. p. 2. lib. 3. cap. 35. quæst. 2.* Zerola *in praxi Episcop p. 2. verb. Iura Episcopalia.* Ex quorum dictis illa est verior definitio, quòd lex diœcesana sit ad quam spectat perceptio cathedratici, pars oblationum, charitatiuum subsidium, ac denique cætera omnia, à quibus monasteria Iure communi sunt exempta: lex verò iurisdictionis est, quæ obedientiam, subiectionem, reuerentiam, institutionem, correctionem, reformationem, iurisdictionem, pœnitentiæ indictionem, causarum audientiam, Sacramentorum collationem,
eaque omnia complectitur, in quibus † monasteria 16
diœcesana Iure communi subiiciuntur; vnde dispensationem esse de lege iurisdictionis, per *cap. ex transmissa, de translat. Prel.* & gloss. *in Clem. 1. de rescript.* resoluit Paul. Borgas. *de irregular. p. 2. rub. an dispen-*
satio sit de lege diœcesana, num. 4. † Idem est dicendum 17
de Canonica Episcopali, Petr. Vbald. *de Canon. Episcop. cap. 1. num. 4. & cap. 4. q. 5.* Lap. de Castell. *de Canon. port. num. 5.*

Potestas hæc iurisdictionis Episcopalis, qualis- 18
cunque sit, quamuis à Deo Episcopis sit concessa, voluit tamen, vt in illa submissi essent Petro, tanquam capiti, & sæpè ad hoc designandum Petro multa dixit singulariter, & separatim, sed aliis Apostolis loquutus est coniunctim, & generaliter; vnde ad Petrum, vt in Euangelio habetur *Matth. 16.* sic loquutus est. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, & Ioan. 21. *Pasce oues meas*, non semel, sed ter. Pro sua fide specialiter orauit etiam; hinc etiam Christus Dominus in singulari dixit, Ioan. 10. *Fiet vnum ouile, & vnus Pastor*; & sic voluit vnum esse Pastorem, non plures. Sed hanc potestatem pascendi contulit Petro, dum dixit: *Pasce oues meas*; & sic fecit eum Pastorem, & non plures loco sui: ipse enim erat, & est verus Pastor, & Pontifex, vt de ipso dicit Ioan. *Ego sum Pastor bonus*; alij namque Apostoli fuerunt coadiuuantes, & cooperantes; & ideò dicitur, quòd Papa fuit assumptus in plenitudinem potestatis, alij in partem sollicitudinis, *cap. ad honorem, de auctor. & vsu pallij.* Vnde licèt omnes Apostolos fecerit pares respectu consecrationis, & Ordinis; non tamen eos æquales fecit respectu iurisdictionis: in illa enim Petrus præfuit omnibus, vt notat gloss. *in d. cap. in nouo, & in cap. lo-*
quitur 24. q. 1. † ea quidem, quamuis spiritualis, sa- 19
cra, & Diuina potestas sit, hoc est, à Christo Domino instituta, non à Repub. vt temporalis gubernandi potestas, sed à Romano Pontifice Christi Vicario, & Petri successore Episcopis datur, & ab eo manat ac pendet, itavt inter ipsum, & ceteros Episcopos hoc differat, quòd iurisdictio Romani Pontificis in totam Ecclesiam est Iure diuino à Christo Domino instituta, & ab eo immediatè accepta, ex resolutis per Henriq. *in summ. lib. 3. de Pœni. cap. 5. §. 5.* & Card. Bellarm. *lib. 4. de summo Pont. cap. 25.* ac Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, p. 2. lib. 7. cap. 5.*
num. 22. † Cæterorum verò omnium Episcoporum 20
iurisdictio est à Christo Domino instituta, sed à Romano Pontifice tanquam Christi Vicario & summo, ac primo totius Ecclesiæ Pastore suscepta, & ab eo veluti è fonte Christi præcepto in illos deriuata; & hinc est vt summi Pontificis iurisdictionem nulla humana

humana potestas, aut ex toto abrogare, aut ex parte minuere, restringere, mutare, variareve possit: at Episcoporum iurisdictionem Romanus Pontifex Iuta potest tollere, minuere, restringere, mutare, aut variare, provt maiorem, minoremve illis facultatem concedit, vt docent S. Thom. 2.2. *q.184. a.6. ad* 1. *& q.39.a.3.* Iordan. *de maioribus Episcopi causis ad Papam deferendis c.7.n.8.& 9.* Bonacs 2.2.*q.1.art.10.puncto 2. dub.5.concl.5.* Fagundez *d.c.1.n.25.*

21 Ratio autem cur iurisdictio cuiuslibet Romani Pontificis dicatur accepta proximè à Christo, & non iurisdictio alicuius alterius Episcopi, illa est, quia cùm Romanus Pont. eligitur, ei iurisdictionem electores non dant, quia nemo dat, quod non habet; sed dat ei immediatè Christus Dominus, supposita ea conditione electionis legitimæ, cùm electio tantùm sit veluti conditio, sine qua Romanus Pontifex
22 à Deo iurisdictionem non acciperet: sed † cùm aliquis Episcopus eligitur, & confirmatur à Romano Pontifice, vel ab alio auctoritate ipsius; electio, & confirmatio non est veluti conditio, sine qua Episcopus iurisdictionem à Deo non acciperet, sed est id per quod Romanus Pontifex dat ei iurisdictionem in ea prouincia, cui præficit. Henriq. *d.c.5.§.6.* Hæc verò iurisdictio non est necessariò coniuncta, vt naturalis proprietas cum consecratione Episcopali,
23 vt videre licèt † in Episcopo titulari, qui nullius diœcesis est Ordinarius Pastor, & in Episcopis, qui cum licentia Papæ renunciarunt dignitati, aut ob crimen priuati sunt Episcopatu; quia, vt suprà dicebamus, potest Romanus Pontifex Episcopalis iurisdictionis plenitudinem ex ordinatione diuina apud se radicatam habens, & à se tanquam è capite in aliquem pro aliquo loco deriuatam, coarctare, vel illi nullam demandare.

24 Quamuis igitur Episcopalis dignitas, eiusque iurisdictio, vt Ordinaria, & ex officio considerata, saltem in generali, sit instituta à Christo Domino, ad effectum, vt Petrus, & Successores Ecclesiam suis per Episcopos gubernarent, vt constat ex verbis Pauli *ad Ephes.* 4. & 1. *ad Corinth. cap.* 12. dicentis posuisse Christum in Ecclesia Pastores, id est, Episcopos, & post Hieron. & alios exponit Suar. *tom.4. de Pœnit p.2. disp.25. sect.1. à n.7.* & ex loco *Actorum* 20. ibi, *posuit vos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam*; quem locum in idem adducit Concil. Triden. *sess.23. cap.4.* Cardin. Bellarmin. *d. lib. 4. de Romano Pontifice.c.25.* Suar. *d.loco.* vbi id etiam probat ex auctoritate plurimorum Patrum, & ex ratione perfectæ Monarchiæ in Ecclesia per Christum Dominum institutæ, inde meritò ex omnium consensu re-
25 soluens † non posse totam etiam Ecclesiam hunc modum regiminis mutare, quod etiam post alios obseruauerat Con. *in reg. peccatum p. 2. §. 9. num. 6.*
26 † Tamen si Episcopalis iurisdictio, sicut etiam munus ipsum Episcopale, sumatur in particulari, provt scilicet in hoc, vel illo subiecto, respectu horum, vel illorum subditorum collocatur, non est de Iure diuino, nec ab eo habet certos iurisdictionis gradus, qui augeri, vel minui nequeat; sed totum pendet à Summo Pontifice, per quem idem munus immediatè habetur in particulari, & à quo ipsius iurisdictio immediatè conceditur, & deriuatur, vt post D. Thom. pluribus in locis, & alios plures Theologos resoluunt Con. *vbi proximè*, Suar. *d.sect.1.num* 10. *cum seqq.* Card. Bellar. *d.lib.4. cap.24.* Valent. *tom.4. disp.7.q.10.puncto 2.pag.2.col.1.*

Hæc quidem verissima resolutio *primò* probatur
27 *in cap. ita Dominus* 19. *dist. & in cap. quoties* 24. *q.1.* & ex aliis pluribus adductis per Doctores suprà citatos. *Secundò* probatur ex eo, quia ipse Romanus Pontifex solus est, qui per se, vel per alios sua auctoritate & consensu, creat, & transfert Episcopos, vt constat ex vsu Ecclesiæ Romanæ, & ex *tit. de translat. Episcopi*; ipse est, qui diœceses diuidit, erigit, auget, minuit, sublimat, & deprimit, siue in totum, siue in parte, coarctando scilicet territorium; vt vltra eundem Ecclesiæ vsum constat ex D. Bernard. *epist. 131. ad Mediolanenses*, dum inquit, *potest Romana Ecclesia nouos ordinare Episcopatus, vbi hactenus non fuerunt; potest eos, qui sunt, deprimere, alios sublimare, provt ratio sibi dictauerit, itavt de Episcopis Archiepiscopos creare liceat, & è conuerso, si necesse visum fuerit*, subscribunt Card. Bellar. *d. cap 24. col.2 prope finem.* Suar. *d. num.* 10. *col.* 2. is tantus vir insignis sacræ Theologiæ in Conimbricensi Academia Magister, die 25. Septembris anno Domini 1617. Vlyssipone in domo professa sancti Rochi Societatis Iesu, in qua ille erat, vitam cum morte feliciter commutauit, vt refert Benedict. Ægid. *in tract. de priuileg. honest. art. 11. n. 14.*

Deinde potest ipse Summus Pontifex extendere, 18
vel limitare ipsam etiam iurisdictionem Episcopali muneri Iure diuino cohærentem intrinsecè, vt ordinariam, & quasi ex natura rei; dum scilicet postulat intrinsecè officium Pastoris animarum, & gubernatoris in spiritualibus. ad quod Episcopus assumitur, respectu eorum, quorum fit Episcopus, provt satis constat ab experientia; tum in his, quæ pertinent ad forum externum, videlicet in dispensationibus circa vota, & impedimenta ad contrahendum matrimonium, aut ad Ordines suscipiendos, & similia; vel in absolutionibus à censuris; aut in concessionibus Indulgentiarum: tum etiam in his, quæ spectant ad forum internum, videlicet in reseruatione casuum conscientiæ; quæ quidem omnia, cùm non fiant nisi per extensionem, vel limitationem Episcopalis iurisdictionis, vt patet; & nihilominus fiant per Summum Pontificem, signum præbent manifestum eam ab eo immediatè in particulari pendere, & deriuari, & non à Iure diuino; aliter enim si ab hoc immediatè procederet, neutrum prædictorum ex propria dispensatione posset Summus Pontifex, iuxta vulgarem regulam *cap. sunt quidam 25. quæst. 1.* provt benè argumentantur Cardin. Bellarmin. & Suar. *vbi proximè*, & constat ex his, quæ circa eandem regulam prosequuntur D. Thom. 1.2. *quæstione 97. art.4 ad 3.* Syluest. *verb. Papa quæst.16.* Almain. *de potestate Ecclesiæ cap.13.* & alij plures, vt per Con. *de sponsalibus part.2. cap.6.§.9.num.4.* Azor *inst. mor. p.1. lib.6. cap.17. quæst.7. & lib.4.c.18.q.2.& lib.5.cap.3. a princip.*

Sed insurget aliquis obiiciendo quòd Episcopi 19
successerunt in locum Apostolorum, iuxta text. *in d.cap. in nouo, vers. ipsis*, & Concil Trid. *sess.23. cap.4. in med.* Can. *lib. 6. de locis Theolog. cap. 8. ad decim.* Bellar. *d.lib.4.cap.25.* Suar. *in d.sect. 1 num.* 15. & antè eos docuerat Augustin. *in Ps.* 44. dum exponens illud, *pro patribus tuis nati sunt tibi filij*, inquit, *Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi*, habetur *in cap. quorum vices 68. dist.* At iurisdictio Apostolorum, vt infrà ostendetur, est immediatè à Iure diuino positiuo: igitur ab eodem immediatè, & absque vlla limitatione concessa debet censeri potestas Episcoporum, & per consequens independens à Summo Pontifice, provt aliàs iurisdictio cæterorum, qui post eum legitimè vocati fuerint ad Summum Pontificatum, independens ab eo Summo Pontifice, & immediatè à Christo accepta: probatur ex illa maximè ratione, quia succedunt Petro, qui immediatè à Christo Domino eandem iurisdictionem habuit. Confirmatur difficultas,

30 eulras, quia † non potest Summus Pontifea ex toto, vel ex aliqua parte, aliquid eorum mutare, abrogare, & tollere, quæ sancti Apostoli condiderunt, vt probant text. *in cap. sunt quidam 25. q. 1.* ibi, *Vbi verò apertè Apostoli Domini, & eos secuti sancti Patres sententialiter aliquid desinierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex, sed potius, quod prædicatum est vsque ad animam, & sanguinem confirmare debet*; & *in cap. contra statuta, & in cap. omne quod, ead. causa, & quæst. & in cap. super eo, de bigamis*, vbi ait Lucius III. *cum bigamis contra Apostolum dispensare non licet*, idem dicit Innoc. III. *in cap. nuper, & in cap. à nobis, eod. tit.* At iurisdictio Episcopis competens est illa, quam Apostoli à Christo Domino receperunt, & habuerunt, cùm eis successerint; ergo Iure diuino, & independenter à Summo Pontifice illis esse tributam videbatur dicendum.

31 Pro responsione tamen supradictæ obiectionis fatendum est, cum probabiliori, & receptiori sententia, omnes Apostolos immediatè habuisse à Christo Domino potestatem, quæ quidem licèt ea ipsa Christi institutione esset Petri, vt capitis, & Ordinarij eorum etiam Principis, & Pastoris dispositioni subordinata, ad hoc, vt Concilium conuocaret, & alia obiret Præsidentis officia, vt post alios resoluunt Sot. *in 4. dist. 20. q. 1. art. 2. col 5. post med.* Cou. *in d. reg. peccatum p. 2. §. 9. num. 5. vers. quarto*, sic intelligentes illud Ioan. 21. *Pasce oues meas*, provt etiam procedunt text. *in cap. in illis, in fine, 80. dist. & in d. cap. ita Dominus, & in cap. sacrosancta, vers. inter, 22. dist.* Tamen huiusmodi potestas sic ad Petrum subordinata Apostolis à Christo Domino concessa in nihil secundùm se erat potestati eiusdem Petri inæqualis, sed potiùs absque vlla limitatione æqualis in totum Orbem, & ad omnes actus, quos Petrus agere poterat, idque non solùm quoad Ordinem, & dignitatem consecrationis, vt suprà dicebamus, & existimarunt gloss. *verb. pari, in d. cap. in nouo*, & gloss. *verb. Petrus, in cap. loquitur 24. q. 1.* & gloss. *vlt. in d. cap. in illis*; sed etiam quoad iurisdictionem, & potestatem administrandi, cùm eius etiam functiones sint de essentia muneris Apostolici, & propterea non sit dubium easdem contineri in ea summa potestate, cum qua Christus missus est à Patre, ac eam omnem, quoad erat possibile, communicasse, & concessisse omnibus Apostolis, vt constat Ioan. 20. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*: provt ex his, & aliis fundamentis resoluunt plures, vt per Sot. *d. art. 2. maximè col. 4. in fine, cum seqq.* Cou. *d. vers. quartò*, Bellarm. *d. lib. 4. cap. 22. in fine, & cap. 23.* & constat etiam ex Iuribus sic absolutè, & absque vlla vtriusque potestatis distinctione loquentibus, & proinde sic indistinctè intelligendis *in d. cap. in nouo.* ibi, *Pari consortio. & in dict. cap. loquitur.* ibi, *parem potestatem*, & ibi, *pari consortio.*

32 Hæc itaque omnia circa Ordinis, & iurisdictionis potestatem parem Petro, & absque vlla limitatione in Apostolis fatemur, sed non inde sequitur idem fore dicendum in aliis Episcopis, quamuis dicantur Apostolis succedere. Nam inprimis hæc successio non est propria eo modo, quo vnus, v. g. Rex succedit in omnibus ad antecessorem pertinentibus: neque enim eis successerunt in dignitate Apostolatus, nec in facultate vtendi iurisdictione sua, prædicandi, & fundandi Ecclesias in toto orbe, quam ipsi Apostoli immediatè habebant à Christo Domino, vt habetur *Marc. vlt. & Matth. vlt.* Nec in dono linguarum, & miraculorum, nec in potestate scribendi libros Canonicos. Deinde si Apostolis propriè succederent, planè hæc successio in omnibus Episcopis aperiretur, consequens autem hoc non est verum, vt patet de Tito, & Timotheo, & aliis, qui vtpote iam creati Episcopi, quo tempore adhuc viuebant Apostoli, non possunt dici illis successisse, quia scilicet propriè non succeditur nisi præcedenti, & non existenti.

Licèt tamen supponeremus hanc successionem propriè dari ea parte Episcoporum, tamen quod attinet ad iurisdictionem, de qua sermo noster est, non adetat ea parte decedentium Apostolorum aliquid, in quo ab Episcopis succedi posset. Apostolorum enim dignitas, & iurisdictio personalis erat, vtpote eis propter necessitatem illius temporis, & primæ fundationis Ecclesiæ speciali priuilegio à Christo Domino commissa, non vt perpetuò in Ecclesia, qua talis, duraret; sed vt cum Apostolorum personis extingueretur, provt solent priuilegia personalia iuxta vulgares regulas extingui, nisi quatenus per auctoritatem, & concessionem Summi Pontificis in vim humanæ iurisdictionis postmodum concederetur, provt ab eo dependenter conceditur. Quibus rationibus prædictam obiectionem de successione Episcoporum soluunt eleganter Sot. *d. col. 5. in fine.* Suar. *d. num. 12.* Cardin. Bellarm *d. cap. 25.* & ante eos censuerant plures, vt per Couarru. eosdem sequutum, *d. §. 9. num. 6.* 33

Ex quibus clariùs colliges Iura suprà allegata ad probandam Episcoporum successionem cum Suar. & Bellarm. *vbi proximè*, intelligenda, & referenda esse ad aliam successionem, quæ scilicet fit respectu Ordinis sacri Episcopalis, vel ad aliam, quæ fit solùm impropriè, videlicet per quendam similitudinem & proportionem, quia nimirum Episcopi post Summum Pontificem sunt Ordinarij Principes Ecclesiæ, sicut Apostoli ex priuilegio fuerunt sub Christo, & postmodum sub Petro: provt etiam ob similem proportionem dicuntur Presbyteri succedere septuaginta duobus discipulis, ex Anacleto *epist. 2.* & ex Beda *in cap. 20. Lucæ*, cùm tamen constet Presbyteros non potuisse propriè succedere illis Discipulis respectu presbyteratus, si quidem hi non non fuerunt Presbyteri, nec vllum Ordinem, aut iurisdictionem à Christo susceperunt, immo postea eorum aliqui, videlicet Philippus, & Stephanus, & alij ab Apostolis Diaconi ordinati fuerunt, *Actor. 6.* 34

Neque obstat comparatio suprà adducta de successione, per quam Summi Pontifices Petro succedunt: ex cuius fundamento, & ratione probatur eos suam certam, & illimitabilem iurisdictionem accipere immediatè à Iure diuino, provt Petrus eandem acceperat ab eodem; quia respondetur ex mente Soti *d. col. 5. ante finem*, & ex verbis Cardin. Bellarmin. *d. cap. 25. col. 2. post principium*, magnum esse discrimen inter successionem, quæ fit Petro, & eam quæ fit Apostolis, propter quod de illa ad hanc argui non potest: cùm enim Pastoralis Petri dignitas fuerit ei non solùm tanquam Apostolo, sed tanquam Christi Vicario tradita, & instituta ab eodem Christo Domino tanquam ordinaria, & perpetuò mansura in Ecclesia, iuxta illud, *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues Regni Cælorum*, iuncta explicatione Sot. *d. col. 5. ante fin.* & aliorum quos refert Couarr. *d. n. 6.* consequitur quòd dum Romanus Pontifex succedit Petro, succedit eidem, vt Christi Vicario, & Pastori Ordinario totius Ecclesiæ, & per consequens quòd ab illo immediatè habet iurisdictionem, à quo eam habuit Petrus: contrà verò in Episcopis respectu Apostolorum dicendum est iuxta supradicta, quia nec ex parte Episcoporum datur propria, sed tantùm similitudinaria successio, nec ex parte Apostolorum superfuit aliqua iurisdi- 35

.22 ctio

ctio otdinaria, in qua possent Episcopi succedere; cùm tota fuerit delegata,& à Christo Apostolis data ex personali priuilegio in Ecclesia perpetuò non duraturo,iuxta suprà resoluta,& resoluit Azor.*d p.2. lib.3.cap.30.q.13.vers.dices.* Ex quibus patet responsio sicut ad confirmationem prædictæ obiectionis suprà relatam.

36 Constat igitur ex hucusque dictis Episcopos habere suam iurisdictionem in particulari immediatè à Summo Pontifice,& ab eo dependentem,proindeque eorum potestatem iudiciariam extendi,vel limitari ad plures,vel pauciores effectus.

CAPVT II.

Episcopus quid significet,& quibus appelletur nominibus? & de eius dignitate, vita,& moribus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus apud Ethnicos veteres fuit nomen Magistratus,cuius erat panis,& caeterarum rerum ad cibum & victum pertinentium curam habere.*

2 *Episcopus Graecè dictus est qui Latinè dicitur speculator, vel superintendens, eo quòd illius praecipuum munus sit gregis sibi commissi mores, & vitam explorare & inspicere.*

3 *Summi Sacerdotes vocantur Episcopi ad differentiam simplicium Sacerdotum.*

4 *Pontifices tantùm, aliquando verò Summi Pontifices nominantur Episcopi,cùm ipsi Ecclesiasticos Ordines distribuant,& disponant,& praeordinatores sint in cunctis.*

5 *Praesules dicuntur Episcopi, quia in Concilio praesident.*

6 *Antistites appellantur Episcopi,quia ante alios stantes praeminent populo.*

7 *Sanctissimi vocantur Episcopi, quia alios Sanctos efficere debent.*

8 *Legati Christi nonnunquam appellantur Episcopi.*

9 *Pastores Episcopi non impropriè dicuntur, sicut & subditi eorum similitudine oues appellantur.*

10 *Fratres vocat Episcopos Summus Pontifex, quasi sibi aquales; Cardinales verò,& Reges filios.*

11 *Episcopatu ipso nulla maior dignitas est in Ecclesia, & ideò Summus Pontifex hoc nomine non dedignatur,cum aliquando vel Vrbis Romana, vel Catholica Ecclesia Episcopum seipsum appellet.*

12 *Illustres,& persona egregia appellantur Episcopi.*

13 *Praeco Episcopus dicitur, vt annunciet populo scelera aliorum.*

14 *Sal terra etiam dicitur Episcopus,vt condiat aliorum mores sapientissimis institutis,ac praeceptis.*

15 *Lucerna super candelabrum posita ideò appellatur Episcopus,vt omnibus luceat probitatis, & doctrinae radiis.*

16 *Angeli dicuntur Episcopi, quia mittuntur, vt nuntij praedicaturi verbum Dei.*

17 *Ducis officium habet Episcopus, vt rectum iter subditis ostendat.*

18 *Medici appellantur Episcopi, vt sciant attemperare vinum oleo in curandis vulneribus.*

19 *Episcopum quem esse oporteat à Christo Domino, ostenditur in Euangelio.*

20 *Item ab Apostolo multis in locis.*

21 *Episcopum custodem, mediatorem Dei, & hominum esse dicit beatus Clemens Petri successor.*

22 *Episcopum virum diuinum, ac diuino numine afflatum dicit Dionysius Areopagita.*

23 *Episcopum esse dicit Ignatius, qui omni principatui, & potestati supereminet,& quod homini licet, imitator Christi veri Dei,princeps Sacerdotum, Imaginem Dei referens.*

24 *Episcopus quot nominibus significetur, Nazianzenus,& sacer Basilius ostendunt.*

25 *Episcopi dignitas,potestas,& iurisdictio institutione Diuina presbyteratum supereminet.*



PISCOPI nomen Græcum est, & apud Ethnicos veteres fuit nomen Magistratus,cuius erat panis,& cæterarum rerum ad cibum,& victum pertinentium curam habere,& ideò Arcadius Iureconsultus recensens munera personalia *in l. munerum 1. §. Irenarcha ff. de munerib.& honoribus*,sic ait: *Episcopi qui praesunt pani, & cæteris venalibus rebus,quae ciuitatum populis ad quotidianum victum vsui sunt, personalibus muneribus funguntur.* Et Cicero scribit *lib. 7. ad Atticum, epist. 10. Vult me Pompeius esse,quem tota haec campana,& maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus, & summa negotij referatur.* 1

Hodie verò vocabulum istud factum est quodammodò proprium Christianæ religionis, veteri penè sensu obseruato, translatum à profano ciuili Magistratu ad sacros Ecclesiæ Præsules, & Antistites, eò quòd illorum præcipuum munus sit gregis sibi commissi mores,& vitam explorare, & inspicere; & ideò Episcopus Græcè dictus est, qui Latinè dicitur Speculator,*cap. cleros §. Episcopus,21. dist.* vel superintendens,*cap. qui Episcopatum 8.quaest.1.* ita hanc Episcopi etymologiam referunt Hieron. Gig. *in tract. de residentia Episcoporum,cap. 1. à num. 1.* Anastas. Germon.*de Sacrorum immunit.lib.3.cap. 8.* Durand.*in rationali diuinorum,lib.2.cap.11. à num.1.* Alphons. Aluarez Guerero *in speculo iuris Pontificij, lib. 1. cap. 4.* Azor.*instit.moral.part.2.lib.3. cap.27. q.1.* Gonzal.*ad reg.8.Cancellar.gloss.42. num.18.* Duard.*in Bullam Coena Domini, lib. 1.cap. 5. quaest. 2. num. 1.* Francisc. de Mendosa *lib. 1.Regum c.7. sect.2.* Magalaes *in epist ad Timoth.cap.3.sect.1. num. 2.* Sebast. Cæsar.*in relect. de Ecclesiastica Hierarchia,p.1.disp.6. §.1. ex num.1.* Lotter.*de re benef.lib.1.qq.num.106.* D. Acuña *in commentar ad cap. cleros,num. 7. dist. 21.* me citato *in hoc loco* Alzed.*de praestantia Episcop.dignitat.p.1.cap.9. num.2.* Vnde D. Ambros. *de dignitate Sacerdotali,cap.6.* Episcopum dici putat quasi superinspectorem; ideòque & in solio eum in Ecclesia editiori residere, vt ipse cunctos respicit, ita & cunctorum oculi ipsum respiciant. *Speculator* item dictus, teste Augustin. *lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 9.* quasi populorum, quibus præpositus est,obseruator,custos, & præfectus, qui speculetur,& prospiciat popolorum subditorum mores,& vitam. Hinc & Vrbanus Papa *in epist.* ait, *Sedes Episcopis in Ecclesiis erecta indicant speculationem,& potestatem iudicandi & soluendi,atque ligandi à Domino eis concessam.* a

Summi Sacerdotes vocantur Episcopi ratione Ordinis,*in cap.1.§ per frontis,de sacra Vnctione in cap.vlt 3. q.1 & in cap.videntes 12. q.1.* & aliis relatis per Azor. *d.cap.27. quaest. 1. vers. quares.* Ioseph. Ludou. *Persin. decis.74.num 11.* Pacian.*de probat.lib.2.cap.28. num.8.* Rodoan *de simon.tom.2.part.1. cap.24. num.3.* Zerol. *p.2.verb Episcopus num.13.* Alzed. *d p.1. cap.9. num.7.* Ad differentiam simplicium Sacerdotum, quia licèt sex sint,quæ communiter ad omnes pertinent Sacerdotes, videlicet, catechizare, baptizare, prædica- 3

re,conficere,soluere, ac ligare;tamen ad Episcopum specialiter spectant,scilicet, clericos ordinare, virgines benedicere,Pontifices consecrare, manus imponere, Basilicas dedicare, degradandos deponere, Synodos celebrare, Chrisma conficere, vestes, & vasa sacrare, in fronte chrismare, & benedictionem solemnem ante pacem dare,*cap. perlectis, vers. ad Episcopum* 25. *dist.cap.quamuis* 68. *dist*. Summi etiam dicuntur Episcopi,quia vltra eos nullus est Ordo, *cap. de his,c. manus,de consec. dist.* 5. Nam Episcopatus est maior Ordo quàm sit in Ecclesia Dei,glos.*verb. Episcopus,in procem.lib*.6. glos.*verb.de Episcopis,in cap.quia periculosum,de sentent.excom.eod.lib*. Cassan.*in catalogo gloria mundi p*.4. *consid*.25. Hoieda *de incompat. benef. p*.1.*num*.5. me citato *in hoc loco* Alzed.*d.part*.1. *cap*.8. *num*.23.

4 *Pontifices* etiam appellantur *in cap.Pontifices* 7.*q*.1. *& in cap. Messana,de elect.& in d.c.quia periculosum*,ibi, *Pontificalis officij,de sentent.excom.in* 6. & Isid. *in d.cap. cleros, vers. Pontifex*, vocat eos maximos Pontifices, hoc est, maximos Sacerdotes;Filesac. *de sacra Episc. auctor.cap*.9. §.5. *in fine*. Alzed.*d.part*.1. *cap*.9. *num*.8. ipsi namque efficiunt Sacerdotes, atque Leuitas:ipsi officia, & Ecclesiasticos Ordines distribuunt ,& disponunt,& prærordinatores sunt in cunctis, ipsi quod vnusquisque facere debet ostendunt,Durand.*d.c*. 11. *n*.3.Azor.*vbi proximè*.

5 *Præsules* dicuntur, quoniam in Concilio præsident,*cap. quod translationem,de tempor. ordin*. Durand. *d.cap*.11.*num*.4.Sebast. Cæsar *d.disp*.6.§.1. *num*.4. Vel quasi præ aliis salientes, Ignat. Botace *in tract. de la etymologia de nomine Papa & Pontifex*, *c*.7.*pag*. 85. & Prælati cùm præsint vniuerso populo sibi commisso ratione diuinorum,& peccati.Lotter.*de re benef.lib*.1. *q*.9.*n* 88 *cum seqq*.

6 *Antistites* etiam nominantur,quia ante alios stantes præeminent populo; vel ab ἀντὶ, quod est *contra*, quoniam hæreticis contradicunt, vt Pastores lupis, Durand.*d.c*. 11. *n*.5. Viuian.*in praxi Iurisp.lib*.3. *cap*.1. *num*.10.

7 *Sanctissimi* vocantur *in auth. de Sanctissimis Episcopis collat* 9.*& in Clem*.1.§.*nec super,de pœnis*. Pacian.*d. cap*.18.*num*.12.Nam qui alios Sanctos efficere debet, necesse est, vt sit Sanctissimus; & maxima sanctitate præfulgere debet is,qui velut sol quidam sanctitatis, in omnes alios tanquam sydera quædam sanctitatis suæ radios emittere tenetur .Hinc rectè *Eccles*. 24. dicitur, *Ab immundo quis mundabitur?* cui simile est illud Greg *mor. lib*. 7. *Manus sordida aliam non lauat, & oculus plenus puluere,maculam non considerat,ita mundus debet esse,qui vult aliena corrigere*,Alzed.*d.p*.1.*c*.11. *num*.7.

8 *Legati Christi* nonnumquam appellantur, prout *in cap. accusatio quoque,in fine*,2. *q*. 7. *& in d. Clem*. 1. Specul.*in tit.de legatis* §.1.Alphons.Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij lib*.1.*cap*. 28. *paulo post princip*. Pacian.*d.c*.28.*n*.12.Sebast.Cæsar.*d disp*.6. §.1. *num*.4. Agia *de exhiben. auxil. fund*. 3. me citato *in hoc loco* Alzed *d.p*.1.*c*.9.*n*.20.

9 *Pastores* Episcopi non impropriè dicuntur, sicut & subditi eorum similitudine, oues appellantur ab ipso Christo Domino *Ioan*. 11. *&* 21. & ibi omnes sacri interpretes; neque verò secundùm illam abusiuam significationem, qua Dominus gregis pastor dicitur,vt Iacobi filij ad Pharaonem dixerunt: *Pastores sumus*, quia per famulos ducebant gregem, & fœtu,lanáque fruebantur:sed potiùs officio,& cura, quam bonus Pastor per seipsum,non vt mercenarius debet exhibere,vigiliásque perferre:vt Episcopi nomen sonat,id est,Speculator,vt suprà diximus: & vt *pascere* sonat, id est, per prata Scripturæ gregem deducere,eiúsque fontibus potare,atque oleo scabiem inungere, docendo verbo, bonorumque operum exemplo, verbi Dominici prædicatione, ac Sacramentorum administratione, vt Pastoris officij esse proprium docet,& monet, ac sæpiùs inculcat Conc. Trident.*sess*.6.*de reformat.cap*.1.*& sess*.23.*de reformat. cap*.1.prosequuntur Sot.*de iustit.lib*.10. *q*.3. *art*.1. *ad med*. Fusch.*de visitat.lib*.1. *cap*.4. *à num*. 23. *& lib*. 2. *cap*.33.*num*.20.Faciunt multa,quæ de pascendi verbo in prædicta Christi Domini auctoritate explicat Cardin.Bellarmin.*tom*.1.*de Roman.Pont.lib*.3. *cap*.15. In cuius officij Pastoralis signum Baculum pastorale dari Episcopis notissimum est,& explicat tex.*in cap. vnico,in fine, de sacra Vnct*. Durand. *in rationali diuin. lib*. 3. *cap*. 15. Guido Pancirola *in thesauro variarum lect.lib*.1.*cap*. 19. meliùs Durantes *de ritibus Ecclesia lib*.2.*cap*.9. *à num*. 36. Apud quos videbis rationem, & veritatem illius historiæ, cuius meminit text. *in d. cap. vnico*, Quare scilicet Romanus Pontifex Baculo non vtatur,cùm tamen primus sit,& supremus Pastor vniuersalis Ecclesiæ, vt eruditè comprobat Bonif.VIII.*in Extrauag.vnam sanctam,de maiorit.& obed.inter communes*.

Fratres vocat Episcopos Summus Pontifex,quasi 10
sibi æquales, Cardinales verò, & Reges filios, *cap. quàm grauis* 6. *de crimine falsi*, Felin. *in procem. Decretal.num*.1. Deci.*in cap.cùm venerabilis,num*.2.*de except*. Cosm.*in pragmat.tit.numero Cardinalium,gloss. Cardinales*,Sot.*in* 4 *sentent.dist*.21.*quæst*.1.*art*.4.*col*.2. *in fine*. Lancel.*in templo omni.iud.lib*. 2. *cap*.5. *num*. 6. Alzed. *part*.1.*cap*.8.*num*.27.Nam † cùm nulla maior digni- 11
tas sit in Ecclesia ipso Episcopatu, *cap*. 1. *de priuileg. cap.pen.de prebend*. cum citatis *sup. n*. 3. *in fine*. Summus ipse Pontifex hoc nomine non dedignatur; aliquando enim vel Vrbis Romæ, vel Catholicæ Ecclesiæ Episcopum seipsum appellat, *c. si Episcopus* 2. *q*.9.*cap.transmarinos,c. Aphros* 98.*dist*. Gambarupt.*de casibus reseruatis c*.1.*n*.7.*&* 8.

Illustres dicuntur, Bart. *in l. omnes populi ff. de* 12
iust.& iure,Angel.*cons*.276. *Punctus talis*,Card. Tusc. *tom*. 3. *lit. E. concl*. 237. *num*. 8. Scip. de Rubeis *in aphorism. Episcop. verb. dignitas num*. 3. Quamuis Bald.*in l. ad similitudinem,C. de Episcop. & cler*. velit Episcopum esse similem illustri personæ,non tamen esse illustrem. Vocantur etiam personæ egregiæ, ad quod si testes esse velint, mitti debet instrumentum, vt in domibus suis testimonium reddant, si velint, gloss. *in l ad egregias,ff.de iureiur*. Azor. *d.cap*. 17. *q*.1. *propè finem*. Dicuntur etiam (vt ait Clemens V. *in Clement*. 1. §. *pen. de pœnis*,)*Sanctissimi* spirituales patres fratres, & Coëpiscopi Papæ, & columnæ comprobantes Ecclesiæ,*cap*. 2. 3. *q*. 8. *cap. accusatio* 2.*q*.7.Vnde à sacris Canonibus *Reuerendissimi* appellantur *in cap.perlatum* 88. *dist.& in cap*.1. 7. *q*.1. *& in cap.generaliter* 16.*q*.1.Alzed.*d.part*.1.*cap*.10.*num*.24. perfectiores namque censentur Fratribus religiosis propter regendi officium, ait idem Clemens V. *in Clem.exim,de verb signific*.Sed & ipsi quoque debent se nimis honorare, & qui posteriores sunt ordine aliis in sedendo, & subscribendo, ac cæteris actibus loco cedere,vt statuit Greg. Papa *in cap. fin*. 17. *dist*. se quoque inuicem eligere, inuicem adiuuare, non autem persequi,aut nocere,vel ab alterius adiutorio subtrahere debere sacri Canones admonent, vt *in epist. Clem. ad Iacobum fratrem Domini, & in Concil. Arelaten.cap*.13.*& in epist. Alex Papa*.Dicuntur quoque *persona magna*,Cephal.*cons*.1. *num*.57. *lib*.1. *tom*.1. *Excelsa,cons*.2.*num*.8. *eod lib*.1. *Eminentissimi*,Filesac. *de sacra Episcop.auctor.cap*.9.§.9 *pag*.101,Vnde quamuis

ois sint titulares, vocantur de iure Hispaniæ *Señoria l.18. tit. 1. lib.4.noua Recop.* vbi Narbona *glos.*11.Garc. *de nobilit. glos.*48.§.3.*num.*55. Valenzuel.*cons.*11.*n.*65. *tom.*1. & sunt Regij Consiliarij, *l.4. tit. 4. lib. 2. noua Recop.* Parlad. *differ.*10. *num.*27. Bobadil. *in sua politica lib.*2.*cap.*17.*num.*10.

13 *Præco* etiam Episcopus dicitur, vt annunciet populo scelera eorum, prout Isai. dixit *cap.* 58. relatus *in cap si rector.*43. *dist.*

14 *Sal terræ*, Matth. 5. vt condiat aliorum mores sapientissimis institutis, ac præceptis, Alzed. *d. p.* 1. *cap.*9.*num.*31.

15 *Lucerna* super candelabrum posita, Matth.*eod. cap.* 5. vt omnibus luceat probitatis, & doctrinæ radiis.

16 *Angeli* dicuntur, *Luca* 9. qui mittuntur, vt nuntij prædicaturi verbum Dei, Alzed.*d.par.*1.*cap.*9.*n.*23.

17 Habet officium ducis, vt rectum iter subditis ostendat, ne (quod verendum est) cæcus cæco ducatum præbeat, atque ambo in foueam cadant; *cap. post translationem, vers. item si quis, de renunt. cap. cum sit, de ætate, & qualit.* Alzed. *d.par.*1. *cap.*9. *num.* 55.

18 *Medici*, vt norint attemperare vinum oleo in curandis vulneribus, *cap. disciplina, dist.* 45. Alzed.*d. cap.*9.*num.*54.

Milites armati, Custodes, Leones, Angeli, & aliorum, quæ à S. Gregorio Naziazeno connumerantur in carmine ad Episcopos: vt sua insuperabili potestate dæmonum impetus infringat.

Dicuntur denique *fundamentum, columna, Pater, Doctor Ecclesiæ, oculus & minister Dei, lapis Sanctuarij, & lux mundi.* Garc. *d. glos.*48.§.3.*num.*55. Filesac. *d. tract. cap.* 1. §.2. *pag.* 3. Aggia *de exhibendis auxil. fundam.* 3. Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *disp.*17. *col.*1. *lit. E.* Vnde Episcopus est persona excelsa. Cephal. *cons.*2. *num* 8. *lib.*1. *tom.*1. & egregia, *l. ad personas, ff. de iniur.* Menoch. *de arbitr. casu* 70. *num.* 5. Gambat. *de officio legati lib.* 2. *num.* 3. & spectabilis, Greg. Lop. *l.* 3. *tit.* 14. *part.*4. *& l.* 11. *tit.*5. *part.* 5. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 48. §. 3. *num.* 55. à Ponte *tom.*1. *cons.* 14. *num.* 26. & Clarissimus, *l. ad similitudinem, C. de Episcop. & Cler.* Valenz. *cons.*82. *n.*63. *tom.* 1. ac proinde Magnates & proceres Regni sunt, & totius Regni, & Reip. præcipua membra. Greg. Lop. *l.* 6. *tit.*9. *part.*2. Mar. Alter. *de censur. lib.* 5. *tom.*1. *cap.*1. *disp.*12. *col.*1. *lit. E.* qui cùm antiquitus residentiam facerent circa personam Regiam cum Magnatibus Regni, consulendi gratia, vt colligitur ex l.19. *tit.*3. *lib.*1. *Ordin. vers. y entonces*, ideo in Hispania Regis consiliarij dicuntur; apud nos, *del Consejo de su Magestad, l.*31. *tit.* 3. *lib.*2. *ordin.* ibi, *Pero se fuere Obispo, l.*4. *tit.*4. *lib.*2. *noua Recop.* Ioan Garc. *de nobilit. glos.*9. *num.*49. Parlador. *de different. differ.* 20. *num.*27. Bobadil. *in sua politica lib.*2. *cap.*17. *num.* 10. & 15. & *cap.*18. *num.*61. quod idem obseruatur in Regno Neapolitano, Fab. de Anna *cons.*128. *num.*30. Et an & quando vocati à Rege teneantur ire, vide Selu. *de benefic. p.*3. *quæst.*3. *num.*12. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelasiam, decis.*2. *n.* 50. Auil. *ad cap.*1. *prætorum, glos. mandamientos num.* 9. *&* 10. Azeued. *l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 4. *noua Recop.* Lancel. *in templo omn. iudic. lib.* 1. *cap.* 2. *de Rege* §. 3. *de magnitudine Regali*, Ioan. Garc. *de nobilit. glos.*9. *num.* 48. Bobadil. *d. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 61. Et in summa quot sunt necessitates hominum, tot ferè nomina attributa sunt Episcopis ex eadem similitudine, venerint se totidem officia obtinere, quæ ne singula prosequamur cùm se in omnes fere causas, actiones, tempora, personas, ac diœcesis suæ necessitates effundunt, infra commodioribus locis tractabimus.

Episcopum igitur Summus ipse Pontifex Chri- 19
stus Dominus *Ioan.* 10. eum esse dicit, qui sit ille bonus Pastor ouium, qui intret per ostium, quod ostium Christus est, & non aliunde, cui ostiarius Spiritus sanctus aperiat, qui cognoscat oues suas, & cognoscant eum oues eius; nominatim vocet eas, & vocem eius audiant, dux earum sit, vadat ante eas, & oues eum sequantur, quia vocem eius ex frequenti doctrina, & verbi prædicatione cognoscunt: qui non modò mercedem fluxam, & caducam non respiciat, non modò laboribus non defatigetur, non modò opibus, & facultatibus suis non pateat, honoremque suum non quærat, lupis non cedat, aut oues non deserat; non modò infamiam, paupertatem, exilium, carcerem non metuat; sed vitam etiam ipsam, atque animam, (si ita opus sit) libenter, & promptè pro ouibus suis ponat, atque profundat. *Matth.* 5. Qui sit sal illud terræ, condiendo, & ab omni labe conseruando omni Christiano populo comparatum, *Ioan.*8. Qui sit lux mundi. Lucerna super candelabrum posita, quæ omnia immunda purget, sterilia fœcundet, errantia illustret, mœsta exhilaret, latentia prodat, ac in lucem proferat. Qui sit in illa ciuitas inexpugnabilis in monte posita, vndequaque illustris, & quæ obscurari nullo modo possit, *Matth.*5. Oculus vniuersi, quo sano, & simplici totum corpus sit lucidum, quo deprauato, & lippiente totum futurum sit tenebrosum. *Matth.*6. Qui claues Regni cœlestis habeat, vt cui aperiat apertum sit, cui claudat perpetuò sit obseratum; qui potestate ligandi, & soluendi sit præditus, vt quodcunque ligauerit super terram, sit ligatum in cœlis, & quodcunque soluerit in terris, sit solutum & in cœlis, quorum detinuerit peccata, detenta sint, quorum dimiserit, dimissa sint. *Ioan.* 20 quem qui audit, Christum audit, quem qui spernit, Christum & qui misit eum Deum Patrem spernit, & conculcat, *Luca* 10. Qui fidelis sit seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illi cibum tempore opportuno, *Matth.* 24. Qui sit operarius messis eius, vt fructum afferat, & fructus eius maneat, *Ioan.* 15. Qui de mundo non sit, sicut & Christus de mundo non est, *Ioan.*17.

Hunc eundem Paulus hominem dicit esse ex ho- 20
minibus assumptum, pro hominibus constitutum in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant, vt qui & ipse circundatus est infirmitate, & propterea debet exorare atque offerre, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso pro peccatis: qui non sumat sibi eum honorem, sed vocetur tanquam Aaron 1. *Paralipom.* 23. Nam & Christus non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret, sed qui loquutus est ad eum, *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Psalm. 2. *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech*, Psalm. 109. Qui sit minister, & adiutor Dei, ac dispensator ministeriorum eius. Apost. 1. *ad Corinth.*4. Sapientibus, & insipientibus debitor, idem *ad Roman.* 1, cui datum est ministerium reconciliationis, & posuit Deus verbum reconciliationis in ore eius: qui legatione fungatur pro Christo, tanquam Deo exhortante per os eius, 2. *Corinth.*5.

Illum etiam Clemens Petri successor *Const. Apost.* 21
*lib.*2. *cap.* 30. omnis sacræ scientiæ custodem esse dicit, mediatorem Dei, & hominum, in eo, quod ad eum facit, ministerio, doctorem pietatis, secundùm Deum parentem nostrum; qui per aquam, & spiritum regeneret nos in ius adoptionis filiorum Dei, Principem & Ducem populi Dei, Regem, atque Dynastam,

naſtam, *Θεὸν ἐπίγειον*, hoc eſt, *terreſtrem Deum*, poſt Deum, cui à nobis primus debeatur honos, de eo cuim, & illis ſimilibus ſcriptum eſſe docet, *Pſ.* 18. *Ego dixi, Dij eſtis, & filij Altiſſimi omnes vos.* Et illud Exod. 20. *Diis non maledices.* Qui primum in omnibus locum teneat, diuini tenoris, quantum homini fas eſt, particeps vniuerſi Clerici caput, totius autem populi, in his quæ ſunt ad Deum, Princeps.

22 Item Dionyſius Areopagita *de cæleſti hierarchia, cap.* 1. Epiſcopum dicit eſſe virum diuinum, diuino numine afflatum, qui omni ſacra diſciplina ſit præditus, perficiens ea, quæ perficiuntur, omnémque ſacerdotalem doctrinam complexus; tradens item ſacra pro cuiuſque eorum dignitate, qui ſcienter, & integrè præditi ſunt Sacerdotum perfectione, atque virtute, & in quo omnis, quæ eum attingit, hierarchia, purè abſoluitur, & cognoſcitur.

23 Diuus verò Ignatius Ioannis diſcipulus *in epiſt. ad Smirnenſes*, definiens Epiſcopum eſſe dicit, qui omni principatui, & poteſtati ſupereminet, & quoad homini licet, imitator Chriſti veri Dei princeps Sacerdotum imaginem Dei referens, Dei quidem propter principatum, Chriſti verò propter Sacerdotium. Nec enim Rege quiſquam præſtantior, aut quiſquam ſimilis ei in rebus creatis; nec Epiſcopo quicquam maius in Eccleſia, qui Deo conſecratus eſt pro totius mundi ſalute: quem qui honorat, à Deo honorabitur; qui ignominia afficit, à Deo punietur, ſine quo nihil faciendum cenſet earum rerum, quæ ad Eccleſiam ſpectant, neque baptizandum, neque offerendum, neque ſacrificium immolandum, neque oblationem celebrandam, neque coniugij vnitatem faciendam, vt coniugium ſit ſecundùm Deum, non ſecundùm carnem. Qui vbi comparet, ibi omnis ſit Chriſtiani populi multitudo, quemadmodum vbi Chriſtus, ibi omni aſtat exercitus cœleſtis veluti Imperatori poteſtatis diuinæ, omniſque intellectualis naturæ gubernatori diſpenſatoríque, quem vereri oportet vt Chriſtum. Sic enim nobis præcipiunt diuini Apoſtoli. Cui qui non obtemperet, ille ſine Deo eſt, pietatis expers, Chriſtum ſpernens, eiúſque ordinationi reſiſtens, ſine quo nulla eſt Eccleſia, nulla Sanctorum congregatio; abſque cuius auctoritate, qui agit, foris eſt, inquinatam habet conſcientiam, infideli deterior: qui enim Chriſti ſunt, Epiſcopi ſunt; qui verò ab illo declinant, & cum impiis communionem amplectuntur, hi cum illis excidentur, nec enim Chriſti agricultura ſunt, ſed diaboli ſemen. Sacerdotium enim eſt, omnium bonorum, quæ in homine ſunt ſupremus apex; qui aduersùs illud facit, non hominem ignominia afficit, ſed Deum, & Chriſtum IESVM, primogenitum, qui natura ſolus eſt primus, & Summus Sacerdos. Laici enim Diaconis, Diaconi Preſbyteris, Preſbyteri Epiſcopis, Epiſcopus Chriſto, vt ipſe Patri, ſubiicitur.

Pulcherimè Nazianz. *in Apologetico primo*, & 24 *oratione de laudibus Athanaſij: in funere item parentis, & in exhortatione ad Epiſcopos*, atque ſacer Baſilius *in Epiſt.* 61. eundem Epiſcopum depingentes illum appellare ſolent Angelum Dei, candelabrum in Eccleſia Chriſti, Sacerdotem incruenta ſacrificia offerentem, illuſtrem animarum cuſtodem, magni Dei figmentum in manibus ſuis portantem, Deum hominibus conciliantem, immortalis vitæ Doctorem: magnam vocem, & tubam ſermonum Regalium, viuificantem virtutem, columnam, & firmamentum in domo Dei, ſcopulum eminentem, qui omnes fluctus errorum, & perſecutionum excipiat, frangat, & à populo Dei arceat, terrorem hæreticorum, cuſtodem patriarum legum, omnis nouitatis hoſtem, ſecurim petram ſcindentem, linguam flumini irriganti ſimilem, cordis profunditatem, fulgur celeritatis, ſacri conſilij apicem, ſermonum myſticorum interpretem, ignem malæ, & vitioſæ materiæ purgantem, ventilabrum, quo à grauibus dogmatibus leuia diſcernuntur, gladium vitiis radicea excindentem, percutientibus Adamantem, diſſidentibus omnia, inungentem Magnatem, veteris vitæ, & doctrinæ exemplum, ad quem item omnes neceſſitatum ſuarum nominibus confugientes, cum coniugis moderatorem, monachi legiſlatorem, ſimplicia itineris ducem, ſpeculationi deditum Theologum, hilaris frænum, calamitoſi conſolatorem, canitiei baculum, iuuentutis magiſtrum, pauperis ſuppeditatorem, diuitis diſpenſatorem, viduæ patronum, pupilli patrem, peregrini hoſpitem, fratris fratrum amatorem, ægrotantis medicum, ſanæ valetudinis cuſtodem appellant. Nam, vt ipſe Saluator ait *Matth.* 5. Epiſcopus eſt velut ciuitas quædam ſupra montem poſita, ad quam omnes in anguſtiis tum corporis, tum animæ conſtitui confugere, & velut fons quidam publicus, vnde omnes ſitientes bibere, & vt communis quædam medicamentorum omnium apotheca, vnde ægri omnes membrorum ſuorum remedia expetere debeant, à quo cæci lumen, paruuli doctrinam, dubij conſilium, inopes ſubſidium, viduæ protectionem, & variis tentationibus, ac ſcrupulis, & tribulationibus preſſi medicinam pariter, & auxilium quærere debent.

Ex quibus colliges quàm magna ſit Epiſcopo- 25 rum dignitas, poteſtas, & iuriſdictio, quos Preſbyteris ſuperiores eſſe ex inſtitutione diuina definiuit Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 4. *&* *can.* 6. *&* 7. & contra antiquos, & noſtræ ætatis hæreticos latè comprobat Cardin. Bellarm. *controu. Cathol. tom.* 1. *lib. de Clericis, cap.* 14. & ante eum Petr. Sot. *de ſacram. Ordinis, diſt.* 1. *lect.* 2. Caſtr. *aduerſus hæreſes, verb. Epiſcopus,* & alij, de quibus Henriq. *in ſumm. lib.* 10. *cap.* 7. §. 2. *lit. M.* Suar. *tom.* 4. *de pœnit. diſt.* 25. *ſect.* 1. *à num.* 4. Magalaes *in epiſt.* 1. *ad Timoth. cap.* 3. *ſect.* 1. vbi Sotomaior *ſuper verb. fidelis ſermo*, *pag.* 408. Sebaſt. Cæſar. *in relect. de Eccleſ. Hierarch. part.* 1. *diſp.* 6. §. 1. *num.* 12. Non obſtat text. *in c. olim.* 95. *diſt.* vbi D. Hieronymus in hæc verba; *olim idem erat Preſbyter, qui & Epiſcopus*; quia reſpondetur ſecundùm D. Thom. tantummodò Diuum Hieronymum dicere nomina Epiſcoporum, & Preſbyterorum, Apoſtolorum tempore incœpiſſe, non verò rem, ſeu dignitatem ipſam Epiſcopalem, vel quòd primo tempore omnes Preſbyteri ſimul eſſent Epiſcopi, & poſtea ad ſchiſma vitandum aliqui in Preſbyteratum ſolum, alij in Epiſcopos cœperint ordinari, ſequitur Turrect. *de poteſtate Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 78. *cum ſeqq.* Vel reſpondetur, quod magis placet Bellarmino *vbi proximè obiect.* 6. nunquam D. Hieronymum negaſſe Epiſcopos Preſbyteris quoad Ordinis poteſtatem eſſe ſuperiores, vt Aërius negabat, & alij negant hæretici, ſed ſolùm egiſſe de poteſtate iuriſdictionis, & regiminis, vt deducitur ex verbis *dict. cap. olim.* ibi, *vnus de Preſbyteris ſupponeretur omnibus*, & quia conſtat ex *cap. legimus* 93. *diſtinct.* intentum Hieronymi eſſe, refellere audaciam Diaconorum, qui ſe Preſbyteris ſuperiores eſſe contendebant, & inter alia illud adducit argumentum, quòd in Eccleſia primitiua nomen Epiſcoporum, & Preſbyterorum non erat diſtinctum, & ad Preſbyteros, & Epiſcopos pertinebat Eccleſiarum regimen ſecundùm diuerſas functiones, de quibus *cap. ſeq.* Diaconorum verò munus ſolum

lum erat mensis ministrare, non profanis quidem, & conuiuiis, vt impiè Lutherus, & inconsideratè Caietan. tradunt: sed Altari assistendo Sacerdoti celebranti, & sacram Eucharistiam fidelibus distribuendo, vt meliùs contra eos comprobat Pigh. *lib. 2. cap. 4. vers. neque est.* Bellarmin. *vbi proximè, cap.* 13. Quod verò realiter distinctus esset ex Christi institutione vterque gradus, nunquam negauit D. Hieronymos, quòd si in aliquo minus tribuit iurisdictioni Episcoporum, quàm postea declarauit Ecclesia in re illis temporibus non admodum perspicua, non ideò dicendum est cum Aërio, vel hæreticis sensisse, vt contra Mich. de Medina benè aduertit Bellarmin. *vbi proximè*, & ante eum latè Pigh. *d. lib. 2. c. 9.* vide dicta infrà *alleg. 1. n. 9*

Capvt III.

De Episcoporum electione.

Svmmarivm.

1 *Apostoli auctoritate accepta à Christo Domino in sui locum Episcopos elegerunt, & crearunt.*

2 *Episcopis, quos crearunt Apostoli, vita functis, totum ius eligendi, & creandi Episcopos ad Romanum Pontificem pertinuit, tanquam ad successorem Petri.*

3 *Papa secundùm varia tempora, ac varia temporum occurrentes circumstantias diuersis personis ius eligendi Episcopos concessit, vel permisit.*

4 *Episcoporum electiones primis Ecclesiæ temporibus totius Clerici, & populi auctoritate fiebant.*

5 *Electiones Episcoporum aliquando Clero, & populo dabantur, vt tam hi, quàm illi Episcopum nominarent, & eligerent, aliquando verò, vt Clerus eligeret, populus verò consentiret.*

6 *Principes sæculares aliquando auctoritate propria electionem, & nominationem Episcoporum faciebant; aliquando verò ipsa Romana Ecclesia potestatem eis eligendi, & nominandi Episcopos concedebat.*

7 *Hispaniarum Regibus à Romano Pontifice priuilegium fuit indultum eligendi, & nominandi Episcopos.*

8 *Principibus aliquando concessum fuit, vt electio à Clericis facta valida non esset, nisi Principis accedat consensus.*

9 *Eligendi Episcopos potestas laicis concessa, vel permissa, quoad populos, & sæculares Principes abrogata noscitur, optimis rationibus.*

10 *Eligendi Episcopos abrogata laicis potestate illa penes omnes Clericos, & Religiosos remansit, vt in ea postea Clerici à Religiosis sint separati.*

11 *Eligendi demum Episcopos potestas ad solum Collegium in Collegiatis, & ad solum Capitulum in Cathedralibus redacta fuit.*

12 *Papæ electio licèt olim fieri non posset à solis Cardinalibus, sed adhibere oporteret Clericos Cardinales, & totius Cleri, & populi consensum, postea tota ad solum Cardinalium Collegium redacta fuit.*

13 *Papam soli Cardinales eligunt, non Concilium generale, si tempore, quo fuerit Congregatum, Apostolica Sedes vacauerit.*

14 *Gratiani Canones in decreto inserti nullam habent iuris auctoritatem.*

15 *Auctor* cap. 1. de electione, *non constat quis fuerit, Canonici eligunt Ecclesiâ viduatâ Pastore, Sede vacante, sepulto mortuo Episcopo, non priùs. ibid.*

16 *Eligendi Episcopum potestas, non omnibus Clericis Cathedralium, sed solum earum Canonicis, seu Capitulo facta est.*

17 *Canonici propriè dicuntur, qui de Capitulo sunt.*

18 *Dignitates, quæ de communi mensa prebendam non habent, licèt habeant stallum in choro, vocem non habent, nec in Capitulo, nec in Episcopi electione.*

19 *Episcoporum ad electionem Canonici, qui in pupillari ætate existant vocandi non sunt.*

20 *Pupillus ad emphyteusim quare possit nominare ostenditur.*

21 *Furiosi eligere non possunt.*

22 *Canonicus dum in Subdiaconatus Ordine constitutus non est, nec vocem habet in Capitulo, nec eligere potest, cum declarationibus ibi positis.*

23 *Canonici supernumerarij, item suspensi, vel excommunicati, an possint eligere? remissiuè.*

24 *Canonici Clericos Ecclesiarum inferiorum, vel alios extraneos ad colligendum an possint admittere, sub distinctione resoluitur.*

25 *Consuetudo specialis inducere, & efficere potest, vt Clerici aliarum Ecclesiarum, vel aliàs extranei, cum ipsis ad coeligendum admittantur.*

26 *Laici ius eligendi Episcopum consuetudine acquirere non possunt.*

27 *Consuetudo eligendi Episcopos ad Capitulum, & ad Canonicos spectans durauit vsque ad tempora Bonifacij VIII. & Clementis V.*

28 *Electionis canonicæ consuetudo solùm in Germania seruatur.*

29 *Reges Hispaniæ, & Lusitaniæ nominandi, & præsentandi Episcopos in Ecclesiis Cathedralibus quod ius habeant, ostenditur.*

Regibus Franciæ ius nominandi Episcopos indultu Pontificis concessum, ibid.

30 *Hispaniæ Reges à Carolo Magno priuilegium nominandi ad Ecclesias Cathedrales non acceperunt.*

31 *Eligendi, seu nominandi ius super Cathedralibus competens Imperatoribus, Regibus, & alijs Principibus in generalibus derogationibus non continetur.*

32 *Iuspatronatus ad Reges, & alios Principes spectans non comprehenditur in reseruationibus, quæ per Regulas Cancellariæ factæ sunt.*

33 *Lusitaniæ Reges in Cathedralibus eligendi Episcopos iuspatronatus, & priuilegium obtinuerunt, quia vel Ecclesias dotarunt, fundarunt, aut ab hostium potestate liberatas erexerunt, vel proprijs redditibus auxerunt.*

34 Cap. nobis 25. de iurepatron. *declaratur.*

Rex Hispaniarum sub mortali tenetur nominare ad Episcopatus non dignum, sed digniorem, ibid.

35 *Electionem Episcoporum ad populum iure diuino pertinere falsò contendunt huius tempestatis hæretici.*

36 *Respondetur ad fundamenta hæreticorum, & num. 37.* & 38.

39 *Episcopi sibi eligere, vel nominare successores non possunt, nisi quatenus ex concessione Pontificis eis fuerit specialiter permissum, & n. 40.*

41 *Successores Diuus Augustinus, ac Beatus Valerius sibi elegerunt ex concessione Romani Pontificis, vt aliqui putarunt: vel meliùs secundùm alios sibi successores solum non elegerunt, sed potiùs personas à se propositas Clerus, & populus per acclamationem consentiens elegit.*

42 *Potestas assumendi Episcopos ad solum Pontificem lege Diuina immediatè pertinet, vel ad eos, quibus concesserit.*

Clemens

43 *Clemens an Diui Petri ſucceſſor extitiſſet? oſtenditur.*
44 *Qualitates quæ in eo requiruntur, qui eſt eligendus Epiſcopus, referuntur.*
45 *Laicus non poteſt in Epiſcopum eligi.*
46 *Diſpenſati propter merita perſonarum cum laicis, & neophytis vt poſſint Epiſcopi fieri.*
47 *Religioſus in Epiſcopum eligi poteſt.*
48 *Epiſcopus nullus inuitis dari debet ſubditis.*



1 APOSTOLI auctoritate accepta à Chriſto Domino in ſui locum Epiſcopos elegerunt, & crearunt: nam ſinguli eorum idoneos præfecerunt Eccleſiarum Paſtores, qui *in cap. quorum vices, 68. diſt.* dicuntur Apoſtolorum locum tenere, Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris p.2. lib.15. cap. 12. num. 7.* dum ait ius eligendi Epiſcopos primum pe-
2 nes Apoſtolos fuiſſe. † Deinde verò primis illis Epiſcopis, quos creauerunt Apoſtoli, vita functis, totum ius eligendi, & creandi Epiſcopos ad Romanum Pontificem pertinuit, tanquam ad ſucceſſorem Petri cui data eſt à Chriſto Domino ſumma poteſtas in totam Eccleſiam, prout dicitur *in cap. omnes 21. diſt.* Semper enim, & omni tempore prouiſio omnium beneficiorum, & Eccleſiarum, etiamſi Cathedrales, Metropolitanæ, aut primates ſint, ad Summum Pontificem pertinuit, & vſque in hanc diem pertinet: tum ex pleniſſima illa poteſtate à Chriſto Domino data Petro, & Succeſſoribus, vt in eodem propoſito expendit Pontifex *in cap.1.22. diſt.* tum quia, licèt fateri oporteat Epiſcopalem dignitatem lege Diuina fuiſſe inſtitutam diſtinctam à Preſbyteris inferioribus, vt definit Concil. Tridentin. *ſeſſ.23. cap.4. & can.6. & 7.* vt dixi ſuprà *cap.2. n.25.* diuiſio tamen plebium, & diœceſum, ac erectio, & diſtinctio beneficiorum ab Apoſtolis, eorumque Succeſſoribus, atque ita ab Eccleſia, & iure Eccleſiaſtico facta noſcitur, vt probant text. *in d.c.1.22. diſt. & in cap.1. cum ſeq. 80. diſt.* & oſtendam infrà *cap.7.*

3 Poſtea verò ſecundùm varia tempora diuerſi modi in electionibus Epiſcoporum ab ipſis Summis Pontificibus fuerunt præſcripti, & iuxta varias temporum occurrentes circunſtantias variis perſonis ius eligendi Epiſcopos ab eiſdem Pontificibus conceſſum, ſiue permiſſum reperitur: vt tangit Petr. Greg. *d. lib.15. cap.12. à num.7. cum ſeqq.*

4 Primis enim illis temporibus totius Cleri, & populi auctoritate electiones Epiſcoporum fiebant: vt conſtat ex auctoritate antiquiſſimorum Pontificum, nam Anacletus Pontifex V. à Petro, qui circa annum centeſimum Chriſti Romanæ præfuit Eccleſiæ, hoc ſatis decidit, vt refertur *in cap. vlt. 79. diſt.* dum ait, *electionem*, (ſic enim legendum eſt non *electionem* cum Petro Gregor. *ad Decretal. tract. de elect. cap.5. num.2.*) *Summorum Sacerdotum ſibi Dominus reſeruauit, licèt electionem bonis Sacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſiſſet*, conſonant ſequentes Pontifices, Stephanus I. *in cap. noſce.* ibi, *conuocato Clero, & populo*, Cœleſtinus I. *in cap. cleri*, Leo I. *in cap. vota, cum ſeqq. 63. diſt.* & eſt optimum Concilij Toletani decretum *in cap. vlt. §. ſed nec 51. diſt.* qui mos, & conſuetudo ex D. Pauli iuuatur auctoritate *1. ad Timoth. 3.* dum in ordinatione Epiſcoporum requirit, vt habeant bonum teſtimonium, etiam ab eis, qui foris ſunt. Item D. Hieronymus relatus *in cap. licet 8. q.1.* ibi, *& populi præſentia*, iuncto ibi, *ne qua poſtmodum retractatio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret*, & Gratianus *in cap. qui longè, in fine.* ibi, *tunc enim in Eccleſia Dei ritè præficietur Antiſtes, cùm populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi voto elegit,* *63. diſt.* explicat benè Petr. Gregor. *d. cap. 5. num. 10. & 16.* vbi rei hiſtoriam latè proſequitur, eandemque reſolutionem agnoſcunt Franciſc. Burſat. *conſ. 126. à num.8. tom.2.* Azor *inſtitut. moral. par.2. lib.3. cap.17. q.3.* Viuian. *in praxi Iuriſpatron. p.1. lib.3. cap.1. num.25.* Iul. Lauor. *variar. lucub. tom. 1. tit.4. cap. 15 num.1.* Salgado *de protect. Regia, tom.2. part.3. cap.10. num.230.* me citato *in hoc loco* Mauric. de Alzedo *de præcellent. Epiſcop. dignit. part. 1. cap. 3. num. 1.* rectè ad-
uertentes † non pariformiter, ſed diuerſimodè ele- 5
ctionem Clero, & populo datam eſſe; aliquando verò Clero, & populo pariter datam fuiſſe, ita vt tam hi, quàm illi Epiſcopum nominarint, deſignarint, & elegerint, *cap. Epiſcopos*, ibi, *poſt electionem Cleri, & populi, cap. lectis.* ibi, *Clerum, & plebem, eiuſdem Eccleſiæ elegiſſe, 63. diſt. cap. ſactus.* ibi, *de plebis, quæ tunc adfuit, ſuffragio, 7. q.1.* Deinde verò in melius hoc more reformato conſtitutum eſt, vt Clerus eligat, populus verò conſentiat, vt optima ratione docuit Stephanus Papa *in d. cap. noſce 63. diſt.* ibi, *Sacerdotum quippe electio eſt, & fidelis populi conſenſus adhibendus, quia docendus eſt populus, non ſequendus*, optimus tex. *in d. cap. vota eadem diſt.* vbi vota ciuium teſtimonio populorum expenduntur, Clero electio datur, & refert Cyprian. *lib.4. epiſt.2.* Cornelium Papam electum fuiſſe à pluribus Epiſcopis adhibito teſtimonio, & ſuffragio totius Cleri, & populi. Non obſtat quòd *in can.1. Apoſtolor.* legitur, *Epiſcopum à duobus, aut à tribus Epiſcopis ordinandum*, quia non de electione, ſed de conſecratione Epiſcoporum interpretandum eſt, & in eo canone verbum χειροτονεῖν non electionem, ſed *conſecrationem* ſignificat. Ita Vincent. Capor. *variarum publici, & priuati iuris diſputationum lib.1. cap. 3. in princip.*

Circa præſumptam auctoritatem Principum ſe- 6
cularium in electionibus Epiſcoporum ſimilem reperies varietatem: nam aliquando vel ipſi auctoritate propria electionem, & nominationem faciebant, vt de Conſtantio Conſtantini Magni filio, & aliis ante Valentinianum, ex Nicephoro, Euſebio, Socrate, & Theodoreto explicat Petr. Gregor. *d. c. 5. num. 5.* Aliquando verò ipſa Romana Eccleſia aliquibus fecit poteſtatem eligendi, & nominandi Epiſcopos, atque etiam Romanum Pontificem, vt de Adriano Pontifice conſtat, qui Carolo Magno,
† hoc priuilegium indulſit remunerationis ergò, ob 7
inſignia beneficia ab eo in ipſam Sedem Apoſtolicam prolata, quæ referuntur *in cap. Adrianus 2. 63. diſtinct. & in cap. hinc eſt 16. quæſt. 1.* Primum Pipinum illud ius ex conceſſione Zachariæ Summi Pontif. habuiſſe, referunt Lup. Ferrar. Abbas à conſiliis Calui Imper. Vincent. Cabot. *d. tract. cap. 5.* quod poſtea Carolo Magno, & Imperatoribus Germaniæ attributum eſt: tandem concordatis inter Leonem X. Pont. Max. & Franciſcum Primum Francorum Regem initis, electiones ſublatæ ſunt: & eius nominationis in Epiſcopatibus, monaſteriis, & aliis Sacerdotiis, exceptis quibuſdam, Regibus
Galliæ attributum eſt. † Hiſpaniarum etiam Regi- 8
bus *in d. cap. cùm longè*, id conceſſum reperitur, ibi, *quoſcunque regalis poteſtas elegerit*: vnde Duar. *de ſacris Eccleſiæ miniſteriis lib. 3. cap. 11.* conatur deducere ius regaliæ, quo fruuntur Galliarum Reges in prouiſionibus beneficiorum in ipſo iure communi habere fundamentum; ſed omnino falſum eſt tum ex *cap. nobis 25. de iure patronat.* ibi, *non electionis facienda, ſed iam factæ honeſtius præſtatur aſſenſus*: tum, quia ſecundùm poſteriora tempora, in quibus hæc poteſtas laicis omnino adempta eſt, multò magis falſum apparet, vt ſtatim dicemus. Aliquan-
do

do verò Principibus concessum est, vt electio à Clericis facta valida non sit, nisi Principis accederet consensus, *c. quia igitur*, ibi, *totius Concilij inito consensu, & Serenissimi Principis voluntate*, consonant, *d. cap. nobis*, *d. cap. lectis*, *cap. Abbatem* 18. *q.* 2. text. optimus *in cap. quod sicut* 28. *in princip.* ibi, *debet princeps præsentari, &c. de elect. cap. cum terra* 14. ibi, *auribus Patriarchæ, vel principis exprimendas*, *eodem tit.* Eiúsque tel ratio prima, ad dissensiones inter ipsos Clericos auertendas, aliquando in partes diuidi, & hos vnum, illos alium eligere solitos, mox & quamque partem, suum electum defendentem: sed & potest esse, quia multæ possunt occurrere causæ, ob quas non expediat, sed in Reipublicæ damnum cedat electio, velut si electus sit ex aduersariis, vel Regni hostibus, vt latè explicat Petr. Greg. *d. cap.* 5. *num.* 21.

9 Verùm huiusmodi potestas laicis concessa, vel permissa, quoad populos, & seculares Principes abrogata noscitur: quoad populos ex *cap. non est permittendum* 63. *dist.* & ex antiquissimo Sardicensi Concilio habito sub Iulio I. circa annum Salutis Dominicæ CCCXL. refertur *in cap. Osius* 2. *de elect.* vbi eam reddit rationem, ne ad clamorem populi fiat electio: quia manifestum est potuisse plures eorum, qui synceram fidem non habent, pretio, & mercede corrumpi, iunctis multis, quæ de vulgi leuitate, & inconstantia, & vanis populi vocibus non audiendis, per tex. *in l. Decurionum. C. de pœnis, & in l. ad bestias, in princip. ff. eod. tit.* cum similibus, latè prosequuntur Petr. Greg. *d. cap.* 5. *à num.* 18. & ex Platone, & aliis Philosophis Marc. Mant. *sing.* 194. Facit etiam ratio, quia præsentia, & acclamatio populi libertatem tollit, vt probat *l. si priuatus ff. qui & à quibus*, cessante verò libertate, cessat & est irrita electio, *cap. vbi periculum, §. cæterum, de elect. lib.* 6. Et ex eadem ratione iam apparet iustissimè sacris Canonibus reuocatum esse priuilegium illud Principibus secularibus concessum eligendi Episcopos, aut ne valeat electio sine eorum consensu, quia scilicet per importunationem, & metum facta censetur, vt probat tex. elegans *in cap.* 1. *&* 2. *c. si quis per ordinationem* 63. *dist.* contrariaque damnatur consuetudo *in cap. cum terra* 14. *& in cap. quisquis* 43. *& in cap. Massana* 56. *de elect.* Ex quibus tertia generalis & communis iam Principibus, quàm aliis laicis colligitur ratio, quia ius hoc eligendi Episcopos spirituale est, quod subinde non cadit in laicum, cui nulla disponendi de rebus Ecclesiasticis competit potestas, *cap. benè quidem* 96. *distinct. cap. Ecclesia, de constitut. cap. vlt. de rebus Ecclesiæ*, cum vulgaribus. Duplici præterea ex capite priuilegium hoc Principibus secularibus adeptum esse notat idem Petr. Gregor. *d. cap.* 5. *à num.* 16. vel quia iidem Principes sponte sua ei renunciarunt, vt de Valentiniano probat tex. *in cap. Valentinianus* 63. *dist.* vel quia concessa sibi potestate abutentes pro arbitrij temeritate indignos promouere, dignos vexare, & eiicere cœperunt, eóque facto priuilegium amittere voluerunt, iuxta regulam tex. *in cap. priuilegium* 11. *q.* 3. *& in cap. tuarum* 11. *de priuilegiis, & in cap. contingit* 2. *de sentent. excommunicat. & in l. qui sine* 40. ibi, *videntur abuti*, iuncta glos. *ff. de negotiis gestis*, cum aliis citatis per Card. Tusch. *practicar. conclus. tom.* 6. *lit. P. concl.* 754. & per P. Soar. *de legibus lib.* 8. *c.* 36. *principio.* Vnde Constat non bene dixisse Hispanos & Gallos nonnullos Doctores, Regem scilicet, posse Episcopum seditiosum de regno expellere, id enim expressè contradicit Romanorum Pontificum decretis *in cap. olim, de immun. & in Clem.* 1. *de pœnis, & in cap. nouerit. de sent. excom.*

& latè probat Marta *de iurisd. p.* 2. *cap.* 34. *num.* 24. *cum seqq.* vbi *num.* 48. *in fine* concludit quòd caueant Principes seculares expellere, vel parum honorata Episcopos, si volunt eorum Regna, & status longo tempore possidere. Et licèt aliqui ex præcitatis doctoribus hoc temperare velint, vt scilicet Rex non cum potestate iurisdictionali, sed œconomica & politica posset expellere à confinibus suorum Regnorum Episcopos, & ecclesiasticas personas perturbatores, & seditiones ac conspirationes incitantes in perniciem Reip. & boni communis status Regni, & Regis, ex quorum numero videntur esse Cotter. *de potest. Reg. q.* 81. Greg. *l.* 57. *glos.* 2. *tit.* 6. *part.* 1. Guillem. *in cap. Raynatius, verb. & vxorem, decis.* 2. *n.* 156. 246 *&* 169. Oliban. *in decis. fiscal. c.* 12. *n.* 2. Auen. *de exeq. mand. lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 12. Castald. *de Imper. q.* 110. *priuil.* 36. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 9. *num.* 33. Ceuall. *ex discursu ad Regem num.* 46. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 32 *& cap.* 18. *num.* 62. Ioseph. Sesse *de inhibit. cap.* 8. *§.* 3. *num.* 98. Giurba *cons.* 49. *n.* 16. plures per me *in collect. ad l. quicunque, C. de Episcop. & cleric.* nihilominus semper in his negotiis magna consilij maturitate, & non ex leui causa, procedendum.

Abrogata sic laicis prædicta potestate eligendi 10
Episcopos primùm eam penes omnes Clericos, & Religiosos diœcesis remansisse, per text. *in d. cap. obeuntibus* 63. *dist.* scribunt Bursat. *d. cons.* 124 *n.* 16. *ad finem*, Petr. Gregor. *d. tract. de elect. cap.* 6. *num.* 1. *&* 2. Azor. *d. quæst.* 3. *vers. qua quidem.* Deinde verò Clerici à Religiosis sunt separati, vt prædicti Doctores asserunt, & constitutum est vt Religiosos suorum Abbatum, Priorum, seu Præpositorum, Canonici verò suorum Episcoporum faciant electionem, vt constat ex *d. cap.* 1. *& ex d. cap. cum terra, & per totum tit. de elect.*

Nouè autem hæc eligendi Episcopos potestas ad 11
solum Collegium in Collegiatis, & solum Capitulum in Cathedralibus redacta fuit, *cap. congregatio vlt.* 16. *q.* 7. *& cap. cùm Ecclesia* 3. *de causa possess. & propr. cap. cum terra* 14. *vers. statuentes, cap. cùm inter, vers. quia verò, cap. auditis, cap. quia propter, cap. in Genesi, cap. congregato, & per totum de elect.* gloss. *verb. deuoluetur in cap. quamquam* 18. *eod. tit. in* 6. Bertachin. *de Episcopo lib.* 1. *p* 3. *à princ.* Petr. Gregor. *de elect. c.* 6. *num.* 9. Duar. *de sacris Ecclesiæ minist. lib.* 5 *cap.* 1. Guillelm. Mandagottus *de elect. nouorum Præl. cap.* 1. Corras. *de Sacerdotio part.* 4. *cap.* 1. *à num.* 28. Petr. de Biaxio *in director. elect part.* 1. *cap.* 2. *cum seqq.* Læl. Zech. *de Repub. Ecclesiast. cap.* 24. quod de Canonicis inscribit, *vers. septimò* Nicol. Garc. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *à num.* 6. & optimo simili confirmat Gratian. *in cap. sacrorum* 63. *dist.*

Licèt enim ex Decreto Nicolai II. Pont. relato 12
in cap. in nomine Domini 23. *dist.* electio Romani Pont. fieri non posset à Cardinalibus, sed adhibere oporteret Clericos Cardinales, & totius Cleri, & populi consensum; deinde tamen tota Pontificis electio ad solum Collegium Cardinalium redacta est, *cap. licèt* 6. *de elect. cap. vbi periculum, eod. tit. in* 6. *Clem. ne Romani, eod. tit.* Cardin. Turrecr. *de potestate Ecclesiæ, lib.* 2. *cap.* 43. Card. Bellarm. *tom.* 1. *de Clericis, lib.* 1. *cap.* 9. *cum seqq.* Cardin. Paleot. *de consultationibus Sacri Palatij, part.* 3. *quæst.* 4. *§. & eo magis.* latè Bursat. *d. cons.* 126. *num.* 6. *&* 7. *à princip. & cons.* 108. *à princip.* & omnino *à num.* 18. notabiliter amplians post
Iacobat. Seluam, & alios etiam † ad casum, in quo 13
Apostolica Sede vacat tempore quo generale Concilium fuerit congregatum, adhuc enim non ad ipsum Concilium, sed ad solos Cardinales, eorumque

que collegium pertinere electionem ibi compro-
bat,& facto ſeruatum fuiſſe in electione Maximi
Pontif. Leonis X. tempore vltimi Lateranenſis
Concilij atteſtatur. Hæ igitur conſtitutiones ſta-
tuentes vt ſoli Canonici Cathedralium ſuos eligant
Epiſcopos, omnium ſunt nouiſſimæ, & ideò ſuper
hoc nihil ſtatutum reperiri poteſt Niceno Concilio
lio II. cùm ſit antiquiſſimum, quod aliàs *ſeptima Sy-
nodus*, ſolet appellari, celebratum circa annum ſalu-
tis Chriſtianæ 780. & verba illa quæ referuntur *in
cap. ſacrorum 63. diſt. in verſ. ex conſtitutionibus*, vſque
ad finem, non ſunt alicuius Pont. aut Concilij, ſed
14 Gratiani, † quæ ſubinde nullam habent iuris au-
ctoritatem, Cened. *ad Decretum collect. 16. num. 8. &
collect. 48. num. 1.* Fr. Emman. *quaſt. Regular. tom. 1. q. 6.*
15 *art. 2.* † Nec etiam ex *cap. 5. de elect.* vllum firmum
capi poteſt argumentum quoad temporum compu-
tationem: minimè enim conſtat quiſnam Ponti-
fex illius fuerit Auctor, vulgò Lucio Papæ tribui-
tur, ſed ab aliis Pio, vel Gregorio, vel Alexandro, vt
conſtat ex Antonio Auguſtino *in notis ad Collect. 1.
Decretalium, ſub eod. tit.* vbi ſimiliter teſtatur in li-
bris Conciliorum verba illa non inueniſſe.

Eligunt Canonici Eccleſia viduata Paſtore Sede
vacante, ſepulto mortuo Epiſcopo, non priùs, *cap.
bona 2. de elect.* iuxta tres menſes à die vacationis,
*cap. ne pro defectu, cap. cùm in cunctis, de elect. cap. poſt-
quam 50. diſt.* Congregatis illis in Eccleſia vel alibi
in ciuitate, loco idoneo, *cap. cùm terra, cap. quod ſicut,
de elect.* abſentibus Canonicis, veluti in actu alio
capitulari vocatis, cum tempore & dilatione ad ve-
niendum ſufficiente ſecundùm loci intercapedi-
nem, *cap. 1. de dilat.* cautione adhibita, ne nimium
prorogetur electio, cùm periculum eſt in mora, *cap.
cùm inter, cap. ne pro defectu, de elect.* dummodò fiat in
prouincia, vel extra, commodè vocari, & venire fa-
cilè poſſint, non aliter, gloſſ. *in cap. cùm in Eccleſiis,
de prabend. in 6.* gloſſ. *in cap. quod ſicut, §. ſi autem, de
elect.* In ciuitate citantur, vel vocantur Canonici per
campanæ pulſationem; extra ciuitatem per litteras,
vel per nuncium, gloſſ. & Doctores *in cap. cauſam, &
in cap. Cumana, de elect.* Duplexque citatio prima vt
adſint certo loco ad electionem faciendam, altera vt
ad electionem veniant; & quamuis abſentes com-
modè venire non poſſint, tamen vocari debent,
*cap. quod ſicut, §. ſi autem, & cap. cùm inter vniuerſos, de
elect.* quia abſens iuſto impedimento, vel non legiti-
mo, conſentientibus aliis Canonicis, poteſt vocis
ſuffragium aliis committere per litteras, *cap. ſcri-
ptum, cum gloſ. cap. quia propter, de elect.* ſi committat
vni de Capitulo, *d. cap. quia propter*, non enim alte-
ri poteſt inuitis præſentibus Canonicis, *cap. con-
ſtitutus, de appellat.* nec etiam per litteras ipſe vocem,
vt dicunt, ſeu ſuffragium fert abſens, *cap. ſi quis iuſto,
de elect. in 6.* Colliguntur hæc ex Petro Greg. *ſyntag.
iuris, part. 2. lib. 15. cap. 12. num. 19.*

16 Poteſtas hæc eligendi Epiſcopum non omnibus
Clericis Cathedralium, ſed ſolùm earum Canoni-
cis, ſeu Capitulo facta eſt; & ideo ſoli Canonici,
qui vocem habent in Capitulo, non autem Capel-
lani: vel perpetui beneficiarij, qui de Capitulo non
ſunt, ſemota ſpeciali conſuetudine, ad Epiſcopo-
rum electiones admittendi ſunt, notauit gloſ. *verb.
conſuetudinem*, per tex. *ibi in cap. Cumana 50. de
elect.* quam ibi ſequuntur omnes, & comprobatur
ex text. *in cap. cùm Eccleſiis, de prab. in 6.* Petr. de
Biaxio *d. part. 1. cap. 2. à num. 2.* Firmian. *de Epi-
ſcopo, part. 3. à num. 2.* & poſt Abb. *in cap. ſcriptum
num. 4. de elect.* Zechi. *d. cap. 24. de Canonicis, num. 4.*
17 *verſ. ſeptimo.* nam conſtat † plures Clericos in Ec-
cleſiis Cathedralibus reperiri, qui de Capitulo non
ſunt, nec vocem in eo habent, & à Canonicis tam
nomine, quàm ad effectus Iuris diſtinguuntur; qui
enim de Capitulo ſunt, Canonici propriè dicuntur,
cæteri communi nomine beneficiarij, vel Capellani,
& aſſiſij, & manſionarij, quaſi aſſidui, & perpetuò
manentes in choro, vt per tex. *ibi* notauit gloſ. *verb.
aſſiſios in cap. pen. de clericis non reſid.* explicat benè
Alberic. *in diction. eodem verb.* Mantu. *obſeru. 67.* Selua
de benefic. part. 1. quaſt. 2. num. 47. Zechi. *d. cap. de Ca-
nonicis num. 2.* quod etiam apparet † in Dignitati- 18
bus, quæ de communi menſa præbendam non ha-
bent, & ideo licèt ſtallum habeant in choro, vocem
non habent in capitulo, nec conſequenter in huiuſ-
modi Epiſcoporum electionibus, vt poſt Abb. *in cap.
1. num. 11. de elect. & in d. cap. ſcriptum. num. 4.* notat
idem Zechi. *vbi proximè.*

Vnde ſequitur ad hanc Epiſcoporum electionem 19
non omnes Canonicos eſſe vocandos, ſed illos tan-
tùm, qui vocem habent in Capitulo, & ad com-
munes congregationes ſolent, & debent vocari, in
eiſque intereſſe, vt cautè loquitur Pontifex *in d. c.
quia propter*, ibi, *qui debent*, &c. vt ſcilicet ſignifica-
ret aliquos eſſe Canonicos de eadem Eccleſia, qui
vocandi non ſunt, veluti ſi in pupillari ætate exi-
ſtant (ſcilicet ex Summi Pontificis diſpenſatione
promoti, vt explicat ex aliis Selu. *de benefic. part. 3.
quaſt. 22. num. 26.*) non enim debent ideo admitti
ad electionem propter iudicij, & diſcretionis defe-
ctum, vt decidit tex. *in cap. ex eo 32. de elect. in 6.*
notant omnes *ibi*, & latè Biaxi. *d. p. 1. cap. 16.* Petr.
Gregor. *cap. 8.* Mandagot. *cap. 7.* Corraſ. *num. 14.
citatis locis.* ex generali autem ratione tex. *in eod. cap.
ex eo*, non ſine difficultate tranſit reſolutio, quam
praxi receptam reſtatur noſter Gam. *Luſit. deciſ. 14.*
& de rigore veram comprobat Cald. Pereira *de no-
min. emphyt. quaſt. 4. à num. 7. & in l. ſi curatorem,
verb. cùm non abſimilis numer. 34.* ſequitur Benedict.
Ægid. *in repet. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. par. 1. §. 2.
num. 19. cum ſeqq.* quod † pupillus ad emphyteuſim 20
nominare poteſt: obſtare enim videbatur idem de-
fectus iudicij, niſi dicas nominationem emphyteu-
ſis eſſe quid facti, quòd non tantam expoſcit in-
dicij maturitatem, ſicut Epiſcoporum electio. Si-
militer etiam ex eadem ratione † furioſos eligere 21
non poſſe reſoluunt omnes *in eod. cap. ex eo*, poſt
gloſ. *ibi, verb. diſcretionem*, Petr. Greg. *num. 1.* Biax.
cap. 15. & Mandagot. *proximè citatis locis.* Eſt etiam
aliud optimum eiuſdem doctrinæ exemplum † de 22
Canonico, qui maior, & mentis compos, in Sacris
tamen ſaltem Subdiaconatus Ordine conſtitutus
non eſt: quòd enim vocem non habeat in Capitulo,
nec eligere poſſit, decidit tex. *in Clem. 2. de atate, &
qualit.* conſonat Concil. Trid. *ſeſſ. 22. de reformat.
cap. 4.* notant vltra Ordinarios Biaxi. *d. p. 1. cap. 17.*
Firmian. *d. p. 3. à num. 17.* Corraſ. *d. cap. 3. num. 15.*
Rebuff. *de nomin. q. 8. num. 3.* Azor. *inſtit. moral. part.
2. lib. 3. cap. 11. q. 20.* Fr. Emman. *quaſt. Regular. tom.
2. quaſt. 51. art. 5.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap.
4. à num. 24.* optimè Moneta *de diſtribut. quotid. part.
2. quaſt. 20. num. 2. cum ſeqq.* vbi *num. 5. cum gloſ. verb.
concedatur, & verb. nullo modo, in d. Clem. 1.* reſoluit
Clericum non Subdiaconum non eſſe expectan-
dum, quamuis velit primis temporibus promoueri,
ſi immineat tempus electionis, & *num. 6. cum gloſ.
verb conſtitutus, verſ. fortius quaro, in ead. Clem. 2.* te-
net Ordinem Subdiaconatus requiri in clerico non
tempore vacationis, ſed tempore electionis, &
num. 9. ex tex. *in dicta Clem. 2. §. illi verò*, iuncta in-
terpretatione gloſſæ *ibi* communiter receptæ *in verb.*

ex

ex tunc, *& in verb. nullo modo*, tenet Subdiaconum Canonicum, qui non promouetur intra annum ad Ordinem superiorem requisitum, admittere vocem in Capitulo, donec ad illum requisitum fuerit pro-
23 motus. † De Canonicis supernumerariis disputant glos. *verb. vltra numerum*, *in cap. cùm M. de constitut.* vbi Felin. *num.* 23. Firmian. *à num.* 21. Biaxi. *cap.* 17. cum quo resolue distinguendo, vt *ibi* per eum. De suspensis etiam, & excommunicatis dubium non est per tex. *in d. cap. cùm dilectus*, *de consuetud.* resoluunt glos. *verb. maiores*, *in cap. vnic. ne Sede vacante lib.* 6. Doctor. *in cap. illa quotidiana*, *de elect.* Monet. *d. q.* 20. *num.* 10. *&* 11.

24 Vtrùm autem possint Canonici Clericos Ecclesiarum inferiorum, vel alios extraneos ad coëligendum admittere, itavt electio facta cum eis valida sit? Quæstio est non dissimulanda, in qua resoluendum est cum communi sic distinguendo, an scilicet Canonici velint extraneis tribuere ius coëligendi in perpetuum? vel vtrùm vacante Ecclesia pro illa vice velint tantummodo eos admittere? Primum censent illicitum per tex. *in constitutis* 47. *de elect.* vbi expressè decidit text. friuolam esse rationem illorum, qui dicebant vocem, quam de iure non habent in electionibus, sibi concessam fuisse ab eis, ad quos ius eligendi de iure spectabat: deinde, quia talis concessio in perpetuum continet speciem alienationis, & mutat Ecclesiæ statum, quod fieri non potest à Capitulo sine Superioris auctoritate, & solemnitatibus requisitis in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, de quibus *in cap. sine exceptione* 12. *q.* 2. *& in cap. nulli*, *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, *& in cap.* 1. *& per totum*, *de his quæ fiunt à Prælatis.* Secundo verò casu, vt scilicet pro illa vice admittantur extranei, licitum esse probant per tex. *in cap. cùm VVinton.* 25. *vers. nos igitur*, vbi notauit Abb. *n.* 3. *de elect. & in cap. scriptum* 40. *vers. etsi partes*, vbi etiam notauit Abb. *num.* 3. *eod. tit.* sequuntur Firmian. *d. part.* 3. *q.* 3. *num.* 4. Lambertin. *de iure patronat. part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 3. *princ. art.* 17. *à num.* 3. Villagut *in tract. de rebus Ecclesiæ malè alienatis recuperandis*, *cap.* 48. *num.* 20. *cum seqq.* Petr. Greg. *syntagm. Iuris part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 12. *num.* 19. *in princ.* Quod tamen intelligas de extraneis, quibus ius commune non resistit, sed habiles sunt, & capaces, quamuis ius commune hoc ius eis non tribuat, notat Abbas *in d. cap. cùm VVinton. num.* 3. & exemplum patet in laicis per tex. *in cap. Massana*, *de elect.* prosequitur plenè Villagut. *d. cap.* 48. *à princ.* ac etiam in suspensis, & excommunicatis, iuxta *d. cap. cùm dilectus*, & tandem hoc expressè decidit in clericis sacrum Ordinem non habentibus, tex. *in d. Clem.* 2. *in pricip.*

25 Vtrùm etiam consuetudo specialis inducere, & efficere possit, vt Clerici aliarum Ecclesiarum, vel aliàs extraneis cum ipsis ad coëligendum admittantur? In quo dubio vera est sententia affirmatiua, quam approbat tex. *in d. c. cùm dilectus*, *vers. mandamus*, *de consuetudine*, *& in c. cùm Ecclesia*, ibi, *nisi alibi secus obtineat de consuetudine speciali*, *de causa possessionis*, *& proprietatis.* Ratio est, quia legibus Canonicis, & à Summo Pontifice, ad quem lege diuina omnium Ecclesiarum prouisio pertinebat, ita fuit statutum, & satis probat *d. cap. cùm Ecclesia.* ibi, *secundùm statuta Canonica.* constat autem ea, quæ legibus Canonicis sunt statuta, contraria consuetudine limitari, vel in totum posse abrogari, iuxta text. *in cap. vlt. de consuetudine*, cum similibus. Aduerte tamen cum Abb. *num.* 45. *ad finem*, & Rip. *num.* 114. post gloss. *verb. consuetudine*, *in dict. cap. cùm Ecclesia*, & eodem Abb. *in d. cap. cùm dilectus*, *num.* 21. *vers. in gloss. fin.* consuetudinem hanc propriam non esse consuetudinem, sed veriùs præscriptionem, ad quam præscriptionem, seu consuetudinem impropriam quadraginta annos esse necessarios, iuxta generalem regulam in hac materia, de qua *in cap. illud*, *& in cap. ad aures*, *de præscript. & in cap.* 1. *&* 2. *eodem tit. lib.* 6. notauit post Abb. Firmian. *de Episcopo*, *part.* 3. *q.* 6. licèt inaduertenter agens de text. *in d. cap. cùm dilectus*, asserat decem annos sufficere, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 58. eo fundamento, quia de sola agitur consuetudine interpretatiua, quod falsum est, cùm appareat consuetudinem hanc esse iuri communi contrariam, & consequenter quadraginta annos esse necessarios.

Intellige non procedere in laicis, quia ius eligen- 26
di Episcopum in laicum non cadit, vt decidit text. *in cap. sacrosancta* 51. *vers. attendentes*, *de elect.* & ideò rationabilis non potest censeri consuetudo hæc, cùm sit contra Ecclesiasticam libertatem, & in grauem Ecclesiarum perniciem cederet, iuxta text. *in cap.* 1. *de consuetudine*, ex qua ratione hanc, de qua agimus, consuetudinem improbant Pontifices *in cap. cùm terra* 14. *& in cap. quisquis* 44. *& in cap. Massana* 50. *de elect.* & vltra ordinarios explicant Firmian. *d. lib.* 1. *de Episc. part.* 3. *q.* 60. *& lib.* 2. *part.* 1. *q.* 31. Biaxi. *d. p.* 2. *q.* 12. Balbus *de præscription.* 1. *p. quinta q.* 7. *& quæst.* 10. *num.* 4. Selu. *de benefic part.* 2. *quæst.* 23. *num.* 12. *&* 21.

Consuetudo hæc eligendi Episcopos ad Capitu- 27
lum, & ad Canonicos spectans durauit vsque ad tempora Bonifacij VIII. & Clementis V. vt constat ex titulis *de electione*, *in* 6. *& in Clementinis*, & me citato Viuian. *d. cap.* 1. *num.* 34. Lauor. *d. cap.* 15. *num.* 22. Verùm vt tollerentur discordiæ magnæ, quæ quotidie oriebantur in electionibus à Capitulo, & Canonicis factis, vt notat Lancellot. *in suis Institut. Canon. tit. qui eligere*, *eligive possunt*, *in princip.* Ideò postea cœpit Romanus Pontifex sibi reseruare Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales *in Extrauagan. Ad regimen*, *de præbend.* addita clausula ibi, *nunc apud Sedem vacantes*, *vel in futurum vacaturas*, quæ reseruatio postea facta fuit simpliciter, & generaliter quoad omnes Ecclesias Episcopales, tam apud Sedem Apostolicam, quàm extra Curiam, *in regula* 2. *Cancellariæ*, quæ nunc est 3. in nouissimis regulis S. D. N. Gregorij XV. exceptis Regnis Galliæ, Hispaniæ, Poloniæ, Siciliæ, atque Lusitaniæ, in quibus Summorum Pontificum concessione vel consuetudo tolerata est, vel potestas nominandi Episcopos eorum Regibus data est, vt infrà ostendemus: omnes enim ea potiri facultate, solumque † in Germania veterem consuetu- 28
dinem canonicæ electionis seruari testatur Azor. *d. q.* 3. & me citato *in hoc loco* Lauor. *d. cap.* 15. *num.* 23. Paul. Laimann *de Prælat. Ecclesi. elect. cap.* 15. *q.* 161. D. Roder. à Cunha *ad cap.* 2. *num.* 8. *dist.* 22. *& in historia Ecclesiast. Episcoporum Portugalensis ciuitatis c.* 15. *fol.* 147. qua in re Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 1. nihil pro præsenti temporum ratione duxit innouandum, sed omnes tantùm, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcunque ius obtinent, hortatur & monet vt bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant, quousque digniores & Ecclesiæ magis vtiles iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curent.

Optimis quidem rationibus defendi potest ius 29
illud, quo Hispaniarum, & Lusitaniæ Reges potiuntur in Ecclesiis Cathedralibus nominandi, seu

præsentandi Episcopos ad easdem quocunque modo vacantes. Probatur; quia, vt suprà dictum est, ius prouidendi Ecclesias Cathedrales ad Summum Pontificem spectat, vel ad eos, quibus esse Pontifex permiserit: constat autem ex antiquissimis temporibus, quæ omnium hominum memoriam excedunt, Hispaniæ, & Lusitaniæ Regibus hoc ius nominandi ad Ecclesias Cathedrales, esse permissum; ergo de iure isto nemini videtur dubitandum. Maior ex dictis manifestissima est. Minor constat primò ex *cap. cùm longè 63. dist.* & ex *glos.* 1. per tex. *ibi in cap. principali, eadem distinct.* deinde, quia simile priuilegium concessum repetitur Carolo Magno, & reliquis post eum Gallorum successoribus *in cap. Adrianus in 2.63. dist.* vbi rationes huius concessionis narrat Pontifex, aliàs etiam ponit tex. *in cap. vota. §. principalibus, eadem dist.* vt scilicet Ecclesia muniatur aduersùs hæreticos, eiusque hostes, à quibus concussa nonnunquam periclitabatur. Facit & alia ratio, quæ maximè conuenit nostris Hispaniarum, & Lusitaniæ Regibus, quos constat Regna, & Ecclesias à Maurorum manibus, & potestate eruisse, vt meminit *glos. penult. in d. cap. Adrianus, in fine*, & quia Ecclesias ipsas maxima ex parte erexerunt, & amplissimis redditibus exornarunt, vt latissimè prosequuntur Thom. Bossi. *de signis Ecclesiæ lib. 20. signo 87. cap. 6.* Valdes. *de dignitate Regum, Regnorumque Hispania, cap.21.* Vnde non solùm ex singulari priuilegio Romani Pontificis Adriani VI. cuius meminerunt Mariana *lib. 26. cap. 5. tom. 2.* Ægid. Gonzales de Auila *en la historia de Salmanca lib. 3. cap. 18.* Nicol. Garcia *de benefic. pag. 5. cap. 1. num.218.* D. Acuña *ad d cap. cùm longè, num.1.* Alzed. *d. cap. 3. num. 8.* sed etiam ex generali Iuris communis concessione, qua construentibus, aut dotantibus Ecclesias conceditur potestas præsentandi ad easdem, videtur huc ius Principibus Hispaniæ, & Lusitaniæ competere, vt voluit Archidiacon. *in cap. electio 12. dist.* & post Bald. & alios Pilat. *in introduct. rub de donat. inter virum, & vxorem, num.24.* Couar. *in reg. possessor. 2. part. §. 20. à num. 5.* & alios, quos refert Cened. *ad Decretum collect. 64. numer. 1.* quibus adde Camill. Burrell. *de præstantia Regis Catholici, cap. 50. à num. 4.* Azeued. *ad leg. 1. tit. 6. lib. 1. noua recopilat.* Quintanad. *Eccles. lib. 1. cap. 5. num. 4.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. cap. 18. num.215.* Anton. de Fuertes *Canonic. lect. lib.2. c. 18. cum seqq.* Lotter. *de re benef. lib.2. q.15. num. 32.* & de Ecclesiis Cathedralibus nostræ Lusitaniæ Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, cap. 37. num. 2. & per totum.* quibus ius præsentandi competere cœpit à tempore Regis Alphonsi V. ex Gabr. Pereira *de manu Regia, tom.1. pag 234. n.76. ad fin.* quem citat D. Acuña *ad d. cap. cùm longè, num.1. & ad cap. 2. num.8. dist.23. & in d historia Eccles. Episcoporum Portugalens. cap.15. fol. 147.* Facit tandem ratio, quia maximè interest vniuersæ Reipublicæ, vt qui eliguntur ad Episcopatus Regni, aut Principis, inimici, aut suspecti non sint, propter periculum seditionis, & ne Regni pandantur consilia, vt post alios aduertit Borell. *vbi proximè.* Cabed. *d. c. 37. n 5.* Regibus Franciæ idem nominandi Episcopos Summi Pont. indultu concessum esse tradunt Guillelm. Benedict *in cap. Raynutius, de testam verb. & vxorem nomine Adelasiam, decis. 2. ex num 78* Rebuff. *in concord tit de nomin Reg ad Prælat. in gloss. vacantibus, pag 84.* Petr. Gregor. *in tit. de elect. cap. 3. n. 23.* Renat. Chopin. *de domania Franciæ, lib 2. tit. 10. & de sacra polit lib.1. tit.7. ex num.22.* Boer. Eppo *de Iure sacro, lib. 1. tit. de Regalib. ex num.26.* Lotter. *vbi supra.*

30 Non obstat si dixeris illi priuilegio concesso Carolo Magno renunciasse Ludouicum, vt refertur *in cap. ego Ludouicus, ead. dist.63.* & latè explicat Petr. Gregor. *d. tit. de elect. cap.6. à num.9.* & consequenter ei esse renunciatum ex parte Regum Hispaniæ, quos non aliunde, quàm à Carolo ius hoc deriuare contendunt scriptores varij, Ferrant. Grassal. & alij, quos refert Borell. *d. cap. 50. num. 34.* Quia respondetur verum non esse Hispaniæ Reges à Carolo ius hoc accepisse, vt diligenter comprobat Cou. *d. §.10. num.6.* & Borrell. *d. cap.50. num.33.* atque etiam Cened. *ad Decretum collect. 51. num. 3.* Quo supposito nullum restat argumentum, quo quis valeat affirmare Reges Hispaniæ huic priuilegio renunciasse. Deinde satis probabile est, quod Cened. *d. collect.64.* astruere nititur, videlicet quòd Ludouicus solùm renunciauit priuilegio eligendi Romanum Pontificem, non ita quoad nominationem Episcoporum, & Archiepiscoporum, & *ibi* latè prosequitur, vide apud eum.

31 Nec etiam obstat resolutio, quam suprà probauimus, quòd iustissimè Ecclesia, & ex iustis rationibus priuilegium concessum laicis, & Principibus secularibus abrogauit *in d. cap. 2. incip. Adrianus, 63. distinct.* Quia respondetur in his generalibus derogationibus non contineri, sed potiùs exceptum censeri ius nominandi, & eligendi super Cathedralibus competens Imperatoribus, Regibus, & aliis Principibus, imò ex eisdem rationibus inuiolabiliter eis esse seruandum, vt iubet Conc. Trid *sess.25. de reform. cap. 9 vers. exceptis patronatibus*, notat in specie Azeued. *dict. tit.6. l. 1. num.4.* 32 † Sicut etiam receptum est non comprehendi idem ius in reseruationibus, quæ per Regulas Cancellariæ factæ sunt de omnibus Ecclesiis Cathedralibus pro Summo Pontifice, eiúsque dispositione; nam exceptum esse iuspatronatus ad Reges, & alios Principes spectans, resoluunt Rebuff. *in praxi benefic. par. 3. signatura, n.61. cum seqq.* Lambertin. *de iure patronat. lib. 2. part. 3. q. 9. art. 11.* Couarr. *pract. cap 36. num. 2.* & alij, de quibus Cened. *ad Decretal. collect. 79. num. 2.* quibus adde Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 24. à num. 153.* Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ, cap.10. num. 5. & cap. 35. num. 7.* & plures alios, quos refert Nicol. Garc. *de benefic. par. 5. cap. 1. num. 219.*

33 Nec denique obstant fundamenta, quibus aliqui non vulgaris eruditionis viri contendebant minimè in Ecclesiis Cathedralibus, sicut nec in collegiatis, admittendum esse iuspatronatus, auctoritate tex. *in cap. nobis 25. de iure patronat.* Viuian. *in praxi iurispatronat. par. 1. lib. 5. cap. 1.* & quia iuspatronatus ex fundatione, constructione, vel dotatione acquiritur; contendunt autem nostræ Lusitaniæ Reges non construxisse, non fundasse, & non dotasse Ecclesias Cathedrales illius Regni, sed constare populi pietate, Prælatorum auctoritate, vel Principum liberalitate absque iurispatronatus reseruatione erectas, & constructas esse ab antiquissimis tēporibus. Facilis enim est solutio, constare potiùs ab ipsis Regibus Alphonso I. & successoribus, qui eas à Maurorum potestate eripuerunt de nouo erectas, & locupletissimis redditibus fuisse exornatas, & exinde ius nominandi, seu præsentandi ad easdem semper retinuisse: deinde iuspatronatus non sola fundatione, & dotatione acquiri, sed aliis etiam modis à iure approbatis, præcipuè Romani Pontificis priuilegio, & Ecclesiæ concessione, quam Regibus nostris factam fuisse ob egregia merita in Ecclesiam collatam non est dubium, ex *d. cap. cùm longè*, & aliis, de quibus suprà, atque etiam ex præscriptione, & consuetudine, iuxta text. *in c. cura pastoralis 11. de iurepatr. & in d.*

cap.

cap. cum Ecclesia, ibi, *nisi secus alibi obtineat de consuetudine speciali*: præcipuè si præscriptio, vel consuetudo fuerit immemorialis, quia vim tituli, & priuilegij Romani Pontificis habere noscitur, ex reg. tex. *in cap. super quibusdam § præterea, de verb. significat.* Ex dictis autem constat Hispaniarum, & Lusitaniæ Reges omnibus his rationibus esse munitos, quia vel Ecclesias dotarunt, fundarunt, vel ab hostium potestate ereptas reædificarunt, vel propriis redditibus auxerunt, vel Ecclesiasticos reditus propriis expensis à Sede Apostolica impetrarunt; quapropter iustissimè meruerunt hoc Sedis Apostolicæ priuilegium, vt ad easdem, Prælatos nominare, aut præsentare valeant: constat etiam ex tempore antiquissimo, quod omnium memoriam excedit, ita vsu, & consuetudine semper obseruatum fuisse. Tex. verò *in d.cap.nobis*, contrarium non pro-
34 bat; non enim negat † in Ecclesiis Collegiatis ex fundatione iuspatronatus acquiri, sed solum ait honestius electioni factæ consentire patronos, quàm faciendæ, atque ita modum præscribit honestiorem in patronatu Ecclesiæ Collegiatæ, sicut & non excludit legitimam præscriptionem, aut consuetudinem, vel Romani Pontificis priuilegium.

Et sic Rex noster sub peccati mortalis pœna nominare tenetur ad Episcopatus non dignum, sed digniorem ex propositis à Consiliariis suis, vel saltem perquirere tenetur à suo Confessario, & ab aliis piis, & eruditis viris, quis sit dignior, vt fecisse Philippum II. compertum est. Ita Fr. Emman. *in sum. tom. 4. c. 67. de los Obispos num. 26.* Maurit. Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. cap. 3. num. 13. & 14. p. 1.*

35 Ex quibus omnibus consequens est falsam omnino esse hæreticorum huius tempestatis sententiam, qui contendunt electionem Episcoporum ad populum Iure diuino pertinere: nam, vt suprà ostendimus, ex lege diuina, ex Christi Domini institutione prouisio omnium Ecclesiarum ad Summum Pontificem, velut Ecclesiæ caput pertinet, ex testimonio, & auctoritate tex. *in d. cap. 1. 22. dist.* deinde ostenditur ratione, quia ex eadem lege diuina constat Episcopos pastores esse, populum verò oues, *Ioan. vlt.* & sæpè alibi, ouibus autem minimè conuenit pascere, regere, seu docere; sed regi, & pasci, quod in hoc proposito bene docuit Cœlestinus *in cap. docendus 62. d. cap. nosse, in fine 63. dist. 161. docendus est populus, non sequendus.* Confirmatur etiam ex auctoritate Apost. *ad Hebr. 5.* dum scribit neminem debere sibi assumere honorem, nisi vocetur à Deo tanquam Aaron: constat autem à Moyse iussu Dei electum fuisse Aaron absque populi multitudine, *Exod. cap. 4. cum seqq.* sicut etiam idem Moyses alios ministros solus legitur elegisse *Exod. cap. 28.* qui vt præcedens Christi Domini Vicarius, Pontificis Successori Vicarij eiusdem formam quandam præsignificauit. Confirmatur deinde ex variis rationibus, propter quas hanc potestatem iustissimè populo, & laicis interdixit Ecclesia, quas suprà retulimus; & constat ex *d. cap. 2. de elect. cap. 2. cap. non est permittendum, 63. dist.* cum aliis, quæ repetere non oportet: ex quibus ita contra Lutherum, Caluinum, & alios eorum sectatores, latè comprobat Card. Bellar. *d. lib. 1. de clericis cap. 7. per totum*, & esse constantem, & veram omnium Catholicorum sententiam testatur Axor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 28. quæst. 4.*

36 Leuissima sunt fundamenta, quibus prædicti hæretici mouentur, & ea ad tria principalia reducam, pro cæteris remitto Lectorem ad Card. Bellarm. qui omnia, & singula latissimè prosequitur *citato loco.*

Primum est ex Apostolorum exemplo, qui *Act. 1.* non soli, sed cum tota Ecclesia elegerunt Matthiam, & Barnabam, vt ex illis vnum Dominus assumeret, super quem caderet sors. Et *Act. 6.* vbi de multitudine credentium dicitur, *elegerunt Stephanum.* Respondetur enim cum Chrysost. *ad idem cap. 1.* vtrumque illud ex Diui Petri concessione, non ex necessitate factum fuisse. Deinde quòd minimè probatur de lege Diuina esse, quod aliquando ab Apostolis, vel eorum successoribus factum legimus, vt circa præceptum excommunicationis in materia *cap sicut Apostoli 11. q. 3.* iam alibi diximus: licèt per contrarium rectè sequatur de lege Diuina non esse, vt populus eligat, vel quid simile faciat, quando probatur contrarium aliquando factum ab ipsis Apostolis; hoc enim posterius directè offenderet legem Diuinam, si ipsa talem præscriberet formam, & ea omissa actus corrueret: illud prius non ita; quia ex concessione ipsius Pontificis ad quem pertinet, fieri potuit, vt illis casibus factum fuisse aduertimus, & deducitur ex ipso Beato Luca *eod cap. 6.* ibi, *conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt*, &c. quæ verba probant non ex necessitate, sed ex concessione, & permissu Apostolorum plebem interfuisse, aduertit Card. Bellarm. *dict. cap. 7. vers. quartum argumentum.*

Secundum argumentum deducunt ex Concilio- 37
rum, & antiquorum Pontificum auctoritate, à quibus planè probatur mos ille, vt Episcopus à populo, & Clero simul eligatur, vt constat ex *cap. nullus 23. d. c. quanto, cap. plebs, cum seqq. 63. dist.* & aliis de quibus suprà. Sed omissa illa solutione, quòd in illis Iuribus non electio datur populo, sed eius testimonium, & votum, seu postulatio exigitur, vt ex *cap. vota*, & aliis, *eadem dist.* suprà notauimus: facilè respondetur concedendo totum, quòd scilicet ex Summi Pontificis, & Ecclesiæ concessione à principio Clerus, & populus eligebant Episcopos, sicut & hodie ex permissu eiusdem Pontificis idem faciunt Hispaniarum, & Galliæ Reges, vt dictum est, minimè verò inde sequitur ad eosdem laicos, vel seculares Principes id pertinere ex lege Diuina, quod est intentum, neque consequenter sequitur non potuisse eundem Summum Pontificem eandem potestatem laicis abrogare, ex rationibus, quas suprà notauimus.

Tertium argumentum desumunt ex auctoritate 38
Cypriani, quam integram ex *lib. 1. epist. 4.* refert Bellarmin. *argum. 7.* & *ex epist. 68.* Azor *quæst. 4. dicto loco.* vbi disertis verbis videtur docere ex ipsa Diuina lege descendere, vt plebs habeat potestatem, vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi. Nam respondetur dupliciter, primò Cypriani auctoritatem non concludere hunc morem descendere ex iure, & præcepto diuinæ legis, sed ab exemplo, & facto, quod tam in lege veteri, quàm Euangelica reperitur: quod verò aliquando ti factum sit, non infert necessarium esse, quòd sic semper fiat, vt diximus. Deinde verba, quæ ex Cypriano refert Axor, clarè significant solum exigere in Episcoporum electionibus præsentiam, & testimonium plebis, sed non inde sequitur electionem tribuere eidem plebi ferendo suffragium per modum iudicij, & auctoritatis, vt ei tribuunt hæretici. Et omnia supradicta confirmabis ex Trid. *sess. 21. can. 7. & 8.* vbi damnat eorum errorem, qui, docebant Ordines collatos sine populi, aut potestatis secularis consensu, aut vocatione, irritos esse, & alterum eorum, qui dicebant Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, & veros Episcopos: atque ita apertè ostendunt damnari ibi hæresim,

quam impugnamus, dicentium ad populum Epiſcoporum electionem pertinere, & Epiſcopos ſine populi auctoritate à Romano Pontifice aſſumptos veros Epiſcopos non eſſe, vt vltra citatos ex eodem decreto poſt alios notauit Henriq. *in ſum.lib.6.cap.5. §.5.iuncto commento lit.D.*

39 Vnde etiam conſequens fit longè à veritate alienam videri reſolutionem eorum, qui dicunt non pugnare cum lege diuina, vt ſinguli Epiſcopi ſibi eligant, ſeu nominent ſucceſſorem, & conſequenter eum eligere potuiſſe, niſi à Sede Petri, ſeu lege Eccleſiaſtica aliter eſſet prouiſum, quod tenuerunt Ledeſm. *in 2.4. quaſt.20. art.4. pag.313. concl. 2. 3. & 4.* Axor. *d. cap. 28. quaſ. 5.* idque probat, quia nulla lex diuina reperitur, quæ prohibeat Epiſcopum eligere ſucceſſorem. Deinde confirmant exemplo Beati Petri, qui Clementem ſibi ſucceſſorem deſignauit, vt refertur *in cap. ſi Petrus 8. quaſt.* 1. & Valerij, qui Beatum Auguſtinum coadiutorem, & ſucceſſorem ſibi elegit, vt refert Beatus Paulinus relatus *in cap. nunc autem 7. quaſt.* 1. & pleniùs idem Auguſtinus *epiſt.* 110. vbi etiam narrat de Seuero Meliuetano Epiſcopo, quòd ſimiliter ſucceſſorem ſibi deſignauit, exultátque gaudio ipſe Auguſtinus, quòd opera ſua populus cum pace illum acceperit, & de ſe ipſo commemorat modum, quo ſibi poſt mortem nominauit ſucceſſorem Heradium, ſeu Hæraclium, vt monet Luſitanus noſter Frater Ludouicus ab Angelis ex eadem familia Auguſtiniana, *in vita eiuſdem Auguſtini, lib. 4. cap.* 16. poſt mortem autem dixit Auguſtinus ne de illo fieret, quod de ſe factum dolet, quòd viuo Valerio in Epiſcopatu factus fuerat coadiutor, ſeu Coëpiſcopus neſciens eſſe prohibitum in Nicena Synodo, quod benè aduertit Poſſidonius *in vita Auguſtini, cap.*8. & clarè fatetur ipſe Auguſtinus *d. epiſt.* 110. quòd diligenter aduerte pro intellectu *d cap. nunc autem*, & concorda cum text. *in cap. quoniam, de officio Ordinarij.* Quod tamen inferunt non eſſe facturos tot ſanctos Patres ſi legi Diuinæ repugnaret, ſed potiùs pro ea vſque ad vitam, & ſanguinem pugnarent, iuxta text. *in cap. ſunt quidam 25.quaſt.1.*

40 Sed conuincitur iſtorum reſolutio ex omnibus ſupradictis: reſoluimus enim ſecundùm legem Diuinam poteſtatem eligendi Epiſcopos, & prouidendi in Eccleſiis Cathedralibus ad Summum Pontificem pertinere, vel ad illos tantùm, quibus ipſe Pontifex permiſerit, vnde non eſt regula affirmatiua ſtatuenda, quòd Epiſcopi ſucceſſorem ſibi nominare poſſent, ſi lex Canonica non prohiberet, vt illi conſtituunt, ſed contraria negatiua, quòd ſucceſſorem nominare non poſſunt, niſi quatenus ex conceſſione Pontificis eis fuerit ſpecialiter permiſſum, vt de Zacharia Pontifice dicitur *in princip. 8. quaſt.* 1. vbi ex verbis Zachariæ Papæ conijcitur, quibus Bonifacio Maguntino Archiepiſcopo permiſit adiutorem ſibi ſtatuere, qui ei defuncto in plenitudinem poteſtatis ſuccederet, & integra Zachariæ epiſtola refertur *in cap. petiſti 7. q.* 1. Et ex hac ratione dici poteſt antiquiſſimo illo Antiocheno Concilio celebrato circa annum Domini CCLXIV. ſtrictiſſimè prohiberi ne quis Epiſcopus, etiamſi in extremis ſit conſtitutus, nominet, vel deſignet ſucceſſorem, ſed ſeruetur Ius Eccleſiaſticum, vt eligatur dignus cum Synodo, iudicio Epiſcoporum, & electione clericorum: quibus verbis oſtendit non contineri ibi nouam prohibitionem, ſed iam antea ab Eccleſia, Summóque eius Capite Romano Pontifice hanc poteſtatem eligendi datam eſſe Clero.

41 Ad illud verò de Beato Valerio, Diuo Auguſtino atque aliis, qui ſibi ſucceſſores elegerunt, reſpondent multi ſimiliter ex conceſſione Romani Pontificis factum fuiſſe, quòd innuit Frat. Lud. ab Angel. *dict.loco*, ibi, *Beatus Valerius facultatem obtinuit, vt eum ſibi coadiutorem haberet*; ſed diuinatio eſt, cùm ex dictis planum ſit ſine aliqua Papæ auctoritate factum, & ideò Auguſtinum doluiſſe. Meliùs igitur reſpondebis conſtare ex *dict.epiſt.*110. Diuum Auguſtinum neque ipſum, neque Valerium, neque Seuerum ſibi ſolos ſucceſſores elegiſſe, ſed potiùs Clero, & populo propoſuiſſe perſonas, quas tanto munere dignas iudicabat, populúmque & clerum per acclamationem conſenſiſſe, eo modo elegiſſe, iuxta formam, & modum illis temporibus ab ipſo Summo Pontifice permiſſum, de quo ſuprà. Quod quidem non prohiberi in dictis Conciliis patet ex ipſorum verbis, quæ referuntur *in cap. Epiſcopo 1. & 2. 8. quaſt.* 1. ibi enim poſtquam conſtituunt non licere Epiſcopo in vita ſibi ſucceſſorem conſtituere, addunt limitationem, niſi cum conſilio, & iudicio Epiſcoporum, & clericorum, qui poſt obitum poteſtatem haberent eligendi, conſonat *cap. plerique, eadem cauſa, & quaſt.* ibi, *ſed populi gratificatio pro populi habeatur aſſenſu*, quibus ſignificatur improbari morem, vt ſolus Epiſcopus ſucceſſorem ſibi eligeret, non verò ſi populi accederet conſenſus: hæc videtur etiam ratio, quare Beatus Auguſtinus *in dict. epiſt.* ſæpè ac ſæpiùs repetit deſignationi Heradij, quem ſibi ſucceſſorem nominauit, poſt obitum populum multis repetitis vicibus acclamaſſe, & quare exultat populum Meliuetanum, cum pace accepiſſe ſucceſſorem, quem ſibi Seuerus deſignauit.

42 Ad illud verò, quo præcipuè mouentur, quòd nulla lex Diuina reperitur, quæ Epiſcopis prohibeat ſucceſſorem deſignare, reſpondetur, conſtare lege Diuina hanc poteſtatem aſſumendi Epiſcopos ad ſolum Pontificem immediatè pertinere, vel ad eos, quibus conceſſerit, vt iam comprobauimus, ac ſubinde ne hoc poſſint Epiſcopi, non oportet dare legem, quæ prohibeat, ſed vt poſſint, oportet dare legem, quæ id concedat, iuxta naturam edicti permiſſorij, de quo Doctores per tex. ibi *in l. cum Prætor, verſ. iudicem. ff. de iudiciis, & in l. nemon 28. in princip. verſ. quod eis ff. ex quibus cauſis maiores.*

43 Ex facto autem, & exemplo Diui Petri inefficax eſt argumentum; quia Beatus Petrus à Chriſto Domino, & ante, & poſt mortem familiariſſimè inſtructus ita erat, & Spiritu ſancto plenus, vt in electione Clementis minimè falli potuerit, non ita autem certum erat omnes alios Petri ſucceſſores tales futuros, vnde de Petro ad alios non rectè infertur: deinde ex ipſa hiſtoria, quam refert text. *in d. cap. ſi Petrus, cum ſeqq. 8. quaſt.* 1. conſtat Petrum non ſolum elegiſſe Clementem, ſed in præſentia totius Eccleſiæ, ita de conſenſu plebis, & Cleri. Tertiò quia Clemens ipſe cernens exemplum hoc pernicioſum fore, vt oſtenderet Pontificem non debere ſibi ſucceſſorem eligere, Papatui renuntiauit, Petroque immediatè ſucceſſit Linus, & deinde Cletus, & poſt ipſos Clemens, notauit gloſ. *in d. cap. ſi Petrus*, & Card. Turrecremat. ibi, *& de poteſtate Eccleſiæ lib.2. cap. 51. verſ. nec obeſt*, proſequitur latiſſimè Card. Iacobat. *de Conciliis, lib.* 10. *art. 7. in ſolut.* 11. *argumenti pag.* 714. Ioannes Driedonius *de libertate lib. 1. cap. 3. ad finem.* Quamuis poſt alios contradicant Mendoza *quaſt. quarta ſcholaſtica §. 9. verſ. quarto*, Onufr. Panuin. *de Primatu Petri part. 3. cap.2. diſſuaſione 1. pag.*211.

44 De qualitatibus autem, quæ in eo requiruntur, qui eſt eligendus Epiſcopus, & qui eligi poſſint Epiſcopi,

Episcopi, & qui minimè, restat retractate. Primum igitur de multis, quæ in Episcopo desiderantur, loquitur Apost. *ad Timoth. & ad Tit.* prout in antecedenti cap. iuxta Canonicas sanctiones exposuimus, infrà *tit.* 2. per 17. glossas pleniùs explicabimus; & interim hac de re vide Guilielm. Rossæ. *de Rege excommunicando cap.*8. Bernadin. Rosignol. *de disciplina Christiana perfectionis lib.*5. *cap.*2. §. *etsi Episcopi.* Anton. de Venales *de dignit. Sacerdot. cap.*1. §.1. Ioan. Marian. *lib.*3. *de Rege cap.*1. *ad finem, & cap.*2. *per tot.* Sotomaior. *in comment. epist.*1. *ad Timoth. cap.*3. *per tot.* Hoc autem in loco de iis tantùm agemus, quæ aut facienda impediunt, aut irritari faciunt electionem, vel saltem animaduertenda sunt in ipsa electione Episcopi facienda.

Requiritur ergo *primò* in Episcopo eligendo, vt iis qualitatibus præditus sit, quæ in Presbytero quoque simplici necessariò exiguntur, quas quidem videbimus *alleg.* 10. *num.*24. *& seqq.* Sed supra illos, & cæteros clericos requiritur in Episcopo ætas triginta annorum completorum, vt *alleg.* 1. *num.* 26. *cum seqq.* ostendemus; in ea namque ætate Christum (cuius Vicarius Episcopus constituitur) & baptizatum fuisse, & prædicasse legimus *in cap. Presbyter* 78. *dist.* quamuis olim quinquaginta annorum eligendus esset, vt tradit Clemens Papa *in Constitutionibus Apost.* *Secundò* attendendum est, vt si legitimo matrimonio natus, vt infrà explicabimus *d. alleg.*1. *n.*32. *cum seqq.* & quòd non sit bigamus, nec neophytus, vt dicemus *tit.*2. *gloss.*4. *&* 17. quæ etsi in cæteris Clericis requirantur, plus tamen in Episcopis attenduntur. *Tertiò* quòd in sacro Presbyteratus Ordine antea saltem sex mensium spatio fuerit constitutus, vt statuit Concil. Trid. *sess.*22. *de reformat. cap.* 2. vt dictum extat *d. alleg.* 1. *num.*36. *Quartò* Doctor, aut Licentiatus in Sacra Theologia, vel Iure Canonico esse debet. Conc. Trid. *d. cap.*2. iuxta ea, quæ exponemus *d. alleg.* 1. *num.*24. *cum seqq.* & cuius vita prior ac omnis ætas à puerilibus exordiis ecclesiasticè, ac laudabiliter acta testimonium præbeat, *cap. miramur, vers. merito* 61. *dist.* Concil. Trid *sess.* 6. *de reformat. cap.*1. & denique cauendum est ne ex iis sit, qui aliqua ex causa ab omni electione pessima excluduntur. Quamuis enim ex quocumque loco, & natione sint Episcopi eligendi, vbi aliàs idonei reperiantur, Sot. *de Iustit. lib.*3. *q.*6. *art.*2. Petr. Nauat. *de restit. lib.*2. *cap.*2. *num.*165. *cum seqq.* nihilominus tamen bonum, commodius, ac vtilius erit, si Episcoporum electio fiat de Regno, de eadem natione, & lingua, si idonei adsint, arg. *cap. bona el* 2. §. *intelleximus, de post. Prael.* Camil. Botel. *de praest. Regis Cathol. cap.*51. *& in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 6. *num.* 1. multis probat D. Marius Cutell. *in codice legum Sicularum, ad leg. Martini cap.*66. *& vltim. nota* 70. *à num.* 1. *pag.*615. vbi plures refert.

45 Ex his colligitur laicum non posse in Episcopum eligi, vt habetur *in cap. hoc ad nos* 59. *dist. & in cap. miramur, & in cap. statuimus* §. *iis omnibus* 61. *dist. & in c. exigunt* 12. *quæst.* 7. *Miserum est enim*, inquit Innoc. Papa, *in cap. miserum*, 61. *dist. eum fieri magistrum, qui numquam fuit discipulus, eumque summum fieri Sacerdotem, qui in nullo gradu vnquam obsequutus fuerit Sacerdoti*, & Cœlest. *Quid*, inquit, *proderit per singula stipendia clericos militasse, & omnem egisse in Dominicis castris ætatem, si ij, qui futuri sunt Sacerdotes, ex laicis requirantur, qui vacantes seculo omnem Ecclesiasticum Ordinem nesciunt*, &c. *in cap. quid proderit*, 61. *dist.* qui iterum ait, *Sacerdotium non debere inter cætera ministeria in hoc vilius reputari, vt quod difficiliùs impletur, faciliùs imbuatur.* Verùm cùm S. Nicolaus laicus fuerit in Episcopum electus, & B. Senetus ex lanificio fuerit in Archiepiscopum assumptus, & S. Ambrosius etiam ex neophyto fuerit Mediolanen. Archiepiscopus factus, & plures alij sanctissimi viri; dicit Gratianus *in d.* §. *ijs omnibus*, quòd cùm quilibet laicus ex merito suæ perfectionis clericalem vitam transcendit, vt prædictis Sanctis contigit, eius potest rata haberi electio, *cap. Osius, cum seqq.* 61. *dist.* Vnde Ambrosius de sua electione dicebat. *Neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiam, sed si non deest humilitas competens Sacerdotio, vbi causa non hæret, vitium non imputatur: itaque ordinationem meam Occidentales Episcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt*, vt *in cap. Neophytus eadem* 61 *dist.* Martinus namque Turonen. Episcopus, & Augustinus Hipponen. & alij ex neophytis fuerunt Episcopi constituti. Vide quæ dicemus infrà *dict. gloss.* 17. Concilium verò Aurelianen. *cap.*9. de laicis ad Episcopatum assumendis sic statuit, dicens. *Nullus ex laicis absque annua conuersatione præmissa Episcopus ordinetur, ita vt intra anni ipsius spatium à doctis, & probatis viris, disciplinis, & regulis spiritualibus pleniùs instruatur, aut cùm supplenda est clericalis penuria, præmissa sex mensium conuersatione*; concordat *auth. de sanctissimis Episcopis*, §. *damus autem licentiam.* Qui verò meretur assumi, Episcopus non est ordinandus, nisi primò fuerit Ostiarius, deinde Lector, postea Exorcista, inde Acolytus, demum verò Subdiaconus, deinde Diaconus, & postea Presbyter, vt Caius Pont. constituit, teste Damaso: in neophytis verò est constitutum, vt qui in infirmitate positus suscipere Baptismum distulerit, Presbyter non ordinetur, *in cap.* 57. *distinct.* vnde nec facilè erit Episcopus eligendus; sicut *dict. gloss.* 7. innuimus.

Dispensatur ergo cum laicis, & neophytis, vt possint Episcopi fieri propter merita personarum, & Ecclesiarum vtilitatem, vel necessitatem, *cap. cùm nobis, in fine, de elect.* quibus de causis etiam cum illegitimè nato dispensatur, *cap. tali coniugio* 1. *q.*7. *cap. innotuit, vers. quamuis, de elect.* & cum eo, qui sit minoris ætatis, nec adeò eminentis scientiæ, arg. *dict. cap. cùm à nobis*, ita & cum bigamo, vel cum eo, qui non castè vixit, si tamen longam postea continentiam seruasse probetur, *cap. priusquam* 28. *dist.* & dispensatus simpliciter ad Dignitates non intelligitur etiam ad Episcopatum dispensatus, secundùm Host. & Panorm. *in cap. cùm VVinton. de electione*, & ea quæ dicentur *alleg.* 1. *num.* 18. Sed habens filios non est Episcopus eligendus, quoniam per filios Prælatorum Ecclesiastica solet periclitari substantia, vt ait Pelag. *in cap. Syracusanis*, 28. *dist.* & nos latiùs dicemus *tit.* 2. *gloss.* 9. *n.* 30. 46

Potest etiam Religiosus in Episcopum eligi, *cap. pen. in fine, de vita, & honest. clericor.* Camill. Botell. *in summ. decis. tom.* 1. *tit.* 6. *num.* 1. declarando iuxta ea, quæ dicemus *cap. seq. num.* 15. *cum seqq.* Verùm si aliquis vouerit Religionem, non poterit Episcopatum acceptare antequam sit Religionem ingressus, nisi dispensetur in voto, *cap. per tuas, de voto*, & dicemus infrà *allegat.* 53. *num.* 25. Qui verò ob crimen commissum Episcopatui renuncians, Religionem intrauit, non poterit amplius in Episcopum eligi, *cap. hoc nequaquam* 7. *quæst.* 1. *cap. post translationem, de renunciat.* Secus si non propter crimen id fecerit. Potest autem eligi in Episcopum Religiosus etiam in nouitiatu existens, & nondum professus, quamuis Abbas eligi non nisi professus valeat, *cap. nullus Religiosus, de elect. lib.*6. 47

Illud quoque est in electione Episcopi obseruandum, vt nullus inuitis detur Episcopus subditis, vt 48

dicitur *in cap. nullus* 61. *diſt. & in cap. fin.* 63. *diſt.* nec emeritis ciuibus, qui conciuium ſuorum benemerentes teſtimonium in his Eccleſiis extranei, & ignoti non proponendi, vt Cæleſtinus Papa conſtituit *in cap. nec emeritis* 61. *diſt.* Nec tamen ex loco ipſo, vel præſtantioris gradus eſt eligendus, qui vitæ meritis non præcellat, *quoniam apud Deum*, inquit Gregor. *non gradus elegantior, ſed vita melioris actio comprobatur.* Nec eſt eligendus in Epiſcopum qui Principi ſeculari nimis fauorabilis dignoſcatur, ex Nicolai Papæ decreto *in cap. porrò*, vbi gloſſ. 63. *diſt.* nec ille, qui ſuſpectus Principi fuerit, Xuar. *alleg.* 8. *num.* 14 Cabed. *de patronat. Regia corona cap.* 37. *num.* 5. Et plura hac in re attendenda, præcipuè circa qualitatem perſonarum ex iis, quæ in antecedenti *cap.* diximus, & latiſſimè infrà *tit.* 2. *de munere Epiſcopali*, explicabimus. Quomodo autem fabricandus ſit proceſſus, & inquiſitiones ſuper promouendis ad regimina Eccleſiarum Cathedralium? Vide *cap.* 4. *num.* 4.

CAPVT IV.

De confirmatione, qua Epiſcopus electus confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Electus Epiſcopus in tres menſes poſt conſenſum electioni de ſe celebratæ præſtitum confirmationem electionis ipſius petere debet.*

2 *Menſes quando ſunt numerandi à die alicuius actus computantur ſecundùm quod occurrunt in Kalendario.*

3 *Electus ſi intra tres menſes confirmationem non petat, ius quod ex electione acquirit, amittit.*

4 *Electionis confirmationem an petens amicus mandato, electum à pœna excuſet, oſtenditur.*

5 *Electus à Superiore, cui ſubijcitur, confirmationem, aut ſecundùm alios à Sede Apoſt. de iure antiquo petere debeat.*

6 *Electionis Epiſcoporum confirmatio iuxta formam iuris iam ab aula receſſit.*

7 *Epiſcopus confirmatus, quamuis nondum conſecratus, quæ agere poſſit.*

8 *Collatio facta à Summo Pontifice ad Epiſcopalem dignitatem habet vim electionis, nominationis, & confirmationis.*

9 *Epiſcopus ſi velit ea, quæ ſunt iuriſdictionis exercere, debet obtinere litteras Apoſtolicas, ſine quibus nec admitti, & recipi tanquam Epiſcopus, nec poſſeſſionem Eccleſiæ ſibi collatæ conſequi poteſt.*

10 *Capitulum an poſſit Epiſcopo contradicente adminiſtrare Epiſcopatum, tanquam ſedes vacet, eo quòd litteræ prouiſionis intra tempus aſſignatum non fuerunt oſtenſæ, remiſſiuè.*

11 *Monachus licèt efficiatur Epiſcopus, non tamen deſinit eſſe Monachus.*

12 *Monachus factus Epiſcopus à tribus votis ſubſtantialibus non eſt ſolutus.*

13 Cap. 1. 18. quæſt. 1 *declaratur.*

14 *Monachus factus Epiſcopus an ſit ſolutus à ieiuniis Religionis oſtenditur.*

15 *Monachus factus Epiſcopus ab onere recitandi Officium propriæ religionis liberatur.*

16 *Regulares ex Prædicatorum Ordine ad Epiſcopalem dignitatem aſſumpti, tenentur ante conſecrationem libros, & bona Ordini relinquere.*

17 *Habitum Monaſticum non amittit Monachus factus Epiſcopus.*

Generalis, Prouincialis, ſeu alius Prælatus inferior, ſi ad Epiſcopatum præſentatur, & acceptat, ſtatim vacat Prælatura. ibid.

18 *Monachus Epiſcopus factus renuntians Epiſcopatui, an teneatur ad Monaſterium reuertere oſtenditur.*



QVICVMQVE ab alio, quàm à Supe- 1
riore in Epiſcopum electus fuerit, de-
bet poſtquam præſentauerit electio-
nis de ſe factæ conſenſum, à Superio-
re ſuo confirmari, *cap. poſtquam, cap.*
nihil eſt, de elect. Petr. Gregor. *ſyntagm. Iuris part.* 2.
lib. 17 *cap.* 15. *à num.* 1. Conſenſus autem intra men-
ſem à præſentatione electoris præſtandus eſt, aliàs
elapſo menſe redditur electio nulla, ne ſcilicet diu
differatur Eccleſiarum prouiſio, vt dicitur *in c. quàm*
ſit, eod. tit. in 6. Menoch. *de arbitr. cap* 477. Gonzal. *ad*
reg. 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *num.* 50. Maſſobr. *in praxi ha-*
bendi concurſum requiſ. 1 *dub.* 2 *num.* 1. *ſecundùm Rom.*
impreſſ. Maur. Alzed. *de præcellent. Epiſcop. dignit. p.* 1.
cap. 3. *num.* 53. Quare etiam ſtatutum eſt in eodem
cap. quam ſit, vt intra tres menſes à conſenſu præ-
ſtito, petatur confirmatio, & obſeruant Menoch. *de*
arbitr. caſu 477. Azor. *inſtit. moral part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29.
quæſt. 10. & citat infra *alleg.* 1. *num.* 39. *cum ſequentib.*
† Qui quidem tres menſes computari debent pro- 2
vt in Kalendario occurrunt: quando enim lex, vel
ſtatutum concedens menſem diſponit à quo tempo-
re menſis incipit, vt à die electionis, vel à die per iu-
dicem aſſignanda, tunc accipitur menſis ſecundùm
quod occurrit in Kalendario, & quod ex vno menſe
deficit, accipitur de ſequenti, gloſſ. *verb. menſem, in d.*
cap. quàm ſit. Menoch. *de arbitr. caſu* 50. *num.* 21. Sanch.
de matrim. lib. 1. *diſp.* 24. *n.* 15. Gonzal *ad reg* 8 *Cancel.*
gloſſ. 11. *n.* 7. Nicol. Garcia *de benef p.* 10. *c.* 2. *num.* 42. *&*
ſeqq.

Si intra prædictos tres menſes electus Epiſcopus 3
confirmationem non petat, ius, ſi quod ex electio-
ne acquiſierat, amittit, & electio penitus eſt ina-
nis, etiamſi poſtea conſenſum præſtet electus, vt
notat gloſſ. per tex. *ibi in d. cap. quàm ſit.* † ſatis ta- 4
men erit ſi electi amicos eius nomine confirmatio-
nem petat, ſine mandato, modò electus ratum ha-
beat infra illos tres menſes, gloſſ. *verb. petere*, ibi,
ſed pone quòd amicus, in dict. cap. quàm ſit, Tiraq. *de*
pœnis temper. cauſa 22. *num.* 37. Azor. *dict. cap.* 29.
quæſ. 11. quia ratihabitio omnino fieri debet intra
terminum datum ad acceptandum, Cou. *variar. lib.* 3.
c. 16. *n.* 5.

Confirmare autem electos non ſolum Romanus 5
Pontif. verùm etiam Patriarcha, vel Metropolitanus
de Iure communi poteſt, *cap. quoniam* 100. *diſt. cap.*
cùm dilectus 32. *de elect. cap. cupientes, in princip.* per lo-
cum ab ſpeciali, *eod. tit. lib.* 6. Biax. *in direct. elect.*
part. 3. *cap.* 43. *num.* 6. Corraſ. *de Sacerdot. part.* 2.
cap. 4. *à num.* 3. Selu. *de benefic. part.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 1.
Mandagot. *de electione noui Prælati cap.* 65. Petr.
Gregor. *ad tit. de electione cap.* 19. *à num.* 10. Paul.
Layman. *de eccleſiaſt. Præl. elect. cap.* 13. *quæſt.* 162. &
ideo olim in partibus Hiſpaniæ confirmationem hu-
iuſmodi per Archiepiſcopum Toletanum fieri ſole-
re atteſtantur Fileſac. *de ſacra Epiſcop auctorit. cap.* 7.
§. 6. *fol.* 77. Mariana *en la hiſtoria general de Eſpaña*
lib. 6. *cap.* 17. *verſ. la ſegunda coſa.* Ioan. Moreno *de Pa-*
triarch. origine exercit. 32. *fol.* 276. Sed eodem Iure at-
tento huiuſmodi confirmationem à Sede Apoſtolica
eſſe petendam probat tex. *in c. cùm Eccleſia Suturina*,
ibi,

ibi, *petentes ipsam electionem à Sede Apostolica confir-*
mari, de causa possess. & propriet. & resoluuor Franc.
Leo *d. part. 1. cap. 3. num.* 5. Maurit. Alzed. *d part.* 1.
cap. 3. num. 56. Nihilominus tamen primum verius;
& pro responsione Card. Imol. & Rip. *n.* 6. ac Rebuff.
num. 12. *in eod. cap. cum Ecclesia Sutrina*, aduertunt
ibi duplici ratione potuisse confirmationem peti à
Sede Apostolica, vel quia Ecclesia Surrina, quæ
propè Romam esse noscitur, immediatè subiecta est
eidam Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedi; vel
quia generaliter licitum est etiam in Ecclesiis, quæ
alium habeot immediatum Superiorem, omisso
medio ad Sedem Apostolicam recurrere, & ab ea-
dem petere confirmationem, iuxta text. *in cap. per*
principalem 9. *quæst.* 3. iuncta plenissima potestate,
quam in beneficialibus habet Romanus Pontifex ex
tex. *in cap. 2. de preb. in* 6. & ideo cum omnibus Or-
dinariis concurrit. Marta *de iurisdict. part. 3. cap.* 21. *à*
num. 15. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell.* §. 1. *à num.* 32. *&*
§. 2. *per totum.*

Si quis autem diuina fuisset inspiratione mani-
festè electus Episcopus, non egeret confirmatione,
quia quæ Spiritu sancto aguntur, non sunt sub le-
ge, *cap. nisi cum pridem, de renuntiat.* Bertachin. *de*
Episcop. vbi *de eius confirmatione.* Sed si quis simpli-
citer ad clamorem populi eligeretur, si de diuina
inspiratione nihil appareat, nullo modo est confir-
mandus, nec habendus Episcopus, quia potuit po-
pulum pretio, vel mercede corrompere, vt dicitur
in cap. Osius, de elect. Nec quisquam per ambitum
ad Episcopalem honorem est permittendus accede-
re, *cap. nullus itaque* 1. *quæst.* 1. Confirmans autem
debet de electi vita, & moribus, ac qualitatibus re-
quisitis diligenter inquirere, vt habetur *in cap. de*
Petro 46. *dist. & in cap. 2. & in cap. cum à nobis, de*
elect. Quòd si aliqua ei antequam confirmetur, cri-
mina obiciantur, purgare se debet cum requisito
numero Episcoporum, vt traditum est in Concil.
Carthaginen. IV. relato *in cap. illud* 23. *dist.* quan-
do verò electus postulat confirmari cum alio, quo-
modo sit procedendum, declaratur, in Constit. Bo-
nifacij VIII. relata *in cap. fin. de elect. lib.* 6.

6 Hæc pauca de confirmatione aduertisse sufficiat,
electio enim Episcoporum, & confirmatio iuxta
formam Iuris Pontificij iam ab aula recessit, tum ex
reg. 2. aliàs 3. *Cancellariæ*, quæ Sedi Apostolicæ re-
seruat prouisionem omnium Cathedralium: tum ex
priuilegiis Summorum Pontificum aliquibus Regi-
bus, & Principibus nominandi Episcopos concessis,
& ideo vbicunque Reges huiusmodi (quales esse
constat Hispaniæ, Galliæ, Lusitaniæ, Siciliæ, Ita-
liæ, Sardiniæ, & Poloniæ) nominant Episcopos,
& designant, ac offerunt, Romanus Pontifex eos
instituit, Azor. *d. cap. 29. quæs. 1. in fine.* Et si qui
Episcopi in Germania à Collegiis Canonicorum
eliguntur, Romani Pontificis auctoritate confirman-
tur, Azor. *d. cap. 29. quæs.* 2.

7 Sic etiam quamuis Iure communi Episcopus
postquam fuerit Canonica institutione confirma-
tus, habeat ea, quæ sunt iurisdictionis (veluti ex-
communicare, suspendere, interdicere, visitare, cor-
rigere, punire, Synodum conuocare, beneficia con-
ferre, Ecclesias minores coniungere, annectere, di-
uidere, voti, & iurisiurandi vincula soluere, quo-
rundam peccatorum absolutiones sibi reseruare,) vt
probant *cap. ex transmissa, cap. nosti, & cap. qualiter,*
de elect. cap. inter corporalia, de translat. Episcopi.
Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 136. Petr. Gregor.
Syntagm. Iuris part. 2. lib. 17. cap. 7. num. 7. Vgolin.
d. part. 1. cap. 1. §. 3. num. 2. Francis. Leo *part. 2. cap.* 1.
num. 3. Maurit. Alzed. *d. part. 1. cap. 3. n.* 59. Azor. *d.*
cap. 29. quæs. 5. vbi *quæs.* 6. resoluit † collationem fa- 8
ctam à Summo Pontifice ad Episcopalem dignita-
tem habere vim electionis, nominationis, dissigna-
tionis, præsentationis, institutionis, & confirma-
tionis. † Tamen de Iure nouo, quod habetur *in Ex-* 9
trauag. iniuncta, de elect. inter communes, opus est vt
Episcopus, si velit ea, quæ sunt iurisdictionis, exer-
cere, obtineat litteras Apostolicas, sine quibus nec
admitti, & recipi tanquam Episcopus, nec possessio-
nem Ecclesiæ sibi collatæ consequi potest, D. Bar-
bosa *in l. diuortio, in princ. par. 2. n.* 50 *ff. solut. matrim.*
Flamin. *de resignat. lib. 8. quæst. 5. num.* 33. Azor. *d.*
cap. 29. quæs. 9. vers. cæterum, latè Azeued. *consil.* 14. *per*
per tot. & præcipuè *à num.* 13. vbi resoluit collationes
ante litterarum receptionem nullas esse, & in pro-
uisione Episcopatuum Hispaniæ refert quòd Rex
nominationem à se factam mittit Papæ, & ipse Pa-
pa confirmat, & nominatio, & confirmatio ipsi Regi,
& eius Consilio mittitur, & ibidem prouisus se præ-
sentat, fidelitatemque præstat Regi & Regno,
& recipit litteras, & non antè, quos cum mandato
Regio præsentat in Capitulo suæ Ecclesiæ, & pos-
sessionem capit per se, vel per alium suo nomine;
aliter enim Capitulum illum non reciperet ad admi-
nistrandum, & conferendum beneficia. Illius tamen
Extrauag. dispositio limitatur in Cardinalibus; quia
ea non obstante, poterunt conferre, & iurisdictionem
exercere ante captam possessionem, & ostensionem
litterarum, vt resoluit Bellencin. *de charitatiuo subsidio*
q. 66. *num.* 26. & fuisse decisum *in vna Burgen. Cano-*
nicatus 3. *Iunij* 1583. coram *Illustriss. Lancellotto*, re-
fert Gonzal. *ad reg. 8. Cancell glos.* 24. *num.* 7.

Quæstio est admodum controuersa, an Capitu- 10
lum iure debeat, vel saltem possit Episcopo con-
tradicente, administrare Episcopatum, tanquam se-
des vacet, eò quòd litteræ prouisoriæ non osten-
dantur, iuxta clausulam in eis insertam, intra sex
menses à die datæ Breuis Apost. de more concedi
soliti ad capiendam possessionem Episcopis apud
Sedem Apost. prouisis? Ad vtramque partem latis-
simè disputat Nau. *in cap. accepta, de restit. spoliat. op-*
posit. 8. *num.* 12. quem vide. Illud hîc aduertendum
duxi, electum scilicet, & confirmatum in Episco-
pum, & nondum consecratum, repelli posse ab Epi-
scopatu, si ante consecrationem fiat inhabilis, vt
tenent Ioan. Andr. Anton. Card. & Imola *in cap. ex*
parte, de clerico ægrot. quos refert, & sequitur Nau. *in*
cap. si quando, except. 10. num. 13. de rescript. Vnde
idem *in Manu. cap. 27. num. 67. vers. octauo*, resoluit
percutientem Episcopum electum, & confirmatum,
sed nondum consecratum, non incurrere excom-
municationem Bullæ in Cœna Domini, etiamsi iam
adeptus sit Episcopatus possessionem.

Monachus licèt efficiatur Episcopus, non tamen 11
desinit esse Monachus, & verus Religiosus. Host.
in cap. clerici il 2. de vita, & honest. cleric. Cou. *in c.* 1.
num. 18. *de testam.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 79. num.* 10.
Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap.* 16. Lezana
in sum. quæst. Regular. cap 17. à princip. † Sed perma- 12
net Religiosus, & inde incapax dominij, & pauper-
tatis adstrictus voto, vt tenent glos. *in cap. statutum*
18. *quæst. 1. & verb. Mendicantium in cap. quorundam,*
de elect. in 6. Cou. *in cap. 1. num. 18. de testam.* Pelag.
de planctu Eccles. lib. 2. cap. 24. Læl. Zechi. *de Republ.*
eccles. tit. de Regularib. cap. 3. num. 14. Petr. Rebuff.
cons. 14. per tot. Stephan. Durant. *quæst. Iuris q.* 10. Nicol.
Garc. *de benef part. 7. cap. 10. num.* 89. Aloys. Ric. *in pra-*
xi rerum fori eccles. decis. 596. *in 1. edit.* aliàs *resolut.* 523.
num. 2. in 2. edit. tomo 3. sua praxis resol. 18. num. 1. & 2.

Marta

Marta tom.2. de success.legati p. 4. q.1. art. 4. num. 13. Lauret. de Franchis in controuers. inter Episcop. & Relig q 112. Ceued. de paup. Relig. dub. 44. num. 5. & ex num. 31. Laorent. de Peitinis de Relig. subdito tom. 1. q.1. cap. 10. §. unic. Lezana d. cap. 17. num. 5. Hieron. Rodeiic. in compendio quæst. Regul. resol. 60. n. 9. Campan in diuers iuris Canon. rub. 12. cap. 14. Gregot. XV. decis. 109. num. 5. Rota decis. 87. num 2. tom. 2. recentior. Molin. de primog. lib. 2. c. 10. num. 28. Capic. decis. 200. Fulu. Pacian. cons. 132. n. 24. cum seqq. Suid. d. priuil. 79. num. 9. Catol. Tapia in auth. ingressi, verb. sua cap. 6. num. 85. C. de sacrosanct. Eccles. Fab. de Anoa cons. 45. ex num. 84. Gabr. Pereita Lusitan. decis. 75. num. 1. Thadæ. Piso lib. 1. vari. cap. 8. n. 38. Ioan. Harprechtus ad Iuli. Clar. in §. testamentum q. 38. Mari. Cutelli in tract. de donat. tom. 1. tract. 1. disc. 2. part. 3. num. 135. & 150. Ex Theologis D. Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 8. Azor. instit moral. part. 1. lib. 12. cap. 7. quæs. 2. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 58. art. 3. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 6. cap. 6. à princip. vbi plures refert DD. Lopez de Texeda tom. 1. lib. 2. tract. 1. controu. 2. num. 3. Barthol. à S. Fausto in thesauro Religiosorum lib. 6 q. 188. cum seqq. Molin. de Iustit. tom. 1. disp. 140. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. c. 2. dub. 4. Ægid. de Conink disp. 27. dub. 1. num. 200. Ferdinand. de Castro in opere morali tract. 6. disp. 2. puncto 8. ex num. 3. Cuius sententiæ ea communiter cum S. Thoma dict. rat. 8. redditur ratio, quia cùm status Religiosus tribus illis paupertatis, castitatis, & obedientiæ consistens votis, cap. inter Monasterium, de statu Monach. ad perfectionem pertineat, quasi quædam via in perfectionem tendendi, & Episcopalis status sit perfectior, vt ad perfectionem pertinens, tanquam quoddam perfectionis magisterium; hinc est quòd illius perfectio non supprimitur, aut supplantatur per istius adeptionem, sed potiùs conseruatur, custoditur, & validatur. Et ideo si carnis peccato commaculetur, aut altero inobedientiæ (eò quòd obedientia, quam antea præstare cogebatur Superiori Regulari, commutata est in supremum Pontificem) peccabit non tantùm vt cæteri, sed insuper tanquam voti transgressor, Barthol. à S. Fausto 1. lib. 7. q. 21. Sanch. d. lib. 6. cap. 6 num. 1. cum seqq. Ego ipse in collect. ad cap. statutum 18. quæst. 1. num. 9. cum seqq. Lezana d. cap. 17. num. 3. & 4. atque ita si postremum de paupertate transgrediatur, non tamen ita & taliter cùm Monachus erat, sed longè aliter; cùm factus Episcopus oporteat pro suo, & familiæ victu expendere, vt infrà part. 3. alleg. 114. num. 19. cum seqq. Quam quidem exemptionem ab obedientia Prælatorum Regularium, locum habere à die confirmationis docent Less. de Iustit. lib. 2. cap. 40. dub. 14. num. 113. Sanch. d. cap. 6. num. 32. aduertentes tex. in cap. vnic. 18. quæst. 1. habentem, eum per electionem Canonicam liberari à iugo regulæ, debere intelligi confirmatam à Papa; & sic Episcopum Religiosum teneri tria essentialia vota sub lethalis culpæ reatu obseruare, resoluunt Fulu. Pacian. cons. 132. à n. 124. Fab. de Anna cons. 45. à num. 82. vol. 1. Quamuis eum ab obedientiæ, & paupertatis votis esse solutum existimauerint Charond lib. 7. respons. cap. 127. Ænæ. Robert lib. 4. rerum iudic. cap. 3. Stephan. Durant. dict. quæst. 10. in fine.

13 Non obstat tex in cap. 1. 18. quæst. 1. vbi ita habetur. Statutum est vt Monachus, quem electio canonica à iugo regulæ monasticæ absoluit, & sacra Ordinatio è Monacho Episcopum fecit, &c. quia respondetur cum D. Thom. d. quæst. 185. art. 8. & quæst. 88. art. 11. ad 4.

14 † procedere in clausura, silentio, vigilia, ieiuniis, abstinentiis, & aliis similibus vitæ asperitatibus; non verò in illis Religionis obseruantiis, quæ neque Pontificium munus impediunt, neque dedecent dignitatem, sed magis iuuant ad vitam perfectam, qualia sunt supradicta tria substantialia vota; sequuntur Azor. d. quæs. 4. Capic. decis. 200. n. 5. Lezana d. cap. 17. num. 8. Ceued. de paupert. Relig. dub. 44. Sanch. dict. cap. 6. num. 8. & sic ille text. non intelligitur de nexu principali Religionis, professione, seu obligatione seruandi tria essentialia vota, cùm tendant ad muneris nouè iniuncti exactiorem perfectionem, sed de Religionis obseruantiis, quæ munus Pontificale eiusque exercitium impediunt, nam si non impedirent, obseruari deberent, Vasq. in opusc. de reddit. cap. 3. dub. 1. Azori. dict. lib. 12. cap. 7. quæs. 4. Ceued. dict. dub. 44. ex num. 15. Sanch. dict. lib. 6. cap. 6. ex num. 16. Barthol. à S. Fausto dict. lib. 6. quæst. 194. Diana moral. resolut. part. 3. tit. 2. resolut. 50. vers. sed quæret aliquis, Franc. de Sosa in libello de la obligacion conque quedam los Religiosos Obispos num. 49. cum sequentib. Laoret. de Franchis vbi suprà quæst. 114. quod extenditur ad Episcopum titularem, & ad illum, qui Episcopatu renuntiauit. Ratio est, quia isti omnes legitimè dispensati sunt, & exempti ratione dignitatis Episcopalis ab huiusmodi obseruantiis; dum ergo perseuerauerit ista dignitas, perseuerat dispensatio. Ita Sanch. dict. lib. 6. cap. 6. à num. 16. Lezana in summ. quæst. Regular. cap. 17. num. 8. prope fin. Ideoque respectu obligationis legalis exemptum iudicari ab omnibus, quibus antea astringebatur ex vi regulæ, & statutorum, resoluunt Sot. de iustit. lib. 10. quæst. 5. art. 8. vers. de tertio verò, Couarru. post dict. num. 18. Gregor. de Valent. super D. Thom. disp. 10. quæst. 3. puncto 8. vers. fin. Fr. Emman. d. art. 3. Sanch. d. c. 6. num. 17. ob quod in specie defloxerunt ad eam statuendam conclusionem, vt attenta vi coactiua, non autem directiua censeatur deobligatus à ieiuniis, & prohibitione esus carnium in quibusdam Religionibus constitutis, quod insuper scripsit glos. in cap. de Monachis 16. quæst. 1. & fatetur Alphons. Aluarez Guer. in cap. 12. in spec. iur. Pont. Nau. cons. 6. sub tit. de denat. in nouis. Et consequenter facultatem vniuersis Christi fidelibus concessam in cap. vlt. de obseruat. ieiun. edendi carnes in die Natalis Domini occurrente sub die Veneris, vel Sabbati (exceptis his, qui ex voto, aut Regulari obseruantia carnes comedere nequeunt, vt ex eo deducunt Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 45. art. 3. & 4. Beja responsorum casuum conscientiæ p. 2. casu 6. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 11. num. 59. & lib. 6. num. 50. Alzed. d. part. 1. cap. 5. num. 82.) extendunt ad huiusmodi Episcopos, qui obstricti sunt ieiunare ex regulari obseruantia, nempe ex regularis obseruantiæ legalis debito, vt explicat Sot. loco proximè citato. Si verò ratione regulæ, Constitutionisve abstinere à carnibus semper, vel per aliquod tempus debebat, cùm hoc pastoralem dignitatem, & munus non deceat, ab ea lege solutum esse credit Azor. d. quæs. 4. prope finem, vbi cum Archid. in cap. 2. de Monachis 16. quæst. 1. & Abb. in cap. Clerici officia, num. 18. de vita & honest. cleric. sentit, quòd quando citra aliorum offensionem ab esu carnium se continere non queat, eas edere debet: quòd si omnis aliorum offensio procul absit, vesci eis non tenetur. Vnde post Sanch. d. lib. 6. cap. 6. num. 45. aduertit Lezana d. summ. quæst. Regul. cap. 17. num. 10. vota alia solemnia, præter tria generalia, quæ solent in aliquibus Religionibus emitti, quale est Minimorum de vita quadragesimali, & Patrum Societatis, de obediendo specialiter summo Pontif. circa missiones, non obligare Religiosos assumptos ad Episcopatum, quia illa vota emittuntur vt auge-

xa,& accessoria Regulæ, quam profitentur Religiosi,& ad perfectionem illius; cùm ergo tales assumpti maneant liberi ab obligatione regulæ(nisi solùm secundùm decentiam, vt dictum est)imò etiam manebunt liberi ab huiusmodi votis,præsertim quia credendum est solum ea emisisse Religiosum pro tempore,quo est sub iugo Religionis.

15 Ab onere recitandi officium propriæ Religionis liberatur, cùm regere Ecclesiam debeat iuxta morem, & vsum Clericorum, quibus præest:sic Abb. *in dict.cap. clerici officia*,Laur. de Franchis *quæst*. 115. Sanch.*dict. cap.6. num.*25. Azor. *dict. quæst*. 4. *in fine*, Vgolin.*dict.part*.1.*cap*.3.*num*.1. Fr. Emman.*in summ. tom.4. cap*.68.*num*.9. Alzed.*d.part*.1.*cap*.5. *num*.117. Antonin.Diana *moral.resol.p.*1. *tract*.2. *de dub. Regul.* Gauant.*in comment.in rub. Breuiarij tom.*2.*sect*.5.*cap*.5. *tit*.2. *num*.2. Lezana *in dict.sum. quæst. Regul. cap*. 17. *num*. 11. Turrecrem.*in sum*. 91. *dist. cap*. 22. vbi dicit fuisse secum dispensatum ab Eugenio Papa, vt post Cardinalatum liceret sibi in posterum continuare recitationem Officij suæ Religionis Prædicatorum, refert Fusc.*de Visit.lib*.2.*c*.15.*n*.81.

16 An Episcopus possit nunc nouam formam recitandi Horas Canonicas in suo Episcopatu indicere? Respondet negatiuè Nauar. *de oratione, & horis can. cap*. 11. *n*. 26. *cum seqq*. Et omnibus Regularibus ex Prædicatorum Ordine ad Archiepiscopatus,& alias Prælaturas Ecclesiasticas assumptis mandat Clemens IV. ne consecrationis munus quoquo modo recipiant antequam libros, & bona omnia, quæ tempore promotionis retinent, contingentia tamen Ordinem memoratum, Prioribus, & Conuentibus, de quibus assumpti fuerant, integrè resignauerint, nisi fortè iidem Priores de consensu ipsorum Conuentuum vsum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum: alioquin eo ipso ab executione Pontificalis ministerij nouerint se suspensos, refertur Confect.*in collect.priuil. Mendic.fol*.15. Fr. Emman.*quæst Regul.tom*.2.*q*.88.*art*.6. Alzed.*de præcellent. Episc.dignit.p*.1.*c*.3.*n*.38.

17 Monasticum habitum non amittit, immò illum gestare tenetur ex præcepto, quia obligatio portandi illum non est ex solo mandato regulæ,sed ex iure *in d. cap. clerici officia,in fine*,Boër. *decis*. 158. *num*. 5. Alphons. Aluarez Guetrero *citato loco*,Nau.*in comm. de Regular.com*.4. *num*.27. Azor.*d quæst*.4. *vers.verum*, Henriq.*lib*.10.*cap*.32.*num*.5. & *cap*.33. *in fine*,Less.*de Iustit.lib*.2.*q*.40.*dub*.14.*num*.113. Sanch.*d.lib*.6.*cap*.6. *num*.22. Fr. Emman.*tom*.2. *q*.58. *art*. 3. Barthol. à S. Fausto *in thesauro relig.lib*.6. *q*.199. Ioan. de la Crux *d.lib*.1.*cap*.2. *dub*.4. *vers.secundò sequitur*,Ferdinand. de Castro Palao *in opere morali tract*.6.*disp*.2. *punct*.8. *num*.3. *vers.probo*,Franc. de Sosa *in lib.de la obligacion con que quedan los Religiosos Obispos num*.39.*cum seqq.* Lezana *d.cap*. 17. *num*. 9. Vsus verò Italiæ,& totius Orbis admittit huiusmodi Episcopum etiam titularem posse incedere non in habitu, & vestitu, vt antea, dum monachus erat, incedebat; sed eo modo, quo alius quiuis Episcopus retento tantùm colore vestium Religionis,atque ideo cum birreto clericali, & cum mantilleto eiusdem coloris Religionis; Rochetum verò portare minimè potest; sed cottam, nempe superpelliceum superimponit in actibus explendis Ecclesiasticis: Cæremon. Clementis VIII. *lib*.1.*cap*.1.*part*.3.Fr.Emman.*in sum.tom*.4.*cap*.68.*n*.6. Vgolin.*de officio Episcopi part*.1. *cap*.3. *num*. 6. Alzed. *d.part*.1.*cap*.5.*num*.80.Lezana *d.cap*.17.*num*.9.Quòd si præfatus Antistes aliis quàm Religionis vestibus indui audeat, assumendo illam albam & candidam vestem, quæ ab Episcopis exteriùs defertur,excommunicationis vinculo subiaceret, de qua *in cap*. 2. *ne clerici,vel mon.lib*. 6. vt resoluunt Card. *in Clem*. 2. §. *sed & tales,de vita & honest.cleric*.Ias.*in authent.ingressi.C.de sacros.Eccles*.Sylu.*verb.religio* 7. *quæst*.11. Surd. *de alim tit*.8. *priuil*.79. *num*.10. Maiol.*de irreg. lib*. 2, *cap*. 1. *num*. 13. Sed probabilius est eam non incurrere,vt tenent Con. *dict. num*. 18. Azor. *vbi proximè*, Tap.*in auth.ingressi,verb.sua cap*.6.*num*.61.*C .de sacros. Eccles*.Fr.Emman.*quæst. Regul.tom*.2. *quæst*.58. *art*.3. Sanctarel.*de apostas.cap*.1.*num*.15. Bonacin.*de censur. extra Bull. Cœnæ disp*.2. *q*.8. *puncto* 6. *num*.27. Sanch. *d.cap*.6.*num*.23.Barthol.à S.Fausto *d.lib*.6. *quæst*.200. Diana *part*.3.*tit*.1.*resol*.50. *ante fin*.Franc. de Sosa *vbi suprà num*. 44. *cum seqq*. peccabit tamen grauiter, vt opinatur Fosc.*de visitat.lib*.2.*cap*.15. *post num*.11. me citato Alzed.*d.part*.1. *cap*.5. *num*.74. Generalis,Prouincialis,seu alius Prælatus inferior,si ad Episcopatum præsentetur,& accepiat,statim vacat Prælatura, secundùm Fr.Emman.*in sum.tom*.4.*c*.67.*n*.33.Maurit Alzed.*d.p*.1.*c*.3,*n*.40. sed vide infrà *alleg*.57. *num*.73. *prope finem*.

Verùm si alicui ex prædictis contingat renuntiare Episcopatui, quibusdam visum est illum debere ad monasterium reuertere; quia, vt suprà diximus, adhuc permanent monasticæ vitæ, & obligationis vincula,& onera,quæ Episcopi munus neque impediunt, neque dedecent: tum quia sic fecisse multos perhibetur: vt nostris temporibus fecit eximiæ sanctitatis vir Dominus Fr. Bartholomæus à Martyribus,qui deposito Pontificio munere, & renunciato Bracharensi Archiepiscopatu, ad pristinum Dominicanæ Religionis statum se contulit, vbi vitam cum morte feliciter commutauit, multis clarus miraculis: immo & hoc ipsum fecit Cælestinus Pontifex Rumanus hoc nomine Quintus, qui Pontificatu deposito ad pristinum etiam suæ religionis statum se retulit. Et ita Episcopum Monachum qui munus Pontificium deponit,teneri ad monasterium redire videntur tenere Abulen. *cap*. 30. *num*..*q*. 109. Maiol.*lib*.3. *de irreg.cap*.6. *num*.7. Aragon.2. 2. *q*. 88. *art*.11. Pacian.*cons*.132. *num*.60. *vol*.1. Alzed.*d.part*.1. *cap*.5.*num*.84.*cum seqq*.vbi pro hac opinione me citat cùm contrariam veriorem dicam. At verius existimo ad id non teneri, sed manere in perpetuum exemptum sicut prius, prout melioribus rationibus tuentur Imol.*in Clem*.1.*num*.2. *de elect*. Frider.de Senis *cons* 38. *num*.2. & *cons*.19. *à num*. 3. Barthol. à S. Fausto *d.l*.6.*quæst*.207.Henriq.*lib*.10. *cap*.32. §.4. Fr. Eman.*tom*.3. *q*.52. *art*.26. Sanch.*dict.cap*.6. *num*. 29, vbi *num*. 30. contrarium resoluit si ex propria culpa depositus degradaretur, Emman. Sà *in aphor. verb. Episcopus,num*.11. Villalob. *in summ. part*.2. *tract*.35. *diffic*.43.*num*.2.Paul Layman.*in Theologia moral.lib*.4. *tract*.5.*cap*.1. *de statu Relig. num*.9. Laurent.de Peirinis *in formular. Regul.lit.G*. *cap*.6. *num*.7. Ideò si huiusmodi Episcopo, Episcopatu renunciato, haud sibi necesse esset redire ad claustrum, non propterea existimandus erit apostata, vt consuluit Nauar. *cons*. 6. *num*. 11. *sub tit. de donation.in nouis*,& resoluit Emman.Sà *in aphorismis,verb. Episcopus*.& si ex Apostolica concessione redierit, inhabilis profectò esset ad Dignitates,& officia Religionis,iuxta *Constit*.45. *Pauli IV*. incipit. *In sacra*,quæ pœnas addit aduersùs eos, qui illum eligere non omitterent:refert me citato *in hoc loco* Mantir. Alzed. *d.part*.1. *cap*. 5. *n*.41. Quarant. *in summ. Bullarij, verb electio*, Laurent. de Peirinis *tom*.1.*priuileg. Minimor.Const*.4 *Sixti IV*.§.10. *num*.44.Lezana *in summ. quæst.Regul.cap*.17.*num*.21.& idem Laurent.de Peirinis *d.lit. G num*.4. notat quòd illa Constitutio Pauli IV. quatenus dicit quòd non possint

possint Episcopi Regulares huiusmodi ex Apostolica concessione ad Religionem redeuntes ad eius Dignitates, etiamsi obtinuissent ad hoc facultatem à Sede Apostol. quod loquitur de his, qui dictam facultatem eo tempore iam obtinuerant, ac pronde dictas facultas prætetitas cassat: vnde tenet idem P. de Peitinis *eodem loco num.* 3. quòd Episcopus Regularis, si Episcopatu renuntiato, aut etiam retento, seu cum solo titulo, impetret à Papa priuilegium, vt possit habere cellam, & victum in sua Religione, & frui omnibus gratiis, & priuilegiis illius, non potest tamen prædicta impetratione frui sine licentia Prælatorum dictæ Religionis: ita Fr. Emman *in summ tom. 4. cap. 68. n. 10.* Pottel. *in addit. ad dubia Regul. verb. Episcopus n. 15.* & expressius idem Laurent. de Peitinis *in Constit. 4. Sixti IV.* §. 10. Prælati autem, qui debent hanc licentiam concedere, sunt soli Generales, ita statuit Calixtus III. vt refert Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 34. art. 5.* vbi addit quòd si dicti Episcopi absque prædicta licentia se immisceant Capitulis Generalibus, aut Prouincialibus Ordinis, sunt ipso facto excommunicati, tam ipsi admissi, quàm admittentes.

CAPVT V.

De consecratione Episcopi.

SVMMARIVM.

1 *Consecrationis munus Episcopi suscipere tenentur infra tres menses à die confirmationis, sub pœna amissionis fructuum, &c.*

2 *Confirmationis tempus, à cuius die currit trimestre ad consecrandum, numeratur à tempore, quo nominati proponuntur Summo Pontifici.*

3 *Episcopi quomodo eligantur, & confirmentur, qui ad liberam Papæ dispositionem spectant ostenditur.*

4 *Processus super vita, genere, moribus, & scientia eligendorum in Episcopos quomodo formandus, ostenditur.*

5 *Consecrandus in Episcopum debet esse qui per omnes Ecclesiasticos gradus transierit.*

6 *Consecrari debet Episcopus de Sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio, atque omnium consensu creatus.*

7 *Examen Fidei, & salutis principia debet promouendus in Episcopum non ignorare.*

8 *Episcopi pedes quare calceantur, & interioribus quibusdam tunicis induatur, ostenditur.*

9 *Actiones, & signa sacra, quæ in consecratione Episcopi fiunt, quid significent, ostenditur.*

10 *Vngitur in capite is, qui in Episcopum consecratur, vt declaretur eum esse caput, & Principem Ecclesiæ suæ.*

11 *Reges cur in humero, & non in capite vngantur? ostenditur.*

12 *Vngitur in manibus Episcopus, vt sciat dignitatem non propter ocium, sed propter negotium suscipere.*

13 *Baculum in Episcoporum manibus quid significet, ostenditur.*

14 *Summus Pontifex quare Baculo non vtatur? ostenditur.*

15 *Annulum sacrum nouo Episcopo traditur, vt Sanctam Ecclesiam sponsam suam intemerata fide ornatus custodiat.*

16 *Euangeliorum liber quare nouo Præsuli tradatur? ostenditur.*

17 *Panis, & vini oblatio in consecratione noui Præsulis quid significet? ostenditur.*

18 *Mitra in Episcopo scientiam vtriusque Testamenti designat.*

19 *Papa in signum Imperij vtitur Corona Imperiali, & in signum Pontificis vtitur Mitra.*

20 *Chirothecis nouus Prælatus manus operit, vt nesciat sinistra sua, quod faciat eius dextra.*

21 *Episcopus post consecrationem collocatur in editiori supra omnes loco, vt ita cunctos respiciat, & cunctorum oculi in eum respiciant.*



ELECTVS & canonicè confirmatus Episcopus, licèt assequatur plenam administrationem omnium, quæ ad iurisdictionem pertinent cum mero imperio, *cap. transmissam 15. de elect.* non tamen antè consequitur potestatem actiue consecrationis, quàm ipse sit perfectè, & absolutè cõsecratus, id est, tota solemnitate consecrationis consummata, *cap. quod sicut* §. *super eo, eod. tit. de elect.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 27. num. 7. & 8.* quod quidem consecrationis munus tenetur suscipere infra tres menses à die confirmationis, sub pœna amissionis fructuum, etiamsi sit S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis: & si intra tres alios menses id non impleuerit, ad restituendos perceptos fructus tenetur, prout constitutum olim fuerat in Calcedon. Concilio relato *in cap quoniam 100. dist. 75.* & nouiter in Concil. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 2.* de quo plures citant Doctores *alleg. 1. num. 39.* quibus adde Camil. *in summ. decis. tom. 1. tit. 6. num. 11.* Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij, cap. 10. paulo post princ. pag. 31.* A qua restitutione deobligatur si ex graui infirmitate, vel ex alia rationabili causa consecrationem post tres menses distulisset, *d. cap. quoniam, dist. 75.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap. 2. in princ. num. 1. vers. excipitur.* Elapsis autem sex mensibus, si ea propria negligentia non consecratur, Episcopatu ipso iure spoliatus manet, Conc. Trid. *d. loco.* Petr. Greg. *syntagm. iuris, part. 2. lib. 17. cap. 14. num. 6.* vbi hostilitatem, seu discordiam circa electionem, aut confirmationem pro iusto reputat impedimento. 1

Trimestre prædictum, intra quod consecrationis munus tenentur accipere Episcopi electi à Regibus, vel principibus in suis Regnis, & Dominationibus, priuilegium habentibus illos nominandi, currit à die, quo proponuntur Summo Pontifici, & eos, si idonei sint electi, confirmat, vt ostendimus infrà *alleg. 1. num. 40. & 41.* Ad Episcopatus verò, qui ad liberam Papæ dispositionem spectant, eliguntur Episcopi cùm in Consistorio præconizantur, confirmantur verò quando alia die in eodem Consistorio, fabricato priùs processu super vita, & moribus promouendi, expeditur cedula, quam in Vrbe vocant Consistorialem, quæ habet vim supplicationis in Dataria expeditæ, super qua litteræ Apostolicæ sub plumbo expediuntur. 2 3

Fabricantur processus, & inquisitiones super promouendis ad regimina Ecclesiarum Cathedralium, prout habetur in Bulla Greg. XIV. incip. *Onus Apostolica, Dat. Romæ M. D. XC. die 1. May,* quam refert Quaranta *verb. electio, pag. 309. Primò* super ætate, cùm debeat trigesimum suæ ætatis annum compleuisse, *cap. cùm in cunctis,* §. *præsenti decreto, de elect.* & dixi *d. alleg. 1. num. 26.* ac ibi relatis adde Azoton. Augustin. *in epit. iuris Pontif. veteris, lib. 4. tit. 10. Secundò* super legitimis natalibus, Concil. Trid. *sess. 7. de reformat. cap. 1.* dixi etiam *d. alleg. 1. num. 51.* & an sit ex Catholicis parentibus creatus, vt *in Bulla Gregorij XIV.* 4

XIV. Tertiò, an antea sex mensibus fuerit in sacro Ordine constitutus, Concil. Trid. *sess. 22. de reform. cap. 2.* dixi eadem *alleg. 1. à n. 36.* *Quartò* si antea in vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel Iure Canonico, aut publico alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur, Concil. *d. cap. 2. sess. 22. de reformat.* dictum est *d. alleg. 1. à num. 24.* *Quintò*, an sit bonæ vocis, conditionis, & famæ, non rixosus, & non criminosus. *Sextò*, an in rebus gerendis, pro Episcopatus administratione sit aptus, cùm sit onus Angelicis humeris formidandum, Concil. Tridentin. *sess. 6. de reform. cap. 1. paulò post princip.* quæ omnia inuenies in dicta Bulla; vbi habetur vtile esse ad huiusmodi inquisitionem faciliùs, ac pleniùs perficiendam, si Prælatus, qui eam facturus est, vel à promouendo, vel ab alio aliquo, confici curet schedulam, in qua sint ordine descripta nomen promouendi, cognomen, patria, parentes, ætas, ordo, gradus, professio, functio, si quam is fortè exercuit, loca in quibus aut Theologiæ, vel Iuri Canonico operam dedit, aut longo tempore versatus fuit, denique amici, ac familiares, qui tam ipsum, quàm parentes eius intimè norint. Quòd si promouendus documentorum aliquod exhibere voluerit, vnde ipsius ætas, gradus, dignitas, sacri Ordines, functio, officia, muneraque, aut aliquod huiusmodi comprobetur, admittendum, ac processui inserendum erit, modò documentum publicum, seu authenticum fuerit. Illud quoque prohibendam censet, ac expressè prohibet, ne ad testimonium dicendum de Fide Catholica, vita, moribus, doctrina, atque aptitudine ad regendam Ecclesiam quilibet homines admittantur, sed viri tantùm graues, pij, prudentes, docti, qui de qualitatibus promouendorum rectum iudicium ferre valeant, & sincerum, ac fidele testimonium dare velint. Proinde tam cognati, ac nimium familiares, quàm inimici, atque æmuli excludendi erunt. Hæc in dicta Bulla, vbi etiam *in vers. quod autem*, agit quomodo facienda sit inquisitio, & processus Regularium, cùm ad Ecclesias Cathedrales promouendi fuerint: cuius typum ad maiorem rei certitudinem ad longum hîc ita subiiciemus.

Circa personas, ad quas spectat dictos Processus conficere.

SI Processus Inquisitionis conficiendus sit extra Romanam Curiam, hoc munus spectat ad Legatos Sedis Apostolicæ, vel ad Nuncios Prouinciarum in locis, in quibus commorantur: si non adsint Legati, neque Nuncij, spectat ad Ordinarios personarum promouendarum, & ipsis deficientibus, ad Ordinarios viciniores, qui ordo gradatim seruandus est, nec quisquam debet sibi hoc munus arrogare præter ordinem supradictum, nisi Romano Pontifici per speciale mandatum alicui alteri illud demandare placuerit. Quo casu apparere debet de mandato speciali in principio Processus.

Si aliquis ex Prælatis, ad quem ordine supradicto spectat processum conficere, consanguinitate, vel affinitate vsque ad tertium gradum inclusiuè promouendum contingat, ille excludatur ab hoc munere, quòd eo casu deferatur ad illum, qui proximè sequitur, seruato eodem ordine, & gradu.

Si quis etiam sit legitimè impeditus, vt per se ipsum Processum conficere non possit, & ea adimplere, quæ continentur in §. inferius scripto, qui incipit, *Quicunque profecturus est*, ea cura transferatur eodem ordine, & gradu ad alium Prælatum viciniorem, Prælato impedito.

Si Processus sit conficiendus in Romana Curia, videndum est, an Ecclesia, vel Monasterium, cui est prouidendum, sit ad nominationem, vel præsentationem imperatoris, vel alicuius Regis, aut Principis; quo casu munus conficiendi Processum in Curia spectat ad Cardinalem, qui apud Pontificem, & Sedem Apostolicam est Protector illius Prouinciæ, in qua sita est Ecclesia, vel Monasterium.

Quòd si Ecclesia, vel Monasterium non sit ad nominationem, aut præsentationem, vt præmittitur, Processus conficiendus erit per Cardinalem à Romano Pontifice deligendum, qui de huiusmodi deputatione curabit aliquid apparere, vel saltem vigore suæ assertionis aliquid narrari à Notario in principio Processus.

Quando contingat Processum confici debere de qualitatibus Archiepiscopi, vel Episcopi extra Romanam Curiam degentis, qui ab vna ad alteram Ecclesiam sit transferendus, hoc munus, deficiente Legato, vel Nuntio Apostolico illius Prouinciæ, vel Regni, vbi sita est Ecclesia, à qua aliquis transferendus erit, spectat ad Metropolitanum, si persona transferenda est Episcopus, si verò sit Metropolitanus, spectat Episcopum suum suffraganeum antiquiorem residentem.

Si Prælatus inquirens ob locorum distantiam, non posset commodè per se ipsum testes examinare super aliquo articulo, vtputa, super legitimis natalibus, ætate, aut aliquo eiusmodi, licebit ei partem illam alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subdelegare, non autem vniuersam inquisitionem.

Quoad Processus conficiendos, pro habenda informatione status Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus prouidendum erit, hoc etiam conficere debeant iidem Prælati, qui Processum de qualitatibus promouendorum confecturi sunt. Si verò contingat in alia Prouincia, vel Regno esse Ecclesiam, & in alia promouendum, tunc Prælatus inquirens poterit subdelegare Episcopo, qui erit vicinior ipsi Ecclesiæ, vel Monasterio, munus conficiendi Processum super statu dictæ Ecclesiæ, vel Monasterij.

Quomodo conficiendi sint Processus; vt dici possint, & videantur confecti per viam Inquisitionis.

QVicumque confecturus est Processum Inquisitionis in qualitates promouendi, etiamsi sit Legatus, non per suos Vicarios, Auditores, vel alios Ministros, sed per se ipsum id munus exercere debet, licèt possit ab huiusmodi personis, vel aliis viris peritis adiuuari. Hæc autem in specie seruanda sunt.

Non recipiantur testes à promouendo, vel pro parte sua inducti, neque articuli ab ipso, vel nomine suo producti, sed Prælatus inquirens interrogatoria, seu articulos per se ipsum formatos habeat, & super eis examinet testes, quos de rebus inquirendis sincerum, & fidele testimonium daturos esse existimet; ipse ex officio suo secreto vocari mandet, & secretò examinet, ipsemet recipiat in manibus suis singulorum testium iuramentum, quod ab Episcopis præstetur tacto pectore: à cæteris verò inferioribus cuiuscunque qualitatis sint, tactis sacris Scripturis; & ita respectiuè referat Notarius Processum scripturus, qui etiam afferat, testem fuisse ex officio vocatum, & examinatum à Prælato inquirente: insuper Prælatus ipse testes interroget super vno

vnoquoque articulo : ipſorum autem taſtium dicta vnà cum raliquis hoc negorium rangentibus ſeribat aliquia Notarius publicus, & qui debebit etiam tam dicta teſtium , quàm ſcripturas , & documenta producenda, vt inferiùs dicetur, in Proceſſum, & in publicum inſtrumentum reducere. Articuli autem & interrogatoria inferiùs deſcribentur.

Circa qualitates teſtium vocandorum , & examinandorum quoad perſonam promouendi.

TEſtes ſint viri grauea, pij, prudentea , docti , & qui de qualitatibus promouendorum ractum Iudicium ferre valeant, ſincerumque, ac fidele teſtimonium veriſimiliter ſint daturi , præſertim verò huiuſmodi qualitates eſſe debent in teſtibus,qui interrogandi erunt de fide Catholica , vita , moribus, doctrina , & apritudine promouendi ad regendam Eccleſiam : ſcire enim debent ipſi teſtes , quæ requirantur in eo , qui recturua Eccleſiam Cathedralem, ad hoe,vt ſit idoneua ad alios docendum,aptus ad illam gubernandã,& dignua qui ad eam promoueatur.

Non ſunt recipiendi in teſtes cognati,vel nimium familiares , aut inimici, ſiue æmuli perſonæ promouendæ.

In inueſtigandia teſtium qualitatibus , adhibenda eſt diligentia per Prælatum inquirentem , vt cognoſcere poſſit quàm ſint erga promouendum affecti, exindeque coniicere , vtrùm ex affectu , an ex veritate teſtimonium dicant.

Si aliquando Prælato inquirenti ita expedire videbitur , teſtibua ad memoriam reducet vim iuramenti , & grauitatem periurij , admonebitque ipſoa reos futuroa apud Deum eorum omnium , quorum vel committendo,vel omittando rei erunt, qui promouebuntur, ſi vel falſa narrando, vel reticendo vera, cauſa erunt , vt hominea indigni , vel minus idoneis Eccleſiis præficiantur.

Quomodo Prælatus inquirens procedere poßit per viam inquiſitionis, quando non habet notitiam perſonæ promouendæ.

SI contingat Prælatum inquirentem non habere ſufficientem notitiam perſonæ promouendæ, ad hoc , vt poſſit deligere , & vocare teſtes ex officio, abſque ſcientia ipſius promouendi , & ſecretò , poterit curare , vt ipſemet promouendos , vel aliquis alius det ei ſchedulam , in qua ſint ordine deſcripta nomen dicti promouendi, cognomen, patria , ætas, parentes,ordo,gradus,profeſſio, functio, ſi quam ia fortè exercuit , loea , in quibus Theologiæ , vel iuri Canonico operam dederit , aut longo tempore verſatus fuerit,amici,& familiares,aliæve perſonæ,quæ tam ipſum,quàm parentes eius intimè norint.

Cùm autem huiuſmodi ſchedula petenda ſit tantummodo ad habendam quandam extraiudicialem notitiam eorum , quæ Prælatum inquirentem ſcire oportet pro inquiſitione facienda , non debebit ipſa ſchedula inſeri proceſſui , neque de ea aliqua mentio in dicto proceſſu fieri, ſed ad partem ſeruari, donec inquiſitio perficiatur , & ea perfecta , poterit lacerari, ſi Prælato videbitur.

Interrogatoria,quæ neceſſaria ſunt ad inquirendum in omnes qualitates, quæ in promouendis requiruntur?

PRimò, An teſtis cognoſcat promouendum , quomodo, à quo tempore citra , an ſit ipſius conſanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, æmulus,vel odioſus?

2. An ſciat in qua ciuitate , vel loco , & Diœceſi promouendus ſit natus,& quæ ſit cauſa ſcientiæ?

3. An ſciat ipſum natum eſſe ex legitimo matrimonio, atque honeſtis, & Catholicis parentibus, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

4. An ſciat cuius ætatis ſit, præſertim, an expleuerit annum 30.& quæ ſit cauſa ſcientiæ?

5. An ſciat eum eſſe in ſacris Ordinibus conſtitutum,quibus, à quo tempore citra, præſertim an ante ſex menſes,& quæ ſit cauſa ſcientiæ?

6. An ſciat eum eſſe in Eccleſiaſticis functionibus, & in exercitio Ordinum ſuſceptorum diu verſatum, in ſuſceptione Sacramentorum frequentem,& deuotum,& quæ ſit cauſa ſcientiæ?

7. An ſciat eum ſemper catholicè vixiſſe , & in fidei puritate permanſiſſe , & quæ ſit cauſa ſcientiæ

8. An ſciat eum præditum eſſe innocentia vitæ boniſque moribus , an ſit bonæ conuerſationis & famæ, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

9. An ſciat eum eſſe virum grauem , prudentem, & vſu rerum præſtantem, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

10. An ſciat eum aliquo gradu in Iure Canonico, vel in ſacra Theologia inſignitum eſſe , quibus in locis , quanto tempore , & quo fructu ipſi Theologiæ , vel Iuri Canonico operam dederit , & an verè ea doctrina polleat , quæ in Epiſcopo requiritur , ad hoc , vt poſſit alios docere , & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

11. An ſciat eum aliquo munere aliquando functum eſſe vel circa curam animarum , aut regimen alterius Eccleſiæ ſe exercuiſſe , & quomodo in eis ſe geſſerit , tam quoad doctrinam , quàm quoad prudentiam , integritatem , & mores , & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

12. An ſciat eum aliquando publicum aliquod ſcandalum dediſſe circa fidem , mores , ſiue doctrinam , vel aliquo corporis , aut animi vitio , aliovè Canonico impedimento teneri , quominus poſſit ad Eccleſiam Cathedralem promoueri,& quæ ſit cauſa ſcientiæ?

13. An eum idoneum exiſtimet ad bene regendam Eccleſiam Cathedralem,& præſertim eam, ad quam ipſe eſt promouendus, an dignum, qui ad illam promoueatur , & an ipſius promotionem eidem Eccleſiæ vtilem,& proficuam futuram eſſe cenſeat,& quare ita exiſtimet. Depoſitiones teſtium ſeriatim,& per extenſum ſcribantur : neque præciſæ affirmationes, ſeu negationes tantummodo admittantur?

Quæ requirantur ad perfectam inquiſitionem præter ea , quæ ex teſtibus habebuntur?

QVoad ſacros Ordines, petendæ ſunt à promouendo , & proceſſui inſerendæ , originales Bullæ , vel litteræ teſtimoniales collationum ipſorum Ordinum , vel ſaltem eorum exemplaria in forma authentica , præſertim ſi teſtes in ſufficienti numero non depoſuerint , ſe non modò vidiſſe eum cantantem Epiſtolam,& Euangelium, vel celebrantem , ſed etiam legiſſe dictas bullas , vel litteras teſtimoniales , vel interfuiſſe collationibus Ordinum ei collatorum.

Quoad gradum ſimiliter inſerendum eſt proceſſui priuilegium originale , vel eius exemplar in authentica forma.

Si Prælato inquirenti , vel promouendo videbitur , proceſſui etiam adiungantur aliqua Breuia,

Litteræ

Litteræ patentes, vel aliæ scripturæ, aut publica documenta, quibus maior, aut melior probatio habeatur de natalibus & functionibus promouendi, vel aliud eiusmodi, præsertim si testes circa ea sufficienter, & plenè non deposuerint, recipiantur, & adiungantur.

Si fortè promouendus nullum habet gradum in Sacra Theologia, vel in iure Canonico, necesse est, vt præter probationem aliunde habendam circa eius doctrinam, iuxta præinsertum decimum interrogatorium, pro parte promouendi exhibeatur publicum alicuius Academiæ testimonium, quo idoneus esse declaratur ad alios docendos, quæ populum Christianum scire oportet. Persona promouendi enuntietur hac nota, videlicet si sit Prælatus admodum R.P. si verò non sit R.N.N. Promouendus nunquam vocetur Electus, neque ipse se talem vel nominet, vel scribat, nisi vbi præcesserit Electio Capituli, aut Conuentus.

Quid seruandum quoad probationem doctrinæ, quando promouendi orti sunt in prouincijs, in quibus non sunt Vniuersitates studiorum, neque consuetum est suscipi gradum aliquem?

IN huiusmodi locis, & personis sufficiet, si testimonio virorum grauium, & sacræ Theologiæ, vel Iuris Canonici peritorum constet promouendos ea scientia Theologiæ, vel Canonum verè pollere, vt idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianum scire oportet, ac muneris sibi iniungendi necessitati valeant satisfacere: ideò formandum erit interrogatorium ad hunc sensum, iuxta quod si testes deposuerint se de scientia promouendorum certos redditos esse, ex eo, quòd prædictos promouendos speciem suæ doctrinæ publicè, vel priuatim dedisse cognouerint: hoc modo sufficiens causa scientiæ dici poterit, aliàs non plenè probabunt doctrinam ad mentem supradictæ Constitutionis Gregorij XIV.

Quid seruandum si promouendus sit Regularis?

OMnia, quæ seruari debent in promouendo ad Ecclesiam Cathedralem, si sit secularis, seruanda etiam sunt, si sit Regularis.

Sed quia Regulares non solent, vtplurimum suscipere insignia doctoratus in Vniuersitatibus studiorum, necesse est iuxta decretum Concilij Tridentini, vt promouendus Regularis à suis Superioribus Regularibus testimonium habeat sufficientis doctrinæ, & quòd sit aptus ad alios docendos. Nomine autem Superiorum intelligendi sunt dumtaxat qui nullum sui Ordinis Superiorem agnoscunt, siue ij cuiusuis Ordinis Abbates, Magistri, Ministri, aut Præpositi generales, vel quarumlibet Congregationum Præsidentes, siue Definitores, aut Visitatores, capitulum generale repræsentantes, siue alij quocumque vocabulo noncupentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij, seu commissarij Generales, vel in Romana Curia Procuratores Generales, Ordinum, aut Congregationum succedunt.

Animaduertendum tamen, quòd præter suprascriptura Superiorum testimonium, est etiam aliunde inquirendum in huiusmodi Regularium doctrinam, quemadmodum dictum est de seculari, qui habet suæ doctrinæ testimonium à publica aliqua Academia.

Quid seruandum in translatione alicuius Episcopi ad alteram Ecclesiam?

SEruanda est eadem forma inquirendi ex officio quæ superiùs dicta est.

Si Episcous transferendus promotus fuit post publicationem Concilij Tridentini, & constat in processu tunc temporis confecto plenè probata esse omnia requisita, sufficiet inquirere, & testes examinare super infrascriptis articulis: si verò non constet de huiusmodi probatione in totum, vel in partem, expediens erit testes examinare super omnibus articulis superiùs descriptis, vel saltem super illis, de quorum probatione non constiterit, & prætetea super articulis sequentibus erunt vtroque casu omnino examinandi testes, & de contentis in eis facienda inquisitio ex officio, videlicet

1. An testis cognoscat Episcopum transferendum; quomodo, à quo tempore citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, æmulus, vel odiosus.

2. An sciat ipsum consecrationis munus suscepisse, & quæ sit causa scientiæ.

3. An sciat per quot annos fuerit Episcopus illius Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ?

4. An sciat eum in sua Ecclesia, & diœcesi assiduè resedisse?

5. An sciat eum diligenter, & sæpè, dictam suam Ecclesiam, & Diœcesim visitasse, opportunè omnibus necessitatibus occurrisse, & prouidisse, eiusque decreta, & mandata debitæ executioni demandari curasse, & quæ sit causa scientiæ?

6. An sciat eum sæpè solemniter celebrasse, Ordinationes iuxta necessitatum exigentiam habuisse, confirmationis sacramentum ministrasse, cæteraque Pontificalia exercuisse, & quæ sit causa scientiæ?

7 An sciat eum pietatis, charitatis, & prudentiæ in gubernando specimen dedisse, ac verbo, & exemplo profecisse, & quæ sit causa scientiæ?

8. An sciat eum prudenter vbilibet, & diligenter se gessisse in defendendis, conseruandis, & degendis iurisdictionibus spirituali, & temporali, iuribus, ac bonis omnibus suæ Ecclesiæ, & quæ sit causa scientiæ?

9. An sciat verè ea doctrina ipsum ad præsens pollere, quæ in Episcopo requiritur, ad hoc, vt possit alios docere, & quæ sit causa scientiæ?

10 An dignum eum existimet, qui transferatur ad Ecclesiam N. & an censeat eius translationem fore ipsi Ecclesiæ N. vtilem, & proficuam, & quare ita existimet, & censeat?

Quid seruandum circa inquisitionem faciendam in qualitates eorum, qui in Consistorio promouendi sunt, vel confirmandi ad dignitates Abbatiales, & Prioratus, & regimina Monasteriorum, vel alias Regularium Præfecturas?

EAdem omnia seruanda sunt, quæ dictum est seruari debere in promouendis ad Ecclesias Cathedrales, præsertim quando præter curam, & regimen Monachorum annexa est monasterio iurisdictio spiritualis, vel temporalis in populum.

Ideò super eisdem interrogatoriis examinandi sunt testes, mutatis tamen mutandis, respectu Ecclesiæ Cathedralis, & respectu Monasterij, vel dignitatis regularis.

Addatur interrogatorium circa professionem Ordinis, & tempus à quo eam emisit: circa verò

ætatem ſufficiat interrogare, & ſcire, cuius ætatis ſit, non reſtringendo ſe ad trigeſimum annum expletum; poſtea enim videbitur, an in huiuſmodi promouendo ſit ætas legitima reſpectu dignitatis ad quam promoueri debet.

Quoad doctrinam, cùm promouendi ad huiuſmodi dignitates regulares non ſint per Concilia generalia adſtricti ad gradum Doctoratus, ſiue licentiæ, vel ad publicæ Academiæ teſtimonium, & nihilominus æquum ſit, vt ea doctrina polleant, qua onus ſibi imponendum ſuſtinere valeant, Prælati inquirentes ſtudiosè, ac diligenter inquirere debebunt ſuper doctrina eiuſmodi perſonarum iuxta modum, & formam ſuperiùs notatam, vt Romanus Pontifex habita informatione, quænam ſit promouendi doctrina, iudicare poſſit, an ſit talis, qualem dignitas illa exigit, & requirit.

Circa fidei profeſſionem emittendam à promouendis, tam ad Eccleſias Cathedrales, quàm ad dignitates Regulares.

Fidei poſeſſio debet emitti in manibus Prælati, ad quem inquiſitio (ſeruato ordine ſuperiùs dicto) pertinet, à quo ſi promouendus longè diſtet, poterit idem Prælatus ſubdelegare receptionem dictæ profeſſionis Ordinario, cui promouendus vicinior erit.

Prælatus recipiet profeſſionem fidei à promouendo, præſente Notario publico, ac teſtibus, ipſe autem promouendus eam emittet genibus flexis ante Prælatum, & in fine tangendo ambabus manibus ſacroſancta Euangelia, & ſpondendo, vouendo, & iurando, prout in forma, ea deoſculabitur.

Profitens duobus in locis, in quibus nomen, & cognomen ſuum exprimendum erit, ea dumtaxat ſua propria mano adſcribet.

Prælatus propriæ etiam manus ſubſcriptione in fine exemplaris dictæ profeſſionis teſtabitur, eam à ſe receptam fuiſſe ſub hac formma, Ego N. fidei profeſſionem iuxta ſupraſcriptam formam à R. P. D. N. in manibus meis ad verbum emiſſam recepi, & ita teſtor manu propria.

Demum Notarius, qui præſens fuit publico inſtrumento in calce eiuſdem exemplaris immediatè poſt ſubſcriptionem Prælati inquirentis, extenſo fidem faciet de prædictæ profeſſionis emiſſione, ac receptione, præſentibus teſtibus, quorum nomina, & cognomina exprimet.

Maximè curandum eſt, vt exemplaria profeſſionis fidei tranſmittantur abſque mendis, ne leuibus quidem, cùm nec in minimis liceat immutare formam à Sede Apoſtolica præſcriptam, nimiſque non modò notarij ſcribentis, ſed etiam præcipuè Prælati inquirentis incuria circa hoc nocetur in Sacro Conſiſtorio, quando in eo ſit relatio proceſſus, & mendorum in profeſſione fidei repertorum, cum neceſſe ſit ea etiam nominatim referre, ideò expediens erit ad tollendam occaſionem errorum prouenientium ex incuria ſcribentis, vt vbique imprimantur exemplaria, iuxta formam Romæ impreſſam, & maxima diligentia adhibeatur, ne mendosè imprimantur: cùm verò tranſmittenda ſunt inſtrumenta profeſſionis fidei, hæc ipſa ſubſcribantur à profitente, & à Prælato inquirente, & in eiſdem Notarius extendat inſtrumentum, prout dictum eſt.

Interrogatoria pro habenda informatione ſtatus Eccleſiæ.

PRimò, An teſtis ſciat in qua Prouincia ſita ſit Ciuitas N. cuius ſitus, qualitatis, & magnitudinis ſit, quot conſtetur domibus, & à quot Chriſti fidelibus inhabitetur, cuius dominio in temporalibus ſubiaceat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

2. An ſciat in illa Ciuitate eſſe Eccleſiam Cathedralem, vel Metropolitanam, ſub qua inuocatione, cuius ſtructuræ, & qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

3. Si eſt Eccleſia Archiepiſcopalis, an ſciat quot Epiſcopos ſuffraganeos habeat, & qui ſint, ſi eſt Epiſcopalis, an ſciat cui Archiepiſcopo ſit ſuffraganea, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

4. Quot & quales ſint in dicta Eccleſia dignitates, Canonicatus, & alia beneficia Eccleſiaſtica, quis ſit numerus omnium Presbyterorum, & Clericorum inibi in diuinis inſeruientium, quæ ſit dignitas maior poſt Pontificalem, quales ſint redditus dignitatum, Canonicatuum, & aliorum beneficiorum, & an adſint præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

5. An in ea cura animarum exerceatur, per quem, an ſit in ea fons Baptiſmalis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

6. An habeat Sacrarium ſufficienter inſtructum ſacra ſupellectili, cæteríſque rebus ad diuinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda neceſſariis, chorum, organum, campanile cum campanis, & cœmeterium, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

7. An ſint in ea corpora, vel aliquæ Inſignes Reliquiæ Sanctorum, quomodo aſſeruentur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

8. An habeat domum pro Archiepiſcopi, vel Epiſcopi habitatione, vbi, & qualem, quantum diſtet ab Eccleſia, & an reparatione indigeat, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

9 An ſciat verum valorem reddituum menſæ Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis, ad quam ſummam annuatim aſcendant, in quibus conſiſtant, an ſint aliqua penſione onerati, ad cuius, vel quorum fauorem dicta penſio ſit reſeruata, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

10. Quot exiſtant in illa ciuitate Eccleſiæ Parochiales, & an vnaquæque habeat fontem Baptiſmalem, quot item in illa exiſtant Collegiatæ, quot Monaſteria virorum, & mulierum, quot Confraternitates, & Hoſpitalia, & an ibi ſit Mons Pietatis, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

11. Quantum ſit ampla Diœceſis, quot, & quæ loca complectetur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

12. An in ea erectum ſit Seminarium; quot in eo pueri alantur, & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

13. An ipſa Eccleſia vacet, quomodo, à quo tempore citra, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

De ſtatu Eccleſiarum, quæ ſunt in partibus Infidelium, quorum fieri poterit, diligens examen inſtituatur, neque admittantur Tituli in Prouinciali non deſcripti, vel qui in Scripturis Sacri Collegij non reperiuntur?

Interrogatoria pro habenda informatione ſtatus alicuius Monaſtery.

PRimò, In qua Prouincia, & Diœceſi ſit monaſterium, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

2. Cuius ordinis ſit, & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

3. Quis ſit numerus Monachorum, & quis eos

sanqoam

tanquam caput regere consueuerit, & quæ sit causa scientiæ?

4 Sub qua inuocatione sit Ecclesia ipsius Monasterij, cuius structuræ, & qualitatis. An indigeat reparatione,& quæ sit causa scientiæ.

5 Qui sint redditus mensæ Abbatialis, vel Prioralis, qui redditus mensæ Conuentualis, & quæ sit causa scientiæ?

6. An Monasterium habeat aliquam iurisdictionem temporalem, aut spiritualem, quam,& in quos, & quæ sit causa scientiæ?

7. An habeat curam animarum, per quem hæc exerceatur,& quæ sit causa scientiæ?

8. An vacet, quomodo, & à quo tempore citra, & quæ sit causa scientiæ?

Quid agendum perfecta Inquisitione.

CVm totum examen, seu Inquisitio de persona promouenda, & informatio de statu Ecclesiæ, seu monasterij perfectæ fuerint, Notarius eas, vna cum scripturis, & documentis publicis, & authenticis, ac Professione Fidei in instrumentum publicum rediget.

Si processus Inquisitionis confectus fuerit extra Rom. Cur. Prælatus, qui eam confecerit, ad Pontificem clausum, & obsignatum transmittet, si Ecclesia, vel Monasteria non sint ad nominationem, vel præsentationem Imperatoris, vel alicuius Regis; si verò de huiusmodi nominatione, vel præsentatione, transmittet processum ad Cardinalem illius Regni, vel Prouinciæ protectorem, in qua est Ecclesia, vel Monasterium prouidendum.

Ipse autem Prælatus, vel per litteras separatas, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionem huiusmodi processus significabit, quanta fides testibus examinatis, eorúmque dictis, & scripturis productis suo iudicio habenda sit, simul etiam quid de promouendo ipse sentiat.

Processus sic formatus, & transmissus primum à Cardinale, cui illum in Consistorio referendi munus incumbet; deinde à tribus Cardinalibus Prioribus Ordinum subscribetur, & postea fiet relatio in Consistorio.

Cardinalis relator monere debet promouendum, si præsens in Curia sit, vt iuxta Concilium Lateranens. nouissimè celebratum, omnes Cardinales, vel maiorem partem Collegij adeat, antequam Ecclesia, vel Monasterium proponatur, vt quæ à referente Collega sunt audituri, oculata fide quantum ad personam ipsius promouendi attinet, cognoscere possint.

5 Postquam prædictis expeditis de commissione consecrandi constiterit consecratori, siue per litteras Apostolicas, si sit extra Curiam, siue per mandatum à Camera Apostolica emanatum in ipsa Curia, siue per commissionem viuæ vocis oraculo à Summo Pontifice consecratori factam, si consecrator ipse sit Cardinalis, alioquin ei non debet credi, Dominica die, vt dixi *d. alleg. t. à num. 42.* vel festiua, si Summus Pontifex hoc specialiter indulserit, vt habetur in Pontificali; Episcopalis fiet consecratio: nam hodie qui à Papa eliguntur, solent de eiusdem mandato in Curia, aut extra eam ab alio consecrari, vt habetur in Cæremoniali: attento verò Iure communi consecratio Episcoporum fieri debet à Metropolitano electi, cuius futurus est suffraganeus, *cap. Episcopi 24. distinct.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, part. 2. lib. 17. cap. 14. num. 7.* Sed si fuerit ipse Metropolitanus impeditus, id alteri Episcopo committere potest, *cap. quod sedem, de officio Ordin.* Metropolitanus autem ab omnibus prouinciæ Episcopis congregatis in Sede Metropoleos est ordinandus, vt Anicetus Papa decreuit *in cap. 1. 66. dist. & in cap. si Archiepiscopus, cum seqq. de tempor. ordinat.* Petr. Gregor. *d. cap. 14. num. 8.*

In ipsa quoque Ecclesia, ad quam fuit electus, est consecrandus Episcopus, si id commodè fieri poterit, aut saltem in prouincia ipsa, secundùm Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. cap. 2.* Less. *de iustit. lib. 2. cap. 34. num. 103.* Vgolin. *de officio Episc. cap. 2. in princ. num. 4.* nisi in Curia Romana moretur electus, vt probari videtur *in cap. quod sicut, de elect.*

Fieri autem debet cuiuslibet Episcopi consecratio à tribus Episcopis, & non paucioribus, vt habetur *in cap. 1. & in cap. Comprouinciales 64. dist. & in cap. porrò 66. dist. & in d. cap. si Archiepiscopus, & in cap. nec Episcopi, de tempor. ordinat.* aliàs nulla est consecratio, etiamsi à duobus fieret, *cap. Chorepiscopi, in fine 68. dist.* Syluest. *in sum. verb. consecratio 1. in princ.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 3. vers. quærat item,* Ægid. de Coninck *disp. 20. dub. 9. concl. 5.* Layman. *in sum. Theolog. moralis, lib. 5. tract. 9. cap. 5. num. 1. vers. nota,* Sebast. Cæsar. *in relect. de Ecclesiast. hierarchia, part. 1. disp. 6. § 2. num. 8.* Trium enim Episcoporum præsentia requiritur, ratione, & exemplo. Ratione, ne tantum beneficium videatur furtiuè præstitum; vt pro illo pariter preces ad Deum effundant. Et exemplo, quia & Iacobus frater Domini à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis ordinatus fuit, *cap. porrò 66. dist.* vbi sic dicitur: *Porrò Hierosolymitanus primus Archiepiscopus Iacobus, qui Iustus dicebatur, & secundùm carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Ioanne ordinatus est, successoribus suis formam dantibus, videlicet, vt minus, quàm à tribus Episcopis Episcopus non ordinetur,* referunt Duran. *in rationali diuinorum, lib. 3. cap. 11. num. 7. & 9.* Anton. August. *in Epitome iuris Pontificij veteris, lib. 4. tit. 17.* aliud verò est in tertia nouiter ad Fidem conuersis, aut aliis, in quibus penuria esset Episcoporum, tunc dispensat summus Pont. sicut dispensauit Gregor. Papa cum Augustino Angelorum Episcopo, cuius dispensationis pars habetur *in cap. vlt. 80. dist.* Auctoritate enim Summi Pont. concedi potest vt vnus Episcopus iustis de causis Episcopum consecret, eo quòd non Christus Dominus, sed Apostoli constituerunt, vt Episcopus à tribus Episcopis consecraretur, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 30. q. 3.* Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 20. dub. 9. concl. 5.* Paul. Laymann *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 5. num. 1. vers. nota,* Sebast. Cæsar *d. disp. 6. § 2. num. 8.* Sed non potest Papa concedere simplici Sacerdoti consecrare Episcopum, Coninck *de Sacrament. disp. 20. dub. 9. num. 86.* Alzedo *de præminentia Episc. dignit. p. 2. cap. 5. n. 8. in princ.* Circa processum verò in ordinatione Episcopali primitiuæ Ecclesiæ eleganter Alphons. Auarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij, cap. 1. col. 8. vers. quod auctoritatibus,* in hæc verba. *Petrus fuit solus Episcopus à Christo factus ante Ascensionem, post Spiritus sancti autem missionem, siue ipsa prima die Dominica, siue alia, solus Petrus fecit Ioannem Episcopum, deinde Petrus consecrato Ioanne fecit Iacobum Zebedæi, quibus tribus factis, tunc ordinauit Petrus quod deinceps ordinaretur Episcopus nisi à tribus Episcopis,* vt in d. cap. porrò, *licèt tunc propter paucitatem Episcoporum, quando Apostoli fuerunt, non poterit hæc forma semper seruari: ideò Paulus solus Timotheum, & Titum ordinauit Episcopos, qui separatus à Barnaba non habebat in societate sua Episcopos, nisi quos postea fecit. Ratio autem quare filij*

Zebedai fuerunt priùs à Petro in Epiſcopos ordinati, eſt, quia illi poſt Petrum fuerunt maiores, & honorabiliores, & hoc cum Petro Chriſtus pra cateris praferebat, vt patuit in Transfiguratione, in ſuſcitatione filia Archiſynagogi, in oratione in Horto Matth. 9. 16. & 17. Chryſoſt. ſuper illud *Aſſumpſit* IESVS *Petrum, Iacobum, & Ioannem, dixit: Hos aſſumpſit, quia aliis potiores erant.* Hæc Alphonſ. Aluarez, Guerrero *dicto loco.*

Deducitur poſtea conſecrandus in veſte, & ornamento Presbyterali, atque Sacerdotali: neque enim in primæua Eccleſia licuit quemquam Epiſcopum creari, qui non per omnes Eccleſiaſticos gradus tranſierit, qui non per multos annos functiones omnium Ordinum exercuerit, Anton. Auguſt. *in epitome iuris Pontificij veteris, lib. 4. tit. 3.* Vide Cyprianus Cornelium ſic laudat. *Non iſte*, inquit, *ad Epiſcopatum ſubitò peruenit, ſed per omnia eccleſiaſtica officia promotus, & in diuinis adminiſtrationibus Dominum ſape promeritus, ad Sacerdotij ſublime faſtigium, cunctis religionis gradibus aſcendit; nec, vt quidam, vim fecit vt Epiſcopus fieret, ſed ipſe vim paſſus eſt vt Epiſcopatum coactus acciperet. Qui autem ille eſt* (inquit Gregor. *in apologetico primo*) *qui veritatis Antiſtitem, & propugnatorem vnius diecula ſpatio, veluti ſimulacrum ex argilla, fingat; illum, inquam, qui cum Angelorum claſſe, & ordine futurus eſt qui cum Archangelis Deum celebrabit; qui ad ſupremum Altare ſacrificia tranſmittet, ſimulque cum Chriſto Sacerdotio fungetur; qui figmentum inſtaurabit, imaginemque creatori ſiſtet; & ſuperno mundo opificem aget: & quod maius eſt, dicam, Deus erit, & alios Deos efficiet?* Quod quidem obſeruandum maximè eſt ne ad Epiſcopalem dignitatem promoueantur niſi qui Eccleſiaſticorum graduum muneribus, in illiſque magno exemplo, & vitæ integritate perfunctus ſit, ne ei eueniat quod idem Gregor. Nazianz. *in laudibus Athanaſij*, dicit: *Diſcipuli ſimul, Magiſtrique pietatis deſignantur: alios ante purgant, quàm ipſi purgati fuerint; heri ſacrilegi, hodie Sacerdotes: heri extra Sancta, hodie Sanctorum Arbitri, & Antiſtites*; veteres vitio, pietate rudes: &(quod gratiæ ac fauoris humani, non ſpiritus opus eſt) qui cùm cætera omnia violenter peruaſerint, ad extremum ipſam quoque pietatem tyrannide premunt: quorum non mores dignitati, ſed dignitas moribus fidem aſtruit, ordine admodum præpoſtero: qui denique plura pro ſuis, quàm pro populi ignorantiis ſacrificia debeant. Hinc etiam Nicolaus I. *epiſt. 1. ad Michaëlem Imper.* damnat plurimum Photium, qui laicus Conſtantinopolitanum affectabat Primatum. *Pridem*, inquit, *auditor eſſe debuit, & deinde inſtitutor: ſed hic docere priùs elegit, & deinde cœpit doceri priùs ſanctificare curauit, ac deinde ſanctificari, priùs illuminare voluit, & poſtea illuminari.*

6 Cùm, vt inquit Cyprian. *lib. 4 epiſt. 2.* de clericorum omnium teſtimonio, de plebis, quæ adeſt, ſuffragio, & de Sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio, loco, & gradu Cathedræ Sacerdotalis vacante, Dei voluntate, atque omnium conſenſione, creari, & conſecrari debeat Epiſcopus, ideo ſenior Epiſcoporum aſſiſtentium verſus ad conſecratorem ſic dicit: *Reuerendiſſime Pater, poſtulat Sacra Mater Eccleſia Catholica, vt hunc præſentem Presbyterum ad onus Epiſcopatus ſubleuetis.* Illud apertè declarantes, neque Reges, neque Principes, neque Plebem, aut Ciuitatis Magiſtratum, ſed Hierarchicam ordinationem, atque benedictionem Epiſcoporum conſtituere, illorum teſtimonium tantum huius auctoritatem eſſe.

7 Deinde, cùm, vt inquit Gregor. *in laudibus Athanaſij, Abſurdum ſit, & ſalutis Doctorem, & Antiſtitem, ſalutis principia ignorare*, ideo ad examen Fidei, quod tanquam fundamentum, & baſis totius ædificij eſt, promouendus ſeſe confert, *ſitque inquiſitio an doctrinam Veteris, & Noui teſtamenti, cuius Magiſter, & interpres eſſe debet, rectè norit? Et num prudentiam ſuam, quantum illius capax eſt natura, diuina Scriptura ſenſibus accommodare velit?* Hæc dum ſanctè profeſſus fuerit, proponitur illi vniuerſæ Fidei ſumma, eorum præſertim capitum, quibus vniuerſa Religio Chriſtiana continetur, Summæ, ſcilicet, ac diuiniſſimæ Trinitatis confeſſio, Incarnationis, ſalutiſque noſtræ œconomia, ſpes vitæ, & reſurrectionis futuræ, Sanctorum communio, ac vnius ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ auctoritas. Interrogatur num ea, quæ ex diuinis Scripturis legit, & intelligit, plebem, cui ordinandus eſt, & verbis, & exemplis docere velit? Num traditiones Orthodoxorum Patrum, ac Decretales Sanctæ, & Apoſtolicæ Sedis conſtitutiones veneranter ſuſcipere, docere, ac ſeruare? Num B. Petro Apoſtolo, cui à Deo data eſt poteſtas ligandi ac ſoluendi, eiúſque Vicario Domino noſtro, ſuiſque Succeſſoribus Romanis Pontificibus, fidem, ſubiectionem, & obedientiam ſecundùm Canonicam auctoritatem per omnia exhibere? Num mores ab omni malo temperare, & quantum poterit, Domino adiuuante, ad omne bonum commutare, caſtitatem, & ſobrietatem cum Dei auxilio cuſtodire, & docere, Diuinis ſemper negotiis mancipari, & à terrenis negotiis, vel lucris turpibus alienus eſſe, ne ſcilicet oculos, qui moderandis greſſibus precum, cura pulueris obſcuret? Num humilitatem, & patientiam in ſeipſo cuſtodire, & alios ſimiliter docere velit? pauperibus item, & peregrinis, omnibuſque indigentibus, propter nomen Domini affabilis, & miſericors eſſe? Quæ omnia vbi ille ſanctè, & bona fide ſeruaturum ſe quantum humana fert conditio, promiſerit, ſumma eius oneris, quod ſubeundum eſt, ad oculos illi, tanquam in compendium ponitur; Epiſcopum oportere iudicare, interpretari, conſecrare, ordinare, offerre, baptizare, & confirmare. Ex quibus apparet in hac conſecratione Epiſcopos nullum votum emittere, neque ſe ad aliquid obligare, niſi ad ea, quæ tenentur ratione Sacerdotij, iurant tamen fidelitatem Sedi Apoſt. & ſe honoraturos Legatos de latere, & Eccleſiam ſuam indemnem habere, *cap ego N. de iureiur.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi, part. 1. cap. 1. §. 1. in princ.* Alzed. *d. part. 1. cap. 4. num. 18.*

Fidei abſoluto examine anguſtiore ordinandus induitur habitu. Calceantur pedes ad annuntiandum Euangelium pacis; vt eat, non ſtet; laboret, non otioſus deliteſcat. Induitur interioribus quibuſdam tunicis, interioris, & occultæ deuotionis, innocentiæ, & integritatis perfectionem denotantibus; cuius ſolus Deus puratum animarum vnicus ſponſus inſpector eſt; & cuius ſuauitatem illi ſolùm norunt, qui experiuntur: intus enim eſt, qui iudicat, intus quod iudicatur, internorum cura in externorum nimia occupatione non minuatur. Induitur item Dalmatica latas manicas habente: oportet enim Epiſcopum, vt inquit Apoſt. *ad Titum 1.* ſicut Dei diſpenſatorem hoſpitalem eſſe, benignum, liberalem, de quo dicatur illud, diſperſit, dedit pauperibus, diſpenſationis autem huius, inquit Chryſoſtomus, modus ille, ſi Eccleſiaſticæ facultates neque redundent, neque temporibus neceſſariis deſint. 8

Poſtquam ordinandus ſic veſtitus, & ornatus fuerit, ad eas operationes accedit, quæ verè ſanctæ ſunt. Sanctóſque efficiunt; quæ ex antiquiſſima, & 9

Apoſtolica

Apostolica traditione, sacris primum signis, & actionibus, deinde mysticis vnctionibus continentur. Actiones, & signa sacra à Dionysio tantorum mysteriorum Diuino interprete, hæc numerantur; genuflexio ad Altare, manuum impositio, Crucis obsignatio, benedictio, & precatio: vnguntur postea caput eius, & manus cum certis deprecationibus. Neque verò frustrà, aut sine causa iam prolixis, tam frequenter repetitis precibus, hic ipse, qui consecratur, Deo omnium bonorum auctori, & largitori commendatur: *Plus enim*, inquit Chrysost. *in cap. 2. ad Titum serm. 1. eiusdem precibus indiget, quàm cæteri omnes, nam quantò est celsior dignitas, tantò Sacerdotis maiora sunt pericula.*

10 Vngitur in capite primum is, qui consecratur, vt auctoritas, & dignitas eius declaretur, eum scilicet esse caput, & principem Ecclesiæ suæ, quomodo vir vxoris suæ caput dictus est: & vt ostendatur eum esse Vicarium Christi, eiúsque dignitatem, & auctoritatem gerere, qui est super omnia, & quem consti-
11 tuit Deus caput super omnem Ecclesiam. Ideo † Reges non iam in capite, sed in humero vnguntur: primum vt is proprius honor sit illius, quem Deus constituit excelsum super omnes Reges terræ, & quem oleo lætitiæ excellentiùs, & augustiùs vnxit præ consortibus suis. Deinde vt ostendatur quòd primò ante omnes Reges, & Principes persona capitis Pontificali officio repræsentetur. Vngitur tamen, & Rex in humero, vt neque ipse planè exclusus à repræsentatione eiusdem capitis; nam & huius principatus, vt dicit Isai. 9. fuis super humerum eius, & vt sciat se esse ministrum ad portandam Crucem IESV CHRISTI, laudem bonorum, vindictam autem malorum, Apost. *ad Rom.* 13.

12 Deinde in manibus vngitur; primum propter officium, & ministerium eius, vt se sciat dignitatem non propter otium, sed propter negotium suscipere, vt sciat ex illo se numero operariorum esse debere, qui sustinent pondus diei, & æstus: deinde vt illis manibus adsit virtus Spiritus sancti, eas teneat, & dirigat, cum illis laboret, & operetur, vt quidquid benedixerit, benedicatur; quidquid sanctificauerit, sanctificetur. Demum vnguntur manus eius, vt operentur bonum, ad omnes quidem, sed maximè domesticos Fidei; vt manus suas mittat ad fortiosa; vt panem otiosus non comedat, vt manus eius distillent myrrham, vt sit beatus seruus ille, quem cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantem, & operantem. Materia autem & forma constat hoc Sacramentum; nam impositio manuum trium Episcoporum est materia qua Episcopus consecratur: at verba illa, *Accipe Spiritum sanctum*, forma sunt huius Sacramenti. Ita Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 6. §. 3. Vasq. *in* 3. *part. tom.* 3. *disputat.* 240. *cap.* 5. *num.* 58. Laymann. *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 5. *num.* 1. Sebast. Cæsar *dict. part.* 1. *disputat.* 6. §. 2. *num.* 2. & 3. vbi *num.* 4. subdit quòd cæteræ solemnitates substantiales non sunt, sed tantùm quædam ceremoniæ ad maiorem reuerentiam. prout de Missa dicunt Henriq. *d. lib.* 10. *c.* 34. §. 3. Sebast. Cæsar *d.* §. 2. *num.* 13.

13 Perfecto consecrationis Sacramento, consecratus iam ad spiritualem œconomiam, sanctæque prolis gubernationem se se confert. Armatur igitur, & instruitur, accipitque regendæ, & gubernandæ familiæ instrumenta, ac gubernacula. Traditur in primis in manus noui Antistitis consecratum baculum, auctoritatis scilicet, & disciplinæ insigne, sustentaculum imbecillitatis humanæ; vt si in coërcendis vitiis piè sæuiens, iudicium sine ira teneat, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens, vt reuocet errantes, regat iustos, pungat, & stimulet ignauos, & inertes, repellat nocentes, ac iuxta Ezechiel. *cap.* 34. attrahat vagum, sustentet languidum, stimulet pigrum, portet in humeris suis exemplo principis Pastorum ægre, & debile, *vt increduli*, inquit Bernard. *lib.* 3. *de considerat. conuertantur ad Fidem, conuersi non auertantur, auersi reuertantur, peruersi ordinentur ad rectitudinem, subuersi ad veritatem reuocentur subuersores conuincantur, vt vel emendentur ipsi, si fieri potest, vel si non, perdant auctoritatem facultatémque alios subuertendi. Negligenter pascens totius commendatum Dominicum gregem*, inquit Magnus Leo, *conuincitur Summum non amare Pastorem.* Quòd verò Baculus est acutus in fine, rectus in medio, & retortus in summo, designat quòd Pontifex debet pungere pigros, regere debiles sui rectitudine, & colligere vagos: Hieronym. Vielmius *de Episcopis titularibus p.* 2. *fol.* 23. Moscon. *in tract. de maiest. militantis Eccles. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *vers. item baculus*, Barthol. Gauant. *in comment. rubric. Missal. & Breu. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 1. *num.* 6. & *part.* 5. *tit.* 3. §. 3. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 20. *quæst.* 1. *num.* 4. & *q.* 2. *in fine.* Durand. *in rationali diuinorum, lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 4. vbi *num.* 5.
dicit quòd † Romanus Pontifex Baculo non vtitur; 14
tum propter historiam; tum propter mysticam rationem, *cap. vnic. in fin. de sacra Vnctione.* Historia est, quoniam Beatus Petrus Apostolus Martialem discipulum suum, quem Dominus inter Discipulos constituit cùm dixit: *nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis*, &c. misit cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, qua in via ad viginti diætas defuncto Fronto, collega eius redit ad annunciandum hoc Petro, cui Petrus, accipe hunc Baculum, & tangens illum dic: *Surge in nomine Domini, & prædica*; ille verò in quadragesimo die à tempore mortis illius tetigit eum, & surrexit, & prædicauit, & ita Petrus Baculum à se remouit, & subditis dedit, nec recuperauit. Innocentius verò Papa III. scripsit in Ecclesiæ speculo quòd Beatus Petrus misit Baculum suum Euchario primo Treuerorum Episcopo, quem vnà cum Valerio, & Materno ad prædicandum Euangelium genti Teutonicæ destinauit, cui successit in Episcopatum Maternus, cui per Baculum Petri de morte fuerat suscitatus, quem Baculum vsque hodie cum magna veneratione Ecclesia Treueren. seruat, & ideo Papa in illa Diœcesi vtitur Baculo, & non alibi. Hæc Durand. *vbi proximè*, & me citato *in hoc loco* refert Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. p.* 1. *cap.* 13. *n.* 70. Hieronym. Venero *de exam. Episcop. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 21.

15 Verùm cùm hoc regimen non tam timoris, quàm amoris sit, non tam seueritatis, quàm charitatis, nam & Christus Dominus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, Ioann. *vlt.* & eum quem Vicarium loco sui relicturus erat, priusquam illi desponsasset, ter interrogauit num se diligeret, & propter se sponsam suam? quod cùm ille summa asseueratione ter professus fuisset, tunc demum illud audiuit: *Pasce oues meas, pasce agnos meos:* eius igitur amoris, & charitatis symbolum sacer Consecrator nouo sponso tribuit consecratum Annulum, fidei scilicet signaculum, quatenus sponsam Dei, Sanctam videlicet Ecclesiam intemerata fide ornatus illibatè custodiat, Durand. *d. lib.* 3. *c.* 14.

16 Hinc Consecrator nouo Præsuli Euangeliorum librum tradit. *Accipe*, inquit, *Euangelium, & vade, prædica populo tibi commisso. Potens est enim Deus vt augeat tibi gratiam suam.* Quasi diceret: Ne putes in Paulo, & Petro, Tito, & Timotheo, Chrysostomo, &

Augustino munus, & functionem Apostolicam desiisse: ne putes cælestem illam benedictionem, & auxilium æterni Patris sublatam esse, quo illi subnixi, profecti annunciauerunt Euangelium vniuerso mundo: potens est Deus etiam tibi dare gratiam suam, ac per te similia operari. *Etsi enim illi plus omnibus*, inquit Bernardus *lib. 2. de considerat. laborauerunt, non tamen totum elaborauerunt, & tibi adhuc locus relictus est. Neque te illud tantoperè terreat, quod sublimibus humanæ sapientiæ verbis careas, quod seriùs ad sacrarum litterarum lectionem accessisti, quod nunquam Cathedram Doctoris conscenderis. Aude, & fac aliquid. Potens est enim Deus tibi augere gratiam suam. Nihil agentem impossibile est bene operari. Melius serò, quàm nunquam: nam, & vndecima hora operarij diurnum acceperunt denarium*, Matth. 20.

17 Postea accipiens nouus Pontifex à suo Consecratore, ac reliquis assistentibus osculum pacis, recedit ab Altari, ac deinceps eo tempore, quo populus Christianus dona, & munera ad Altare Dei, more veteri, eoque laudatissimo, offerre solet: ipse quoque suo Consecratori, tanquam spirituali patri, munera offert, sunt autem ea, ex antiquissima Melchiadis Pontificis institutione panis, & vinum, quibus duæ antefeiuntur faces. Offert panem & vinum; vel vt ostendat se in eius Sacerdotis functionem, & munus succedere, cui sine vlla in futurum pœnitentia iurauit Dominus eum esse Sacerdotem secundùm ordinem Melchisedech: vel, vt quidem ego iudico ad designandam paupertatem Episcoporum primitiuæ illius Ecclesiæ, in qua summæ opes, summæ diuitiæ panis, & vinum fuerunt. Dantur autem hæc munera clara luce, & amplius duabus facibus accensis, ne quid inter hæc leuia munera speciosius colore, pondere pretiosius (scitis quid intelligam) subrepat ac subiiciatur. Malè enim agitur, cùm ea, quæ virtuti, & pietati debentur, asino onusto auro conferuntur. Assumitur demum sacer Antistes à suis collegis in communionem, & participationem orationis, ac mysticæ mensæ.

18 Cælesti mysterio refectus Mitra armatur, deinde nouus Præsul, eiusque capiti imponitur sacra Cydaris, bicornisque galea cum Patris Omnipotentis inuocatione, cuius præclara est bonitas, & virtus immensa, totiusque decoris ornamentum. Mitra hæc scientiam vtriusque Testamenti designat. Duo namque illius cornua duo sunt Testamenta, anterius nouum, posterius vetus, quæ duo Episcopus memoriter debet scire, *cap. Episcopus 23. quæst. 1.* & illis tanquam duplici cornu Fidei inimicos ferire. Hieron. Vielmius *de Episcopis titularibus, part. 2. fol. 13.* His cornibus armatus Petrus Neroni, Liberius Constantio, Ambrosius Theodosio, Basilius Valentino, Chrysostomus Arcadio, Leo Genserico, atque Attilæ, aliisque quamplurimi restiterunt, terribilésque apparuerunt. Illud quoque notandum est, quòd
19 † Romanus Pontifex in signum imperij, vtitur regno, id est, Corona Imperiali; & in signum Pontificij vtitur Mitra: sed Mitra semper vtitur, & vbique; Regno verò non semper, neque vbique, quia Pontificis auctoritas, & prior est & dignior, & diffusior imperiali potestate, Durand. *in rationali diuinorum, lib. 3. c. 13. num* 8. In signum ergo Ordinis, Episcopus habet Mitram, & Baculum, quæ eius commissionis arma sunt, vt dixit *gloss. vlt. ad fin. in cap. disciplina* 45. *dist.* & in signum administrationis subiectus, curæ habet cathedram, Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 9. à n. 97.* Hinc quando prædicat Episcopus, cùm causam Dei agat, & alleget, minis id facit, & ideò Baculum, & Mitram assumit; quando verò offert in Altari, quia tunc causam populi apud Deum precibus agit, & allegat, & ideò vt humilitatem ostendat, in conspectu Dei omnipotentis, deponit indicia, & insignia altitudinis, & terroris, Baculum scilicet, & Mitram, quemadmodum videmus *in dict. cap. disciplina*, de Moyse, qui quando Dei causam apud populum allegauit, gladiis vsus est; quando verò apud Deum causam populi precibus, & humilitate rem totam confecit, vide Turrecr. *n. 2.* Præpos. *n. 11.* & D. Acuña *in d. c. disciplina, n. 12.*

Quia nihil tam inglorium, dicebat Bernard. *epist.* 20
126. quàm Episcopum gloriæ cupidum deprehendi, ideò nouus Prælatus manus operit chirothecis, vt nesciat sinistra sua, quid faciat eius dextera, & quandoque eas velat chirothecis, & quandoque denudat, quia bona opera interdum ad vitandum vanam gloriam occultantur, & interdum ad ædificandum proximos propalantur, Durand. *d. lib. 3. c. 15.*

Deinde collocatur Episcopus, id est, Inspector 21
omnium, in editiori supra omnes loco, inquit Ambros. *de dignitate Sacerdotali cap. 6.* vt ita cunctos respiciat, & cunctorum oculi in eum respiciant. Cuius loci consideratio, inquit Bernard. *lib. 2. de considerat.* facit honoris contemptorem in honore etiam ipso. In alto positum, non altum sapere difficile est, & omnino inusitatum; sed quantò inusitatius, tantò gloriosius: timor de adepta iam altitudine, tædere magis facit, quàm placere ipsam altitudinem. Nulla splendidior gemma in omni præcipuè ornatu Pontificis, ipsa humilitate; quò enim celsior cæteris, eò humilitate apparet illustrior, & se ipso. Blanditur Cathedra, specula est, non domus: qui eleuauit deiicere potest. Consideras gradum, & casum merne; consideras fastigium dignitatis, & vide faciem abyssi deorsum, occupare enim locum, & non facere fructum, nec loco expedit, nec personæ.

Postquam in sua sede sic collocatus fuerit Pastor, 22
prorumpit vniuersa Ecclesia in laudes, & confessionem Omnipotentis Dei, in quas omnis humana actio, & institutum meritò desinere debet. Ducitur per templum nouus Antistes, vt omnibus innotescat; commendatur Summo Pastori, & Rectori omnium Deo; vt quem Ecclesiæ suæ præesse voluit, propitius respiciat, det illi verbo, & exemplo quibus præest, proficere, & ad vitam vnà cum grege sibi credito, sempiternam peruenire. *Quantumlibet enim fuerit peritus gubernandi*, inquit Chrysost. *serm. 1. ad Tit. nisi inter huiusmodi gubernacula gratiam habeat, & pacem quæ à Deo est, & nauiculam simul, & nauigantes procella inuoluet, mergétque profundo.*

Consecratus Episcopus extra Ecclesiam suam 23
proficisci quamprimùm tenetur ad suam diœcesim, & officium sibi commissum suscipere, & si in Romana Curia fuerit electus, non debet proficisci sine litteris Apost. *extrauag. iniunctum, de elect.* inter communes, sicut & Prælatis cæteris præcipitur. Cùm verò ciuitatem suam ingreditur, est à Clero, & populo honorificè suscipiendus, & ad Ecclesiam deducendus. Specul. *in tit. de legat. arg. cap. omnes qui, & cap. Episcopi 7. q. 1.* Episcopi enim pro Christo legatione funguntur in terris, vt ait Apostol. & habetur *in dict. cap. omnes qui, & in cap. accusatio quoque 2. q. 7. & in cap. in nouo 21. dist.* cum similibus: quare sicut eodem Christo Hierosolymam ingredienti cunctus cum ramis Palmarum occurrit populus *Matth. 21.* & Christi legatus honorificè est suscipiendus, cui & monachi quoque cum Clero tenentur occurrere, secundùm Bald. *in l. fin. C. de bon. quæ lib.* de qua solemnitate & forma suscipiendi nouum Episcopum, vide in Pontificali Episcoporum.

Alia

Alia circa tempus, & locum in quo sit huiusmodi consecratio celebranda, dicam infrà *alleg. 1. num. 38 cum seqq.* Post plures huius tractatus impressiones nouissimè ad manus nostras peruenit Panoplia Episcopalis, continens de sacro Episcoporum ornatu libros septem, Auctore Andree du Sausfay, in quorum primo de Mitræ Episcopalis antiquitate, in secundo de virga Episcopali, vel Pastorali Baculo, in tertio de annulo Episcopali, in quarto de Episcopali Cruce pastorali, in quinto de chirothecis Episcoporum, in sexto de Dalmatica, & Tunicelle, in septimo de campagis, caligis, & sandaliis Pontificum.

Voluit Dominus IESVS pro sua summe pietate me indignum Presbyterum ed hanc supremam euehete dignitatem, nam die 23. Februarij 1648. quæ tunc erat Dominice Quinquagesimæ, in qua Ego vt Præfectus Congregationis Sacerdotum existentis in Collegio Imperiali Societatis IESV Madritensis, decantebam Missam meiorem in Ecclesia dicti Collegij in solita festiuitate Iubilæi quadregintæ horatum, Dominus noster Rex Philippus IV. consultetionem à supremo Consilio Italiæ transmissam de Episcopatu Vgentino tunc vacante, informante Reuerendissimo & doctissimo, ac Religiosissimo P. M. Fr. Ioanne Martinez eius Confessario, in mei fauotem expediuit, & subscripsit. Deinde Ferie quinta Cinerum die 26. eiusdem mensis excellentissimus D. Emmanuel de Fonseca & Zoniga, Comes Montis Regalis, Præses dicti supremi Consilij, nominetionem huiusmodi mihi notam fecit; & vt pro impetrande illius prouisione à Sede Apost. Romam venirem. Tenor antem litterarum à D. Rege hae de re Sanctissimo D. Papæ directarum talis est.

Muy santo Padre. En mi Reyno de Napoles ha vacado la Iglesia y Obispado de Vgento por morte del Obispo Don Geronimo de Martino su vltimo posseedor, y tocandome sa presentacion y nominacion por ser de mi patronargo Real, è eligido y nombrado al Dotor Don Agustin Barbosa por la buena relacion que tengo de su virtud, grandes letras, y vida exemplar, y esperar que mediante esto sera por el la dicha Iglesia bien regida y administrada, como lo entendera V. Santidad del Cardenal Albornoz; muy humilmente supplico à V. Beatitud, que dandole entera fe y credito en lo que de mi parte dixere cerca desto, tenga por bien de proueer à mi presentacion al dicho Dotor Don Agustin Barbosa à la dicha Iglesia de Vgento, y mandarle despachar las Bulas, y de mas recaudos necessarios en la forma que conuengan en la gratificacion que hubiere lugar, que io recibere en ello singular fauor y gracia de V. B. cuya muy santa persona nuestro Señor guarde al prospero y feliz regimento de su vniuersal Iglesia de Mradrid à 4. de Iulio de 1648. Don Felipe por la gracia de Dios Rey de Castilla, &c.

EL REI.

ZERATE Secret.

Die 14. mensis Octobris è Madritensi Curia cum Regiis litteris nominetionem de me factam continentibus, Romam petiui; & die prima Ianuarij incipientis anni 1649. ed hanc Romanem Curiam salous, & incolumis petueni: die verò sabbati decima eiusdem mensis Ianuarij Eminentissimus D. meus Card. Albornotius me cum prædictis Regiis litteris Sanctissimo D.N. Innocentio X. præsentauit, & postmodum die 9. Februarij tremendum, sed optetissimum examen subiui, coram eodem Sanctissimo D.N. præsentibus Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus Barbarino, Roche, Gerrafa, Espada, Ginette, Lugo, Cornato, Carpegna, Verospio, Iustiniano; examinantibus, & interrogantibus aliquibus Curiæ Prælatis, ac Reuerendissimis Patribus, quod examen, Deo gratias quotidie referre non cesso, feliciter peregi. Postmodum die 12. eiusdem mensis fuit factus processus coram Eminentissimo D. Card. Mathæi Regni Neapolitani protectore. Et die prima Martij sequentis fuit facta præconizatio in Consistorio per Eminentissimum D. meum Card. de la Cueua, loco d. Eminentissimi D. Card. Mathæi infirmi. Et in alio Consistorio sequenti, quod factum fuit die Lunæ 22. eiusdem Martij facta propositio per eundem D. meum Card. de le Cueua, & eodem die accepi habitum Prælatitium, & Rochettum de manu Sanctissimi D.N. Innocentij X. & Eminentissimos DD. Cardinales ac nonnullos Curiæ Prælatos de more solito inuisere cœpi; & demum die quinte mensis Aprilis, secunda feria infra octauem Paschæ in Ecclesie Beatissimæ Virginis de Populo monastetij Ordinis S. Augustini Congregationis Lombardiæ Episcopalis consecrationis munus accepi à dicto Eminentissimo D. meo Card. de la Cueua, magno hominum concursu, & summa litterarum iubilatione & gaudio; & die 27. eiusdem mensis iter ad Episcopatum prosequutus spero inter quindecim dierum spetium, faxit Deus, illuc appellere, & quia Pastoralem litteram ad populum, & Clerum meæ diœcesis scripsi, eam hîc inserere operæ pretium duxi, tenoris sequentis, videlicet:

AVGVSTINVS BARBOSA

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

Episcopus Vgentinus, à Consiliis D. Philippi IV. Hispaniarum Regis Catholici,

Clero, & Populo suæ Diœcesis salutem.



GRATIÆ suæ addidit Dominus nouam gratiam, cùm dignatus est me de subdito Prælarum, de oue facere Pastorem. [a] Neque enim exiguæ gratiæ loco haberi debet statui excubitorem super gregem Christi, & præfici animabus pretioso agni immaculati sanguine tanquam litro pro eis appenso redemptis, vt de captiuitate, qua miserè genus humanum tenebatur, eductæ, in veram, perfectamque filiorum Dei libertatem assererentur. Nihil eo munere sublimius reperiri inter homines possit, cùm sit participatio quædam infinitæ illius dignitatis, qua Christus assertor generis nostri in salutis humanæ concreditam sibi curam incubuit. Quia enim, vt optatus

a Petr. Cell lenf. ad Albarem Molismensem nouè electum epist. 34. apud R. P. Theophil. Raynaud. in differt. de bono regimine sect. 3. puncto 4 pag. 360.

optatus ex pretij annumeratione per illum facta ſequatur effectus, ſubiungenda eſt eius, quod contribuendum per nos eſt, applicatio; ad hanc autem impellendi, & vrgendi ſunt fideles ſenſibilibus monitis, quæ à Chriſto poſt eius in Cœlos digreſſum non ſunt expectanda, ſuffecit ſibi ſubrogauitque Subpræfectos, & Rectores ipſi magno Paſtori, & Epiſcopo animarum noſtrarum ſuccentiuos, pet quos pro Chriſto, ac eius intra cuiuſque modulum vicaria poreſtate, dirigerentur fideles, & ad finem ſuum, ac fructuum Chriſti meritis debitorum participationem feliciter pertingerent. Qua nulla poteſt cogitari inter homines occupatio, aut cura ſublimior, eámque Chryſoſtomus, [b] Gregorius Theologus, [c] ac Gregorius Magnus, [d] iuſtis de ſacerdotio tractarionibus, non dubitarunr diuinam, id eſt, ſupra ſortis humanæ conditionem dicere. Iſidori Peluſiotæ [e] viri & Sanctiſſimi, & doctiſſimi vox eſt. *Epiſcopus, & nomen, res ipſa, cum diuinum quiddam ſit, atque omni alio munere, ac dignitate præſtantius, paucis quibuſdam conuenit.* His ergo paucis annumeratum me videns, homo mihi curtæ ſupellectilis, ac tenuitatis conſcius, meritò agnoſco, (vt præmittebam) collatam mihi eſſe gratiam pro gratia; tanti nimirum muneris decus pro qualicumque aptatione ad illud, quam mihi pro ſua benignitate præinditam, nullis eam prolicientibus meritis meis, diues in miſericordia Deus voluerat. Multis tamen me periculis, & muneris ſublimitati admenſis obnoxium deprehendo, cùm non de vna ſolùm anima, ſed de tot animarum gregibus rationem redditurus, Vgentinæ Eccleſiæ gubernaculo præpoſitus ad Deum pro peccatis alienis interceſſor venio, apud quem de propriis ſecurus non ſum. [f] Ad vigilias ſuper gregem Domini vocor, ad excubias admoueor inter lupos imminentes ouili Dominico, illud rapere, ac diſpergere tentantes; cui ſi per dormitantis incuriam aliquid decedat, oſcitantis excubitoris damnum fiet, imminutionem illam rei ſuæ, & quodcunque in grege diſpendium ei vni adſcripturo Domino cui totius curæ molem commiſit. Dormiebant Apoſtoli, inſtante Domini paſſione: vnum tamen Petrum Dominus arguit, dicens, *Simon dormis?* [g] Aliorum enim ſomnus Petro imputatur, quippè qui in tanto fidei, rerumque omnium diſcrimine, non vigilare modò, ſed alios etiam ad vigilandum cohortari debuiſſet. [h] Haud ſecus igitur præpoſiti cuique particulari gregi Paſtores, quorum eſt ex munere omnibus, quos rectioni ſuæ obnoxios habent, inuigilare, ſi vel altè ſtertant, vel ſemiſopiti damna ouibus rationalibus ſemper impendentia non aduertant, repoſcetur ab eis diſpendij ratio ſeueriſſimè i itaut bono operi, hoc eſt, de grauiſſimorum Patrum ſententia, duro, & prægraui, ac humanis humeris propè importabili ſe ſuppoſuiſſe videri debeant. Agnoſco pondus impoſiti muneris, nec diffiteor imbecillitatem meam. Quare per Chriſti charitatem, periclitanti mihi orationis veſtræ manum tendite vos, qui in virtutum littore ſtatis. [i] Accingar ego ſanè pro viribus è Cælo communicatis, nec partem vllam ſolicitudinis deſiderari à me patiar, cum bono Deo. Subiungimini & vos ſtudio meo, & curæ curam ſubnectire. In hoc enim operis genere, caſſi ſunt niſus prępoſiti, niſi eos ſubditorum docilitas dictis audiens prompta voluntate ſecunder. Cooperamini igitur mihi chariſſimi, & deſideratiſſimi, vt ego indignus, & infirmus, non deplorem cum Gregorio, [k] quòd ſuſceperim nauem vetuſtam, & vehementer confractam, in quam vndique fluctus inſtant, in eáque valida tempeſtate quaſſata, putridæ tabulæ naufragium ſonant. Operabor & ego in Domino, vt diuina ope, & auxilio efficiamini firmiſſimum Eccleſiaſticæ ſoliditatis ouile, ne aliquis ex vobis errabundus lupina rapacitate foris inueniatur deuorandus. Nomen enim & munus Paſtoris magnam ſolicitudinem pro commiſſis ouibus depoſcit. [l] quam ſicut in meo Paſtorali codice pro communi commodo exaratam habeo, ita laborioſo ſtudio pro veſtra ſalute adhibendam ſpero; vt his freti animi, corporiſque ſubſidiis, vno ore, & voto vnico honorificemus Deum, & Sponſum Eccleſiæ noſtræ IESVM, quem etiam atque etiam rogare vobis maximè curæ ſit, vt humilem ſimul & vtilem in iniuncto me faciat miniſterio perſeuerare; humilem vera de me ſentiendo, vtilem recta ad vos dirigendo, quatenus ad noſtram vtilitatem illud inſpiret cordi, hoc miniſtret ori. [m]

b Abbi ſex de Sacerdotio ſiue Epiſcop.
c Apologia de fuga ſua.
d in paſtorali.
e lib. 2. epiſt. 125.
f Greg. epiſt. 24. lib. 1. ad Epiſcop. Conſtantin. apud me de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 1. tit. 2 gl. 2. n. 12.
g Matth. 14.
h Chryſoſt. lib. 3. & 6. de Sacerd. apud me d. gloſ. 2. num. 16.
i Greg. epiſt. 7 ad Anaſtaſ. Epiſc. p. Ant. apud me d. gloſ. 2. n. 11.
k Epiſt. 4. ad Ioann. Epiſc. Conſt. apud me d. gloſ. 2. num. 9.
l Bernard. Eugen. lib. 3. apud me d. tit. 2. gloſ. 6. num. 11.
m Guerric. in ſer. de rogat. apud R. P. Th. Rayn. vbi ſup. ſup. 4. puncto 7. prop. ſin. pag. 517.

CAPVT VI.

De Epiſcopalium graduum diuiſione.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrationis genus in Eccleſia militanti inſtar triumphantis Eccleſiæ ſuit inductum.*
2 *Honoris, ſeu poteſtatis nonnulli gradus inter ipſos Epiſcopos à tempore Apoſtolorum diſtinctè reperiuntur, per quos alij aliis Superiores efficiuntur.*
3 *Papa vniuerſalis, ſeu OEcumenicus Epiſcopus dicitur.*
4 *Ordo nullus Epiſcopali maior, vel æqualis reperitur.*
5 Cap. primæ Sedis, in fine, & cap. ecce, in princ. 99. diſt. *declaratur.*
6 *Patriarchæ, & Primates idem ſunt, ac nulla inter eos datur differentia, licèt diuerſa ſint nomina, ſecundùm vnam ſententiam.*
7 *Primates, vt verior tenet ſententia, licèt Patriarchæ poſſint appellari, non tamen omnes Primates verè ſunt Patriarchæ, nec idem habent officium, eandémve authoritatem.*
8 *Patriarchæ propriè quatuor ſunt, videlicet Antiochenus, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, &*

Hiero

1 *Hierosolymitanus, quia repræsentant quatuor Euangelistas in Ecclesia Dei.*

9 *Patriarchæ dicti sunt quasi Patres Patrum, seu Principes Episcoporum.*

10 *Archiepiscopi dicuntur quasi Principes Episcoporum.*

11 *Prouincia, cui præest Archiepiscopus, quas sub se debeat habere ciuitates, & Episcopos, ostenditur.*

12 *Metropolitanus, & Archiepiscopus ijdem sunt.*

13 *Suffraganei lege Metropolitana, Archiepiscopis sunt subiecti; non ita eorum subditi, exceptis casibus iure specialiter expressis.*

14 *Prelati Ecclesiarum Episcoporum nomine nuncupantur, quia præcipuum eorum munus est pro subditorum spirituali salute diligenter inuigilare.*

15 *Titulares Episcopi dicuntur, qui solum titulum Ecclesiarum habent, populo tamen carent, & Clero Christiano, atque etiam facultatibus.*

16 *Titulares Episcopatus quare hodie conferantur, ratio assignatur.*

17 *Titulares Episcopi dantur frequentiùs à Romano Pontifice velut coadiutores Episcopis infirmis, senibus, aut alia simili ratione impeditis.*

18 *Titulares Episcopi, & qui Episcopatui renuntiarunt sine expressa proprij Episcopi licentia nullum ad Ordines possunt promouere, etiamsi in loco nullius Diœcesis sedem sibi eligant.*

19 *Titulares Episcopi, qui à sedibus suis preteruia inimicorum expulsi sunt, ac subinde subditos habent, & Diœcesim cum Christiano populo & Clero, cùm iurisdictionem teneant, ea in aliena Diœcesi in subditos suos uti possunt, ac eis Ordines conferre.*

20 *Titulares Episcopi an ad Concilium vocandi sint, & admittendi, ostenditur.*

21 *Chorepiscopi dicuntur à χώρα, Græcè pagum, seu villa, quasi in pagis, & in villis, ad Episcopalia munia obeunda essent constituendi.*

22 *Chorepiscopi potestas qualis fuerat, ostenditur.*

23 *Prælationum, & dignitatum gradus ex Ecclesiæ institutione, & ab ipso iure humano processerunt.*

24 *Prælationes Primatuum, & Archiepiscoporum ad ius diuinum esse referendas qui teneant, ostenditur.*

25 Cap. 1. 99. dist. *Declaratur.*

26 *Decima respectu congruæ sustentationis ad legis Diuina debitum referuntur, respectu quota ad consuetudinem.*

1 DMINISTRATIONIS genus in Ecclesia militari instar triumphantis Ecclesiæ esse inductum ostendunt sacri Doctores, quæ cum variis Ordinibus distinctæ sint, Archangelorum scilicet, Thronorum, Principatuum, reliquorumque Cœlestium spirituum similis Ordinum distinctio in militanti Ecclesia conueniebat, vt hæc Ecclesiastica Hierarchia quatenus posset, illius cœlestis imaginem referret. Quemadmodum enim in sæculari ordine sunt multæ Vniuersitates, ac Collegia, quorum alia in aliis insunt: nam ex multis hominibus, exempli gratia, constat domus; ex multis domibus fit vicus; ex multis vicis conflatur ciuitas, ex pluribus ciuitatibus constituuntur Regna, & ex regnis Monarchia, Arist. *Polit. lib. 1. cap. 1. & 2.* adeò quòd vnaquæque Vniuersitas suos habeat præfectos, seu potestates, quibus obtemperat, ita olim ad spiritualem fidelium gubernationem Parochiæ institutæ sunt; ex multis Parochiis plerisque in locis Plebanatus, siue Archipresbyteratus; multis verò Archipresbyteris, plebiumque Rectoribus Episcopi præfecti fuerunt, Episcopis Archiepiscopi, Archiepiscopis Patriarchæ; Patriarchis denique Papalis dignitas, tanquam Ordinum eminentissima præposita fuit, atque in graduum omnium posita fastigio, vt suprema illius in omnem gregem Christianum, cunctosque eius gradus ac Ordines, potestas habetur.

Vnde à tempore Apostolorum quamuis omnes Episcopi in iis, quæ sunt Ordinis, parem receperint potestatem, & in hunc sensum vera sit sententia D. Hieron. de qua *in cap. legimus, vers. si auctoritas 93. dist.* nonnulli tamen honoris, seu potestatis gradus inter ipsos Episcopos distincti reperiuntur, per quos alij aliis Superiores efficiuntur, de quibus Gratian. *in princip. & per totum 21. dist.* Nam S. Isid. *lib. 7. etymolog. cap. 12.* hæc scripsit verba, videlicet. *Ordo Episcoporum quadripartitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis,* vt refert Gratian. *in cap. cleros vers. Ordo 21. dist.* intelligendo de gradu Episcopali, non autem de Ordine, quia Episcopalis Ordo vnus tantùm est, vt constat ex Anacleto Papa *in epist. 3. in cap. 3. in vers. Episcoporum verò,* explicant Turrec. *in d. cap. cleros num. 24. in paruo libello de dignitate Episcoporum cap. 4.* & tetigit Cuch. *in instit. maior. lib. 2. tit. 6. in princ. & lib. 7. ante num. 1.* Præterea gradus quatuor constituit Episcopalis dignitas, quorum primus est in Patriarchis, secundus in Archiepiscopis, tertius in Metropolitanis, & quartus in Episcopis: vel potiùs, secundùm alios, Primus est Romani Pontificis. Secundus Primatuum, & Patriarcharum. Tertius Archiepiscoporum. Quartus eorum, qui simpliciter Episcopi dicuntur; & ex his alij titulares, alij item Chorepiscopi, Petrus Gregor. *syntag. iuris lib. 15. c. 2. n. 8.* Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificis c. 8 pag. 25.* me citato *in hoc loco* Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. c. 8. n. 1. cum seqq.*

De primo, scilicet Summo Pontifice, quòd Episcopus sit, constat ex iis, quæ notat glos. *in verb. Episcopus in proœm. Sexti:* tum quia licèt aliæ dignitates in Ecclesia sint quoad iurisdictionem Episcopali maiores, † nullus tamen Ordo Episcopali maior, vel æqualis reperitur, notat glos. *in verb. pari,* text. *ibi in cap. in nouo 21. distinct.* & docent Sot. *in 4. dist. 24. quæst. 2. art. 4. concl. 2.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 7. §. 2. & c. 25. §. 1.* me citato *in hoc loco* nouissimè post hæc impressa visus Mich. Ferros *de præced. Eccl. q 23. n. 6.* Vnde iure optimo Summus Pontifex Vniuersalis, seu OEcumenicus Episcopus dicitur, vt antiquissimam Calcedonensem Synodum Beato Leoni acclamasse testatur D. Thom. quem refert *addit. ad cap. ecce 99. distinct.* & explicant Turrecr. *de potestate Ecclesiæ lib. 1. cap. 17. ad 5.* Bellarmin. *in controuers. Cathol. lib. 1. cap. 31. vers. 15.* Mich. Ferrus *d. tract. de præcedent. Ecclesiast. quæst. 31. num. 1.* & alij, ex quibus confirmant Alphons. Mendosa *in quodlib. quæst. q. 4. Scholast. §. 3.* Petr. Gregor. *d. cap. 2. à num. 9. & cap. 9. & cap. 3. in princip.* cum quo notabis rectè in hunc sensum Panepiscopum dici posse Romanum Pontificem, id est, Summum & omnium præcipuum inspectorem: licèt enim Dionysius Areopagita hoc referat ad CHRISTVM Dominum, verum, & Summum Sacerdotem, qui pro omnium salute se Patri obtulit in sacrificium, huicque de omnibus cura est: non tamen immerito Romano Pontifici Summo eius Vicario, vt tali potest applicari secundùm tantæ dignitatis mensuram.

Non obstat text. *in cap. prima Sedis, in fine 99. dist.* vbi prohibetur ne quisquam etiam Romanus Pontifex se vniuersalem Pontificem, aut Summum Sacerdotem appellet, iuncto *cap. ecce, in princip. ead. dist.* vbi Beatus Gregorius ait superbiam esse appellationem

nem, qua Romsnus Pontifex dicitur vniuerſalis Papa, ideoque petit, & iubet ne ſic amplius appelletur. Quia ad primum ex *d.c. prima ſedis*, facilè reſponderi poteſt vltra illius verba noo eſſe Concilij Africani, ſed Gratiani, verba non agere de Romano Pontifice, ſed de Primatibus, ſeu Patriarchis. Ad auctoritatem verò Gregorij reſpondetur humilitatis cauſa recuſaſſe illud nomen, ad conuincendam contumaciam Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi, qui ſuperbo illo titulo ſe cognominabat: ſed generaliùs reſpondebis cum D. Thom. Torrecr. Cardin. Bellarm. & aliis, quos refert Mendoſa *dicto loco*, intelligi poſſe vniuerſalis Epiſcopi appellationem, vel quòd ſolos ſit omnium Chriſtianarum vrbium ſpecialis, & immediatus Epiſcopus, itaut reliqui excludantur, & ſint ipſius Vicarij; aut quòd ſit generalis Epiſcopus omnium, & ſupra omnes, neque particulares ſingularium vrbium Epiſcopos excludat: primo modo intelligitur auctoritas Gregorij, & conſtat tum ex originali *lib. 7. in dict. 1. epiſt.* 30. tum ex *d. cap. ecce*, ibi, qoia vobis ſubtrahitur, quòd alteri pluſquam ratio exigit, præbetur: non ergo vetat vniuerſalem Epiſcopum ſe appellari, niſi quatenus particularium Epiſcoporum poteſtatem ſubtrahit: in poſteriori verò ſenſu aotiquiſſima eſt, & veriſſima appellatio, tum ex dictis, tum *ex reg. c. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. cum vulgaribus.

6 Secundo loco ponuntur Patriarchæ, ſeu Primates, vtruſque enim eoſdem eſſe, & nullam inter eos dari differentiam, licèt diuerſa ſint nomina, probat tex. *in cap. 1. & 2. 99. diſt. & in cap. duo ſimul, de officio Ordin.* vnde gloſ. *in cap. coram, de in integ. reſtit.* auctoritate *d. c.* 1. notauit inter Primates, & Patriarchas non dari realem differentiam, ſed vocalem, vt etiam comprobant Caſſan. *in cataloge p. 4. conſid. 9. in princ.* Lancel. *de inſtit. canon. lib. 1. tit. 5. in princip.* Verùm
7 † licèt Primates quodammodo Patriarchæ poſſint appellari, non tamen omnes Primates verè ſunt Patriarchæ, nec idem habent officium, eandémve auctoritatem; ſed propriè Patriarchas eſſe qoatuor, vi-
8 delicet † Antiochenum, Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Hieroſolymitanum, relatos *in c. antiqua, de priuileg.* aſſerit Gonzal. *ad reg. 8. Cancell gloſ. 41. num.* 12. quia repræſentant quatuor Euangeliſtas in Eccleſia Dei, *cap. ſcriptum 40. de elect.* quibus poſtea ſuperadditi, & creati fuerunt alij à Summis Pontificibus, de quibus Gonzal. *d. gloſſ. 41. num.* 14. Alij autem Patriarchæ ſuor minus principales, qui cùm Primates propriè appellentur, minus propriè Patriarchæ nominantur, quales ſunt in *Italia* Aquilienſis, in *Anglia* Cantuarienſis, & Bituricenſis, in *Gallia* Gradenſis, & Lugdunenſis, In *Hiſpania* Toletanus, & Bracharenſis, de quibus ſuo loco agemus. Et in his Patriarchis minus principalibus procedit, quod ferunt inter Primates Patriarchas nullam eſſe differentiam, ſed verbalem tantùm, vt per Gig. *de reſidentia Epiſcop. cap. 18. n. 5.* Gonzal. *d. gloſſ. 41. n.* 13. Azor. *d. c. 35. q. 2.* Bouet. *cenſura paranet. p. 2. cap. 10. pag. 493. verſ. quæro*, Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarchia, diſp. 4. §. 1. num. 2. ad fin.* Illuſtriſſ. D. Acuña *de Primatu Eccleſia Bracharen. c. 3. à princ.*

9 Patriarchæ ideò poſt Summum Pontificem ſecundum locum obtinent, quia dicti ſont quaſi patres Patrum, ſeu Principes Epiſcoporum, iuxta text. *in cap. Cleros, verſ. Patriarcha 21. diſt.* notant Anton. Auguſtin. *in epit. veteris Iuris Pontif. tom. 1. lib. 2. de Patriarchis, & Primat.* Zachar. Bouet. *in cenſura paranetica, p. 2. lib. 3. c. 10.* Iacob. Hermond *aduerſus Salmaſ. hæreticum, lib. 2. cap. 6. & 7.* Illuſtriſſ. D. Acuña *in catal. Portucalenſ. Præſulum, part. 1. cap. 6. & de primatu Eccleſia Bracharen. cap. 1. num. 1.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris, lib. 15. cap. 2. num.* 11. Fuſch. *de viſit. lib. 1. cap. 2. à num. 9.* Læl. Zech. *de Republ. Eccleſ. tit. de ſtatu Reuerendiſſ. Patriarcharum, num.* 1. Gambar. *tract. de Legat. lib. 2. num.* 11. Sigiſm. Scacc. *de appellat. q. 8. à num.* 99. Gonzal. *dict. gloſſ. 41. num.* 11. Modern. *de ſacra Epiſcoporum auctoritate, cap. 9. §. 6.* alij citati infrà *tit. 3 cap. 1. num.* 18.

Tertio loco ponuntur Archiepiſcopi, qui ſic di- 10
cuntur, quaſi principes Epiſcoporum, docente Iſid. *in dict. cap. Cleros, verſ. Archiepiſcopus 21. diſt.* Homobon. de Bonis *de humana vita ſtatibus part. 1. cap. 6. verſic. hi dicuntur*, Galgan. *de Iure publico, lib. 3. tit. 18. num. 1.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 33. quæſ. 1. in princip.* Sebaſt. Cæſar *in relect. de Eccleſ. hierarch. part. 1. diſputat. 5. §. 1.* Paul. Laymann *de Prælator. Eccleſ. elect. cap. 14. quæſt.* 151. nouiſſimè Mich. Ferrus *de præcedent. & Prælat. Eccleſ. q. 4. num.* 1. qoia ſcilicet quemadmodum Primates pluribus præſunt prouinciis, ſeu Archiepiſcopis, ita Archiepiſcopi pluribus præſunt Diœceſibus, ſeu Epiſcopia, qui Suffraganei dicuntur. Vnde Summus Pontifex Pelagius II. *epiſt.* 1. omnibus Epiſcopis, relatos *in cap. ſciote 6.*
quæſ. 3. aſſerit † Prouinciam eſſe, cui præeſt Archie- 11
piſcopus, quæ habet ſub ſe decem, aut vndecim ciuitates, & totidem Epiſcopos, notauit Rebuff. *in concord. tit. de collation. §. 1. verb. Metropolitana.* Sed meliùs Petr. Gregor. *ſyntagm. lib. 15. cap. 11. num.* 3. tenet ex aliis hanc Conſtitutionem perpetuam non fuiſſe, ſed nutu Principum, annotumque certicolo numerum Epiſcoporum fuiſſe conſtitutum in vnaquaque Prouincia, prout ſingulis magis expedire videbatur.
Vnde † Metropolitanum non à numero ciuitatum, 12
vt Iſidor. dicebat *in d. cap. Cleros*, ſed à matrice ciuitate appellari obſeruant Conar. *pract. cap. 19. num.* 2. & Forcatul. *dial. 61. num.* 4. quos refert, & ſequitur Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriachal. Sedium erect. cap. 1. num.* 23. Gambar. *de offic. legati de Latere, lib. 2. tit. de variis Ordinariorum nomin. num. 34. & ſeq.* Hinc colliges, quod Metropolitanus, & Archiepiſcopus idem ſunt, vt deduci poteſt ex text. *in cap. paſtoralis, in princ. de offic. Ordin. & in Extrauag. Saluator, de præb. inter comm.* vbi etiam habetur, quòd Metropolitana Eccleſia eſt grandioris honoris, & tituli ſuffraganea, quæ eſt ſub iuriſdictione, poteſtate, & ſubiectione Archiepiſcopi, & Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ, Imol. Zabarel. & Vital. *in Clem. Archiepiſcopo, de priuileg.* & in terminis quod Metropolitanus, & Archiepiſcopus idem ſint, expreſſè docent Bart. *in l. vnica, num. 2. de Metropoli Beryto. num. 2. lib.* 11. Gomez *in repet. cap. 1. num. 50. de Conſtit. in 6.* Panorm. *de officio, & poteſt. Capituli ſede vacante, prælud. 6. num.* 14. Raban. Maur. *de inſtit. Cleric. lib. 1. cap 5. de ordine tripartito Epiſcoporum*, Petr. Gregor. *ſyntag. part. 2. lib. 15. cap. 11. à num.* 2. Monet. *de conſeruator. cap. 5. à num.* 43. Mich. Ferrus *d. q. 4. n.* 2. bene Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. c. 1. n. 23. cum ſeqq.* Sunt tamen aliqui Archiepiſcopi, qui non ſunt Metropolitani, Azor. *inſtit. moral p. 2. lib. 3. cap. 33. quæſ. 1.* Homobon. *d. c. 6. verſ. ſi dicuntur.* inter alios, & Roſanen. & Lancianen. qui nullum habent Suffraganeum.

Ex quibus iam apparet, quoad poteſtatem iuriſdi- 13
ctionis Archiepiſcopos Primatibus eſſe inferiores, Epiſcopis verò ſuperiores: nam præcedunt veteres Epiſcopos honore, Gemin. *in cap. ſingulas il s. 9. q. 3.* & ſunt perſonæ magis priuilegiatæ, *cap. ſeruatus, & cap. igitur 25. quæſt.* 2. qoorum præſtantia aliquando appellatur Archiepiſcopalis dignitas, *cap. fin. de purgat. canon.* nonnunquam auctoritas Metropolitana, cap.

cap. fin. 51. *dist. cap. sollicitudinem, de appellat.* probat etiam text. *in cap.* 1. 80. *dist. cap.* 1. 99. *dist. de offic. Legati, cap. ad reprimendam, cap. duo simul, cap. pastoralis, de officio Ordin.* cum aliis, quibus habetur Suffraganeos lege Metropolitana Archiepiscopis esse subiectos, non ita eorum subditos, exceptis casibus speciatim Iure expressis, de quibus, huiusque dignitatis privilegiis agunt scribentes *in d. cap. pastoralis*, plenè Rufæ. *in tract. de praeminentia Archiepisc. dignitatis*, Stephan. Quaranta *in tract. de praestantia Archiepiscopi, & eius auctoritate in suffraganeos, eiusque subditos, & in tota provincia, & in sum. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas*, Læl. Zech. *tit. de statu Reverendiss. Archiepiscoporum*, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscopalis Neapolitana, cap.* 70. *per totum in noviss. edit.* Petr. Gregor. *d. cap.* 11. Henriq. *in summ. lib.* 11. *cap.* 30. *cum seq.* Cassan. *in catalogo gloria mundi, part.* 4. *consid.* 10. *cum seqq.* Azot. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 34. *quaest.* 9. *cum seqq.* qui omnes, præcipuè Læl. Zechi. benè notant Archiepiscopos in propria Diœcesi Episcopalem iurisdictionem exercere, in aliis verò suffraganeorum Metropolitanicam, neutram tamen posse exercere antequam pallium recipiant, de quo *in cap. significasti, de elect. & in c. nisi specialis, de auctor. & usu pallij, & in cap. antiqua. de privileg.* & latiùs dicemus *infra tit.* 4. Et quòd Archiepiscopos sit iudex Ordinarius omnium Episcoporum suæ provinciæ tradunt Anastas. Germon. *de sacr. immun. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 33. & 44. Marc. Anton. Genuens. *d. praxi Archiep. cap.* 71. *n.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 41. *num.* 16. & plures, quos citat Monet. *de commutat. ultim. volunt. cap.* 5. *num.* 180.

14 Quarto deinde loco Episcopi ponuntur, quos Presbyteris diuina ordinatione superiores, suprà *cap.* 2. *num.* 16. diximus, vbi etiam ostendimus eorum nomen deduci à verbo Græco σκοπεῖν, quod attendere, inuigilare, seu speculari significat; & meritò Ecclesiarum Prælati Episcoporum nomine nuncupantur, quia præcipuum eorum munus est pro subditorum spirituali salute diligenter inuigilare, iuxta illud Actor. 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei*, vt scilicet excessus corrigant, moresque in melius reforment, ne subditorum sanguis de manibus Prælatorum requiratur, vt ait text. *in cap. irrefragabili, in princ.* iuncto *cap. inter caetera, de officio Ordin.* Vnde primò habet officium ducis, *c. post translationem, de renunt.* vt rectum iter subditò ostendat, ne ambo in foueam cadant, *cap. qua ipsis* 38. *dist. cap. cùm sit, de aetate, & qualit. Secundò*, habet officium magistri, cùm regimen animarum sit ars artium, *c. pen. de aetate, & qual. Tertiò*, habet officium præfecti vigilum, vt sic caueat à negligentia, cùm pretiosissimæ omnium animæ sint commissæ, & culpa eius fit si oues auferantur, & ipse nescit, *cap. pen. de reg. iur. l.* 2. *ff. de offic. praef. vig. Quartò*, habet officium militis armati, cuius tamen arma sunt lachrymæ, & orationes, *cap.* 3. & 2. 23. *quaest.* 8. *Quintò*, habet officium gladiatoris, cuius mucro est excommunicatio, *cap. visis* 16. *q.* 2. *Sextò* agricolæ, vt euellat, dissipet, & plantet, *cap. solita, vers. postussa, de maiori. Septimò* correctoris, *cap. transmissam, de electiom. c. qualiter* 2. *de accusat.* vt sic corrigat peccantes: sunt etiam Episcopi Legati CHRISTI, & eius Locumtenentes. Vnde Petrus Apostolus dixit: *Zacchaeum vobis ordinaui Episcopum, quem quasi Christi locum seruantem honorare debetis, obedientes ei ad salutem vestram*, quod S. Clemens retulit *lib.* 3. *recognitionum* Idem Clem. *epist.* 3. *Omnis Pontifex Sacro Chrismate perunctus, & in Ciuitate constitutus, charus, & pretiosus hominibus oppidò esse debet, quem quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent.* S. Anacletus *epist.* 2. & 3. *Episcopi à Christo missi sunt, & eius funguntur legatione; & Apostolis decedentibus in eorum locum successere Episcopi.* Euaristus Papa *epist.* 2. *Sacerdotes vice Christi legatione funguntur in Ecclesia: & sicut ei sua est coniuncta sponsa, hoc est Ecclesia, sic Episcopi iunguntur Ecclesiae vnicuique pro portione sua.* Eusebius Papa *epist.* 3. *Caput Ecclesiae Christus est, Christi autem Vicary Sacerdotes* (id est Episcopi) *sunt, qui vice Christi legatione funguntur in Ecclesia: sunt item Angeli, & oculi Domini, claues Ecclesiae, atque columnae.* Vnde Sacer Dionys. *lib.* 2. *de Ecclesiast. hierarchia cap.* 7. *pag.* 3. *Diuinus Antistes, vt scripta diuina testantur, interpres est Diuinorum iudiciorum, Angelus enim est Domini Dei rerum omnium propotentis.* Sanctus Clemens *epist.* 1. *Petrus Apostolus Episcopos claues Ecclesiae, & oculos Domini esse dicebat.* Pius Papa, *Episcopi à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit.* Clemens V. *in Clem.* 2. *§ nec super, de poenis Episcopi spirituales sunt patres, nostrique fratres, & Coepiscopi, columnae comprobantur Ecclesiae.* Et S. Gregor. *ad Maurit. Augusi. lib.* 4. *epist.* 75. *Quid ergo mirum si illos vestra pietas dignatur honorare? id est, Episcopos, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipsos etiam appellat Deus.* Idem Clemens *lib.* 2. *Constit. Apostolicarum cap.* 30. *Episcopus est post Deum Pater vester, is Princeps, & Dux, & Rex vester, denique is terrenus Deus post Deum, cui à vobis honor debetur.* S. Ignat. *epistol.* 7. *Ego dico, honorate Deum auctorem omnium, & Dominum Episcoporum tanquam Principem Sacerdotum, Imaginem Dei ferentem principatum quidem secundum Deum, Sacerdotium verò secundum Christum.* Prosper Aquitan. *lib.* 2. *de vita actiua, & contemplatiua cap.* 2. sic ait: *Episcopi per Dei gratiam fiunt Diuinae voluntatis iudices, Ecclesiarum Christi post Apostolos fundatores fidelis populi duces, veritatis adsertores, praua doctrina hostes, omnibus bonis amabiles, & malè sibi conscijs etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, Patres in Fide Catholica regeneratorum, Praedicatores coelestium praemiorum, exempla bonorum operum, documenta virtutum, & forma fidelium. Ipsi sunt Ecclesiae Decus, in quibus amplius fulget Ecclesia, ipsi columnae firmissimae, quibus in Christo fundatis, innititur omnis multitudo credentium: ipsi ianuae ciuitatis aeternae per quas omnes, qui credunt, ingrediuntur ad Christum: ipsi ianitores, quibus data sunt claues regni Caelorum: ipsi etiam dispensatores regia domus quorum arbitrio in aula Regis aeterni diuiduntur gradus, & officia singulorum.* Hæc lubenter ex Prosper. descripserunt Concil. Parisi. *lib.* 1. *c.* 4. & *lib.* 3. *cap.* 9. & Concil. Aquisgran. II. sub Ludou. Pio *p.* 4. *c.* 5.

Vt igitur commodiùs Episcopi pro subditorum salute inuigilare possent, singulis singulæ Diœceses distinctæ fuerunt, quæ sub se plures Parochos continent; itaut quemadmodum omnes Orbis Ecclesiæ vni subsunt Romano Pontifici, & plures Prouinciæ, & Archiepiscopi suo Primati, & plures Episcopi suo Metropolitano: ita suo Episcopo plures subessent Parochi, vt omnia cum ordine, & sine confusione ad laudem Dei, & Ecclesiæ ædificationem fierent, & ne Clerici, cæterique fideles acephali, id est, sine capite essent, vt benè explicat Concil. Trident. *sess.* 14. *de reform. c.* 9. & *sess.* 24. etiam *de reform. c.* 13. *in fine*, prosequitur Petr. Greg. *d. lib.* 15. *c.* 12. *n.* 32. & alij, quos refert Henriq. *d. lib.* 10. *c.* 32.

Ea his autem Episcopis aliquos diximos titulares esse, quia scilicet solum titulum Ecclesiarum habent, populo tamen carent, & Clero Christiano, atque etiam facultatibus, & ideo nulla tenentes dicuntur, secundùm Iacobat. *de Concilijs lib.* 1. *pag.* 70. & 84. & Mandos. *in reg.* 26. *Cancel. de beneficijs vacantibus* 15

cantibus per promotionem q. 4. num. 5. quales ſint illi,
qui aſſumuntur ad titulum Eccleſiarum,& Prouin-
ciarum , quæ à Sarracenis , vel aliis infidelibus oc-
cupantur,de quibus agit text. *in Clem. in pleriſque,de
elect.* commemorans incommoda , quæ proueniunt
ex iſtorum prouiſionibus. Et quòd Papa poſſit con-
ſtituere Epiſcopatus in terris infidelium, per doctri-
nam Baldi,& Angeli *in l.id quod ff.de legatis* 1.latè re-
ſoluunt Alphonſ. Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris
Pontificij cap.* 31.*pag.*77. *cum ſeqq.* Valenzuel.*conſ.*26.
*num.*32. *tom.*1. Maurit.de Alzed.*de præcellent Epiſcop.
dignit.pag.*1. *cap.*3. *num.* 43. & latè Ego ipſe *infrà hac
parte* 1. *tit.*3. *cap.*2. *num.* 47. &quamuis hos Epiſco-
pos ſine cauſa eſſe in Eccleſia liberè ſcripſerit Can.
*de locis theologicis lib.*5.*cap.*2.*pag.*293. illóſque aliqui-
bus minus honorificis epithetis ſoleant alij afficere,
cùm aliquando dicantur portatiles, ſeu commoda-
titij, vt refert Ioan. Quintin.*in rep.cap.de multa n.*50.
de præbend. nonnunquam etiam appellentur ambula-
torij, portatiui , & mobiles , vt refert Petr. Gregor.
*ſyntagm. Iuris lib.*15. *cap.*12. *de Epiſcopis num.* 44. nec
defuerint qui aſſererent illos propriè non eſſe Epi-
ſcopos,ſed abuſiuè,vt conſtat ex adductis à Mandoſ.
*d.n.*5.& Ludou.Gomez *in reg.de annali poſſeſſore q.*47.
accedit etiam,& ex libro qui inſcribitur, *Piorum clypeus
q.*34.*art.*3. Attamen verè Epiſcopi ſunt,& vt tales ab
omnibus Catholicis honorandi , vt tetigit Ioann.
Quintin.*in repet.c.de multa n.*44.*de præb.* itaut contra-
rium cum pertinacia aſſerere eſſe hæreticum aduer-
tat Paul.Gryſald.*in deciſ.Catholica Fides,verb. Epiſco-
pus n.*10.& ſic meliùs eorum neceſſitatem contra no-
ſtræ tempeſtatis hæreticos explicat Pet. Bollus *in*
16 *OEconomia Canonica claſſe* 3. *c.*2. §.4. † Finis autem
principalis,quo eiuſmodi titulares Epiſcopatus con-
ferri & acceptari debent,ille eſſe oportet , vt benè
mouet Petr.Greg.*d.c.*12. *n.*45. vt eò,vbi ſunt prouiſ-
ſi,proficiſcantur,& experiantur,ſi ex grege Domini-
co oues aliquas,vel vnam priſtinæ ſaluti reſtituant,
exemplo boni paſtoris : vel qui ibi ſunt fideles, in fi-
de,& religione ſollicitè conſeruent, aut nutriant, vt
ſanctè,nec ſine fructu,feciſſe Bartholomæum Bono-
nienſem declaratum Armeniæ Archiepiſcopum, ex
Turriano refert Bollus *vbi proximè:* qui quidem Bar-
tholomæus Ordinis Prædicatorum in Catalogo
Beatorum Epiſcopatus Bononien. relatus eſt,vt ap-
paret *in fine* Archiepiſcopalis Bononienſis Illuſtriſſi-
mi Archiepiſcopi Gabrielis Paleothi S. R. E. Cardi-
nalis,vbi refert dictum Beatum Bartholomæum flo-
17 ruiſſe anno Domini MCCCXXXV. † Nec minus
iuſta cauſa eſt inſtitutionis horum titularium Epi-
ſcoporum,quam probat ipſe Bollus,& apud nos fre-
quentior eſt,vt ſcilicet dentur à Romano Pontifice,
velut coadiutores Epiſcopis infirmis , ſenibus , aut
alis ſimili ratione impeditis,vt deducitur ex text. *in
c.paſtoralis,& in c.petiſti,& in c.non autem* 7. *q.*1. *& in
c.ex parte,de clerico ægrotante.*

18 Vnde quamuis propriam Diœceſim non habeant
vbi nomine proprio functiones Epiſcopales exer-
ceant, non tamen debent debito Epiſcopali honore
fraudari : indignum namque eſt quod accidens pe-
cuniæ magis , quàm ſubſtantia Ordinis Epiſcopalis
habeatur, arg. text. *in cap. acceſſorium,de regulis iuris,
in* 6. cum ibi notatis. Dicebat enim S. Hieronym. *in
epiſt. ad Euagrium Epiſcopum,* quòd potentia diuitia-
rum,aut paupertatis humilitas,ſublimiorem, vel in-
feriorem Epiſcopum non facit,vt habetur *in cap. le-
gimus in Iſaia,verſ.vbicumque* 93. *diſt.* vbi notabiliter
gloſſ.*in verb.eiuſdem meriti,* dicebat quòd viri ſapien-
tes , periti , ac diſcreti ita ſentiant ; idiotæ verò ac
vulgares homines ſolent contemnere Epiſcopos
abſque magnis redditibus ; vide Petr.Anch.*in Clem.
in pleriſque num.*5.*de elect.* Aluar.Pelag.*de planctu Ec-
cleſiæ,lib.*2.*cap.*17. Mandoſ.*dict.quæſt.*4. *num.*2. De his
titularibus Epiſcopis tractatum edidit Hieronymus
Vielmius, & aliqua tradit Alphonſ. Aluarez Guer-
rero *in ſpeculo iuris Pontificij , cap.* 31. His proximi
ſunt Epiſcopi , qui loco Epiſcopatus renuntiarunt,
de quibus *in cap.*1.*de ordinatis ab Epiſcopo,qui Epiſco-
patui renunciarint,* de quibus *infr.alleg.*48.*n.*1. Conue-
niunt autem omnes , quia nullus poteſt alienos ſub-
ditos ſine expreſſa proprij Epiſcopi licentia ad Or-
dines promouere, etiamſi in loco nullius Diœceſis
ſedem ſibi eligant , vt obuians fraudibus decidit
Conc.Trid.*ſeſſ.*14.*de reform.c.*2.& dixi *infr.p.*2.*alleg.*6.
Huiuſmodi titulares , qui à ſedibus ſuis propter- 19
uia inimicorum expulſi ſunt , ac ſubinde ſubditos
habent , & Diœceſim cum Chriſtiano populo, &
Clero, ad quam tamen propter perſequentium me-
tum accedere non poſſunt , de quibus text. *in Cle-
ment.* 1. *de foro competenti,* ab illis, de quibus egimus
ſupr. ex num. 15. differunt,quia iuriſdictionem reti-
nent , eaque in aliena Diœceſi in ſubditos ſuos vti
poſſunt, eiſque Ordines conferre , petita , quamuis
non obtenta licentia Diœceſani , iuxta differentiam
eiuſdem Clem.notat Iacobat.*de Concilijs lib.* 1. *p.* 70.
hinc reſoluens quæſtionem difficilem, † an omnes 20
Epiſcopi ad Concilium vocandi ſint , & admittendi
etiam titulares ? Quamuis enim partem negatiuam
in aliis , quos nulla tenentes appellant , ſequantur
Doctores communiter,vt per Can. *d. loco,* Ban. 2. 2.
q. 1.*art.*10.*notab.*2. *pag.mihi* 101. quem refert Cened.
*ad Decretal.collect.*108. *num.* 3. & controuertant alij,
de quibus Iacobat.*dict.tract.lib.*2. *pag.*85. ea ratione,
quia ſecundùm multos hoc magis Ordinis poteſta-
tem reſpicit, quàm iuriſdictionis, quod falſum puto
ex modò relatis ; ceſſat tamen difficultas in expulſis
à ſuis ſedibus,de quibus proximè, quia & Ordinem,
& iuriſdictionem retinent Epiſcopalem , ſubinde-
que nulla eſt ratio , quare excludi debeant. De quo
tamen vide *inf alleg.*93.*ſub n.*1.
Vltimo tandem loco diximus ab aliquibus inter 21
Epiſcopos poni Chorepiſcopos , qui mouentur eo
argumento,quia Subdiaconatum, & minores Ordi-
nes conferebant , aliaque exercebant munera ſolis
Epiſcopis propria, vt probat text. *in cap. quamuis* 68.
diſt.& apud Antiochenum Concilium *can.* 10. rela-
tum *tom.* 1. *Concil. pag. mihi* 322. vbi etiam legitur
Chorepiſcopos manuum impoſitionem Epiſcopo-
rum percepiſſe , & vt Epiſcopos conſecrari ſolitos,
ſcribuntque ſic dictos à χώρα , quod Græcè , pagum,
ſeu villam, aut locum ſignificat, quaſi in pagis, & in
villis , & loco Epiſcoporum , atque eorum Vicarij
ſint conſtituti ad Epiſcopalia munia obeunda , qua-
les dicunt hodie eſſe Epiſcopos titulares , de quibus
proximè. Ita Petr. Greg.*dict.cap.*12. *à num.*46. Illeſc.
*in hiſtor.Pontific.lib.*2.*cap.*6. Alzed.*d.p.*1.*c.*3. *num.*47.
Pet. Sot. *lect.* 2. *de ſingulorum ordin. officijs, verſ. illud
etiam.* † Verùm non de omnibus hoc verum eſſe,ſed 22
de aliquibus, qui conſecrationem Epiſcopalem ac-
cipiebant, verum agnoſcit Cardin.Bellarm.*in contro-
uerſ.Catholic.tom* 1.*controuerſ.*5.*de clericis lib.*1.*cap.*17.
Sed obſtat , quòd ſi Epiſcopi ſunt , cur non Diaco-
natum , & reliqua Epiſcopalia munia exercere poſ-
ſunt , vel in locis ſibi deputatis , vel ſaltem conſen-
tiente Epiſcopo Diœceſano exequuntur , quod ta-
men prohibet *d c. quamuis* ; deinde ſi Epiſcopi ſunt,
quomodo in pagis , & villis conſtituuntur , contra
regulam text.*in cap.* 1. *de priuileg. & in cap. illud,& in
cap. Epiſcopi* 80. *diſt.* quibus probatur ſolum maiori-
bus Ciuitatibus eſſe præficiendos. Obſtat tandem
cap.

c. Chorepiscopi, ead. dist. 68. vbi Damasus Papa Chorepiscoporum institutionem improbat, vt prauam & Sacris Canonibus, & Scripturæ contrariam, quia in illis nullum habent fundamentum, sed potiùs constat solos duos gradus maiorum, & minorum Sacerdotum Christum Dominum instituisse: vnde cum Synodo Neocæsariensi sic liceat colligere, CHRISTVS Dominus solos duos gradus, Episcoporum scilicet, & Presbyterorum instituit; Chorepiscopi non sunt Episcopi, vt ipsa nominis etymologia sonat, quia loco sunt Episcoporum. ergo vt Presbyteri sint oportet, quòd si despiciunt esse Presbyteros, nihil sunt; nam tertius Ordo nec Sacris Literis, nec Pontificiis Canonibus reperitur. Quare concludendum est, Chorespicopos ea Ecclesiæ institutione nihil aliud fuisse quàm Presbyteros, quibus credebantur res præcipuæ temporales, & cura pauperum, & eleemosynarum, & aliqua ministeria Episcopalia, veluti vt conferrent minores Ordines, inter quos erat Subdiaconatus illis primis temporibus, *c. erubescant 32. dist. c. miramur. de seruis non ordinandis*, & diat *pag. 2. alleg. 14. in princip.* & sic postea eorum ambitione crescente gerebant se pro Episcopis, suóque officio non contenti audebant maiores Ordines, & omnia Episcopalia exercere, & aliquando consecrationem, quæ Episcoporum est propria, extorquebant, & ideò meritò eorum Ordo ab Ecclesia damnatus est *in d. cap. Chorepiscopi.* & post antiquiores explicat Contad. Brun. *de Ceremoniis. lib. 3. cap. 4.* Carranz. *in summa Concil. in Damasi epistol. 4 pag. mihi* 77. Bollus *vbi suprà*, & latè post multos, quos refert Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 23. §. 2.*

23 Prædictos omnes Episcoporum gradus quamuis quoad Ordinis potestatem ipso iure Diuino institui non differant, vt suprà *c. 1.* probauimus, quoad tamen prælationum, & dignitatum gradus ex Ecclesiæ institutione, & ab ipso iure humano processisse probant text. *in cap. in illis, & in cap. nulli 99. dist.* vbi primatuum institutio refertur ad Apostolos, & eorum successores, Nam certum est omnem potestatem regiminis, seu iurisdictionis immediatè prouenire ab ipsa Ecclesia, & saltem quoad modum, & inter singulos inferiores distributionem à Romano Pontifice pendere, & consequenter ab humano iure, *cap. ita Dominus 19. dist. cap. quoties 24. quæst. 1.* explicat Suar. *tom. 4. disp. 25. sect. 1. à num. 4. & præcipuè num. 10.* Igitur quamuis fateri oporteat istos Prælatos quoad Episcopalem Ordinem qui apud omnes vnius est, iuri Diuini esse, quoad potestatem tamen iurisdictionis, seu regiminis, per quam distinguuntur, iuris esse humani, vt bene explicant Francisc. Borsat. *cons. 125. num. 45. vol. 1.* Onuphr. Pauin. *de Primatu Petri pag. 3. dissuas. 6. pag. 243.*

24 Verùm huiusmodi maiores prælationes Primatuum, & Archiepiscoporum ad Ius Diuinum esse referendas contendunt Rusæ *d. tract. in præfat. in princip.* Pigh. *de Ecclesiast. hierarch. lib. 3. cap. 1.* Henriq. *d. lib. 10. cap. 30. in princip.* Duen. *reg. 72. limit. 2.* Pro

25 quibus facit auctoritas tex. † *in cap. 1. 99. distin.* ibi *diuinæ, & Ecclesiastica leges poni, & esse iusserunt*, cum aliis, quæ ex D. Paul. *ad Ephes. 4.* tradit Pigh. *de diuersitate ministrorum in Ecclesia Dei*, refertur *in cap. cùm ex iniuncto, de hæreticis.*

26 Prima tamen opinione vti veriori retenta Borsat. *d. cons. 125. à num. 16.* respondet ad prædictas auctoritates, quibus probari videtur harum dignitatum institutionem ad legem diuinam esse referendam, vt scilicet loquantur de lege Diuina latissimè sumpta, iuxta quatuor modos, quos ibi explicat secundùm primum, prout dicitur de lege Canonica, vt *in cap. nimis, de iureiurando, & cap. in scripturis 19. dist.* Verùm meliùs considerabis in Patriarchis, seu Primatibus duo distincta reperiri, Episcopalem scilicet Ordinem omnibus communem, ex ipsius CHRISTI institutione, & regimen Prælationis ex Apostolorum ordinatione; non impropriè igitur Patriarchas leges Diuinæ poni iusserunt, si Ordinis potestatem respicias, atque sollicitudinem Episcopalem, quæ omnibus Episcopis communis est, atque etiam Ecclesiasticæ, quatenus ad prælationem spectat. Neque nouum est quod idem nomen Primatis ea eadem oratione iuxta diuersos respectus diuersimodè accipiatur, scilicet respectu legis Diuinæ, quoad Episcopatus Ordinem, respectu Ecclesiasticæ quoad prælationem, sicut videmus *in cap. in aliquibus §. ille quippe, de decimis*, quia decimæ respectu congruæ sustentationis ad legis Diuinæ debitum referuntur, respectu quotæ ad consuetudinem, vt post Couar. *lib. 1. var. cap. 17. num. 2.* testatur tenere Theologos omnes; Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 21. num 9.* & sub prædicta distinctione docent Zerol *in praxi Episcop pag. 1. verb. decimæ in princ.* Antonius Fernandez Lusitan. *in examine Theologiæ moralis part. 1. ad 7. præceptum Decalogi cap. 13. §. 3.* Malderus *de iustitia, & religione tractat. 10. tit. de decimis dub. 2. § contraria nihilominus*, Moneta *de decimis cap. 1. quæst. 2. num. 27.*

Post summum Pontificem, triplicem ordinem 27 Episcoporum suprà constituimus, *primò* Patriarcharum, de quorum præcedentia inter se infrà egimus hac *p. 1. tit. 3. c. 1. à princ.* & ex professo Mich. Ferrus *de præcedent. & prælat. Eccles. q. 33. per tot. Secundò* Archiepiscoporum, tertiò Episcoporum, illi enim præferuntur qui fuerint Primates, seu Patriarchæ; Ferrus *d. tract. q. 4. n. 7.* sed si fuerint simpliciter Archiepiscopi, clarior & dignior ille erit, qui maiori Patriarchæ subditus fuerit; & inter Archiepiscopos, Primates, seu eiusdem Patriarchæ subditos, præcedet ille, qui aliquod priuilegium, exemptionem, dignitatem, seu officium præter Archiepiscopatum habuerit: tandem data iterum paritate recurrendum erit *primò*, ad antiquitatem promotionis, *secundò*, ad gradum, *tertiò*, ad virtutem, *quartò*, ad nobilitatem; ita Mich. Ferrus *d. tract. quæst. 4. num. 18. & 19.*

Inter ipsos autem Episcopos ordo prioritatis, & 28 ordinationis, seu consecrationis erit obseruandus, Cærem. Roman. *lib. 1. cap. 32. §. in sessione verò*, citati *hac ead. p. 1. tit. 3. cap. 8. num. 66.* & nouissime Ferrus *d tract. q. 27 n. 6.* vbi subdit quòd etsi alter Episcopus sit prior in data, & in consecratione posterior, alter verò in consecratione prior, & in data posterior, hic erit præferendus. Nec prælationis qualitatem infert quòd vnus maiorem habeat diœcesim, & maiorem iurisdictionem, seu vberiores fructus *cap. legimus 93. dist.* ibi, *potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit*, &c. *cap. sicut 96 dist.* vbi quòd parua ciuitas prærogatiuam Regni non minuit, Decian. *Resp. 19. num. 107. cum seqq. vol. 3.* Ferrus *d. tract. quæst. 9. num. 3. & q. 27. num. 9.* Minusque de præcedentia habenda ratio in Concilio si Episcopus simul sit alicuius Regis Consiliarius; nam sedere debet in loco proprio, & non debet cæteros antiquiores in Senatu præcedere, Vincent. de Franchis *decis. 138. num. 5.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 12. cap. 12. num. 11.* Aloysi Ricc. *in praxi aurea resol. 203. num. 3. in fine*, D. Contelor. *de præcedentia num. 20. cum seqq.* Ferrus *d. quæst. 27. num. 10.*

Limita *primò* in Episcopo existente intra suā diœcesim, quia in omnibus actionibus, quas ibi exercet, præcedit omnes Episcopos consecratione prio- 29

ses, & etiam Archiepiscopos, vt colligitur ex Cærem. Rnmano *lib.* 1. *cap.* 23. *fol.* 40. vbi Episcopus proprius thurificatur ante Archiepiscopum & Episcopum hospites, quando omnes præseotes sont in Vesperis, & Missa solemni; nam quisque in suo territorin maior est altero, gloss. *verb. potest in l. apud ff. de manumiss.* Boës. *tract. de authorit. magni Consil. num.* 54. Besold. *differt. de praced. cap.* 3. *num.* 5. Ferrus *d. tract. q.* 4. *num.* 6.

30 Limita *secundò*, eo casu, quo concurrant duo Episcopi, quorum vnus sit titularis tantùm, cleroque carens, & sit prior in consecratione, alter aotem habeat populum & clerum, & sit iunior; nam tunc hic posterior erit proponendus, quia licèt antiqnitati deferatur in præcedentiis, hoc inter pares intelligitur, noo autem vbi mndernior est dignior; ita Illustriss. D. Acuña *in cap.* 7. *num.* 1. *dist.* 18. Ferrus *d. tract. quast.* 27. *num.* 7. vbi *num.* 8. subdit inter Episcopos titulares tantùm pro prærngatiua danda iospiciendum, an quis sit exemptus, vel an habeat aliud officium, seu dignitatem præter Episcopatum, vel sit subditus maiori Archiepiscopo & Patriarchæ, vel sit Doctor, virture clarus, aut oobilis: quamuis Menoch. *cons.* 52. *num.* 89. existimet Episcopum titnlarem antiquiorem rempore præcedere Episcopum aliàs ditissimum.

31 Limita *tertiò*, in Episcopo habente officium in Cnria Romana, qui cæteris antiqoioribus Episcopis præfertur, vt coosuluit Menocb. *consil.* 126. *num.* 14.

CAPVT VII.

De Episcopatuum, & Diæcesum diuisione.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatuum diuisio qualiter à Diuo Petro sancta fuerat? ostenditur.*
2 *Pralatorum Ecclesiasticorum gradus ad imitationem Gentilium, eorumque Flaminum, & Archiflaminum Diuum Petrum ordinasse, qui teneant? ostenditur.*
3 *Pralatorum ecclesiasticorum gradus ad Caelestis Hierarchia similitudinem institutos fuisse verior tenet sententia.*
4 Cap. in illis 80. dist. & in cap. 1. 99. dist. *declaratur.*
5 *Roma deiecto summo idololatria pontificatu, subrogatum est caput totius terrestris sanctitatis, Summus scilicet Christiana Religionis Pontifex.*
6 *Flamines à quibus, & ad quid instituti? remissiuè.*
7 *Diæceses, & Parochia olim à Summis Pontificibus, prasertim à Dionysio I. distincta fuerunt.*
8 *Diæcesis quid sit? ostenditur.*
9 *Diæcesis vna non est in duas diuidenda.*
10 *Diæcesum fines, de quibus constat, prascribi non possunt.*
11 *Diæcesum fines qualiter probentur? ostenditur.*
12 *Episcopi in maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus sunt praficiendi.*
13 *Parochi, seu Plebani in Castellis, & modicis Ciuitatibus ab Episcopis ponuntur.*
14 *Plebani non omnes sunt Parochi, sed illi tantùm, qui maius habent beneficium.*
15 *Parochiarum diuisio à Dionysio Pont. incæpit.*
15 *Ciuitatis ad substantiam requiritur, quòd habeat Episcopum, secundùm vnam sententiam, cuius contrarium ponitur* num. 17. *& sub distinctione resoluitur* num. 18.



VT meliùs, quæ vniuerso Christiano 1
populo opus sunt, prouiderentur, &
vt perturbatio omnia, & confusio
tolleretur, vtque cum ex fidelibus
aliquis crearetur Episcopus, illicò
sciret quatenus facultas sua, iurisdi-
ctióque exteodeterur, rectè Diuus Petrus vrbes, &
loca pro singulis Prælationis, & dignitatum gradi-
bus constituit, itavt, iis, in quibus apud Ethnicos
eraot primi eorum Flamioes, & prima iudiciaria po-
testas, scilicet Rectores Prouinciarum, Proconsules,
eorumque Legati præessent Patriarchæ, seu Prima-
tes: in iis verò in quibus erant Archiflamines essent
Archiepiscopi: in singulis verò reliquis ciuitatibus
præessent Episcopi, vt referunt Clemens Papa *in cap.*
in illis 80. *dist.* & Anacletus *in cap.* 1. 99. *dist.* † Vnde, 2
ad imitationem Gentilium, eorúmque Flaminum, &
Archiflaminom, Diuum Petrum ordinasse Ecclesia-
sticorum Prælatorum gradus existimant Petr. Gre-
gor. *syntagm. iuris, lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 1. Henriq. *in sum.*
lib. 10. *cap.* 30. *in princ.* nouissimè me citato *in hoc loco*
Mich. Ferrus *de pracedent. Eccles. q.* 27. *num.* 1. & sic hu-
iusmodi diuisionem vsque ab exordio nascentis Ec-
clesiæ inductam fnisse per constitutionem locorum,
& assignationem Diœceseon ioxta antiquam parti-
tionem factam ab istis ethnicis Principibus tenent
Petr. Gregor *de benefic. cap.* 4. *sub num.* 5. Lotter. *de re*
benef. lib. 1. *q.* 10. *num.* 7. & agnouit Rota *in Conchen.*
decimarum del Infantado 7. *Febr.* 1618. coram *Martino*
Andrea.

Verùm huiusmodi Ecclesiasticorum Prælatorum 3
gradus ad Cælestis Hierarchiæ similitudinem insti-
tutos fuisse magis pium, & Christianæ Religiooi
coosentaneum est vt dicamus: quemadmodum
enim in triumphante Ecclesia sunt Angeli, Throni,
Principatus; ita congruentissimo ordine in militan-
te mioistrornm Ecclesiasticorum officia distioguun-
tur per Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & cæ-
teros gradus, de quibus *in cap. Clericos* 21. *dist.* com-
probant Rusæ. *in tract. de praeminentia Archiep. digni-*
tatis in prafat. à princ. Pigh *de Ecclesia. hierarchia, lib.* 3.
cap. 1. † Auctoritatem verò Clementis, & Anacleti 4
in præcitatis Iuribus meliùs explicabis, si dicas Di-
uum Petrum ad abolendam idolorum memoriam
ordinasse, vt in illis locis, in quibus impiè. eorum
Flamines sacra faciebant, eisdem nominibus, diuerso
tamen, sanctóque Sacerdotio, veri & Sancti Sacer-
dotes, veri Dei constituerentur: sicut † Romæ de- 5
iecto summo idololatriæ Pontificatu, subrogatum
est caput totius terrestris sanctitatis, Summus scili-
cet Christianæ Religionis Pontifex, vt eleganter ait
D. Ambros. relatus *in cap. Beati,* 2. *q.* 7. & Leo Ponti-
fex *in sermone* 2. *de Natali Petri.* † Qui autem fue- 6
rint Flamines, à quibus, & ad quid instituti? Vide
apud Alexand. ab Alexandro *dierum genialium, lib.* 6.
cap. 12. & Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum, lib.* 4.
cap. 24.

Est igitur *primò* sciendum olim à Summis Pon- 7
tificibus, præsertim verò Dionysio I. vt habetur *in*
cap. 1. 13. *q.* 1. & *in eius vita* Platina existimauit, fue-
runt Diœceses, & Parochiæ distinctæ, & vnicuique
gregi proprij assignati pastores, & inferiorum Ec-
clesiarum Rectores, vt dicitur *in cap. pastoralis, de iis,*
qua fiunt à Pralatis, qui suarum omnium singuli cu-
ram haberent, vt inquit Concil. Trid. *sess.* 24. *de refor-*
mat. cap. 9. & cum Dionysio videtur transire Rota
in

in *Theatina iurisdictionis* 4. *Maij* 1612. coram *R. D. meo Coccino Decano.* Vnde malè sentiunt, qui partitionem, & assignationem Diœceseon attribuunt Magno Constantino, quas reprobat post Baron. Spondan. *in an.* 675. *num.* 8. Quare cùm Episcopus non habeat Diœcesim ex se, aut ab alio inferiori, sed ab ipso Summo Pont. non poterit auctoritate sua illam minuere, aut dismembrare, constituendo territorium distinctum à proprio territorio: nam id solum pertinet ad Papam ex speciali eius priuilegio, Host. *in cap. cùm contingat, num.* 1. *de foro comp.* vbi Ioan. Andr. *sub num.* 4. *vers. alij dicunt.* Butr. *sub num.* 11. *vers. si quæritur*, quos refert, & sequitur Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 17. ab arbitrio enim Summi Pont. pendet mutatio Diœceseon, qui multorum annorum euolutione ducti non semel nouas Ecclesias Cathedrales constituerunt, mutarunt, & alterarunt, Petr. Greg. *syntagm. iuris, lib.* 15. *cap.* 12. *num.* 4. Lotter. *d. q.* 10. *n.* 17. & 18. vbi *à num.* 19. differit ex quibus causis Summi Pont. dismembrationes istas nouasque erectiones Cathedralium facere possint? & *q.* 11. *à num.* 30. ait cauendum esse à glos. *in verb. diuisiones, in cap. lege Imperatorum* 10. *dist.* quæ pronuntiauit Papam inuito Episcopo non posse diuidere Episcopatum præterquam ea causa.

8 Diœcesis autem est ciuitas, & territorium vbi Episcopus iurisdictionem habet in spiritualibus, *Clem. vnic. de suppl. neglig. Prælat.* Diœcesis enim dicitur, vbi est Episcopus, & Episcopatus, *cap. cùm pro vtilitate* 16. *q.* 1. gloss. *verb. Presbyteri in Clem.* 1. *de priuileg.* dicta à verbo Græco latinè quasi administratio, vel secundùm aliquos, diuisio, quia fines Episcopatuum diuiduntur, vt *in cap. vnio* 10. *quæst.* 3. & *in c. prouinciæ, & ibi glos.* 99 *dist.*

9 *Secundò*, est sciendum quòd vna Diœcesis non est in duas diuidenda, *cap. vnic. vlt. dist. cap.* 1. 10. *dist. cap. quoniam, de offic. Ordin.* facilius enim duæ inuicem vniuntur, quam vna in duas diuidatur: quomodo autem diuidantur Diœceses inter Episcopum hæreticum conuersum, & eum, qui ei fuerat substitutus, docet Concil. Aphricanum, de quo *in cap.* 1. *de paroch.*

10 *Tertiò*, quòd fines Diœcesum, vel Parochiarum, de quibus constat, præscribi non possunt, *c. licet, cum seqq.* 12. *q.* 3. *c. super eo, de paroch.* glos. *in c. præterea* 2. *de transf.* Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. c.* 1. §. 17. *num.* 3. Hieron. de Monte *de finibus regundis cap.* 107. *n.* 2. Menoch. *consil.* 847. *num* 44. Maria *de iurisdict. p.* 1. *cap.* 16. *num.* 2. vbi *n.* 3. post Abb. *in c. super eo num.* 6. *de paroch.* dicit quòd vnus Episcopus cum titulo, vel si tantum effluxerit quòd non sit memoria hominum, poterit Episcopale eius præscribere in Ecclesiis alterius Diœcesis etiam in alieno territorio, & exemplificat in Episcopo Fesulano, qui in ciuitate Florentiæ habet Ecclesiam sibi subiectam cum toto illius Parochiæ populo. Si verò non sint certi, huiusmodi limites præscribuntur spatio triginta annorum, *cap.* 1. *cum seqq.* 12. *q.* 3. quod intra limites tantùm eiusdem prouinciæ locum habet: sed si Episcopus locum alterius Diœcesis conuertat ad Fidei Catholicæ vnionem, eum præscribit spatio trium annorum, nisi intra hunc terminum repetatur, *cap.* 1. *de præscript.* Balb. *de præscript.* 1. *p. quarto quæst.* 1. *in fine*, Cou. *in reg. possessor. p.* 2. §. 11. *num.* 8. Mench. *illustr. cap.* 72. *n.* 6.

11 *Quartò*, quòd probentur fines Diœcesum per libros antiquos, *cap. cùm causam, de probat.* Duen. *reg.* 157. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 5. *num.* 26. Mascard. *concl.* 196. & alij citati per me *in collect. ad d. cap. cùm causam num.* 3. *cum seqq.* & per testes *d. c. cùm causam*, etiamsi sint de auditu, Mascard. *concl.* 395. Farin. *in praxi crimin. pag.* 2. *quæst.* 69. *num.* 130. Cald. Pereira *de empt. cap.* 21. *num.* 15. & etiamsi sint singulares, dummodò rationem dicti sui afferant Mascard. *d. concl.* 395. *num.* 3. & *concl.* 369. *num.* 24. Farin. *d. pag.* 2. *q.* 70. *num.* 186. & per famam *d. c. cùm causa*, Hieron. de Monte *cap.* 55. *num.* 10. & *cap.* 66. *num.* 1. Aluar. *alleg.* 6. *num.* 9. & 10. Mascard. *concl.* 396. & & per alia media, de quibus egi *in collect. ad d. c. cùm causam.*

Quintò, quòd Diœcesum fines & diuisiones, si contingat dominia, aut regna temporalia mutari, non sunt immutandæ: neque enim Ecclesias Dei per discordias Regum diuisionis aliqua pati damna necesse est, vt dicit Nicol. Papa *in cap. hæc quippe, in fine* 3. *quæst.* 6. & *in cap.* 1. 9. *dist.*

Sextò, quòd præcepit Carthaginen. Concil. *in c. placuit* 2. 7. *quæst.* 1. vt nullus Episcopus alienas plebes vsurpet, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in Diœcesi collegam suum.

Septimò, quòd statuit Anacletus Papa *in cap. Epi-* 12
scopi cum seqq. 80. *dist.* & habetur *in cap.* 1. *de priuileg.*
ne Episcopi in castellis, nec in modicis ciuitatibus
constituerentur; ad honorabilem verò locum Epi-
scopus est titulandus & nominandus, ne vilescat no-
men Episcopi, vt inquit Præfatus Pontifex Anacle-
tus. Leo quoque Summus Pont. relatus *in cap. illud*
3. *quæst.* 1. *Episcopalia*, inquit, *gubernacula non nisi in*
maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oportet
præsidere: nam † in castellis, & modicis ciuitatibus 13
ab Episcopis ponuntur Presbyteri, quos Parochos
dicimus, seu Plebanos, de quorum officio vide mul-
ta, quæ tradunt Lælius Zechi. *de Republ. Ecclesiast.*
cap. 27. *cum seqq.* Lotter. *d. quæst.* 11. *à num.* 24. Boll. *in*
OEconomia Canonica classe 2. *cap.* 1. §. 1. Petr. Gregor.
d. lib. 15. *cap.* 24. bene aduertens *à num.* 12. † Plebanos 14
Parochos esse, non tamen omnes, sed illos, qui ma-
ius habent beneficium, in quo sunt capellæ, & de-
ducitur ex text. *in cap.* 2. *ne clerici, vel monachi in* 6. li-
cèt Abb. & alij *in cap. cùm ab Ecclesiarum, de officio Or-*
din. vtrumque id esse, & non differre existiment. Ti-
tuli verò, seu Ecclesiæ, in quibus Parochi ponuntur,
dicuntur parochiæ, † quarum diuisionem tam in Vr- 15
be, quàm in Orbe actu se fecisse auctor est Dionysius Pontifex, *in cap.* 1. 13. *quæst.* 1. de quo meminit text. *in cap. pastoralis, in princ. de his, quæ fiunt à Prælat.* & latè explicant Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 4. *cap.* 9. Nauar. *in cap. placuit à num.* 3. *de pœnit. dist.* 6. & multi apud Cencd *ad Decretal.* & *collect.* 104. *n.* 5. quibus pro ratione adde Suar. *de Religione tom.* 1. *tract. de decimis lib.* 1. *cap.* 21. *à n.* 4.

Octauò, quod Diœceses Episcopatuum non distinguuntur iuxta terminos dominij temporalis, sed plerumque vna diœcesis sese extendit intra fines alterius dominij, gloss. *verb. Diœcesis in Clem. Roman. de elect.* Hieron. de Monte *de finibus regun. quæst.* 75. *n.* 9. Seraphin. *decis.* 1341. *num.* 10.

Hinc opportunè quæres, an ad substantiam, &
esse ciuitatis requiratur, quòd habeat Episcopum?
Et prima facie videbatur affirmatiuè respondendum 16
per tex. *in d. cap. in illis*, vbi præcipitur, vt in maximis, & maioribus Ciuitatibus Primates, & Archiepiscopi ponantur, per singulas verò alias Episcopi, consonat *cap.* 1. *de officio Ordin.* ibi, *singularum Vrbium;* ex quibus in terris Christianorum solas illas dici ciuitates, quæ habent Episcopum, dicit Bald. *in l. ex hoc iure num.* 12. *ff. de instit.* & de iure Cannonico verum esse profitetur Alciat. *in d. cap.* 1. *de officio Ordin. num.* 1. *vers. aut loquimur de iure Canonico*, & de vsu Italiæ testatur Bart. *in l. vltim. num.* 3. *vers. nam in vsu, ff. de collegiis illicitis*, & *in extrauag. qui sint rebelles verb. Lombardia*, sequuntur Rebuff. *in concord. tit. de collation.* §. *volumus verb. in Ciuitatibus*, Card. Tusch.

*prælib.conclus.tom.1.litt. C.conclus.*280. *num.*15. & alij, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 101. *num.* 1. me citato *in hoc loco* Alzed.*p.*1.*cap.*6.*c.*1.

17 Verùm contrarium, imò non requiri ad substantiam,& esse ciuitatis, quod habeat Episcopum, probatur à Doctoribus communiter *in d. cap.* 1. *de priuileg.* vt post Abb.concludit ibi Deci. *num.*8. qui pro sua opinione illum text. dupliciter inducunt. *primò*, dum de maioribus Ciuitatibus loquitur, ac subinde in modicis, seu paruis contrarium supponit; *secundò*, dum decidit in Ciuitatibus ponendos esse, videtur supponere iam antea fuisse Ciuitates in quibus ponuntur: *tertiò*,& fortiùs probatur ex *d. c. Episcopi* 80. *dist.* dum prohibet ne in castellis,& modicis ciuitatibus Episcopi constituantur, sicque apertè probat dari modicas Ciuitates, quæ Episcopum non habent: *quartò* ostenditur, quia si ad esse, & substantiam Ciuitatis requireretur Episcopus, sequeretur quòd si ob delictum, vel aëris intemperie, vel aliam causam ciuitas priuaretur Episcopo, desineret esse Ciuitas, iuxta generalem regulam tex. *in l. Iulianus §. si rem ff. ad exhibendum*, cum similibus,& tamen sine Episcopo priuata adhuc Ciuitas remanet, vt in casu notabili Ciuitatis, quæ proprium occidit Episcopum, probat tex.*in cap.ita nos* 22.*q.*2.

18 In hac Doctorum contrarietate, vt certa ab incertis separentur, aduertendum est, quòd vel quæritur de iure gentium, & certum est eo attento Vrbes sine Episcopis fuisse, quos deinde in lege Euangelica ordinatos esse constat ex *cap. Vrbes* 80. *dist.* Aut quæritur de iure ciuili, dicendum est quosd priuilegia, Principis secularis requiri ac sufficere auctoritatem. vt sub distinctione resoluunt Rebuff. *in concord tit.de collat.§ statuimus* 2.*verb.in Ciuitatibus*, Castr. *in d.cap.*1.*de priuileg.num* 7. Abb. *num.*2. Deci. *à n.*18. Duenh. *reg.* 32. Aut quæritur de Iure Canonico, & verior est contra Bald.& Alciat.ac alios post illos adductos.

19 Qua opinione retenta non obstat text. *in d. cap. in illis*; tripliciter enim respondet Deci. *in d. cap.*1. *à num.*13. duo intellectus sunt principaliores. Primus quòd ad rationem boni regiminis pertineat, quod Ciuitas habeat Episcopum, idque solum re vera concludere ibi testatur. Alter verò quod sensus eorum sit negatiuus, quod Episcopi non ponantur in illis, sed in solis Ciuitatibus, atque ita quod sine Ciuitate Episcopus esse non potest: vnde quando nouus erigitur Episcopatus, villa, vel oppidum, in quo erigendus est, prius Ciuitatis honore decoratur, vt optimè probat text.*in d. Extrau. Saluator, vers. volentes, de præbendis, inter commun.* & post Batt.notat Petr. Gregor. *res benefic. cap.*17.*num.*2. non tamen è conuerso sequitur, quòd Ciuitas non possit esse sine Episcopo, imò contrarium concludunt prædicta fundamenta. Aut tandem de consuetudine quæritur, & fatemur ex testimonio Bart. & aliorum in locis supra relatis, Ciuitates dici omnes,& solas illas, quæ habent Episcopum, vel habuerunt; & sic intelliguntur, quæ docent manifestum signum demonstrationis quod sit Ciuitas, esse illud, quod habeat Episcopum, secundùm Perus. Deci. *in d.cap.*1.*num.*17.

Hucusque egimus de diuisione Diœceseon, & erectione nouorum Episcopatuum, nunc verò superest vt aliquid dicamus de translatione Cathedralium Ecclesiarum ex vno loco in alium, quæ plures extant,& domestica nostri Portugaliæ Regni exempla comprobant, in eo enim ex antiqua Egitaniensi ciuitate ad Guardiam, & ex Syluensi ad Faraonensem translatæ Episcopales Sedes fuerunt, quæ quidem translationes sine Papæ auctoritate fieri non possunt, *cap.*1.*de translat. Episc.* ibi, *& sedium commutationes,* &c. *cap. vnic. de excessib. Prælat. lib.*6. Lotter. *d.lib.*1. *quæst.*12. *num.*38. nec aliter fit quàm ex causis à Iure approbatis, de quibus latè agit Lap. *alleg.* 68. & Mandos. *de signatura gratiæ, §. translationes in* 2. *col. vers. translatio Ecclesiæ*, Rebuff *in praxi, tit. de translat. Episcop. num.* 4. *cum seqq.* per quam sanè translationem remanet destructus prior status respecto loci, Lap.*d alleg.*68. *num.*8. vbi adden. *in verb. chorus, vers. vltimus status Ecclesiæ*, in tantum vt non sit necessaria aliqua eius execratio: seu prophanatio ædificij: nam illa consecratio, quæ priùs adiacebat, seu simplex accidens, simul deficit, vt bene considerat Vgolin. *de officio Episcopi, cap.*28. *sub num.*4.*in* 2. *argument. vers. postremò consecratio*, nisi fortè prima Ecclesia verius dimissa quàm translata videri posset, Lap.*ibidem, sub eod.num.*3. quod fieri intelligitur cùm non transferetur titulus, sed prior Ecclesia dumtaxat secundæ pro commodiori seruitio circa diuina subiicitur, quo casu retinetur in prima Presbyter, in quo repræsentatur semper imago quædam antiqui status. Lap.*sub eod.num.*3 Lotter.*d.q.*12.*à num.*41. 20

Huic capiti subsequenter annectandam duximus nouam Episcopatuum omnium totius Orbis Christiani notitiam, quam, variarum Nationum in Vrbe existentium Collegio consulentes, multis additis Episcopatibus, aliisque noviter in Archiepiscopalem dignitatem euectis non sine magno labore in moderniorem redegimus statum, paternaque eorum vocabula summa diligentia inuestigantes. Illud maximè in præsentiarum aduertendum duximus, nostræ intentionis non esse in Archiepiscopatuum vniuscuiusque Regni ac Suffraganeorum ordine disponendo antiquioribus aliquod præiudicium inferre, cùm horum aliqua inuestigandi veri gratia ex alieno iudicio scripserimus. 21

EPISCO

OPATVVM OMNIVM
ΓIVS ORBIS NOVA, ET
EXACTA NOTITIA.



E, *antiquioribus S.R.E.*
dibus optantur.

Ost *ia.*
De ustr.DD.Card.pertinens,
cui d iterni. vulgò *Velletri.*
Port *rto.* } vniti.
S.R *Rufina.* }
Tus *ascati.*
Sab *bina.*
Pr *lestrina.*
Al *bano.*

sub Romano Ponti-
alterius Prouin-
ituti.
3INA.
oli.
a.
nedicti, Ordinarius, &

CAMPANIA.

	agni.
	Agni.
	Ferentino.
	Alatri.
	Veruli.
	Sora.
	Fondi.
Caietanus.	*Gaieta.*
Terracinensis.	*Terracina.*
Subiacensis.	*Subiaco.*

est Abbas Ordinis S. Benedicti Ordinarius, & exemptus.

IN TVSCIA.

Hortanus.	*Orti.*	} vniti.
Ciuitatis Castellanæ.	*Ciuita Castellana.*	
Nepesinus.	*Nepi.*	} vniti.
Sutrinus.	*Sutri.*	
Viterbiensis.	*Viterbo.*	} vniti æquè.
Toscanensis.	*Toscanella.*	
Volaterranus.	*Volterra.*	
Castrensis.	*Castro.*	
Ciuitatis Plebis.	*Ciuitta de la Pieve.*	
Montis Falisci.	*Monte Fiascone.*	} vniti.
Cornetanus.	*Corneto.*	
Lucanus.	*Luca.*	
Lunen Sarzanen.	*Luna & Sarzana.*	
Politianensis.	*Montepulciano.*	
Balneoregiensis.	*Bagnarea.*	
Vrbeuetanus.	*Oruieto.*	
Perusinus.	*Peruggia.*	
Ciuitatis Castelli.	*Citta di castello.*	

IN VMBRIA INFERIORI.

Spoletanus.	*Spoleto.*
Assisiensis.	*Assisi.*
Fulginatensis.	*Foligno.*
Nucerinus.	*Nocera.*
Reatinus.	*Rieti.*
Tudertinus.	*Todi.*
Ametinus.	*Amelia.*
Narniensis.	*Narni.*
Interamnensis.	*Terni.*

IN VMBRIA SVPERIORI.

Camarinensis.	*Camerino.*
Æsinus.	*Iesi.*
Fanensis.	*Fano.*

IN PICENO, SIVE MARCHA Anconitana.

Auximanus.	*Osimo.*	
Asculanus.	*Ascoli.*	
Anconitanus.	*Ancona.*	
Lauretanus.	*Loreto.*	} vniti.
Recanatensis.	*Recanate.*	

Lauretanam Ecclesiam in Episcopalem erexit Sixtus V. *constit.14.* incip. *Pro excellenti.*

Sunt & alij Episcopatus exempti in aliis Prouinciis, qui sub Archiepiscopis, ad quorum Concilia Prouincialia ire tenentur, collocabuntur.

Archiepiscopatus cum suis Suffraganeis.

IN TVSCIA, CORSICA, ET LIGVRIA.

Archiepiscopatus Pisanus.

PISA.

Episcopatus Suffraganei.

Adiacensis.	*Aiazzo.*	} In Corsica.
Aleriensis.	*Aleria.*	
Sagonensis.	*Sagona.*	

Archiepiscopatus Florentinus.

FIORENZA.

Episcopatus Suffraganei.

Fesulanus.	*Fiesole.*
Pistoriensis.	*Pistoia.*
Cortonensis.	*Cortona.*
Aretinus.	*Arezzo.*
Collensis.	*Colle.*
Burgi S. Sepulchri.	*Burgo S. Sepolcro.*
S. Miniatis.	*S. Miniato.*

Archiepiscopatus Senen.

SIENA.

De Episcopali in Archiepiscopalem erectus fuit à Pio II. *sua Constit.3.* incip. *Triumphans*, est in Bullar. nono *tom.1. pag.315.*

Episcopatus Suffraganei.

Suanensis.	*Suana.*
Clusinus.	*Chiusi.*
Grossetanus.	*Grosseto.*
Massanus.	*Massa.*
Ilcinesi.	*Montalcino.*
Pientinus.	*Pienza.*

Archiepiscopatus Genuensis.

GENOVA.

Episcopatus Suffraganei.

Bobiensis.	*Bobio.*	
Albinganensis.	*Albenga.*	
Naulensis.	*Noli.*	
Nebiensis.	*Nebbia.*	} In Corsica.
Marianensis.	*Mauriano.*	
Acciensis.	*Acci.*	

optatus ex pretij annumeratione per illum facta sequatur effectus, subiungenda est eius, quod contribuendum per nos est, applicatio; ad hanc autem impellendi, & vrgendi sunt fideles sensibilibus monitis, quæ à Christo post eius in Cœlos digressum non sunt expectanda, suffecit sibi subrogauitque Subpræfectos, & Rectores ipsi magno Pastori, & Episcopo animarum nostrarum succentiuos, per quos pro Christo, ac eius intra cuiusque modulum vicaria potestate, dirigerentur fideles, & ad finem suum, ac fructuum Christi meritis debitorum participationem feliciter pertingerent. Qua nulla potest cogitari inter homines occupatio, aut cura sublimior, eámque Chrysostomus, [b] Gregorius Theologus, [c] ac Gregorius Magnus, [d] iustis de sacerdotio tractationibus, non dubitarunt diuinam, id est, supra sortis humanæ conditionem dicere. Isidori Pelusiotæ [e] viri & Sanctissimi, & doctissimi vox est. *Episcopus, & nomen, res ipsa, cum diuinum quiddam sit, atque omni alio munere, ac dignitate præstantius, paucis quibusdam conuenit.* His ergo paucis annumeratum me videns, homo mihi cuttæ supellectilis, ac tenuitatis conscius, meritò agnosco, (vt præmittebam) collatam mihi esse gratiam pro gratia; tanti nimirum muneris decus pro qualicumque aptatione ad illud, quam mihi pro sua benignitate præinditam, nullis eam prolicientibus meritis meis, diues in misericordia Deus voluerat. Multis tamen me periculis, & muneris sublimitati admensis obnoxium deprehendo, cùm non de vna solùm anima, sed de tot animarum gregibus rationem redditurus, Vgentinæ Ecclesiæ gubernaculo præpositus ad Deum pro peccatis alienis intercessor venio, apud quem de propriis securus non sum. [f] Ad vigilias super gregem Domini vocor, ad excubias admoueor inter lupos imminentes ouili Dominico, illud rapere, ac dispergere tentantes; cui si per dormitantis incuriam aliquid decedat, oscitantis excubitoris damnum fiet, imminutionem illam rei suæ, & quodcunque in grege dispendium ei vni adscripturo Domino cui totius curæ molem commisit. Dormiebant Apostoli, instante Domini passione: vnum tamen Petrum Dominus arguit, dicens, *Simon dormis?* [g] Aliorum enim somnus Petro imputatur, quippè qui in tanto fidei, rerumque omnium discrimine, non vigilare modò, sed alios etiam ad vigilandum cohortari debuisset. [h] Haud secus igitur præpositi cuique particulari gregi Pastores, quorum est ex munere omnibus, quos rectioni suæ obnoxios habent, inuigilare, si vel altè stertant, vel semisopiti damna ouibus rationalibus semper impendentia non aduertant, reposcetur ab eis dispendij ratio seuerissimè: itaut bono operi, hoc est, de grauissimorum Patrum sententia, duro, & prægraui, ac humanis humeris propè importabili se supposuisse videri debeant. Agnosco pondus impositi muneris, nec diffiteor imbecillitatem meam. Quare per Christi charitatem, periclitanti mihi orationis vestræ manum tendite vos, qui in virtutum littore statis. [i] Accingar ego sanè pro viribus è Cælo communicatis, nec partem vllam solicitudinis desiderati à me patiar, cum bono Deo. Subiungimini & vos studio meo, & curæ curam subnectite. In hoc enim operis genere, cassi sunt nisus præpositi, nisi eos subditorum docilitas dictis audiens prompta voluntate secunder. Cooperamini igitur mihi charissimi, & desideratissimi, vt ego indignus, & infirmus, non deplorem cum Gregorio, [k] quòd susceperim nauem vetustam, & vehementer confractam, in quam vndique fluctus intrant, in eáque valida tempestate quassata, putridæ tabulæ naufragium sonant. Operabor & ego in Domino, vt diuina ope, & auxilio efficiamini firmissimum Ecclesiasticæ soliditatis ouile, ne aliquis ex vobis errabundus lupina rapacitate foris inueniatur deuorandus. Nomen enim & munus Pastoris magnam solicitudinem pro commissis ouibus deposcit. [l] quam sicut in meo Pastorali codice pro communi commodo exaratam habeo, ita laborioso studio pro vestra salute adhibendam spero; vt his freti animi, corporísque subsidiis, vno ore, & voto vnico honorificemus Deum, & Sponsum Ecclesiæ nostræ IESVM, quem etiam atque etiam rogare vobis maximè curæ sit, vt humilem simul & vtilem in iuncto me faciat ministerio perseuerare; humilem vera de me sentiendo, vtilem rectà ad vos dirigendo, quatenus ad nostram vtilitatem illud inspiret cordi, hoc ministret ori. [m]

b libris sex de Sacerdotio sub fine Episcop.
c Apologia de fuga sua.
d in pastorali.
e lib. 2. epist. 125.
f Greg. epist. 24. lib. 1. ad Episcop. Constantin. apud me de officio, & potest. Episcopi p. 1. tit. 2 gl. 1. n. 12.
g Matth. 14.
h Chrysost. lib. 3. & 6. de Sacerd. apud me d. glos. 2. num. 16.
i Greg. epist. 7. ad Anastas. Episcop. Antiochen. apud me d. glos. 2. n. 11.
k Epist. 4. ad Ioann. Episc. Const. apud me d. glos. 2. num. 9.
l Bernard. Eugen. lib. 3. apud me d. tit. 2. glos. 6. num. 13.
m Goerric. in ser. de rogat. apud R. P. Th. Rayn. vbi sup. sup. 4. puncto 7. prop. fin. pag. 517.

CAPVT VI.

De Episcopalium graduum diuisione.

SVMMARIVM.

1. *Administrationis genus in Ecclesia militanti instar triumphantis Ecclesiæ fuit inductum.*
2. *Honoris, seu potestatis nonnulli gradus inter ipsos Episcopos à tempore Apostolorum distinctè reperiuntur, per quos alij alijs Superiores efficiuntur.*
3. *Papa vniuersalis, seu OEcumenicus Episcopus dicitur.*
4. *Ordo nullus Episcopali maior, vel æqualis reperitur.*
5. *Cap. primæ Sedis, in fine, & cap. ecce, in princ. 99. dist. declaratur.*
6. *Patriarchæ, & Primates idem sunt, ac nulla inter eos datur differentia, licèt diuersa sint nomina, secundum vnam sententiam.*
7. *Primates, vt verior tenet sententia, licèt Patriarchæ possint appellari, non tamen omnes Primates verè sunt Patriarchæ, nec idem habent officium, eandémve authoritatem.*
8. *Patriarchæ propriè quatuor sunt, videlicet Antiochenus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, & Hiero*

Hierosolymitanus, quia repræsentant quatuor Euangelistas in Ecclesia Dei.

9 *Patriarchæ dicti sunt quasi Patres Patrum, seu Principes Episcoporum.*

10 *Archiepiscopi dicuntur quasi Principes Episcoporum.*

11 *Prouincia, cui præest Archiepiscopus, quas sub se debeat habere ciuitates, & Episcopos, ostenditur.*

12 *Metropolitanus, & Archiepiscopus ydem sunt.*

13 *Suffraganei lege Metropolitana, Archiepiscopis sunt subiecti; non ita eorum subditi, exceptis casibus iure specialiter expressis.*

14 *Prælati Ecclesiarum Episcoporum nomine nuncupantur, quia præcipuum eorum munus est pro subditorum spirituali salute diligenter inuigilare.*

15 *Titulares Episcopi dicuntur, qui solum titulum Ecclesiarum habent, populo tamen carent, & Clero Christiano, atque etiam facultatibus.*

16 *Titulares Episcopatus quare hodie conferantur, ratio assignatur.*

17 *Titulares Episcopi dantur frequentiùs à Romano Pontifice velut coadiutores Episcopis infirmis, senibus, aut alia simili ratione impeditis.*

18 *Titulares Episcopi, & qui Episcopatui renuntiarunt sine expressa proprij Episcopi licentia nullum ad Ordines possunt promouere, etiamsi in loco nullius Diœcesis sedem sibi eligant.*

19 *Titulares Episcopi, qui à sedibus suis proteruia inimicorum expulsi sunt, ac subinde subditos habent, & Diœcesim cum Christiano populo & Clero, ciem iurisdictionem teneant, ea in aliena Diœcesi in subditos suos uti possunt, ac eis Ordines conferre.*

20 *Titulares Episcopi an ad Concilium vocandi sint, & admittendi, ostenditur.*

21 *Chorepiscopi dicuntur à χώρα, Græcè pagum, seu villa, quasi in pagis, & in villis, ad Episcopalia munia obeunda essent constituendi.*

22 *Chorepiscopi potestas qualis fuerat, ostenditur.*

23 *Prælationum, & dignitatum gradus ex Ecclesiæ institutione, & ab ipso iure humano processerunt.*

24 *Prælationes Primatuum, & Archiepiscoporum ad ius diuinum esse referendas qui teneant, ostenditur.*

25 Cap. 1. 99. dist. *Declaratur.*

26 *Decimæ respectu congruæ sustentationis ad legis Diuinæ debitum referuntur, respectu quotæ ad consuetudinem.*

1 DMINISTRATIONIS genus in Ecclesia militãti instar triumphantis Ecclesiæ esse inductum ostendunt sacri Doctores, quæ cum variis Ordinibus distinctæ sint, Archangelorum scilicet, Thronorum, Principatuum, reliquorumque Cœlestium spirituum similis Ordinum distinctio in militanti Ecclesia conueniebat, vt hæc Ecclesiastica Hierarchia quatenus posset, illius cœlestis imaginem referret. Quemadmodum enim in seculari ordine sunt multæ Vniuersitates, ac Collegia, quorum alia in aliis insunt; nam ex multis hominibus, exempli gratia, constat domus; ex multis domibus fit vicus; ex multis vicis conflatur ciuitas, ex pluribus ciuitatibus constituuntur Regna, & ex regnis Monarchia, Arist. *Polit. lib. 1. cap. 1. & 2.* adeò quòd vnaquæque Vniuersitas suos habeat præfectos, seu potestates, quibus obtemperat, ita olim ad spiritualem fidelium gubernationem Parochiæ institutæ sunt; ex multis Parochiis plerisque in locis Plebanatus, siue Archipresbyteratus; multis verò Archipresbyteris, plebiumque Rectoribus Episcopi præfecti fuerunt, Episcopis Archiepiscopi, Archiepiscopis Patriarchæ, Patriarchis deinque Papalis dignitas, tanquam Ordinum eminentissima præposita fuit, atque in graduum omnium posita fastigio, vt suprema illius in omnem gregem Christianum, cunctosque eius gradus ac Ordines, potestas habetur.

Vnde à tempore Apostolorum quamuis omnes 2
Episcopi in iis, quæ sunt Ordinis, parem receperint potestatem, & in hunc sensum vera sit sententia D. Hieron. de qua *in cap. legimus, vers. si auctoritas 93. dist.* nonnulli tamen honoris, seu potestatis gradus inter ipsos Episcopos distincti reperiuntur, per quos alij aliis Superiores efficiuntur, de quibus Gratian. *in princip. & per totum 21. dist.* Nam S. Isid. *lib. 7. etymolog. cap. 12.* hæc scripsit verba, videlicet. *Ordo Episcoporum quadripartitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis,* vt refert Gratian. *in cap. cleros vers. Ordo 21. dist.* intelligendo de gradu Episcopali, non autem de Ordine, quia Episcopalis Ordo vnus tantùm est, vt constat ex Anacleto Papa *in epist. 3. in cap. 3. in vers. Episcoporum verò*, explicant Turrec. *in d. cap. cleros num. 14. in paruo libello de dignitate Episcoporum cap. 4.* & corrigit Cuch. *in instit. maior. lib. 2. tit. 6. in princ. & lib. 7. ante num. 1.* Præterea gradus quatuor constituit Episcopalis dignitas, quorum primus est in Patriarchis, secundus in Archiepiscopis, tertius in Metropolitanis, & quartus in Episcopis: vel potiùs, secundùm alios, Primus est Romani Pontificis. Secundus Primatuum, & Patriarcharum. Tertius Archiepiscoporum. Quartus eorum, qui simpliciter Episcopi dicuntur; & ex his alij titulares, alij item Chorepiscopi, Petrus Gregor. *syntag. iuris lib. 15. c. 2. n. 8.* Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificis c. 8 pag. 25.* me citato *in hoc loco* Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. c. 8. n. 1. cum seqq.*

De primo, scilicet Summo Pontifice, quòd Epi- 3
scopus sit, constat ex iis, quæ notat glos. *in verb. Episcopus in proœm. Sexti:* tum quia licèt aliæ dignitates in Ecclesia sint quoad iurisdictionem Episcopali
maiores, † nullus tamen Ordo Episcopali maior, 4
vel æqualis reperitur, notat glos. *in verb. pari*, text. *ibi in cap. in nouo 21. distinct.* & docent Sot. *in 4. dist. 24. quæst. 2. art. 4. concl. 2.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 7. §. 2. & c. 15. §. 1.* me citato *in hoc loco* nouissimè post hæc impressa visus Mich. Ferrus *de præced. Eccl. q. 13. n. 6.* Vnde iure optimo Summus Pontifex Vniuersalis, seu Œcumenicus Episcopus dicitur, vt antiquissimam Calcedonensem Synodum Beato Leoni acclamasse testatur D. Thom. quem refert *addit. ad cap. ecce 99. distinct.* & explicant Turrect. *de potestate Ecclesiæ lib. 1. cap. 17. ad 5.* Bellarmin. *in controuers. Cathol. lib. 1. cap. 31. vers. 15.* Mich. Ferrus *d. tract. de præcedent. Ecclesiast. quæst. 31. num. 1.* & alij, ex quibus confirmant Alphons. Mendosa *in quodlib. quæst. q. 4. Scholast. §. 3.* Petr. Gregor. *d. cap. 2. à num. 9. & cap. 9. & cap. 3. in princip.* cum quo notabis rectè in hunc sensum Panepiscopum dici posse Romanum Pontificem, id est, Summum & omnium præcipuum inspectorem: licèt enim Dionysius Areopagita hoc referat ad CHRISTUM Dominum, verum, & Summum Sacerdotem, qui pro omnium salute se Patri obtulit in sacrificium, huicque de omnibus cura est: non tamen immeritò Romano Pontifici Summo eius Vicario, vt tali potest applicari secundùm tantæ dignitatis mensuram.

Non obstat text. *in cap. prima Sedis, in fine 99. dist.*
vbi prohibetur ne quisquam etiam Romanus Pon- 5
tifex se vniuersalem Pontificem, aut Summum Sacerdotem appellet, iuncto *cap. ecce, in princip. ead. dist.* vbi Beatus Gregorius ait superbiam esse appellationem

nem, qua Romanus Pontifex dicitur vniuersalis Papa, ideoque petit, & iubet ne sic amplius appelletur. Quia ad primum ex *d.c.primæ sedis*, facilè respondert potest vltra illius verba non esse Concilij Africani, sed Gratiani, verba non agere de Romano Pontifice, sed de Primatibus, seu Patriarchis. Ad auctoritatem verò Gregorij respondetur humilitatis causa recusasse illud nomen, ad conuincendam contumaciam Ioannis Constantinopolitani Episcopi, qui superbo illo titulo se cognominabat: sed generaliùs respondebis cum D. Thom. Turrect. Cardin. Bellarm. & aliis, quos refert Mendosa *dicto loco*, intelligi posse vniuersalis Episcopi appellationem, vel quòd solus sit omnium Christianarum vrbium specialis, & immediatus Episcopus, itaut reliqui excludantur, & sint ipsius Vicarij; aut quòd sit generalis Episcopus omnium, & supra omnes, neque particulares singularium vrbium Episcopos excludat: primo modo intelligitur auctoritas Gregorij, & constat tum ex originali *lib.7. in dict. 1. epist. 30.* tum ex *d.cap. ecce*, ibi, quia vobis subtrahitur, quòd alteri plusquam ratio exigit, præbetur: non ergo vetat vniuersalem Episcopum se appellari, nisi quatenus particularium Episcoporum potestatem subtrahit: in posteriori verò sensu antiquissima est, & verissima appellatio, tum ex dictis, tum *ex reg.c.cuncta per mundum 9. q.3.* cum vulgaribus.

6 Secundo loco ponuntur Patriarchæ, seu Primates, vtrosque enim eosdem esse, & nullam inter eos dari differentiam, licèt diuersa sint nomina, probat tex. *in cap. 1. & 2. 99. dist. & in cap. duo simul, de officio Ordin.* vnde glos. *in cap. coram, de in integ. restit.* auctoritate *d. c. 1.* notauit inter Primates, & Patriarchas non dari realem differentiam, sed vocalem, vt etiam comprobant Cassan. *in catalogo p.4. consid. 9. in princ.* Lancel. *de instit. canon. lib. 1. tit. 5. in princip.* Verùm

7 † licèt Primates quodammodo Patriarchæ possint appellari, non tamen omnes Primates verè sunt Patriarchæ, nec idem habent officium, eandémve auctoritatem; sed propriè Patriarchas esse quatuor, vi-

8 delicet † Antiochenum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Hierosolymitanum, relatos *in c. antiqua, de priuileg.* asserit Gonzal. *ad reg.8. Cancell. glos. 41. num. 12.* quia repræsentant quatuor Euangelistas in Ecclesia Dei, *cap. scriptum 40. de elect.* quibus postea superadditi, & creati fuerunt alij à Summis Pontificibus, de quibus Gonzal. *d. gloss. 41. num. 14.* Alij autem Patriarchæ sunt minus principales, qui cùm Primates propriè appellentur, minus propriè Patriarchæ nominantur, quales sunt in *Italia* Aquiliensis, in *Anglia* Cantuariensis, & Bituricensis, in *Gallia* Gradensis, & Lugdunensis, in *Hispania* Toletanus, & Bracharensis, de quibus suo loco agemus. Et in his Patriarchis minus principalibus procedit, quod fertur inter Primates Patriarchas nullam esse differentiam, sed verbalem tantùm, vt per Gig. *de residentia Episcop. cap.18. n.5.* Gonzal. *d. gloss. 41. n.13.* Azor. *d. c.35. q.2.* Bouet. *censura paranet. p.2. cap.10. pag.493. vers. quare*, Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarchia, disp. 4. §. 1. num. 2. ad fin.* Illustriss. D. Acuña *de Primatu Ecclesia Bracharen. c.3. à princ.*

9 Patriarchæ ideò post Summum Pontificem secundum locum obtinent, quia dicti sunt quasi patres Patrum, seu Principes Episcoporum, iuxta text. *in cap. Cleros, vers. Patriarcha 21. dist.* notant Anton. Augustin. *in epit. veteris Iuris Pontif. tom. 1. lib. 2. de Patriarchis, & Primat.* Zachar. Bouet *in censura paranetica, p. 2. lib. 3. c. 10.* Iacob. Hermond *aduersùs Salmas. hæreticum, lib. 2. cap. 6. & 7.* Illustriss. D. Acuña *in catal. Portucalens. Præsulum, part. 1. cap. 6. & de primatu Ecclesia Bracharen. cap. 1. num. 1.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 15. cap. 2. num. 11.* Fusch. *de visit. lib. 1. cap. 2. à num. 9.* Lzi. Zecb. *de Republ. Eccles. tit. de statu Reuerendiss. Patriarcharum, num. 1.* Gambat. *tract. de Legat. lib. 2. num. 11.* Sigism. Scacc. *de appellat. q.8. à num. 99.* Gonzal. *dict. gloss. 41. num. 11.* Modern. *de sacra Episcoporum auctoritate, cap. 9. §. 6.* alij citati infrà *tit. 3. cap. 1. num. 18.*

Tertio loco ponuntur Archiepiscopi, qui sic di- 10
cuntur, quasi principes Episcoporum, docente Isid. *in dict. cap. Cleros, vers. Archiepiscopus 21. dist.* Homobon. de Bonis *de humana vita statibus part. 1. cap. 6. versic. hi dicuntur*, Gaigan. *de Iure publico, lib. 3. tit. 18. num. 1.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 33. quæst. 1. in princip.* Sebast. Cæsar *in relect. de Eccles. hierarch. part. 1. disputat. 5. §. 1.* Paul. Laymann *de Prælator. Eccles. elect. cap. 14. quæst. 15.* nouissimè Mich. Ferrus *de præcedent. & Prælat. Eccles. q.4. num. 1.* quia scilicet quemadmodum Primates pluribus præsunt prouinciis, seu Archiepiscopis, ita Archiepiscopi pluribus præsunt Diœcesibus, seu Episcopis, qui Suffraganei dicuntur. Vnde Summus Pontifex Pelagius II. *epist. 1.* omnibus Episcopis, relatus *in cap. scitote 6. quæst. 3.* asserit † Prouinciam esse, cui præest Archie- 11
piscopus, quæ habet sub se decem, aut vndecim ciuitates, & totidem Episcopos, notauit Rebuff. *in concord. tit. de collation. §. 1. verb. Metropolitana.* Sed meliùs Petr. Gregor. *syntagm. lib. 15. cap. 11. num. 3.* tenet ex aliis hanc Constitutionem perpetuam non fuisse, sed nutu Principum, annorumque curriculo numerum Episcoporum fuisse constitutum in vnaquaque Prouincia, prout singulis magis expedire videbatur. Vnde † Metropolitanum non à numero ciuitatum, 12
vt Isidor. dicebat *in d. cap. Cleros*, sed à matrice ciuitate appellari obseruant Conar. *pract. cap. 19. num. 2.* & Forcatul. *dial. 61. num. 4.* quos refert, & sequitur Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriachal. Sedium erect. cap. 1. num. 23.* Gambat. *de offic. legati de latere, lib. 2. tit. de varijs Ordinariorum nomin. num. 34. & seq.* Hinc colliges, quod Metropolitanus, & Archiepiscopus idem sunt, vt deduci potest ex text. *in cap. pastoralis, in princ. de offic. Ordin. & in Extrauag. Saluator, de prab. inter comm.* vbi etiam habetur, quòd Metropolitana Ecclesia est grandioris honoris, & tituli suffraganea, quæ est sub iurisdictione, potestate, & subiectione Archiepiscopi, & Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ, Imol. Zabarel. & Vital. *in Clem. Archiepiscopo, de priuileg.* & in terminis quod Metropolitanus, & Archiepiscopus idem sint, expresè docent Batt. *in l. vnica, num. 2. de Metropoli Beryto, num. 2. lib. 11.* Gomez *in repet. cap. 1. num. 20. de Constit. in 6.* Panorm. *de officio, & potest. Capituli sede vacante, prælud. 6. num. 14.* Rsban. Maur. *de instit. Cleric. lib. 1. cap. 5. de ordine tripartita Episcoporum*, Petr. Gregor. *syntag. part. 2. lib. 15. cap. 13. à num. 2.* Monet. *de conseruator. cap. 5. à num. 43.* Mich. Ferrus *d. q.4. n. 1.* bene Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. c. 1. n. 23. cum seqq.* Sunt tamen aliqui Archiepiscopi, qui non sunt Metropolitani, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 33. quæs. 1.* Homobon. *d. c. 6. vers. si dicuntur.* inter alios, & Rosanen. & Lancianen. qui nullum habent Suffraganeum.

Ex quibus iam apparet, quoad potestatem iurisdi- 13
ctionis Archiepiscopos Primatibus esse inferiores, Episcopis verò superiores: nam præcedunt veteres Episcopos honore, Gemin. *in cap. singulas il 2. 9. q. 3.* & sunt personæ magis priuilegiatæ, *cap. fornatæ, & cap. igitur 25. quæst. 2.* quorum præstantia aliquando appellatur Archiepiscopalis dignitas, *cap. fin. de purgat. canon.* nonnunquam auctoritas Metropolitana,

cap.

cap. fin. 51. dift. cap. follicitudinem, de appellat. probat etiam text. in cap. 1. 80. dift. cap. 1. 99. dift. de offic. Legati, cap ad reprimendam, cap. duo fimul, cap. paftoralis, de officio Ordin. cùm aliis, quibus habetur Suffraganeos lege Metropolitana Archiepifcopis effe fubiectos, non ita eorum fubditos, exceptis cafibus fpecialiter Iure expreffis, de quibus, huiufque dignitatis priuilegiis agunt fcribentes in d. cap. paftoralis, plenè Rufæ. in tract. de praeminentia Archiepifc. dignitatis, Stephan. Quaranta in tract. de praftantia Archiepifcopi, & eius auctoritate in fuffraganeos, eiufque fubditos, & in tota prouincia, & in fum. Bullar. verb. Archiepifcopi auctoritas, Læl. Zech. tit. de ftatu Reuerendiff. Archiepifcoporum, Marc. Anton. Genuenf. in praxi Archiepifcopali Neapolitana, cap. 70. per totum in nouiff. edit. Petr. Gregor. d. cap. 11. Henriq. in fumm. lib. 11. cap. 30. cum feq. Caffan. in catalogo gloria mundi, part. 4. confid. 20. cum feqq. Azor. inftit. moral. part. 2. lib 3. cap. 34. quaf. 9. cum feqq. qui omnes, præcipuè Læl. Zechi. benè notant Archiepifcopos in propria Diœcefi Epifcopalem iurifdictionem exercere, in aliis verò fuffraganeorum Metropolitanicam, neutram tamen poffe exercere antequam pallium recipiant, de quo in cap. fignificafti, de elect. & in c. nifi fpecialis, de auctor. & vfu pallij, & in cap. antiqua. de priuileg. & latiùs dicemus infra tit. 4. Et quòd Archiepifcopus fit iudex Ordinarius omnium Epifcoporum fuæ prouinciæ tradunt Anaftaf. Germon. de facr. immun. lib. 3. cap. 7. n. 33. & 44. Marc. Anton, Genuenf. d. praxi Archiep. cap. 71. n. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel glof. 42. num 16. & plures, quos citat Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 5. num. 280.

14 Quarto deinde loco Epifcopi ponuntur, quos Presbyteris diuina ordinatione fuperiores, fuprà cap. 2. num 26. diximus, vbi etiam oftendimus eorum nomen deduci à verbo Græco ἐπισκοπεῖν, quod attendere, inuigilare, feu fpeculari fignificat; & meritò Ecclefiarum Prælati Epifcoporum nomine nuncupantur, quia præcipuum eorum munus eft pro fubditorum fpirituali falute diligenter inuigilare, iuxta illud Actor. 20. Attendite vobis, & vniuerfo gregi, in quo vos pofuit Spiritus fanctus regere Ecclefiam Dei, vt fcilicet exceffus corrigant, morefque in melius reforment, ne fubditorum fanguis de manibus Prælatorum requiratur, vt ait text. in cap. irrefragabili, in princ. iuncto cap. inter catera, de officio Ordin. Vnde primò habet officium ducis, c. poft tranflationem, de renunt. vt rectum iter fubditò oftendat, ne ambo in foueam cadant, cap. qua ipfis 38. dift. cap. cùm fit, de atate, & qualit. Secundò, habet officium magiftri, cùm regimen animarum fit ars artium, c. pen. de atate, & qual. Tertiò, habet officium præfecti vigilum, vt fic caueat à negligentia, cùm pretiofiffimæ omnium animæ fint ei commiffæ, & culpa eius fit fi oues auferantur, & ipfe nefcit, cap. pen. de reg. iur. l. 2. ff. de offic praf. vig. Quartò, habet officium militis armati, cuius tamen arma funt lachrymæ, & orationes, cap. 1. & 2. 23. quaft. 8. Quintò, habet officium gladiatoris, cuius mucro eft excommunicatio, cap. vifis 16. q. 2. Sextò agricolæ, vt euellat, diffipet, & plantet, cap folita, verf. percuffos, de maiori. Septimò correctoris, cap. tranfmiffam, de electio. c. qualiter 2. de accufat. vt fic corrigat peccantes: funt etiam Epifcopi Legati CHRISTI, & eius Locumtenentes. Vnde Petrus Apoftolus dixit: Zacchæum vobis ordinaui Epifcopum, quem quafi Chrifti locum feruantem honorare debetis, obedientes ei ad falutem veftram, quod S. Clemens retulit lib 3. recognitionum. Idem Clem. epift. 3. Omnis Pontifex Sacro Chrifmate perunctus, & in Ciuitate conftitutus, charus, & pretiofus hominibus oppidò effe debet, quem quafi Chrifti locum tenentem honorare omnes debent. S. Anacletus epift. 2. & 3. Epifcopi à Chrifto miffi funt, & eius funguntur legatione; & Apoftolis decedentibus in eorum locum fucceffere Epifcopi. Euariftus Papa epift. 1. Sacerdotes vice Chrifti legatione funguntur in Ecclefia: & ficut ei fua eft coniuncta fponfa, hoc eft Ecclefia, fic Epifcopi iunguntur Ecclefia vnicuique pro portione fua. Eufebius Papa epift. 3. Caput Ecclefia Chriftus eft, Chrifti autem Vicarij Sacerdotes (id eft Epifcopi) funt qui vice Chrifti legatione funguntur in Ecclefia: funt item Angeli, & oculi Domini, claues Ecclefia, atque columna. Vnde Sacer Dionyf. lib. 2. de Ecclefiaft hierarchia cap. 7. pag. 3. Diuinus Antiftes, vt fcripta diuina teftantur, interpres eft Diuinorum iudiciorum, Angelus enim eft Domini Dei rerum omnium prapotentis. Sanctus Clemens epift. 1. Petrus Apoftolus Epifcopos claues Ecclefia, & oculos Domini effe dicebat. Pius Papa, Epifcopi à Deo funt iudicandi, qui eos fibi oculos elegit. Clemens V in Clem. 2. § nec fuper, de pœnis Epifcopi fpirituales funt patres, noftrique fratres, & Coepifcopi, columna comprobantur Ecclefia. Et S. Gregor. ad Mauric. Auguft. lib. 4. epift. 75. Quid ergo mirum fi illos veftra pietas dignatur honorare, id eft, Epifcopos, quibus in fuo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipfos etiam appellat Deus. Idem Clemens lib. 2 Conftit. Apoftolicarum cap. 30. Epifcopus eft poft Deum Pater vefter, is Princeps, & Dux, & Rex vefter, denique is terrenus Deus poft Deum, cui à vobis honor debetur, S. Ignat. epiftol. 7. Ego dico, honorate Deum auctorem omnium, & Dominum Epifcopum tanquam Principem Sacerdotum, Imaginem Dei ferentem principatum quidem fecundum Deum, Sacerdotium verò fecundum Chriftum. Profper Aquitan. lib. 2. de vita actiua, & contemplatiua cap. 2. fic ait: Epifcopi per Dei gratiam funt Diuina voluntatis indices, Ecclefiarum Chrifti poft Apoftolos fundatores fidelis populi duces, veritatis adfertores, praua doctrina hoftes omnibus bonis amabiles, & malè fibi confcijs etiam ipfo vifu terribiles, vindices oppreſſorum, Patres in Fide Catholica regeneratorum, Pradicatores cœleftium pramiorum, exempla bonorum operum, documenta virtutum & forma fidelium. Ipfi funt Ecclefia Decus in quibus amplius fulget Ecclefia, ipfi columna firmiffima, quibus in Chrifto fundatis, innititur omnis multitudo credentium: ipfi ianua ciuitatis aterna, per quas omnes, qui credunt ingrediuntur ad Chriftum: ipfi ianitores, quibus data funt claues regni Cœlorum: ipfi etiam difpenfatores regia domus quorum arbitrio in aula Regis aterni diuiduntur gradus, & officia fingulorum. Hæc lubenter ex Profper. defcripferunt Concil. Parif. lib. 1. c. 4. & lib. 3. cap. 9. & Concil. Aquifgran. II. fub Ludou. Pio p. 4. c. 5.

Vt igitur commodiùs Epifcopi pro fubditorum falute inuigilare poffent, fingulis fingulæ Diœcefes diftinctæ fuerunt, quæ fub fe plures Parochos continent; itaut quemadmodum omnes Orbis Ecclefiæ vni fubfunt Romano Pontifici, & plures Prouinciæ, & Archiepifcopi fuo Primati, & plures Epifcopi fuo Metropolitano: ita fuo Epifcopo plures fubeffent Parochi, vt omnia cum ordine, & fine confufione ad laudem Dei, & Ecclefiæ ædificationem fierent, & ne Clerici, cæterique fideles acephali, id eft, fine capite effent, vt bene explicat Concil. Trident. feff. 14. de reform. c. 9. & feff. 24. etiam de reform. c. 13. in fine, profequitur Petr. Greg. d. lib 15. c. 12. n. 32. & alij, quos refert Henriq. d. lib. 10. c. 32.

Ex his autem Epifcopis aliquos diximus titulares effe, quia fcilicet folum titulum Ecclefiarum habent, populo tamen carent, & Clero Chriftiano, atque etiam facultatibus, & ideo nulla tenentes dicuntur, fecundùm Iacobat. de Concilijs lib. 1. pag. 70. & 84. & Mandof. 11. reg. 56. Cancel. de beneficiis vacantibus 15

cantibus per promotionem q. 4. num. 5. quales sint illi, qui assumuntur ad titulum Ecclesiarum,& Prouinciarum, quæ à Sarracenis, vel aliis infidelibus occupantur, de quibus agit text. *in Clem. in plerisque, de elect.* commemorans incommoda, quæ proueniunt ex istorum prouisionibus. Et quòd Papa possit constituere Episcopatus in terris infidelium, per doctrinam Baldi,& Angeli *in l. id quod ff. de legatis* 1. latè resoluunt Alphons. Aluarez Guettero *in speculo iuris Pontificij cap. 31. pag. 77. cum seqq.* Valenzuel. *cons. 16. num. 32. tom. 1.* Mauritius de Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. pag. 1. cap. 3. num. 43.* & latè Ego ipse *infrà hac parte 1. tit. 3. cap. 1. num. 47.* & quamuis hos Episcopos sine causa esse in Ecclesia liberè scripserit Can. *de locis theologicis lib. 5. cap. 1. pag. 193.* illósque aliquibus minus honorificis epithetis soleant alij afficere, cùm aliquando dicantur portatiles, seu commodatitij, vt refert Ioan. Quintin. *in rep. cap. de multa n. 50. de præbend.* nonnunquam etiam appellentur ambulatorij, portatiui, & mobiles, vt refert Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib. 15. cap. 12. de Episcopis num. 44.* nec defuerint qui assererent illos propriè non esse Episcopos, sed abusiuè, vt constat ex adductis à Mandos. *d. n. 5.* & Ludou. Gomez *in reg. de annali possessore q. 47. accedit etiam, & ex libro* qui inscribitur, *Piorum Hypere q. 34. art. 3.* Attamen verè Episcopi sunt, & vt tales ab omnibus Catholicis honorandi, vt tetigit Ioann. Quintin. *in repet. c. de multa n. 44. de præb.* itaut contrarium cum pertinacia asserere esse hæreticum aduertat Paul. Grysald. *in decis. Catholicæ Fidei, verb. Episcopus n. 10.* & sic meliùs eorum necessitatem contra nostræ tempestatis hæreticos explicat Pet. Bollus *in*
16 *OEconomia Canonica classe 3. c. 2. §. 4.* † Finis autem principalis, quo einsmodi titulares Episcopatus conferri & acceptari debent, ille esse oportet, vt benè monet Petr. Greg. *d. c. 12. n. 45.* vt eò, vbi sunt prouisi, proficiscantur, & experiantur, si ex grege Dominico oues aliquas, vel vnam pristinæ saluti restituant, exemplo boni pastoris: vel qui ibi sunt fideles, in fide, & religione sollicitè conseruent, aut nutriant, vt sanctè, nec sine fructu, fecisse Bartholomæum Bononiensem declaratum Armeniæ Archiepiscopum, ex Turriano refert Bollus *vbi proximè:* qui quidem Bartholomæus Ordinis Prædicatorum in Catalogo Beatorum Episcopatus Bononien. relatus est, vt apparet *in fine* Archiepiscopalis Bononiensis Illustrissimi Archiepiscopi Gabrielis Paleothi S. R. E. Cardinalis, vbi refert dictum Beatum Bartholomæum flo-
17 ruisse anno Domini MCCCXXXV. † Nec minus iusta causa est institutionis horum titularium Episcoporum, quam probat ipse Bollus, & apud nos frequentior est, vt scilicet dentur à Romano Pontifice, velut coadiutores Episcopis infirmis, senibus, aut alia simili ratione impeditis, vt deducitur ex text. *in c. pastoralis, & in c. petisti, & in c. non autem 7. q. 1. & in c. ex parte, de clerico ægrotante.*

18 Vnde quamuis propriam Diœcesim non habeant vbi nomine proprio functiones Episcopales exerceant, non tamen debent debito Episcopali honore fraudari: indignum namque est quod accidens pecuniæ magis, quàm substantia Ordinis Episcopalis habeatur, arg. text. *in cap. accessorium, de regulis iuris, in 6.* cum ibi notatis. Dicebat enim S. Hieronym. *in epist. ad Euagrium Episcopum*, quòd potentia diuitiarum, aut paupertatis humilitas, sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit, vt habetur *in cap. legimus in Isaia, vers. vbicumque 93. dist.* vbi notabiliter gloss. *in verb. eiusdem meriti*, dicebat quòd viri sapientes, periti, ac discreti ita sentiant; idiotæ verò ac volgares homines solent contemnere Episcopos absque magnis redditibus; vide Petr. Anch. *in Clem. in plerisque num. 3. de elect.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib. 2. cap. 17.* Mandos. *dict. quæst. 4. num. 2.* De his titularibus Episcopis tractatum edidit Hieronymus Vielmius, & aliqua tradit Alphons. Aluarez Guettero *in speculo iuris Pontificij, cap. 31.* His proximi sunt Episcopi, qui loco Episcopatus renunciarunt, de quibus *in cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui Episcopatui renunciarunt*, de quibus *infr. alleg. 48. n. 1.* Conueniunt autem omnes, quia nullus potest alienos subditos sine expressa proprij Episcopi licentia ad Ordines promouere, etiamsi in loco nullius Diœcesis sedem sibi eligant, vt obuiaturus fraudibus decidit Conc. Trid. *sess. 14. de reform. c. 2.* & dixi *infr. p. 2. alleg. 6.*

Huiusmodi titulares, qui à sedibus suis propter- 19
ula inimicorum expulsi sunt, ac subinde subditos habent, & Diœcesim cum Christiano populo, & Clero, ad quam tamen propter persequutorum metum accedere non possunt, de quibus text. *in Clement. 1. de foro competenti*, ab illis, de quibus egimus *supr. ex num. 15.* differunt, quia iurisdictionem retinent, eaque in aliena Diœcesi in subditos suos vti possunt, eisque Ordines conferre, petita, quamuis non obtenta licentia Diœcesani, iuxta differentiam eiusdem Clem. notat Iacobat. *de Concilijs lib. 1. p. 70.*
hinc resoluens quæstionem difficilem, † an omnes 20
Episcopi ad Concilium vocandi sint, & admittendi etiam titulares? Quamuis enim partem negatiuam in aliis, quos nulla tenentes appellant, sequantur Doctores communiter, vt per Cæn. *d. loco*, Ban. *2. 2. q. 1. art. 10. notab. 2. pag. mihi 101.* quem refert Cened. *ad Decretal. collect. 108. num. 3.* & controuertant alij, de quibus Iacobat. *dict. tract. lib. 2. pag. 85.* ea ratione, quia secundùm multos hoc magis Ordinis potestatem respicit, quàm iurisdictionis, quod falsum puto ex modò relatis; cessat tamen difficultas in expulsis à suis sedibus, de quibus proximè, quia & Ordinem, & iurisdictionem retinent Episcopalem, subindeque nulla est ratio, quare excludi debeant. De quo tamen vide *inf. alleg. 93. sub n. 1.*

Vltimo tandem loco diximus ab aliquibus inter 21
Episcopos poni Chorepiscopos, qui mouentur eo argumento, quia Subdiaconatum, & minores Ordines conferebant, aliaque exercebant munera solis Episcopis propria, vt probat text. *in cap. quamuis 68. dist.* & apud Antiochenum Concilium *can. 10.* relatum *tom. 1. Concil. pag. mihi 322.* vbi etiam legitur Chorepiscopos manuum impositionem Episcoporum percepisse, & vt Episcopos consecrari solitos, scribuntque sic dictos à χώρα, quod Græcè, pagum, seu villam, aut locum significat, quasi in pagis, & in villis, & loco Episcoporum, atque eorum Vicarij sint constituti ad Episcopalia munia obeunda, quales dicunt hodie esse Episcopos titulares, de quibus proximè. Ita Petr. Greg. *dict. cap. 12. à num. 46.* Illesc. *in histor. Pontific. lib. 2. cap. 6.* Alzed. *d. p. 1. c. 3. num. 47.* Pet. Sot. *lect. 2. de singulorum ordin. efficijs, vers. illud*
etiam. † Verùm non de omnibus hoc verum esse, sed 22
de aliquibus, qui consecrationem Episcopalem accipiebant, verum agnoscit Cardin. Bellarm. *in controuers. Catholic. tom. 1. controuers. 5. de clericis lib. 1. cap. 17.* Sed obstat, quòd si Episcopi sunt, cur non Diaconatum, & reliqua Episcopalia munia exercere possunt, vel in locis sibi deputatis, vel saltem consentiente Episcopo Diœcesano exequuntur, quod tamen prohibet *d. c. quamuis*; deinde si Episcopi sunt, quomodo in pagis, & villis constituuntur, contra regulam text. *in cap. 1. de priuileg. & in cap. illud, & in cap. Episcopi 80. dist.* quibus probatur solum maioribus Ciuitatibus esse præficiendos. Obstat tandem

cap.

c. *Chorepiscopi, ead. dist.* 68. vbi Damasus Papa Chorepiscoporum institutionem improbat, vt prauam & Sacris Canonibus, & Scripturæ contrariam, quia in illis nullum habent fundamentum, sed potiùs constat solos duos gradus maiorum, & minorum Sacerdotum Christum Dominum instituisse: vnde cum Synodo Neocæsariensi sic liceat colligere, CHRISTVS Dominus solos duos gradus, Episcoporum scilicet, & Presbyterorum instituit; Chorepiscopi non sunt Episcopi, vt ipsa nominis etymologia sonat, quia loco sunt Episcoporum. ergo vt Presbyteri sint oportet, quòd si despiciunt esse Presbyteros, nihil sunt; nam tertius Ordo nec Sacris Literis, nec Pontificiis Canonibus reperitur. Quare concludendum est, Chorespiscopos ex Ecclesiæ institutione nihil aliud fuisse quàm Presbyteros, quibus credebentur res præcipuæ temporales, & cura pauperum, & eleemosynarum, & aliqua ministeria Episcopalia, veluti vt conferrent minores Ordines, inter quos erat Subdiaconatus illis primis temporibus, *c. erubescant* 32. *dist. c. miramur. de seruis non ordinandis*, & dixi *pag.* 2. *alleg.* 14. *in princip.* & sic postea eorum ambitione crescente gerebant se pro Episcopis, suóque officio non contenti audebant maiores Ordines, & omnia Episcopalia exercere, & aliquando consecrationem, quæ Episcoporum est propria, extorquebant, & ideò meritò eorum Ordo ab Ecclesia damnatus est *in d. cap. Chorepiscopi.* & post antiquiores explicat Conrad. Brun. *de Cæremoniis. lib.* 3. *cap.* 4. Carranz. *in summa Concil. in Damasi epistol.* 4. *pag. mihi* 77. Bollus *vbi suprà*, & latè post multos, quos refert Henriq. *in sum lib.* 10. *cap.* 23. §. 2.

23 Prædictos omnes Episcoporum gradus quamuis quoad Ordinis potestatem ipso iure Diuino instituti non differant, vt suprà *c.* 1. probauimus, quoad tamen prælationum, & dignitatum gradus ex Ecclesiæ institutione, & ab ipso iure humano processisse probant text. *in cap. in illis*, *& in cap. nulli* 99. *dist.* vbi primatuum institutio refertur ad Apostolos, & eorum successores, Nam certum est omnem potestatem regiminis, seu iurisdictionis immediatè prouenire ab ipsa Ecclesia, & saltem quoad modum, & inter singulos inferiores distributionem à Romano Pontifice pendere, & consequenter ab humano iure, *cap. ita Dominus* 19. *dist. cap. quoties* 24. *quæst.* 1. explicat Suar. *tom.* 4. *disp.* 25. *sect.* 1. *à num.* 4. *& præcipuè num.* 10. Igitur quamuis fateri oporteat istos Prælatos quoad Episcopalem Ordinem qui apud omnes vnius est, iuris Diuini esse, quoad potestatem tamen iurisdictionis, seu regiminis, per quam distinguuntur, iuris esse humani, vt bene explicant Francisc. Bursat. *cons.* 125. *num.* 45. *vol.* 1. Onuphr. Pauin. *de Primatu Petri pag.* 3. *dissuas.* 6. *pag.* 243.

24 Verùm huiusmodi maiores prælationes Primatuum, & Archiepiscoporum ad Ius Diuinum esse referendas contendunt Rusæ *d. tract. in præfat. in princip.* Pigh. *de Ecclesiast. hierarch. lib.* 3. *cap.* 1. Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 30. *in princip.* Duen. *reg.* 72. *limit.* 2. Pro

25 quibus facit auctoritas tex. † *in cap.* 1. 99. *distin.* ibi *diuina, & Ecclesiastica leges poni, & esse insseruntur*, cum aliis, quæ ex D. Paul. *ad Ephes.* 4. tradit Pigh. *de diuersitate ministrorum in Ecclesia Dei*, refertur *in cap. cum ex iniuncto, de hæreticis.*

26 Prima tamen opinione vti veriori retenta Bursat. *d. cons.* 125. *à num.* 16. respondet ad prædictas auctoritates, quibus probari videtur harum dignitatum institutionem ad legem diuinam esse referendam, vt scilicet loquantur de lege Diuina latissimè sumpta, iuxta quatuor modos, quos ibi explicat secundùm primum, prout dicitur de lege Canonica, vt *in cap. nimis, de iureiurando, & cap. in scripturis* 19. *dist.* Verùm meliùs considerabis in Patriarchis, seu Primatibus duo distincta reperiri, Episcopalem scilicet Ordinem omnibus communem, ex ipsius CHRISTI institutione, & regimen Prælationis ex Apostolorum ordinatione; non impropriè igitur Patriarchas leges Diuinæ poni inseruntur, si Ordinis potestatem respicias, atque sollicitudinem Episcopalem, quæ omnibus Episcopis communis est, atque etiam Ecclesiasticæ, quatenus ad prælationem spectat. Neque nouum est quod idem nomen Primatis ex eadem oratione iuxta diuersos respectus diuersimodè accipiatur, scilicet, respectu legis Diuinæ, quoad Episcopatus Ordinem, respectu Ecclesiasticæ quoad prælationem, sicut videmus *in cap. in aliquibus §. ille quippe, de decimis*, quia decimæ respectu congruæ sustentationis ad legis Diuinæ debitum referuntur, respectu quotæ ad consuetudinem, vt post Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 2. testatur tenere Theologos omnes; Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 21. *num* 9. & sub prædicta distinctione docent Zerul. *in praxi Episcop. pag.* 1. *verb. decima. in princ.* Antonius Fernandez Lutrau. *in examine Theologiæ moralis part.* 1. *ad* 7. *præceptum Decalogi cap.* 13. §. 3. Malderus *de iustitia, & religione tractat.* 10. *tit. de decimis dub.* 2. § *contraria nihilominus*, Moneta *de decimis cap.* 1. *quæst.* 2. *num.* 27.

Post summum Pontificem, triplicem ordinem Episcoporum suprà constituimus, *primò* Patriarcharum, de quorum præcedentia inter se infrà egimus hac *p.* 1. *tit.* 3. *c.* 1. *à princ.* & ex professo Mich. Ferrus *de præcedent. & prælat. Eccles. q.* 33. *per tot. Secundò* Archiepiscoporum, tertiò Episcoporum, illi enim præferuntur qui fuerint Primates, seu Patriarchæ; Ferrus *d. tract. q.* 4. *n.* 7. sed si fuerint simpliciter Archiepiscopi, clarior & dignior ille erit, qui maiori Patriarchæ subditus fuerit; & inter Archiepiscopos, Primates, seu eiusdem Patriarchæ subditos, præcedet ille, qui aliquod priuilegium, exemptionem, dignitatem, seu officium præter Archiepiscopatum habuerit: tandem data iterum paritate recurrendum erit *primò*, ad antiquitatem promotionis, *secundò*, ad gradum, *tertiò*, ad virtutem, *quartò*, ad nobilitatem; ita Mich. Ferrus *d. tract. quæst.* 4. *num.* 18. *&* 19. 27

Inter ipsos autem Episcopos ordo prioritatis, & ordinationis, seu consecrationis erit obseruandus, Cærem. Roman. *lib.* 1. *cap.* 31. §. *in sessione verò*, citatl *hac ead. p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 8. *num.* 66. & nouissime Ferrus *d. tract. q.* 27 *n.* 6. vbi subdit quòd etsi alter Episcopus sit prior in data, & in consecratione posterior, alter verò in consecratione prior, & in data posterior, hic erit præferendus. Nec prælationis qualitatem infert quòd vnus maiorem habeat diœcesim; & maiorem iurisdictionem, seu vberiores fructus *cap. legimus* 93. *dist.* ibi, *potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit*, &c. *cap. sicut* 96 *dist.* vbi quòd parua ciuitas prærogatiuam Regni non minuit, Decian. *Resp.* 19. *num.* 107. *cum seqq. vol.* 3. Ferrus *d tract. quæst.* 9. *num.* 3. *& q.* 27. *num.* 9. Minusque de præcedentia habenda ratio in Concilio si Episcopus simul sit alicuius Regis Consiliarius; nam sedere debet in loco proprio, & non debet cæteros antiquiores in Senatu præcedere, Vincent. de Franchis *decis.* 138. *num.* 5. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 12. *num.* 11. Aloysi Ricc. *in praxi aurea resol.* 203. *num.* 3. *in fine*, D. Contelor. *de præcedentia num.* 20. *cum seqq.* Ferrus *d. quæst.* 27. *num.* 10. 28

Limita *primò* in Episcopo existente intra suã diœcesim, quia in omnibus actionibus, quas ibi exercet, præcedit omnes Episcopos consecratione prio- 29

res, & etiam Archiepiſcopos, vt colligitur ex Cæterem. Romano *lib.* 1. *cap.* 23. *fol.* 40. vbi Epiſcopus proprius thurificatur ante Archiepiſcopum & Epiſcopum hoſpites, quando omnes præſentes ſunt in Veſperis, & Miſſa ſolemni; nam quiſque in ſuo territorio maior eſt altero, gloſſ. *verb. poteſt in l. apud ff. de manumiſſ.* Buët. *tract. de authorit. magni Conſil. num.* 54. Beſold. *diſſert. de praced. cap.* 3. *num.* 5. Ferrus *d. tract. q.* 4. *num.* 6.

30 Limita *ſecundò*, eo caſu, quo concurrant duo Epiſcopi, quorum vnus ſit titularis tantùm, clero que carens, & ſit prior in conſecratione, alter autem habeat populum & clerum, & ſit iunior; nam tunc hic poſterior erit proponendus, quia licèt antiquitati deferatur in præcedentiis, hoc inter pares intelligitur, non autem vbi modernior eſt dignior; ita illuſtriſſ. D. Acuña *in cap.* 7. *num* 1. *diſt.* 18. Ferrus *d. tract. quaſt.* 27. *num.* 7. vbi *num.* 8. ſubdit inter Epiſcopos titulares tantùm pro prærogatiua danda inſpiciendum, an quis ſit exemptus, vel an habeat aliud officium, ſeu dignitatem præter Epiſcopatum, vel ſit ſubditus maiori Archiepiſcopo & Patriarchæ, vel ſit Doctor, virtute clarus, aut nobilis: quamuis Menoch. *conſ.* 52. *num.* 89. exiſtimet Epiſcopum titularem antiquiorem tempore præcedere Epiſcopum aliàs ditiſſimum.

31 Limita *tertiò*, in Epiſcopo habente officium in Curia Romana, qui cæteris antiquioribus Epiſcopis præfertur, vt conſuluit Menoch. *conſil.* 126. *num.* 14.

CAPVT VII.

De Epiſcopatuum, & Diœceſum diuiſione.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopatuum diuiſio qualiter à Diuo Petro ſancta fuerat? oſtenditur.*
2 *Prælatorum Eccleſiaſticorum gradus ad imitationem Gentilium, eorumque Flaminum, & Archiflaminum Diuum Petrum ordinaſſe, qui teneant? oſtenditur.*
3 *Prælatorum eccleſiaſticorum gradus ad Cæleſtis Hierarchiæ ſimilitudinem inſtitutos fuiſſe verior tenet ſententia.*
4 Cap. in illis 80. diſt. & in cap. 1. 99. diſt. *declaratur.*
5 *Romæ deiecto ſummo idololatriæ pontificatu, ſubrogatum eſt caput totius terreſtris ſanctitatis, Summus ſcilicet Chriſtianæ Religionis Pontifex.*
6 *Flamines à quibus, & ad quid inſtituti? remiſſiuè.*
7 *Diœceſes, & Parochiæ olim à Summis Pontificibus, præſertim à Dionyſio I. diſtinctæ fuerunt.*
8 *Diœceſis quid ſit? oſtenditur.*
9 *Diœceſis vna non eſt in duas diuidenda.*
10 *Diœceſum fines, de quibus conſtat, præſcribi non poſſunt.*
11 *Diœceſum fines qualiter probentur? oſtenditur.*
12 *Epiſcopi in maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus ſunt præficiendi.*
13 *Parochi, ſeu Plebani in Caſtellis, & modicis Ciuitatibus ab Epiſcopis ponuntur.*
14 *Plebani non omnes ſunt Parochi, ſed illi tantùm, qui maius habent beneficium.*
15 *Parochiarum diuiſio à Dionyſio Pont. incœpit.*
15 *Ciuitatis ad ſubſtantiam requiritur, quòd habeat Epiſcopum, ſecundùm vnam ſententiam, cuius contrarium ponitur* num. 17. *& ſub diſtinctione reſoluitur* num. 18.



VT meliùs, quæ vniuerſo Chriſtiano 1
populo opus ſunt, prouiderentur, & vt perturbatio omnis, & confuſio tolleretur, vtque cùm ex fidelibus aliquis crearetur Epiſcopus, illicò ſciret quatenus facultas ſua, iuriſdictióque extenderetur, rectè Diuus Petrus vrbes, & loca pro ſingulis Prælationis, & dignitatum gradibus conſtituit, ita vt, iis, in quibus apud Ethnicos erant primi eorum Flamines, & prima iudiciaris poteſtas, ſcilicet Rectores Prouinciarum, Proconſules, eorumque Legati præeſſent Patriarchæ, ſeu Primates: in iis verò in quibus erant Archiflamines eſſent Archiepiſcopi: in ſingulis verò reliquis ciuitatibus præeſſent Epiſcopi, vt referunt Clemens Papa *in cap. in illis* 80. *diſt.* & Anacletus *in cap.* 1. 99. *diſt.* † Vnde, 2
ad imitationem Gentilium, eorúmque Flaminum, & Archiflaminum, Diuum Petrum ordinaſſe Eccleſiaſticorum Prælatorum gradus exiſtimant Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris, lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 1. Henriq. *in ſum. lib.* 10. *cap.* 30. *in princ.* nouiſſimè me citato *in hoc loco* Mich. Ferrus *de præcedent. Eccleſ. q.* 27. *num.* 1. & ſic huiuſmodi diuiſionem vſque ab exordio naſcentis Eccleſiæ inductam fuiſſe per conſtitutionem locorum, & aſſignationem Diœceſeon iuxta antiquam partitionem factam ab iſtis ethnicis Principibus tenent Petr. Gregor *de beneſic. cap.* 4. *ſub num.* 5. Lotter. *de re beneſ. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 7. & agnouit Rota *in Conchen. decimarum del Infantado* 7. *Febr.* 1618. coram *Martino Andrea.*

Verùm huiuſmodi Eccleſiaſticorum Prælatorum 3
gradus ad Cæleſtis Hierarchiæ ſimilitudinem inſtitutos fuiſſe magis pium, & Chriſtianæ Religioni conſentaneum eſt vt dicamus: quemadmodum enim in triumphante Eccleſia ſunt Angeli, Throni, Principatus; ita congruentiſſimo ordine in militante miniſtrorum Eccleſiaſticorum officia diſtinguuntur per Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & cæteros gradus, de quibus *in cap. Clericos* 21. *diſt.* comprobant Ruſæ *in tract. de præeminentia Archiep. dignitatis in præfat. à princ.* Pigh *de Eccleſia. hierarchia, lib.* 3. *cap.* 1. † Auctoritatem verò Clementis, & Anacleti 4
in præcitatis Iuribus meliùs explicabis, ſi dicas Diuum Petrum ad abolendam idolorum memoriam ordinaſſe, vt in illis locis, in quibus impiè eorum Flamines ſacra faciebant, eiſdem nominibus, diuerſo tamen, ſanctóque Sacerdotio, veri & Sancti Sacerdotes, veri Dei conſtituerentur: ſicut † Romæ de- 5
iecto ſummo idololatriæ Pontificatu, ſubrogatum eſt caput totius terreſtris ſanctitatis, Summus ſcilicet Chriſtianæ Religionis Pontifex, vt elegantèr ait D. Ambroſ. relatus *in cap. Beati,* 2. *q.* 7. & Leo Pontifex *in ſermone* 2. *de Natali Petri.* † Qui autem fue- 6
rint Flamines, à quibus, & ad quid inſtituti? Vide apud Alexand. ab Alexandro *dierum genialium, lib.* 6. *cap.* 12. & Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum, lib.* 4. *cap.* 24.

Eſt igitur *primò* ſciendum olim à Summis Pon- 7
tificibus, præſertim verò Dionyſio I. vt habetur *in cap.* 1. 13. *q.* 1. & *in eius vita* Platina exiſtimauit, fuerunt Diœceſes, & Parochiæ diſtinctæ, & vnicuique gregi proprij aſſignati paſtores, & inferiorum Eccleſiarum Rectores, vt dicitur *in cap. paſtoralis, de iis, quæ fiunt à Prælatis*, qui ſuarum omnium ſinguli curam haberent, vt inquit Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 9. & cum Dionyſio videtur tranſire Rota

in

is Theatina iurisdictionis 4. *Maij* 1612. coram *R. D. meo Coccino Decano.* Vnde malè sentiunt, qui partitionem, & assignationem Diœceseon attribuunt Magno Constantino, quos reprobat post Baron. Spondan. *in an.* 675. *num.* 2. Quare cùm Episcopus non habeat Diœcesim ex se, aut ab alio inferiori, sed ab ipso Summo Pont. non poterit auctoritate sua illam minuere, audismembrare, constituendo territorium distinctum à proprio territorio: nam id solum pertinet ad Papam ex speciali eius priuilegio, Host. *in cap. cùm contingat*, *num.* 1. *de foro comp.* vbi Ioan. Andr. *sub num.* 4. *vers. alij dicunt.* Butt. *sub num.* 11. *vers. si quaeritur*, quos refert, & sequitur Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 17. ab arbitrio enim Summi Pont. pendet mutatio Diœceseon, qui multorum annorum euolutione ducti non semel nouas Ecclesias Cathedrales constituerunt, mutarunt, & alterarunt, Petr. Greg. *syntagm. iuris, lib.* 15. *cap.* 12. *num.* 4. Lotter. *d. q.* 10. *n.* 17. *&* 18. vbi *à num.* 19. differit ea quibus causis Summi Pont. dismembrationes istas nouasque erectiones Cathedralium facere possint? & *q.* 11. *à num.* 30. ait cauendum esse à gloss. *in verb. diuisiones, in cap. lege Imperatorum* 10. *dist.* quæ pronuntiauit Papam inuito Episcopo non posse diuidere Episcopatum præterquam ex causa.

8 Diœcesis autem est ciuitas, & territorium vbi Episcopus iurisdictionem habet in spiritualibus, *Clem. vnic. de suppl. neglig. Praelat.* Diœcesis enim dicitur, vbi est Episcopus, & Episcopatus, *cap. cum pro vtilitate* 16. *q.* 1. gloss. *verb. Presbyteri in Clem.* 1. *de priuileg.* dicta à verbo Græco latinè quasi administratio, vel secundùm aliquos, diuisio, quia fines Episcopatuum diuiduntur, vt *in cap. vnico* 10. *quaest.* 3. *& in c. prouinciae, & ibi glos.* 99 *dist.*

9 *Secundò*, est sciendum quòd vna Diœcesis non est in duas diuidenda, *cap. vnic. vlt. dist. cap.* 1. 10. *dist. cap. quoniam, de offic. Ordin.* facilius enim duæ inuicem vniuntur, quàm vna in duas diuidatur: quomodo autem diuidantur Diœceses inter Episcopum hæreticum conuersum, & eum, qui ei fuerat substitutus, docet Concil. Aphricanum, de quo *in cap.* 1. *de paroch.*

10 *Tertiò*, quòd fines Diœcesum, vel Parochiarum, de quibus constat, præscribi non possunt, *c. licet, cum seqq.* 12. *q.* 3. *c. super eo, de paroch.* glos. *in c. praeterea* 2. *de transl.* Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. c.* 1. *§.* 17. *num.* 3. Hieron. de Monte *de finibus regundis cap.* 107. *n.* 2. Menoch. *consil.* 147. *num* 44. Marta *de iurisdict. p.* 1. *cap.* 16. *num.* 2. vbi *n.* 3. post Abb. *in c. super eo num.* 6. *de paroch.* dicit quòd vnus Episcopus cum titulo, vel si tantum effluxerit quòd non sit memoria hominum, poterit Episcopale eius præscribere in Ecclesiis alterius Diœcesis etiam in alieno territorio, & exemplificat in Episcopo Fesulano, qui in ciuitate Florentiæ habet Ecclesiam sibi subiectam cum toto illius Parochiæ populo. Si verò non sint certi, huiusmodi limites præscribuntur spatio triginta annorum, *cap.* 1. *cum seqq.* 12. *q.* 3. quod intra limites tantùm eiusdem prouinciæ locum habet: sed si Episcopus locum alterius Diœcesis conuertat ad Fidei Catholicæ vnionem, eum præscribit spatio trium annorum, nisi intra hunc terminum repetatur, *cap.* 1. *de praescript.* Balb. *de praescript.* 1. *p. quarta quaest.* 1. *in fine*, Cou. *in reg. possessor. p.* 2. *§.* 11. *num.* 8. Mench. *illustr. cap.* 72. *n.* 6.

11 *Quartò*, quòd probentur fines Diœcesum per libros antiquos, *cap. cùm causam, de probat.* Duen. *reg.* 157. Valasc. *de iure emphyt. quaest.* 5. *num.* 26. Mascard. *concl.* 196. & alij citati per me *in collect. ad d. cap. cùm causam num.* 3. *cum seqq.* & per testes *d. c. cùm causam*, etiamsi sint de auditu, Mascard. *concl.* 395. Farin. *in praxi crimin. pag.* 2. *quaest.* 69. *num.* 130. Cald. Pereira *de empt. cap.* 21. *num.* 15. & etiamsi sint singulares, dummodò rationem dicti sui affirmant Mascard. *d. concl.* 395 *num.* 3. *& concl.* 369. *num.* 24. Farin. *d. pag.* 2. *q.* 70. *num.* 186. & per famam *d. c. cùm causa*, Hieron. de Monte *cap.* 55. *num.* 10. *& cap.* 66. *num.* 1. Aluar. *alleg.* 6. *num.* 9. *&* 10. Mascard. *concl.* 396. *&* per alia media, de quibus egi *in collect. ad d. c. cùm causam.*

Quintò, quòd Diœcesis fines & diuisiones, si contingat dominia, aut regna temporalia mutari, non sint immutandæ: neque enim Ecclesias Dei per discordias Regum diuisionis aliqua pati damna necesse est, vt dicit Nicol. Papa *in cap. hac quippe, in fine* 3. *quaest.* 6. *& in cap.* 1. 9. *dist.*

Sextò, quòd præcepit Carthaginen. Concil. *in c. placuit* 2. 7. *quaest.* 1. vt nullus Episcopus alienas plebes vsurpet, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in Diœcesi collegam suum.

Septimò, quòd statuit Anacletus Papa *in cap. Episcopi cum seqq.* 80. *dist.* & habetur *in cap.* 1. *de priuileg.* ne Episcopi in castellis, nec in modicis ciuitatibus constituerentur; ad honorabilem verò locum Episcopus est titulandus & nominandus, ne vilescat nomen Episcopi, vt inquit Præfatus Pontifex Anacletus. Leo quoque Summus Pont. relatus *in cap. illud* 3. *quaest.* 2. *Episcopalia*, inquit, *gubernacula non nisi in maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oportet praesidere*: nam † in castellis, & modicis ciuitatibus ab Episcopis ponuntur Presbyteri, quos Parochos dicimus, seu Plebanos, de quorum officio vide multa, quæ tradunt Lælius Zechi. *de Republ. Ecclesiast. cap.* 27. *cum seqq.* Lotter. *d. quaest.* 11. *à num.* 14. Boil. *in OEconomia Canonica classe* 2. *cap.* 1. *§.* 1. Petr. Gregor. *d. lib.* 15. *cap.* 24. bene aduertens *à num.* 12. † Plebanos Parochos esse, non tamen omnes, sed illos, qui maius habent beneficium, in quo sunt capellæ, & deducitur ex text. *in cap.* 2. *ne clerici, vel monachi in* 6. licèt Abb. & alij *in cap. cùm ab Ecclesiarum, de officio Ordin.* vtrumque id esse, & non differre existiment. Tituli verò, seu Ecclesiæ, in quibus Parochi ponuntur, dicuntur parochiæ, † quarum diuisionem tam in Vrbe, quàm in Orbe actu se fecisse auctor est Dionysius Pontifex, *in cap.* 1. 13. *quaest.* 1. de quo meminit text. *in cap. pastoralis, in princ. de his, quae fiunt à Praelat.* & latè explicant Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 4. *cap.* 9. Nauar. *in cap. placuit à num.* 3. *de poenit. dist.* 6. & multi apud Cened *ad Decretal. & collect.* 104. *n.* 5. quibus pro ratione adde Suar. *de Religione tom.* 1. *tract. de decimis lib.* 1. *cap.* 21. *à n.* 4. 12 13 14 15

Octauò, quod Diœceses Episcopatuum non distinguuntur iuxta terminos dominij temporalis, sed plerumque vna diœcesis sese extendit intra fines alterius dominij, gloss. *verb. Dioecesis in Clem. Roman. de elect.* Hieron. de Monte *de finibus regun. quaest.* 75. *n.* 9. Seraphin. *decis.* 1341. *num.* 10.

Hine opportunè quæres, an ad substantiam, & esse ciuitatis requiratur, quòd habeat Episcopum? Et prima facie videbatur affirmatiuè respondendum per tex. *in d. cap. in illis*, vbi præcipitur, vt in maximis, & maioribus Ciuitatibus Primates, & Archiepiscopi ponantur, per singulas verò alias Episcopi, consonat *cap.* 1. *de officio Ordin.* ibi, *singularum Vrbium*; ex quibus in terris Christianorum solas illas dici ciuitates, quæ habent Episcopum, dicit Bald. *in l. ex hoc iure num.* 12. *ff. de iustit.* & de iure Canonico verum esse profitetur Alciat. *in d. cap.* 1. *de officio Ordin. num.* 5. *vers. aut loquimur de iure Canonico*, & de vsu Italiæ testatur Bart. *in l. vltim. num.* 3. *vers. nam in vsu, ff. de collegiis illicitis, & in extrauag. qui sint rebelles verb. Lombardia*, sequuntur Rebuff. *in concord. tit. de collation.* §. *volumus verb. in Ciuitatibus*, Card. Tusch. 16

*prass.conclus.tom.1. litt. C. conclus.*280. *num.*15. & alij, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 101. *num.* 1. me citato *in hoc loco* Alzed.*p.*1.*cap.*6.*c.*2.

17 Verùm contrarium, imò non requiri ad substantiam, & esse ciuitatis, quod habeat Episcopum, probatur à Doctoribus communiter *in d. cap.* 1. *de priuileg.* vt post Abb. concludit ibi Deci. *num.*8. qui pro sua opinione illum text. dupliciter inducunt. *primò*, dum de maioribus Ciuitatibus loquitur, ac subinde in modicis, seu paruis contrarium supponit; *secundò*, dum decidit in Ciuitatibus ponendos esse, videtur supponere iam antea fuisse Ciuitates in quibus ponuntur: *tertiò*, & fortiùs probatur ex *d. c. Episcopi* 80. *dist.* dum prohibet ne in castellis, & modicis ciuitatibus Episcopi constituantur, sicque apertè probat dari modicas Ciuitates, quæ Episcopum non habent: *quartò* ostenditur, quia si ad esse, & substantiam Ciuitatis requireretur Episcopus, sequeretur quòd si ob delictum, vel aëris intemperie, vel aliam causam ciuitas priuaretur Episcopo, desineret esse Ciuitas, iuxta generalem regulam tex. *in l. Iulianus* §. *si rem ff. ad exhibendum*, cum similibus, & tamen sine Episcopo priuata adhuc Ciuitas remanet, vt in casu notabili Ciuitatis, quæ proprium occidit Episcopum, probat tex. *in cap. ita nos* 22. *q.* 2.

18 In hac Doctorum contrarietate, vt certa ab incertis separentur, aduertendum est, quòd vel quæritur de iure gentium, & certum est eo attento Vrbes sine Episcopis fuisse, quos deinde in lege Euangelica ordinatus esse constat ex *cap. Vrbes* 80. *dist.* Aut quæritur de iure ciuili, dicendum est quoad priuilegia, Principis secularis requiri ac sufficere auctoritatem, vt sub distinctione resoluunt Rebuff. *in concord tit. de collat.* §. *statuimus* 2. *verb. in Ciuitatibus*, Castr. *in d. cap.* 1. *de priuileg. num* 7. Abb. *num.*2. Deci. *à n.*18. Duenh *reg.* 32. Aut quæritur de Iure Canonico, & verior est contra Bald. & Alciat. ac alios post illos adductos.

19 Qua opinione retenta non obstat text. *in d. cap. in illis*; tripliciter enim respondet Deci. *in d. cap.* 1. *à num.* 13. duo intellectus sunt principaliores. Primus quòd ad rationem boni regiminis pertineat, quod Ciuitas habeat Episcopum, idque solum re vera concludere ibi testatur. Alter verò quod sensus eorum sit negatiuus, quod Episcopi non ponantur in illis, sed in solis Ciuitatibus, atque ita quod sine Ciuitate Episcopus esse non potest: vnde quando nouus erigitur Episcopatus, villa, vel oppidum, in quo erigendus est, prius Ciuitatis honore decoratur, vt optimè probat text. *in d. Extrau. Saluator, vers. volentes, de prabendis, inter commun.* & post Bart. notat Petr. Gregor. *rei benefic. cap.*17. *num.*2. non tamen è conuerso sequitur, quòd Ciuitas non possit esse sine Episcopo, imò contrarium concludunt prædicta fundamenta. Aut tandem de consuetudine quæritur, & fatemur ex testimonio Bart. & aliorum in locis supra relatis, Ciuitates dici omnes, & solas illas, quæ habent Episcopum, vel habuerunt; & sic intelliguntur, quæ docent manifestum signum demonstrationis quod sit Ciuitas, esse illud, quod habeat Episcopum, secundùm Perus. Deci. *in d. cap.* 1. *num.*17.

Hucusque egimus de diuisione Diœceseon, & erectione nouorum Episcopatuum, nunc verò superest vt aliquid dicamus de translatione Cathedralium Ecclesiarum ex vno loco in alium, quæ plures extant, & domestica nostri Portugaliæ Regni exempla comprobant, in eo enim ex antiqua Egitaniensi ciuitate ad Guardiam, & ex Syluensi ad Faraonensem translatæ Episcopales Sedes fuerunt, quæ quidem translationes sine Papæ auctoritate fieri non possunt, *cap.* 1 *de translat. Episc.* ibi, *& sedium commutationes*, &c. *cap. vnic. de excessib. Prælat. lib.*6. Lotter. *d. lib.*1. *quæst.*12. *num.*38. nec aliter fit quàm ex causis à lure approbatis, de quibus latè agit Lap. *alleg.* 68. & Mandos. *de signatura gratia.* §. *translationes in* 2. *col. vers. translatio Ecclesia*, Rebuff *in praxi, tit. de translat. Episcop. num.* 4. *cum seqq.* per quam sanè translationem remanet destructus prior status respectu loci, Lap. *d. alleg.* 68. *num.* 8. vbi adden. *in verb. chorus, vers. vltimus status Ecclesia*, in tantum vt non sit necessaria aliqua eius execratio: seu prophanatio ædificij: nam illa consecratio, quæ priùs adiacebat, seu simplex accidens, simul deficit, vt bene considerat Vgolin. *de officio Episcopi, cap.* 28. *sub num.*4. *in* 2. *argument. vers. postremò consecratio* nisi fortè prima Ecclesia verius dimissa quàm translata videri posset, Lap. *ibidem, sub eod. num.*3. quod fieri intelligitur cùm non transferetur titulus, sed prior Ecclesia dumtaxat secundæ pro commodiori seruitio circa diuina subiicitur, quo casu retinetur in prima Presbyter, in quo repræsentatur semper imago quædam antiqui status. Lap. *sub eod. num.*3 Lotter. *d. q.*12. *à num.*41. 20

Huic capiti subsequenter annectandam duximus nouam Episcopatuum omnium totius Orbis Christiani notitiam, quam, variarum Nationum in Vrbe existentium Collegio consulentes, multis additis Episcopatibus, alijsque noviter in Archiepiscopalem dignitatem euectis non sine magno labore in moderniorem redegimus statum, patrioaque eorum vocabula summa diligentia inuestigantes. Illud maximè in præsentiarum aduertendum duximus, nostræ intentionis non esse in Archiepiscopatuum vniuscuiusque Regni ac Suffraganeorum ordine disponendo antiquioribus aliquod præiudicium inferre, cùm horum aliqua inuestigandi veri gratia ex alieno iudicio scripserimus. 21

EPISCO

EPISCOPATVVM OMNIVM TOTIVS ORBIS NOVA, ET EXACTA NOTITIA.

Episcopatus, qui à sex antiquioribus S.R.E. Presbyt. Cardinalibus optantur.

Ostiensis.	*Ostia.*	

Decano SacriCollegij Illustr.DD.Card.pertinens, cui de nouo vnitus est Vellitern. volgò *Velletri.*

Portuensis.	*Porto.*	vniti.
S.Rufinæ.	*S.Rufina.*	vniti.
Tusculan.	*Frascati.*	
Sabinensis.	*Sabina.*	
Prænestiń.	*Pelestrina.*	
Albanensis.	*Albano.*	

Episcopatus, qui sunt sub Romano Pontifice, & non sunt in alterius Prouincia constituti.

IN SABINA.

Tiburtinus.	*Tiuoli.*
Farfensis.	*Farfa.*

est Abbas Ordinis S. Benedicti, Ordinarius, & exemptus.

IN LATIO ET CAMPANIA.

Anagninus.	*Anagni.*
Segninus.	*Segni.*
Terentinus.	*Terentino.*
Alatrinus.	*Alatri.*
Verulanus.	*Veruli.*
Soranus.	*Sora.*
Fundanus.	*Fondi.*
Caietanus.	*Gaeta.*
Terracinensis.	*Terracina.*
Subiacensis.	*Subiaco.*

est Abbas Ordinis S. Benedicti Ordinarius, & exemptus.

IN TVSCIA.

Hortanus.	*Orti.*	vniti.
Ciuitatis Castellanæ.	*Ciuita Castellana.*	vniti.
Nepesinus.	*Nepi.*	vniti.
Sutrinus.	*Sutri.*	vniti.
Viterbiensis.	*Viterbo.*	vniti æquè.
Toscanensis.	*Toscanella.*	vniti æquè.
Volaterranus.	*Volterra.*	
Castrensis.	*Castro.*	
Ciuitatis Plebis.	*Ciuita de la Piebe.*	
Montis Falisci.	*Monte Fiascone.*	vniti.
Cornetanus.	*Corneto.*	vniti.
Lucanus.	*Luca.*	
Lunen Sarzanen.	*Luna & Sarzana.*	
Politianensis.	*Montepulciano.*	
Balneoregiensis.	*Bagnarea.*	
Vrbeuetanus.	*Oruieto.*	
Perusinus.	*Peruggia.*	
Ciuitatis Castelli.	*Citta di castello.*	

IN VMBRIA INFERIORI.

Spoletanus.	*Spoleto.*
Assisiensis.	*Assisi.*
Fulginatensis.	*Foligno.*
Nucerinus.	*Nocera.*
Reatinus.	*Rieti.*
Tudertinus.	*Todi.*
Ametinus.	*Amelia.*
Narniensis.	*Narni.*
Interamnensis.	*Terni.*

IN VMBRIA SVPERIORI.

Camarinensis.	*Camerino.*
Æsinus.	*Iesi.*
Fanensis.	*Fano.*

IN PICENO, SIVE MARCHA Anconitana.

Auximanus.	*Osimo.*	
Asculanus.	*Ascoli.*	
Anconitanus.	*Ancona.*	
Lauretanus.	*Loreto.*	vniti.
Recanatensis.	*Recanate.*	vniti.

Lauretanam Ecclesiam in Episcopalem erexit Sixtus V. *constit.* 24. incip. *Pro excellenti.*

Sunt & alij Episcopatus exempti in aliis Prouinciis, qui sub Archiepiscopia, ad quorum Concilia Prouincialia ire tenentur, collocabuntur.

Archiepiscopatus cum suis Suffraganeis.

IN TVSCIA, CORSICA, ET LIGVRIA.

Archiepiscopatus Pisanus.

PISA.

Episcopatus Suffraganei.

Adiacensis.	*Aiazzo.*	In Corsica.
Aleriensis.	*Aleria.*	In Corsica.
Sagonensis.	*Sagona.*	In Corsica.

Archiepiscopatus Florentinus.

FIORENZA.

Episcopatus Suffraganei.

Fesulanus.	*Fiesole.*
Pistoriensis.	*Pistoia.*
Cortonensis.	*Cortona.*
Aretinus.	*Arezzo.*
Collensis.	*Colle.*
Burgi S.Sepulchri.	*Burgo S.Sepolcro.*
S. Miniatis.	*S.Miniato.*

Archiepiscopatus Senen.

SIENA.

De Episcopali in Archiepiscopalem erectus fuit à Pio II. *sua Constit.* 3. incip. *Triumphans*, est in Bullar.nouo *tom.1.pag.*315.

Episcopatus Suffraganei.

Suanensis.	*Suana.*
Clusinus.	*Chiusi.*
Grossetanus.	*Grosseto.*
Massanus.	*Massa.*
Ilcinensi.	*Montalcino.*
Pientinus.	*Pienza.*

Archiepiscopatus Genuensis.

GENOVA.

Episcopatus Suffraganei.

Bobiensis.	*Bobio.*	
Albinganensis.	*Albenga.*	
Naulensis.	*Noli.*	
Nebiensis.	*Nebbia.*	In Corsica.
Marianensis.	*Mauriano.*	In Corsica.
Acciensis.	*Acci.*	In Corsica.

Archiepiſcopatus Taurinenſis.

TORINO.

Epiſcopatus Suffraganei.

Montis-regalis.	*Mondoui.*
Caſalen.	*Caſale.*
Salutiarum.	*Saluzzo.*
Foſſanenſis.	*Foſſano.*

Archiepiſcopatus Mediolanenſis.

MILANO.

Epiſcopatus Suffraganei.

Bergomenſis.	*Bergamo.*
Albenſis.	*Alba.*
Vercellenſis.	*Vercelli.*
Cremonenſis.	*Cremona.*
Saonenſis.	*Saona.*
Vintimilenſis.	*Vintimilia.*
Aquenſis.	*Acqui.*
Brixienſis.	*Breſcia.*
Nouarienſis.	*Nouara.*
Aſtenſis.	*Aſte.*
Laudenſis.	*Lodi.*
Alexandrinus.	*Aleſſandria.*
Tortonenſis.	*Tortona.*
Ipporrigienſis.	*Iurea.*
Viglieuanenſis. eſt ad Reg. præſent.	*Vigeuano.*
Papienſis. eſt exemptus.	*Pauia.*

IN PROVINCIA MARCHIÆ Anconitanæ.

Archiepiſcopatus Firmanus.

FERMO.

De Epiſcopali in Archiepiſcopalem erectus fuit à Sixto V. *in ſua Conſtitut.* 95. incip. *Vniuerſi Non. Kal. Iunij* 1595. eſt in Bullar. nouo *tom.* 2. *pag.* 563.

Epiſcopatus Suffraganei.

Maceraten.	*Macerata.* } vniti.
Tolentin.	*Tolentino.* }

Hæc vltima Eccleſia de Collegiata in Epiſcopalem erecta fuit, & Maceratenſi vnita à Sixto V. *ſua Conſtitut.* incip. *Super vniuerſas Id. Decembris* 1586. eſt in Bullar. nouo *tom.* 2. *pag.* 564.

Ripan.	*Ripatranſona.*

in Epiſcopalem erexit idem Sixtus V. *Conſtitut.* 2. Incip. *Illius* 3. *Kal. Auguſti* 1571. in appendice.

Montis Alti.	*Montalto.*

in Epiſcopalem erexit idem Sixtus V. *Conſtit.* 48. incip. *Super vniuerſas* 8. *Kal. Decemb.* 1586.

S. Seuerini.	*S. Seuerino.*

in Epiſcopalem erexit idem Sixtus V. *Conſtit.* 49. incip. *Superna* 6. *Kalend. Decembris* 1586.

IN VMBRIA SVPERIORI, Flaminea, ſiue Romandiola.

Archiepiſcopatus Vrbinatenſis.

VRBINO.

Epiſcopatus Suffraganei.

Piſaurien.	*Peſaro.*
Eugubinus.	*Agubbio.*
Forosempronien.	*Foſſombrone.*
Senogallien.	*Senegaglia.*
Callien.	*Cagli.*
Feretranus.	*Montefeltro.*
Vrbanien.	*Vrbania.*

Primum Caſteldurante. Ex Abbatiali Eccleſia exempta, & Ordinariam iuriſdictionem habente in Epiſcopalem erexit S. D. N. Vrbanus Papa VIII. de anno 1635.

Archiepiſcopatus Rauennatenſis.

RAVENNA.

Epiſcopatus Suffraganei.

Adrienſis.	*Adria.*
Comaclenſis.	*Comachio.*
Foroliuienſis.	*Forli.*
Foropopilienſis.	*Forlimpopolo.*
Ceſenatenſis.	*Ceſena.*
Sarſinatenſis.	*Sarſina.*
Fauentinus.	*Faenza.*
Britonorien.	*Bertinoro.*
Ferrarienſis.	*Ferrara.*
Ariminenſis.	*Rimini.*

Hos duos vltimos Epiſcopatus ab immediata ſubiectione Sedis Apoſtolicæ Clemens VIII. in ſua Bulla confirmationis erectionis Eccleſiæ Bononienſis, & reſtitutionis nonnullarum Eccleſiarum Cathedralium Prouinciæ Rauennaten. ſub *die* 18. *Kalend. Ianuarij* 1605. huic Suffraganeos pronunciauit.

Imolenſis.	*Imola.*
Ceruienſis.	*Ceruia.*

Idem Clemens VIII. in prædicta Bulla huiuſmodi duos Epiſcopatus, quos Gregorius XIII. Bononienſi Prouinciæ Suffraganeos pronunciauerat, huic demum reſtituit.

Galeacenſis.	*Galiata.*

Abbas priuilegio Sedis Apoſtol. ordinarius, & exemptus.

IN ÆMILIA.

Archiepiſcopatus Bononienſis.

Ex Epiſcopali Sede ad Archiepiſcopalem euexit Gregor. XIII. anno 1586. eámque Rauennati detraxit cum aliquibus Suffraganeis huic attributis.

BOLOGNA.

Epiſcopatus Suffraganei.

Placentin.	*Piacenza.*
Parmanſis.	*Parma.*
Rhegienſis.	*Reggio.*
Mutinenſis.	*Modena.*
Cremenſis.	*Crema.*
Burgi S. Domini	*Borgo S. Domino.*

inter Parmam & Placentiam ſita eſt hæc Ciuitas ad Ducem Parmenſem pertinens, quam Epiſcopali honore auxit Clemens VIII. & huic Eccleſiæ in dicta Bulla Suffraganeum conſtituit.

IN SARDINIA INSVLA.

Archiepiſcopatus Calaritanus.

CALLARI.

Nullum habet hodie Suffraganeum.

Archiepiſcopatus Turritanus.

TORRE.

Epiſcopatus Suffraganei.

Alguarenſis.	*Alguer.*
Boſſenenſis.	*Boſſa.*
Ampurienſis.	*Ampurias.*

Archiepiſcopatus Arborenſis.

ARBOREA.

Epiſcopatus Suffraganeus.

Vſſellenſis.	*Ales.*

IN

IN DALMATIA, FOROIVLIO, Venetiis, & Lombardia.

Patriarchatus Aquileiensis.

AQVILEIA.

Episcopatus Suffraganei.

Mantuanus.	*Mantoua.*
Comensis.	*Como.*
Tridentinus.	*Trento.*
Veronensis.	*Verona.*
Patauinus.	*Padoüa.*
Vicentinus.	*Vicenza.*
Taruisanus.	*Treuiso.*
Concordiensis.	*Concordia.*
Ceneтensis.	*Ceneda.*
Feltrensis.	*Feltre.*
Bellunensis.	*Cividal de Belluno.*
Polensis.	*Pola.*
Parentinus.	*Parenzo.*
Tergestinus.	*Trieste.*
Iustinopolitanus.	*Capode Istria.*
Guastalensis.	*Guastala.*

Est Abbas priuilegio Sedis Apost. Ordinarius, & exemptus.

Archiepiscopatus Corciriensis.

CORFV.

Episcopatus Suffraganei.

Cephaloniensis.	*Cefalonia.*
Zacynthiensis.	*Zante.*

IN ISTRIA SVPER MARE.

Patriarchatus Gradensis.

GRADO.

Gradum Vrbem temporibus Caroli Magni Metropolico honore auctam scribunt Eginhartus & Rheginus, demum propter cœli inclementiam Gradu relicto Eugenij IV. beneficio Venetorum vrbs clarissima Patriarchatum hunc adepta est ano. 1450.

Episcopatus Suffraganei.

Clediensis.	*Chiozza.*
Ciuitatis nouæ, siue Æmoniensis.	*Cittanuoua.*
Torcellanus.	*Torcello.*
Caprulensis.	*Caurli.*
Mauranus.	*Murano.*

IN CANDIA INSVLA

Archiepiscopatus Cretensis.

CANDIA.

Episcopatus Suffraganei.

Caneen, siue Agrien.	*La Canea.*
Rettimensis.	*Rettimo.*
Sitiensis.	*Sitia.* } vniti.
Hierapetrensis.	*Hierapetra.* } vniti.
Chetonensis.	*Cheronesso.*
Mellipotenensis.	*Molipotamo.*
Archadiensis.	*Archadia.*
Cissamonensis, siue Sicchimensis.	*Sicchimo.*

IN REGNO NEAPOLITANO, & Terra Laboris.

Archiepiscopatus Neapolitanus.

NAPOLI.

Episcopatus Suffraganei.

Puteolanus.	*Pozzuolo.*
Nolanus.	*Nola.*
Acerrarum.	*la Cerra.*

qui est apud Regiam præsentationem.

Isclanus.	*Ischia.*
Auersanus.	*Auersa.*

est exemptus à iurisdictione Archiepisc.

Archiepiscopus Capuanus.

CAPVA.

Episcopatus Suffraganei.

Theanensis.	*Theano.*
Caluensis.	*Calui.*
Casertanus.	*Caserta.*
Caiacen.	*Caiazzo.*
Carinolen.	*Carinola.*
Iserniensis.	*Isernia.*
Suessanus.	*Sessa.*
Aquinatensis.	*Aquino.*
Cassinen.	*Montecasino.*

Episcopus Cassinen. est Abbas Ordinis S. Benedicti illius loci, priuilegio Ioann. XXII. exemptus.

Archiepiscopatus Salernitanus.

est ad Regiam præsentationem.

SALERNO.

Episcopatus Suffraganei.

Campaniensis.	*Campagna.*
Caputaquensis.	*Capaccio.*
Policastrensis.	*Policastro.*
Nuscan.	*Nusco.*
Acernensis.	*Acerno.*
Sarnensis.	*Sarno.*
Marsicensis.	*Marsico.*
Cauensis.	*la Caua.*

est exemptus.

Archiepiscopatus Amalphitan.

AMALPHI.

Episcopatus Suffraganei.

Litterensis.	*Lettere.*
Scalensis.	*Scala.*
Capritanus.	*Capri.*
Minorensis.	*Minori.*
Rauellensis.	*Rauello.*

est exemptus, & vnitus cum Scalensi per Clementem VIII.

Archiepiscopatus Surrentinus.

SVRRANTO.

Episcopatus Suffraganei.

Vican.	*Vico Equense.*
Massalubensis.	*Massa.*
Castelli maris.	*Castell' à mare.*

est ad Regiam præsentationem.

Archiepiscopatus Beneuentanus.

BENEVENTO.

Episcopatus Suffraganei.

Asculanus.	*Ascoli.*
Thelesinus.	*Telese.*
S. Agathæ Gottorum.	*S. Agatha.*
Montis Viridis.	*Monte verde.*
Aliphanus.	*Alife.*
Montis Narani.	*Monte Marano.*
Auellinus.	*Auellino.* } vniti.
Frisentinus.	*Fricento.* } vniti.
Triuicanus.	*Triuico.*
Arianensis.	*Ariano.*

est ad Regiam præsentationem.

Boianen.	*Boiano.*

Bouinen.

Bouinen. *Bouino.*
Lesinen. *Lesina.*
Vulturarien. *Volterara.*
Latinen. *Larino.*
Thermularum. *Termuli.*
S.Seueri. *S Seuero.*
Guardien. *la Guardia Alferes.*
Lucerious. *Lucera de Pagani.*
Troianus. *Troia.*
est eaemptus.

Archiepiscopatus Lancianensis.

LANCIANO.

A Pio IV. ex Episcopatu ad Archiepiscopatum erectus fuit, est ad regiam præsentationem, & nullum habet Suffraganeum.

Archiepiscopatus Theatinus.

Ex Episcopali Sede ad Archiepiscop. erigitur à Clement.VII.ann.1526.

CIVITA DA CHIATI.

Episcopatus Suffraganei.

Ottonen. *Ortona.* } vniti.
Camplensis. *Campli.* }
Hi verè sunt Suffraganei, sequentes verò prætendunt se eaemptos.
Ciuitatis Pinnæ. *Ciuita di Penna.*
cui vnitus est Atiensis. *Atri.*
Aquilanus. *Aquila.*
est ad Regiam præsentationem..
Valuensis. *Valua.* } vniti.
Sulmonen. *Salmona.* }
Aprutinus. *Terano.*
Ciuitatis Ducalis. *Ciuita Ducale.*

IN APVLIA.

Archiepiscopatus Compsanus.

CONZA.

Episcopatus Suffraganei.

Muranus. *Muro.*
Satrianensis. *Satriano.* } vniti.
Campaniensis. *Campania.* }
Laquedonensis. *Lacedognia.*
S.Angeli Lombardorum. *S.Angelo di Lombardi.*
Bisaciensis. *Bissacia.*

Archiepiscopatus Acherontinus, cui Matheranensis est vnitus, sunt ad Regiam præsentationem.

ACERENZA, ET MATERA.

Episcopatus Suffraganei.

Venusinus. *Venosa.*
Anglonen. *Anglona.*
Nunc translatus ad Tursim, vnde dictus Turcensis.
Potentinus. *Potenza.*
est ad Regiam præsentationem.
Grauinensis. *Grauina.*
Tricaricensis. *Tricarico.*

Archiepiscopatus Tarentinus, est ad Regiam præsentationem.

TARENTO.

Episcopatus Suffraganei.

Montulensis. *Montula.*
est ad Regiam præsentationem.
Castellanatensis. *Castellaneta.*
Oritanus. *Oria.*
est ad Regiam præsentationem, nunc vnitus Brundusino Archiepiscopatui.

Archiepiscopatus Brundusinus, qui est ad Regiam præsentationem.

BRINDISI.

Episcopatus Suffraganei.

Hostunensis. *Ostuni.*
Neritonensis. *Nardo.*
est exemptus.
Monopolitanus. *Menopoli.*
est eaemptus, & ad Regiam præsentationem.

Archiepiscopatus Hydruntinus.

est ad Regiam præsentationem.

OTRANTO.

Episcopatus Suffraganei.

Castrensis. *Castro.*
Gallipotanus. *Gallipoli.*
est ad Regiam præsentationem.
Vgentinus. *Vgento.*
est ad Regiam præsentationem.
Lyciensis. *Lecce.*
Alessanensis. *Alessano.*

Archiepiscopatus Barensis.

BARI.

Episcopatus Suffraganei.

Bituntinus. *Bitonto.*
Melphiten. *Malfitta.*
eaemptus, vt asseritur.
Iuuenacensis. *Giouenazzo.*
est ad Regiam præsentationem.
Rubeosis. *Ruuo.*
Polignanensis. *Polignano.*
Minerbisiensis. *Mondoruino.*
Conuersanus. *Conuersano.*
Biretten. *Bitetto.*
Andrien. *Andri.*
Vigiliensis. *Bisceglia.*

Archiepiscopatus Tranensis.

TRANI.

Episcopatus Suffraganei.

Montis Pilosi. *Montepiloso.*
Rapollensis. *Rapollo.*
cui est vnitus Melphensis sub Archiepiscopo Sypontino.

Archiepiscopatus Sypontinus.

MANFREDONIA.

Episcopatus Suffraganei.

Vestanus. *Vesti.*
Melphensis. *Melfi.*
est eaemptus, cui vnitus est Rapollensis sub Archiepisc. Tranensi.

Archiepiscopatus Nazarenus.

NAZARETH.

Est titularis, habet Ecclesiam in Castro Baroli Tranensis Diœcesis sub inuocatione S. Mariæ Nazareth cum Capitulo, Canonicis, Dignitatibus, & Clero, intus dictam Ecclesiam habet iurisdictionem, & vtitur insignibus Archiepiscopalibus.

IN CALABRIA.

Archiepiscopatus Rheginensis.

est ad Regiam præsentationem.

REGGIO.

Episcopatus Suffraganei.

Neocastrensis. *Nucastro.*

Cathacensis. *Catanzaro.*
Cotroneosis. *Cotrona.*
est ad Regiam præsentationem.
Tropiensis. *Tropia.*
est ad Regiam præsentationem.
Oppidensis. *Oppido.*
Bouensis. *Bouo.*
Hieracensis. *Geraci.*
Squilacensis. *Squillace.*
Castri Maris. *Castell' à mare.*
Nicoterensis. *Nicotera.*
est exemptus ab Archiepiscop. iurisdictione.

Archiepiscopatus Cusentinus.

COSENZA.

Episcopatus Suffraganei.

Marturanensis. *Marterano.*
Cassanensis. *Cassano.*
est exemptus,& ad Regiam præsentationem.
Militensis. *Molito.*
est exemptus.
S. Marci. *S. Marco.*
est exemptus.

Archiepiscopatus Rossanensis.

ROSSANO.

Nullum habet Suffraganeum.

Bisignanen. *Bisignano.*
est exemptus.

Archiepiscopatus S. Seuerinæ.

SAN SEVERINO.

Episcopatus Suffraganei.

Vmbriaticensis. *Vmbriatico.*
Strongulensis. *Strongoli.*
Insulanus. *l'Isola.*
Catiarensis. *Cariati.*
Bellicastrensis. *Belcastro.*

IN SICILIA.

Archiepiscopatus Panormitanus.

PALERMO.

Episcopatus Suffraganei.

Agrigentinus. *Gergente.*
Mazarensis. *Mazara.*
Meleuitanus. *Malta.*

Archiepiscopatus Montisrealis.

MONREALE.

Episcopatus Suffraganei.

Syracusanus. *Syracusa.*
Catanensis. *Catania.*

Archiepiscopatus Messanensis.

MESSINA.

Episcopatus Suffraganei.

Cephaludensis. *Cefalù.*
Pactensis. *Patti.*
Liparensis. *Lipari.*
est in Regno Neapol. ad Regiam præsentationem.

IN SCLAVONIA.

Archiepiscopatus Antibarensis.

ANTIVARI.

Episcopatus Suffraganei.

Stephanensis. *Stefani.* } vniti.
Bondonensis. *Benda.* }
Albanensis. *Albano.*
Alexiensis. *Alessio.*
Scutarensis, vel Scodrensis. *Scutari.*
Sapatensis, seu Sardanensis. *Sapata.*
qui omnes sunt in Albania.
Prozrinensis. *Prisrina.*
Sardicensis. *Soffia.*
qui duo sunt in Seruia.
Buduanensis. *Buda.*
Dulcinensis. *Dulcigno.*
Driuastensis. *Driuasto.*
Suacinensis. *Suacino.*
Bollastrensis. *Bolastro.*
Sierbiensis. *Serbia.*
qui sex vltimi hodie Pastore carent.

Archiepiscopatus Ragusin.

RAGVSI.

Episcopatus Suffraganei.

Stagnensis. *Stagno.*
Mercanensis. *Marcana.*
Trebinensis. *Trebigne.*
Rosonensis. *Risano.*
Corzolensis. *Corzola.*
Catarensis. *Cattaro.*
olim sub Archiepiscopatu Baren. in Apulia.
Garzalensis. *Gazzala.*
hodie caret Pastore.

Archiepiscopatus Spalatrensis.

SPALATRO.

Episcopatus Suffraganei.

Pharensis. *Lesina.*
Traguriensis. *Trau.*
Sibenicensis. *Sibenico.*
sunt in ditione Venetorum.
Segniensis. *Segna.*
in ditione Imperatoris.
Scardonensis. *Scradona.*
Bosnensis. *Bosna.*
Samadiensis. *Semederrum.*
Modrissiensis. *Modrussa.*
Corbauiensis. *Corbaua.*
Damnensis. *Dumnoet.*
Macarensis. *Macarsa.*
sex vltimi sunt sub ditione Turcarum,& Modris- sien. ac Damnen. ad præsens carent Pastore.

Archiepiscopatus Iadrensis.

ZARA.

Episcopatus Suffraganei.

Arbensis. *Arbe.*
Veglianensis. *Veglia.*
Auxarensis. *Ossaro.*
Nonensis. *None.*
Omnes sub ditione Venetorum.

Archiepiscopatus Dinchiensis.

DVRAZZO.

Episcopatus Suffraganei sunt Bendensis, Crotensis, Lisiensis, & Canoniensis, qui omnes carent Pastore, præter Metropolitanum. Extabant & alij Episcopatus in hac Prouincia, qui ob tyrannidem Turcicam sunt hodie suppressi.

IN POLONIA.

Archiepiscopatus Gnesnensis est Legatus Apostolicus natus, & Poloniæ Primas.

GNIEZNO.

Episcopatus Suffraganei.

Vratislauiensis, *in Slesia.* *VVratslaw.*

Vradisla

Vradiſlauienſis. *in Cuiauia.*	*VVloclavv.*	
Lubuſſenſis, *in Marchionatu Brandeburg.*		*Lubuſa.*
Viloenſis, *in Lithuania.*	*Vilna.*	
Medioenſis, *in Smogitia.*	*Zmudz.*	
Plocenſis, *in Maſouia.*	*Plocko.*	
Cracnuienſis, *in Polonia.*	*Krakovv.*	
Pnſoanienſis, *in Podolia minori.*	*Poznan.*	
Camaneeen, *in Podolia maiori.*	*Kamien Rz.*	
Vendenſis, *in Liuonia.*	*Venda.*	

Archiepiſcopatus Leopolienſis in Ruſſia.

LVVOVV.

Epiſcopatus Suffraganei.

Camenenſis, *in Pomerania.*	
Culmenſis, *in Pruſſia.*	*Chelmno.*
Varmienſis, *ibid.*	*VVarmia.*
VVlodnmicienſis.	*VVlodzimirz.*
Luceocienſis.	*Lucko.*
Polocenſis.	*Polok*
Præmiſtienſis, *in Ruſſia.*	*Pozemiſl.*
Kiouienſis, *ibid.*	*Kiiovv.*
Chelmenſis, *ibid.*	*Chelm.*
Piſcenſis.	*Pinsko.*

Ex his Lenpnlienſis, Præmiſſienſis, & Chelmenſis Epiſenpi erant Græci ſchiſmarici, quns ipſi Ruſſi vocabaot *Vladicas*, qui ann. 1596. in communionem Ecelesiæ Rnmanæ à Clem. VIII. ſunt receprì, vt patet ex profeſſione Fidei ab ipſis emiſſa.

Poſteaquam Lituani ſeſe cum Polnnis penitus coniungere, atque in vnum Reipub. corpus coaluere, ann. 1578. in Comitiis Lubrinenſibus inrer Regni Pnloniæ Senatores, primi ſunt Antiſtites nnminati, atque iſtn nrdine ad ferenda ſuffiagia enllncati, Primum illi dun Archiepiſenpi Gneſnenſis, & Lenpolienſis, & poſtea ſequuntur Epiſcopi tredecim, de quibus iam ſuprà dictum eſt.

Cracouienſis.		Præmiſſieoſis.
Vladiſlauienſis.	} altern.	Mednicenſis.
Vilnienſis.		Culmenſis.
Pnſuanienſis.		Chelmeoſis.
Plocenſis.	} altern.	Kinuienſis.
Varmienſis.		Camenecenſis.
Loceorieoſis.		

IN SCOTIA.

Olim nullus erat Archiepiſcopatus in Scotia, ſed Epiſcopatus omnes D. Papæ in ſpiritualibus ſuberant. Poſtea à Sixto IV. ibi ſequentes duo Archiepiſcopatos inſtitui fuerunt.

Archiepiſcopatus Andreopolitanus, Primus.

SAINT ANNRNVVES.

Epiſcopatus Suffraganei.

Dunckeldenſis.	*Dunkeld.*
Aberdoneoſis.	*Aberdon.*
Morauienſis.	*Moray.*
Dumblanenſis.	*Dumblane.*
Brechinenſis.	*Brechin.*
Roſſenſis.	*Roſſe.*
Cathanenſis.	*Cathnes.*
Orcadenſis.	*Orknay.*

Archiepiſcopatus Glaſcoenſis.

GLASCO.

Epiſcopatus Suffraganei.

Candidæ caſæ, ſiue Gallouidiæ.	*Quinth horn*, vel *Gallovvay.*
Liſmorienſis, ſiue Argadiæ.	*Argyle.*
Inſulatum, ſiue Sodoienſis.	*Of the Fles.*

IN VNGARIA.

Archiepiſcopatus Strigonien. ad Danubium fluuium Vngaricè Eſtergam, *Germanicè* Gran.

Archiepiſcopus Strigonieñ. eſt Legatus Apoſtolicus natus, & regoi Vngariæ Primas, ſummuſque Cancellarins, & Secretarius, qui Regem ſolet inungere, & coronare.

Epiſcopatus Suffraganei.

Agrieñ.	Vngaricè	*Egher.*
	Germanicè	*Erla.*
Nitrieñ.	Vng.	*Nitra.*
	Germ.	*Neutra.*
Vacieñ.	Vng.	*Vacz.*
	Germ.	*VVaszen.*
Laurineñ.	Vng.	*Gyor.*
	Germ.	*Raab.*
ad Danubinm fluuium.		
Quinque Eccleſieõ.	Vng.	*Pets.*
	Germ.	*Tunfkirchen.*
ad Draonm fluoium.		
Veſprimieñ.	Vng.	*Veſprin.*
	Germ.	*VVeisbrun.*

eſt Cancellarius Reginæ, quam coronare ſnlet.

Archiepiſcopatus Colocen. Vngaricè Colotſa.

Epiſcopatus Suffraganei.

Zabragienſis. Vng. *Zabrag.*
Germ. *Agram*, ad Sauum fluuium in Regno Sclauoniæ verſus Croatiam.

Varadienſis.	Vng.	*Varad.*
	Germ.	*Groſſ. VVardein.*
Chianadienſis.	Vng.	*Chianad.*
Sirmienſis.	Vng.	*Szerem.*
Boſnenſis.	Vng.	*Boſzna.*

in Regno Boſniæ.

Tranſſiluaniæ, ſiue Albæ Iuliæ, in Trãſſiloaoia, Vng. *Feiernar Erdelyen.* Germ. *VVeiſſemburg in Sibenburgen.*

Cibinienſis, ſiue Hermanſtadenſis in Tranſſiluania, Vng. *Szbern.* Germ. *Hermanſtadt.* Verum neſcio an hic ſit diſtinctus à Superiori, nam communiter vocatur Epiſcopos Tranſſiluaniæ vous, & alter.

Tinnienſis. Vng. *Tinnini.*
in Regno Bnſniæ.

IN BRITANIA.

Archiepiſcopatus Cantuarenſis, totius Angliæ Primas eſt.

CANTERBVRY.

Epiſcopatus Suffraganei.

Londinenſis.	*London.*	
Vintonienſis.	*VVinchester.*	
Elienſis.	*Ely.*	
Linconienſis.	*Lincolne.*	
Lichfeldien.	*Linchfield.*	} vniti.
Conuentrienſis.	*Conuentry.*	
Saliſburienſis.	*Salisbury.*	
Bathnnienſis.	*Bathe.*	} vniti.
VVellenſis.	*VVelles.*	
Exnnienſis.	*Exceter.*	
Nordouiecõ.	*Norvvich.*	
Vigornienſis.	*VVorceter.*	

Here

Herefordien.	*Herefortd.*
Chicestrensis.	*Chichester.*
Roffensis.	*Rochester.*
Oxoniensis.	*Oxford.*
Glocestrensis.	*Glocester.*
Petriburgensis.	*Peterborough.*
Bristolensis.	*Bristol.*
S. Dauidis.	*S. Dauids.*
Landaffensis.	*Landaff.*
Bangoriensis.	*Bangor.*
Assaphensis.	*S. Assaph.*

Archiepiscopatus Eboracen.
YORCH.

Episcopatus Suffraganei.

Dunelmensis.	*Durham.*
Carlenlensis.	*Carlile.*
Castrensis.	*Chester.*

IN ALEMANIA.

Archiepiscopatus Moguntinus.
MAINTZ.

Episcopatus Suffraganei.

Eistatensis.	*Aichstet.*
Herbipolensis.	*VVirtzburg.*
Constantiensis.	*Costnitz.*
Curiensis.	*Cur.*
Argentinensis.	*Strasburg.*
Spirensis.	*Speyer.*
VVormatiensis.	*VVormbs.*
Verdensis.	*Verden.*
Hildeshemensis in VVestphalia.	*Hildesheim.*
Paderbornensis ibid.	*Paderborn.*
Halberstadiensis.	*Halberstat.*
Augustanus.	*Augsburg.*
Bambergensis. est exemptus.	*Bamberg.*
Misnensis. est exemptus.	*Meissen.*

Archiepiscopatus Pragensis in Boëmia Vrbs Regia.
PRAG.

Episcopatus Suffraganei.

Olomensis in Morauia.	*Olmuntz.*
Vrstislaniensis in Silesia.	*Breslaw.*

Archiepiscopatus Coloniensis.
COLN.

Episcopatus Suffraganei.

Leodiensis.	*Luttigh.*
Monasteriensis.	*Munster.*
Mindensis.	*Minden.*
Osnaburgensis.	*Osnaburg.*

Archiepiscopatus Bremensis.
BREMAN.

Episcopatus Suffraganei.

Balduicensis, nunc suppressus.	*Barde Vvisf.*
Slesuicensis.	*Slesvich.*
Raseburgensis.	*Ratzemburg.*
Lubicensis.	*Lubeck.*
Rigensis, siue Liuoniensis.	*Riche.*

cui olim Metropoli Episcopatus sequentes in Liuonia fuerunt Suffraganei Renaliensis, Curlensis, siue Gerladensis, Oiselensis, Depcensis, siue Topatensis, Curomensis, & alij in Prussia, qui nunc subsunt Gnesnensi Archiepiscopo.

Barbos. de Episcopo Pars I.

Archiepiscopatus Magdeburgensis.
MAGDEBVRG.

Episcopatus Suffraganei.

Hauelburgensis.	*Hauelburg.*
Brandeburgensis.	*Brandeburg.*
Mersebnrgensis.	*Mersburg.*
Ciczensis, siue Naumburgensis in Misnia.	*Cicz Naumburg.*

Archiepiscopatus Salseburgensis.
SALSBVRG.

Episcopatus Suffraganei.

Ratisponensis, exemptus.	*Regenspurg.*
Passauiensis.	*Passau.*
Frizingensis.	*Freysingen.*
Brixinensis.	*Brixen.*
Gurgensis.	*Gurckh.*
Lauantinus.	*Lauant.*
Secouiensis.	*Seckauvv.*
Chiemensis.	*Chiemse.*
Nouæ ciuitatis in Austria.	*Neistadt.*
Viennensis ibid.	*VVien.*

Qui duo vltimi à Paulo II. circa ann. 1648. instituti fuerunt, petente Federico III. Imper.

Archiepiscopatus Treuerensis.
TRIER.

Episcopatus Suffraganei.

Metensis.	*Mets.*
Tullensis.	*Toul.*
Verdunensis.	*Verdun.*

IN BVRGVNDIA.

Archiepiscopatus Tarentasiensis.
TARENTAISE.

Episcopatus Suffraganei.

Seduensis.	*Sedun.*
Augustanus.	*Osta.*

Archiepiscopatus Bisuntinus.
BESANÇON.

Episcopatus Suffraganei.

Basiliensis.	*Basel.*
Lausanensis.	*Losanne.*
Bellicensis.	*Bellay en Bresse.*

ad ditionem Regis Galliæ pertinet.

IN SVETIA.

Archiepiscopatus Vpsallensis.
VPSHOLM.

Episcopatus Suffraganei.

Scarensis, seu Scaranensis.	*Schar.*
Lincopensis.	
Strinensis.	*Strengnes.*
Alnensis.	
Agariensis.	
Abduensis.	

Archiepiscopatus Nidrosien. in Noruegia.

Episcopatus Suffraganei.

Bergensis.	*Bergen.*
Srauagiensis.	*Straffanger.*
Hamariensis.	*Hamar.*
Ansloënsis.	*Anslo.*
Holamensis.	*Holan.*
Horcadensis.	

E Sodren

Sodrenſis.
Gronelandenſis, inſul. *Groenlandi.*
Scalholtanus in Iſlaud. *Scalbolt.*
Hemetenſis.
Eaenſis.

IN BELGIO.

Poſtquam è Belgio in Hiſpanias diſceſſerat Carolus Cæſar, de nouiſque Epiſcopatibus per Belgium erigendis, cogitari cœperat, vt hac ratione Fides Catholica & animarum ſalus extra periculum conſtitueretur, Philippus Rex eius filius patentis intentum exequitur, & facta diſtributione Prouinciarum in Diœceſes, locisque pro Epiſcopatibus, & Eccleſiis Cathedralibus eum dote deſignatis, mittitur Romam ann. 1558. Franciſcus Sonnius ad Summum Pontif. Paulum IV. qui inter omnes Eccleſias in Belgio erectas tres eſſe voluit Metropolitanas, ſeu Archiepiſcopales. Cameracenſem, Vltraiectenſem, quæ antiquitus fuerant Cathedrales, & Melchlinienſem planè nouam, quam etiam primatialem eſſe voluit, refert Arnoldus Hauenſius in tract. de erectione nouorum in Belgio Archiepiſcopatuum.

Archiepiſcopatus Cameracenſis.

CAMBRAY.

Epiſcopatus Suffraganei.

Attrebatenſis, in Artesia. *Arras en Artois.* } antiq.
Tornacenſis apud Neruios. *Tournay.* } antiq.
ad fluuium Scandim.
Namurcenſis ad Moſam flu. *Namur.* } noui.
Audomatenſis in Arteſia. *S. Omer.* } noui.

Archiepiſcopatus Vltraiectenſis ad oſtia Rheni.

VTRECHT.

Harlemenſis, apud Hollandos. *Harlem.*
Dauentrienſis, apud Tranſylu. *Deuenter.*
Leouardienſis, apud Friſios. *Leeu.VVarden.*
Grœningenſis apud eoſdem. *Groningen.*
Middelburgenſis apud Zelland. *Middelburg.*

Hæ ciuitates vnà cum Vltraiecto hodie ab Hæreticis poſſidentur.

Archiepiſcopatus Melchlinienſis.

MECCHELEN.

Epiſcopatus Suffraganei.

Antuerpienſis in Brabantia ad Scaldim fluuium. *Anuers.*
Gandauenſis in Flandria ad Scaldim fluuium. *Gant.*
Brugenſis in Flandria. *Bruges.*
Iprenſis, ibid. *Iper.*
Boſcoducenſis in Brabantia. *Bolduc.*
Ruræmundenſis, in Geldria ad Moſam fluu. *Rurmonde.*

IN HIBERNIA.

Archiepiſcopatus Ardbmachanus.

ARDMACHA.

Epiſcopatus Suffraganei.

Medenſis. *Midhe.*
Kylmorenſis. *Cillmhor.*
Clnapenſis. *Cluainet.*
Ardachadenſis. *Ardach.*
Clochorenſis. *Clochar.*
Rapotenſis. *Raithbogh.*
Detenſis. *Doire.*
Dunenſis. *Dun.* } vniti.
Conotenſis. *Conaire.* } vniti.
Dromorenſis. *Drommor.*

Archiepiſcopatus Dublinienſis.

Ita dictus à ciuitate, quæ olim vulgò Duibhilinn, ſeu arb Cliath Diubhlinen dicebatur, nunc verò baile atha Cliath. Eſt Metropolis Regni quoad temporale: huius Archiepiſcopus ex priuilegio ſe Primatem Regni facit, qui titulus Ardmachano ex antiquitate, & prima fundatione competit.

Epiſcopatus Suffraganei.

Kylldarenſis. *Cill Dara.*
Featnenſis. *Fearna.*
Lachlenſis. *Loch da lachan.*
Oſorienſis. *Oſrudhe.*

Archiepiſcopatus Caſilenſis.

CASIL.

Epiſcopatus Suffraganei.

Liſmorenſis dictus etiam VVaterfordienſis. *Lismor, & Port laigre.*
Culaioenſis dictus Coresgenſis. *Cluaine, Corcach.*
Roſſenſis. *Roſſ.*
Ardfeartenſis. *Ardfearta.* } vniti.
Acadenenſis. *Achade.* } vniti.
Limiticenſis. *Luimneach.*
Leonenſis. *Gill da luagh.*
Imilicenſis. *Imile.*
Finibricenſis. *Finibre.*
Finnatienſis. *Cill Fionbrach.*

Fuit olim in hac Prouincia Epiſcopatus celebris Iniſchatenſis: ſed iam diuiſus partim Laonenſi, partim Ardfeartenſi adhæret.

Archiepiſcopatus Tuamenſis.

TVAIM.

Epiſcopatus Suffraganei.

Duacenſis. *Cill mhic Duach.*
Cluanfeartenſis. *Cluain Feart.*
Mayonenſis. *Muidhgheo.*
Elmenſis. *Oil Finn.*
Achaeloenſis. *Achaidghoe.*
Aladenſis. *Cill Ala.*

IN FRANCIA.

Archiepiſcopatus Lugdunenſis.

LYON.

Epiſcopatus Suffraganei.

Educenſis, ſiue Auguſtodunenſis. *Autun.*
Matiſconenſis. *Maſcon.*
Cabillonenſis. *Chalon ſur Saone.*
Lingonenſis. *Langres.*

Archiepiſcopatus Pariſienſis.

Fuit à Gregorio X V. in Archiepiſc. dignitatem euectus de anno 1622.

PARIS.

Epiſcopatus Suffraganei.

Carnotenſis. *Chartres.*
Aurelianenſis. *Orleans.*
Meldenſis. *Meaux.*

Archiepiſcopatus Senonenſis.

SENS.

Epiſcopatus Suffraganei.

Niuernenſis. *Neuers.*
Antiſſiodorenſis. *Auxerre.*
Trecenſis. *Troyes en Champagne.*

Archi-

Archiepiscopatus Burdegalensis.

BOVRDEAVX.

Episcopatus Suffraganei.

Pictauiensis.	*Poictiers.*
Sanctonensis.	*Sainctes.*
Engolismensis.	*Angoulesme.*
Petracoricensis.	*Perigeux.*
Condomensis.	*Condon.*
Malleacensis.	*Mallezed.*
Agennensis.	*Agens.*
Lucionensis.	*Luçon.*
Sarlatensis.	*Sarlat.*

Archiep. Arelatensis, in Prouincia Prouincia.

ARLAS.

Episcopatus Suffraganei.

Massiliensis.	*Marseille.*
Atausicensis.	*Orange.*
Tricastinensis.	*Tricastin.*
Tolonensis.	*Tolon.*

Archiepiscopatus Aquensis.

AIX.

Episcopatus Suffraganei.

Aptensis.	*Apt.*
Regensis.	*Riez.*
Foroiuliensis.	*Freiule.*
Vapincensis.	*Gap.*
Sistariensis.	*Sisteron.*

Archiepiscopatus Viennensis.

VIANNE.

Episcopatus Suffraganei.

Valentinus.	*Valence.*
Viuatiensis.	*Viuarais.*

Nam Albensi, Heluiorum Vrbe à Ctoco Alamannotnm Rege euetsa Sedes inde Viuarium est translata.

Diensen.	*Die.*
Gratianopolitanns.	*Grenoble.* vniti.
Maurianensis.	*Maurienne,*
Gebenneosis, siue Genenensis.	*Geneue.*

Geneua à Nouatoribus an. 1535. occupata, Sedes hodie Episcopi est Anessiacom Sabaudiæ oppidum.

Archiepiscopatus Ebredunensis.

EMBRVN.

Episcopatus Suffraganei.

Dignensis.	*Digne.*
Niciensis.	*Nice.*
Grassensis.	*Grasse.*

Olim Antinopolitanus dicebatur, sed postea Grassum Prouinciæ Vrbem tertio inde milliari translatus est, vnde Grassiensis.

Glandeuensis.	*Glandesue.*
Senetensis.	*Senez.*
Venciensis.	*Sainct Paul de Vence.*

Archiepiscopatus Auenionensis.

AVIGNON.

Ciuitatem hanc Auenionensem Ioanna Caroli Calabriæ Ducis filia cessit Clementi VII. Summo Pont. ad compensationem tributi Romanæ Sedi per annos multos non soluti.

Episcopatus Suffraganei.

Carpentoractensis.	*Carpentras.*
Vasionensis.	*Vaison.*
Cabellicensis, siue Cabellionensis.	*Cauaillon du Contat.*

IN CAMPAGNIA.

Archiepiscopatus Rhemensis.

RHAIMS.

Episcopatus Suffraganei.

Suessionensis.	*Soissons.*
Cathalonensis.	*Challons sur Marne.*
Siluaneteosis.	*Senlis.*
Tornacensis.	*Tournay.*
Ambianensis.	*Amiens.*
Morinensis.	*Teroane.*
Nouionensis.	*Noyon.*
Belluacensis.	*Beauuait.*
Laudunensis.	*Laon.*
Arrebatensis.	*Artois.*

Archiepiscop. Rothomagensis, in Normandia.

ROVAN.

Episcopatus Suffraganei.

Baiocensis.	*Bayeux.*
Abrincensis.	*Auranches.*
Ebriacensis.	*Eureux.*
Sagiensis.	*Sais.*
Lexouiensis.	*Lisieux.*
Constantiensis.	*Contances.*

IN BRITANIA.

Archiepiscopatus Turonensis.

TOVRS.

Episcopatus Suffraganei.

Cenamanensis.	*Mans.*
Redonensis.	*Rennes.*
Andegauensis.	*Angers.*
Naonetensis.	*Nantes.*
Carisopitensis.	*Cornouaillen*
Venetensis.	*Vennes.*
Maelouiensis.	*S. Malo.*
Bnocensis.	*S. Brin.*
Trecorensis.	*Treguier.*
Leonensis.	*S. Paul. de Leon.*
Dolensis.	*Dol.*

Archiepiscopatus Bituricensis, in Ducatu Aquitaniæ.

BOVRGES.

Episcopatus Suffraganei.

Clatomontensis.	*Clermont en Auuergne.*
Ruthenensis.	*Rodez.*
Cadurcensis.	*Cahors.*
Lemouicensis.	*Limoges.*
Mimatensis.	*Mende de Guinauldan.*
Albiensis.	*Alby.*
Casttensis	*Castres.*
Vabren.	*Vaures.*
Tutellensis.	*Tulles.*
S. Flori.	*Sainct Fleur.*
Aoiciensis.	*le Puy en Auuergne.*

est exemptus.

IN VASCONIA.

Archiepiscopatus Auxitanus.

AVX.

Episcopatus Suffraganei.

Aquensis.	*Aqs.*
Lectorarensis.	*Letoure.*
Connenensis.	*S. Bertrand de Cominges.*
Conseranns.	*S. Leger de Conserans.*
Bigoricensis, vel Taruiensis.	*Tarbe.*
Olorensis,	*Oleron en Bearn.*

Laſcarenſis.	*Leſcar en Bearn.*
Vaſatenſis.	*Baſas.*
Baionenſis.	*Baione.*
Adatenſis.	*Aire en Armignac.*

IN GOTHIA.

Archiepiſcopatus Narbonenſis.

NARBONNE.

Epiſcopatus Suffraganei.

Carcaſſonenſis.	*Carcaſſone.*
Briterenſis.	*Beſiers.*
Agathenſis.	*Agde.*
Ledouenſis.	*Lodeue.*
Nemauſenſis.	*Niſmes.*
Vticenſis.	*Vſez.*
S.Pontij Tomeriarum.	*S.Pont.*
Aleſtenſis.	*Alex.*
Montis Peſſulani.	*Montpelier.*

Ea inſula Magalona an. 1536. ad Montem Peſſulum tranſlata eſt Paulo III. probante.

Archiepiſcopatus Tholoſanus.

THOLOSE.

Epiſcopatus Suffraganei.

Mirapiſcenſis.	*Mirepoix.*
Montalbanenſis.	*Montalban.*
Vaurenſis.	*Vaure.*
Riuenſis.	*Rieux.*
Lombetienſis.	*Lombet.*
S.Papuli.	*Sainct Papul.*
Appamiarum.	*Appanes.*

IN HISPANIA.

In Catalonia.

Archiepiſcopatus Terraconenſis.

TARRAGONA.

Epiſcopatus Suffraganei.

Barcinonenſis.	*Barcelona.*
Gerundenſis.	*Gerona.*
Illerdenſis.	*Lerida.*
Elnenſis.	*Elna.*
Vicenſis.	*Vich.*
Vrgelenſis.	*Vrgell.*
Dertuſenſis.	*Tortoſa.*
Solſonenſis.	*Solſona.*

IN REGNO VALENTIÆ.

Archiepiſcopatus Valentinus.

inſtitutus ab Innoc.VIII. de anno 1492.

VALENCIA.

Epiſcopatus Suffraganeus.

Segobricenſis.	*Segorbe.*
Oriolenſis. à Paulo III.	*Origuela.*
Maioricenſis. in Inſula.	*Mallorca.*

IN ARAGONIA.

Archiepiſcopatus Cæſarauguſtanus.

inſtitutus à Ioanne XXII.

CARAGOÇA.

Epiſcopatus Suffraganei.

Oſcenſis.	*Hueſca.*
Iacenſis.	*Iaca.*
Terulenſis.	*Teruel.*
Tyraſonenſis.	*Taraçona.*
Barbaſtrenſis.	*Barbaſtro.*
Albarracinen.	*Albarracin.*

IN REGNO GRANATÆ.

Archiepiſcopatus Granatenſis.

inſtitutus ab Aleaandro VI.

GRANADA.

Epiſcopatus Suffraganei.

Malacinatus.	*Malaga.*
Almerienſis.	*Almeria.*

IN BÆTICA

Archiepiſcopatus Hiſpalenſis.

SEVILLA.

Epiſcopatus Suffraganei.

Cadicenſis.	*Cadix.*
Guadicenſis.	*Guadix.*
Canarienſis. Inſula.	*Canaria.*

IN CASTELLA NOVA.

Archiepiſcopatus Toletanus.

TOLEDO.

Cordubenſis.	*Corduba.*	
Segobienſis.	*Segobia.*	
Carthaginenſis.	*Cartagena.*	Vniti.
Murcenſis.	*Murcia.*	
Seguntinus.	*Seguença.*	
Oxomenſis.	*Oſma.*	
Conchenſis.	*Cuenca.*	
Gienuenſis,	*Iaen.*	
Abulenſis.	*Auila.*	
Valliſoletanus.	*Valladolid.*	

IN CASTELLA VETERI.

Archiepiſcopatus Burgenſis.

inſtitutus à Gregorio XIII.

BVRGOS.

Epiſcopatus Suffraganei.

Pampilonenſis.	*Pamplona.*	
Calagurritanus.	*Calahorra.*	Vniti.
Calceatenſis.	*Calcada.*	
Palentinus.	*Palencia.*	

IN GALLICIA.

Archiepiſcopatus Compoſtellanus.

inſtitutus à Calixto II. de an. 1124.

COMPOSTELLA.

Epiſcopatus Suffraganei.

Salamantinus.	*Salamanca.*
Placentinus.	*Placentia.*
Lucenſis.	*Lugo.*
Aſturicenſis.	*Aſtorga.*
Zamorenſis.	*Zamora.*
Aurienſis.	*Orenſe.*
Pacenſis.	*Tui.*
Mondonienſis.	*Mondeñedo.*
Curienſis.	*Coria.*
Ciuitatenſis.	*Ciudad Rodrigo.*
Legionenſis.	*Leon.*
Ouetenſis.	*Ouiedo.*

Hi duo vltimi ſunt exempti.

IN

IN LVSITANIA.

Archiepiſcopatus Bracharenſis.

Hiſpaniarum Primas.

BRAGA.

Olim in diuiſionem Eccleſiarum Hiſpaniæ de tempore magni Conſtantini, Bracharenſis Eccleſia in Metropolitanam erecta fuit, vt habetur in hiſtoria generali Hiſpaniæ p. 1. cap. 143. *verſ. à los treinta años*, Moreno de Vargas *in hiſtor. Emeritenſi*, lib. 2. c. 11. Illuſtriſſ. D. Rod. à Cuña *in hiſtor. Eccleſiaſt. Archiep. Bracharenſ. p. 1. cap. 8. num. 2.* vbi *num. 3.* refert in illa diuiſione aſſignatos fuiſſe in ſuffraganeos, Aſturicenſem, Tudenſem, Lucenſem, Conimbricenſem, & Iſtiæ Flauiæ, Poritonienſem, aliàs Ouetenſem, Viſenſem, Lamacenſem, Egitanienſem, & Aurienſem Epiſcopos. Poſtea verò regnante Theodomiro in Concilio Lucenſi *de anno* 569. ſolùm ſex Eccleſiæ in Suffraganeos Bracharenſ. aſſignatæ fuerunt, videlicet, Conimbricenſis, Viſenſis, Lamacenſis, Egitanienſis, Portugalenſis, & Dumenſis. Deinde varietate temporum nonnunquam immutati fuerunt huiuſmodi Suffraganei, qui modò ſunt qui ſequuntur, ex eodem D. Acunha *in d. hiſt. p. 1. c. 57. n. 2.*

Epiſcopatus Suffraganei.

Portugalenſis.	*Porto.*
Viſenſis.	*Viſeu.*
Conimbricenſis.	*Coimbra.*
Mirandenſis.	*Miranda.*

à Paulo III. inſtitutus de anno 1545. regnante in Portugalia Ioanne III. vt refert Illuſtriſſ. D. Acuña *d. part. 2. cap. 79. num. 5.*

Archiepiſcopatus Vlixbonenſis.

LISBOA.

A Bonifacio IX. ad Archiepiſcopalem dignitatem euectus regnante Ioanne Primo Portugaliæ Rege *de anno* 1390. vt refert Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. meus Rodericus à Cuña *in hiſtoria Eccleſiaſt. Archiepiſcop. Bracharenſ. part. 2. cap. 57. num. 6.* aſſerens tunc in Suffraganeos ei fuiſſe aſſignatos Eborenſem, Egitanienſem & Lamacenſem Epiſcopatus; nam prius Emeritenſi, deinde Bracharenſi Metropolitanis dum eſſet Epiſcopatus, Suffraganeus extitit, vt per eundem D. Rodet à Cunha *in hiſtoria Eccleſ. Epiſcoporum Portugalenſium, cap. 23. pag.* 218. modò ſuffraganei ſunt qui ſequuntur.

Epiſcopatus Suffraganei.

Egitanenſis.	*Guarda.*
Lamaceoſis.	*Lamego.*
Lerienſis.	*Leirea.*
Portalegrenſis.	*Portalegre.*
Septenſis.	*Ceuta.*

in Berberia erectus ab Eugenio IV. ſed exemptus, & immediatè ſubiectus Sedi Apoſt. poſtmodum per Sixtum IV. de anno 1475. fuit in ſuffraganeum Bracharenſi Eccleſiæ deſignatus, vt refert illuſtriſſ. Dom. à Cuña *in hiſtor. eccleſ. Archiepiſc. Bracharen. c. 59. n. 7. & 9.* Denique Vlixbonenſi Metropolitanæ deſignatus Suffraganeus reperitur.

Funchalenſis.	*Funchal.*
in inſula Materiæ.	
Angrenſis.	*Angra.*
in inſula Tertia.	
Congenſis.	*Congo.*
in Æthiopia.	
Capitis viridis.	*Cabouerde.*
in eadem, & ciuitate S. Iacobi.	
S. Thomæ.	*S. Thomé.*
in Gainea.	
Braſilienſis.	*Brazil.*
in ciuitate, quæ dicitur *Baja de todos los Santos.*	

Archiepiſcopatus Elborenſis.

EVORA.

Ex Epiſcopali ad Archiepiſcopalem dignitatem euectus à Paulo III. inſtante Henrico Cardinale, primo Archiepiſcopo, vt refert illuſtriſſ. D. Acuña *in hiſtor. Eccleſ. Archiep. Brachar p. 2. c. 6. 75. in princ.*

Archiepiſcopatus Suffraganei.

Sylvenſis, ſiue. } *Faro.*
Faraonenſis.

Hic Epiſcopatus olim erat in ciuitate Sylvenſi, deinde ab ea ob intemperiem aëris ad ciuitatem Faraonenſem tranſlatus tempore Epiſcopi D. Alphonſi de Caſtelobranco, modò dicitur Faraonenſis, & aliquando Algarbienſis à Regno denominatur, vt refert Illuſtriſſ. D. Acunha *in hiſtoria Eccleſ. Archiepiſc. Bracharenſ. p. 2. c. 61. n. 6.*

Tingitanus. *Tangere.*

Hic Epiſcopatus licèt ſit Alborenſi Archiepiſcopo ſuffraganeus, attamen Septenti ſub Vlixbonenſi vnitus eſt, & ſic Septenſis & Tingitanus ab vno tantùm reguntur Epiſcopo.

Eluenſis. *Eluas.*

in Epiſcopalem erexit Pius V. regnante Sebaſtiano Portugaliæ Rege, vt refert Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in d. hiſtor. Archiepiſcop. Bracharenſ. p. 2. c. 106. n. 9.* Conſtit. incip. *Super cunctas* 5. *Idus Iunij* 1575.

IN INDIA ORIENTALI.

Archiepiſcopatus Goenſis.

Indiarum Primas inſtitutus à Paulo III.

GOA.

Epiſcopatus Suffraganei.

Coccinenſis. *Cochin.*
Malacenſis. *Malaca.*
Sinenſis, } *China.*
Machienſis }
ſic etiam dictus, quia habet Sedem in ciuitate Machao.
Iaponenſis. *Iapon.*
inſtitutus à Sixto V. & habet Sedem in ciuitate Nangaſachi.
Malabarenſis. *Malabam.*
in Regno de Malaos.
Meliaporenſis. *Meliapor.*
S. Thomæ. *S. Thomé.*

Archiepiſcopatus Angamalenſis.

ANGAMALA.

Inſtitutus fuit à Paulo V. *de anno* 1607. & alio nomine Grangmorenſis appellatur, vulgò *Granganor*, & aliquando eius Archiepiſcopus denominatur Archiepiſcopus Chriſtianorum S. Thomæ, cui in Suffraganeos deſignari debebunt Epiſcopi, qui in illis partibus ventura tempeſtate inſtituendi erunt.

IN INDIA OCCIDENTALI.

Archiepiſcopatus Mexicanus

inſtitutus à Paulo III. *de anno* 1547. & in hac ciuitate reſider Prorex & Cancellaria Regia.

MEXICO.

Epiſcopatus Suffraganei.

Tlazcalenſis, ſiue
Angelopolitanus. *Tlazcala.*
ſic dictus quia habet Eccleſiam Cathedralem in ciuitate Angelorum, vulgò *La puebla de los Angeles.*

Mechnacanensis. *Mechoacam.*
Antiquerensis. *Antequera.*
Guadalaxarensis. *Guadalaxara.*
est in Prouincia nnuæ Galleciæ.
Guatimalensis. *Guatimala.*
est in ciuitate S.Iacnbi Equitum, & in ea resides Audientia illius Prouinciæ.
Iucatanensis. *Iucatan.*
est in eiuitate Emeritensi Prouinciæ Iucatanensis.
Chiappensis. *Chiappa.*
Truxillensis. *Truxillo.*
est in Prouincia de Hnnduras.
Veræ pacis. *Vera pax.*
Nicaraguensis. *Nicaragua.*

Archiepiscopatus S.Dominici.

Institutus à Paulo III. *de anno* 1545.cui vnita fuit Ecclesia ciuitatis de la Vega, nunc suppressa, hîc residet Regia Audientia.

SANTO DOMINGO.

Episcopatus Suffraganei.

S.Ioannis de Pnrtu diuite. *S.Iuan de Portorico.*
S.Iacnbi in Cuba. *Santiago de Cuba.*
est in insula Cuba, in qua adest magnus portus S.Christnphori de Habana.
Veneuznlanus. *Venenzuela.*
Iamaicensis. *Iamaica.*

IN REGNO PERVANO.

Archiepiscopatus Limensis, siue ciuitatis Regum.

institutus à Paulo III.

LIMA.

In hac ciuitate residet Regia Audientia.

Episcopatus Suffraganei.

Cuscensis. *Cuzco.*
Quitensis. *Quito.*
à Pauln III.
Panamanens. *Panama.*
in hac ciuitate residet Regia Andientia.
Chilensis. *Chile.*
in hac ciuitate residet Regia Audientia.
Imperialis. *Imperial ciudad.*
hac vrbe destructa cessauit.
Atequipensis. *Arequipa.*
à Paulo V.
Guamanganensis. *Gamanga.*
Trugillensis. *Truxillo.*
ab eodem.

IN PROVINCIA DE LAS CHARCAS.

Archiepiscopatus Platensis, siue Argentinus.

Institutus à Paulo V.hîc est Regia Audientia.

CHARCAS, O. PLATA.

Episcopatus Suffraganei.

Paeensis. *de la Pax.*
à Paulo V. dicebatur olim Chaquiago.
Barracensis. *Barranca.*
ab endem. Est in Prnuincia S.Crucis de la Sierra.
S.Iacobi Esterensis. *Santiago del Estero.*
est in Prouincia de Tucuman.
Bonorum aëtum, siue Fluminis argentei. *Buenos ayres: o Rio de la Plata.*

IN NOVO REGNO GRANATENSI.

Archiepiscopatus S. Fidei.

In hac ciuitate residet Regia Audientia.

SANTA FEDE BOGOTA.

Episcopatus Suffraganei.

Pnpayanensis. *Popayan.*
Carthaginensis. *Cartagena.*
S.Marthæ. *Santa Marta.*

IN INSVLIS PHILIPPINIS.

Archiepiscopatus Manilanus.

MANILA.

In hac ciuitate resider Regia Audientia.

Episcopatus Suffraganei.

Segniæ nouæ. *Segouia nueua,in insula Luzonis.*
Nominis Iesu. *El nombre de Iesus.*
in Prouincia de Zubu.
Cacerensis. *Caceres.*
in Prnuincia de Camatiues.

Post hæc scripta nouissimè pndiit tractatns *de Iure Indiarum, tom.2.* à doctissimo D.Inanne de Solnrzann in lucem editus, vbi *de Indica gubernatione* plenissimè tractat, & *lib.3.cap.4.num.6.* agens de Ecclesiis Cathedralibus illarum partium, ita loquitur. *Atque in hunc planè modum, eo, quo hac scribimus, tempore sex Metropolitana Ecclesia, & triginta dua eidem Suffraganea erecta sunt, videlicet in insulis, quas vocant de Barlauento Archiepiscopalis Insula Hispaniola, aliàs sancti Dominici, qua Suffraganeas habet, Cubensem, Portus diuitis, Caraquensem, siue de Veneçuela, & Abbatialem de Iamaica. In nouo Regno Granatensi Archiepiscopalis S.Fidei de Bogota, qua suffraganeas habet Carthaginensem, S.Martha, & Popaianensem. In prouincijs noua Hispania Archiepiscopalis Mexicana, qua Suffraganeas habet Tlaxcalensem, siue de la Puebla de los Angeles, Guaxacensem, siue Antiquaria. Mechoacanensem, Tucatanam, Guathemalensem, Chiapensem, Nicaraguensem, noua Gallecia, siue de Guadalajara, noua Cantabria, Hondurensem, siue Sancti Saluatoris. In latissimis Peruanis Prouincialis Archiepiscopalis Limana, aliàs de los Reyes, qua Suffraganeas habet Panamensem, Quitensem, Truxillanam, Guamanguensem, Arequipensem, Cuzquensem; & in prouincijs de Chile duas alias, qua appellantur Sancti Iacobi, & Conceptionis: nam alia qua ibidem erecta fuit, & dicebatur Imperialis Vrbe destructa, cessauit. In eisdem Prouincijs Peruanis Superioribus, vulgò de Arriba, Archiepiscopalis Argentina, aliàs de los Charcas, vel de la Plata, qua Suffraganeas habet Pacensem, siue de la Paz, Tucumanensem, Sancta Crucis de la Sierra, aliàs de la Barranca, Fluminis argentei, aliàs Rio de la Plata, o Buenos ayres, & Paraguaña. In Insulis Philippinis, qua vltra vndecim mille esse referuntur, Archiepiscopalis de Manila, qua Suffraganeas habet, Ecclesiam noua Segouia Insula Luzonis, Sancti nominis Iesu in Insula de Zebu, & Caceresensem in Prouincia de Camarines earundem Insularum. Qua omnes Ecclesia ducentas dignitates, tercentum, & octeginta Canonicatus, totidémque Portionarios habere comperiuntur, vltra alios Capellanos, Parochos, Beneficiarios, & Ministros, quos vix censere possimus, & alias minores Ecclesias, qua septuaginta millium numerum excedere dicuntur.* Hactenus D.Ioann.de Snlnrzano.

* RENTAS

TITV

TITVLVS SECVNDVS.

De Episcopali munere, seu de qualitatibus ad illud rectè obeundum requisitis.



QVALEM oporteat eum esse, qui in Episcopum est ordinandus, quibúsve qualitatibus Episcopale munus rectè obire possit, inuestigandum est Apostoli regulam sequendo, qui in huiusmodi re, 1. *ad Timoth.* 3. ita scribit: *Fidelis sermo: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domus bene præpositum: filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli,* &c. Quæ quidem qualitates requisitæ in Episcopo sequentibus versibus continentur, relatis per Hostiens. *in summ. de temporibus ordinat.* §. *& cui* 7. *in fine*, & per D. Acuña *in commentar ad cap. omnes 6 num 2. dist.* 38.

Primum præcipitur, quòd sit sine crimine Præsul,
Monogamus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes,
Casta docens, non percursor, non litigiosus,
Non cupidus, bene dispositus, non neophytúsve,
Talis Apostolica quòd præsit, regula iussit.

GLOS. PRIMA.

Si quis Episcopatum desiderat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopalis sublimitas nullis potest comparationibus adæquari.*
2 *Sacerdotium summa est omnium bonorum.*
3 *Sacerdos Angeli nomen habet.*
4 *Constantinus Magnus, & Valentinus Imper. Episcopos in veneratione habuerunt.*
5 *Episcopo nihil in sæculo sublimius, & excellentius reperiri potest.*
6 *Episcopatus dignitatem qui adipisci vult, debet prius cogitare, quæ facultates suppetant, & difficultates officiant.*
7 *Prælaturis contra temere se ingerentes inuehuntur SS. Bernardus, & Gregorius.*
8 *Episcopatus appetentes ratione bonorum, & sufficientiæ honorum, illicitè faciunt.*
9 *Episcopatum optans non propter officij dignitatem, sed propter annexum laborem, bonum opus desiderat.*
10 *Episcopi ambientes alios Episcopatus, eo fine, vt possint suis cognatis, & familiaribus prouidere, grauiter peccant, quod intellige vt ibi.*
11 *Prælaturæ acceptatio procedere debet ex quadam intima stimulatione solicitante nos æmulari fraternam salutem.*
12 *Episcopus nemo læto animo creatur, si pericula, & supplicia ei proposita consideret, & num.* 13.
14 *S. Bruno Archiepiscopatum Rueginensem sponte oblatum recusauit.*
15 *Nazianzenus e patria discessit, ne ad Episcopalem dignitatem ascendere cogeretur.*
16 *S. Ambrosius noctu secessit, ac se occultauit, ne fieret Episcopus.*
17 *S. Ephrem furorem simulauit ne fieret Episcopus.*
18 *S. Goarus incurabilem morbum impetrauit a Domino, ne vocaretur in Episcopum.*
19 *S. Gregorius Magnus ad Pontificatum electus infirmitatis suæ conscius fugam iniyt.*
20 *S. Ammonius ne ad Episcopalem consecrationem adduceretur, auriculam sibi amputauit, linguamque sibi resecturum esse adiurans, si adhuc instarent.*
21 *S. Franciscus noluit fieri Sacerdos, quia tantam, vt decet, non putauit animæ suæ esse puritatem.*
22 *S. Augustinus Episcopatum inuitus suscepit, & tempore Ordinationis suæ vbertim lachrymatus est.*
23 *Nilamonius à Domino petyt, vt potius eum mori pateretur, quam Episcopum creari.*
24 *Ioannes Hurtado Dominicanus Archiepiscopatum Toletanum ab Imperatore Carolo V. sibi oblatum lachrymis, ac omni denique conatu reiecit.*
25 *Ludouicus Granatensis Dominicanus cum in Archiepiscop. Bracharensem nominaretur grauiter obstitit.*
26 *Bartholomæus à Martyribus Superiorum iussu coactus Archiepiscopatum Bracharen. inuitus suscepit, quo postea renunciato in monasterium sui Ordinis se recepit, vbi vitam cum morte feliciter commutauit.*
27 *Cōsolatione eget, qui Episcopale onus inuitus suscipit.*



NE quisquam pronus sit ad Episcopatum desiderandum declarat, Apostolus in citatis verbis, qualem oporteat esse Episcopum, quatenus Episcopatum nemo affectet, nisi virtutibus supradictis ornetur. *Honor enim*, vt asserit S. Ambros. *de dignitate Sacerdotum* 1

cap.2. & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adaquari; si Regum fulgori compares, & Principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. & SS. Chrysost. lib. 3. de Sacerdot. & Naziaoz. in orat. 17. ad ciues Nazianz. hoc ipsum affirmant, his verbis: quantum cælum terra pretiosius est, quantumque anima corpori, spiritus carni, diuina humanis præstant; tantum Episcoporum principatus omnia ciuilia regna, & potestates antecellit, & quanta est differentia inter Solem, & Lunam, tanta inter Sacerdotium, & imperium. cap. solita, de maiorit. & obed. Idem Chrysost. in Isai. homil. 4. & 5. ad hoc propositum sic ait: Alij sunt termini Regni, alij Sacerdotij; sed hoc ideo est maior, nam Regni corpora commissa sunt Sacerdoti anima. Ac rursum: Expende modum potestatis vtrique tradita, & videbis Sacerdotem multò sublimius Rege sedente, admirandus videtur thronus Regius; sed rerum terrenarum administrationem sortitus est. Sacerdotis thronus in cælis collocatus de cælestibus negotiis habet pronuntiandi auctoritatem, cùm Sacerdotium à supernis descendat, eiusque vinculum animam contingat, atque ad cælos vsque perducat. Et S. Ignatius in epistola ad Smurnenses
2 scripsit † Sacerdotium summam esse honorum, qui in hominibus constant. S. Ephrem tom. 1. serm. de Sacerdotio exclamat Sacerdotium esse miraculum stupendum, potestatem ineffabilem, venerandum ministerium, cœlum attingere, cum Angelis versari. Et S. Gregor. Nazianz. apolog. 1. sic ait: Mediatorem inter Deum, & hominem agere, vt opinor, Sacerdotis munus est. Et Gregorius Nyssen. lib. de vita Moysis, probat ex diuina Scriptura Sacerdotium non tam humanam esse, sed diuinam. Vide dicit S. Thom. 3. part. quæst.
3 22. art. 1. ad 1. † Sacerdos in quantum est medius inter Deum, & populum, Angeli nomen habet. Et S. Chrysost. hom. 1. in 2. ad Timoth. An ignoras quid sit Sacerdos? Angelus vtique Domini est. Non ex seipso loquitur, si despicis, non illum despicis; sed Deum, qui illum ordinauit. Et S. Hieronym. in epist. ad Nepotianum de vita clericorum, inter Regem & Episcopum hoc ponit discriminis, quòd ille nolentibus præest, hic volentibus, ille terrorem subiicit, hic seruitutem demit, ille corpora custodit ad mortem, hic animas seruat ad vitam.

4 Vnde ab ipso Ecclesiæ nascentis exordio Principes Catholici verbis, & factis semper ostenderunt quantum Episcopis tribuendum esset, in omnibus se illis inferiores profitentes. Ac primum Constantinus ille Magnus ingressus locum in quo Episcopi conuenerant ad Concilium Nicænum celebrandum in medio conuentu erectus constitit; ac cùm parua quædam sella ex auro fabricata illi esset loco posita, non prius consedit, quàm Episcopi ad id annuissent, vt est apud Euseb. lib. 3. de vita eiusdem, cap. 10. Nec solùm Episcopos, vt Patres, imò verò, vt Dei Prophetas omnino honorificè reuenerabatur, vt idem Euseb. in eadem historia memoriæ prodidit, lib. 3. cap. 22. Item Valentinus Imper. virtutibus, & rebus gestis vbique clarus ipsos Episcopos in summa veneratione scribitur habuisse, lib. 9. tripartita historia, cap. 8. In nostris Hispaniarum Regnis, & vbicumque religio Catholica viget, Episcopi reuerenter, & honorificè ab omnibus coluntur, à Dynastis etiam, & Principibus, qui quò magis pij, & orthodoxi sunt, eò magis Episcopos honorare solent.

5 Hinc S. Ambros. lib. de dignit. Sacerdot. cap. 3. profitetur nihil in sæculo sublimius Episcopis reperiri posse, & nihil esse Episcopo excellentius, & in cap. 6. ait Episcopum oculorum in corpore, id est, in Ecclesia officium voluntarium accepisse, vt reliquum per ipsum corpus ducatum lucis haberet. Dionys. Areopag. cap. 7. Ecclesiast. hierarchia, part. 3. eum & Scripturis diuinis diuinum Antistitem, & iudiciorum diuinorum interpretem vocat. Angelus enim est, inquit, Domini Dei rerum omnium præpotentis. S. Gregor. Nazianz. in apolog. 1. de fuga, ita ait. Quis ille est, qui veritatis Antistitem, ac propugnatorem vnius diecula spatio, velut simulacrum ex argilla fingit; illum, inquam, qui cum Angelorum classe, atque ordine futurus est, qui cum Archangelis Deum celebrat, qui ad supremum Altare Sacrificia transmittit, simulque cum Christo Sacerdotio fungitur, qui figmentum instaurabit, imaginémque creatori sistet, & superno mundo opificem aget; & vt quod maius est dicam, Deus erit, aliosque Deos efficiet.

Diligenter igitur, qui ad hoc dignitatum culmen 6
ascendere, eiusque munus subire curat, cogitare debet, quæque tum facultates suppetant, tum difficultates officiant, ne fortè cùm exiguæ staturæ sit, gigantum induat arma, quæ tum in cursu, tum in prælio impedimento sint, cùm in his permulti decipiantur, ea tentantes, quæ sunt supra vires. Ideò S. Nazianz. in orat. de moder. in disp. adhib. de his loquens dicebat. Quid in cælum peruolas cum pedes sis? quid turrim extruis, cùm iis rebus careas, quæ ad eam perficiendam requiruntur? quid ipse quoque manu aquam metiris, & cælum palmo, terramque omnem pugillo, elementa magna, & huiusmodi, vt ea creator solus demetiri possit? Si enim tunc primum, inquit Bernardus, hæsitare incipias, id quidem serò, ante iuxta consilium Saluatoris, Lucæ 14. sedisse debueras, ante æstimasse opus, metiri vires, ponderasse sapientiam, merita comparasse, sumptus computasse virtutum. Quis enim sanus, & sobrius cùm perspexerit vix se ferendis oneribus suis sufficere, aliena quoque onera libenti animo suscipiat? quis cùm vix reddendis domesticis rationibus suis se parem agnoscat, in publicis, vel alienis sponte operam profiteatur? Quisnam æger, suorúmque vulnerum curandorum non satis peritus, alterius morbis mederi aggrediatur? Quid enim indignius est? quid maiori pœna dignum, quàm in conspectu Dei, & Angelorum eius, in conspectu Ecclesiæ vniuersæ, id se scire profiteri, quod ignores, id velle, quod nolles, id posse quod nullo modo possis? Non tunc igitur hæc talia cogitanda sunt, dum iam diuino adstamus Altari, sed tunc dum ambitiosè discurrimus, pensamus, cœlum, & terram modò optatis potiamur. Neque enim erit adeò desperatus, & perditus animus, qui si maiestatem, & amplitudinem earum rerum secum diligentiùs considerauerit, & expenderit, qui non concidat, qui se dare præcipitem velit, qui sententiam futuri iudicis, quam veluti manu sua subscribit, non exhorrescat, ne illud exaudiat, nescitis quid petatis, Matth. 20. Tardè, cunctanterque eundum ad Prælationes, ad dignitates, opportunè ex sponsæ modestia colligitur, cui non semel dictum, veni, in amoris Cantico cap. 4. Veni, inquit Sponsus, de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis. Vides vt idem verbum ingeminet, vt Sponsæ morem indicet, ægrè ituræ ad culmina, ad coronas. Scitè Gilleb. Abbas serm. 29. in Cantic. Vide, inquit, si non morosè egreditur de Libano, quæ toties vocatur, & forsitan sponsæ mora festinationem nostram suggillat, & arguit, qui nimis prompti, & parum prouidi vires nostras minus pensantes festinamus ingredi in labores prælationis, in sollicitudinum molestias, & materiam lapsus; nec expectantes, vel semel vocari vltrò nobis ipsi honorem sumimus, vocationem vel preuenientes, vel arte procurantes.

Vnde S. Bernardus in serm. super Cant. contra eos, 7
qui se ingerunt Prælaturis, ita dicit: Miror audaciam plurimorum, quos videmus de suis vineis non colligere nisi spinas, & tribulos; vineis tamen Dominicis etiam se ingerere

ingerere non vereri, fures sunt, & latrones, non custodes, nec cultores. Væ (inquit Gregor. *in epist.* 126. *lib.* 7.) *qui culmen regiminis non ad officium portandi oneris suscipit, sed ad appetitum gloriæ, & transitorij honoris. Væ qui dux Christianæ militiæ fieri sustinet, nondum veteranus miles, id est, diu exercitatus in omnium victoria: Episcopus est aurora oriens, quando de nouo venit, non vt præsit, sed vt prosit.*

8 Prædicti igitur Prælaturis temere se ingerentes, illasque ambientes, rudes tamen, & imperiti; aut corruptis, & deprauatis moribus, si in Episcopos eligantur, magis oberunt, quàm proderunt. Sic etiam ratione honorum, & sufficientiæ bonorum Episcopatus appetentes illicitè faciunt, cùm pertineat ad cupiditatem, & ambitionem, vnde contra Pharisæos Dominus dicit, Amans primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Siequidem ad celsitudinem gradus appetere Episcopatum præsumptuosum est. Vnde Dominus arguit Discipulos *Matth.* 20. Primatum quærentes, dicens: *Scitis quia Principes gentium dominantur eorum*, vbi Chrysostom. *hom.* 66. ait per hoc ostendere, quòd gentile est primatus cupere. Et idem hom. 35. in hæc verba. *Opus quidem desiderare bonum, bonum est: primatum autem honoris concupiscere, vanitas est: Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se horret.*

9 Verùm si quis Episcopatum optet non propter officij dignitatem, sed propter annexum laborem, qui est ordinatus ad honorem Dei, & proximi salutem, bonum opus desiderat, sic enim hunc Apostoli locum interpretantur, D.Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *quæst.* 2. latè Claud. Iaius *in speculo Præsulis sub rub. de eo qui Episcopatum appetit, & ad Prælaturam moueri procurat, an peccet necne?* Alphons. Aluarez, Guerrero *in speculo iuris Pontificij cap* 4. *post princip.* me citato *in hoc loco* Mauzit. Alzed. *de præstic. Episcop. dignitat. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 33. Ideo quiuis Episcopatum licitè cupit, non propter dignitatem, sed propter administrationem, quia optat prodesse, & non præesse. Vnde Apostol. non dicit, qui Episcopatum desiderat, bonum desiderium habet, sed *bonum opus*, scilicet vtilitatem plebis.

10 Hinc etiam Nauar. *de orat. miscel.* 42. *num.* 2. asserit grauiter peccare Episcopos ambientes, alios Episcopatus, ad quos libera multorum beneficiorum collatio pertinebat, vt per ea possent suis cognatis, & familiaribus prouidere. Barthol. Medina *in sum. lib.* 1. *cap.* 16. §. 2. idem ferè resoluit. At Homobon. *de examine eccles. part.* 3. *tract.* 15. *cap.* 7. *q.* 24. *resol.* 1. quem videtur sequi Diana *resol. mor. p.* 4. *tract.* 4. *resol.* 100. tenet Episcopum, qui propter bona temporalia, vel ambitum alium pinguiorem Episcopatum procurat, peccare venialiter. At idem Nauarr. *cons.* 17. *num.* 7. *sub tit. de sentent. excom. in nouis*, resoluit absque peccato, etiam veniali, posse appeti Episcopatum ab illo, qui est eo dignus, dummodo principaliter appetatur, vt prosit, licèt minus principaliter appeteretur ob honorem, & fructus eius. & ex Petro Nauarr. Iacob. de Graff. Tolet. & aliis comprobat Homobon. de Bonis *de humana vitæ statibus part.* 1. *cap.* 6. *versic. quando autem.* Quamuis Episcopatum ambire propter bona temporalia sit delictum, tamen oblatus citra culpam potest suscipi, Morla *in emporio iuris part.* 1. *tit.* 2. *de iurisd. omn. iudic. q.* 5. *num.* 29. *in princ.* Pro quorum maiori luce optimè distinguit Lezana *in sum. quæst. Regul. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 22. his verbis. *Primò enim indignus Episcopatu, vel quia illiteratus, vel vitiosus est, Episcopatum desiderans grauissimè peccat mortaliter, quia appetit id, quod non potest sine peccato mort. administrare.* Tolet. *in sum. lib.* 5. *cap.* 3. § *prima est. Secundò qui dignus est, & appetit Episcopatum propter redditus temporales tanquam finem, etiam mortaliter peccat. Ratio est non solùm, quia peruersè vult rem spiritualem, & superioris Ordinis esse medium in Ordine ad rem temporalem, & inferioris Ordinis, sed etiam, quia sic faciens, & ex vi talis ordinationis paratus est, si necesse fuerit dignitatem Episcopalem negligere, si bona temporalia non obtinentur.* Sot. *lib.* 10. *de instit. q.* 2. *art.* 1. Siluest. *verb. Episcopatus* §. 4. *Tertiò, qui appeteret Episcopatum, quamuis dignus, propter redditus, aut commoda temporalia, non tanquam finem ipsius Episcopatus, sed tanquam finem ipsius appetitionis, saltem secundarium, etsi non peccaret mortaliter, cùm non appeteret spiritualia propter temporalia, ad minus tamen peccaret venialiter, quia tale desiderium ambitionis, auaritiæ, vel præsumptionis esset,* Valentia *tom.* 3. *disp.* 10. *q.* 3. *puncto* 2. *concl.* 3. §. *nihilominus tamen. Quartò, qui etsi dignus efficaciter appeteret Episcopatum non propter malum aliquem, aut inordinatum finem, sed propter salutem animarum procurandam, adhuc peccaret, eo quòd magno periculo salutis, quale in administratione Episcopatus occurrit, se obijcere præsumptuosum & temerarium est*, &c. Hactenus Lezana.

Vtrùm autem Prælatus Religionis possit subditum obligare ad acceptandum Episcopatum? solet ab aliquibus dubitari? Ego tamen non posse verius sentio, quia Religiosus tenetur obedire Prælato in iis, quæ sunt secundùm regulam; at fieri Episcopum, non est secundùm regulam, nec ad regularem vitam pertinet, immo ab illa eximit; & prorsus contra rationem est posse Prælatum in subdito præcipere, per quod ille ab eius obedientia eximitur. Tum quia potestas, quam habet Prælatus Religionis, ordinatur per se ad commune bonum Religionis, aut bonum particulare subditi: nec ex vi officij habet communi Ecclesiæ necessitati prouidere. Sed Episcopatus non ordinatur ex se ad bonum religionis, aut subditi, sed ad bonum commune Ecclesiæ: ergo, nec obstat quod S.Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 2. docet Religiosum teneri obedire Prælato obliganti ad acceptandum Episcopatum, quia ibi nomine Prælati intelligi Pontificem respondet Sot. *de instit. lib.* 10. *q.* 2. *art.* 2.

Acceptatio Prælaturæ (vt inquit S.Bernard. *serm.* 58. 11
super Cant.) *procedere debet ex quadam intima stimulatione sollicitante nos æmulari fraternam salutem, æmulari decorem domus Domini, incrementa lucrorum eius, incrementa frugum iustitiæ eius, laudem, & gloriam eius, vt euellat, & destruat, ædificet, & plantet.* Volens igitur Dominus ascensurus ad Patrem, Vicarium in terris constituere, & Petrum vniuersæ Ecclesiæ Pastorem præficere, dixit illi: *Simon Ioannis, diligis me plus his? dixit ei; etiam Domine, tu scis, quia amo Te. Dixit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon diligis me? ait illi, etiam Domine; tu scis quia amo te. Dixit ei iterum: Pasce agnos meos. Dixit ei tertiò, Petre amas me? contristatus est Petrus, quia dicit ei tertiò, amas me, & dixit ei: Domine tu omnia nosti, tu scis, quia amo te. Dixit ei: Pasce oues meas.* quem locum Bernard. *super Cant serm.* 76. sic interpretatur. *Non otiosè toties repetitum est. Petre amas me, in commissione ouium, & ego quidem id significatum perinde puto, ac si illi dixisset Iesus: Nisi testimonium tibi perhibente conscientia, quòd me ames, & valde perfectéque ames, hoc est, plusquam tua, plusquam tuos, plusquam & te, vt huius repetitionis meæ numerus impleatur, nequaquam suscipias curam hanc, nec te intromittas de ouibus meis, pro quibus sanguis vtique meus effusus*

fusus est. Hinc etiam Modern. quidam *in annot. super Ioan.* ibi, *Pasce agnos meos*, sic ait: *Qui ex loco glorian-tur sibi commissum gregem Domini, eos primum oportet meminisse à Petro ter exactum amorem erga Christum, neque quemlibet amorem, sed ardentiorem cæteris. Deinde ter item commissam illi curam gregis, illud nimirum signi ficatum est, non esse idoneum Sacerdotio, nisi qui neglectis omnibus nihil amet, nisi Christum, hoc est, veritatem, innocentiam, pietatem. Nihil magis requirit in Pastore, quàm amorem. Oues Christi docere potest & malus Pastor, & qui eas odit, & rapit; pascere autem non potest, nisi qui diligit. Doctos multos, & nobiles facilè est reperire Pastores, amatores Ecclesiæ paucos. Hos potissimum elegit ad Ecclesias suas Iesus, qui potissimum diligunt; diligit Ioannem, elegit Petrum; diligit sibi cariorem, elegit Ecclesiæ vtiliorem: diligit innocentem, elegit lapsum, vt qui ipse pœnituerit, facilius pœnitenti indulgeat, ac benignius nouerit misereri, qui secum misericorditer actum meminerit. Ter igitur interrogat, repetit, inculcat, an se diligat, vt ei declaret quanta sollicitudine, desiderióque expeteret, quòd toties interrogaret, simulque omnes admoneret ardentissimum sui amorem in Pastore requiri, maximè enim quæritur, quod maximè desideratur. Ter exigit amorem à Petro Iesus, nec quemlibet amorem, sed ardentiorem, quàm aliorum Apostolorum sit, priusquam gregis sui curam illi committat, cui namque plus committitur, plus & ab eo exigitur. Contristatus post tertiam interrogationem Petrus est, non ex eo, quod amorem suum non crederet, quem sciebat falli non posse, sed quòd non tantum amorem in se ipso Christus esse intelligeret, quantum habere se crederet, vnde respondit*, Domine tu omnia nosti. Tu scis quia amo te: *quasi diceret, ego falli possum, qui amare me dico: Tu qui omnia nosti, scis num verum sit quod dico. Certè tu scis, te à me amari, ego verò nescio an tantum à me ameris, quantum amari à me velis. Cui tandem dicit Iesus*, Pasce oues meas. *quasi diceret. Interrogatio mea Petre non amoris in me tui dubitatio, sed manifestatio est, vt nouerint omnes, me tibi pascendas oues meas non fuisse daturum, nisi me à te mirifice amari certò scirem. Noui namque neminem eas pascere posse, qui me non vehementer amet. Rapere quidem potest mercenarius, fur, & latro; pascere verò non potest, nisi qui animam suam pro eis ponere paratus sit. Propterea, qui dixi tibi: Pasce agnos meos, dico pariter, pasce oues meas. Iidem enim sunt agni, quæ & oues meæ: sicut ego quoque & agnus sum, & ouis; Agnus, qui verè Pascha immolatus peccatum mundi tulit. Ouis, quæ ad occisionem ducta non aperuit os suum.*

12 Quamobrem rectè S. Gregor. Nazianz. *lib. 3. & 6. de Sacerdot.* scripsit: *Nemo sapiens læto animo creatur Episcopus, si quis pericula, & supplicia ei proposita consideret, atque adeò stultus videri potest, ac reprehensione dignus, qui cum viam ingredi possit complanatam, & expeditam, sponte se in locum angustum, periculosumque redegerit.* Quod S. Chrysost. *ad Hebræ. homil. 34.* latè prosequitur, inter cætera dicens: *Miror si potest saluari aliquis Rectorum, post tantam enim comminationem, quam negligentia videmus illatam, video aliquos etiam concurrere, & præcipitare semetipsos in tantam molem, ac difficultatem regiminis.* Quò etiam spectat, quod Petrarcha dicit *de remedio vtriusque fortunæ lib. 1. dialog. 170. O vertigo morum pessima, ad quod olim consueuerant, & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non possunt.*

13 Hoc idem etiam D. Bernardus *ad Episcopum Londonen. epist. 24.* elegantibus, & horrendis prosequitur verbis, dum ait: *Curritur ad Ecclesiasticas curas, tanquam sine curis iam quisque victurus sit, cum ad curas peruenerit. Et qui nondum has curas experti sunt, videntes alios, qui iam humeros submiserunt huic sarcinæ, non solum non gemere tanquam sub onere, sed insuper appetere plus onerari: non deterrentur periculis, quæ cupiditate cæcati, non vident. Quæ ista insania est? Vbi timor Dei? vbi mortis memoria? vbi gehennæ metus? & terribilis expectatio illa iudicij? Quò ascendis miser? vt ab altiori gradu sit casus grauior: neque enim paulatim decidis, sed tanquam fulgur in impetu vehementi (quasi alter Satanas) subitò decideris. Non cum tanta alacritate currerent ad honores, si esse sentirent, & onera, grauari profectò metuerent; nec tum tanto labore, & periculo dignitates affectarent: affectant autem, quia sola attenditur gloria, non pœna. Væ tibi Episcope, quia peccata populi comedis, ac si propria tibi minus sufficere viderentur. Dic mihi quantum desudas, vt gemitibus, orationibus, pœnitentia, prædicatione, &c. diluas peccata illorum, quorum bona comedis! Venies miser ante tribunal Christi, & audietur grauis querela populorum, accusatio dura coram, quorum vixere stipendiis, neque diluere peccata; quibus falli sunt duces cæci, & fraudulenti mediatores. Quid tibi insipiens delitiæ sapiunt, quid diuitiæ illæ oblectant oculos, quibus mercaris tam graue iudicium, tam dura temetipsum obligans ratione? Vniuersa quidem vsque ad quadrantem nouissimum exigeris?* Vnde idem Bernard. *epist. 8.* cuidam Brunoni docto viro consulenti an acceptaret electionem Archiepiscopatus Coloniensis, omnino recusauit dare ei consilium; sed solùm dixit se oraturum pro eo; quia tamen ipse nihilominus acceptauerat, sequenti epistola terret eum electione Sauli, & Iudæ, super omnia commendat ei humilitatem. Et D. Gregor. dicebat quòd nulla cura eum magis sollicitabat, quàm cum ad consecrandum Episcopum eius expectabatur arbitrium.

Cùm profectò tot ac tanta in Episcopo requirat noster Apostolus, & muneris eius, ac officij ratio, tam multa postulet, quisque sibi meritò timere debet ne dicam exhorrescere, cùm tantum munus assumit, quæ causa multis sanè ac magnis in Ecclesia Dei viris fuit id muneris refugiendi. 14

Sanctum igitur Brunonem Ordinis Carthusiani Patriarcham insignem ab eremo Romam accersitum ab Vrbano II. Pont. Max. quem diu ante coluisset, & eius opera in Conciliis celebrandis vsus fuisset vsque ad Concilium Placentinum, Archiepiscopatum Rheginensem totius Calabriæ Metropolim sponte oblatum recusasse, & solitudinem iterato adiisse, eiusdem vitæ acta ab innumeris præclaris exarata scriptoribus apertissimè testantur Petr. Sutor *de vita Carth. tract. 5. c. 3.* Laurent. Suri. *de probatis Sanctorum vitis, tom. 5. die 6. Octobris*, §. 25. Meleager Pentimalli *in vita S. Brunonis, tract. 1. c. 10. pag. 88.* Cardin. Cæsar. Baron. *annal. Ecclesiæ, tom. 11. annor. 1092. pag. 635.*

Nazianzenus etiam è patria discessit, ne ad eum honoris gradum ascendere cogeretur. 15

S. Ambrosius noctu secessit, ac se occultauit. 16

S. Ephrem Syrus cùm intellexisset se ad Episcopatum electum, tantisper furorem simulauit, donec alius electus esset. Sozom. *lib. 3. historia Eccles. cap. 15.* 17

S. Goaris Presbyter incurabilem morbum impetrauit à Domino, cùm à Sigeberto Rege ad Treuirensem Episcopatum vocaretur. Surius *in eius vita.* 18

S. Gregorius Magnus ad Pontificatum electus infirmitatis suæ conscius fugam iniit, & inter syluarum saltus, & cauernarum latibula fulgidæ columnæ indicio agnitus capitur, trahitur, & Pontifex consecratur. Ioan. Diaconus *in eius vita, lib. 1. cap. 44.* Card. Bellarm. *an. Eccl. tom. 8. an. 590.* 19

S. Ammo

20 S. Ammonius Eremita ad Episcopalem consecrationem ad ducendus, cum dissuadere non posset, dexteram sibi auriculam amputauit, & eum adhuc instarent, linguam quoque sibi rescissurum esse adiurauit, & ita eum reliquerunt. Nicephot. *lib.* 11. *Ecclesiast. hist. cap.* 37. Palladi. *historia Lausiaca, c.* 18.

S. etiam Malachias cùm ad Archiepiscopale onus vocaretur, & compelleretur, omnibus quibus potuit modis renuit; anathema verò minitantibus ni pareat, tandem humeros submisit, dicens: *Ad mortem me ducitis, sed obedio spe martyrij.* Sur. *in eius vita, tom.* 6. *die* 3. *Nouembr.* Sbroz. *de officio vicarij in proœm.* Marc. Anton. Genuens. *in man. Pastorum c.* 1.

21 S. Franciscus vidit Angelum cum phiala lucida in manu limpedissimo liquore plena sibi missum dicentem: *Vide Francisce, quicumque vult fieri Sacerdos, & Sacramenta administrare, ita purus esse debet in anima, sicut liquor iste*; noluit vir Sanctus fieri Sacerdos, qui tantam animæ suæ non putauit esse puritatem.

22 S. Augustinus notus ob virtutem, & doctrinam, cùm adhuc laicus esset, ab eis tantum Ecclesiis, quæ non haberent Episcopos, suam abstinebat præsentiam, manu iniecta à populo Episcopus ordinandus infertur, qui vberrim lachrymatus est, considerans, quàm magna suæ vitæ pericula de gubernatione Ecclesiæ impenderent. ita Possidonius *in eius vita, c.* 4. & testatur ipse August. *epist.* 147.

23 Nilamonius Monachus cùm rogatus esset, vt assensum præberet electioni de se factæ in Episcopum, respondit, vt per diem spectarent, vt interea sua componeret: transacto tempore adhuc requisitus, vt tandem Episcopatum acceptaret, ait, sine me prius Deum paululum alloqui: in oratione autem positus à Domino petiit, vt potiùs eum mori pateretur, quàm Episcopum creari, & antequam ab oratione bonus Pater surgeret, Deo spiritum reddidit, & mortuus est, referunt, Niceph. *lib.* 3. *cap.* 17. nouissimè Ioan. Baptista Fino *de regulis iuris vespertina homilia homil.* 5. *in fine*, Sozom. *lib.* 8. *Ecclesiast. histor. cap.* 19.

S. Bernardus bis, aut ter Episcopatum sibi vltro oblatum respuit.

S. Bonauentura semel quantum potuit, refutauit; sed postea tandem Romani Pontific. iussu coactus recepit. S. Augustinus *epist.* 204. asserit quòd multi, quia nolebant accipere Episcopatum, perducebantur, includebantur, & custodiebantur; & Sancti quamplurimi hoc Episcopale munus, vel recusarunt, vel inuiti susceperunt; quorum crebertima in vitis Sanctorum apud Surium *lib.* 1. extant exempla, & hac ætate multos non defuisse nouit parens meus, ex quibus duos tantùm attingam, qui cùm Ecclesiarum omnium ferè aliarum opulentissimarum, ac nobilissimarum gubernacula constantissimè recusauerint, multorum poterunt esse aliorum instar.

24 Quorum vnus fuit Ioannes Hurtado Dominicanus, cui cùm Archiepiscopatum Toletanum Carolus Quintus Imperator secretò designasset, eique tum precibus, tum lachrymis, ac omni denique conatu obsistenti inducias Imperator ad melius deliberandum indulsisset, præstitit vir egregius constantissimè in priori proposito; cuius animi magnitudinem, stabilémque omnino sententiam, ac minimè fucatam, sed Deo addictam Imperator admiratus, iussit illum tuto animo esse, quem iam libertate donabat: tunc ille summa perfusus lætitia, nouum munus à Cæsare postulauit, vt scilicet nemini, se viuente quod ab eo gestum fuerat, patefaceret. Quod Cæsar fidelissimè præstitit, sed eo vita deinde functo aliis minimè occultandum, ad reliquorum exemplum, esse putauit referunt Hernandus del Castillo in *historia general de S. Dominico p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26 *fol.* 202. Ludouic. Muñoz *en la vida del Padre Fray Luis de Granada lib.* 1. *c.* 11 *fol.* 37.

Alter fuit pius ille Ludouicus Granatensis eiusdem Dominicani Ordinis alumnus, is cùm à Catharina Portugaliæ Regina, & gubernatrice eiusdemque Caroli Imper. soror in Archiepiscopum Bracharensem, & Hispaniarum Primatem nominaretur, grauiter obstitit, ab eaque summis precibus impetrauit, vt illum à tanto onere liberaret, facta promissione, quod ad illud rectè obeundum, insignis, & probatæ vitæ viri eiusdem Ordinis sibi notitiam daret; obtulit † Fr. Bartholomæum à Martyribus 25

26 qui Superiorum iussu coactus, postquam semel quantum potuit refutauit, Archiepiscopatum suscepit, statimque totis viribus, & instanter Summum Pontif. supplicauit, vt sibi resignandi licentiam concederet, qua obtenta Episcopatui renuntiauit reseruata sibi tenuissima pensione, qua in Monasterium à se constructum eiusdem Ordinis se recepit, vbi feliciter vitam cum morte commutauit, multis clarus miraculis, historiam narrat Ludouic. Muñoz *dict. lib.* 1. *c.* 11. *&* 12.

27 Gregor. igitur *epist.* 45. *lib.* 4. cogens quendam Marianum Monachum omnino renuentem suscipere Episcopatum, scribit cuidam, quòd consoletur eum; quia, ait, cuiuslibet officij valde onerosa est nouitas: præsertim quia post longa quietis otia eius proculdubio nouitas perturbabimur. Ideo peto vt cùm venerit tempestatum secularium procellas fugiens, semper apud vestram mentem portum quietis inueniat. Confido in Domino quod ad interiora illum euacuet, & ad exteriora gerenda confortabit. Et *epist.* 4. *lib.* 6. *ad Episcopum Constan.* qui dixerat se infirmum ad tantum onus, respondet; *Prima virtus est cognitio infirmitatis, atque ex hoc collegimus vos bene posse susceptum ministerium implere, quia hoc cognoscitis. Ille omnibus infirmior, qui suam non cognoscit infirmitatem.* Et *epistol.* 5. eundem exhortatur ad tolerandum onus Pastorale, asserens illud: *Si Christus pro omnibus mortuus est, restat vt qui viuunt, non sibi viuant*, &c. Et quia ille scripserat in epistolis suis, quòd semper anhelabat ad mentis tranquillitatem, & quietem, & ad fugiendam cogitationum perturbationem, respondet, *quòd Pastor non potest funditus repellere perturbationem cogitationum, & curarum terrenarum, quia scriptum est, quod etiam gigantes gemunt sub aquis*, idest, populis: dicit tamen *quod huic curæ modus ponendus est, ne nimis excrescat: quia boni Pastores afflante Spiritu sancto inter medias turmas populorum, & negotiorum non obruuntur, neque caput mentis submittunt: ambulant per siccum in medio maris, & impletur in eis illud* Isa. 43. *Cùm transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te.* Et quantum ad periculum officij Pastoralis, & securitatem solitudinis, respondet, *quòd vbique est periculum, & sola Dei gratia saluat. Nam Loth in peruersa ciuitate fuit iustus, & in monte peccauit.* Quid enim paradiso iucundius? Quid cælo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit, refertur *in cap. qualibet* 40. *dist. Nusquam enim est securitas*, inquit Bernard. *nec in cælo, nec in paradiso, multo minus in mundo: in cælo enim cecidit Angelus sub potentia diuinitatis: in paradiso Adam de loco voluptatis: in mundo Iudas de schola Saluatoris. Tuti tandem erimus à malis omnibus si Deo nostra omnia commitamus.* Hinc Cassiodorus. *Nihil potest esse securius, quàm illi omnia committere, qui nouit suis cultoribus congruè profutura præstare.* Et Regius Propheta Psalm. 56.

Clamabo

Clamabo,inquit *ad Deum altiſſimum, Deum, qui benefecit mihi.* Quod autem beneficium Dauidi ſit collatum, Chaldaica docet tranſlatio dicens : *Clamabo ad Deum,qui præcepit aranea,vt conficeret in ore ſpeluncæ telam ad defenſionem meam.* Sanè cùm in ſpelunca moraretur Dauid,Saul eum minimè vidit, quandoque aranea tela Dauidem tegerat. O admiranda Dei protectio. In hoc certè admiratur D. Paulinus, quod qui ſecum Deum habet, araneæ tela ſibi fortiſſimus eſt murus , & antemurale ; vbi è contra illum, qui ſine Deo eſt, fortiſſima mœnia, etiam adamantinus paries , minus quàm araneæ tela defendunt.

28 Verè ita eſt, locus ſanctitatem non conciliat,nec ſanctitatis neglector loci ſanctitate excuſatur,nemo ſibi de loco blandiatur , Samaritana Meſſiam cognouit,ad fontem,quem Iudæus in Templo cognoſcere noluit ; hinc illud S. Hieronymi *epiſt.* 4. quæ eſt de viuendi forma. *Quid*, inquit , *Samaritana vilius? non ſolum ipſa crediderit, & poſt ſex viros vnam inuenit, Dominum, Meſſiámque cognouit ad fontem, quem vt in templo populus ignorabat , ſed & auctor ſit ſalutis multorum.* Et S. Chryſoſt.*homil.* 4. *ad populum Antiochenum*,hoc verbis monitum offert. *Licèt in Paradiſo ſis , ne confidas,etenim in Paradiſo erat Adam , & poſtquam Deum irritauit, nihil profuit Paradiſus, in fornace erant iſti tres pueri,& poſtquam bona egerunt,nihil officit fornax. In Paradiſo erat Adam,& quia ſegnis erat,ſupplantatus ſuit : fimo inſidebat Iob,& quia vigilabat,ſuperauit : atqui quanto paradiſus è fimo melior? ſed nihil loci virtus inhabitanti profuit.*

G L O S. II.

Bonum opus deſiderat.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi munus non tam honor,quàm onus eſt.*
2 *Seruus ſuorum ſubditorum dicitur Prælatus.*
3 *Imperium,& principatus nihil aliud eſt præter merum laborem.*
4 *Epiſcopus miniſterio,& labori inſeruire debet. Epiſcopatus munus quod, ibid.*
5 *Sanctus Paulus Apoſtolus non Epiſcopatus cupiditatem,ſed honeſtum illius munus,atque opus laudare voluit.*
6 *Epiſcopi non ad propria commoda,ſed ad labores,& ſollicitudines pro Dei gloria vocati ſunt.*
7 *Sanctus Gregorius onus ſuum multis depingit lachrymis.*
8 *Amos Abbas Patriarcha ordinatus ſibi magnum onus,& intolerabile iniunctum eſſe profitetur.*
9 *Sanctus Gregorius deplorat infirmitatem ſuam , cùm Epiſcopus ſit,& num.10.11.& 12.*
13 *Sanctus Bernardus grauius,& periculoſius periculum cum ad Epiſcopatum promouetur,deplorat.*
14 *Epiſcopus nemo ſapiens læto creatur animo.*
15 *Epiſcopatus eſt onus animarum infirmarum.*
16 *Epiſcopalis officij onus eſt pelagus laborum:& abyſſus ærumnarum.*
17 *Paſtor circa oues debet aſſimilari gallinæ circa pullos.*
18 *Epiſcopatus officio nihil eſt damnabilius apud Deum, ſi perfunctoriè agatur, & ſi vt decet. nihil periculoſius.*
19 *Sanctus Gregorius Epiſcopale onus timens cum amicis vbertim lachrymatus eſt,& n.20.*
21 *Homo natus ad labores,& dolores.*
22 *Patientiam ſicut in electis operatur tribulatio, ita in reprobis , & damnandis tribulatio parit puſillanimitatem, puſillanimitas perturbationem, perturbatio deſperationem.*
23 *Onus Chriſti leue eſt,quod portantem non grauat,ſed leuat.*
24 *Fortis vir non eſt , cui non creſcat animus in ipſa rerum difficultate.*
25 *Humilis an ſit ille, qui ſuperni nutus arbitrio, vt debeat præeſſe intelligit, & tamen ex humilitate præeſſe contemnit.*
26 *Prodeſſe qui poteſt non debet Epiſcopatum renuere.*
27 *Eccleſiæ gubernaculo , periculum peccati timens ſuſcipere refugiens , ſui tantummodo habet conſiderationem , & non quod in commune omnibus expedit.*
28 *Virtutibus polleas coactus ad regimen veniat , virtutibus vero vacuus,nec coactus accedat.*



P v s dixit,non imperium,non dominationem , non dignitatem(quamuis ſit præclara dignitas) laborem , non delicias,opus per quod humilitate decreſcat , non intumeſcat faſtigio , vt habet Hieron. *ad Ocean.* Onerant enim dignitates, & onus ferre debet, qui fertur ad culmina, & magis qui ſeſe obtrudit. Sertè Petrus Bleſenſis Epiſt. 102. *Sciebam*, inquit, *omnem honorem huius ſæculi eſſe impedimentum graue, & quoddam peremptorium ſalutis æternæ.*& Senec.c.2. *de breuitate vitæ. Eſt inter onus,& honorem non tam alluſio vocis,quam rei ipſius expreſſa veritas.*& S. Iſidor. lib. 1. cap. 26. *Honor ex onere venit,an potius ex honore onus* Inter vocem *Honos*,& *onus* alluſionem ſiue paranomaſiam notant Rutil. Lup.*lib.* 1. *de Paranomaſia*, Beda *in figura* 9. *de Paranomaſia* , & Ioan. Andr. *in cap. ad aures, de reb. Eccleſ.* & *in cap. ſi religioſus,de elect. lib.* 6. *ſuper gloſſ. verb. obtenta*, dicit quod *Honor* ſcribitur cum aſpiratione , quia omnes aſpirant ad honores ; dictio autem Onus ſcribitur ſine aſpiratione, quia pauci aſpirant ad onera. Hinc Iſai.9.verſ.6.*Factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Appoſitè Oleaſter noſter hic. *Dicitur principatus ſuper humerum eius,quia illi fuit potius oneri, quàm honori, ſolent enim ſerui onera ſuper humeros geſtare.* Et *in annot. moral.* ita ſcribit. *Fuit principatus ſuper humerum eius Putant vſque hodie inſenſati filij Adam , imperia, Regna,& principatus huius ſæculi honores eſſe,non onera, quos puer noſter arguit,qui ſuum principatum quaſi graue onus ſuper humerum gerit.* Vnde rectè à Patribus definitum eſt Epiſcopi munus non tam honorem eſſe, quàm onus , nec tam principatum , quàm miniſterium, nec tam dominium , quàm libertam , & ingenuam ſeruitutem , ſic enim noſter Apoſtol. ait 1. ad Corinth. 9. *cùm liber eſſem ex omnibus,omnium me ſeruum feci,vt omnes facerem ſaluos.* Et Origen. *in Pſalm. hom.*7.*Qui vocatur ad Epiſcopatum,non ad principatum vocatur,ſed ad ſeruitutem totius Eccleſiæ.*

Seruus ideò ſuorum ſubditorum dicitur Prælatus; nam D.Bernard.*ſuper illa verba Hierem.vt euellas, & deſtruas*,&c.ſic ait:*Quid horum factum ſonat? Ruſticani magis ſudoris ſchemate quodam labor ſpiritualis expreſſus eſt.* Et ſequitur. *Diſce Prælate non tam ad imperitandum , quàm ad ſarculandum . quod tempus requirit. Diſce ſarculo tibi opus eſſe ,non ſceptro,vt opus facias Prophetæ, & quidem non ille regnaturus aſcendit . ſed extirpaturus. Putaſne , & tu inuenias aliquid elaborandum in agro Domini tui? & plurimum , non planè totum quiuere emundare Propheta; quando ergo libet gloriari, vbi otiari non licet? Ne putas igitur Prælatus gradum illum vt vacet, obtinuiſſe, ſed vt in obſequium Dei , & proximi laboret.* Attributa eſt dignitas in opus miniſterij,ait Apoſtolus 2

stolus,in opus ministerij,id est, in ministerium operosum. Propterea pastores appellantur Prælati, vt vigilent,& ita laborent, acsi Pastores te vera essent. Hanc seruitutis conditionem Ethnici etiam Principes fassi fuerunt: etenim Rex ille Macedonum Antigonus Principem filium alloquens, vt Plutarchus refert, ait, *Scito regnum nostrum esse splendidam*
3 *seruitutem.* Satis sciunt Principes † imperium, & principatum aliud esse nihil præter merum laborem. Hinc etiam seruum se agnoscebat Alexander,qui(vt Arrianus Philosophus *lib.8. de rebus Alexandri* scribit)suis dixit,*Plus vigilare quàm vos me certò scio,vt ipsi quietos somnos capere possetis.* Seruum etiam se nouit Cæsar,de quo Seneca *lib.de breuitate vita*,ait.*Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delitias illius industria,omnium vocationem illius occupatio.*

4 Labori ergo, ac ministerio, & seruituti inseruire debet Episcopus, quod Bernard. *in epist. ad Roman. hom.*11.admonet,dum dicit: *In omnibus exemplo Apostoli honorificabitis ministerium vestrum;ministerium,inquam, non dominium; ipsum quidem honorificabitis, non vos nam qui quærit quæ sua sunt,se cupit honorari,non ministerium.* Et S. Chrysost. sic ait: *Differentia dignitatis facta est inter Sanctos,vt vnus sit Episcopus,alius minister: contumacia verò carnis coegit, & peruersitas mundi, & operatio inimici,vt honores videantur esse, sed re vera non sunt nisi ministeria.* Et D. Hieronym. *epist.2. ad Nepotianum*, loquens de Clerico,ita inquit, *Clericus, qui seruit Ecclesiæ, interpretetur primò vocabulum suum,& nominis definitione prolata,nitatur esse quod dicitur. Ita Episcopus vt respondeat nomini,quod gerit, totus in eo esse debet vt vigilet, vt pascat, vt exploret, ac quod vulgò dicitur, superintendat gregi Christi*; operarius dicitur *Matth.*10. Est opus bonum Episcopatus,quia omnibus bene operari debet. *Bonum existimandum est id solum*, inquit Gregor. Nyssen. *in orat. de mortuis, quod omnibus semper & vbique prodest, nulli mihi unquam obest, & non mutatur.* Episcopatus munus, opus Apostolus vocat, ne ludum esse quis existimet, aut animi oblectationem, id quod expendebat S. Isidorus Pelusiota *lib.* 3. *epist.* 216. *Opus est*, inquit, *hac res, vir optime, non ludus, atque animi oblectatio cura, non luxus, munus, non imperium.* Iuo Carnotensis *epist.*17. Episcopatum ita describit. *Quid est Episcopatus nisi cruciatus; quid aliud est hic honor nisi onus? quid est hac sublimitas, nisi naufragosa tempestas? vnde si inuenta honesta occasione huic oneri te subtraheres,& tibi soli vacares,nullo impediente, stadium vitæ percurrens ad brauium supernæ vocationis expeditius peruenires. Assume ergo tibi pennas columbæ,& auolabis à molestiis, & requiesces,& habitabis in solitudine mentis.*

5 Non igitur Episcopatus cupiditatem, sed honestum illius munus atque opus laudare noster Apostolus voluit, opus autem rem difficilem, quæ vix fieri vllo modo possit, appellant non solùm eruditi viri, verùm etiam in hanc ipsam significationem Sacris litteris ita scriptum est: *Virum fidelem inuenire opus est.* Opus negotium est,non otium; animi sollicitudo, non delectatio: munus publicum, cuius ratio redditur, non magistratus, in quem inquiri non licet: paterna quædam cura, & gubernatio, non tyranni imperium: principatus, qui prudentia, non potestas, quæ temere, nulloque consilio regitur. Ego sanè verò Episcopatus officium, atque opus eximiè laudo, quoniam diuinum est:eum autem, qui illius assequendi cupiditate ardet, non planè laudo, neque illum bene agere censeo,quia non intimis animi sensibus ali,sed omnino eiici eiusmodi cupiditas debet. Si quis Episcopatum desiderat, secum cogitet ad quot, & quàm magnos labores vocetur; deinde videat diligenter an eos sustinere rectè ipse possit: sua pericula animaduertat, quoniam aduersarij, & apertè, & occultè eum oppugnant: neque mente solam reputet,quanta sit illa dignitas, verùm etiam quot se mortis periculis obiiciat; nec delectationem contempletur, nec in otio se fore putet; sed despiciat,quæ insidiæ,quæ curæ,& sollicitudines sibi parentur; sciatque omnino si quis in illo dignitatis gradu sit collocatus, eum ideo Episcopum creatum esse, vt legitimè ipse certet, non vt otiosus voluptatem capiat; qui enim solum honorem adeptus est, cæteraque omnia, quæ ad Episcopum pertinent, officia neglexit, ex ea quidem re in maximam reprehensionem incidet.

Sciant denique Episcopi se non ad propria commoda,non ad diuitias,aut luxum, sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse. Pastores sunt non sui, sed gregis curam habentes. Episcopi sunt ad regendam Ecclesiam Dei, in qua posuit eos Spiritus sanctus.Pastores sunt opus naturæ attendentes,non gradum;laborem,non delitias;non crescere fastigio,sed humilitate decrescere,vt fiant serui, & ministri hominum propter Christum, vt intermissa Rachelis decora facie intrent ad Liam oculis lippam; de Monte cum Moyse descendam ad campos,& de otio contemplationis ad laborem actionis. Hæres es, & Vicarius Petri, ô Episcope, fac opus Euangelistæ,& Pastoris;non erubescas Euangelium, si erubescendum non credis Pastoris Officium.Insta importunè, opportunè, ministerium tuum imple. Ministerium tuum plus oneris habet,quàm honoris. Si affectas honorem, mercenarius es: si onus amplecteris, potens est Dominus augere gratiam suam, vt lucra ex lucris,& ex profectibus profectus accedant. Quòd si abhorreas onus, & in sufficientem te reputes, sera querela est, prius sedisse debueras, & æstimasse opus, fasciculum pondetasse, & computasse virtutum sumptus, & dignitati maritum comparasse. 6

Quàm verò deceat ab honoribus abhorrere, & dignitates fugere,docuit exemplo suo Christus, qui cùm à Discipulis Ioannis diligenter quæreretur, vt qui magna de eo à suo Magistro inaudierant,quo eo vti Magistro & ductore possent, dixit illius humilis Saluator. *Quid quæritis?* quæ loquendi formula acutè à glossa ordinaria premitur, quòd nempe potius dixerit, quid quæritis, quàm quem quæritis. *Quid non, quem ne se videatur ostendere.* Ne videretur sese sponte obtrudere ad honores: ac contra eùm proditoriè ad supplicia,ad Crucem,ad mortem dixit, *Quem quæritis*, non quid,vt se videretur ostendere, vt suo exemplo doceret honores defugiendos esse, Cruces, Passiones, ublatos æquè suscipiendos animo, & alacri, & libenti adeundas. Plerique contra obtrudunt se ad honores,aspera quæque,at quæ aliqua humilitate adspersa sunt, omni conatu excutiunt,& fugiunt.

Hos iure damnat, vel dignitatis nomine abhorrens sponsa, quæ dum ad coronas toties vocatur, & morosè egreditur, ad honores pòtius trahi, quàm ire se velle præsefert; nam in anotis Cantico cap.4. sic eam sponsus alloquitur. *Veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana.* Quæ verba vtiliter expendit Gillebertus *serm.*29. dum ait. *Vide si non morosè egreditur de Libano, quæ toties vocatur; mora tamen hæc non est contumacia, sed cautela, & forsitan sponsa mora festinationem nostram suggillat, & arguit,* qui

qui nimis prompti, & parum prouidi vires noſtras minus penſantes feſtinamus ingredi in labores Prælaturis, in ſollicitudinum moleſtias, & materiam lapſus, nec expectantes vel ſemel vocari, vltro nobis ipſi honorem ſumimus vocationem, vel præuenientes, vel arte procurantes. Hoc ipſo honore minus digni, dum nimis ſollicitè quærunt culmine magis digni futuri, ſi fugerint. Qui ad Epiſcopale culmen traderetur, S. Anſelmus ipſe ſuis verbis ſignificauit *lib.3. epiſt.1.* ait enim. *Quod ignorare nequiuerunt illi, qui & die vultum meum inſpexerunt, quando me Epiſcopi, Abbates, aliique primates ad Eccleſiam trahentes, & contradicentem rapuerunt: ita vt dubium videre poſſet, vtrum ſanum inſani, an inſanum traherent ſani: niſi quia illi canebant, & ego magis mortuo, quàm viuenti colore ſimilis, ſtupore & dolore pallebam, & illi, qui poſtea ipſa die me inuſitatè lugentem, dolore rationem ſuperante, cùm intentè mihi liceat cogitare, & veſtram dilectionem & onus, quod meæ imbecillitati imponebatur, de longè audiens accurrerunt, & videntes me, aut animam, aut ſenſum amiſſurum timuerunt, & hoc timore aqua benedicta me aſpergentes, eam mihi potandam porrexerunt.* Meliores Præſides haberemus ſi eos huius notæ haberemus, huius mentis. Verus ille, *Bene imperant, qui non libenter imperant.*

7 Vnde Greg. *ex regiſt. lib.1. epiſt. 5.* his verbis depingit onus ſuum. *Sub colore Epiſcopatus ad ſeculum ſum reductus, & in paſtorali cura tantis terræ curis inſeruio, quantis me in vita laica nequaquam deſeruiſſe reminiſcor. Alta enim quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens aſcendiſſe videor exterius, vnde me à conditoris mei facie expulſum deploro. Conabar namque extra mundum, extra carnem fieri: cuncta phantaſmata corporis ab oculis mentis abigere, & non ſolùm vocibus, ſed medullis cordis ad Dei ſpeciem anhelans dicebam: Tibi dixi, cor meum quæſiuit vultum tuum: vultum tuum Domine requiram, nihil in hoc mundo appetens, nihil pertimeſcens. Videbar mihi in quodam rerum vertice ſtare, ita vt in me plenè impletum crederem quod per* Eſa.54. *Dominus promittit, ſuſtollam te ſuper altitudines terræ (ſuper altitudines enim terræ ſuſtollitur, qui ipſa, quæ alta, & glorioſa præſentis ſeculi videntur, per mentis deſpectum calcat.) A quo vertice corrui in timores, & pauores, impulſus turbine huius tentationis; quia etſi mihi nihil timeo, eis tamen, qui mihi commiſſi ſunt, multum formido. Vndique cauſarum fluctibus quatior, ac deprimor tempeſtatibus, ita vt rectè dicam: Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Redire ad cor deſidero poſt cauſas, ſed vanis ab eo cogitationum tumultibus incluſus, redire non poſſum, ita vt obedire nequeam voci Prophetæ* Eſai.46. *Redite præuaricatores ad cor: ſed ſtultis preſſus cogitationibus, ſolummodo exclamare compellor: Cor meum dereliquit me. Et paucis interiectis: Sed quis inter tot terrenas curas valeat Dei myſteria prædicare, cùm mihi difficile ſit ſaltem recolere? Preſſus enim in hoc honore negotiorum ſecularium tumultu, ex eis me eſſe video, de quibus ſcriptum eſt: Deieciſti eos dum alleuarentur; quia dum foris videntur ſurgere, intus cadunt, ſimiles fumo, qui aſcendendo deficit, & ſe ſe dilatando euaneſcit.* Ideo ſcriptum eſt Pſalmo 36. *deficientes quemadmodum fumus deficient.* Et illud Pſalm.82. *Deus meus pone illos vt rotam: rota enim in anterioribus corruens, in poſterioribus eleuatur; quia quanto eleuantur in bonis præſentis vitæ, tantò in æternis corruunt. Et quamuis aliqui ſint, qui ſic exteriores prouectus regere ſciunt, vt per eos nequaquam interiùs corruant; ſed mihi hæc difficilia ſunt, quia & valdè onerosa: & quod mens ſponte non recipit, congruè non diſponit.*

8 S. Antonin. *in ſumm. part.3. tit.20. cap.2. §.1.* & ante Ioan. Monach. *in prato ſpirituali, in cap.194.* vt refert Cardin. Cæſar. Baron. *tom.6. Annalium Eccleſ. an.461. num.6.* narrat quòd cùm deſcendiſſet Abbas Amos Hieroſolymam, & Patriarcha ordinatus eſſet, venerunt omnes Monaſteriorum Eremi Abbates, vt adorarent eum, inter quos affui & ego cum Abbate meo, cœpitque Patriarcha dicere Patribus. *Orate pro me Patres, nam magnum onus, & intolerabile mihi iniunctum eſt, Sacerdotiique dignitas me terret immodicè; Petri enim, & Pauli, & ſimilium eſt regere rationabiles animas. Ego infelix peccator ſum. Plus autem quàm cætera timeo ordinationum ſarcinam. Nam inueni ſcriptum, quod beatiſſimus, & æqualis Angelis Papa Leo per quadraginta dies perſeuerauerit ad ſepulchrum Apoſtoli Petri, vigiliis, & Orationibus inſiſtens, petenſque ab Apoſtolo, vt pro ſe apud Deum intercederet, vt dimitterentur ſibi peccata ſua. Impletiſque diebus quadraginta apparuit ei Petrus Apoſtolus, dicens: Oraui pro te, & dimiſſa ſunt tibi peccata, præterquam impoſitionis manuum, hoc enim à te ſolùm requiritur ſiue bene, ſiue fortaſſe aliter egeris.*

Idem Gregor. *epiſt.4. ad Ioann. Epiſcopum Conſtantinop.* deplorat quòd indignus, & infirmus ſuſcepit nauem vetuſtam, & vehementer confractam, in quam vndique fluctus intrant, & quotidiana ac valida tempeſtate quaſſatæ, putridæ tabulæ naufragium ſonant. 9

Idem *epiſt.6. ad Patr.* ſic ait: *Dum contemplationis dulcedinis altè deſcribitis, ruina mea mihi gemitum renouaſtis: quoniam audiui quid intus perdidi, dum foris ad culmen regiminis immeritus aſcendi. Tanto autem me percuſſum mœrore agnoſcite, vt vix loqui ſufficiam: oculos enim mentis meæ doloris tenebræ obſident. Triſte eſt quicquid aſpicio, quicquid delectabile creditur, cordi meo lamentabile apparet: penſo enim qualiter ab alto quietis meæ culmine corruens, vbi deiectus ſum, & pro culpis meis in occupationibus exilium à facie dominantis miſſus, quaſi deſtituta vidua vocibus cum Propheta* Pſalm. 68. *dico, qui conſolabatur me, longè receſſit à me.* 10

Idem *epiſt.7. ad Anaſtaſ. Epiſcopum Antiochenum. Depreſſus ſum vſque ad terram ſuperpoſito onere, ita vt mentis rectitudinem funditus perdens, contemplationiſque aciem amittens, per experimentum dicam cum Propheta* Pſalm.118. *Incuruatus ſum, & humiliatus ſum vſquequaque: tanta quippe occupationum onera deprimunt, vt ad ſuperna animus nullatenus erigatur; multis enim cauſarum fluctibus quatior, & tumultuoſa vita tempeſtatibus affligor. Periclitanti igitur mihi orationis veſtræ manum tendite vos, qui in virtutum littore ſtatis. Quod verò me os Domini, quod lucernam dicitis, quod multis prodeſſe perhibetis, hoc mihi ad iniquitatem mearum cumulum accedit, vt cùm vendicari à me iniquitas debuit, laudes pro vindicta recipiam.* 11

Idem *epiſt.24. lib.1. ad Epiſcopum Conſtantinop. Conſideranti mihi quòd impar meritis, atque toto animo renitens, Paſtoralis curæ pondera portare compulſus ſum, caligo mœroris occurrat, & triſte cor nihil aliud niſi ea, quæ videre nihil ſinunt, tenebras videt. Nam quis Antiſtes ad Dominum niſi pro delictis populi interceſſor eligitur? Qua igitur fiducia ad Deum pro peccatis alienis interceſſor venio, apud quem de propriis ſecurus non ſum?* &c. 12

Exclamat etiam D. Bernardus grauiori, & periculoſiori debito adſtrictus, his verbis: *Quid ego infelix? quò me vertam neſcio, ſi tantum theſaurum, ſi pretioſum depoſitum iſtud, quod ſibi Chriſtus ſanguine proprio pretioſius iudicauit, contigerit negligentiùs cuſtodire; ſi ſtillantem in Cruce Domini ſanguinem collegiſſem, eſſet appoſitus penes me in vaſe vitreo, quod & portari ſæpiùs oporteret, quid animi habiturus eſſem in diſcrimina tanto?* 13

tanto? Et certè id seruandum accepi, pro quo mercator non insipiens, ipsa vtique sapientia sanguinem illum dedit, sed & habeo thesaurum istum in vasis fictilibus, & quibus multò plura, quàm vitreis imminere pericula videantur. Accedit sanè ad solicitudinis cumulum, & pondus timoris, quod cùm & meam, & proximi conscientiam seruare necesse sit, neutra mihi satis est nota. Vtraque abyssus est imperscrutabilis. Vtraque mihi non est, & nihilominus exigitur à me vtriusque custodia, & clamatur: Custos quid de nocte. Custos quid de nocte? non est mihi dicere cum Cain: Nunquid custos fratris mei sum ego? sed est fateri humiliter cum Propheta, quia nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

14 Vnde S. Gregorius Nazianz. *in Apologia*, scripsit: *Nemo sapiens lato animo creatur Episcopus, si quis pericula, & supplicia ei proposita consideret: atque adeo stultus videri potest, ac reprehensione dignus, qui cùm viam ingredi possit complanatam, & expeditam, sponte se in locum angustum, periculosumque redegerit.* Quod S. Chrysostom. *ad Hebr. homil.* 34. latè prosequitur, inter cætera dicens: *Miror si potest saluari aliquis Rectorum, post tantam enim comminationem, quam negligentia videmus illatam, video aliquos etiam concurrere, & præcipitare semetipsos in tantam molem, ac difficultatem regiminis.* Quò etiam spectat, quod dicit Petrarcha *de remedio vtriusque fortuna, lib. 1. dialog.* 107. *O vertigo morum pessima, ad quod olim consueuerant, & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non possunt.*

15 Et S. Bernard. *ad Renaldum Abbatem, epist.* 73. *Onus animarum est infirmarum; nam quæ sana sunt, portari non indigent, ac per hoc nec onus sunt: igitur agros moribus exhortando, increpando, agis opus tuum, & portando sanas, quod sanando portas. Si quis verò ita sanus est, vt magis iuuet te, quàm iuuetur à te, huius te pareia, non patrem cognoscas, tamen in sanis minus lucraris, quia tua tibi præmia minuis: in infirmis autem in tantum magis lucraris, in quantum magis grauaris.*

16 Et ipse Chrysostom. *lib. 3. & 6. de Sacerdot.* Onus Episcopalis officij vocat pelagus laborum, & abyssum ærumnarum, quia sicut aliis præstant Episcopi dignitate, sic partes eorum sunt plus aliis cernere, & plus aliis laborare. In quantis ergo periculis versabitur, qui non de vna solùm anima, sed de tot animarum gregibus rationem redditurus est? Dormiebant quidem Apostoli cæteri instante Domini Passione, vnum tamen Petrum Dominus arguit, dicens Matth. 14. *Simon dormis?* Aliorum enim somnus Petro imputatur, quippè qui in tanto Fidei, rerumque omnium discrimine non vigilare modò, sed alios etiam ad vigilandum cohortari debuisset.

17 Pastor circa oues debet assimilari gallinæ circa pullos: quia, vt dicit August. super *Psalm* 58. *Gallina super omnes oues materna charitate circa pullos sollicitatur; itaut tota ægrotet ex labore, raucescit vox, fit hispidum totum corpus, dimittuntur alæ, laxantur plumæ, &c. ita omni conatu contendere debet Episcopus esse illa Euangelica gallina, solicita, & anxia, vt sub alas colligat, foueatque pullos suos.* Eius est satagere, moliri, in omnia se vertere, quoties affulget spes aliqua pertrahendi hominem ad Christum, submittendo se, ac vocem cum Paulo commutando, vndequaque occasiones arripiendo excitandæ propagandæque pietati.

18 Item S. Augustinus, Doctorum Ecclesiæ antesignanus, *in cap. ante omnia 40. dist.* dicit nihil esse miserius, tristius, & damnabilius apud Deum Episcopatus officio, si perfunctoriè agatur: &, si vt decet, nihil periculosius. Et Sanctus Vincentius *in serm. 7. Dominica 2. post Octauam Paschæ*, miratur quomodo Episcopi possunt cum gaudio viuere; cogitando tantum onus, quod suprà se portant: nam à circulo Lunæ, vsque ad centrum terræ non est perfecta securitas, ait Fulgentius; in aëre non, quia ibi dæmones insidiantes; in terra non, quia ibi homines malignantes; in mari non, quia ibi ventus, & tempestates; in inferno non, quia ibi sunt tortores animas cruciantes. Ergo supra lunam quære securitatem, quia circa lunam minimè reperies.

Hinc S. Gregorius *lib. 1. epist. 24. ad Constantinop.* 19
onus Episcopale timens, sic eos alloquitur: *Quod me ad Episcopatus Ordinem cognoscitis peruenisse, si me diligitis, plangite: quia hîc huius mundi tantæ sunt occupationes, vt per Episcopatus Ordinem penè ab amore Dei me videam esse separatum, quod incessanter defleo, atque, vt pro me Dominum exoretis, rogo.*

Idem in *epist. 30. ad Ioan. Patric.* sic ait. *Ceme quoti-* 20
die occupationibus pressus; & respirare non valeo. Ecce quò me patrocinia vestra perduxerunt, sed vos, qui adhuc valetis, huius mundi occupationes fugite, quia quantò in eo quisque profecerit, tantò, vt video, ab amore Dei amplius decrescit.

Verùm homo natus est ad labores, & dolores 21
(quoniam tu laborem, & dolorem consideras) labor in actionibus, dolor in passionibus est. Ad vtrumque se paratum dicebat Dauid, ad labores actionum cum dicebat Psalm. 118. *paratus sum, & non sum conturbatus, vt custodiam mandata tua: ad dolores verò passionum, dicens: Ego in flagella paratus sum.* Psalm. 37. *Nemo ex filiis Adæ viuit sine labore, & sine dolore*, neque illi, de quibus Propheta dicit: *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* nam sequitur, *Tenuit eos superbia* (grauis enim labor est superbia) *operti sunt iniquitate, & impietate sua*, & hæc grauia flagella sunt, quia non est gaudere impiis, dicit Dominus. Quòd si neque laboris anxietatem, neque flagelli sentiunt læsionem, ipsa iam insensibilitas, vehementiam indicat passionis. Sudat pauper in opere foris, anxiùs laborat diues in cogitatione intus. Igitur, inquit D. Bernard. *tom. 1. fol. 164. teneamus obedientiam in laboribus, patientiam in doloribus; sciant gentes quoniam homines sunt, id est nati ad labores actionum, & dolores passionum.* Vtilis nobis labor est, quos virtutes nutriuntur, vt B. Isaias Abbas *Orat. 16. Labor*, inquit, *secundùm Deum ad virtutem auxilio est, desidia vitiorum est mater, moderati corporis labores in excolendis virtutibus prosunt, & inertia pullulant vitia.* Nulli se libentius virtutes credunt, quàm labori, nulli se vitia facilius committunt, quàm desidiæ. Præmitti labor quieti debet. *Nam ad requiem*, verba sunt Sancti Petri Damiani *opusc. 13. cap. 8. non nisi per labores, & certamina peruenitur, quomodo quis ad requiem perueniet, qui nec dum ad certamina ipsa, quæ in medio sunt constituta, descendit? Quo enim pacto quis valeat aulam ingredi regiam, si eam, quæ præ foribus est, nondum transiuit arenam? qui propaginare non didicit, qui palmitum sarmenta non secuit, qui glebas sarculis nunquam fregit, qui vomeribus noualia non sulcauit, quomodo excussis paleis in horreo frumenta recondere, aut plenis musto carnalibus poterit amouere.*

Bernardus *epist. 32.* consolans quendam Abbatem 22
in tribulatione constitutum, dicit, quòd sicut in electis tribulatio operatur patientiam, &c. (vt dicit Apost. *ad Rom.* 5.) ita è conuerso in reprobis, & damnandis tribulatio parit pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, perturbatio desperationem. Igitur non vincaris à malo, sed spem tuam fortiter in Deo fige, & rei finem longanimiter expecta.

23 Idem *epist.72. ad Abb. Asniacen. O verè leue onus Christi, quod portantem non grauat, sed leuat. Quid eo leuius onere, quòd non solùm non onerat, sed & portat omnem, cui portandum imponitur? Est onus exonerans, sicut pennæ auium, quæ ferunt à quibus feruntur. Virtus*, ait idem *epist. 126. ad Episcopum Aquitaniæ, in pace acquiritur, in pressura probatur, in victoria approbatur.* Vir profectò ille est, qui contra biformes fortunæ euentus vniformi mentis constantia militat præmunitus, ait Tullius; è contra maximum iudicium malæ mentis est fluctuatio, & inter simulationem virtutum, & amorem vitiorum assidua iactatio, ait Seneca *in Prouerbijs. Quid horres* (inquit Augustinos *Psalm. 61.*) *labores? an nescis, quia fornax mundus, ignis tribulatio, aurum electi, palea iniqui, aurifex Deus? ardet palea, purgatur aurum, palea vertitur in cineres, aurum purgatur à sordibus: quod vult ergo (inquit) artifex facio, vbi me ponit tolero; iubeor tolerare, nouit ille purgare: ardeat, & fulgeat palea ad incendendum me, & quasi consumendum, sed tamen illa tandem vertetur in cineres, & ego sordibus carebo; subiecta ergo esto Deo anima mea, quia ab ipso patientia mea.*

24 *Legi*, ait Bernard. *ad Eugenium Papam, apud quendam sapientem, non est vir fortis, cui non crescat animus in ipsa rerum difficultate; ego autem dico, quòd fideli homini magis est inter flagella fidendum, & quamuis non succedant ad votum, quæ secundùm Deum conamur, Deo flagellante nos, nunquid ideo non debet homo facere quod tenetur, quia Deus facit quod vult? Igitur, & si videamus multa mala, non est deponendus animus, sed semper speranda sunt meliora: nunquam enim magna bona mortalibus prouenerunt, quæ non præcesserint magna mala. Itaque etiam in ipso malorum, & calamitatum diluuio, in latitudine cordis, & fiducia ambulandum est; alioquin vbi libertas filiorum Dei? vbi spiritus ille, de quo Apost. ait* ad Rom.8. *Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore?* &c. *Animus igitur, qui solùm Deum præ oculis habet, & facit quod in se est, cur agitabitur scrupulis? cur tristitiis euiscerabitur? cur spiritu pusillanimitatis constringetur?* in Psalm. 54. *vbi nos habemus, iacta super Dominum curam tuam, iuxta Hebræum habetur, proiice onus tuum in Dominum, id est, fidenti animo onera curarum, ac tristitiarum tuarum in Domino proiice. Quòd si ante pastorales curas, & molestias fruebaris otio contemplationis, memento verbi Augustini, sic dicentis. Nec otia vestra necessitatibus Ecclesiæ præponatis: cui si parturienti nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini, non inueniretis. Manebas fortè in monte, leuatis manibus orans cum Moyse, iussit Dominus, vt descendas in campum cum Iosue pugnaturus cum Amalechitis, non deponas animum, quia neque in monte absque timore viuendum est, nec in medio Amalechitarum diffidendum, nam Loth inter Sodomitas fuit Sanctus, & in monte solus agens, fuit incestuosus.*

25 Humilis nescio an sit ille, qui superni nutus arbitrio, vt debeat præesse, intelligit, & tamen ex humilitate præesse contemnit? diuinis enim dispositionibus subditus, atque à vitio obstinationis alienus, cùm sibi regiminis culmen imperatur, si iam donis præuentus est, quibus & aliis prosit: & ex corde debet fugere, & inuitus obedire. Hieremias à Domino mittitur ad prædicandum, & tamen ne mitti debeat, humiliter reluctator, dicens, *A a Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum?* Esaias Domino quærenti, quem mitteret, vitrò se obtulit, *Ecce ego, mitte me*; in vtroque hoc subtiliter est notendum, quia & is qui recusauit, plenè non restitit, & is, qui mitti voluit, ante per Altaris calculum se purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quisque mysteria Sacra audeat: aut quem superna gratia eligit sub humilitatis specie superbè contradicat. Quia verò difficile admodum est purgatum se quemlibet posse cognoscere, prædicationis officium totius declinatur, nec tamen declinari, vt diximus, pertinaciter debet, cùm ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Quod Moyses vtrumque miro opere expleuit, qui præesse tantæ multitudini & noluit, & obediuit. Superbus enim fortasse esset, si ducatum plebis innumeræ sine trepidatione susciperet: & rursum superbus existeret, si auctoris imperio obedire recusauerit. Hinc etiam quique præcipites colligant cam quanta culpa ex appetitu proprio cæteris præferri non metuunt, si sancti Viri plebium ducatum suscipere, Deo etiam iubente, timuerunt. Opus quidem desiderare bonum, bonum est, primatum autem honoris concupiscere, vanitas est. Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se onerat. Et sicut is, qui inuitatus tenuit, quæsitus refugit, sacris est Altaribus admouendus: sic qui vltro ambit, vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus. *Deiecisti eos, cùm eleuarentur*, inquit Psalm. Cùm eleuatur deiicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. Improbè igitur satis præesse affectat, quibus prodesse non curat, & quorum non zelat salutem, subiectionem nimia ambitione sibi vendicat. Væ illi qui præest, & non prodest: sed væ grauius illi, si quia præesse metuit, prodesse refugit. Sancti viri non præesse gaudent hominibus, sed prodesse, itaut potestas eis magis sit oneris, quàm honoris. Sunt quidam, qui sciunt, & possunt, & volunt præesse: quidam qui sciunt & possunt, nec volunt: quidam qui nec sciunt, nec possunt, sed volunt: quidam qui nec sciunt, nec possunt, nec volunt. Scire posse, & velle charitatis est, vel superbiæ; scire & posse, & nolle humilitatis est, vel inertiæ; nec scire, nec posse, nec velle, discretionis est, & prouidentiæ. Qui enim sciunt & possunt, & volunt præesse, si velint prodesse, charitatis est, alioqnin superbiæ. Qui sciunt, possunt, & nolunt, humilitatis est quod renuunt, inertiæ verò cùm sciunt, & omnino desistunt. Qui autem nec sciunt, nec possunt, sed volunt; cupiditatis videtur quod volunt: stultitiæ si velint quod nec sciunt, nec possunt, nec volunt, prudenter agunt. Summa enim discretio est nolle quod non possis, fugere qood nescis.

De hoc Gregor. *in Pastorali, part.1. cap.5.* polchrè 26
loquitur in hunc modum: *Qui habet dona Dei, vt possit esse Pastor, si vocatus, suscipere renuit, plerumque ipsa dona sibi auferuntur; quia non pro se tantùm, sed etiam pro aliis acceperat. Vnde Dominus dicens:* Si diligis me, pasce oues meas, *clarè docuit, quòd si testimonium dilectionis suæ est suscipere onus pastorale, quisquis virtutibus pollens ipsum suscipere renuit, Pastorem summum conuincitur non amare.* Vnde idem Gregor. *lib.6. epist. 5. ad Cyriacum Patriarcham Constantinopolitanum,* ita scribit: *Et Pastori sancta Ecclesia dicitur: Simon Ioannes, amas me? Pasce oues meas. ex quibus verbis colligitur, quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit se Pastorem summum minimè amare. Nam qui propriam quietem communi vtilitati præfert, non potest dicere, mihi viuere Christus est, & mori lucrum, cum Apost.* ad Philipp. 1. *& vbi erit illud eiusdem* ad Rom.14. *nemo sibi viuit, & nemo sibi moritur? & illud einsdem* 1. ad Corinth. 10. *non quæres, quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant? & illud denique* 2. ad Corinth. 5. *Vt qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est?*

Illud intuere, dicit Clem. *epist. 1. ad Iacob. in princ.* 27
quia

quia si periculum peccati timens suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula; certus esto, quia amplius peccas, quam si populum Dei, velut in fluctibus positum, & periclitantem, cùm iuuare possis, subterfugia, tui tantummodò habens considerationem, & non quod in commune omnibus expedit, prouidens. *Vir ecclesiasticus*, refert Isidor. *lib. 3. de summo bono cap. 37. & crucifigi mundo per mortificationem propria carnis debet, & dispensationem Ecclesiastici Ordinis, si ex Dei voluntate prouenerit, nolens quidem, sed humilis, gubernandam suscipiat.* Multis intercipit Satanas fraudibus eos, qui sensus, & vitæ vtilitate præstantes, præesse, & prodesse aliis nolunt. Et dum eis regimen animarum imponitur, renuunt, consultius arbitrantes otiosam vitam degere, quàm lucris animarum insistere. Quod tamen decepti agunt, per argumentum diaboli fallentis eos per speciem boni, vt dum illos à pastorali officio retrahit, nequaquam proficiant eis, qui eorum verbis, atque exemplis instrui poterant.

18 Vnde ait Gregor. *lib. 1. Pastoralis cap. 9. Virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus, nec coactus accedat. Ille si omninò renititur, caueat, ne acceptam pecuniam in sudario ligans de eius occultatione iudicetur, &c. Iste cum regimen appetit, attendat ne per exemplum bonum operis Pharisæorum more ad ingressum regni tendentibus obstaculum fiat, qui iuxta summi Magistri vocem Matth. 23. nec ipsi intrant; nec alios intrare permittunt. Considerandum quoque est, quia cum causam populi electus Præsul suscipit, quasi ad ægrum Medicus accedit. Si ergo adhuc in eius opere passiones viuunt, qua præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat.*

GLOS. III.

Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non solùm mortifero vitio, sed illius suspitione prorsus carere debet.*
2 *Episcopi est non solùm turpia vitare, sed virtutis sua præstantia multitudinem erudire.*
3 *Exempla potius, quàm verba homines malunt.*
4 *Irreprehensibiles esse conuenit, quos praeesse necesse est corrigendis.*
5 *Gradus quanto altior est, tanto ruina grauior. Præsules, Superioresque maiori reprehensione digni futuri, si peccauerint, quo maioris fuerint dignitatis. ibid.*
6 *Ducatum hominum suscipere non debet, qui nescit homines bene viuendo præire.*
7 *Superhumerale in Episcopis quid significet? ostēditur.*
8 *Mali non curant respicere meliores.*
9 *Irreprehensibilis ideo requiritur Episcopus, vt virtutes omnes in eo comprehendantur.*
10 *Principes sunt instar lucentium gemmarum.*
11 *Declaratur illud Euangelij Matth. 5.* Vos estis sal terræ, *&c.*
12 *Agens omne agit sibi simile.*
13 *Manus sordida aliam non lauat.*
14 *Charitas vbi est, ibi & Sanctitas.*
15 *Episcopus debet ad exemplum viuendi pertrahi.*
16 *Exemplar probitatis suæ Episcopus præbere debet.*
17 *Episcopalis administrationis finis est populos commissos doctrina, & exemplo ad Deum dirigere.*
18 *Superiorum vita, & exemplum magis quàm omne aliud ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruit.*
19 *Sacerdotalis dignitas cum aliis videatur dignitatibus eminere, ita quisquis ea ornatus est, cunctis se imitandum debet ostendere.*
20 *Apostolus cur in præsenti loquatur tantùm de Episcopis & Diaconis, nō verò de Sacerdotibus, ostenditur.*
21 *Pastorum bonorum exempla quemadmodum tam potenter ad virtutem nos alliciunt, ita contra malorum longe potentius ad malum trahunt.*
22 *Principes plus corrumpunt exemplo, quàm peccato nocent.*
23 *Principis vita censura est ad quam dirigimur, ad quam conuertimur.*
24 *Prælatus peccans tot mortibus dignus est, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittit.*
25 *Pastor cum per abrupta graditur, ad præcipitia grex sequitur.*
26 *Pastoribus subesse malis nihil aliud est, nisi vt plebs populanda prædonibus permaneat, & inde sumat interitum, vnde protectionis debuit habere subsidium.*
27 *Princeps debet esse Reip. quod oculus corpori, quod intellectus animæ.*
28 *Episcopi sunt astra cœli, quorum vita inter peccata & errores hominum quasi inter noctis tenebras lucet.*
29 *Dignum, an verò digniorem ad pastorale munus eligere teneamur? ostenditur,* & num. 30. 31. & 32.
33 *Cardinales an peccato commaculentur, restitutionique vinciantur, qui non impediunt nominatum, si alterum digniorem arbitrentur, ostenditur.*



PISCOPATVS cùm omnes curæ suæ subiectos doctrina & exemplo expurgare ac perficere debeat, oportet 1
eum non solùm mortifero, sed illius etiam suspicione carere: *nam,* vt ait Gregor. Naz. *in apolog. 1. Cuius vita despicitur, fieri vix potest, vt etiam prædicatio non contemnatur*; affirmátque non sufficere illi, qui alios ad virtutem erudire parat, vt se ab omni peccati labe purum conseruet, nisi alios longè antecellat virtute, &
ibi Elias Cretensis, inquit, *quòd † Antistitis est non solùm turpia vitare, sed virtutis sua præstantia multitudinem erudire*; *quia*, vt ait D. Hieronym. scribens *Oceano* 2
epist. 83. futurus Pastor Ecclesia talis eligitur, ad cuius comparationem rectè grex cæteri nominentur. Et dicit Isidor. *lib. 3. de summo bono cap. 42. Qui præficitur ad regimen, taliter erga disciplinam subditorum præstare se debet, vt non solùm auctoritate, verùm etiam humilitate clarescat; sed tamen ita erit in eo virtus humilitatis, ne dissoluatur vita subditorum in vitiis, atque ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis, seueritas existat immoderationis.* Summa igitur Episcopalium virtutum ad vitæ integritatem, atque innocentiam est referenda:
cùm † homines malint potius exempla, quàm verba, vt inquit Lactant. *lib. 3. diuin. inst.* quia, vt admo- 3
net August. *ad Pastores tom. 10. Episcopus honestè, & vt Christianum Antistitem decet, viuat, caueátque ne suo exemplo subditis noceat.* Et Abimelech Rex cum ligna cæderet, & portaret, dicebat suis Iudic. 9. *quod me vidistis facere, citò facite.* Quod & Saluator ipse præcepit *Matth. 5.* dicens: *Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Episcoporum enim vita norma atque exemplum est subditorum, *cap. cùm pastoris 2. q. 7. c. miramur 61. dist.* Concil. Triden. *sess. 6. de reform. cap. 1. in princ.* ibi, *integritas enim Præsidum, salus est subditorum,* Gamb. *de officio legati lib. 2. num. 50.* Sot. *de iustit. lib. 10. q. 1. art. 1. fol. 4.* Ioan. Filesac. *de sacra Episc. auctor. c. 1. §. 1. in fine fol. 2.* vnde colligi potest

in qoantum distare debet Pastor à grege, dom istos homines, & illos plusquam homines, id est, lucem hominum Dominus voluit appellari. Et ita sine crimine eos esse oportet, vt hunc Apostol. locum intelligit glossa ordinaria, vel sine ootabili defectu, & integræ famæ, prout interpretatur Nicol. de Lyra, vt illud possint dicere cum Choristo Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Et illud Apost. 1. ad Corinth. 4. *Imitatores mei estote, quemadmodum ego Christi. Nam si Pastor*, inquit Gregor. 1. *par. Pastoralis cap. 2. per abrupta graditur, grex professò ad præcipitia sequetur:* aut qua præsumptiooe percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat, tantúmque debet actionem populi actio traoscendere Præsulis, quantum distare solet à grege vita Pastoris. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare; oe subditi in exemplo eius, qui præest, quasi in obstaculo itineris offendatur. Sacerdotes namque vocamur, quod ideò præsumus, vt sacrumducatum fidelibus præbeamus; *nullique illicitum videtur*, inquit Ambros. *de dignitate Sacerdotali, c. 6. quod ab Episcopo quasi licitum perpetratur.*

4 Vt in Sacerdotibus ordioandis, quæ sunt à Patribus præscripta, & definita, cogitetis, quia sicut est caput Ecclesiæ Christus, Christi autem Vicarij Sacerdotes, sic & in eligendis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse conuenit, quos præesse necesse est corrigendis, neequidquam illi deesse personæ, peoes quam est religionis summa, & substantia disciplinæ. Æstimet quis pretium Dominici gregis, vt sciat quòd meritum constituendi deceat esse pastoris, ex Anselmo, & aliis refert Ant. Aug. *in epit. iuris Pontif. vet. lib. 4. tit. 5. c. 11.* Et S. Hieron. *ad cap. 3. Michaæ* ita dicit: *Re vera, qui ad hoc eliguntur, vt cæteris præsint, sicut praordinantur dignitate, sic praeminere debent sanctitate. Prouidendum igitur*, ait idem Ambr. *vbi proximè c. 2. dum agit de sublimitate Episcopali, ne sit honor sublimis, & vita deformis: ne sit deifica professio, & illicita actio, ne sit religiosus amictus, & irreligiosus prouectus: ne sit gradus excelsus, & deformis excessus; quia sicut nihil esse dicimus Episcopo excellentius, sic nihil est miserabilius si de sancta vita Episcopus periclitetur, si Sacerdos in crimine teneatur. Nam qaantò gradus altior est, tantò ruina grauior: honor grandis, grandiori debet solicitudine circumuallari. Ideò igitur prarogatiua honoris monstratur, vt merita congrua requirantur.*

5 Præsules igitur, Superioresque maiori reprehensione digni futuri, si peccaoerint, quo maioris ipsi dignitatis fuerint. Eua peccauit, peccauit post ipsam & Adam, sed priùs Deus ambos insequens ad auram post meridiem ambulans, Adam vocauit, dicens. *Vbi es? Genes. 3. 9.* cur prius oon vocat quæ peccauerat prior? an vt innoeret Superiores magis esse apud Deum reprehensibiles, si peccent. Ita B. Dionys. Carthus. *in Genes. Vocauit*, inquit, *Deus magis Adam, quàm Euam, quoniam principalior fuit ad insinuandum, quòd Superiores dum peccant, specialiter fiant reprehensibiles apud Deum.* Quàm sit periculosum cæteris præesse, in alios tenere imperium ex Christi fuga, cùm eum vellent Regem constituere; ita colligebat B. Laurentius Iustinianus *lib. de regimine Prælat. c. 1. Humilitatis magister, & forma, Dominus videlicet Iesus, sciens humanam infirmitatem ignorantiæ caligine obuolatam semper alta capere, & potius praeesse, quàm subesse, ambire seruis suis, ac fidelibus vniuersis indicauit, quàm periculosum sit Principum regimen, quamque Prælatorum onus graue, nam irruentibus turbis, & vt ipsum sibi in Regem præficerent ad se venientibus delitescendo fugit, seque ab eorum aspectibus occultauit, non quidem vt honoris propter se Magistratum formidaret, sed vt in illo discerent cæteri quanta sit in prælatione anxietas, quàm laboriosum pondus, quantúmue periculum manifestum.*

Non debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines bene viuendo præire, ne qui ad hoc eligitur, vt aliorum culpas corrigat, quæ & resecare debuit, ipse committat. Imò locus regiminis, cùm regendus offertur in se priùs necesse est, vt quisque discutiat, si loco vita congruat, si ab onere actio non dissentiat, ne iustus omnium rector, eò post in tribulatione preces non audiat, quo ipsa quoque eius, de quo tribulatio oritur, exordia honoris ignorat. Pastor ergo debet ille fieri, qui cunctis passionibus moriens, iam spiritualiter viuit, qui prospera mundi postponit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola interoa desiderat: cuius intentioni benè congruens, oec omnino per imbecillitatem corpus, nec valdè per contumaciam repugnat spiritus: qui ad aliena capienda non ducitur, sed propria largitur; qui per proprietatis viscera citiùs ad ignoscendum flectitur; sed nunqoam, plusquam decet, ignoscens, ab arce rectitodinis inclinatur, qui nulla illicita perpetrat; sed ab aliis perpetrata, vt propria, deplorat: qui ex affecto cordis alienæ infirmitati compatitur, sicque in bonis proximi, sicut in suis profectibus lætatur, qui se ita imitabilem cæteris io cunctis, quæ agit, insinuat, vt inter eos non habeat, quòd saltem in transactis mens erubescat, qui sic studet viuere, vt proximorum quoque corda atentia doctrinæ valeat fluentis irrigare: qui orationis vsu & experimento iam didicit, quod obtinere à Domino, quæ proposuerit, possit. 6

Audi Prælate illud Brunoois *in Exod. super verba illa, superhumerale*, &c. vbi ait. *Respice Episcope ad onus, quod portas, respice ad superhumerale. Vides ibi aurum, da operam & studium sapientiæ. Vides ibi hyacinthum, intuere cœlum, & contemplare Deum. Vides ibi purpuram, serua iustitiam. Vides ibi coccum bis tinctum, tingas te, si necesse fuerit, pro Dei & proximi dilectione sanguinis Martyrij. Vides ibi byssum retortam, carnem doma, macera, & affligo, vt & spiritui seruiat, sempérque candidior, & mundior fiat: sit autem superhumerale opere polymito, multisque coloribus variato quatenus in pulchritudine exteriori, qualis interius esse debeat, faciliùs Episcopus intelligere valeat.* 7

Hea me (exclamabat quidam Sanctus Præsul) *quia nondum excitatus à somno terrenarum affectionum cum Samuele, neque cœlesti carbone purgatus cum Esaia, neque lingua à Deo tactus cum Equitio Monacho* (de quo refert Gregor. *in dialog. lib. 4. cap. 4. p. 4.* quòd sentit sibi à Deo tentari linguam, vt se deinceps non posset cootinere) *cùm nihil horum haberem, in magistrum populorum datus sum. Praui*, ait Gregor. *non curant respicere meliores, quos imitentur, & quorum comparatione nihil sunt: sed peiores, quorum comparatione aliquid sibi esse videntur.* 8

Irreprehensibilem esse Episcopum requirit, Apostolus, vt hoc vno sermone, teste S. Hieronym. *epist. 83. ad Oceanum cap. 4.* virtutes omnes comprehenderet, & in hoc penè rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum etiam in verbo otioso reprehensione dignum est, quis est, qui absque peccato versetur in hoc mundo? Vnde S. Hieronym. *lib. 1. aduersùs Pelagium cap. 8. Primum quod dixit irreprehensibilis, aut nullus, aut rarus; quis est enim, qui non, quasi in pulchro corpore, aut næuum, aut verrucam habeat?* S. Chrysost. *homil 10. in 1. Timotheicam.* ibi, *irreprehensibilem.* 9

sibilem. Hoc vnico verbo, ait, *genus omne virtutis expressit.* Itaque qui sibi vel leuis culpæ conscius est, malè profectò facit eam rem appetens, qua indignum se per opera fecit. Non enim decet eiusmodi regere, sed potius regi. Eum quippe qui regendos alios suscipit, tanta decet gloria virtutis excellere, vt instar Solis cæteros veluti stellarum igniculos in suo fulgore obscuret. Debet huiusmodi vitam habere immaculatam, atque compositam, vt in illum omnes, & in eius vitam, velut in exemplar aliquod excellens intueantur. Non ideò absque ratione Apostolus huiusmodi monitis vtitur, quia par erat plurimos eius rei desiderio allici, idcirco illum tanta diligentia pingit, vt qui se ad eam rem præparare vellent, ad quantam virtutis celsitudinem sibi euadendum esset, agnoscerent.

10 Vnde Plutarchus *lib. de doctrina Principum. Sunt Principes*, inquit, *tam Sacri, quàm profani instar lucentium gemmarum; atque adeò si quis in illis næuus apparet, detractioni patet, & calumnia.* Et Clemens *lib. 2. Constit. cap. 11. O Episcope, stude mundicia operum excellere, cognoscens locum, & dignitatem tuam, tanquam locum Dei obtinens, eo quod præes omnibus, Dominis, Sacerdotibus, Regibus, Principibus, Patribus, Filiis, Magistris, atque subditis simul omnibus.*

11 Ideò virtutum omnium absolutionem ab Episcopis Apostolorum successoribus iure suo postulat Saluator noster Matth. 5. *Vos estis sal terræ*, vt sicut sal insipidis saporem rebus dat, easque ne corrumpantur, conseruat, ita & vos insulsos homines sapientia, & virtute condiatis docendo veritatem, & exemplo bonis in moribus confirmando. *Ibid. Vos estis lux mundi*, vt eum doctrina, & probitate vestra illustretis. Deinde, *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*, cui scilicet vos similes estis. Itaque neque latebras sceleribus quærere potestis, neque vt veritatem non doceatis vos abscondere, & occultare. Postremò. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub medio, sed super candelabrum vt luceat omnibus, qui in domo sunt.* Accendi vos vt lucernas, non vt lateatis, sed doctrina, & sanctitate luceatis.

12 Constat ita esse natura comparatum, vt omne agens agat sibi simile; homo enim generat hominem, equus equum, & ignis ignem, quod non solùm in iis, quæ à natura, sed in iis etiam, quæ ab arte efficiuntur, videre est; pictor enim esse debet, qui alium pictorem faciat, & Philosophus, qui Philosophum, & musicus, qui musicum: quisquis ergo alios sanctos efficere debet, sanctissimus vt sit necesse est, cùm nemo aliis dare possit, quod ipse non habeat. Neque vulgari aliqua, sed eximia atque excellenti sanctitate opus est, vt alios tui similes efficias. Semper enim effectus in causa sua eminentior, atque fortior est: vt fulgor ipse syderum, qui à sole dimanat, longè splendidior in ipso sole, quàm in astris est. Ergo maxima sanctitate fulgere debet is, qui velut Sol quidam Sanctitatis, in omnes alios tanquam sydera quædam sanctitatis suæ radios emittere debet, quique tanta fulgeat sanctitate, vt de eius plenitudine omnes accipiant. Vnde cùm in lege veteri *Numer. 19.* Dominus aquas expiationis, & cineres vaccæ rufæ ad purificationem hominum designasset, munus tamen hoc mundis hominibus commisit: vt sic mundos lustraret immundum, & ita demum emundaretur. Vides ergo quomodo mundum esse oporteat, qui aliorum sordes debeat expiare. Rectè enim Ecclesiastic. *cap. 34.* ait: *Ab immundo quis mundabitur?* Cui

13 simile est illud Gregor. *mor. lib. 7.* † *Manus sordida aliam non lauat, & oculus plenus puluere, maculam non considerat, ita mundus debet esse, qui vult aliena corrigere.* Nihil enim est, vel ad perniciem Ecclesiæ nocentius, vel ad decorem monstruosius, vel ad publicam salutem infensius, quàm si is, qui omnes dignitate præit, moribus, & vita subsit: quam quidem indignitatem appositissimis verbis D. Bernardus *ad Eugenium* testatur hoc modo. *Monstruosa*, inquit, *res est gradus, & animus infimus: sedes prima, & vita ima: lingua magniloqua, & manus otiosa: sermo multus, & fructus nullus: vultus grauis, & actus leuis: caput canum, & cor vanum, facies rugosa, & lingua nugosa; ingens authoritas, & nutans stabilitas.*

Sanctitas Episcopi præsertim consistit in charitate, quia vbi charitas est, ibi & sanctitas omnis, ac vitæ puritas est, adeò vt quantum quisque habeat charitatis, tantundem habeat & virtutis. Ait enim Bernard. *super Cant. Quantitas vniuscuiusque animæ æstimatur ex mensura charitatis, quam habet, vt verbi gratia, quæ multum charitatis habeat, magna sit; quæ parum, parua; quæ verò nullam, nihil omnino sit, dicente nostro Apost.* 1. ad Cor. 13. *Si charitatem non habuero, nihil sum, quod manifestè patet in Euangelio* Ioann. 21. Volens enim Dominus constituere Petrum Vicarium, priùs interrogauit eum ter: Diligis me? & deinde ei dixit: Pasce oues meas, & Chrysost. *de Sacerdot. lib. 4.* inquit, *Certè Christus prodigiis, & miraculis posthabitis, quæ ab Apostolis edenda essent, ostendit his verbis: In hoc cognoscent homines quòd discipuli mei estis, si charitatem inter vos mutuam habueritis*, Ioan. 13. 14

Ille, inquit Gregor. *in pastor. lib. 1. cap. 10. & 11. modis omnibus debet ad exemplum viuendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens, iam spiritualiter viuit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola æterna concupiscit, cuius intentioni bene congruens, nec omnino per imbecillitatem corporis, nec valde per contumeliam spiritus repugnat. Ille nihilominus ad dignitatem pastoralis officij debet pronehi, qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur, qui per pietatis viscera, citius ad ignoscendum flectitur, sed non plus, quàm decet, ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis, vt propria deplorat. Qui ex affectu cordis aliena infirmitati compatitur, sicque in bonis proximi, sicut in suis provectibus lætatur. Ad dignitatem Pontificalis excellentia rectè peruenit, qui ita se imitabilem cæteris in cunctis, quæ agit, insinuat, vt inter eos non habeat, quòd saltem de transactis rubescat. Qui sic studet viuere, vt proximorum quoque corda arentia doctrina valeat fluentis irrigare. Qui orationis vsu experimento iam didicit, quod obtinere à Domino, quæ poposcerit, possit, &c. Qua mente apud Dominum intercessionis locum, pro populo arripit, qui familiarem se eius gratia esse per vita meritum nescit? aut ab eo quomodo aliis veniam postulat, qui vtrum sibi sit placatus ignorat? Qua in re est adhuc aliud solicitius formidandum, ne qui placare iram posse creditur, hanc ipse ex reatu proprio mereatur. Cunctis liquidò nouimus, quia cùm is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc desideriis terrenis astringitur, caueat ne destrictè iram iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruinæ. Solerter ergo se quisque metiatur, ne locum regiminis assumere audeat, si adhuc in se vitium damnabiliter regnat, ne is, quem crimen deprauat proprium, intercessor fieri audeat pro culpis aliorum.* 15

Prodat igitur ita se publicè Episcopus, vt quæcumque populo inciderint, siue sint res iucundæ, aut aduersæ, siue lætæ, aut tristes, seu morbi, lues publica, persecutio, damna, vel rei familiaris, vel honoris, ac status, aliique humanæ vitæ casus, & denique quicquid graue contigerit, de quo dubitari pos-

sit, quæ ratio ineunda, quæve cautio adhibenda sit, tunc vnusquisque possit in Præsulem suum oculos conijcere, ab eoque veram in omnibus petere disciplinam, rectamque rerum gerendarum rationem; ob id enim docet noster Apost. 1. *ad Timoth.* 4. his verbis: *Esto exemplum fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in Fide, in castitate,* & S. Petrus 1. *cap.* 5. *Forma facti gregis ex animo.* Ieiunia aliis qui indicat, defungi illis ipsemet debet; qui vult alios largiri pauperibus, vult celebrari Missas, iniurias condonari, vitari ignauiam, & murmurationem, leges vetantes luxum seruari, ipse præire debet, ipse idem luxus in se familiamque suam statuere: exemplo denique suo præcepta omnia sancire, & confirmare. Ex his intelligi potest, oportere ipsummet, cuius est præcipere populis opera bona, atque à malis & prauis illos reuocare, harum omnium actionum quasi curriculo esse perfunctum, vt ordinis locique sui muneri respondeat, quod admonet D. Hieronym. *ad Nepotianum epistol.* 2. his verbis: *Non confundant opera tua sermonem tuum, ne cùm in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet intra se dicere possit; cur ergo hæc, quæ dicis, ipse non facis? delicatus magister est, qui pleno ventre disputat de ieiuniis.* Et idem *ad secundum. Ignominia, & confusio est Iesum crucifixum, pauperem, & esurientem fartis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre.*

16 Exemplar probitatis suæ (vt suprà dicebam) Episcopus præbere debet, quia homines, vt inquit Lactantius *loco suprà relato*, malunt potius exempla, quàm verba; quia loqui facile est, præstare verò difficile: quantoque alterum altero difficilius est, tantò vtilius, atque præstantius. Vnde grauissimè, & prudentissimè Senec. dicit: *Eum elige Doctorem, quem magis admireris cum videris, quàm cum audieris.* Talis ergo debet esse Episcopi vita, quam D. Hieronym. depinxit his verbis: *Ea debet esse conuersatio, & eruditio Pontificis, vt omnes motus, & gressus, & vniuersa eius opera notabilia sint. Veritatem mente concipiat, & eam toto habitu resonet, & ornatu: vt quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina sit populorum.* Virtutis enim species pulcherrima est, & quæ ipsa per se homines non solùm ad amorem, sed etiam ad imitationem sui trahat; finis igitur Episcopalis administrationis alius non est, quàm commissos populos doctrina, & exemplo ad Deum dirigere; atque Moysis exemplo è tenebris Ægypti, idest, huius seculi caligine eripere, vt ad cœlestem promissionis terram traducantur. Vnde bene D. Ephr. *tom.* 1. *tract. de vita spirituali cap.* 37. *Nihil*, inquit, *aquè animum hominis ducit ad salutem, timoresque ad laborandum incendit, quàm si Doctorem re ipsa, & exemplo ad virtutem cohortatorem inuenerint.*

17 Hinc D. Cyprianus Cornelium Pontificem laudat, quòd exemplo suo populum sibi subiectum ad Fidei confessionem incitauerit. *Dum præcedis*, inquit, *ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confessorum populum suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri.*

18 Hinc etiam dicitur *in cap.* 1. *Concil. Trident. de reformat. sess.* 22. *Nihil est quod magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quàm superiorum vita, & exemplum*, &c. adeò, vt non alia breuior, non efficacior via ad populi mores corrigendos sit, quàm probi Principis vita, sicut nullius pestilentiæ, neque citiùs corripiat, neque latius serpat contagium, quàm improbi. Sic etiam S. Isidor. relatus *in cap.* 21. *dist.* ait quòd *Episcopi dicuntur Pontifices, & viam sequantur eo quòd viatoribus Christianis verbo & exemplo partem faciunt, viámque sternunt salutis.* Germon. *de sacror. immun. lib.* 3. *cap.* 8. & quæ Episcopus aliis præcipit, debet prius in se ipso exequi; nam vulgatum est illud: *patere legem, quam ipse tuleris, cap. cùm omnes, de constitut.* Et de S. Ludouico Episcopo Tholosano scribitur, exemplum addebat imperio; quod Principes faciunt, præcipere videotur: volebat suos ille castos, ipse erat, legem tulit, ipse paruit. Recta facere Princeps suos faciendo docet. Henriq. Sedul. *in eius vita c.* 14. Et rectè Claudianus,

In commune iubes, si quid, censesve tenendum;
Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui.
Fit populus, nec ferre vetat, cùm viderit ipsum
Auctorem parere sibi.

Episcopus sicut vitæ suæ integritatis alios ad vir- 19
tutis studium prouocare debet, ita etiam Sacerdotes, vt dicit S. Gregor. *lib.* 7. *registri epistol.* 107. his verbis: *Cùm Sacerdotalis dignitas alijs videat dignitatibus eminere, ita vt quisquis eo ornatus est, cunctis se imitandum debet ostendere, vt exemplo suo nulli nocere, sed vitam potiùs valeat componere subditorum.* Nam satis noxium, atque perniciosum est, vt imitatione ipsius, quæ ædificari debuerant, destruantur. Sacerdotium est, ait Venerab. Beda *cap.* 8. *super Esdram*, sua opera sanctificatione speciali præ cæteris digna facere, atque insigniter agere, vt quicunque sibi iunguntur, nomen Domini in se ipsis bene viuendo sanctificent. Quod & eximiè docet S. Ioan. Chrysost. *lib.* 3. *de Sacerdotio. Sacerdotis animi pulchritudinem splendescere oportet, vt oblectare pariter, & illuminare possit illorum animos, qui suos in illum oculos coniiciunt. Nam vulgarium hominum delicta velut in tenebris commissa auctores suos solos perdunt: cæterùm hominis illustris, ac vulgo cogniti delictum commune omnibus damnum affert, & parua eius peccata alijs magna videntur: neque enim peccati magnitudine, sed peccantis potiùs dignitate peccatum plerique omnes metiuntur.* Eleganter id docet S. Ambros. *lib.* 1. *Offic. cap.* 50. *Decet actuum, operumque nostrorum testem esse publicam existimationem, & attestationem, ne derogetur muneri: vt qui videt ministrum Altaris, congruis ornatum virtutibus, auctorem prædicet, Dominum veneretur, qui tales seruulos habent, laus enim Domini, vbi munda possessio, & innocens familiæ disciplina.* Et S. Chrysost. *homil.* 10. *operis imperfecti in Matth. Propter bonam*, inquit, *conuersationem suam Sacerdotes sunt sal, quoniam bona conuersatio Sacerdotum conditura populi est. Propter verbum autem doctrinæ lux, quoniam verbum ignorantiæ lumen est. Prius autem vocauit eos sal, postea autem lux, aut quia prioris loci est seruare, quos habes, secundi autem vocare, quos non habes, aut quia prius est bene viuere, secundò autem bene docere.*

Hæ Sanctorum Patrum auctoritates licèt de 20
Sacerdotibus tantum loqui videantur, & Apostolus de Episcopo tractans nullam in præsenti Presbyteri mentionem facere videatur; tamen vno Episcopi nomine vtrumque Sacerdotem maiorem, & minorem, Antistitem, & Presbyterum complectitur, ac proinde ambobus eadem probitatis, & sanctimoniæ documenta constituit; hoc ipsum super hunc Apostoli locum 1. *ad Timoth. cap.* 3. docet diuus Hieronymus his verbis: *Quæritur cur de Presbyteris nullam fecerit mentionem, sed eos in Episcoporum nomine comprehenderit, quia secundus, imò penè vnus est gradus*, & S. Ioan. Chrysost. *hom.* 11. *in priorem Timotheicam.* Postquam, ait, de Episcopis dixit, eosque formauit, quidnam illos habere conueniat, à quo item abstinere necesse sit dictans, omisso interim Presbyterorum Ordine, ad Diaconos transit. *Cur id quæso? quia scilicet inter Episcopum, atque Presbyterum*

interest

intereſt ferme nihil. Quippe, & Preſbyteris Eccleſia cura permiſſa eſt, & qua de Epiſcopis dixit, ea etiam Preſbyteris congruunt, ſola quippe ordinatione Superiores illi ſunt, atque hoc habent plus, quàm Preſbyteri habere videntur. Conſcriit & Ambroſio adſcriptus in eundem locum commentatius. Poſt Epiſcopum, ait, Diaconi Ordinem ſubiicit. Quare? niſi quia Epiſcopi, & Preſbyteri vna ordinatio eſt. Vterque enim Sacerdos eſt; ſed Epiſcopus primus eſt, vt omnis Epiſcopus Preſbyter ſit, non tamen omnis Preſbyter Epiſcopus. Hæc Apoſtoli monita, & decreta licèt quoad obligationem, & munera Epiſcopis, & Preſbyteris communia eſſe non diffiteamur, Epiſcopatum tamen Ordinis, poteſtatis, iuriſdictionis, ac dignitatis gradu Sacerdotio antecellere verum agnoſcimus, vt de Fide definit Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *can.* 7. & docent S. Dionyſ. *cap.* 4. *Eccleſ. Hierarch.* Anaclet. *epiſt.* 2. Auguſt. *in Pſalm.* 44. Leo *epiſt.* 88. Beda *in cap.* 10. *Luca*, Iſidor. *lib.* 2. *de diuinis Offic.* quatenus docent Epiſcopos tenere locum Apoſtolorum, Preſbyteros verò ſeptuaginta diſcipulorum.

21 Quemadmodum bonorum nos Paſtores exempla tam potenter ad virtutem alliciunt, ita contra malorum longè potentius ad malum trahunt: natura enim noſtra (vbi per peccatum lapſa eſt) plus ad vitia, quam ad virtutes proclinior exiſtit. Nihil enim, ait quidam, tam facilè diſcimus, quàm turpitudinem, & nihil tam difficile dediſcimus. Ideoque, vt Gregor. *in Paſtorali* ait, nemo in Eccleſia magis nocet, quàm qui peruersè viuens, nomen, aut gradum ſanctitatis tenet. Nam ex mala, & improba Prælatorum vita ſæpe hæreſes ortas eſſe tradit Alphonſ. de Caſtro *de iuſta hæreticorum punit. lib.* 3. *cap.* 5. ſicut è contra ex eorum ſanctitate & probitate fit vt Princeps, & populus Deum colant, & in Chriſtiania virtutibus proficiant. Hinc Auguſtin. *lib. de Paſtor. Omnis qui malè viuit in conſpectu eorum, quibus prapoſitus eſt, quantum in ipſo eſt occidit, & fortè qui imitatur, viuit: tamen, quantum ad illum pertinet, ambos occidit.* Marcus etiam Tullius *lib.* 3. *de legib* eadem de Principe ſeculari dicit, quæ ad Eccleſiæ Principes non minus pertinent: nec ſolùm, inquit, vitia concipiunt ipſi Principes, ſed ea infundunt in ciuitatem: neque obſunt, quòd ſolum ipſi corrumpuntur, ſed etiam quòd cor-
22 rumpunt, † plus exemplo, quàm peccato nocent Facit illud Claudiani,

——Totus componitur Orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Et illud Platonis, *Quales in Rep. Principes, tales reliquos ſolere eſſe ciues.* Qui ſuperior dignitate aliis eſt, debet eſſe & vita, ne infra illos manibus ſit, ſupra quos eſt officio. Rex comparatione priuati hominis eſt velut exemplar & regula, ad cuius vitæ, & operum normam ſe ſubditi componunt, & conformant, & velut vmbra corpus ſequuntur ab ipſo corpore motum, figuramque habentes, itaque ſi probus ſit Rex, multos habebit imitatores, habebit quoque ſi malus: *nam facile facit inferior*, inquit S. Ambroſ. *in cap.* 1. *epiſt. ad Romanos, quod fieri viderit à potiore.* Altè inclamat imperantis vita, imperantis verbum moribus animatum; B. Thomæ à Villanoua hæc ſunt verba *in concione in Dom.* 19. *poſt Pentecoſt. O magnus Prædicator Rex, plus proficit verbo & exemplo, quam omnes mundi Prædicatores.* Vuldramus *ad Salomonem Epiſcopum* ſcribens ait. *Talis erit populus, qualem te viderit eſſe.* Labitur cum labente Principe populus, qui cum ſtante ſtare ſolet. Præclarè Egeſippus *lib.* 2. *de excid. Hieroſol. cap.* 5. *Sicuti boni Principis vita probitatis quadam praſcriptio, & per vniuerſos viuendi forma eſt: ita Imperatoris colluuio, lex flagitiorum eſt.* Egregiè Baſilius Imp. *ad Leonem filium cap.* 62. *Principis*, inquit, *innocentia & boni mores in multas ætates protenduntur, & memoriam nominis æternam transmittunt ad poſteros.* Scitè B. Laurentius Iuſtinianus *de caſto connubio c.* 3. *Eſt qui præeſt quaſi ſpeculum quoddam, in quo incipientes viuendi formam accipiunt.*

Vita enim Principis (dicit Plinius *in paneg. Traiani*) 23
cenſura eſt, ad quam dirigimur, ad quam conuertimur; quia, vt idem inquit, *Non tam imperio opus eſt, quàm exemplo. Vnde neceſſe eſt*, dicit D. Gregor. *lib.* 24. *moral. cap.* 30. *vt is, qui præeſt, quæ exempla ſubditis præbeat, ſolerter attendat, & tantis ſe ſciat viuere, quantis præeſt. Oportet Principem*, dicit Pittacus, *moribus imperium docere. Et quicquid Principes faciunt*, dicit Quintil. *decl.* 6. *præcipere videntur. Vita ſplendor, & claritas*, ait S. Baſil. *in in Pſalm.* 1. *pleroſque eorum, qui proni & lubrici ſunt ad peccandum, ad conſimilem æmulationem incitat.* Sicut enim bona Principis vita, ſcripſit Egeſip. *lib.* 2. *de excid. Hieroſolym. cap.* 5. probitatis quædam præſcriptio, & per vniuerſos forma viuendi eſt, ita Imperatoris colluuio lex flagitiorum eſt. *Studioſè plerique*, ait Cicero *lib.* 1. *de offic. facta Principum imitantur. A capite*, ait Seneca *lib.* 2. *de clem. cap.* 2. *bona valetudo.* Nam, vt dicit S. Gregor. *lib.* 24. *moral cap* 10. *Non debet hominum ducatum ſuſcipere qui neſciat homines bene viuendo præire. Nihil enim magis eſt, quod ad pietatem & Dei cultum alios aſſiduè inſtruat, quàm eorum vita & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt.* Conc. *ſeſſ.* 22. *de reform. c.* 1. Vnde Ieſus Dominus noſter cœpit primum facere, & poſtea docere, *Act.* 1. & Apoſt. *ad Hebr. c.* 9. Si ipſi filij eius ſumus, quæ ipſe facit, imitari debemus. *c. Dominus, in fine* 56. *diſt.* vt cæteri humilitatis, & virtutis exempla petere poſſint, nihil permittendo, quod à ſancto inſtituto ſit alienum, Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 1. reſpiciendo etiam ad exempla, vt à nobis ſequantur, ex illo Ezech. *cap.* 47. abſtinendo in factis & dictis non ſolùm ab omni malo, ſed ab omni, quod ſpeciem habet mali, id enim ſpecialiter vitare debent viri perfecti, vt dicit text. *in Clem. exiui à Paradiſo* §. *cum annuis, de verb. ſignif.* Cùm ipſorum ſit proprium facere, exempliſque monſtrare: non more Phariſæorum, qui alligant onera grauia, imponentes ea humeris hominum, ſed digito ſuo nolunt ea mouere, *Matth.* 23. & S. Bernard. *in feſto omnium Sanctorum ſerm.* 1. *Memento voci tuæ dare vocem virtutis, vt opera verbis concinnent, & verba operibus: & vt cures primum facere, quàm docere: namque pulcherrimus eſt ordo, & ſaluberrimus, vt onus, quod portandum imponis, tu prior portes, & ex te diſcas qualiter oporteat alijs moderari, vt ſic omes commiſſas arguere poſſis. cap.* 2. 25. *diſt.* quia (vt dicit Greg. *lib.* 23. *moral* §. 36. relatus *in cap hoc habet proprium* 46. *diſt.*) *doctrina tanto vehementiùs elationis fugit vitium per cognitionem, quanto ardentiùs ſuorum verborum iaculis magiſtrum ſequitur elationis. Prælati igitur*, vt dicit Greg. *in ſuo Paſtorali, plus occidit exemplo, quàm gladio.* Panin. *de viſitat. part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 29. *verſ. & dicit.* Et plus peccant exemplo, quàm culpa. Ioan. Lecirier *in tract. de primogen. lib.* 1. *quæſt.* 9. quia ipſorum factum de facili trahitur in exemplum à ſubditis, *c. magna, de voto*, iuxta illud *Eccleſiaſt.* 10. ſecundùm iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis rector ciuitatis eſt, tales inhabitantes in ea. *cap. præcipuè* 11. *qu.* 3. & ideo ſubditorum etiam Prælatis imputantur. *cap quicquid* 1. *quæſt.* 1. *cap. irrefragabili, de offic. Ordin.* Quomodo enim Præſes Eccleſiæ poteſt auferre malum de medio eius, qui in delicto ſimili corruerit, aut qua libertate corripere peccantem poteſt eùm tacitus ſibi ipſe reſpondeat, eadem admiſiſſe,

quæ

quæ corripit, *cap. vltim.* 55. *distinct.* Nullum, inquit B. Gregor. *homil.* 17. *in Euangel. puto Fratres charissimi ab alys magis praiudicium, quam à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus.*

24 *Prælatus peccans*, vt dicit Gregor. *part.* 3. *adm... tot mortibus dignus est, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittit.* Vnde tanto cautius debet se à peccato custodire, quanto peccando non solus reo- tùm moritur, sed omnium animarum, quas prauis exemplis destruit, reus est, & S. Chrysost. *lib.* 6. *post med. de Sacerdot.* peccatum illius, qui aliorum curæ præfectus est, pestilentissimum esse scribit, & quidam modernus ait non ita atramento infici paonum, aut lanam, sicuti illius culpa in alios perusdit, qui illius fidei crediti sunt.

25 Sunt nonnulli, vt ait Gregor. *lib.* 1. *Pastor. cap.* 2. qui solerti cura spiritualia præcepta perscrutantur, sed quæ intelligendo penetrant, viuendo conculcant: repentè docent, quæ non opere, sed meditatione didicerunt, & quod verbis prædicant, moribus impugnant. Vnde fit vt cùm Pastor per abrupta graditur, ad præcipitium grex sequatur. Hinc namque per Prophetam Ezech. *cap.* 34. Dominus contra contemptibilem Pastorum scientiam queritur, dicens: Cùm ipsi limpidissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis; & oues, quæ conculcatæ pedibus vestris fuerant, pascebantur, & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. Aquam limpidissimam Pastores bibunt cùm fluenta veritatis rectè intelligentes, hauriunt: sed eandem aquam pedibus perturbare, est sanctæ meditationis studia malè viuendo corrumpere. Aquam scilicet Pastorum turbatam pedibus, oues bibunt, cùm subiecti quique non sectantur verba, quæ audiunt, sed sola, quæ conspiciunt exempla prauitatis imitantur. Qui cùm dicta sitiunt, & per opera peruertuntur, quasi corruptis fontibus in poribus lutum sumunt. Nemo amplius nocet in Ecclesia, quàm qui peruersè agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Qui ergo ad Sanctitatis speciem deducti, vel verbo cæteros destruit, vel exemplo, melius profectò fuerat, vt hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent, quàm sacra officia in culpis cæteris imitabilem demonstrarent, &c.

26 Idem Gregor. apud Gregor. VII. *lib. regist. epist.* 34. *ante finem*, sic ait: *Malis subesse Pastoribus quid aliud est, nisi vt plebs populanda prædonibus permaneat, & inde sumat interitum, vnde protectionis debuit habere subsidium? Sacerdotes enim mali causa sunt ruinæ populi.* Contra quos Isidor. *de summo bono, cap.* 36. in hæc verba: *Plerique Sacerdotes, & Clerici praue viuentes, forma cæteris in malum existunt, qui in bonis exemplum esse debuerant. Hi enim quoscumque exemplo mala conuersationis suæ perdunt, de illis rationem sine dubio reddituri sunt. Ex carnalium præpositorum exemplo plerumque fit vita deterior subditorum, & plebis meritò fiunt tales Sacerdotes, qui exemplo deteriore populum destruant, non ædificent: ex merito enim plebis nonnunquam Episcopi deprauantur, quatenus procliuius corruant, qui sequuntur, capite languescente, cætera corporis membra inficiuntur.* Vnde & scriptum est Esai. 1. *Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas.* Caput enim languidum, doctor est agens peccatum, cuius malum ad corpus peruenit, dum eo vel peccante, vel prauè docente, pestifer languor ad plebes subditas traosit. Deteriores sunt, qui siue doctrinis, siue exemplis, vitam moresque bonorum corrumpunt, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. *Grandis*, inquit Hieronym. *in cap.* 44. *Ezech. dignitas Sacerdotis, sed grandis ruina si peccet, lætamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum; non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quàm mœroris de sublimibus corruisse. Nec enim solum pro delictis nostris reddemus rationem, sed pro omnibus quorum abutimur donis, & nequaquam sumus de eorum salute soliciti.*

Porrò cùm Princeps id sit Reip. quod oculus corpori, quod intellectus animæ. Hect. Pint. *in Ezech.* 38. Chrysost. *in Matth. homil.* 21. eum sicuti si nitidus fuerit, subditorum corpus illustrare, sic & si sordidus obumbrare totum est necesse; fermenti instar, quod quamuis modicum, totam inficit massam, Apost. 1. *ad Corinth.* 5. *& ad Galat.* 5. Sicut igitur oculo cæco, sicut intellectu obfuscato, neque corpus videt, neque anima intelligit, sic & Principe corrupto, Reip. nulla salus. Nam si lumen, quo clarificatur, tenebræ sunt, tenebræ ipsæ quantæ erunt? Certum est enim delinquente Principe, populum effici delinquentem, delicto tamen longè grauiore solius ipsius, quàm populi vniuersi existimando. 27

Quid sunt Episcopi, quærit Gregor. *ad Episcopum Constantinopol.* nisi astra cœli, quorum vita simul, & lingua inter peccata, erroresque hominum, quasi inter noctis tenebras, lucent. Hinc Bernardus *epist.* 127. *ad Gmillelmum Comitem*, ita dicit: *Si quis de populo deuiat, solus perit, error Prælati multos inuoluit, & tantis obest, quantis præest. Quocirca tot mortibus dignus est iudicandus improbus Princeps, quot ad subditos perditionis exempla transmittit, sicuti & tot gloria coronis probus, quot ædificationis.* Gregor. *in Pastor.* 3. *cap.* 1. *admon.* 5. relatus *in cap. præcipuè* 11. *quæst.* 3. *Quod autem quot subditos habet, tot interemit, tot enim spiritum singulis exemplis est homicida, quot præest, quot interitibus interimendus, cogita.* 28

Ex dictis opportunè quæri potest, an ad officium pastorale dignus eligi possit, an digniorem eligere teneamur? Ad cuius quæstionis decisionem præmittendum est cum Rebello *de obligat. iustit. part.* 1. *lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 1. quem refert Campan. *in diuersorie Iuris Canonici rubr.* 7. *cap.* 6. *n.* 73. quòd dignus vocatur, quicumque habeat sufficientiam, & omnes partes ad prædicta munera, prout oportet, ministranda, licèt comparatione alterius, maiorem sufficientiam habentis (qui hoc casu dicetur dignior) vtriusque administraturi, minus dignus existat. Quo supposito relictis multis, quæ ad hoc propositum adducunt ex fonte sacræ Scripturæ, & ex Lege naturali Aleand. Raudeos. *Pisana decis.* 34. *in princ. & à n.* 179. Rebell. *d. lib.* 3 *quæst.* 4. videtur dicendum, quòd quamuis alicui negotio præfectum eligere debens, satis officio suo functus esse videatur, si dignum hominem pro negotij conditione præfecerit, ad Episcopale tamen officium, cùm reliqua omnia longè superet, non modò dignum, sed etiam dignissimum esse destinandum, & maximis rationibus comprobari, & sacrarum literarum apertissimis testimoniis demonstrari satis potest. Sed lectorem remitto ad Homobon. *de statib. humana vita part.* 1. *cap.* 5. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rubr.* 6. *cap.* 3. *à num.* 32. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 211. *n.* 10. 20. *&* 31. *cum seq.* Valasq. *de priuileg. pauperum p.* 1. *cap.* 7. *n.* 2. nouissimè Mich. Pert. *de precedent ecclesi. q.* 25 *à num.* 4. 29

Trina illa Domini Saluatoris interrogatio *Ioan.* 21. abundè sanè nostrum probat institutum, qua non quidem simpliciter, sed per comparationem cautè, & vigilanter interrogat: Simon Ioannis diligis 30

ligis me plus his? hac enim prima Pastoris Ecclesiastici electione formam cæteris præscribere voleos non simpliciter interrogat, Diligis me, sed, Diligis me plus his; vt videlicet non pari virtute, & charitate fulgentem, sed cæteros antecellentem ad tantum hoc munus diligendum esse declaret. Natura enim ipsa dictare videtur, vt qui aliis officio, ac dignitate præferri debet, cæteros vitæ splendore anteeat, quemadmodum Pastor grege suo præstantior, & dux milite suo fortior, & Rex subditis suis debet esse sublimior. Qui ergo maiorem in Pastore, quàm in ouibus claritatem ante electionem requisiuit, apertè docuit digniorem sanctiorémque subditis esse debere, qui eis regendis, atque dirigendis præficeretur. Quomodo enim, vt D. Ambrosius ait, credam eum consilio superiorem, quem videam moribus inferiorem? Supra me debet esse, cui me committere paro; cuius rei cùm multa quidem, & præclara exempla adduci possint, nullum tamen aut maius, aut illustrius est, quàm ipsius Dei Opt. Max. qui cum Ecclesiæ suæ prouidere Pontificem, & Pastorem voluisset, eum elegit, quo neque in cœlo, neque in terra vllus erat dignior: nempe vnicum filium suum, quem non modò auctorem salutis nostræ, sed etiam Pontificem, Summumque Sacerdotem in mundum destinauit: cùm tamen alios ad hoc ipsum delegare potuisset. Quod idem ipse filios per Esaiam c. 43. significauit, dicē.: *Ego sum, Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me*, vbi alius interpres euidentiùs vertit: *Ego, Ego, ille ipse sum, qui deleo*, &c. apertè intelligas, nulli alij medendi peccatis nostris curam creditam fuisse, quàm ipsi vnigenito Filio Dei. Si igitur Deus Pater tanti animarum nostrarum salutem fecit, vt cùm Angelos, aut Archangelos, aut Sanctissimos Patres ad hoc destinare potuisset, amnibus his prætermissis, eum elegit, quo dignior esse, aut cogitari nemo potest; qua, quæso, fronte to in Vicarium, & Successorem Supremi huius Pontificis indigniorem eligas cùm possis eligere digniorem? Cur minoris facias, minúsque charam ipse habeas salutem tuam, quàm ille habuit, ad quem nihil salus tua pertinebat? Super Apostol. vetantem quemquam inconsideratè, subitò, temerè, sine diligenti vitæ, doctrinæque exploratione ordinari 1. *ad Timoth.* 5. ibi. *Manus citò nemini imposueris*. S. Chrys. *homil.* 16. in 1. *Timoth.* ita dicit: *Quid sibi vult citò? non ex prima statim probatione, nec secunda, nec tertia, sed vbi consideratione diuturna processit, exactissimaque discussio, huic imponito manus. Neque enim ea res periculo caret, eorum enim, quæ ille peccauerit, tu quoque pœnam dabis.*

31 Qua in re Concilium Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 1. eos peccare mortaliter, & peccatis alienis communicare asserit, qui digniores, & Ecclesiæ magis vtiles Pastores præficere non curauerint, his verbis: *Si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterque curandum est, vt in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum; multò magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur. Nam totius familiæ domini status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite.* Vnde & si aliàs Sancta Synodus de promouendis ad Cathedrales, & superiores Ecclesias nonnulla vtiliter decreuit; hoc tamen munus huiusmodi esse censet, vt si pro rei magnitudine expendatur, nunquam satis cautum de eo videri possit. Itaque statuit, vt cum primum Ecclesia vacauerit, supplicationes, ac preces publicè, priuatímque habeantur, atque à Capitulo per ciuitatem, & diœcesim indicantur, quibus Clerus, populúsque bonum à Deo Pastorem valeat impetrare. Omnes verò, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcumque ius quacumque ratione à Sede Apostol. habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innouando, hortatur & monet, vt in primis meminerint nihil se ad Dei gloriam & populorum salutem vtilius posse facere, quàm si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant; eósque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores & Ecclesiæ magis vtilos ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint. hactenus Concilium. Et ad hoc propositum S. Hieron. *in commentar. ad cap.* 1 *epist. Titiana* sic ait: *Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem Deus loquutus est, potuit vtique successores principatus filios suos facere, & poterit propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia Tribu eligitur Iesus, vt sciremus pincipatum in populos non sanguini, aut humano affectui deferendum esse, sed vitæ.*

Optime S. Thom. 2. 2. *quæst.* 185 *art.* 3. circa assumptionem alicuius ad Episcopatum, aliquid considerat, ex parte eius, qui assumitur, & aliquid ex parte illius, qui assumit. Ex parte enim eius, qui assumit vel eligendo, vel prouidendo, requiritur quòd digniorem eligat, & meliorem assumat quoad regimen Ecclesiæ, qui scilicet possit eam & instruere, & defendere, & pacificè gubernare. Vnde contra quosdam S. Hieronym. dicit quòd quidem non quærunt eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse, sed quos plus ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel dediti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt. Ex parte verò eius, qui assumitur, requiritur vt nulla vitiorum nota sit maculatus; grauius enim co condemnabitur, qui Indignus suscepit, quod non meretur. Qui regimen Sacerdotis contendit appetere, ante in se discutiat si vita honori sit congrua: plerique Sacerdotes suæ magis vtilitatis causa, quàm gregis præesse desiderant. Quomodo autem vites suas perclitari, & expendere debeat, docet S. Gregor. *in præfatione sui Pastoralis*, dicens: *Cùm rerum necessitas exposcit, pensandum valde est ad culmen quisque regiminis qualiter veniat, atque ad hoc ritè perueniens, qualiter viuat, & bene viuens, qualiter doceat; & rectè docens infirmitatem suam, quotidie valet quanta consideratione cognoscat: ne aut humilitas accessum fugiat, aut prauentioni vita contradicat, aut vitam doctrina destituat, aut vitam præsumptio extollat.* Nunc verò vt prosint Præsoles fieri non cupiunt, sed magis vt diuites fiant, & honorentur; suscipiunt enim sublimitatis culmen non pro Pastorali regimine, sed pro solius regiminis, vel honoris ambitione, atque abiecto opere dignitatis solam nominis superbè appetunt dignitatem. Hi vbi primum cognoscuntur reiiciendi, illi verò, qui antequam altissimum dignitatis gradum obtinerent, omnibus virtutibus præditi videbantur, & postea in regimine alij apparent, non eligentis culpæ imputari debet, quemadmodum enim agnoscere non potest sit nec integrum vas, nisi illud liquore impleatur; ait nec hominem, nisi illi gubernandi munus fuerit commendatum.

Dubitari non abs re potest, an Cardinales peccato 33 commaculentur, restitutioneque vinciantur, qui non impediunt nominatum, si alterum digniorem arbitrentur? Ad quod dubium perdoctè quidem respondet Paleoth. *in tract. de Sacr. consist. consult. p.* 4. *q.* 1. *vers. quo loco*, & ait ad Cardinalium auctoritatem & officium, non propriè pertinere aliquem ad Episco

Episcopatum admittere, sed tanquam Papæ consiliarios non vlterius obligari, quàm vt ad eas res, de quibus à Papa requiruntur, & consuluntur, fidele præstent responsum, per tex. *in cap. fundamenta §. decet, de elect. lib. 6.* itaque cum Pontifex in Episcoporum promotione non aliud ab ipsis Cardinalibus exquirat, quàm iudicium, si propositum Episcopali dignitate dignum arbitrentur; ideo non ad aliud obligantur, quàm ad interrogata respondere, illumque approbare, si ita credant: imò & Cardinales omnes tutam respondendi, ferendique suffragij sui rationem colligere posse addit ex testimoniis quatuor Cardinalium in publicam formam redactis, & ab eis subscriptis, quibus inquisitio committitur de promouendi qualitatibus.

GLOS. IV.

Vnius vxoris virum.

SVMMARIVM.

1 *Rationes expenduntur quare bigami ad Ecclesiasticos Ordines ascendere non conueniat.*

2 *Filios habens non potest habere frontem alios de incontinentia redarguendi.*

3 *Castitatis eminentiam inter omnia virtutum ornamenta debet Episcopus habere.*

4 *Continentia, & cœlibatus non est per se de iure diuino Sacris Ordinibus annexus.*

5 *Coniugatus nullo modo potest in Episcopum eligi, etiamsi eius vxor ætate prouecta, nec suspecta de incontinentia castitatem in seculo voueat, sed requiritur, vt ea simpliciter religionem profiteatur.*

6 *Filios habens an possit in Episcopum eligi, quæstio dubia, pro parte affirmatiua rationes expenduntur.*

7 *D. Petrus vxorem habuit, & ex ea filiam Petronillam.*

8 *Clemens IV. & Alexander VI. filio habuerunt.*

9 *Expendunt rationes pro contraria opinione.*

10 *Amor paternus omnem alium vincit.*

11 *Eli ob suos filios in via Domini non ambulantes priuatus fuit Sacerdotio.*

12 *Priorem sententiam sequitur, & contrariis fundamentis respondetur.*

1 VM bis coniugatus non possit aptè significare vnionem Christi cum Ecclesia vnica sua sponsa, quia non esset vnicus, ex quo diuisit carnem suam in plures. *cap. Acutius 27. dist. cap. debitum, & ibi glos. verb. Sacramentum, de bigamis*; ideo noster Apostolus dicit vt is Episcopus ordinetur, quem vnius vxoris virum fuisse, aut esse constiterit: tam sacra semper habita est ista præceptio, vt etiam de muliere Sacerdotis eligendi, eadem intelligeretur seruanda conditio: ne fortè illa prius, quàm in matrimonium eius veniret, qui aliam non habuisset vxorem, alterius viri esset experta coniugium. Si etenim in veteri Testamento *Leuit. 21.* hæc Sacerdotalium coniugiorum forma seruata est, quanto magis sub reuelata iam gratia constituti Apostolicis debemus seruire præceptis, vt quamuis quis bonis moribus præditus, & sanctis operibus inueniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad Diaconi gradum, vel ad Presbyterij honorem, vel ad Episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non vnius vxoris virum, aut vxorem eius non vnius viri fuisse constiterit, vt ex Leone *epist. 85. vel 87. cap. 1. ad Episcopos Africanos* refert Anton. Augustin. *in epitom. Iuris Pontificij veteris lib. 4. tit. 7. cap. 7.* Et ideò Isidor. *lib. 2. cap. 6. de Eccles. offic.* asserit quòd vt vnius virginalis matrimonij sint, qui eliguntur ad Ordinem Pontificatus, Sacerdotem quærit Ecclesia, aut de Monogamia ordinatum, aut de Virginitate sanctum. *Nullo pacto*, ait D. Hieronym. *ad Oceanum, digamos, vel concubinarios carnis infertos decet subire Sacerdotij ministerium.* In Leuitico 21. scriptum ac præfinitum est, quales eligi debeant Sacerdotes; *si ergo clericus monogamus fuerit, & vxor eius digama, noli eum ad ministerium applicare.* Hæc Tito præcepta idem Apostolus de ordinandis clericis dedit.

Hinc etiam apud Ethnicos secundas nuptias aliquid habuisse culpæ testari videtur Seruius in illud Virgil.

Huic vni forsan potui succumbere culpæ.

exponens culpam dici propter antiquum ritum, quo repellebantur à Sacerdotio secundò nuptæ. Et Romæ pudicitiæ simulacrum colebatur, quod nefas erat attingi, nisi ab ea, quæ semel nupsisset.

Quomodo poterit esse hortator viduitatis, casti- 2
tatis, & continentiæ, qui coniugia frequentauerit; *cap. vna, cap. fin. 26. dist.* cùm dicamus quòd habens filios non potest habere frontem alios de incontinentia redarguendi, *cap. sicut, vers. vnde cùm Paulus 47. dist.* Habebit igitur Episcopus, vt inquit Isidor.
de Ecclesiast. offic. lib. 2. cap. 6. † inter cætera virtutum 3
ornamenta, & castitatis eminentiam, itaut mens Christi corpus confectura ab omni inquinamento carnis sit munda, & libera, quia dum secundùm carnis assumptæ mysterium Ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere ipse Christus, meritò in membris eius intentio Episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimioris celsitudine ordinis regunt, & disponunt subiectas multitudines plebium: vnde quanto ipsi sequentium fiunt ductores, tantò meritorum lumine debent præfulgere. Illa autem, quæ pertinent ad bigamiæ species, ac illius materiam, plenè tractaui *alleg. 49.*

Continentiam, & cælibatum scio non esse per se 4
annexa Episcopatui, & multò minus inferioribus Ordinibus ex Diuino, & naturali iure, sed tamen id fuisse ab Apostolorum temporibus in vsu quantum ad Episcopos, qui si vxorati assumpti sunt, vxores postea solum vt sorores retinuerunt: suadent & persuadent antiqui Canones, & Sanctorum Patrum testimonia, itaut Græcorum Ecclesia, licèt inferiores Sacerdotes vxoratos retineat, nunquam tamen in Episcopis id passa sit, quos propterea Monachos semper habet. Quocirca laudabilius S. Ecclesia Latina æquissimè, & conformiter ad Ius diuinum legem tulit ab Apostolorum temporibus, & praxi natam, vt omnibus Sacris Ordinibus continentiæ propositum annecteretur, etiamsi in Subdiaconis id
tam antiquum, vt in reliquis non appareat. † Et adeò 5
verum est nullo modo in Episcopum eligi coniugatum, itaut non sufficiat eius vxorem ætate prouectam, nec suspectam de incontinentia, castitatem in seculo vouere, sed requiri vt ea simpliciter religionem profiteatur, propter Ordinis Episcopalis excellentiam, & vt auferatur occasio, vt Episcopus visitetur à fœminis. Ita Host. Calder. Anton. Abb. per tex. ibi *in cap. sanè, de conuers. coniug.* Couar. *de sponsal. par. 2. c. 6. §. 3. num. 3. vers. in Episcop.*, Maiol. *de regul. lib. 1. c. 34. n. 2.* Petr. de Ledes. *de matrim. q. 6. art. 4. dub. 5. concl. 6.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 13. q. 7. prope fin.* plures alios refert, & sequitur Sanch. *de matrimon. lib. 7. disput. 42. num. 2.* me citato *in hoc loco* Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. c. 3. n. 74.*

Vnde

6 Vnde, qoia pussibile fuit Episcopos ne dom vxorem, sed etiam filios habere ante Episcopatū. Quæstio hinc oritur non contemnenda, vtrum filios habens possit in Episcopum promoueri? Pro parte affirmatiua est tex. *in cap. 1. de testam.* ibi, *nurum, cap sint manifestè, vers. fortassis* 12. *q* 1. vbi glos. *verb. aut filios, cap. Episcopos qui filios* 12. *q.* 2. noster Apostolus in præcitatis verbis, & in sequentibus, ibi, *filios haben-*
7 *tem*, & referrur *in cap. 1. in princip. 26. distinct.* † Idque plerisque constat exemplis, patet in Diuo Petro, qui
8 vxorem habuit, & ex ea filiam Petronillam, † Clemens IV. tempore promotionis duas habuit filias ex vxore legitima, vt videre licet apud Platinam *in ipsius vita*, apud quem etiam in vita Alexand. VI. id ipsum legitur: & cum hac sententia transire Doctores communiter post Host. fatetur Abb. *in dict. cap. 1. n. 2.* affirmat communem esse vsu receptam Nau. *de spolys clericorum §. 19. num.* 2. vbi testatur se plures vidisse Episcopos, & alios Prælatos filios habentes, qui promoti fuerunt à Sede Apostolica nulla facta de filiis mentione, neque aliqua super eo habita dispensatione.

9 Obstant tamen tex. *in c. prius quoniam 28. dist.* vbi cauetur ne is, qui filiam habet, & à longo tempore incontinens fuit, ad Episcopatū eligatur; melior tex. *in cap. de Siracusana* 28. *dist.* qui habentem filios & vxorem ad Episcopatus Ordinem promoueri prohibet, *cap. Catinensis 61. dist.* ibi, *qui nec vxorem habeat, neque filios*, & ibi, *neque crimen aliquod*, *Anth de Sanctissimis Episcopis, in princip. collat.* 9. ad quem se refert *dict. cap. de Siracusana*, ibi, *principalis constitutio*. Deinde obstat quod e. si nulla daretur prohibitio, in recto tamen gubernandi regimine, satis inordinatum videtur illos ad Episcopatum eligere, qoi propter nimiam in filios affectionem, vt plurimum, & cupiditate, & auaritia miserè detinentur: hi sunt Clerici, & Episcopi erga filios, & nepotes, *glos. vlt. in cap. peruenit 1. quæst. 3* Peretr. *ad Extrauag ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis, verb. ac de rebus, & bonis*
10 *num.* 64. expendit Nau. *dict. num.* 2. † nam paternus amor omnem alium vincit *l. vlt. C. de curatore furiosi, l. si quidem §. fin. ff. quod metus causa.* notarut *in cap. afferte, de præsumpt.* Mex. *in tract. cassa pan. conclus.* 2. *num.* 58. *cum seq.* Mascard. *de probat. conclus.* 590. *num.* 3. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuent. tom 2. lib. 21. tit. 30. num. 21.* Flamin. *de confident. quæst. 20. num* 44. Gurier *de tutel. par. 2. cap. 8. num. 9.*

11 Vnde multa mala parentibus obueniunt propter filiorum peccata, & laxatam viuendi normam, prout Eli ob suos filios in viis Domini non ambulantes priuatus fuit Sacerdotio 1. *Reg. cap.* 2. Inde etiam probabile resultat periculū, quod bona per vxorem, filios, nepotes, & cæteros temere dissipabuntur, vt satis insinuat *dict. cap de Syracusana*, ibi, *per quos Ecclesiastica solet periclitari substantia*. Vlterius offenditur finis prætensus à Concil. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 1. in princip & in Extrauag.* Pij V. aduersus illegitimos *in princip* Ergo ne tot, ac tanta mala sequantur, omnino affirmandum est, nequaquam fore eligendos eo maximè cùm omnino oporteat, non solùm ad inferiora beneficia, sed multo magis ad Episcopatus, iuxta *reg. cap. cùm in cunctis 7. de elect. c. graue 29. de præbendis.* Propter quorum aliqua banc partem contra communem sequuntur Innocent. *in dict. cap. 1 de testa.* & *ibi* Abb. *n.* 2. Nau. *d. loco*, vbi affirmat hanc partem esse magis consonam Iuri; & ideò hodie attento Iure communi tales non esse promouendos affirmat glos. *verb. paruulam in dict. cap. prius quam.*

12 Verùm licèt hæc vltima sententia probabilitate non careat, priorem tamen, & communem Hostiensis opinionem etiam attento Iure communi vti veriorem sequimur. Ad primum enim ex *dict. cap. prius* facilè respondetur tex. non agere de habente vxorem, sed de habente filiam, qui tertio amè à longo tempore incontinens fuit, quod longè diuersum est à castitate coniugali. Ad secundum ex *dict. cap. de Siracusana* respondetur tex. illum quoad intentum nihil de nouo statuisse, sed retulisse se ad Imperialem Constitutionem, de qua *in dict. Anth. in princip.* quæ inprimis interdicere non potuit electionem ad Episcopatum, iuxta *reg. cap. Ecclesia Sancta Maria, 10. de constitut. cap. vlt. de rebus Ecclesiæ*, cum similibus; deinde, si rectè aduertas, Iustinianus ibi absolutè non prohibuit talium promotionē, sed solummodò quando promouendus vxorem habuit legibus interdictam, aut alio defectu laborantem, non verò si vnicam, & primam, vt patet *ibidem in vers. Sed & si prius* Ad tertium ex *dict. cap. Catinensis, cum glos. pen. ibidem* tex. procedere propter præsumptionem, quæ est contra habentem filios, quod bona Ecclesiæ dissipabit, & vt cesset labor faciendi inuentarium, de quo *in dict. cap. de Syracusana*; & tandem, quia datis paribus terminis ad bene esse, meliùs erit illum eligere, qui nullis occupationibus detinetur, & multò magis paratus est ad munus iniunctum exequendum. Ad vltimum ex rationibus supra expensis respondetur, quòd etsi rationes illæ aliquo modo suadeant non oportere tales in Episcopos promoueri, non tamen concludunt prohibitionem aliquam dari attento Iure communi; fatemur equidem digniores, & dignissimos eligendos, affirmamus tamen, si omnia concurrant, dabilem esse aliquem ex his, qui aliquando dignior, aliquando dignissimus probabiliter reputetur.

GLOS. V.

Sobrium.

SVMMARIVM.

1 *Parcitatis virtus pulcherrima est inter Episcoporum ornamenta.*
2 *Ventris ingluuies facilè prouocat ad luxuriam.*
3 *Sapientiam iuuat sobrietas.*
4 *Salutem operatur moderata refectio.*
5 *Vires amittit cibo multo, aut potione distentus.*
6 *Podraga ob satietatem, ac aucta edulia hoc tempore nascuntur.*
7 *Conuiuia potatorum, & comessationes ab Ecclesiasticis fugienda.*
8 *Ieiunij vtilitates referuntur.*
9 *Ieiunium neminem reddit debilem.*
10 *Dominus Saluator noster conuiuia addit, vt exemplo alios temperantiam doceret.*
11 *Manducare, & bibere ad gloriam Dei, quando intelligatur.*
12 *Mensa Episcopi qualis esse debeat, & quæ in illa esca sint adducenda? ostenditur.*
13 *Apostoli sub Christi disciplina sectati sunt victus tenuitatem.*
14 *Sanctus Augustinus quantum temperantiæ studium habuerit, ostenditur.*
15 *Sanctus Fulgentius Ruspensis Episcopus, nec morbo quidem afflictus, carnis, vel vini vsum admisit.*
16 *Sanctus Amandus pane hordeaceo, & aqua quindecim annos mansit ad sepulchrum Beati Martini.*

17 *Sanctus Ioannes Chrysostomus, S. Basilius, S. Ambrosius, & S. Thomas Cantuariensis temperantiæ studium coluere.*

18 *Eremitæ antiqui tenuissimo victu vsi fuere.*

1 NTER Episcoporum ornamenta rectè collocatur pulcherrima illa parsimoniæ virtus, quia, vt ait S. Thom. 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 4. Episcopis, & aliis Ecclesiæ ministris, qui mente deuota debent spiritualibus officiis insistere, & Regibus, qui per sapientiam debent populum subditum gubernare, specialiter sobrietas indicenda est; nam ignominiosum est clericis affluere epulis, inter quas difficulter potest seruari pudicitia, *cap. Ecclesiæ* 35. *dist.* † ventris enim

2 ingluuies facilè prouocat ad luxuriam, & omne opus bonum dissoluit, vt dicit D. Hieronym. *in epist. ad Amandum. Episcopi*, inquit S. Eutych. Papa & martyr, *& Dei ministri non debent comessationibus, & vinolentijs incumbere, sed considerent sententiam Domini, dicentis: Attendite ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate.* Moderatè omnem cibum, & necessario sumpto sumite, vt iuxta Apost. *sobrij sitis, & parati ad seruitium Domini.* Hinc Sapiens *Eccles.* 37. *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super escam.* Et Apostol. 1. *ad Corinth.* 6. *Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc, & hos destruet.* Et *ad Roman.* 14. *Regnum Dei non est esca, & potus.* Et 1. *ad Corinth.* 8. *Esca nos non commendat Deo.* Et *ad Hebr.* 13. *Optimum est gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Nihil gula perniciosius*, ait S. Chrysostom. *homil.* 44. *in Ioan. nihil ignominiosius est. Hæc obtusum, & crassum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæcat intellectum, nec sinit, vt quicquam perspiciat.* Et *homil.* 58. *in Matth. Sues ex hominibus facit, imò etiam suibus multò deteriores.* Hinc S. Hieron. *epist.* 10. quæ est ad Furiam, *de viduitate seruanda. Non Ætnei ignes, non Vulcania tellus, non Vesenus, & Olympus tantis ardoribus æstuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapibus inflammatæ.* Et S. Ambros. *lib.* 1. *de pœnit. cap.* 14. *Pascitur*, inquit, *libido conuiuijs, nutritur delitijs, vino accenditur, ebrietate flammatur.* Huc vocat illud, quod Noë accidit B. Alcuin. *Noe quippe priùs bibisse refertur, deinde femora sua nudasse.* Genes. 9. 21. *Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.* Ab hoc ordine colligit hic auctor satietatem ad libidinis viam esse, sic ille scribit *interrog.* 137. *Cur nudatio femorum post ebrietatem secuta est?* respondit, *quia sæpiùs satietatem libido subsequitur.* & S. Nilus *orat.* 2. *de luxuria*, ait, *Pudicitia paris temperantiam, quia mater est impudicitia.* Nam, vt ait Cicero *lib.* 1. *offic. Victus, cultusque corporis ad valetudinem referuntur, & ad vires, non ad voluptatem.* Atque etiam si considerare volumus, quæ sit in natura excellentia, & dignitas, intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè, ac molliter viuere, quamque honestum parcè, continenter, seuerè. Philo *lib. de Sacerdotum honoribus*, ita ait. *Venter porrò nil aliud est, quàm præsepe brutæ concupiscentiæ, quæ potationibus rigatur, & ingluuie.* Ne belluis, brutisque pares simus, ore vti debemus, Dei laudibus celebrandis potius, quàm cibis gluttiendis, sciitè Tertullan. *de resurrectione carnis, cap.* 6. sic dicit. *Accepisti homo os ad vorandum, atque potandum; cur non potiùs ad eloquendum? vt à cæteris animalibus distes, cur non potiùs ad prædicandum Deo? vt etiam hominibus antistes.*

3 *Venter pinguis*, vt Hieron. ait, *epist.* 2. *ad Nepotian. cap.* 14. *crassum sensum generat; & non gignit mentem tenuem, cùm Sacerdotalis sensus è contra vigil esse debeat, & tenuis*, atque ideò edacitatis vitio obnoxij Sacerdotes vngi non debent, *cap. non liceat* 44. *dist. Anima sicca*, dicebat Heraclytus, *sapientissima.* Et Clemens Alexand. *lib.* 2. *Pædag. Iubar est*, inquit, *anima sicca sapientissimum, & perspicax.* Vnde S. Hieron. *lib.* 2. *aduersus Iouinian. cap.* 7. sic dicit: *Quod si quis existimat, & abundantia ciborum, portionémque se perfrui, & vacare posse sapientiæ, hoc est, & versari in delitijs, & delitiarum vitijs non teneri, se ipsum decipit.* Et *cap.* 8. *Sapientiæ quoque operam dare non possumus, si mensæ abundantiam cogitemus, quæ labore nimio, & cura indiget, citò expletur naturæ necessitas. Nihil enim*, ait S. Ioan. Chrysost. *homil.* 29. *in epistol. ad Hebræos*, & habetur *can.* 28. *de consecr. dist.* 5. *sic iucundum est, sicut cibus bene digestus aut decoctus, nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat*, † *sicut moderata refectio: sufficientia quippe cum nutrimento, & sospitatem simul etiam procreat, & voluptatem. Abundantia verò morbum facit, & molestias ingerit & ægritudines generat.* 4

Quod enim facit fames, hoc etiam plenitudo facit ciborum, multò autem magis peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat ex hac vita pœnali, excessus verò ciborum consumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc eam morte crudeli consumit. Obsecro igitur ne nostrum corpus vitiosum, & inutile faciamus, neque vi vitia inferamus, &c.

Quare Galenus 1. *Aphorism.* dicit in exhortatione medicinæ, quorum vita, & ars sagina est, nec viuere posse dici, nec sanos esse, animasque eorum ita nimio sanguine, & dapibus quasi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cœleste, sed semper de carnibus, & victu, & ventris ingluuie cogitare, *cap. ne talis, de consecrat. dist.* 5. Et Cicero *in* 5. *Tuscul.* scribit fieri non posse, vt mente quis, & ratione rectè vtatur, animæque vires debito loco, & tempore exerceat, cibo multo ac potione distentus. Qui ægrotat, ait S. Hieronym. non aliter recipit sanitatem, nisi tenui cibo, & castigato victu, quæ λεπτοδίαιτα dicitur, quibus ergo cibis recipitur sanitas, his & seruari potest, ne quis potet morbos oleribus concitari. Præclarè id docet S. Ioan. Chrysost. *hom.* 49. *in* 1. *Corinth. Non menti*, inquit, *sed ipsi corpori inimica, & infensa est voluptas, ex forti debile reddit, è solido eneruatum, morbidum è sano, tenue ex compacto, ex florente, & formoso deforme, olidum ex fragranti, ex vtili inutile, ex mundo, & puro impurum; ex absoluto doloribus vndique differtum, ex recenti vetus, ex robusto flaccidum, ex celeri tardum, & ex sano languens, ex recto claudum.* Per hanc mille mala malignus ille patrat Satanas. Diurna exercitatio, & labores, & tolerantia; & moderata mensa, & victus simplex hilariora corpora reddunt, & formam præterea plurimum iuuant. Quæ cum videmus, fratres, quid non voluptates, perniciosaque conuiuia vitamus, & simplicem potius persequimur victum? vt corpore simul, & animo rectè comparati, virtutibus pleni, futuris aliquando bonis potiamur. A ventris ingluuie, & gulæ luxu quæ mala oriantur, explicat S. Nilus *orat.* 9. *de gula.* Et nimia ciborum copia mentem, rationémque obrui asserit sanctus Augustinus *epistol.* 86. Brutis, & ratione carentibus animalibus parem esse, qui ventri indulget, affirmat S. Ambros. *lib.* 6. *exaem. c.* 3. & Petrus Blesensis *epist.* 85.

Quotidiano experimento probatur potius satietate aciem mentis obtundi, ciborum nimietate vigorem cordis hebetari, itaut delectio edendi etiam corporum contraria fit saluti, nisi ratio temperantiæ obsistat illecebræ, & quod futurum est oneri, subtrahat voluptati, S. Leo Papa *serm.* 8. *de ieiunio decimi* 6

decimi mensis. Frequentes igitur podagræ hanc ob causam hac nostra tempestate maximè vigent, vt Galeni etiam tempore accidisse legitur *Aphor. 6. comm. 28.* vbi sic ait: *Ætate Hippocratis pauci podagra laborabant propter vitæ moderantiam, nostris verò temporibus, vsque adeò auctis edulijs, vt nihil eis addi posse videatur, infinita est podagrarum multitudo, cum nonnulli sint, qui nec exerceantur quidem, sed cruditatibus incumbant, & ante cibum bibant vina potentia, ac venereis vtantur immoderatè. Legimus quosdam*, ait S. Hieronym. *lib. 2. in Iouin. cap. 8. morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos conualuisse; caruerunt enim solicitudine dispensandæ domus, & epularum largitate, quæ & corpus frangunt, & animum.* Itidem Horatius appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt pœnitentiam.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Occasio amittendæ sobrietatis fugienda, vt sunt conuiuia, & cætera, vbi solum comessationibus, & potationibus inseruitur. Nam, vt ait Sapiens 23.
7 *Prouerb.* † *Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt.* Et S. Hieron. *epistol. 2. ad Nepotian. de vita Clericorum cap. 23. Conuiuia*, inquit ille, *tibi vitanda sunt.* Et S. Ambros. *lib. 1. offic. cap. 20. Conuenire Ecclesiasticis*, ait, *& maximè ministrorum officijs arbitror declinare extraneorum conuiuia, vel vt ipsi hospitales sint peregrinantibus, vel vt ea cautione nullus sit opprobrijs locus.* Conuiuia quippe extraneorum occupationes habent, tum etiam epulandi produnt cupiditatem. Surrepunt etiam fabulæ frequenter de sæculo, ac voluptatibus: claudere aures non potes, prohibere putatur superbiæ; surrepunt etiam præter voluntatem pocula. Melius est domui tuæ semel excuses, necessitati satisfaciendo, quam alienæ frequenter, & vt ipse sobrius surgas, tamen ex aliena insolentia condemnari non debet præsentia tua. Et refert Possid. *in vita S. Augustini* eum in patria sua petitum ad conuiuium nunquam ire voluisse, ne per frequentiam in patriæ conuiuijs constitutus temperantiæ amitteretur modus. Et probat Gutier. *canon lib. 2. c. 4. n. 48. & 49.* quòd clerici in conuiuijs debent se ostendere honestos, sobrios in cibo, potu, & verbis.

8 Hinc ob temperantiam, & sobrietatem Sancti Patres ieiunium corpori pariter atque animo salutare pronuntiarunt: audi S. Athanas. *lib. de Virginitate. Vide quid faciat ieiunium: morbos sanat, distillationes exsiccat, dæmones fugat, malasque cogitationes expellit, & mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & corpus salubrius, & ad thronum Dei hominem sistit.* Et S. Ambros. *lib. de Helia & ieiunio cap. 8. Quid est ieiunium nisi substantia & imago cœlestis, continentiæ magisterium, pudicitiæ disciplina, humilitas mentis, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ, miserationis expensa, lenitatis institutio, charitatis illecebra, senectutis gratia, custodia iuuentutis. Ieiunium denique est infirmitatis alleuiamentum, alimentum salutis.* Hæc Ambros. Principalis ergo ieiunij fructus est, quod ob temperantiam corporis sanitatem, vel conseruet, vel recuperet, illudque sanius efficiat, vt probant Medici, qui ægris statim ieiunium, inediam, diætam præfiniunt, & diutissimè vixerunt, qui seuerissimè etiam ieiunarunt, vt SS. Antonius, Paulus, Hilarius, Romoaldus, & alij. Vnde à veritate alienum est dicere
9 † neminem per ieiunium debilem reddi, quia, vt ait S. Leo, Sanson ita fortis à Deo est factus, quandoquidem mulier ieiunijs eius matrem macerabat corpus. E contra argutè Diogenes ventrem vitæ Charybdem appellat, cuius nimia ingurgitatione, nihil est animæ corporique nocentius, nihil quod ingenia magis enecet, magisque pudorem confundat, nihil quod stoliditatem magis generet, atque vecordiam. Et Amandus Presbyt. *Ventrem*, inquit, *distentum cibo, & vini potationibus irrigatum voluptas genitalium sequitur, pro membrorum ordine, ordo vitiorum est.* Castra ieiunia esse, in quibus contra hostes insidias stamus, & contra Satanam pugnamus, asserit S. Ambros. *serm. 25. Castra nobis sunt nostra ieiunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt. Denique stationes vocantur, quod stantes, & commorantes in eis inimicos insidiantes repellamus. Castra planè sunt ieiunia Christianis, à quibus si quis aberrauit, à spirituali Pharaone insidiatur, aut peccatorum sollicitudine deuoratur.* Christi castra ieiunium appellat S. Petrus Chrysologus *serm. 12.* Deique arcem *Ieiunium Fratres scimus esse Dei arcem, Christi castra murum spiritus, vexillum Fidei, castitatis signum, sanctitatis trophæum. Hoc Adam seruauit in Paradiso, quem inde detraxit gula: hoc in arca custodiuit, hoc mundum ebrietas cùm demersit. Per hoc Loth Sodomitium extinxit incendium, qui per ebrietatem incesti est adustus incendio.* Scitè Hiperitius *lib. 4. Apoph. Anacor. Siccatum ieiunio corpus Monachi animam de profundo eleuat, & siccat fistulos delectationum ieiunium Monachi.*

Oportet igitur moderatis epulis contentum esse 10
Sacerdotem, vt admonet Eutych. Papa *Concilij Carthag. cap. 15.* vt aliorum incontinentiam, & immoderationem queant coarguere, dicente S. Clement. *in Apostolicis constitut. lib. 8. cap. 50. Cùm sitis Presbyteri, & Diaconi Christi, sobrij esse debetis, & priuatim & cum alijs, vt possitis intemperantes coërcere.* Liberator enim noster Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, idcirco conuiuia adiit, vt verbo & exemplo alios temperantiam doceret, non vt seipsum pasceret; qui vt modestiam victus præscriberet, & ipse continuis quadraginta diebus nihil gustauit, *Matth. 4. Sumite cibum, aut potum*, vt ait Apostol. *1. ad Cor. 10. in laudem Dei.* Quomodo, quæris S. Basil. *interrog. 196. in regulis*, manducat quis & bibit ad gloriam Dei, & simul respondet? Nimirum
† quando diuinorum beneficiorum erga se memo- 11
riam conseruat, eiusmodi animi affectionem retinet, quæ ex compositione etiam corporis declaretur, vt ne tanquam securus omnino manducet, sed vt qui inspectorem habeat Deum. Et quando in sumendo cibo illud sibi propositum habet, vt non tanquam ventris mancipium, propter voluptatem manducet, sed tanquam operarius Dei, vt in operibus quæ sunt ex mandato Christi, exequendis esse firmior possit. Vnde Prosp. *lib. 2. de vita contemplatiua cap. 17. de abstinentia*, ita dicit: *Quicquid sine quo potest vini percipitur, non sustentandæ naturæ, sed luxuriæ causa sumitur.* Veram abstinentiam instar citharæ temperandam docet Gregor. *lib. 20. moral. cap. 31.* Pensandum, inquit, *est quod chorda in cithara si minus tenditur, non sonat; si amplius, raucum sonat; sic virtus abstinentiæ, aut omnino nulla est, si tantum quisque corpus non edomat, quantum valet, aut valde inordinata est, si corpus atterit plusquam valet.*

Vos ô Præsules si sanctorum Conciliorum de- 12
creta veneramini, illud in primis decretum Concilio Carthaginen. IV. in imo corde defigite, in quo ita habetur: Episcopus vilem supellectilem & mensam ac victum pauperem habeat; à quo mutuatus est Concil. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 1.* his verbis: *Episcopi modesta supellectile, mensa, ac frugali victu contenti, &c. Mensa Episcopi*, ait quidam modernus,

frugalis ſit & temperata, quam ille accedens de more piè benedicat: & in qua nihil præter primam eſcam, & vnum cibum iurulentum, & duo fructuum genera, vel ad ſummum alterum obſonij ſimplicis ferculum apponatur; placenta, eſca nimis lautè condita, & varia vinorum genera amoueantur. In ea lectio Sacrorum librorum ſemper adhibeatur, paraſitis, adulatoribus, ſcurrilibus iocis, & huiuſmodi longè inde remotis, & poſt ſumptam refectionem bonorum omnium largitori Deo gratiæ ſupplices reddantur. Quæ tamen Conciliaris diſpoſitio non tollit, quin Epiſcopus poſſit aliis & diuerſis vti ferculis, ſi Epiſcopatus redditus ſufficientes ſint, vt aduertit Alzed. *de præcellent. Epiſcop. dignit. part. 1. cap. 5. à n. 29.* & præcipuè *n. 31.* & decidit Anchar. *Clem. ad noſtram num. 11. de cenſib.* quòd Epiſcopi non debent cogi veſci cibis paucis, & vilibus, & pauperum, vt Religioſi, ſed in hoc caſu præcipuè quantitatis redditūum, & Epiſcopi qualitas debet conſiderari, vt dicit Selu. *de benef. p. 1. q. 5. n. 176.*

13 Victus enim tenuitatem ſub Chriſti Domini diſciplina ſectati ſunt Apoſtoli, quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi, qui ſegetum ſpicas manibus confricantes tam ſimplici cibo pellebant inediam *Matth. 12. Marci 2. Lucæ 6.* Cum numero duodecim eſſent, nihil aliud quam quinque panes bordeaceos, duoſque piſces habuere in deſerto, *Ioann. 16. Matth. 14.* quibus Dominus quinque millium turbam pauit. Iterum nihil omnino præterquam ſeptem panes, & pauculos piſciculos, quando quatuor millia virorum ſatiata ſunt, *Matth. 15. Marc. 8.* Rurſum transfretantes obliti ſunt panes ſecum ferre *Matth. 16.* adeò non erat ipſorum animus in patinis, ſed in doctrina, & exemplo Chriſti, vt cibariorum curam non haberent, quin & ſæpe ita obruebantur, vt ne reficiendi corporis facultas daretur. Hinc *Marc. 16.* ait Apoſtolis Ieſus: *Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum*; erant enim qui veniebant, & redibant multi, & nec ſpatium manducandi habebant.

14 Quantum temperantiæ ſtudium in Beato Auguſtino fuerit, locuples ipſe teſtis eſt *lib. 10. confeſſ. cap. 31. Reficimus quotidianas*, ait, *ruinas corporis edendo, & bibendo, & ſuauis eſt mihi iſta neceſſitas, & aduerſus iſtam ſuauitatem pugno, ne capiat, & quotidianum bellum gero in ieiunijs, ſæpius in ſeruitutem redigens corpus meum. Hoc me docuiſti, vt quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam, ſed in ipſo tranſitu inſidiatur mihi laqueus concupiſcentiæ, ipſe enim tranſitus voluptas eſt. Et cùm ſalus ſit cauſa edendi, & bibendi, adiungit ſe tanquam pediſſequa periculoſa iucunditas, & plerumque præire conatur, vt eius cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere, vel dico, vel volo, nec idem modus vtriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. Et ſæpe incertum fit, vtrum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat. Ad hoc incertum hilareſcit infelix anima, & in eo præparat excuſationis patrocinium, gaudens non apparere, quod ſatis ſit moderationi valetudinis, vt obtentu ſalutis obumbret negotium voluptatis His tentationibus conor quotidie reſiſtere, & inuoco dexteram tuam ad ſalutem meam: conforta me vt poſſim; da quod iubes, & iube quod vis.*

15 Sanctus Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, vt eſt in eius vita apud Surium *tom. 1.* nec morbo quidem afflictus, carnis, vel vini vſum admiſit, veritus ne infirmitati blandiens ſemel intermiſſum vitæ rigorem ſanus poſtea repetere nollet ſuperatus gulæ voluptate.

16 Sanctus Amandus Turoni ad Beati Martini ſepulchrum quindecim annos manſit, & hoc tempore cibus illi panis hordeaceus, aqua potus fuit: qui poſtea Traiectenſis Epiſcopus creatus abſtinentiam non minuit, ſed auxit, Surius *tom. 5. in eius vita.*

17 S. Ioannes Chryſoſtom. vno tantum ferculo hordei quotidie veſcebatur, non comedens carnes, nec bibens vinum. S. Baſil. contentus erat pane, & aqua Ambroſius ſingulis diebus ieiunabat, præterquam in Sabbato, & die Dominica, ac in natalitiis celeberrimorum Martyrum. S. Thomas Cantuarienſis, quamuis primum delicatis cibis vteretur, poſtea leguminibus tantum contentus pauperes quotidie ſecum diſcumbere faciebat.

18 Tenuiſſimo item victu vſi ſunt antiqui Eremitæ, & teſtatur D. Hieron. ſe in ea eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidiſſe Monachos, de quibus vnus per triginta annos clauſus hordaceo pane, & lutulenta aqua vixit: alter in ciſterna veteri, quam gentili ſermone Syri *cubam* vocant quinque caricis, id eſt, aridis ficubus, per ſingulos dies ſuſtentabatur. Et idem Hieron. *in vita D. Pauli Eremitæ*, aſſerit illum in orationibus, & ſolitudine duxiſſe vitam, cibum, & veſtimentum ei palma præbente. Et in vita S. Hilarionis eius miram abſtinentiam explanat Palladius *in Sanctorum Patrum hiſtoria cap. 51. Vidimus*, inquit, *aliam quoque ſenem in ſolitudine Antinoi, quæ eſt Metropolis Thebaidis, Eliam nomine, qui natus erat centum, & decem annos, multa ſigna quotidie peragebat, nec ceſſabat mederi ægrotantibus Comedebat in ſenectute tres uncias panis, & tres oleas veſpere. In iuuentute autem ſemel concedebat in hebdomada.* Et *cap. 68. Euagrius Diaconus Angeli monitu in ſolitudinem profectus, & vaticinandi dono præditus dixit: Ex quo veni in ſolitudinem non tetigi lactucam, non minutum holus, non aliquid viride, non fructum, non vuam, non lauacrum, non carnem, non panem, non vinum; neque omnino aliquid ex ijs, quæ per ignem tranſeunt, præter quædam olera cruda, & modicum aquæ. Poſt autem ſextum decimum huius inſtituti annum propter corporis & ſtomachi imbecillitatem ad biennium, quo migrauit ad Chriſtum, non niſi ptiſanam, id eſt, coctum hordeum, vel legumina ſumpſi & panem.* Et de temperantia, ac vitæ auſteritate olim Ægyptiorum Sacerdotum tractat S. Hieronym. *lib. 2. aduerſus Iouinianum cap. 9.* Et multa de temperantia tradunt Guilielm. Alotus *in ſuo theſauro verb. temperantia*, Ioan. Suarez Epiſc. Conimbricenſis *in Matth. c. 14. tract. 2.* Didac. Stella *enarrat. in c. 6. Lucæ*, Ludou. de la Ponte *in lib. inſcripto Hiſpanico idiomate, Guia ſpiritual. tract. 4. c. 15. §. 3.* Leſſi. *de iuſtit. lib. 4. cap. 1. num. 1. cum ſequent.* Ioan. Gagnæ. *in epiſt. ad Galat. c. 5. & ad Romanos, c. 13.* Bernadin. Roſignol. *de diſciplina Chriſtianæ perfectionis, lib. 5. c. 33. per totum.*

19 Vocem illam, *ſobrium*, de qua in text. monet Hieronym. ambiguam eſſe, & ſignificare non ſolùm ſobrium, quo ſenſu eam ſuprà explicabimus, ſed etiam vigilantem. Sic Chryſoſt. *Sobrium*, inquit, *ac vigilantem dixit; hoc eſt clariſſima mentis acie præditum innumeroſque habentem omni ex parte oculos, quibus acutiſſimè cuncta proſpiciat; ſunt quippe plura, quæ incidant, & mentis hebetent aciem, puta concupiſcentia, quotidiana cura, rerumque perturbatio, & plurima id genus vndique imminent. Vigilantem igitur eſſe neceſſe eſt, illum qui non tantùm ſui curam habet, verum etiam reliquorum. Decet eſſe peruigilem eum, qui eiuſmodi eſt, ac ſpiritu viuere, & affectus ſui flammam operibus ipſis oſtendere, ducēſque omnes ſolicitudine, atque induſtria ſuperare, vt die noctúque exercitum, & caſtra perluſtret, laboret, & ſui officij munus diligentiſſimè impleat, atque omnium curam, & ſolicitudinem gerat.* Cum Chryſoſtomo ſentiunt Theodoretus, reliquique Græci: ille enim vigilantem expli-

cat

cat, qui possit considerare quid agendum sit. Theophylactus, perspicacem, quique suis rebus attentus sit, nullisque huius sæculi curis addictus.

Glos. VI.

Prudentem.

SVMMARIVM.

1 *Prudentiam virtutum Abbatissam nuncupat S. Bernardus.*

2 *Prudentia non existente nulla est virtus.*

3 *Episcopus debet esse tantæ eruditionis, vt omnes motus, & gressus, & vniuersa opera eius sint notabilia.*

4 *Prudentia Prælati in quibus consistat, ostenditur.*

5 *Prudens est qui intelligentia sua aliquid cognoscit, sciens vero, qui alterius iudicio rem percipit.*

6 *Prudentes sicut serpentes quare Prælati requirantur, ostenditur.*

7 *Propter stolidam, aut stultam simplicitatem repellitur quis ab Episcopatu.*

8 *Sacerdotium Summum Ecclesiæ aspirare nullus præsumat, qui Ecclesiasticis disciplinis per Ordinem non sit imbutus.*

9 *Prudentia est in Episcopo, vt non sit facilis ad credendum.*

10 *Prudentia in Episcopo est, vt in negotijs arduis non sit facilis ad determinandum.*

11 *Consilio & alieno iudicio in arduis semper procedendum.*

12 *Prudentia in Episcopo requiritur ad reconciliandos peccatores.*

13 *Prudentia Episcopi est in malignorum calumnijs patiens esse.*

14 *Episcopus aduersitates, & tribulationes perpeti debet.*

15 *Prudentia magna in Episcopo debet esse circa collationem beneficiorum & spiritualium officiorum.*

16 *Vigilantia & solicitudo ab Episcopis non solum in distribuendis beneficijs, sed in omnibus ad suum munus pertinentibus requiritur.*

17 *Peritiam secularium negotiorum oportet Episcopos habere.*

18 *Sobrius idem quod vigilans aliquando significat.*

1 RVDENTIA, quam Diuus Bernardus virtutum Abbatissam non incommodè nuncupauit, adeò cuiuscumque publicam gerentibus necessaria est, vt hanc vnam Salomon (optione sibi à Deo data petendi quod vellet) poposcerit, qua populum sibi commissum regere, & in officio continere posset. Quæ sanè eius petitio ita Deo placuit, vt non solum, quam petiuit prudentiam, sed opes etiam, & gloriam, quas non petierat, cumulatissimè fuerit impertitus. Est enim hæc virtus adeò Principibus necessaria, vt eadem in libris Sapientiæ *Prouerb.* 8. de se ipsa testetur, *Reges omnes per se vnam Regium principatum tenere, & legum conditores iusta decernere.* Ipsius numine Principes imperare, & qui auctoritate plurimum valent, iustitiæ moderationem tenere. Et haud multò post virtutis huius vim idem Salomon per eiusdem prudentiæ personam ita exaggerat Prouerb. 1. *Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit.* Et rursus Prouerb. 17. *Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet.* Cumque filius natura superior sit, & seruus inferior, adeò tamen potens est sapientia, vt ex seruo non modò liberorum, sed etiam liberis superiorem faciat. Hinc Aristotel. *lib. 3. politicor. c. 3.* ait prudentiam esse virtutem propriam eius, qui cæteris præest.

Nulla est virtus, inquit modernus quidam, *prudentia non existente.* Et Cicero *lib. 1. Tuscul. quæst. Nihil est hominis prudentia dulcius.* Et Cassiodor. *epist. lib. 6. epist. 10. Sola est prudentia, quæ rebus omnibus præponitur, quando in homine feliciter inuenitur.* Hinc Salom. *Prouerb. 16.* asserit: *Acquire prudentiam, quia pretiosior est argento*; & *cap. 7. Prudentiam voca animam tuam.* & *cap. 9. Ambulate per vias prudentiæ.* Quamobrem meritò D. Gregorius *in pastorali* aduersùs eos, qui tantæ huius virtutis præsidio destituti Pastoria officium inuadunt, clamat, dicens: *Nulla res doceri præsumitur, nisi intenta priùs meditatione discatur.* Ab imperitis ergo pastorale magisterium, qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum? Quid enim ex hoc consequi necesse est, nisi quod à Domino dictum est, *Matth. 16. Cæci sunt, & duces cæcorum; cæcus autem, si cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt?* Cæcitatem verò hanc Dominus tanquam maximum flagellum impiis per Prophetam *Esai. 29.* comminatur, dicens: *Ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic, miraculo grandi, & stupendo*; peribit enim sapientia à sapientibus, & intellectus prudentum abscondetur. Sine prudentia autem, & intellectu quid præclare poteris administrare, etiamsi omnibus aliis virtutibus instructus sis? Hæc enim virtus vbique in litteris sanctis fortitudini antefertur, quoniam efficacior est ad res gerendas prudenter excogitata ratio, quam quæcumque siue potentia, siue fortitudo huiusmodi consilio destituta. Vnde scriptum est *Prouerb. 21. Ciuitatem fortium ascendit sapiens, destruxitque robur fiduciæ eius.*

3 Sit igitur Episcopus tantæ eruditionis, vt omnes motus, & gressus, & vniuersa opera eius notabilia sint, veritatem mente concipiat, & eam toto habitu resonet, atque ornatu, vt quicquid agat, quicquid loquatur, doctrina sit populorum. Pastor sit in tranquillitate, omnia disponens, in omnibus viis suis prudenter agens, & in brachio excelso gregem suum præcedens exemplo, & Dominus erit cum illo. Episcopus sit temperans, & non superbus, negotiis opportunus, nunquam verò temerarius, regentis quoque auctoritate dignus, & plenus Prudens existat † Prælatus (inquit Modernus quidam) 4
ita vt arte quadam omnibus omnia fiat, vt loquacioribus frequentiores turbas, & conuentus hominum taciturnis sollicitudinem nimiam interdicat, alacrioribus tristem vultum, tristioribus alacriorem ostendat? leuibus & vagabundis, ne quid pro arbitrio aliquid concedat, solidis & constantibus ne deneget, industrijs & laboriosis vt remissionem sæpius det, relaxationem, segnes, & ignauos ve ad exercitia frequenter, & labores impellat: Ingluuiosos vt lautioribus mensis nunquam admoneat, frugales & sobrios ne repellat: officiosis, quietis, mansuetis, vt multa, qua vel ad vescendum, vel amiciendum, vel conseruandum pertinent largiore manu permittat. Ita prudens debet esse Prælatus, vt sit austerus sine tristitia, comis sine scurrilitate, seuerus cum iucunditate, iucundus cum seueritate: irascatur, sed modicè: obiurget, sed non contumeliosè: corrigat, sed non acerbè: dissimulet interdum, sed cautus: laudet etiam, sed non profusus: blandiatur quoque, sed grauius; remittat, sed non licentius.

Vnde in cap. qui *Episcopus* 23. *dist.* sic legitur. *Qui* 5 *Episcopus*

Epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur ſi ſit prudens, ſi docilis, ſi moribus temperatus, ſi peruigil, ſi ſemper ſuis negotiis cauens. Item *in princip. diſt.* 36. ibi. *oportet ordinandum eſſe prudenteem.* vbi D. Acuña, & citat Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſa* 426. Nau. *in cap. ſi quando, de reſcript. except.* 11. *n.* 3. Nam vltra ſcientiam, qua præfulgere tenetur, ſapiens debet eſſe, cum ſcientia, & ſapientia inter ſe differant ſecundùm Ariſtot. *de Anima. Prudens eſt, qui intelligentia ſua aliquid cognoſcit: ſciens verò, qui alterius iudicio rem percipit.* Terent. *in Eunuch. Et prudens, & ſciens viuus, viuenſque pereo:* cum adductis per Bobadil. *in ſua politica lib. 1. cap. 5. à princ. & cap.* 9. † Prudens ideo debet eſſe Præla-
6 tus, quia ars eſt artium, regimen animarum. Vnde docuit Dominus Prælatos, dicens: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes,* volens, vt ſerpenti ſimiles in hoc eaiſtaot, vt nempe blandi ſint, ac tractabiles, omnium que naturæ ſe accommodent, vtque vigilantiſſimi ſemper, ac circumſpecti ſint, veluti ipſe ſerpens, qui ſemper collo atque pectore erecto incedit, circumſpiciens vndequaque, vt à repentino, quo caſu offen-
7 di poſſe, malo, ſaluus conſiſtat. Nam † propter ſtolidam, aut ſtultam ſimplicitatem repellitur aliquis ab Epiſcopatu, vt habetur *in cap. Petrus* 39. *diſt.* in hæc verba: *Petrus Diaconus, quem à vobis electum aſſeritis, omnino, vt dicitur, ſimplex eſt, & noſtis quoniam hoc tempore talis in regimine arcis debet conſtitui, qui non ſolum de ſalute animarum, ſed etiam de extrinſeca vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus, ſit humilis, & affabilis, & in ſenſibus Scripturarum cautus, & acutus.* Hinc Gregor. ita dicit: *Non fiat Abbas, qui ſibi ſapiens eſſe videtur, nec eſt in ſuo ſenſu humilis.*

8 Qui Eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non eſt imbutus, & temporum approbatione diuinis ſtipendiis eruditus, nequaquam ad Summum Eccleſiæ Sacerdotium aſpirare præſumat, vt ait Zozimus Papa *in epiſt. ad Iſichium Epiſcopum,* relatus *in cap.* 2. 35. *diſt.* Vnde Dauid 2. *Regum* 5. priùs ea gratia Spiritus ſancti donum ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationem regni aſſecutus eſt. Hinc etiam Salomon *Eccleſ.* 3. *prius* ait, *tempus tacendi, & poſtea tempus loquendi,* quia veritas priùs tacendo diſcitur, & poſtea loquendo prædicatur. Hinc etiam Dominus 2. *Paralip.* 1. priùs ponit verba ſua in ore Prophetæ, & poſtea conſtituit eum ſuper gentes, & regna, dicens ad Hieremiam: *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper Regna.* Et Saluator noſter ipſe Dominus Ieſus *Lucæ* 2. priùs in medio Doctorum ſedit audiens illos, & interrogans, & poſtea prædicare cœpit; quia priùs quiſque diſcere, & poſtea prædicandi officium accipere debet. Deinde *Matth.* 10. priùs Apoſtolos docuit, & poſtea eos ad prædicandum miſit, dicens: *Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Sic etiam poſt Reſurrectionem priùs illis ſenſum aperuit, & Scripturas explanauit, & poſtea dixit eis: *Euntes in vniuerſum mundum,* &c. Vnde cùm *Matth.* 14. de quinque panibus, quinque millia hominum vellet reficere, priùs panes accipiens fregit, & poſtea Diſcipulis dedit, & per eos demum turbis appoſuit; quia Sacramenta legis, & Prophetarum priùs diſſerendo expoſuit, & poſtea eorum ſcientiam Diſcipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus diſpenſauit.

9 *Primò* ex prudentia permanet, vt Epiſcopus non ſit facilis ad credendum, nam hoc inter omnia vitia prudentiæ contraria eſt vnum, quod primo loco cauendum eſt, vt ait Diuus Bernardus *ad Eugenium lib. de conſiderat. c.* 13. his verbis: *Eſt ô Eugeni vnum vitium, cuius ſi te ſentis immunem, inter omnes, quos noui, ex his, qui Cathedras aſcenderunt, ſedebis, me iudice, ſolitarius: hoc eſt, facilitas credulitatis; cuius calidiſſima vulpecula, magnorum neminem comperi ſatis caniſſe verſutias: ex qua ipſiſmet pro nihilo multa naſcuntur ira. Inde innocentium frequens addictio, inde præiudicia in abſentes.* &c. Ioannes *in Extrauag. Dimiſis, de pœnis,* ita ait: *Nos mala contra aliquem dicta nolumus prius credere, quàm probare.*

Secundò ex eadem prudentia fluit, quòd Epiſcopus 10
in negotiis arduis non ſit facilis ad determinandum, ſed ſumpto ad cogitandum ſpatio, diu multúmque res expendere debet, omnia circumſpicere, & conſiderare, iuxta Sapientis dictum *Prou.* 4. *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos,* & *Prouerb.* 93. *Qui feſtinus eſt pedibus, offendit.* & docet noſter Apoſtolus *ad Timoth.* 1. *cap.* 5. *Nemini citò manum imponas, nec communices peccatis alienis.*

Tertiò ex eadem prudentia prouenit, vt Epiſcopus 11
negotia, ardua ſine aliorum conſilio non decidat, iuxta illud *Prouerb.* 22. *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. Eccleſ.* 32. *Sine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis,* & *ibidem: Ante omnem actum conſilium præcedat te,* & Tobias conſulit filio ſuo, vt ſemper conſilium à ſapiente requirat, *Tob. cap.* 2. *Qui agunt,* dicit Sapiens *Prou.* 3. *cum conſilio, reguntur ſapientia.* Et Horat. *lib.* 3. *carm. od.* 4.

Vis conſilij expers mole ruit ſua.

Et ſanctus Bernardus *non abundes in ſenſu tuo, ſed alieno magis acquieſcas conſilio, & iudicio. Qui de ſua vnius ſententia omnia gerit,* ait Liuius, *ſuperbum hunc iudicabo magis, quàm ſapientem.* Et alibi: *Qui neque ipſe conſulere, neque alteri parere ſcit, extremi eſt ingenij.* Nemo adeò ſapiens, qui aliorum conſiliis non indigeat, nemo adeò magnus, qui ad infimorum etiam monita demittere ſe non debeat; incipit eſſe minimus, qui inferiorum conſilia minimè quærit, vt ſcitè Symmachus *lib.* 4. *epiſt.* 7. & monebat Leo Imper. *c.* 4. *omnem actionem conſilium anteeat, inconſulta enim rerum tractatio haud ſatis tuta eſt.* Attende tamen à falſis Prophetis, id eſt, conſultoribus, quorum conſilia, vt ait idem Bernardus, Deo non ſunt odorifera: cautè igitur audienda ſunt eorum hominum conſilia, in quibus non conſtat vigere timorem Dei, aut qui affectibus carnis obnoxij ſunt.

Quartò ex eadem prudentia enaſcitur, vt Epiſco- 12
pus in reconciliandis peccatoribus ſit diligens, & cautus, nam Chriſtus Dominus hoc tantùm diligit, ac curat, vt dicat Ioan. 21. *Si diligis me, paſce oues meas,* hoc eſt in quo mihi ſummè placere potes, ſi eos qui me offenderunt, mihi reconcilies, ob hoc enim ego ſanguinem fudi. Quod igitur ardentius exercitium, quàm erecto in Deum corde per varia loca diſcurrere, quærendo, ſitiendo, & procurando animarum ſalutem? Nam vnicus finis, vnicus ſcopus, vnica conſolatio, vnicum refrigerium Paſtoralis officij eſt, adducere animas ad cognitionem, & amorem Dei. Apoſt. *ad Philip.* 5. vocabat conuerſos à ſe, gaudium meum, & corona mea. Hoc autem maximum laborum omnium leuamen. Mens mea ſolidata eſt, & in Chriſto fundata, dicebat Sancta Agatha. Quantum verò extorqueri debeat Epiſcopus, quando ſubditi peccant, nobis demonſtrat Chryſoſt. *homil.* 3. *in Acta,* his verbis: *Quando aliquos veſtrûm peccare contingit, emoriar, niſi videor ſimilis dolore examinatis, niſi attonitus, itaut etiam ipſum lumen oculorum meorum non ſit mecum; nam quæ ſpes mihi, ſi vos non proficiatis.*

Quintò ex eadem prudentia manat, vt in calum- 13
niis malignantium patiens: non enim arbitretur

Prælatus,

Prælatua, quantacunque polleat sanctitate, posse se omnino euadere inuidias, detractiooes, & calomniaa malignantinm, sed contemnat se à talibus contemni, nec extimescat eorum scandalum, quia in tali casu Dominus dicit Matth. 15. *Caci sunt, & duces cacorum.* Quid mirum si omnes contradicunt tibi? Nónne de Domino dicit Sanctus ille Simeon Lucæ 2. *Ecca positus est hic in signum, cui contradicetur?* Et Dauid, *Astiterunt Reges terra*, &c. Et Hierem. *Omnes contradicunt mihi*; & Actuum vlt. *Da secta hac notum est nobis, quod vbique ei contradicitur.* Si igitur citra culpam tuam Apostolicos mores sectando contemneris, age gratias Deo; quemadmodum Sancti faciebant, & læto aoimo eum Dauid Psalm. 118. *Adolescentulus sum ega, & contemptus, tamen iustificationes tuas non sum oblitus.* Et Psalm. 68. *Domine propter ta sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam, extraneus factus sum fratribus meis*, &c. Quare? *Quia zelus domus tua comedit me, & approbria exprobrantium tibi ceciderunt super me*, id est, zelus acquirendi animas tibi me coëgit ad humilitatem Apostolicam sectandam. Scio Domine quòd non ex ore potentium, sapientium, ac pompaticè incedentium, sed ex ore infantium, & lactentium, id est, simplicium, & contemptorum Apostolorum, voluisti sapientiam tuam ac gloriam perfectè manifestari. Qui in hac vita, dicebat quidam Sanctus, ad linguas dolosaa tenderit, & non potiùs intentioni suæ, & menti animum totus intenderit, nonquam Deo
14 inseruiet, neque hominibus vtilia erit. Nam † aduersitates & tribulationes perpeti debet Episcopus, vnde Bernard. *ad Eugen. lib. 2. cap. 5. Agnosce*, inquit, *hareditatem tuam in Christi Cruce, in laboribus multis.* D. Paul. *ad Corinth. 2. cap. 3. Omnem tribulationem passi sumus, foris pugna, intus timores.* Et ipse Christus Apostolis suis, quorum vicea repræsentant Episcopi, dixit: *Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum.* Hinc etiam Innocent. III. *in cap. qualiter, & quando 2. de accusationibus*, dicit Prælatos non posse omnibua complacere, eum ex officio suo non solùm arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare debeant, & ideò frequenter odium multorum incurrunt, & insidiaa patiuntur, in quibus diffidendum non est, imò in labore, & ærumna, in fame, & siti laborandum, impendentes sua; & seipsoa pro animabus, quamuis dura fronte sint, quia noster Apost. 1. *ad Corinth.* 15. non dixit, plua omnibus fructificaui, sed *plus omnibus laboraui*, &c. & nihil tam durum, quod duriori non cedat. Vnde Dominus ad Prophetam dicit *Ezech.* 3. *Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum.* Et Prælatus, qui partes suas explet eum Propheta *Mich.* 6. dicere poterit. *Popule meus quid tibi debui facere, & non feci? Eget*, inquit Bernard. *serm.* 10. *super Cant. pastor eruditione, sed multo magis vnctione; qua sola docet de omnibus; eget vigore, & feruore; vigor quidem, ne cedat tribulationi, sed pro iustitia persecutionem viriliter sustineat; feruore autem, vt nullis capiatur voluptatibus, nullis illecebris eneruetur, iam non sibi viuere studens, sed ei, qui pro eo mortuus est. Cum infirmantibus infirmetur, vratur cum scandalizatis, fiat etiam (si oporteat) Iudais Iudaus, cum Iob sit frater draconum, & socius struthionum, non timeat pro fratribus cum Moysa deleri de libro vita, & cum Paulo anathema esse à Christo.*

15 *Sexto* ex eadem prudentia fluit, vt Episcopus circa collationem beneficiorum præcipuè curatorum, & spiritualium officiorum debitam adhibeat solicitudinem, & vigilantiam, cùm eorum sit tantum dispensator, iuxta illud nostri Apost. 1. *ad Corinth.* 4. *Sic nos existimet homo. vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.* Ideò præ oculis habere debet illud 1. *ad Timoth.* 5. *Testificor coram Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis, vt hac custodias sina praiudicio* (id est, sine præcipitatione iudicij) *nihil faciens in alteram partem declinando* (id est, nihil agens præcipitanter) *manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Vacante igitur beneficio orandum est. *Ostende Domine quem elegeris*, &c. *Act.* 1. *Tu Domine nosti, quòd in hac distributione ego prorsus nolo attendere ad carnem, & sanguinem, sed eligere ministrum tibi fidelem, & Medicum vtilem animabus tuo sanguine redemptis.* Animaduerte Pastor vigilantissime quomodo *Luca* 6. pernoctauit Dominus in oratione, & manè elegit Apostolos. *Elige*, vt commendat Bernard. *ad Eugenium lib.* 3. *viros probatos, non probandos; quia in curia potius deficiunt boni, quàm meliorentur mali. Assume potius cunctantes, & renuentes, quàm volentes, & currentes. Compelle illos intrare, qui prater Dominum timeant nihil, nihil sperent nisi à Domino: in cunctis bene morati; qui sint in consilio prouidi, in iubendo discreti, in disponendo industrij, in agendo strenui, in loquendo modesti, in aduersitate securi, in prosperitate deuoti, in zelo sobrij, in misericordia non remissi, in otio non otiosi, in conuiuio non effusi, in curia rei familiaris non anxij: qui quod verecundè excusant, abstinatius non recusent: qui vulgus consternant, sed doceant: diuites non palpent, sed terreant: pauperes non grauent, sed foueant: qui orandi officium generent, & in omni re plus fident orationi, quàm sua industria, vel labori: qui se amabiles prabeant, non verbo, sed opere: se reuerendos exhibeant, sed actu, non fastu; qui humiles cum humilibus duros durè arguant, malignantes coërceant, reddant retributionem superbis: qui non de dote vidua, & patrimonio Crucifixi,
se, vel suos ditare festinent. † Vigilantia, & solicitu- 16
do ab Episcopis non solùm in distribuendis beneficiis, sed in omnibua ad suum munus pertinentibus magnopere requiritur, vt ex variis sacrarum litterarum locis clarè dignoscimus. Nam *in Actibus Apostolorum* dicitur *cap.* 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vós Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Et paulò pòst. *Propter quod vigilata*, &c. Et Apost. noster 2. *ad Timoth.* 4. *Tu verò vigila, in omnibus labora, ministerium tuum imple.* Et *ad Rom.* 12. postquam officia singulis Ecclesiæ gradibus conuenientia enumerauit, Episcopo tribuit præ omnibua nominatim solicitudinem, dicens: *Qui praest in solicitudine.* Et *ad Philipp.* 2. ait quòd Timotheus sincera affectione solicitus erat pro illis. Et *ad Hebr.* 13. *Obedite prapositis vestris: ipsi enim peruigilant pro animabus vestris.*

Aduertendum denique duxi etiam secularium 17
negotiorum oportere Prælatos peritiam habere, cùm subditis suis non solùm spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare debeant, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solùm verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem Prælati hæc omnia plenè possint perficere, secularium negotiorum oportet eos habere solertiam, vt eorum cautela, & Ecclesiæ seruentur indemnes, & cuique necessaria pro suo modo ministreotur. Vnde Gregor. scribens Clero, & nobilibos Neapolitanis, *lib.* 8. *epist.* 40. relatus *in cap. Petrus* 39. *dist.* sic ait: *Petrus Diaconus, quem à vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est, & nobis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solùm de salute animarum, verùm etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus*, &c.

Glos. VII.

Ornatum.

SVMMARIVM.

1 *Grauitas debet eſſe in inceſſu Epiſcopi, vt ſcillicèt raro, & moderato greſſu incedat.*
2 *Honeſtas debet eſſe in habitu Epiſcopi, vt non ſint veſtes inciſæ, aut diuerſo colore.*
3 *Munditia adhibenda eſt non odioſa, nec exquiſita nimis.*
4 *Veſtibus non debet eſſe affectatus, ſed naturalis, & ſimplex.*
5 *Religio non eſt in habitu, ſed in corde.*
6 *Indumenta mollia animi mollitiem indicant.*
7 *Epiſcopi nec fulgida, nec ſordidis veſtibus ſe ornare debent, ſed inter vtramque medium quoddam eſt capiendum.*
8 *Comarum, aut veſtium extra neceſſitatem curam gerere, vel infelicium eſt, vel iniuſtorum.*
9 *Epiſcopi ſupellex qualis eſſe debeat: oſtenditur.*
10 *Honor non cultu veſtiam, non equorum faſtu, non amplis ædificiis, ſed grauitate morum, & actuum honeſtate cognoſcitur.*
11 *In veſtibus non eſt gloriandum, cùm eas vermes & gignant, & perdant.*
12 *Prælatum declinare ad auſteritatem vitæ in menſa, veſtibus, & numero ſeruitorum, expedientius, & efficacius.*
13 *Pompa in faſtu plus ſcandalizat homines ſeculi, quàm ædificat.*
14 *Eccleſiæ auctoritas non conſiſtis in faſtu Prælati.*
15 *Honori reuerentia debetur, non diuitiis, & veſtibus.*
16 *Moyſes Iſraëlitici populi Princeps in veſtitu, veſtibuſque quotidiano nihil facti, ſed ſimplicitatem, frugalitatemque priuati hominis exercuit.*
17 *Ethnici Principes, & ſine faſtu vixerunt.*
18 *Sanctus Martinus factus Epiſcopus eandem in veſtitu vtilitatem habebat, quæ apud ſe prius fuerat.*
19 *Sanctus Auguſtinus vſus ſuit frugali, & parca menſa.*
20 *Sanctus Baſilius victu, & cultu fuit abſtinentiſſimus.*
21 *Sanctus Exuperius veſtitu moderato vſus fuit.*
22 *Temporum diuerſitas non mutat fortunas pauperum, aut mores hominum.*
23 Concil.Trid.ſeſſ.25.de reform.cap.1.*refertur.*



ON ſolùm Epiſcopus debet eſſe ornatus in interioribus, quę conſiſtunt in virtutibus, & vitæ ſanctimonia, vnde inquit Hieronym. *ad Nepotianum.* Vis ſcire quales Deus quærat ornatus? habeto iuſtitiam, temperantiam, prudentiam, fortitudinem: nihil enim hoc monili pretioſius, nihil hac gemmarum varietate, diſtinctius: hæc enim ornamenta tibi ſunt & ſcuta. Sed etiam in exterioribus, quæ conſiſtunt in quatuor, videlicet cibo, & potu, de quibus egimus *alleg.5.* & in inceſſu, & habitu, de quibus agemus in præ-
1 ſenti. † In inceſſu debet eſſe grauitas, vt ſcilicet raro
& moderato greſſu incedat, vt ſic grauitate itineris
2 oſtendat grauitatem mentis. † In habitu debet eſſe
honeſtas, vt non ſint veſtes inciſæ, vt ioculatorum;
aut diuerſo colore, vel non aptæ religioni clericali;
ſed caræ, dummodo nec fulgidis, nec ſordibus ſe veſti-
3 bus ornet. Nam, vt ait Cicero *lib.1.offic.* † *adhibenda eſt*
munditia non odioſa, neq; exquiſita nimis, tantum quæ fugiat agreſtem, & inhumanam negligentiam. Eadem ratio habenda eſt veſtitus, in quo, ſicut in pleriſque rebus, mediocritas optima eſt: quæ mediocritas ſecun-
dùm S.Ambroſ.*lib.1.offic.cap.19.* in eo poſita eſt, vt † 4
veſtitus non ſit affectatus, ſed naturalis & ſimplex; neglectus magis, quàm expetitus, vt honeſtati, vel neceſſitati nihil accedat nitori. Capituli igitur Eccleſiſtici parum æſtimentur pudici, ſibique probro ſunt & ignominiæ. Patem, ait S.Cyprian. *lib.de habitu Virginum, ſe integritas in omnibus præſtet, nec bonum corporis cultus infamet. Mundi pompis & deliciis iam tunc renunciauimus, cùm meliore transgreſſu ad Deum venimus. Ornamentorum, ac veſtium inſignia, & lenocinia formarum non niſi proſtitutis & impudicis fœminis congruum. Et nullarum ferè pretioſior cultus, quàm quarum pudor vilis eſt. Nitens cutis,* S.Hieron. *epiſt.47.c.3. ſordidum oſtendit animum.* Et S.Bernardus *in apologia ad Guillelm. Abbatem, Apoſtolus* (ait) *ita loquitur 1.ad Timoth. 6. habentes victum & veſtitum, his contenti ſumus. Nobis autem eſt pro victu ſatietas, nec veſtitum appetimus, ſed ornatum. Quæritur ad induendam non quod vilius, ſed quod ſubtilius inuenitur: non quòd repellat frigus, ſed quòd ſuperbire compellat; non denique, iuxta regulam, quod vilius comparari poteſt, ſed quod venuſtius, imò vanius oſtentari. Quiuis de ſeculo, quantumlibet honoratus, etiamſi Rex, etiamſi Imperator ille fuerit, non tamen noſtra horrebit indumenta, ſi ſuo ſibi modo præparata fuerint & apta-*
ta. Cæterùm † *in habitu*, inquit, *non eſt religio, ſed in* 5
corde, bone; ex cordis theſauro ſine dubio procedit quicquid foris apparet vitioſum. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori, & exterior ſuperfluitas, interioris vanitatis
indicium eſt. † *Mollia indumenta, animi mollitiem indi-* 6
cant. Non tanto curaretur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta virtutibus. Quòd verò non ſolùm vanitatis, ſed etiam ſuperbiæ ſit pretioſis indui veſtibus, collegit S.Gregor. *hom.14. in Euangel.* dum ait, *Quòd pro ſola inani gloria veſtimentum pretioſius quæritur, res ipſa teſtatur; quia nemo vult ibi pretioſis veſtibus indui, vbi ab aliis non poſſit videri. Quò pertinet illud Socratis ad Xanthippem coniugem ſingulari ſe veſte induentem, vt ad pompam ſpectandum prodiret, dictum. Hanc,* inquit, *non ſpectandi cauſa, ſed potius vt ſpecteris, habes,* ſicut habet Ælian. *in libr. de varia hiſtor.*

Quare Epiſcopi nec fulgidis, nec ſordidis veſti- 7
bus ſe ornare debent, ſed inter vtrumque, medium quoddam eſt capiendum, quod eleganter deſcribit S. Hieronym. *epiſt.2. ad Nepot. c.11. Veſtes pullas æquè deuita, vt candidas. Ornatus & ſordes pari modo fugienda ſunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.* Non abſque amictu lineo incedere, ſed pretium veſtium linearum non habere laudabile eſt. Alioquin ridiculum, & plenum dedecoris eſt, referto marſupio quod ſudarium, orariumque non habeas, gloriari. Quod monet & Euſtoch. *epiſt.22.cap.12. Veſtis, ait, nec ſatis munda, nec ſordida, & nulla diuerſitate notabilis: ne ad te obuiam prætereuntium, turba conſiſtat, & digito monſtreris.* Vnde de S.Auguſtino Poſſidius Calamenſis Antiſtes ita ſcribit *in eius vita c.22. Veſtis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia his plerumque vel iactare ſe inſolenter homines ſolent, vel abiicere, ex vtroque, non quæ Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt iidem quærentes. At iſte beatus, vt dixi, medium tenebat, neque in dexteram, neque in ſiniſtram declinans.*

Id ſapienter docet S. Baſil. *homil. 24.* quæ eſt de 8
legendis libris Gentilium: *Comarum,* inquit, *aut veſtium extra neceſſitatem curam gerere, vel infelicium eſt, vt ait Diogenes, vel iniuſtorum. Nam cincinnatum & comptum eſſe atque appellari æquè turpe cenſendum aſſero, atque impudicum eſſe, aut alienis nuptiis inſidiari.*

Quid

Quid enim apud eum, qui sapit, differre potest tenuem, sumptuosamque vestem induere, an vilem ferre, modò satis hæc ad frigus, caloremque arcendum fuerit? Et ad hunc modum etiam in reliquis quicquid necessitatis vsum excedit vitandum, neque corporis plus ornatus dandum est, quàm quantum animæ prosit. Nam viro generoso, & vere hac digno appellatione non minus fuerit probrum lasciuè ornari, aut corporis curam superuacuam gerere, quàm alia aliqua nota seu affectu prauo per ignauiam affici. Omne namque studium adhibere, vt corpus quàm optimè se habeat, sese cognoscentis non est. Neque sapiens illud præceptum intelligentis, nos admonens quemadmodum non id quod aspicitur, est homo. Excellenti enim quadam opus est sapientia, per quam nostrûm quilibet (quicunque sit) se se cognoscat: quæ profectò mente minimè purgatis non magis euenire potest, quam lippienti solem aspicere. Hanc verò animæ purgationem, vt semel, & quod vobis satis sit dicam, volupta-
9 tes per sensus eripiunt. Hæc † supellex Episcopi nihil aureum, aut argenteum contineat nil in ea auro, vel argento ornatum existat, vel sericum, vel serico distinctum, absit colorum varietas: aulæa vel tapetia, nil acu sit pictum, vel variè contextum, nec studiosè elaboratum vt pluris sit artificium, quàm res ipsa; mensæ simplici corio, vel panno sternantur; signa, & tabulæ profanæ reiiciantur, nec thalami ad vsum hospitum pretiosios ornati, quàm reliqua domus existant: equi tantum necessarij alantur; in ædificiis omnem luxuriam, picturas, & inania ornamenta, ac delicias euitet, nil demum in eius domo sit, nisi purum & simplex, quod Dei zelum, & rerum seculi contemptum præ se ferat. Consuetudinis tamen loci ratio habenda est, ne dignitas Ecclesiastica vilescat, *cap. Episcopi* 80. *dist.* maximè vbi Episcopi etiam principes temporales sunt, vel Cardinales me citato *in hoc loco* Maurit. Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. c. 5 n. 33.*

10 Inde S. Bernardus *ad Episcopum Londonien. epist.* 24. sic ait: *Non licet tibi de facultatibus Ecclesiæ luxuriari, & in superfluitatibus consumere; sed solum viuere: non licet ditari, non licet consanguineos extollere, non licet palatia ædificare. Denique quicquid præter necessariam victum, ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* Et Chrysost. *homil. 15. ad Timoth. 1.* sic ait: *Ego audacter dixerim Ecclesiæ Præsules nihil præter victum, & vestitum habere oportere, ne ad ista trahantur desiderio. Honorificabimus autem* (inquit Bernard. *epist.* 28.) *non cultu vestitum, non equorum fastu, non amplis ædificijs, sed grauitate morum, maturitate consiliorum, actuum honestate, studiis spiritualibus, & operibus bonis. Pastores enim pomparum seculi sectatores destruunt illud Ecclesiæ encomium* Cantic. 1. *Nigra sum, sed formosa, nolite me considerare quòd fusca sim; quia decolorauit me sol: idest, Christus, quod ad litteram significat Ecclesiam esse exteriùs quidem nigram ob Crucis mortificationem, & contemptum externi fulgoris, interius tamen formosam, propter donorum cælestium pulchritudinem.*

11 Vos ô Præsules de vestibus ne gloriemini, tineæ huius vos gloriæ voluptate priuabunt. Videte quàm incerta, quamque instabilis sit præsentis vitæ gloria; gloriantur gentes in re, quam vermes & gignunt, & perdunt, vt ponderat religiosissimus P. Fr. Dominicus de Iesu Maria *in il sentenziario spirituale par.* 1. *c.* 8. *pun.* 5. *n.* 7. Igitur si sanctorum Conciliorum decreta veneramini, illud in primis decretum Concilij Carthag. IV. (cui Beatus August. interfuit) in imo corde defigite, vbi sic habetur: Episcopus vilem supellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat, & in Conc. Triden. *sess. 25. de reformat. cap. 1.* ita cautum est: *Episcopi modesta supellectili, mensa ac frugali victu contenti, caueant ne in tota eorum domo aliquid appareat quod non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum pro se ferat. Hoc sequendum est documentum, & antiqua Sanctorum Patrum in hac re exempla, ita vt damnanda sit eorum singularitas, qui audacter documentis, & exemplis antiquorum Patrum contradicunt, & allegantes oportere tempori seruire quasi Spiritus Christi Euangelica norma mutari debeat cum tempore, ac opinionibus, & affectibus hominum seruire, cum potius omnia tempora sint Euangelicæ institutioni conformanda, & iuxta normam Euangelici atque Apostolici Spiritus reformanda.*

Quoniam Ioannes Gers. *in secunda parte suorum* 12
operum collegit egregium opusculum, cuius titulus est de temperantia, & modestia Prælatorum, in quo multa scitu dignissima ad hoc institutum refert, & ab eo in vnum collegit vtilissima noster Præsol insignis sanctitatis, & spectatæ virtutis vir, Dom. Fr. Bartholomæus à Martyribus, operæpretium existimaui, paucissimis verbis summam illorum comprehendere. Statuunt igitur hanc conclusionem. Expedientius, & efficacius est Prælatum declinare ad austeritatem vitæ in mensa, vestibus, & numero seruitorum, & reliquis pertinentibus ad statum suum, quàm hominibus secularibus in talibus conformari. Quam quidem conclusionem multis probant, & duo, quæ potissimum Prælatos ad illam non sequendam mouere poterant, in medium adducunt, illisque suo ordine eleganter respondent.

Non igitur spiritualis profectus subditorum po- 13
test Prælatos huius temporis mouere vt ab illa discedant conclusione, quia constat hac ratione eos nihil proficere, cùm huiusmodi pompa plus scandalizet homines seculi, tam Principes, quàm alios omnes, quàm ædificet. Ex hoc enim concitantur ad murmurationem, inuidiam, cupiditatem, indignationem, &c. Habent enim ex præcepto B. Petri 1. *cap.* 5. *Non dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.* Vnde propter hoc tenentur esse forma humilitatis, & sobrietatis. Viuentes autem fastuosè, potius sunt forma ambitionis, cupiditatis, vanitatis; dum hoc ipso subditos suos ad similia compellunt. Exemplum enim Prælati quodammodo cogit ad similia, iuxta illud Pauli *ad Galat. 2. Tu cogis gentes iudaizare*, &c. Sed quorsum attinet ad hoc Scripturas allegare, cùm experientia hoc ipsum euidenter clamet? nam vnde tanta deuotio Principum, & aliorum secularium ad antiquos Prælatus, tantaque reuerentia, nisi quia tales pompas vilipendebant; tum etiam, quia videbant eos esse fideles dispensatores bonorum Ecclesiasticorum, largissimè eis communicabant diuitias suas. Postea verò videntes eos in pompis eas consumere, non solùm retraxerunt manum, sed ipsa etiã Ecclesiastica bona inuaserunt. Sed vt excusentur, fortè dicens: Si viuimus, vt conformemur iis, qui viuimus. Ad hoc respondet noster Apostolus ad *Roman. 12. Nolite conformari huic seculo*, &c. Nec deferendũ est malignantibus. *quia*, vt inquit Plutarch. *in aphor. regium est audire malè cùm feceris bene*, & Salust. *à laudatis laudari, & ab improbis improbari æqua laus est*, & Mim. *Malis displicere laudari est. Nondum felix es*, inquit ille, *si nondum te turba deridet.* Et ideo de se ipso suæ beatitudini attribuens dicebat Seneca de *vit. beat. cap. 23. Mihi* (quod argumentum est recti) *contigit malis displicere.* Dicunt etiam. Sic viuimus ne inter alios erubescamus, cui respon

sespondetur quòd oon est erubescenda humilitas Christi, neque vilitas, quæ propter eom sustinetur. Dicunt deinde. Sic viuimus ne reputemur auari, & hypocritæ, si fuerimus io talibus cæteris pareiores. Hæc ratio vim haberet aliquam, si non esset alius modus rationabilior, & iustior, per quem à cordibus homioum hanc opinionem euelleteot. Verissimum enim est oportere Prælatos amouere debere à se suspicionem auaritiæ, & hypocrisis, cùm debeant proximis bonam famam, sicut Deu bonam conscientiam. Vnde fateor quod si Prælatus parcè viuit, & nihilominus mille modis extorquet pecunias, & thesaurizat, iste in dubio abominabilior est coram Deo, & coram hominibus cootemptibilior, quàm illi, qui splendidè viuunt. Quamobrem ita vitam suam instituere debet, ne auarus æstimetur, & pecuniæ congregator.

14 Nec etiam poterunt Prælati moueri ad hoc genus viuendi splendidum propter Ecclesiæ auctoritatem, quia cum honor sit præmium virtutis, ipsi tenentur oues suas dicere, vt homioes præcipuè propter virtutem honorent, non propter fastum, & pompam. Vnde exquirentes honorem hac ratione doceor errare oues suas.scilicet, vt putent splendorem vitæ, veram esse causam honoris. Hinc Dominus *Lucæ* 16. dicit *quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.* Beatus Iacob. *cap.* 2. damnat illos tanquam acceptatores personarum, qui hooorant diuites ob vestem fulgidam, &c. & spernunt pauperes, & Bernard. *ad Eugenium libr. de considerat. Tu Pastor procedis deauratus tam multa circumdatus varietate. Oues quid hic capiunt? si auderem dicere dæmonum magis, quàm hominum pascua hæc. Siccine faciebat Petrus? Sic Paulus suadebat? Absque his crediderunt Apostoli, & Apostolici viri posse impleri saluare illud mandatum: Pasce oues meas,* Ioan.21.*Neque enim sine Episcopali honore, & gloria Apostoli fuerunt, qui tamen dicere potuerunt,* 1. ad Timoth.6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* Et illud *Act.*3. *Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. Item si Episcopi in hoc zelant auctoritatem Ecclesiæ, cur suos curatos in sordibus, & abiecto statu derelinquunt; imò & aliquando nudari patiuntur? His etiam addo, quòd Principes, ac nobiles potius irrident, quàm uenereantur fastum hunc: pauperes autem minus audent ad tales accedere, vt ab eis pastum vitæ suscipiant. Et videntes eos in otio, & epulis viuere, se verò egenos, & in laboribus vitam ducere, inuident eis, atque detrahunt: quos si viderent in humilitate viuere, amarent, atque eorum exemplo labores suos æquanimiter ferrent.*

15 Si enim ex omnium Philosophorum, & gentium communi consensu vni tantùm virtuti honor, dignitas, auctoritas, & reuerentia deberur, quòd virtus rerum omniom domina sit, ac regina: quo iure magis hanc Episcupi auctoritatem promereri poterunt, quàm virtutis, ac sanctitatis præstantia? Nam qui diuitiis, qui vestibus, qui fastui exhibetur honor, is planè falsus, indignus, & fucatus est. Rectissimè enim à Seneca dictum est, *Non faciunt equum meliorem aurea fræna, nec hominem meliorem fortunæ ornamenta.* Quemadmodum enim in auro & gemmis, & in ipsa etiam corporum pulcritudine cernere licet aurum aliquod verum, aliquod autem adulterinum; gemmas item veras, & adulterinas; corporis etiam pulchritudinem veram, à naturáque ipsa tributam, aliam verò arte, fallaciis, & fueu quæsitam: ita sanè mirari nemo debet, si honor aliquis, atque auctoritas vera sit, quæ meritis & virtute comparatur: fucata verò aliò alia, quam stulti & imperiti rerum æstimatores opibus & potentiæ tribuunt. Quare Episcopi Ecclesiæ Principes veris bonorum fontibus omissis, qoi virtute & vitæ integritate comparantur, fucatos & fallaces, qui inaoissimis splendoris insignibus adipiscuntur; exquirere non debent. Id eoim calamitosa illa ætate sub Aorioeho tyranno, quando Sacra omnia violata sunt, contigisse memorant historiæ Machabæorum 2.*cap.*4. cùm Principes populi & Sacerdotes patrios honores pro nihilo habeotes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: patrij enim honores erant, qui virtuti, qui Religioni, qui Fidei, & meritis vitæ reddebantur, quibus cum Sacerdotes destituti essent, ad falsos hominum titulos, nempe opes, apparatus, pompasque Ethnicorum confugiebant.

De primo Israëlitici populi Principe Moyse non 16
ab hominibus, neque per homioem, sed à Deo electo, in eius vita Philo Iudæorum disertissimus *lib.* 1. scribens, sic ait: *Solus hic omnium, qui vnquam principatum gesserunt, non aurum, non argentum in thesauros condidit, non tributa exegit, non palatia, non latifundia, non greges, non famulitia, non reditus, non alias opes sibi parauit, quamuis posset habere omnium harum rerum copiam: sed existimans animæ pauperis indicium esse mirari materiales diuitias, has quidem vt cæcas contempsit, illas verò naturales, perspicacésque honorauit: in vestitu, victúque quotidiano nihil præ se ferens fastus tragici, sed simplicitatem, frugalitémque exercens priuati hominis. Regem autem in his solis agebat, quæ verè sunt regia: vt sunt continentia, fortitudo, sobrietas, solertia, prudentia, scientia, industria, tolerantia, iustitia, voluptatis contemptus, ad virtutem exhortatio, obiurgationes, castigationésque peccantium legitimè, & rectè facientium laudes atque præmia.* Hactenus ille. Sed vt in viro singularibus fauoribus à Deo cumulato non ita mira hæc videri possiot, & quæ ita facile omnes imitentur eadem gratia non suffulti; videamus † an & ex Gen- 17
tilibus inueoiri possint, qui paria quasi fecerint, & certè numerus non omnino paucus se se perscrutantibus offert, nobis tamen paucos adducere satis est. Socrates sibi gratulabatur, quod iuxta naturam viuens, ac paucis assuetus, aurum, purpuram, gemmas, ebur, aulæa, reliquasque diuitum delicias nec cuperet, nec egeret, quas dicere solebat magis necessarias agendis tragœdiis, quàm ad vsum vitæ, Bruson. *lib.*5. *cap.*22. & refertur *in theatro vitæ humanæ tom.* 1. *lib.* 5. *pag.*863. Catiæ Regioa cùm ad Alexandrum Macedonem multa obsonia, fercula opipata, coquosque optimos misisset. his haud opus esse Alexander Macedo dixit, cùm cibo communi, pane & aqua laarantem sibi stomachum conciliare posset, Bruson. *lib.* 1. *Facetiarum.* Alcamenes Teleucri filius rogante quodam cur adeò parcè viueret, tantas opes possidens? *quia*, inquit, *qui multa possidet, non ex libidine, sed ex ratione viuere debet,* Brusun. *lib.* 5. *cap.* 22. Alexander Seuerus Augustus, & Princeps orbis in conuiuiis suis aurum plane nesciuit. Potan. *cap.* 2. *de splendore.* Si ergo terreni illi Principes Christum ignorantes, & in ipsis adhuc infidelitatis, & idololatriæ tenebris agentes solo ratioois lumine, hoc & videruot & sequuti sunt: quis ferat Episcopum pauperis Christi vices gerentem, & exemplo, atque doctrina sua homines ad contemptum terrenorum honorum adhortantem, inter epulas, & magnifica coouiuia, interque cæteras aureas & argenteas, splendidasque ministrorum cateruas vitam agentem? Sed ne inopes exemplis ex nostris videamur, afferre libet, quæ & multò ditiores fortè nos ostendere possent.

De Diuo Martino (quem Apostolis parem fuisse canit Ecclesia) in eius vita scribit Sulpitius: *Factus*

verè

verò Episcopus Turonensis idem constantissimè perseuerabat, qui priùs fuerat, eadem in corde humilitas, eadem in vestitu vilitas atque ita implebat Episcopi dignitatem, vt propositum Monachi non desereret.

19 De Diui verò Augustini ornatu, frugalitate, & parsimonia scribit *in eius vita* Possidonius in hunc modum: *Mensa vsus est frugali & parca: quæ quidem inter olera & legumina etiam carnes aliquando propter hospites, vel quosque infirmiores continebat. Cochlearibus tantùm argenteis vtens, cætera vasa, quibus mensæ eius cibi inferebantur, vel testea, vel lignea, vel marmorea erant, non necessitatis inopia, sed proposito voluntatis. Denique mortis iam proximus testamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Christi, non habuit.*

20 De Diuo Basilio sic scriptum legimus: Erat autem Basilius in victu & cultu abstinentissimus, vna tantùm tunica amiciebatur: humi cubitabat, totis sæpè noctibus vigilabat. Demum obiit corpore per abstinentiam consumpto, cùm ossibus, ac pelle tantùm superstes esset.

21 De sancto Exuperio ita scribit Hieronym. *epist. tom. 1. Sanctus Exuperius Tholosæ Episcopus viduæ Sareptensis imitator, esuriens pascit alios, & ore pallente ieiunijs fame torquetur aliena, omnémque substantiam Christi visceribus erogauit. Nihil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro.* Huius sectare vestigia, & cæterorum qui virtutis illius similes sunt, quos Sacerdotium & humiliores fecit, & pauperes. Quid hoc exemplo mirabilius? quis non obstupescat corpus Domini, quod nec ipsis quidem Angelorum manibus pro dignitate tractetur, canistro vimineo circumferri? Quo affectu ferebatur in pauperes Christi, qui Christum tam humili vase circumferebat? quomodo suis parceret facultatibus, vt pauperes alere posset, qui nec ipsis quidem altaribus pepercit? quomodo splendidam domum, atque familiam esurientibus pauperibus aleret, qui vt algentes, nudosque vestiret, altaria quoque ipsa nudauit? Tales ergo Præsules istis suis exesis corporibus, ista vitæ sobrietate, & parsimonia aduersùs mundi Monarchas Ecclesiam Christi tutati sunt: nos vtinam eorum labore conseruatam, & auctam retineamus. Sed ad hoc certissima via est eorum inhærere vestigiis, quando (vt nobilis ille historicus dixit) imperium eisdem artibus retinetur, quibus initio partum est. Quæ vbi defuerunt, nec ipsa quidem caput mundi Roma stare diu potuit: imperium enim summis laboribus, & inedia partum, non durus Annibal, aut crudelia bella, sed luxus, & opulentia bellis perniciosiora dissoluerunt.

22 Nulla poterit se tueri excusatione, qui aduersùs prædicta Sanctorum Patrum exempla temporum diuersitatem obiiciat, quia, etiamsi alicuius fortasse momenti esset si cum tempore, aut fortunæ pauperum, aut mores hominum mutarentur, tamen cum eadem sit pauperibus indigentia, eadem in hominibus morum corruptio, eadem ambitio, auaritia, luxus, fastus, & intemperantia, easdem causas eodem modo semper operari, hoc est, ad idem inclinare necesse est. Non ergo fastus fasto, non luxus luxu, non opes opibus, non deliciis deliciæ; sed humilitate fastus, sobrietate luxus, paupertate auaritia, & asperitate deliciæ superandæ sunt. Quis autem adeò mentis inops est, qui non videat omnia mundi vitia cum tempore adoleuisse? quando enim tot hæresum monstra Ecclesiam ita infestarunt, vexarunt, ac pene oppresserunt; quando ita luxus, auaritia, ambitio, libido, deliciæ, ludi, epulæ, splendor vestium, cæteraque vitiorum irritamenta, & cupiditas ipsa (malorum omnium seminarium inundauerunt?

Quantum verò Ecclesiæ proceres, & ministri (qui his malis opem ferre debuerunt) à maioribus suis hoc ipso tempore degenerarunt, siue probitatem spectare velis, siue docendi facultatem, siue eleemosynarum largitatem, siue sobrietatem vitæ, siue infractum animum ad omnia pro sibi commisso grege pericula subeunda? Denique si Diuo Cypriano credimus, quò mundus magis ad finem properat, eò magis velut senectute, ac vetustate conficiente in deteriora prolapsus est. Sic enim scribit aduersùs Demetrianum: *Breuiatur in dies singulos, & decrescit, ac deficit in agris agricola, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, iustitia in iudicio, in amicitijs concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. Putásne tu tantam posse substantiam rei senescentis existere, quanta priùs potuit nouella adhuc, & vegeta iuuenta pollere? Minuatur necesse est quicquid, fine iam proximo, in occidua, & extrema deuergit. Sic Sol in occasu suo radios minus claro, & igneo splendore iaculatur; sic declinante iam cursu exoletis cornibus luna tenuatur, & arbor, quæ fuerat ante viridis, & fertilis, arescentibus ramis, fit postmodum sterilis senectute deformis. Et fons, qui exundantibus, priùs venis, largiter profluebat, senectute deficiens vix modico sudore destillat. Hæc sententia mundo data est, hæc Dei lex est, vt omnia orta occidant, & aucta senescant, vt infirmentur fortia, & magna minuantur, vt cùm infirmata, & diminuta fuerint, finiantur.* Hactenus Cyprianus. Si igitur cum temporibus omnia pariter mala creuerunt, maiori ergo virtute, prudentia, solicitudine, vigilantia, temperatione, ac disciplina eget, quisquis tot malis corrigendis, atque curandis præfectus est. Meliori enim nauclero in sæuiori tempestate, & peritiori medico in grauiori ægritudine, præstantioreque duce in desperata victoria opus est. Quare non habet quisquis fastuosè viuit, & quotidie splendidè epulatur, magnosque famulorum greges alit, & in hoc tam magnos Ecclesiæ reditus, pauperibus profuturos, insumit, quo se illa ratione tueatur.

Eleganter hoc ipsum apertissimis declarat verbis, omnemque penitus excusationis ansam præcipit Concilium Trid. *sess. 25. de reform. c. 1.* in hæc verba. *Optandum est, vt ij, qui Episcopale ministerium suscipiunt quæ suæ sint partes agnoscant, ac se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est fideles reliquos ad religionem, innocentiamque faciliùs inflammandos, si præpositos suos viderint non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse, Sancta Synodus animaduertat, admonet Episcopos omnes, vt secum ea sæpe meditantes, factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus (quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus) se muneri suo conformes ostendant: in primis verò ita mores suos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac (quæ nos tantopere commendant Deo) sanctæ humilitatis exempla petere possint. Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi non solùm iubet, vt Episcopi, modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verùm etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod à Sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ se ferat.* 23

Glos.

Glos. VIII.

Pudicum.

SVMMARIVM.

1 *Caſtitas pretioſiſſima omnium, maximaque poſſeſſio.*
2 *Pudicus ille eſt, qui non modò corpus illibatum conſeruat, ſed qui neque intuitu, voce, vel geſtu leuitatem oſtendit.*
3 *Pudicitia in primis eſt habenda, quâ amiſſa omnis virtus corruit.*
4 *Libido ſanus criminum ſtimulus eſt.*
5 *Impudicitia quid ſit? oſtenditur.*
6 *Pudicitia fruſtrà oſtentatur ſine temperantia.*
7 *Caſtitas omnibus pernecessaria, ſed maximè Miniſtris Chriſti Altaris.*
8 *Caſtitas dignitas magna.*
9 *Caſtitas honorem Deo ſimillimum reddit.*
10 *Apoſtoli excepto Petro inter caſtas agmen ducunt.*
11 *Diſcipuli Apoſtolicæ caſtitatis æmulatores fuerunt.*
12 *Paulus Apoſtolus perpetuum coluit cœlibatum.*
13 *Sanctus Cyprianus a ſua conuerſionis initio caſtitatem coluit.*
14 *Sanctus Auguſtinus vigilantiſſimus fuit caſtitatis cautor.*
15 *Sanctus Gregorius Nazianzenus in virginitatis amorem ſummopere exarſit.*
16 *Vrſinus Presbyter ea fuit caſtitate, vt nec quidem à ſua muliere ſibi miniſtrari pateretur.*
17 *Caſtitas ſicut omnes virtutes, donum Dei eſt.*
18 *Continens nemo poteſt eſſe, niſi Deus det.*
19 *Caſtitas Dei gratia occurrente, nobis operantibus tuenda eſt.*
20 *Carnis afflictiones diuerſis pœnitentiæ operibus fugienda.*
21 *Euariſtus Presbyter hybernis noctibus in puteum ſe emergebat, vt carnis afflictiones effugeret.*
22 *Sanctus Franciſcus nudum corpus in niuibus volutauit.*
23 *Caſtitatis amor in intimis animi receſſibus occultari non poteſt.*
24 *Mulierum familiaritatem diligenter cauendam Sanctiſſimorum hominum factis illuſtratur.*
25 *Mulieres ſunt via iniquitatis.*

1 AGNVS Baſilius *lib. de Virginitate* repetitis, & elegantibus verbis ſuos hortatur, vt caſtitatem pretioſiſſimam omnium, maximamque poſſeſſionem, naturalem diuinæ effigiei pulchritudinem, quę hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit, tenere ament, arctè complectantur, cautè cuſtodiant. Et noſter Apoſtolus perpetuus caſtimoniæ cultor, & laudator eximius ſuum amantiſſimum hortatur Timotheum, vt ſit *pudicus* Hanc vocem, *pudicum*, id eſt, verecundum, interpretantur ibi Anſelmus, & quidam Latini, qui que nihil admittat, quod caſtitati vllo modo repugnet. Tertullianus *lib. de cultu fœminarum*, ita de pudicitia ſcribit: *Cum omnes templum ſimus illato in nos & conſernato Spiritu ſancto, eius templi æditaus & Antiſtes pudicitia eſt, quæ nihil immundum, nec profanum inferri ſinat, ne Deus ille, qui inhabitat, inquinatam ſedem derelinquat.* Hoc, ait Sanctus Hieronym. *lib 1. aduerſus Iouinian. cap. 10.* ſignificat σώφρονα ornatum caſtitate, & moribus, vt nimirum non modò
2 † corpus illibatum conſeruet; ſed neque intuitu, voce, geſtu leuitatem caſtimoniæ inimicam, & probroſam oſtendat, quia in omni gradu, & ſexu tenet pudicitia principatum. Vnde Apoſtol. *ad Timoth. cap. 4. verſ. 12. Eſto exemplum fidelium in caſtitate, vt vel ex te vno diſcant, quam purè, & integrè viuendum ſit.* Et *cap. 5. verſ. 1.* cauet vt necceſſitatis ac monitionis tempore cum iunioribus fœminis agat, *in omni caſtitate*, hoc eſt, eximia mentis, aſpectus, ſermonis, operis puritate, vbi S. Chryſoſtom. *homil. 13.* in omni caſtitate. *Non modò, ait, obſcœni congreſſus vitium caue, verum omnem ſuſpicionis, vel obſcœni aditum claude, quia adoleſcentularum colloquia turpi ſuſpicione difficile carent.* Et idem Apoſtolus *ad Titum 1. verſ. 7.* ait: *oportet eum eſſe continentem*, vbi S. Hieronym. *in comment.* intelligit, id eſt, *ab vxoris amplexibus.* quod etiam in Concil. Carthaginenſi II. *can. 2.* ſtatutum fuit in hæc verba. *Omnibus placet, vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes etiam ab vxoribus ſe abſtineant, vt quod Apoſtoli docuerant, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus*, habetur *in cap. cùm in præterito, & in cap. ſeq. 84. diſt.*

Doctiſſimi viri, inquit S. Hieronym. *lib. 1. contra Iouin cap. 30. vox eſt, pudicitiam in primis eſſe retinendam, quâ amiſſa omnis virtus ruit.* 3

Vnde S. Ambroſ. *de Caino, & Abele, cap. 5.* ſic ait: *Sanus criminum ſtimulus libido eſt, quæ nunquam manere quietum patitur affectum; nocte feruet, die anhelat, de ſomno excitat, à negotio abducit, à ratione reuocat, aufert conſilium, amentes inquietat, lapſos inclinat, nullus peccandi modus, & inexplebilis ſcelerum ſitis, niſi morte amantis extingui non poteſt.* 4

Et S. Gregor. *lib. 31. Moral. cap. 31.* impuriſſimæ huius belluæ exectandos fœtus enumerans: De impudicitia, inquit, cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, timor autem, vel deſperatio futuri generantur. Et S. Ambroſ. *in cap. 4. Lucæ*, ſic ait: *Etenim quaſi clauis ſuffigitur anima corporeis voluptatibus, & cùm ſemel adhæſerit cupiditatibus demerſa terrenis, difficile in altum poteſt, vnde deſcendit, ſine Dei fauore reuolare. Actuum enim ſuorum vincla laqueis, & ſecularium deliciarum illecebris obnoxia iam tenetur.* 5

Vnde S. Hieronym *epiſt. 10. ad Furiam cap. 3.* affirmat fruſtrà oſtentari pudicitiam ſine temperantia. Quid, inquit, neceſſe eſt nos iactare pudicitiam, quæ ſine comitibus, & appendiciis ſuis continentia, & parcitate fidem ſui facere non poteſt. 6

Hinc S Auguſt. *ſerm. 249. de tempore. Omnibus*, inquit, *caſtitas pernecessaria eſt, ſed maximè miniſtris Chriſti Altaris, quorum vita aliorum debet eſſe eruditio, & aſſidua ſalutis prædicatio. Tales enim decet Dominum habere Miniſtros, qui nulla contagione carnis corrumpuntur, ſed potiùs continentia caſtitatis ſplendeant, & totis honeſtis fulgeant in populo exemplis. Magna enim eſt caſtitatis dignitas*, vt inquit S. Bernard. *epiſtol. 45. ad Henricum Senonenſem Archiep.* in hæc verba: *Quid caſtitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, Angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter ſe homo pudicus, & Angelus, ſed felicitate, non virtute. Sed & ſi illius caſtitas felicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur. Sola eſt caſtitas, quæ in hoc mortalitatis, & loco, & tempore ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat.* S. Cyrill. Hieroſolym. *catecheſi 12. illuminatorum: Non ignoremus caſtitatis gloriam: Angelica enim eſt corona, & ſuper hominem hæc perfectio: parcamus corporibus, quæ lucere debent ſicut Sol. Ne propter paruam voluptatem, tantum ac tale corpus polluamus. Paruum enim eſt ad horam peccatum,* 7

tum, longana autem est ex eo, & aterna verecundia. Angeli obambulantes in terris sunt castitatis operatores. Beatus Ambrosius *lib. 1. de Virginib. Neque mirum, ait, si pro vobis Angeli militant, qua Angelorum moribus militatis. Castitas enim Angelos fecit, qui eam seruanit, Angelus est: qui perdidit, diabolus.* S. Basilius lib.
8 *de Virginitate.* † *Magnum re vera, quidam ait, ac praclarum virginitas est, qua, vt totum simul explicem, hominem incorruptibili Deo simillimum facit. Hac autem profectò non à corporibus ad animas manat, sed cùm incorporalis anima propria & pracipua sit, eius pretiosissima integritate corpora quoque incorrupta seruantur. Et quia castitas hominem Deo simillimum reddit, facit & charissimum, quia morum similitudo amorem conciliat & glutinat, qua charitate Deo intimè cohaeret: Deus enim charitas est, qui manet in charitate, in Deo manet, & charitas Deus in eo,* Ioan. 4.

9 Deo simillimum hominem reddit castitas, non modo enim ipse auctor & hortator, sed etiam Ecclesiasticis præcipuè, & castissimis castorum sponsus esse voluit, cuius exemplo Virgines ita exhortatur S. August. *lib de Sanct. Virgin. cap. 27. Sequimini Agnum, quia & Agni caro vtique Virgo. Hoc enim in se retinuit auctus, quòd matri non abstulit conceptus & natus. Meritò eum sequimini virginitate cordis & carnis quocunque ierit.* Et sanctus Ambrosius *lib. 1. de Virginit. Quid est,* inquit, *castitas, virginitas, nisi expers contagionis integritas? atque eius Auctorem, quem possumus existimare, nisi immaculatum Dei filium, cuius caro non vidit corruptionem, diuinitas non est experta contagionem? Christus Virgo Virginis sponsus.* Inter castos agmen ducunt Apostoli, de quibus S. Hieronym. *lib. 1. aduersus Iouin.*
10 *cap. 14.* † *in Excepto Apostolo Petro; cùm non sit manifestè relatum de aliis Apostolis, quod vxores habuerint, intelligere debemus sine vxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale Scriptura significet. Assumpti in Apostolatum relinquunt officium coniugale, ex quorum persona Petrus dixit ad Dominum* Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te,* inter quæ omnia, & à Christo numeratur vxor. Et *in fine Apologia sua pro libris in Iouinianum ad Pammachium. Christus Virgo, Virgo Maria vtriusque sexus virginitatem dedicauere, Apostoli, vel Virgines, vel post nuptias continentes: Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè post Sacerdotium in aeternum pudici.*

11 Eiusdem Apostolicæ castitatis æmulatores fuerunt ipsorum Discipuli, vt referunt sanctus Cyprianus *heresi 58.* & Tertullian. *lib. de Monogamia.* De sancto Luca, & Marco ita scribit sanctus Hieronymus *in catalogo Scriptorum Ecclesi. Vixit Lucas octoginta, & quatuor annos, vxorem non habens. Marcus primùm Alexandria Christum annuntians, constituit Ecclesiam tanta doctrina, & vita continentia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret.*

12 Clemens, Timotheus, & Titus virgineum illud lac ex castissimis sui Magistri Pauli Apost. vberibus suxerunt, quem perpetuum coluisse cœlibatum testes sunt Tertull. *lib. vtroque ad vxorem.* Epiphan. *heresi 58.* Hieronym. *epist. 22. ad Eustoch.* Augustinus *lib de gratia & libero arbitrio cap. 4.* Hilar. *in Psal. 127.* Ambros. *in cap. 7. prioris Corinthiaca.* Chrysost. Theodor. & alij Græci *in cap. 4. ad Philippenses.*

13 Cyprianus à suæ conuersionis initio castitatem coluit, de quo S. Hieronym. *in catalog. Scriptorum Ecclesiasticorum*, ita scribit: *Pontius Diaconus Cypriani vsque ad diem passionis eius, cum ipso exilium sustinens, egregium volumen vita, & passionis Cypriani reliquit, de quo in hoc volumine Pontius ita loquitur: Inter fidei sua prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quàm si continentiam tueretur. Tunc enim idoneum posse fieri pectus & sensum ad plenam veri capacitatem peruenire, si concupiscentiam carnis robusto atque integro Sanctimonia vigore calcaret.*

Sanctus Augustinus castitatis fuit vigilantissimus 14
cautor, de quo in eius vita ita scribit Possidonius eius discipulus, *cap. 26. Fœminarum intra domum eius nulla vnquam conuersata est, nulla mansit, nec quidem germana qua vidua Deo seruiens, multo tempore vsque in diem obitus sui praposita ancillarum Dei vixit, sed neque patrui sui filia, & fratris sui filia, qua pariter Deo seruiebant: quas personas Sanctorum Episcoporum Concilia in exceptis posuerunt.* Dicebat verò nunquam debere cum seruis Dei, etiam castissimis, in vna manere domo, ne aliquod scandalum, vel offendiculum hoc tali exemplo poneretur infirmioribus, & ne tentationibus humanis pertinerent. Et sequenti *cap. 27.* pergit narrare idem Possidonius in hæc verba: *In visitationibus verò modum tenebat ab Apostolo definitum Iacobo 1. vt nonnisi pupillos, & viduas in tribulationibus constitutas visitaret. Et si fortè ab aliquibus fœminis, vt videretur, vel salutaretur, & rogabatur, nunquam sine clericis testibus ad eas intrabat; vel solus nunquam est loquutus, nec si secretorum aliquid interesset. Et si fortè ab agrotantibus ob hoc peteretur, vt pro eis in prasenti Deum rogaret, eisque manus imponeret, sine mora peregebat. Fœminarum autem monasteria nonnisi vrgentibus necessitatibus visitabat.* Vnde ipse August. *lib. 8. Confession. cap 12.* amarissima cordis contritione lachrymarum flumina profundens, melior cuique vitam vt inchoaret, submississimè Deo supplicans, tantum etiam beneficium consequutus, ita Deum continentiæ largitorem alloquitur: *Conuertisti ita me ad te, vt nec vxorem quarerem, nec aliquam spem saculi huius.*

S. Gregor. Naz. *in carmine de calamitate anima sua.* 15
Mihi, inquit, *in somnis aliquando huiusmodi quiddam videre visus sum, & ex quo facilè in virginitatis amorem exarsi. Virgines dua in propinquo stabant candidis vestibus induta, ambe formosa, atque eiusdem atatis, quarum zona substringebantur, seque ad talos vsque dimittebant. Ad hac ipso capitis velo non modò caput, sed genas quoque ipsas obtexerant, oculosque in terram defixos tenebant. Quarum ex aspectu mira sanè voluptate perfusus sum: sic enim mihi persuadebant eas humana conditione multo maiores, atque augustiores esse. Ha porrò quoniam me aspectu suo exhilaratum senserunt, erga me quoque beneuolentia affici, meque perinde ac filium suum amplecti cœperunt. Percunctantique mi quanam essent, vnde venissent, altera castitatem sibi nomen esse dixit, altera temperantiam, qua Christo Regi assistentes cœlestium Virginum pulchritudine delectarentur. Atque ad me conuersa: Age, inquiebant, fili, mentibus nostris mentem tuam, & facibus faciem iunge: ita futurum est, eximio quodam, & singulari splendore praditum in cœlum feramus, atque iuxta immortalitatis Trinitatis fulgorem collocemus. Hac habita oratione per cœlum ferebantur.*

Vrsinus Presbyter, vt refert S. Gregor. *lib. 4. dialog.* 16
cap. 11. ea fuit castitate, vt ne quidem à sua muliere sibi ministrari pateretur, quæ cùm aurem admouisset iam moribundo, & animam agenti, vt num vitalis adhuc in eo spiritus esset, exploraret, ille collectis viribus in hanc vocem eripuit: *Recede à me mulier, adhuc igniculus viuit, tolle paleam, & sic visis Apostolorum Principibus Petro, & Paulo eorum inuitatu, & comitatu, in cœlum euolauit.* Et idem Greg. *lib. 3. dialog. cap. 16.* refert de Martio, siue Martino solitario, quod è petra ei aquam necessariam præbuerit Deus, qui cùm decreuisset mulierem vltrà non videre, & quædam hoc cognito ad eius speluncam audacter

acceſſit, & cùm humi depreſſa facie deprecantem, eiuſque conſpectum fugientem ad fatigationem vſque intuita fuiſſet, eodem die mortem obierit, en quod Dei famulum improbo auſu contriſtaſſet. *In Prato* igitur *Spirituali Ioannis Euirati cap.* 217. dixit ſenior quidam: *Filioli, ſal ex aqua eſt, & ſi appropinquauerit aqua, continuò ſoluitur, & deficit; ita monachus ſimiliter ex muliere eſt, itaque ſi appropinquat mulieri, ſoluitur & ipſe, atque in id deſinit, vt iam Monachus non ſit.*

17 Sicut omnis virtus, ita & caſtitas donum Dei eſt. Vnde & ipſe Paulus Apoſt. deprecans carnis ſtimulum, audiuit à Domino: *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* Et S. Auguſtin. *lib.* 10. *Confeſſ. c.* 29. his pro caſtitate obſtinenda Deo verbis ſupplicat: *Tota ſpes mea Domine, nonniſi in magna valde miſericordia tua. Da quod iubes, & iube quod vis. Imperas nobis continentiam. Et cùm ſcirem,* ait quidam

18 (ſcilicet Salomon, *Sap.* 8. *verſ.* 21.) *quia † nemo poteſt eſſe continens niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius hoc eſſet donum, adij Dominum, & deprecatus ſum illum. Per continentiam quippe colligimur, & redigimur in vnum, à quo in multa defluximus. Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris. Charitas Deus meus accende me. Continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod vis.* Hinc Origen. *Qui vult,* ait, *capere verbum quod de caſtitate poſitum eſt, petat, credens dicenti, omnis qui petit accipit, Matth.* 7. *vbi volentibus gratia non denegatur, cum tibi Dominus dicit: Petite, & dabitur vobis, &c.* Hinc S. Auguſtin. *in Pſalm.* 137. *Votum vouit Deo Iacob. Nemo,* ait, *præſumat viribus ſuis reddere, quod vouerit: qui te hortatur, vt voueas, ipſe adiuuat, vt reddas.* Quod ſe ante conuerſionem ſuam non intellexiſſe, deplorat *lib.* 6. *Confeſſ. cap.* 11. *Propriarum,* inquit, *virium credebam eſſe continentiam, quarum mihi non eram conſcius, cum tam ſtultus eſſem, vt neſcirem ſicut ſcriptum eſt, Sap.* 8. *neminem poſſe eſſe continentem niſi tu dederis. Vtique dares ſi gemitu interno pulſarem aures tuas, & fide ſolida iactarem in te curam meam.*

19 Quare, vt Dei gratia concurrente, nobiſque operantibus illibatam caſtitatem tueamur, eámque adminiculis, & præſidiis ſuſtentemus, & conſeruemus, efficax eſt adiumentum, vt quis cum Apoſtolo 1. *ad Corinth.* 9. caſtiget corpus ſuum, & in ſeruitutem redigat, dicátque ſibi cum S. Hilarione, cuius ſenſus titillabat diabolus, & pubeſcenti corpori voluptatum incendia ſuggerebat. *Ego* (vt refert Hieronym. *in eius vita*) *aſelle faciam, vt non calcitres, nec te hordeo alam, ſed paleis: fame te conficiam, & ſiti: graui onerabo pondere: per æſtus indagabo, & frigora, vt cibum potius, quàm laſciuiam cogites.* Herbarum ergo ſucco, & paucis carycis poſt triduum, vel quatriduum deficientem animam ſuſtentabat, orans frequenter, & pſallens, & raſtro humum fodiens, vt ieiuniorum laborem labor operis duplicaret. Neque dicti huiuſmodi à diabolo carnis ſtimuli, & afflictiones in feruente adoleſcentia, ſed etiam in frigeſcente ſenectute bonos opprimunt, hic enim ignis nonniſi morte extinguitur; vnde S. Gregor. Nazianz. *in carmine de vita ſua calamitate*, ægrè ac vix ſenex moltis lachrymis, vigiliis, & orationibus aliiſque aſperrimis exercitationibus, & macerationibus, & exactamonaſticæ diſciplinę cuſtodia carnis ſtimulos coërcere potuit. Et S. Hieron. *epiſt.* 22 *ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis c.* 3. ſic ait: *O quoties ego ipſe in vaſta ſolitudine, & Solis ardoribus exuſta, putabam me Romanis intereſſe deliciis! ſedebam ſolus, quia amaritudine repletus eram, horrebant ſacco membra difformia, quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & ſi quando repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet, nuda humo vix oſſa hærentia collidebam. Pallebant ora ieiuniis, & meis deſideriis æſtuabat in frigore corpus, & ante hominem ſua iam carne præmortuum ſola libidinum incendia bulliebant, itaque omni auxilio deſtitutus ad Ieſu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubiugabam. Memini me clamantem, diem crebrò iunxiſſe cum nocte, nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quam rediret, Domino increpante, tranquillitas.*

Vnde ad effugiendas huiuſmodi carnis afflictiones diuerſa pœnitentię opera plures Sancti egerunt. 20

Euariſtus Preſbyter hybernis noctibus in puteum, S. Bernardus in lacum deſcenderunt, vt gelidarum aquarum frigore calorem corporis temperarent caſtitati infeſtum, vt refertur *in vita ipſius lib.* 1. *cap.* 3. & 4. 21

Audomarus Tomanenſis Epiſcopus in vepribus.

B. Franciſcus nudum corpus in niuibus volutarunt, ex S. Bonauent. *cap.* 5. in eius vita, vt hac caſtigatione voluptatem carni inſitam edomarent. S. Gregor. *lib.* 2. *dialog. cap.* 2. narrat de S. Benedicto Abbate, quòd malignus ſpiritus magno amoris igne ſerui Dei animum in ſpecie fœminæ olim ab ipſo viſæ accenderit, ſed ille vrticarum & veprium iuxta denſa ſuccreſcere fruteta conſpiciens, nudum ſe in illis ſpinarum aculeis, & vrticarum incendiis proiecit, ibique diu volutatus, toto ex eis corpore vulneratus exiit, & per cutis vulnera eduxit è corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolorem. Quidam Dominicani Ordinis religioſus nomine Dominicus à ſcorto ſolicitatus in ardentes prunas ſe iniecit, & illæſus permanſit, vt refert Thom. Cantipr. *lib.* 2. *Apum. c.* 30. Simile quid præſtitere Sancti Eremitæ Martinianus, & Iacobus, vt eſt apud Surium *in eorum vita* 14. *Ianuar.* & 13. *Febr.* 22

Et quanta iniquitas (ait S. Auguſtin.) *& quàm lugenda peruerſitas, vt animam, quam Chriſtus ſuo Sanguine redemit, luxurioſus quiſque propter vnius momenti delectationem libidinis diabolo vendat? Verè enim nimium plangenda, & miſeranda conditio eſt, vbi citò præterit, quod delectat, & per diabolum in cruce manet ſine fine, quod cruciat. Sub momento enim libidinis impetus tranſit, & opprobrium infelicis animæ permanet. Ne igitur in huiuſmodi incidas iniquitatem, ſi Sanctos prædictos carnis ſuæ ſtimulos aſperrime à ſe abiicientes, imitari non valueris, bonorum ſaltem conſortia quære,* conſulente S. Gregor. Nazian. *in carmine de anima ſua calamitate*, in fine, his verbis: *Cum caſtitatis amor in intimis animi receſſibus occultari non poſſet, primum cum his hominibus vitæ conſuetudinem contraxi, qui matrimonij vincula fugerunt, ſeque à mundi contagione abruperunt, vt Chriſtum Regem animi pennis ſequantur, hic non ſine magna gloria pedem efferentes: hos ego ſingulari amore, ac toto pectore complectens, ſpei cœleſtis duces habebam, excuſsáque omni huius vitæ beatitudine temperantiæ ac frugalitate collum ſubieci. Quæ quidem mei curam gerebat, me amabat, me ad ampliſſimam gloriam prouehebat, me denique in Chriſti manibus accuratè collocabat. Poſt quæſita bonorum conſortia occaſiones libidinis vniuerſas deuita, quod eſt tutiſſimum propugnandæ caſtitatis aſylum, & perfugium. Fugite,* ait Apoſtol. 1. *ad Corinth.* 6. *fornicationem.* Et S. Auguſtin. *ſerm.* 2. *Dominica* 15. *poſt Trinit.* qui *eſt* 250. *cap.* 1. *Quod libidinem,* inquit, *fugiendam eſſe ſuggerimus, Apoſtolus Paulus euidenter oſtendit, qui cum omnibus vitiis prædicauerit reſiſtendum, dum contra libidinem loqueretur, non dixit: Reſiſtite, ſed fugite fornicationem, &c. ſic contra reliqua vitia* 23

Deo

Deo auxiliante debemus in præsenti resistere, libidinem verò fugiendo separare. Ergo contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam. Nec tibi verecundum sit fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Vnde Fratres charissimi ab omnibus Christianis, præcipuè tamen clericis, siue Monachis indigna, & inhonesta familiaritas fugienda est: quia sine vlla dubitatione, qui familiaritatem non vult vitare suspectam, citò dilabitur in ruinam. Inter omnia Christianorum certamina sola duriora sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna & rara victoria. Grauem castitas fortita est inimicum, qui quotidie vincitur, & timetur. Relicto in mulieris manibus pallio, fugæ se pudicus Ioseph dedit, mulierem fugit, & vicit, S. Gregorius Nyssenus in illud Apostol. *omne peccatum quod fecerit homo*, sic inquit. *Tanta malorum multitudine matrem videns Paulus fornicationem victricem nobis modò fugam, clamabat, fugite fornicationem.* Solet fuga militis imbecillitatem prodere in libidinis castris pugnantis fortitudo in fuga est sita. ita S. Basilius Seleuciæ Episcopus *homil.* 8. Iosephum efferens ait. *Tenacibus manibus retentam permittas vestem, libidinis effugit ansas, fuga vsus pro armis, tradit vestem, vt temperantiam teneat, denique nudatur veste ne nudetur à temperantia.*

24 Vnde mulierum familiaritatem diligenter cauendam præclaris Sanctissimorum hominum factis edocemur, & probat ex sacris litteris Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. par.* 1. *c.* 5. *n.* 3. Nam S. Thom. Aquinas Angelicus Doctor, vt est *in Romano officio, & eius vita 7. Martij apud Surium*, in graui castitatis certamine quadam eum tentante muliercula, victor euasit, & postea flexis ante Crucis signum genibus orans, ibique somno correctus per quietem sentire visus est sibi ab Angelis constringi lumbos, quo ex tempore omnis libidinis sensu caruit: narrat Benedict. *in sum. peccat. lib.* 4. *cap.* 9. §. 1. Eremitam matri in transeundo riuu auxiliaturum veste manum obtexisse ne eam attingeret, causámque rogatus: *Caro*, inquit, *fœmina ignis est, manus autem viri stupa, & ideo te tangere nolo, ne tentatio, aut cogitatio de aliis mihi fœminis suboriatur.* Refert D. Antonin. *par.* 4. *tit.* 13. *cap.* 3. §. 2. accusatum apud S. Iordanum Religiosum de contacta fœminæ mano excusasse se quòd pia illa esset; cui B. Iordanus, *Bona*, inquit, *terra est, bona & aqua, si verò commisceantur, putre lutum efficitur.* Christianus adolescens (vt auctor est S. Hieronymus *in vita S. Pauli*) superatis tormentis in amœnissimo horto nudato corpore in molli lectulo expansus fuit à scortillo irritandus, qui cœlitùs inspiratus præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, & sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit; quod exemplum etiam quidam religiosus imitatus est, de quo Niceph. *lib.* 7. *cap.* 13. S. Leo Papa, cùm viduæ osculandam manum præbuisset, hanc sibi præscidit, vt qua agitabatur tentatione, liberaretur, memorant S. Antonin. *in sum. tit.* 13. *cap.* 4. §. 2. Ioan. Naucler. *tom.* 2. *generat.* 15. Andreas Fundanæ ciuitatis Episcopus in quale quantúmque Sanctimonialis tactu discrimen venerit narrat S. Gregor. *lib.* 3. *dialog. cap.* 7. Ioannem Bosnensem Episcopum cùm meretricula solicitaret in eius maxillam tam fortiter colaphum impegit, vt ad terram allideret, quod ei maximam apud Fridericum II. Imper. & aulicos reuerentiam conciliauit, vt habet Thom. Cantipr. *lib.* 3. *c.* 3. §. 43. Ab insolentiis igitur carnis nosmetipsos defendamus, quæ nos necare conatur. De Dorotheo Monacho narrat Nicephorus *lib.* 11. *Ecclesiast. historia cap.* 6. quòd interrogatus cur quotidie corpus suum duris, asperrimisque affligeret pœnitentiis, respondit; *quia id me necare contendit*, ac si diceret. Carnem mortifico, quia caro me mortificare & interficere quærit.

Si quis ergo vult extinguere flammam libidinis, 25
ponat inimicitias inter se & mulierem. Sufficiat igitur deceptam se à serpente hactenus decepisse; non det aliquis sanguisugæ sanguinem ad sugendum, seipsam semiplenam velit nolit, euellat à cute. Mulier certè dicitur à mollitie, quasi mollier, quod actiuè intelligitur & passiuè, vt facilè molliat, & faciliter molliatur. Malleus etiam à molliendo dicitur, eo quod ferrum, & alia dura molliat, & contundat, sic & mulier animos quantumcunque duros effœminat, & remollit. Vnde D. Hieron. *Ferreas mentes ipsa libido domat.* Et Claudian.

Ferrea lasciuis mollescunt corda sagittis.

Est igitur malleus mulier per quam diabolus mun- 26
dum mollit, & malleat vniuersum. Si quis igitur vult ab hoc malleo fugere, mulierum conuersationem euitans exeat de fornace ferrea Babylonis.

Mulieres enim sunt via iniquitatis, percussio 27
scorpionis, arma diaboli, per quas faciliùs consueuit fortes animos superare, flammigero igne perenti cùm proxima stipula ignem accendit: ego iudico quod spinas germinent cum vitis fœminæ habitantes, & in tali conuictu viscarium diaboli deesse non potest. Vnde præclarè S. Gregorius Nazian. in sentent. *Horrendi sunt dracones, subdola aspides, vtriusque feræ vim mulier amplexa est.* S. Cyprian. *de singularitate clericorum, morbos aspides sibilant, & mulier fundit concupiscentia pestilentiam,* Et S. Chrysost. *homil.* 15. *Et quidem ego existimo in hoc mundo nullam bestiam esse mala mulieri comparabilem. Quid inter quadrupedia leone sæuius? sed nihil ad hanc. Aut in serpentibus quid dracone atrocius? sed ne hoc quidem cum muliere mala conferri potest.* Adeò vt faciliùs feræ edomentur, quàm mulier, hinc illud eiusdem S. Patris eodem loco. *Scio ego & aspides blandimentis incantantium mitigari, & leones, & tygres, & pardos domita feritate mansuescere, non item mulier mala.* S. Ephræmus Syrus *in tract. aduersus improbas mulieres*, sic in eas inuehitur, *leones in lacu Danielem veriti sunt, at Naboth Iesabel occidit. Cete ventre suo Ionam seruauit, Dalida verò Sampsonem septem crinibus capitis eius abrasis tradidit alienigenis. Dracones, & aspides, ac bestiæ cornutæ Ioannem in eremo timuerunt, Erodias verò in conuiuio ipsum decollauit. Corui Eliam in monte sustentarunt, vt Iezabel ipsum, post beneficium plaga acceptum ad internecionem persecuta est.*

Attendendum est igitur, quòd aduersarius, qui 28
B. Iob filios & possessiones abstulerat vniuersos, suam ei reliquit vxorem, non ad solatium, sed ad suæ malitiæ propositum consummandum, vt per fœminam vinceret, quem plagis, & verberibus, & infinitis tentationum generibus non poterat superare. Nulla enim videbatur liberior, & opportunior nocendi occasio, quàm per familiarem inimicum, & domesticum proditorem; scriptum est enim: *Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Sciebat vtique ille inueteratus dierum malorum quòd natura mulieris quanto fragilior, tanto flexibilior est ad culpam, & ex quadam deprauatione innata procliuior ad nocendum.

Huius autem euirationis fidem nobis faciunt ple- 29
nissimam frequens rerum experientia, & multiplicitas exemplorum. Per fœminam namque Ioseph incarceratus est, Naboth occisus, Sanson vinculatus, Hysboseth interfectus, Salomon factus apostata, Dauid homicida & proditor, Sisara clauo confossus, Constantinus Imp. Leonis Imp. filius exoculatus, Eraclius Imp. Eraclij Magni filius veneno extinctus,

Antigonus ſtreouiſſimus armis proditoriè iugulatus, Cyrus Rex Perſarum capite truncatus, Baptiſta præcurſor Domini decolatus. Noo igitur tutom cunſortium mulieris, quæ teſte Oiigene caput eſt peccati, arma diabuli, expulſio Paradiſi, delicti mater, deſtructio legis antiquæ.

Glos. IX.

Hoſpitalem.

SVMMARIVM.

1 *Domus Epiſcopi debet eſſe commune fidelium hoſpitium.*

2 *Hoſpilitas laudanda, amplectenda, & amanda, quia Deum meretur recipere.*

3 *Exempla ſacra Scriptura, & SS. Patrum referuntur nos ad hoſpitalitatem maximè incitantia.*

4 *Munus temporale accipit is, cui tribuitur, qui tribuit verè recipit donum ſpirituale, & cæleſte.*

5 *Hoſpitalitatem, vt Epiſcopus populo exhortetur, debet prius ipſe ſeruare.*

6 *Hoſpitalitas vſque adeo in Eccleſiaſticis eſt neceſſaria, vt ſi ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.*

7 *Epiſcopus largam debet habere manum neceſſitatem patientibus ſuccurrendo.*

8 *Domus Epiſcopi ad hoc eſt inſtituta, vt omnes in hoſpitalitate recipiat.*

9 *Circunſtantia, qua ſint attendenda in liberalitatis executione, oſtenditur.*

10 *Largiendi prudentia in quibus conſiſtat, oſtenditur.*

11 *Dalmatica latas manicas habente cur Epiſcopus induatur, oſtenditur.*

12 *Epiſcopus hoſpitalitatem exercens, & eleemoſynam faciens, non ſua, ſed aliena elargitur, & n. 13.*

14 *Clericus quicquid prater neceſſarium victum, & veſtitum de altario retinet, rapinam facit, & ſacrilegium committit.*

15 *S. Ambroſius, vt captiuos redimeret, vaſa Dominica conflauit.*

16 *S. Ioannes Alexandrinus Patriarcha cum primum decimumquartum annum ageret, miſericordiam ſibi deſponſauit.*

17 *S. Auguſtinus omnia pauperibus erogauit.*

18 *S. Paulinus Nolenſis Epiſcopus ampliſſimas diuitias ſuas pauperibus largitus fuit.*

19 *S. Gregorius Magnus peregrinos quotidie ad menſam adhibebat.*

20 *Hoſpitalitatis, & beneficentia laus in Pralato pracipuè praſulgere debet.*

21 *Bonum amabile, vnicuique autem proprium.*

22 *Beneficia homines ligant.*

23 *Hoſpitalitatis, eleemoſyna, & cuiuſvis beneficij meritum potius in animi alacritate conſiſtit, quàm in doni magnitudine.*

24 *Cor, & non ſubſtantiam in dando penſat Dominus.*

25 *Eleemoſynas tenetur Pralatus dare in publico, & ad hoc ipſum ante ſe tuba canere.*

26 *Magnopere dolet Auctor, quòd, vbi quis in Epiſcopatum deſignatus eſt, protinus ad eum vndique amici, & conſanguinei occurrunt.*

27 *Epiſcopus debet eſſe ſicut Melchiſedech, ſine patre, ſine matre, & ſine genealogia.*

28 *Oculi Domini in omni loco contemplantur bonos, & malos.*

29 *Experientia compertum eſt in Eccleſia Dei à propinquis, & conſanguineis Epiſcoporum multa mala inuecta fuiſſe.*

30 *Filios habens, & nepotes, an poſſit in Epiſcopum eligi? oſtenditur.*

31 *Clerici bonorum Eccleſia non domini, ſed diſpenſatores ſunt.*

32 *Clemens IV. quam dotem filiabus legitimè ſuſceptis ante Pontificatum, & qua beneficia nepotibus Clericis contulerit? oſtenditur.*

33 *Pius V. Collegium Illuſtriſſ. D D. Cardinalium conſuluit, poſſet ne ſexcentos aureos fratris filia collocanda dare.*

34 *Epiſcopus ceſſante fraude, & praſumpta conſanguineorum affectione, poterit bona Eccleſia ſolita dari in emphyteuſim, potius in conſanguineos, quàm in extraneos alienare, & modicas facere donationes, vt eis ſubueniat.*

35 *Benefacere, & egenis ſubuenire ita eſt Epiſcopi proprium, vt ad hoc pluſquam alij ex officij obligatione, & dignitatis ſublimitate teneatur.*

36 *Generoſi animi eſt, & maleſici iuuare, & prodeſſe.*

37 *Beneficium ingratum eſt, quod diu inter manus dantis haret.*



Portet Epiſcopi dumom hoſpi- 1
tiom eſſe commuoe fidelium, vt iu ex-
poſiriooe huius loci dicit Diuus Hie-
ronymus. † Et ſecundùm quendam 2
modernum, hoſpitalem noſter Apo-
ſtulos quætit Epiſcopom, qui cupidus ſit, amanſque
hoſpitum, & peregtinorum, vt illos domo excipiat,
tractet, foueat, ac multò magis, qui vicinis, ciuibuſ-
que ſuis indigentibus benignè facere velit. Hinc
S. Gregor. ſcribens *ad Ioannem Epiſcopum: Hoſpitali-
tatem,* inquit, *neſciens non fiat Epiſcopus.* Et Hierony-
mus *ad Oceanum: Ante omnia,* inquit, *hoſpitalitas fu-
turo Epiſcopo denuntiatur. Si enim omnes illud Euangelij
audire deſiderant: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me, quanto
magis Epiſcopus, cuius domus omnium debet eſſe hoſpi-
tium? Laicus enim vnum, aut duos, aut pauces recipiens
implebit hoſpitalitatis officium; Epiſcopus, niſi omnes re-
cipiat, inhumanus eſt.* Eſt enim hoſpitalitas multum
laudande, amplectenda, inquirenda, & amanda, quia
Deum meretur recipere, Matth. 10. *qui vos recipit, me
recipit.* & Matth. 5. *qui recipit vnum talem paruulum in
nomine meo, me ſuſcipit.* Vnde Hieron. *ad Nepotianum.
Menſula tua pauperes & peregrinos ſuſcipiat, & cum
illis Chriſtus conuiua erit.* Sacra res eſt menſa hoſpi-
talis, dicit Seneca *lib. 4. de Officijs,* & Cicero *lib. de
Officijs. Rectè,* inquit, *laudanda eſt hoſpitalitas, eſt enim,
vt mihi videtur, valde decorum patere domus hominum
illuſtrium hominibus illuſtribus.*

Epiſcopi igitur in ſacra Scriptura, & Sanctorum 3
Patrum ſcriptis ad hoſpitalitatem maximè incitantur: in primis exemplo Abrahæ, & Loth *Geneſ. 19.* quorum domos ſemper hoſpitibus apertæ erant, non autem Sodomitarom, quæ hoſpitibos erant clauſæ, in quorum opprobrium Angeli dixerunt, in platea manebimus. Vnde Hieronym. Abraham, & Loth Angelos ſuſceperunt, quia hoſpites dilexerunt. Et exemplo viduæ, quæ Eliam in hoſpitio recepit, cui toto tempore famis, farina, & oleum non defuerunt, 3. *Regum* 17. Deinde exemplo Rahab, quæ quia recipit nuntios filiorum Iſraël, ideo cum parentibus ſuis ſeruata eſt, *Ioſue* 6. & omnes alij ciues occiſi ſunt. Deniqoe quia hoſpitalitas diſponit ad ſuſceptionem diuinæ gratiæ, & præparat, quod oſtenſum eſt *Luca vlt.* vbi diſcipuli cognouerunt Dominum coactum hoſpitari cum eis, etiam in fractione panis. Vnde Gregor. *in homilia: Ipſe quoque*

Dominus

Dominus non est cognitus à Discipulis in via dum loqueretur, & in domo cognosci dignatus est, dum pasceretur: sic etiam quandoque diuina cognitio infunditur hospiti, vel hospitis gratia alicuius Sancti viri in hospitio recepti. Et S. Augustinus *serm.* 140. *de tempore*, ita ait. *Tene hospitem si vis agnoscere Saluatorem, quod tulerat infidelitas, reddit hospitalitas; Dominus ergo præsentauit se ipsum in fractione panis.* Scitè etiam S. Ambros. *lib.* 2. *offic. c.* 21. sic dicit. *Tanta est apud Deum hospitalitatis gratia, vt ne potus quidem aquæ frigidæ a præmiis remunerationis sit. Vides, quia Abraham Deum respicit hospitio, dum hospites quærit? Vides, quia Loth Angelos suscepit? quis scis an & tu cum suscipis hospitem, suscipias Christum.* Huc faciunt Theodulphi verba *epist. ad suos Presbyteros. Sciant sanè quicunque hospitalitatem amant, Christum se in hospitibus recipere.* Et illa S. Augustini *lib. contra hæreses* 5. *Disce Christum sine discretione inhibere hospitalitatem, ne fortè cui domum clauseris, cui humanitatem negaueris, ipse sit Christus.*

4 Hospitalem quærit noster Apostolus Episcopum, qui cupidus scilicet sit amansque hospitum & peregrinorum, nam cui tribuitur, is accipit munus temporale, qui tribuit, recipit donum spirituale, & cœleste. Vnde quod ait Apost. 2. *ad Cor.* 9. *Augebat incrementa frugum iustitiæ vestræ*, interpretatur ibi *Theophylactus: Dabit Deus hic incrementa iustitiæ, & gloriæ in cælo. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum*, inquit Ecclesiast. *cap.* 4. *& ad dandum collecta.* Eandem beneficentiam & Saluator exigit à suis Discipulis *Matth.* 5. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* Et *Matth.* 24. *Beatus ille seruus, quo Christi familiæ dat cibum in tempore.* Nam, vt ait S. Ambros. *lib.* 2. *de offic. cap.* 16. *Quò plus te operari viderit populus, magis diliget. Scio plerosque Sacerdotes, quò plus contulerint, plus abundasse: quoniam quicunque bonum operarium videt, ipsi confert, quod ille officio suo dispenset; securus quod ad pauperem sua perueniat misericordia. Nemo enim vult nisi pauperi suam proficere collationem.*

5 Cùm Episcopi exemplo Christi laborare debeant, vt non solùm verbo, sed exemplo prædicent, quia per facta obtemperatur doctrinæ, secundùm Philosoph. 7. *ethic.* vnde dicitur: *Credibiliora sunt facta, quàm verba, ideò non poterant alios exhortari conuenienter ad hospitalitatem sicut debent, nisi ipsi hospitalitatem teneant. Episcopus enim sequendo Apostolum exhortantem cæteros ad hospitalitatem sequendam ad Roman.* 12. ibi, *hospitalitatem sectantes, debet alios inducere ad tenendum hospitalitatem, quod malè poterat, si ipse non teneat. Si enim Sacerdos primum à seipso, & à domestica Ecclesia sua debet exigere, quod postea populis impertiat: si primum imitando Christum ipse debet facere, quæ postea populum doceat; necesse est vt pauperes hospitio recipiat, quo ad hospitalitatem faciliùs suo exemplo subditos attrahat.*

6 Vnde hospitalitas vsque adeò Episcopis est necessaria, vt si ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari. Gratian. *in princip.* 85. *dist.* Si enim vidua in Ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recipit hospitio, quæ pedes Sanctorum non lauit, quæ omne opus bonum non est exequuta; multò magis sunt prohibendi à Sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde hospitalitatis opera despicientes *in Gangrensi Concilio cap.* 11. excommunicantur. Hinc etiam Ioannes Euangelista *in epist. sua*, quendam Diotrephem excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de Ecclesia eiiciebat. Caueat igitur Episcopus ne sit de numero eorum, quibus in iudicio dicetur: Hospes eram, & non suscepistis me, *Matth.* 25.

7 Episcopus largam habeat manum, necessitatem patientibus succurrat, alienam inopiam, suam credat: quia si hoc non habet, in vacuum nomen Episcopi tenet. In ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerum & personarum: rerum, inquam, vt non omnia vni, sed singulis quædam præstentur, vt pluribus prodesse possimus, iuxta illud *Psal.* 111. *dispersit, dedit pauperibus:* personarũ verò, quia primò iustis debemus dare, &c. ita Gregor. scribit *lib.* 5. *epist.* 29. *seu cap.* 129. *Secundino seruo Dei*, relatus *in cap. fratrem* 86. *dist.* Nam † domus Episcopi ad hoc est in- 8
stituta, vt sine personarum acceptione omnes in hospitalitatem recipiat, & ideo non debet habere canes, quia non morsibus, & latratibus canum, sed hymnis custodienda est domus eius, ne hi, qui confidunt ibi se inuenturos leuamen miseriarum suarum, versa vice morsibus canum lanientur.

In liberalitatis executione attendendæ sunt mul- 9
tæ circumstantiæ, videlicet, fides, causa, locus, tempus, modus, necessitudo, ætas, debilitas, conditio. Grandis culpa est, si fidelis egeat te sciente, ille præcipuè, qui egere erubescit. Item probanda est alia liberalitas, vt proximos sanguinis tui non despicias, quibus pudor est ab aliis poscere, non vt illos diuites facias, sed vt paupertatem, & egenum iuues, vitamque tibi perpetuam fructu boni operis acquiras. D. Ambros. *lib.* 1. *de officiis cap.* 30. relatus *in cap. non satis, & in cap. est probanda* 86. *dist.* Considera ætatem, vt senibus plus largiaris, qui sibi iam nequeunt victum quærere. Considera etiam debilitatem, considera verecundiam, quæ ingenuos prodit natales. Non tamen vult Dominus simul effundi opes, sed dispensari, & in ipso pauperis dato mensuram tenere, vt abundes pluribus. Quantò enim minora sunt, quæ sparguntur, tanto plures erunt, qui recipiant. Ex puro affectu, ac sincero fiat eleemosyna, non conciliandi fauoris gratia, vltra modũ effundendum. Omnia hæc ex D. Ambrosio *d. loco.*

Gregor. *in* 3. *par. Pastoralis, cap.* 21. ponit pruden- 10
tiam largiendi. *Primò* enim attendendum ne serò præbeatur, quod citò dandum est, iuxta illud; *ne dixeris amico tuo: Vade, reuertere, cras tibi dabo, cùm statim possis dare. Secundò* ne sub specie largitatis inutiliter spargant sua, aut multa dent, vbi pauca sufficerent, iuxta illud 2. Corinth. 8. *Non vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio*; qui enim ita sua effundunt, vt postmodum egeant, frequenter in impatientiam præcipitatur. *Tertiò*, ne totaliter vacuum dimittant pauperem, cui semper aliquid, vel parum dandum est, iuxta illud Luc. 6. *Omni petenti te tribue. Quartò* ne aliquid demus, cui nihil penitus dandum est, vt histrioni, &c.

Induitur igitur Episcopus Dalmatica latas ma- 11
nicas habente, quia oportet, vt noster Apost. ait *ad Titum* 1. illum sicut Dei dispensatorem Hospitalem esse benignum, liberalem, non turpis lucri cupidum. Maioris enim peculij dispensatorem plura expendere oportet; qui diuitias opésque veras esse putet, si non studio omni aliena bona corrodat, sed vti indigentium penuriam sua liberalitate adimat, quia sua commoda propinquorum bona deputet. Egentis enim mentem doctrinæ sermo non ita facilè penetrat, inquit Gregor. *in* 2. *par. Pastoralis cap.* 7. si hunc apud eius animum manus misericordiæ non commendat. Tunc autem verbi semen facilè germinat, quando hæc in audientis pectore pietas prædicantis rigat. De quo illud dicitur Psal. 111. *Dispersit, dedit pauperibus.* Non fisco, non hæretico, potenti, & non factioso ciui, non carni, & sanguini, non tenaci, & quæ nunquam compleri potest, arcæ: tantò minùs non libidini, & cupidi-

tarl; sed dispersit, dedit pauperibus: hoc est, Seminaria futuræ pietatis, & eruditionis extruxit: adolescentes præstantes ingenio quamplurimos domi, forisque opibus suis educauit: Parochiis desertis, ac depopulatis Pastores, & Sacerdotes suis copiis aluit: redeuntes ab errore benigne, & liberaliter suscepit, captiuos redemit, & virgines orbas elocauit, peregrino hospitio suscepit, viduis, orphanis, morbo atque ætate fractis opem tulit. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Fœnus hoc solum, inquit S. Leo *epist.* 1. *cap.* 4. aspicere & exercere debemus, vt quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus. Neque enim nos hæreditate possedimus Sanctuarium Dei, sed alienæ sortis dispensatores sumus. *Cuius peculij vsus quidem*, ait Bernard. *lib.* 2. *de considerat. est bonus, abusio mala, & solicitudo peior, quæstus autem turpissimus.*

12 *Pondera hæc ô Pastor*, ait Gregor. *epist.* 21. *lib.* 11. *non largiris tua, sed aliena. Quid ergo mirum, quòd tota die lustrent domum Episcopi pauperes, cùm sit ea domus dispensatoris rerum ipsorum? Possent enim vociferari ad valuas, imò vsque ad secretum cubiculum, dicentes: Da nobis nostru, alioquin contra te vociferabimus ad Dominum rerum, tuæ dispensationi commissarum, dicentes: Domine non vult nobis dare, quæ illi, vt nobis daret, dedisti.*

13 *Clamant pauperes ad Pontifices*, ait Bernardus *ad Henric. epist.* 42. *cur in superfluitates vestras consumitis, quæ nostris debentur necessitatibus? nostris enim necessitatibus detrahitur, quicquid accedit vanitatibus vestris. Quid conferunt tot mutatoria? nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis: nos sumus fratres vestri, & vos de nostra portione pascitis oculos vestros, & ita vita nostra cedit vobis in superfluas copias. Duo mala ex eadem radice prodeunt; dum vos ipsos vanitatem sequendo perditis, & nos spoliando perimitis. Et quæ sic consumitis, neque labore manuum, neque negotiationis studio, neque iure hæreditario possidetis: sed bona nostru sunt. Et quamuis hi pauperes, ait, modò non audeant aperire os aduersum vos, & exigere partem suam; quibus interim pro sua vita necesse habent potiùs supplicare; tamen in futuro stabunt in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Stante pro eis patre orphanorum, & iudice viduarum, qui dicet vobis* Matth. 25. *Quandiu non fecistis vni ex his minimis meis, nec mihi fecistis.*

14 Et per eundem Bernardum *ad quendam Canonicum*, sic dicitur: *Conceditur tibi si altari seruias, vt de altario viuas, non tamen, quòd emas frena deargentata, grisea, variaque pellicia; quicquid ergo præter necessarium victum, & vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* Quibus verbis quid acrius dici potuit? Idem etiam penè Hieronym. *in Esaiam*, relatus *in cap. si cupis* 16. *quæst.* 1. his verbis. *Præter victum, & vestitum, & manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas, ne filiorum panes canes comedant. Idem etiam super illud* Esai. 3. *Rapina pauperum in domo vestra, ita ait: Rapina pauperum in domibus Sacerdotum, qui Ecclesiæ opes sibi thesaurizant, & in deliciis abutuntur, quæ ad sustentationem pauperum dantur, & sibi reseruant, vel propinquis distribuunt, & aliorum inopiam suas, vel suorum diuitias faciunt.* His addo Apostolorum canonem relatum *in cap. quisquis* 12. *quæst.* 2. hæc ipsa de re ita statuentem: *omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam habeat Episcopus, & ea velut Deo contemplante dispenset, nec ei liceat ex iis aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis, quæ Dei sunt, condonare: quòd si pauperes sint, tanquam pauperibus subministret, ne eorum occasione Ecclesiæ deprædentur.* Diuus etiam Augustinus *in serm. ad Herem.* ait: *Memento quòd pauperem vitam Sacerdos gerere debet, & ideo si superbam habet, si magno gaudet beneficio, præter victum, & vestitum, pauperibus dare non differat.*

Diuus Ambrosius, vt captiuos redimeret, non 15
solùm vasa dominica conflauit, sed etiam libentissimè inuidiam, & calumniam sustinuit, vt ipse ait *lib.* 2. *de officiis* in hæc verba: *Nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus vasa mystica, vt captiuos redimeremus, quod Arrianis displicere poterat: nec tam factum displicere, quàm vt esset, quod in nobis reprehenderent. Quis autem est tam durus, immitis, & ferreus, cui displiceat, quòd homo redimitur à morte, fœmina ab impuritatibus barbarorum (quæ grauiores morte sunt,) adolescentula, vel pueruli, vel infantes ab idolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabantur? Quam causam etsi non sine ratione gessimus, tamen ita in populo prosequuti sumus, vt confiteremur, multòque fuisse commodiùs astrueremus, vt animas Domino, quàm aurum seruaremus. Qui enim sine auro misit Apostolos, & Ecclesias etiam sine auro congregauit. Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt roget, & subueniat in necessitatibus. Quid opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri, atque argenti de templo Domini Assyrij sustulerint? Nónne meliùs conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum (si alia subsidia desint) quàm sacrilegus contaminata asportet hostis? Nónne dicturus est Dominus: Cur passus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum vt ministrasses alimoniam, cur tot captiui deducti in commercium sunt, nec redempti? cur tot ab hoste occisi sunt? Meliùs fuerat, vt vasa viuentium seruares, quàm metallorum. His non posset responsum referri. Quid enim diceres: Timui ne templo Dei ornatus deesset. Responderet: Aurum Sacramenta non quærunt, nec auro placent, quæ auro non emuntur, ornatus Sacramentorum, redemptio captiuorum est. Et verè illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus Thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Tunc vas Dominici sanguinis agnosco, cum in vtroque videro redemptionem, vt calix ab hoste redimat, quos sanguis à peccato redemit. Quàm pulchrum, vt cum agmina captiuorum ab Ecclesia redimuntur, dicatur: Hos Christus redemit. Ecce aurum, quod probari potest, ecce aurum vtile, ecce aurum Christi, quod à morte liberat, ecce aurum, quo redimitur pudicitia, quo seruatur castitas. Hos ergo malui vobis liberos tradere, quàm aurum reseruare. Hic numerus captiuorum, hic ordo præstantior est, quàm species poculorum. Huic muneri proficere debet aurum redemptoris, vt redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro sanguinem Christi non solùm irrutilasse, verùm etiam diuinæ operationis impressisse virtutem redemptionis munere.*

S. Ioannes Alexandrinus Patriarcha cognomen- 16
to Misericors, siue Eleemosynarius apud Surium 23. *Ianuarij*, cùm quintumdecimum annum ageret, misericordiam sibi desponsauit ipso suæ in Patriarcham electionis die. *Non iustum est*, inquit, *ô Fratres ante alterius cuiusquam curam habere, quàm Christi. Euntes ergo per totam ciuitatem, conscribite mihi ad vnum omnes dominos meos, & auxiliatores* (ita vocabat pauperes.) Mira autem celeritate annotati sunt supra septem millia quingentos, quibus cum annonam, & singulos dies per suum procuratorem sustentationem constituisset, ad Templum consecrandus perrexit. Testamentum eius, teste Simeone Metaphr. sic habebat: *Age tibi gratias Domine Deus meus,*

meus quòd me dignum censueris, qui tua tibi efferrem, & quòd ex mundi donis nihil aliud sit mihi reliquum, nisi tertia pars nummi, quam ipsam iubeo quoque dari pauperibus, qui sunt mihi fratres in Christo.

17 S. Augustinus *epist.* 89 *ad Hilarium quæst.* 4. *Ego*, inquit; *qui hæc scribo, perfectionem, de qua Dominus locutus est, quando ait diuiti adolescenti* Matth. 19. *Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me: vehementer adamaui, non meis viribus, sed gratia ipsius adiuuante sic feci: & ad hoc propositum, quantis possum viribus, alios exhortor, & in nomine Domini habeo consortes.* Et Possidonius illius discipulus, & quadraginta annis contubernalis Calamen. Episcopus in eius vita *cap.* 23. sic ait: *Pauperum verò semper memor erat, eisque inde erogabat, vnde & sibi, suisque omnibus secum habentibus erogabatur, hoc est ex reditibus possessionum Ecclesiæ, vel etiam ex oblationibus fidelium.* Et *cap.* 24. *interea dum Ecclesiæ pecunia deficeret, hoc ipsum populo Christiano denunciabat, non se habere, quod indigentibus erogaret.* Et *cap.* 31. *Testamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Christi non habuit.*

18 S. Paulinus Nolensis Episcopus, vt testis est S. Gregorius Turonens. *lib. de gloria Confessorum, cap.* 107. cùm audiuisset prædictum Domini consilium *Matth.* 19. amplissimas diuitias suas, quas in fundis, domibus, & aliis rebus possidebat, diuendidit, & pauperibus erogauit, támque prolixa in miseros benignitate fuit, vt auctore S. Gregorio Magno *lib.* 3. *dialog. cap.* 1. vt cuncta, quæ ad Episcopi vsum habere potuit, captiuis indigentibus largiretur, cúmque iam nihil omnino superesset, viduæ pretium pro redemptione vnici filij captiui à VVandalis postulanti: Mulier, inquit, quod possim dare non habeo, sed memetipsum tolle seruum, me iuris tui esse profitere, méque vt filium tuum recipias, me vice illius in seruitium trade. Vnde illum S. August. *lib.* 1. *de ciuitate Dei, cap.* 10. vocat ex opulentissimo diuitem voluntate pauperrimum, & copiosissimè sanctum.

19 S. Gregorius Magnus peregrinos quotidie ad mensam adhibebat, in quibus & Angelum, & Angelorum Dominum peregrini facie accepit. Pauperes, & vrbanos, & externos, quorum numerum descriptum habebat, benignissimè sustentabat. Ita Ioan. Diacon. *in S. Gregorij vita, lib.* 1. *c.* 10. & *lib.* 2. *cap.* 22. & 24. Hospitalitatem se præstitisse Bassianus Ephesinus Episcopus *act.* 11. *Conc. Chalced.* his verbis declarat. *Ego*, inquit, *à iuuenili ætate mea vixi cum pauperibus, & ptochium feci, & in eo posui septuaginta lectos, & omnes languentes, & vlceratos hospitio suscipiebam.*

20 Hospitalitatis & beneficentiæ laus in Prælato præcipuè fulgere debet, cùm nihil sit quo æquè amabilem illum populo reddat, ac subueniendi, beneque de aliis merendi studium, vulgus siquidem vix putat alios esse bonos, quàm beneficos. Vnde *in Prouerb.* 22. dicitur: *Victoriam & honorem accipiet, qui dat munera.* Et Dominus noster cùm signa multa fecisset, dixit Ioan. 6. *Quæritis me, non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* Quid, quæso, vel mirabilius, vel magnificentius, vel maiori honore dignius quàm signa illa ingentia, quæ filius Dei edebat in mundo? At natura humana tanto seipsam amore complectitur, suisque commoditatibus vsque adeo intenta, & infixa est, vt omnibus signis portentosisque miraculis suas rationes anteferat: maiorique Dominum beneuolentia, & honore prosequatur quòd populorum famem expleuerit, quàm quòd ingentia miracula ediderit. Hinc
vulgata illa Philosophi sententia. † *Amabile bo-* 21
num, vnicuique autem proprium. Vnde manauit & illa:
*Qui beneficia inuenit, compedes inuenit: imò & aliquid
compedibus maius.* Vincula enim hæc pedes tantùm
ligant, † beneficia verò non modò corpus, sed 22
etiam mentem, animum, atque præcordia ipsa nexibus
charitatis vinciunt. Et ideò Episcopis tantopere
eleemosynarum largitio commendatur, vt per
eam potissimum, & popularium suorum beneuolentiam,
& probitatis opinionem, sibi maximè necessariam
concilissent, qua illorum animos & ad obediendum
alacriores, & ad imitandum promptiores,
& ad doctrinam percipiendam paratiores redderent.
Et dicit Chrysost. *homil.* 53. *super Matth. Liberalis
anima non sinit nostras lampades extingui, internas
vestes ex rubeis candidiores niue facit.* Hæc est, quæ
in perpetuum tibi seruat, quæ hic possides, hæc
facit præclaros homines hîc, & in futura vita.
Melius namque est habere famam misericordis,
humani, benigni, quàm eloquentissimi oratoris.
Huius † hospitalitatis, eleemosynæ, ac cuius- 23
uis beneficij meritum potius in animi alacritate
consistit, quàm doni magnitudine: nam, vt inquit
S. Ambros. *lib.* 1. *offic. cap.* 30. & habetur *in
can.* 14. *dist.* 86. *Non satis est bene velle nisi studeas etiam
bene facere, neque satis est iterum benefacere, nisi id
ex bono fonte procedat, hoc est, ex bona voluntate proficiscatur:
hilarem enim datorem diligit Deus,* 2. *ad
Corinth.* 9. Docuit Scriptura, vt ait idem Ambros.
lib. de viduis, quàm misericordem in pauperes, &
liberalem esse conueniat, nec paupertatis debere
contemplatione reuocari; quia liberalitas non
cumulo patrimonij, sed largitatis definitur affectu.
Denique Dominica voce illa vidua omnibus antefertur,
de qua dictum est *Luca* 21. Vidua hæc plus
omnibus misit, in qua moraliter Dominus instituit
vniuersos, ne quis à collatione ministerij paupertatis
pudore reuocetur, nec sibi diuites blandiamur,
quòd plus videantur conferre, quàm pauperes: vberior
est enim nummus è paruo, quàm thesaurus è
maximo; quia non quantum detur, sed quantum resideat
expenditur. Et S. Gregor. *homil.* 5. *in Euangel.
Exteriora nostra*, inquit, *Domino quamuis parua sufficiunt,
† cor namque, & non substantiam pensat. Nec* 24
*perpendit, quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur.
Ante Dei oculos nunquam est vacua manus à
munere, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate; nihil
quippe Deo offertur ditius bona voluntate.* Optimum
proinde est Diui Aug. *in Psalm.* 103. *concl.* 1. consilium.
Supplicem, inquit, *nullum spernas; & cui dare non
potes, quod petierit, non eum spernas; si potes dare, da:
si non potes, affabilem te præsta. Coronat Deus intus
voluntatem vbi non inuenit facultatem. Nemo dicat, non
habeo; charitas non de sacculo erogatur.*

Hinc refert Gerson, *in* 2. *part. suorum operum in* 25
egregio opusculo, cuius titulus est, *de temperantia, &
modestia Prælatorum*, quod Prælatus non solùm licitè
potest dare eleemosynas in publico, & ante se tuba
canere (hoc est, se manifestare cùm dat eleemosynas)
sed etiam ad hoc ipsum tenetur pro loco, & tempore,
quoniam positus est in exemplum aliorum, velut
lucerna ardens super candelabrum, vt omnibus luceat,
qui sunt in Ecclesia. Quod si fecerit, omnis
vtique auaritiæ suspicio tollitur. Ille enim, qui dixit,
Matth. 6. *Cùm facis eleemosynam, noli tuba canere*,
&c. etiam dixit Matth. 5. *Luceat lux vestra coram hominibus*,
&c. Per hoc docens opera Christianorum,
& specialiter Prælatorum in abscondito esse facienda
(quoad intentionem non captandæ laudis humanæ)
& in publico etiam propter augmentum diuinæ

gloriæ. Vnde Gregor. *Sic fiet opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto.*

26 Illud magnopere dolendum est, quòd vbi primum quis in Episcopum designatus est, velut prædam quandam Episcopatum esse arbitrantes, protinus ad eum vndique amici, consanguinei, affines, viri potentes, & nobiles accurrunt, aliusque filium in famulum, alius fratrem, alius nepotem, alius seruum offerunt: instant, obsecrant, vrgent, atque omni ratione miserum Pastorem vexant, famulisque onerare contendunt (quos vt semel admiserit, excludere perpetuò non possit) vt nisi constanti, & infracto animo sit, importunitati victus cedat, & contentioni flagitantium. Quo fit, vt tot oneribus pressus, tantisque expensis addictus, vix quicquam ei supersit, quò & multorum inopiæ, & periclitanti Ecclesiæ subuenire possit.

27 Episcopus igitur debet esse sicut Melchisedech, sine patre, sine matre, & sine genealogia, superando teneros affectus erga consanguineos. Imò Dominus vt suos erudiret Vicarios, semper asperè loquutus ad consanguineos suos, quoties intercessit negotium cum eis. Aliquando enim dixit Marc. 10. *Nescitis quid petatis.* Et Lucæ 2. *Quid est quòd me quærebatis?* Et Ioan. 2. *Quid mihi & tibi mulier?* Et Marc. 3. *Quæ est mater mea, aut fratres mei*, &c. quasi dicat, non habeo alios consanguineos, nisi qui Patris mei voluntatem faciunt. Vnde S. August. *serm.* 21. *de Eremit.* sic ait: *Consanguinei veniunt ad me, aliquando cum minis, aliquando cum blandimentis, dicentes: Da nobis aliquid Pater, caro enim tua sumus; & tamen Dei gratia, & vestris orationibus nondum ditaui aliquem consanguineum, quia chariores mihi repute pauperes, quàm diuites, quia bona Ecclesiarum patrimonium pauperum sunt. Non enim subterfugijs Deum fauere possumus: nam in*
28 *omni loco* † *oculi Domini contemplantur bonos & malos*, Prouerb. 15. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius, Apostol. *ad Hebr. cap.* 4. *Nihil est*, ait S. Ambros. *lib.* 1. *offic. cap.* 26. *quod magis ad vitam honestam proficiat, quàm vt credamus eum iudicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta delectent.* Et Cicero *lib.* 3. *Offic. Satis*, inquit, *abundè in Philosophia aliquid profecerimus, persuasum esse debet, si omnes Deos, hominésque celare possimus, nihil tam auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.*

29 Longa seculorum multorum experientia docuit multa in Ecclesia Dei à propinquis, & consanguineis Episcoporum inuecta fuisse: siue quia non eos ipsi mores indicant, quos Episcopus aliis prædicat; siue quia beneuolentia, & charitas Pastorum, quæ in gregem suum congrua quadam porportione distribuenda erat, à cognatis vtplurimùm absorbeatur. Per filios enim solet Ecclesiarum substantia periclitari, *cap. de Syracusana* 28. *dist.* Et Episcopi solent esse cæci circa nepotes, secundùm gloss. *in cap. peruenit* 1. *quæst.* 3. Bald. *in auth quicumque, C. de sacrosanct. Eccles.* Ias. *in vsibus feudorum, tit. qui feudum dare poss. ante num.* 14. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 37. Vnde *in auth. quomodo oportet Episcopos,*
30 *§.* 1. *collat.* 1. constituitur, ne quis † habens filios, vel nepotes, etiam legitimos, in Episcopum eligatur, sumpta voce *nepotes* propriè pro filiis filiorum, *l. Iurisconsultus, ff. de gradib. cogn.* secundùm Abb. *in cap.* 1. *de test. am. num.* 3. quæ constitutio refertur *in d. cap. de Syracusana.* Et non posse de Iure communi habens filios, vel nepotes eligi in Episcopum, nisi dispensatiuè, tenet Innoc. *in d. cap.* 1. quem sequitur Abbas *ibi num.* 2. & Nau. *de spolijs clericorum*, §. 19. *num.* 2. vbi dicit hanc opinionem Iuri scripto esse magis consonam, licèt contrarium disponat *cap. Episcopus qui filios* 12. *quæst.* 2. & contraria viguerit consuetudo. Quapropter multi Episcopi habentes filios, à Sede Apost. ad Episcopatus fuerunt promoti, ex opinione Host. quæ communiter est recepta, vt testatur Nauar. *dict. §.* 19. *num.* 2. & illis, dummodo idoneis, conferunt beneficia, Abb. *in cap. quia cleric. de iure patron. & cons.* 96. quem refert Flamin. *de resign. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 123. Hæc igitur Ecclesiarum bona non debent malè impendi; illa enim non sunt data vt Prælatorum ditescant nepotes, non vt alta erigantur palatia, talia nempe in domibus Regum sunt ad hosce vsus. Audi S. Concilium Trident. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 1. in hæc verba: *Omnino vero eis interdicit ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiarésve suos augere studeant, cùm & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent; sed si pauperes sint, ijs, vt pauperibus distribuant: eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa: imò quam maximè potest, eos sancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus*
deponant. Hactenus Conc. † Qui donant œconomi 31
sunt, & serui Domini Dei sui, cui rationem reddituri sunt bonorum administratores. S. Gregor. *p.* 3. *Pastor. cap.* 21. *Admonendi sunt*, inquit, *qui iam quæ possident, misericorditer tribuunt, vt à cœlesti Domino dispensatores se positos subsidiorum temporalium agnoscant, & tantò humiliter præbeant, quantò & aliena esse intelligant, quæ dispensant. Cumque in illorum ministerio, quibus accepta largiuntur, constitutos se considerant, nequaquam eorum mentes tumor subleuet, sed timor premat.* Et Theophylact. *in Lucam. Opulentos*, ait, *Dei comparatione non esse dominos diuitiarum, sed alienarum rerum dispensatores, quæ à Domino Deo nobis concredita sunt, vt illas bene dispensemus, sicut ipse imperat, & iuxta mentem ipsius, cuius voluntas est, vt datis vtamur in conseruorum vsus, & non in proprias delicias.* Et S. Ambros. *in fine lib.* 7. *comment. in Lucam. In quo*, ait, *discimus non ipsi esse dominos, sed potius alienarum villici facultatum.*

Nam prouentus Ecclesiastici aliud non sunt, quàm sanguis Christi, & Sanctorum, sicut opes, quas quis parauit laboribus suis, dicuntur eius sanguis; sic pretium vniuersitatis, sanguinem, inquam, Christi, marsupiis includi, & exitiali Iudæ imitatione Christum prodi denuò dicit S. Bernardus. Ditantur hinc à plerisque nepotes errore non nouo: nam etiam ante quatuor secula, Petrus Blesens. *epist.* 51. dixit: *Hodie pro filijs, quos abstulit Prælatis Ecclesiæ Deus habere nepotes in dissipationem patrimonij Christi, & in suæ salutis dispendium permittuntur.*

Hæc omnia nonnulli Prælati silentio prætereun- 32
tes pretium vniuersitatis suis marsupiis includentes, patrimonium crucifixi, aut nepotibus erogant, aut damnabiliter retinent, aut distribuunt consanguineis indiscretè. Nónne considerant infelices quòd morituri sunt? nónne cogitant quòd requiret Dominus ab vnoquoque villicationis propriæ rationem, & honorem proprij principatus? Propter hoc irritauit impius Dominum. Dicit enim in corde suo: Non requiret; sed certè requiret exactissimè vsque ad nouissimum quadrantem, & retribuet abundanter facientibus superbiam; malos vtique malè perdet, vineam suam aliis agricolis locaturos. Væ operariis vineæ Domini Sabaoth, si cum sarmentis abscindantur, & in ignem mittantur. Væ Pastoribus si numerentur in sinistra cum hœdis.

Væ

Væ cultoribus Dominicæ messis, si cum palea comburantur. Certè præclarum exemplum est Benedicti XI. qui nullum ex suis propinquis ad aliquod Ecclesiæ munus accersiuit: dicere namque solebat Pontificem propinquos non habere, Matth. Tymp. *in speculo Ecclesiast. signo* 104. & historiam de aduentu suæ matris ad illum in habitu humili, quam primùm videre noluit in altiori narrant Fray Hernando del Castillo *en la historia de la Orden de sante Domingo lib. 1. cap.* 50. Muñoz *en la vida de Fray Luis de Granada lib. 2. cap. 1. in fine.*

Nicolaus IV. Pontifex in cognatos, & affines ita semper affectus fuit, vt iis nihilo plus debere se diceret, quàm cuiuis bono: itaque hoc quasi domestico vinculo expeditus, eo faciliùs omnes suas curas in communibus Ecclesiæ commodis curandis defigebat. Clemens IV. qui cùm ante Pontificatum duas filias legitimè suscepisset, vni in monasterio collocatæ triginta tantùm libras dedit, alteri, quæ marito suæ conditionis nupserat, trecentas libras dotis nomine numerauit, & hac conditione ne quid ampliùs peteret; habuit & nepotem clericum, quem ex tribus præbendis, quas habebat, vnam vt eligeret, & reliquas dimittere coëgit; instantibus amicis, vt potiùs nepoti maiora tribueret, respondit se Deo, non autem carni, & sanguini acquisiturum, & Pontificibus Romanis filios non esse, nec eis licere, quod suum non esset, propinquis dare, Fulgent. *lib. 4. cap. 3.* Ignat. *lib. 4. cap. 3.* Plut. *de Cardin. c. 25.* Matth. Tymp. *in speculo exemplorum, signo* 13. Pelag. *de planctu Ecclesia lib. 2. cap. 15.* Vnde, quia lectu iucunda, & fructuosa est epistola, quam ad nepotem Pert. Grossum scripsit, eius verba subiunxi, *Multis de nostra promotione gaudentibus, nos soli sumus, qui certius immensitatem oneris experimur: idcirco quod alijs gaudium, nobis subministrat metum, & fletum. Sanè vt scias qualiter his auditis, debeas te gerere, scire te volumus quòd humilior solito debes esse: neque enim quòd nos vehementer humiliat, debet nostros extollere, maximè cùm honor huius saculi momentaneus sit, & sicut ros transeat matutinus. Nec ad nos te, nec fratrem tuum, vel ex alijs nostris aliquem venire volumus sine nostro speciali mandato, quia spe sua frustratus, si secus venire prasumeret, oporteret vt rediret confusus. Sed nec in sororis tua nuptijs quæras propter nos altiorem, nec enim nos haberes propitios, nec in aliquo adiutores; si tamen eam filio militis desponsaueris, in trecentis libris Turonensibus tibi proponemus subuenire. Et si altiora quasieris, nec à nobis denarium speres vnum, & hoc ipsum secretissimum esse volumus, & tibi & matri solummodo notum esse. Illud etiam scias, quòd nullum, nullámque de sanguine nostro, sub nostra sublimationis obtentu inflari volumus, sed tam Mobiliam, quàm Cæciliam illos viros habere volumus, quos habent, si essemus in simplici clericatu. Sibyllam visita, & dic ei quòd locum non mutet, sed remaneat apud Susam, & omnem maturitatem, & habitus honestatem obseruet, & preces apud nos pro aliquo non prasumat assumere: nam & ei, pro quo fierent, essent inutiles, & ipsis, qui rogauerint, damnosa. Et si fortè per aliquos ex hac causa munera efferantur, ea respuat, si vult nostram gratiam retinere. Saluta matrem, & fratres.* Hæc ille: cuius auctoritas in tantis operibus & potestate ostendit, qualiter Pontifex erga propinquos gerere se debeat.

33 Pius V. Cardinalem Alexandrinum nepotem rebus agendis sibi adiutorem sic adhibuit, vt suam ipse auctoritatem retinendo non vni omnia defferet, sed grauiora quæque ipse cognosceret, cunctáque amplissimorum Patrum consilio moderaretur, & cum multi Magnates, & Principes viri aliquando ei subijcerent dotes, & alia propinquis data subsidia tenuiora videri, quàm talis, tantíque Principis cognatos deceret, posséque largiori manu cum illis agi, respondit: Quin etiam de his modicis an salua conscientia dederimus sæpè nobis venit in mentem dubitare. Hæc enim bona sunt Ecclesiæ in eius tantùm sacros vsus, non ad luxum, aut ad ditandos propinquos à sanctis legibus destinata: se ad Summum Pontificatum à Deo vocatum fuisse vt Ecclesiæ suæ, non vt consanguineorum, aut commodis inseruiret, aut cupiditati, Gabuti. *in eius vita lib. 6. cap.* 14. Meritò igitur Aluar. Pelag. Conlusitanus noster *lib. 2. de planctu Eccles. cap.* 15. sic ait: *Vtinam ante mentis oculos omnes Prælati illum Dauidicum versum tenerent, Quæ vtilitas in sanguine meo cum descendero in corruptionem*, Psalm. 29. *quem versiculum allegauit quidam sanctus Prælatus, cuidam suo consanguineo ipsum de promotione inquietanti.*

Cùm maiorem charitatem, & pietatem in suos, 34
quàm in extraneos exercere quis debeat, *cap non satis 86. dist.* omni scilicet cessante fraude, & præsumptione, quæ pro consanguineorum affectione stat, text. *in cap. quisquis 12. quæst. 2. cap. in canonibus 16. q. 1.* poterit Episcopus cæteris paribus consanguineos in officiis, & muneribus aliis extraneis præferre, modò sint digni, & de illis confidere possit, qui etiamsi sint pauperes, poterit illis Ecclesiæ redditus distribuere, & vberiori manu ratione status, sed non augere nimis, nec ditari, ne videatur ædificare Sion in sanguinibus, arg. *cap. Episcopus & si manifestè, c. res Ecclesia 12. q. 2.* poteritque bona Ecclesiæ solita dari in emphyteusim potiùs in consanguineos, quàm in extraneos alienare. Bursat. *consil.* 127. *num.* 4. & 78. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 18. *num.* 19. *vers non obstat, & consil.* 79. *num.* 1. & 4. *cum seqq.* Barthol. Perett. *in comment. ad extrauag. Ambitiosa, de rebus Ecclesia non alien. verb. ac de rebus, & bonis à num.* 60. Surd. *de alimentis, tit.* 8. *priuil.* 92. *num* 2. Flamin. *d. quæst.* 17. *num.* 124. Cardoso *in praxi iudicum, & aduocat. verb. emphyteusis, num.* 21. Chald. Pereira *de potestate elig. cap.* 13. *num.* 2. 8. & 11. & modicas inter viuos facere donationes, vt eis subueniat, de quo tamen videbis, quæ resoluunt Ceuall. *Communium contra commun. quæst.* 388. *num.* 33. Fr Ludouic. Beia *in responsis casuum conscientia part.* 2. *casu* 25. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 70. *num* 2. Chald. Pereira *d. cap.* 13. *num.* 13. Molina *de primogen. lib.* 2. *c.* 10. *à n.* 33. Molin. Theologus *de iustitia tract* 2. *disp.* 148 *conclus.* 4.

Benefacere, & egenis subuenire ita est Episcopi 35
proprium, vt ad hoc plusquam alij ex officij obligatione, & dignitatis sublimitate teneantur, quia, vt dicit Cicer. *in Lal. Fructus ingenij & virtutis, omnisque prestantia, tum maximè capitur, cùm in proximum quemque confertur.* † *Generosi animi est*, dicit Seneca, & 36
magnifici, iuuare, & prodesse. Nec ob beneficia iterum collata à postulatis de nouo abstinendum. Est enim, dicit Plin. *lib. 3. epist.* 4. natura ita comparatum, vt antiquiora beneficia subuertas, nisi illa posterioribus cumules. Et conseruandum est veteris beneficij meritum nouo, quia si quid vnum neges, hoc solùm meminerunt, quod negatum est, sed hoc ex mundi legibus petitum, Christiano viro nil faciendum, qui, quicquid boni agit, Dei intuitu agit.

Sic demus, ait Seneca *lib. 2. de benefic. cap. 1. quomodo* 37.
vellemus accipere, ante omnia libenter, citò, sine vlla dubitatione. Et alibi: *Noluit, qui diu distulit, ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæret, quod quis agrè dimittere visus est, & sic, tanquam sibi prariperet.* Et paulò pòst: *Illud melius occupare antequam rogemur.* Et appellat rogatum, molestum verbum, onerosum, dimisso vultu dicendum, quia nulla res carius constat,

ſtat, quàm quæ precibus empta eſt, & vt dicit Apul. *Non leui mercede emit, qui precatur, aut paruum pretium accipit, qui rogatur*, & Cic. *act.* 7. *in Verrem. Malo emere, quàm rogare.* Vnde Hildeſ. Epiſcop. Turonen. *epiſt.* 27. ſic ait: *Omnis benignitas properat, & proprium eſt libenter facientis citò facere Tardè velle nolentis eſt argumentum, & qui citò dat, bis dare intelligitur. Celeriter præſtanda ſunt beneficia, vt potius accipias improuidus, quàm importunus extorqueas.*

G L O S. X.

Doctorem.

S V M M A R I V M.

1 *Doctorem, id eſt, potentem docere, Epiſcopum eſſe oportet.*

2 *Fortuna nulla eſt, quamquam humilis, & abiecta, quæ doctrinæ ſplendore, atque ornatu non fiat illuſtrior.*

3 *Epiſcopus omnium Sacrarum interpretationum, atque factorum ſcientia debet eſſe præditus.*

4 *Mitra Epiſcopi vtriuſque Teſtamenti ſcientiam deſignat.*

Scripturas ſacras, & Canones ſcire, omnibus Epiſcopis, & Sacerdotibus decens eſt, & neceſſarium, ibid.

5 *Scriptura ſacra lectio quas vtilitates afferat, oſtenditur.*

6 *Epiſcopus eſt veritatis lumen, vt lucis ſuæ radiis ignorantiæ tenebras ab omnibus pellat.*

7 *Doctorem oportet eſſe Epiſcopum, vt etiam exemplo vitæ ſuæ doceat, laboretque in verbo & doctrina.*

Doctores loquentes, & non facientes damnati ab Iſidoro, ibid.

Sermoni vita reſpondere debet, ne aliud loquamur, aliud operemur, ibid.

8 *Scientia inflat non quidem ſuo, ſed hominum vitio.*

9 *Scientia vera afficit, non extollit.*

10 *Scientia ſine charitate inflat.*

11 *Mentis aciem non ſolum operatio, ſed ipſa etiam diuinorum eloquiorum meditatio acuit, & illuſtrat.*

12 *Prædicare ſæpiſſimè exemplo, & verbo debet Epiſcopus ſcientia, qua decet præditus.*

13 *Prædicandi munus Epiſcopis incumbit.*

14 *Eccleſia ſine Epiſcopo comparatur arenti alueo.*

15 *Prædicare debet Epiſcopus exemplo intentus, & n.* 16. 17. *&* 20.

18 *Nemo ſine ſpeciali Dei auxilio ad eum venire, ac alios ad illum adducere poteſt.*

19 *Sanctitas hominis & cum ipſo ore concordia ad prædicandi munus exercendum requiritur.*

21 *Viſitandi diœceſim ſolicitudo inter paſtorales curas, & virtutum exercitium præcipuum locum habet.*

22 *Præſentia Epiſcopi velut ſpiritualis quidam ſol tenebras flagitiorum, & perditorum hominum virtutis ſuæ fulgore depellit.*

23 *Viſitatio Epiſcopi perſonalis quas vtilitates portet, oſtenditur.*

24 *Epiſcopum non ſufficit mittere probos viros ad illuſtrandas parochias, ſed oportet & ipſum ire.*

1 OCTOREM, id eſt, potentem docere, Epiſcopum eſſe oportet, ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docendi officium accepit, quod exequi neſcit, vel negligit, vt ait Gratian. *in princ.* 68. *diſt.* Vnde Turrect. *n.* 46. Præpoſ. *num.* 1. & D. Acuña *in princip. diſt.* 43. *num.* 4. tenent quòd Epiſcopus debet docere; rectè enim Cicero ſic ait: *Vt ager, quamuis natura fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt, ſic neque ſine doctrina animus. Duo ſunt*, inquit Lactantius, *quæ ſimul efficiant illud, quod quæritur: ſcientia id præſtat, vt quomodo, & quò perueniendum ſit, nouerimus: virtus, vt perueniamus; alterum ſine altero nihil valet.* Cùm ipſe ſummus inter Philoſophos Socrates rogatus eſſet, quod ei animal pulcherrimum videretur? *Homo*, inquit, *ſcientia exornatus.*

Si doctrina tantum ſplendoris hominibus affert, 2
& nulla eſt fortuna, quanquam humilis, & abiecta, quæ doctrinæ ſplendore atque ornatu non fiat illuſtrior; quid eis præſtabimus, qui in excelſo conſtituti viuendi leges, atque iura cæteris præſcribunt? qui oculi mundi ſunt, & veluti ſol quidam in Eccleſiæ cœlo reſidentes, ignorantiæ noctem ab hominum mentibus depellunt? Doctrinam ab Epiſcopo Apoſtolus requirit, non lauream, ſed hanc quaſi doctrinæ teſtem exigit Concil. Trident. dum vult gradu Licentiaturæ in Theologia, vel iure Canonico inſignitos eligi in Epiſcopos. Hæc eſt prima Epiſcopi, qua Epiſcopus eſt, dos: *ſummam eam*, inquit, Hilar. *lib.* 8. *de Trinit. omnium virtutum Epiſcopalium eſt ſcientia & doctrina.* Et Hieronym. *ad Oceanum Abſque ſermone*, inquit, *conſeruatio quantum exemplo prodeſt, tantum ſilentium nocet. Eſt enim doctrina*, inquit Theoph. *in cap.* 1. *ad Titum, virtus, & character Epiſcopi. In litteris enim* (ait Chryſologus *in quadam epiſtol.*) *prudens inueniat, vnde ſapientior fiat: ibi bellator reperit, vnde animi virtute roboretur, inde Princeps accipit, quo populos ſub æqualitate componat: nec aliqua in mundo poteſt eſſe forma, quam litterarum non augeat glorioſa notitia.*

Quoniam (inquit diuinus ille Areopagita) perfi- 3
ciens omnis Sacerdotij vis, & ſcientia, à diuina myſteriorum auctore bonitate diuinis Pontificibus datur: iure ac merito in capitibus Pontificum, ſcrapta diuinitus tradita ponuntur, quæ compendio ſcienterque omnem Theologiam, omnem Dei operationem, doctrinam ſanctam; diuina, & ſacra verba, & opera, orationes, & actiones, quas Hierarchia noſtra habet Dei beneficii conceſſu, ac munere: quòd diuinus Pontifex, omni quidem facultate, quæ Pontifice digna eſt, præditus eſſe debeat, & omnium Sacrarum interpretationum, atque factorum, quæ Hierarchiam attingunt, vera atque à Deo tradita ſcientia non illuſtrari modò, verùm etiam aliis, vt Pontifici conſentaneum eſt, tradere, perficereque diuinis ſententiis, ac ſummis, vt ita dicam, promotionibus ex Pontificis dignitate omnia, quæ in tota Hierarchia, maximam vim perficiendi habent. Cùm † in 4
Epiſcopo Mitra vtriuſque Teſtamenti ſcientiam deſignet, vt ſuprà tetigi *tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 18. illam tenere debet, & in ſacræ Scripturæ lectione eſſe verſatus, Magiſter, & interpres, qua & alios ad veritatem erudire poſſit. *Legite*, ait S. Auguſtin. *tom.* 10. *Fratres mei Scripturam ſacram, legite, ne cæci ſitis, & duces cæcorum. Legite ſacram Scripturam, in qua quid tenendum, & quid fugiendum ſit, plenè inuenietis: legite eam, quia omni melle dulcior, omni pane ſuauior, omni vino hilarior inuenitur, &c.* Et quod omnibus Epiſcopis, & Sacerdotibus decens & neceſſarium ſit, ſacras Scripturas & Canones ſcire, cùm omne opus eorum imitatione, & doctrina conſiſtat, ædificentque cunctos tam Fidei ſcientia, quàm operum diſciplina. ex Bernard. *lib.* 1. *de conſid. ad Eugen.* tradit Moya *de concordia ſacrar. editionum contr.* 14. *poſt princ.* quem refert D. Acuña *in comment. ad cap* 1. *num.* 2. *diſt.* 38. † *Sacra* 5
Scriptura, ait idem Auguſtin. *conc.* 2. *in Pſalm.* 90. *ſunt*

litteræ

littera Dei ad nos de cœlo missa, exhortantes, vt bene viuamus. Optimè & S. Isidor. Pelus. *lib. 2. epist. 73. Sacrarum*, ait, *Scripturarum lectionem salutis viaticum esse existima, vt quæ eorum, qui eam studiosè, atque diligenter audiunt, probitatis amorem, ac virile robur præclaris, & illustribus exemplis parat.* & B. Isidor. Hispalen. Episcopus *lib. 3. de summo bono cap. 8. Geminum confert bonum lectio sacrarum Scripturarum, siue quia intellectum mentis erudit, siue quia à mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit.* Rectè verò monet Theodoretus, Episcopum ab Apostolo Doctoris nomine vocari, non qui sit eloquentia præditus, qui verborum flosculos pueriliter sectetur, sed eum, qui est eruditus in diuinis, & potest ea suadere, quæ conuenit; nam, vt ait Hieronym. *epist 83. ad Oceanum. Veteris præcepta legis & Pauli monita ad Titum perspicua docent Sacerdotibus necessariam esse doctrinam. Innocens enim, ait, & absque sermone conuersatio quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet, nam & latratus canum, baculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est.*

6 Episcopi iidem instituti sunt, vt lucis radiis ignorantiæ tenebras ab hominibus pellant, atque in eis veritatis lumen ostendant: vnde Saluator dixit *Matth. 5. Vos estis lux mundi.* Quemadmodum enim Solem, cæteraque luminaria initio mundi Deus in firmamento posuit, vt lucerent super terram: ita in firmamento Ecclesiæ Episcopos quidem, tanquam Soles, alios verò Doctores, tanquam cætera luminaria, & sydera ad illuminandas mentes hominum, designauit: vt lucem quam ipsi à Deo receperunt, aliis impertiantur. Ita diuina sapientia cuncta disposuit, vt infima dirigat, gubernetque per media: & in supremo quidem rerum cardine Deus est, in imo autem populus, medius verò, atque sequester (vt alter Moyses) Episcopus est, qui locum illius tenet, qui Dei & hominum mediator pro nobis factus est.

7 Hinc Chrysostom 1. *ad Timoth. homil.* 15. sic ait: *Vt quid dicit Apostolus: Oportet Episcopum esse Doctorem, nisi vt doceat? nec satis est quod doceat exemplo vita, imò oportet eum laborare in verbo & doctrina. Profectò si Præsul non pollet gratia doctrina, plurima ecclesiastica disciplina exempla peribunt. Quomodo enim lucerna, si non lucet? profectò inseparabile est lucere à lucerna: tenetur ergo lucere, quem Dominus voluit habere efficium lucerna.* Et, vt modernus quidam addit: *Sicuti fieri non potest, vt Sol illuminet, si obscurus sit, & caliginosus ita neque Doctoris munere perfungi is poterit, qui ignorantia tenebris inuolutus fuerit, atque demersus. Quod si ita sit, quid ex hoc consequi necesse est, nisi id quod Saluator ait* Matth. 6 *Si lumen, quod in te est, tenebræ sint, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Ridiculosa* (ait Sanctus quidam) *res est, & sit certè periculosa, speculator cæcus, doctor inscius, præcursor claudus, Prælatus negligens, & præco mutus.* Loquentes Doctores, & non facientes damnat S. Isidorus Pelusiota *lib. 2. epist. 28.* dum ait. *Neque docentium oratio perinde animos acuere solet, vt vita & mores.* In eandem sententiam hæc quoque habet idem sanctus Pater *eodem lib. epist. 275. Vita sine sermone magis prodesse solet, quàm sermo sine vita.* Hinc Cassiodor. *lib. 11. epist. 8. Non potest auctoritatem habere sermo, qui non iuuatur exemplo.* Det ergo suis Doctor dictis auctoritatem, opere compleat quæ docet, ducem se auditoribus suis præbeat, & veri Doctoris sustineat partes. *Magisterium*, ait S. Petrus Chrysologus *serm. 167. stat de scientia, sed magisterij auctoritas stat de vita, docenda faciens obedientem proficit auditorem, docere factis est sola norma doctrina; doctrina in dictis scientia est, in factis virtus; scientia ergo illa vera est, quæ fuerit mixta virtute, &c.*

Respondere sermoni vita debet ne aliud loquamur, aliud operemur; scitè S. Hieron. *epist. quæ est ad Nepotianum*, ita scribit. *Non confundant opera tua sermonem tuum, ne cùm in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: cur ergo hæc quæ dicis ipse non facis? Delicatus magister est qui pleno ventre de ieiuniis disputat; accusare auaritiam & latro potest: Sacerdotis Christi os, mens, manusque concordent.* Nicolaus Notarius S. Bernardi *epist. 39. Scio illum esse beatum, cui pulchro sermone vita sit pulchrior,* & S. Isidor. Pelusiota *lib. 2. epist. 148. si sermonibus nostris fidem haberi volumus, rectè viuamus.* Vnde B. Alcuinus *in Pöemate n. 179.*

Doctor erit magnus factis qui quod docet implet.

Et sanctus Prosper *libro epigr. n. 7.*

Non prodest cuiquam solis bona dicere verbis,
Ni pia mens habeat, quod bene lingua sonat.
Nam fari rectè, miserum est, & viuere prauè,
Damnat, nota malum regula iustitia.

Cùm ab Apost. 1. *ad Corinth.* 8. discamos, quòd 8
scientia inflat, non quidem suo, sed hominum vitio, qui bonis sæpè rebus ad perniciem abutuntur: ideo danda opera est, vt hæc ipsa scientia humilitatis virtute condiatur, ne turgescat fastu, & eam habenti noceat, quæ aliis præsidio esse solet, & saluti: id quod Gregor. *in Moral.* admonet his verbis: *Summa cura prouidendum est ne accepta sapientia, cum ignorantia tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat, & iam sapientia esse nequeat, qua & si locutionis virtute fulgeat, elationis tamen velamine cor loquentis obscuret.* Et alibi:
† *Vera scientia afficit, non extollit, nec superbientes, quos* 9
impleuerit, sed lamentantes facit, qua quisque cum repletus fuerit, priori loco se scire appetit: & iam sui conscius, tantò per illam robustius sapit, quantò se infirmum in illa verius recognoscit. † *Scientia enim sine charitate inflat,* 10
charitate verò formata ædificat: quantum verò charitas perficiat, inoetque scientiam, apertè docet Augustinus *de laude charitatis*, his verbis: *Diuinarum Scripturarum multiplicem abundantiam latissimamque doctrinam sine vllo errore comprehendit, & sine vllo labore custodit, cuius cor plenum est charitate.*

11 Non solùm igitur operatio, sed ipsa etiam diuinorum eloquiorum meditatio aciem mentis acuit, & illustrat: ideoque ait Psalmista *Psalm.* 118. *Super omnes docentem intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.* id est: Non quia in scholis diu inter præceptores versatus sum, sed quia in eloquiorum tuorum meditatione exercitatus sum, ideo omnes Doctores meos longè superaui. Ait etiam idem Propheta *Psalm. 32. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* Et iterum Psalm. 118. *A mandatis tuis intellexi.* hoc est, ingredi viis tuis, & mandata exequi. Sanctissimè legis tuæ intellectum mihi & cognitionem eiusdem legis auxi; quemadmodum quotidianus armorum vsus, & frequens consuetudo bellandi rei militaris scientiam parit. Si ergo diuinam vis scientiam assequi, cognosce, & ama ipsum scientiæ principem & auctorem, illum enim agnoscit, quisquis eum vehementer amat, quod rectissimè Plato sensit, cùm amare Deum philosophari esse dixit, & ipsum agnoscere: quod Regius Propheta significauit, cùm dixit *Psal.* 33. *Gustate & videte quàm suauis est Dominus.* Prius enim Dominum amando gustamus, deinde gustu ipso, quanta sit eius bonitas, & suauitas, edocemur. Vnde consequi videtur, vt quem Deus charissimum habeat, eum etiam secretorum suorum participem faciat; sicut ipse Discipulis testatur dicens Ioan. 15. *Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Hinc D. Augu-

stinus

ſtinus *contra Manich.lib.* 1.ait: *Si voluntatem Dei quiſque noſſe deſiderat, fiat amicus Deo, quia ſi voluntatem hominis noſſe quiſque vellet, cuius amicus non eſſet, omnes eius impudentiam deriderent: nemo enim efficitur amicus Dei, niſi purgatiſſimis moribus nullas diuinas res videre ac intelligere poteſt, niſi ad Deum accedat, illoque familiariter vtatur: nam purgato igne charitatis affectu, neceſſe eſt purgari etiam intellectum, cuius pleraque tenebræ, & turbulenti errores ex affectuum impuritate, corruptis moribus, deprauataque voluntate ferme oriuntur: quæ vbi ad malum propenſa eſt, ſuo etiam pondere atque impetu intellectum ad omne impuritatis genus trahit, ſibique obſequentem facit. Quo fit vt purgato affectu purgatior quoque, ſanior, & perſpicacior reddatur intellectus, iuxta illam Prophetæ vocem* Pſalm. 110. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum: hoc eſt, caſto & puro affectu colentibus Deum.*

12 Sic præditus, qua decet ſcientia Epiſcopus veluti ſuæ diœceſis ſol, & homo totus igneus, totus in conquirendis Chriſto animabus intentus exemplo ſemper & verbo ſæpiſſimè prædicare debet. Vnde noſter Apoſtol. 1. *ad Timoth.* 4. *Attende*, inquit, *lectioni, & exhortationi, & doctrinæ*. Et iterum: *Attende tibi, & doctrinæ, inſta in illis, ſic enim te ſaluum facies, & eos, qui te audiunt*. Vnde Gregor. *epiſt.* 27. *lib.* 6. ſic dicit: *Tantò celerius quiſque ab omnibus ſuis peccatis abſoluitur, quantò per eius vitam, & linguam aliorum animæ, ſuorum peccatorum nexibus ſoluuntur.* Et alibi: *Lingua Epiſcopi fomentum ſit bonis, aculeus malis, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros ac deſides excitet ac ſuccendat, aſperis blandiatur, deſperatos conſoletur.*

13 Prædicandi munus Epiſcopis ita incumbit, vt etiam Gregorius Summus Pontifex ſe ad illud adſtrictum agnoſceret, dum ſcribens ad Dominicum Epiſcopum Carthaginen. ſic ait *epiſt.* 39. *lib.* 2. *indic.* 10. *Epiſcopi eſt de prædicationis miniſterio ſemper cogitare, intentiſſimo timore conſiderans, quod receſſurus ad percipiendum regnum Dominus, & talenta ſeruis diſtribuens dicat* Luc. 19. *Negotiamini dum venio: quod profectò negotium tunc verè nos agimus, ſi viuendo, & loquendo proximorum animas lucramur, ſi infirmos in ſupremo amore roboramus: ſi proteruos, & tumidos gehennæ ſupplicia terribiliter inſonando flectemus: ſi nulli contra veritatem parcimus; ſi ſupernis amicitijs dediti humanas inimicitias non timeamus. Sed ad hæc ego pondus meæ infirmitatis expaueſco, cogitans rationem, quam ſum redditurus. Qua enim mente illum ſuſtinebo, cum de ſuſcepto negotio animarum lucrum nullum reporto* Idem Greg. *epiſt.* 37. *lib.* 4.
14 comparat † Eccleſiam ſine Epiſcopo arenti alueo. Cùm autem is venit in Eccleſiam ſuam, eſt velut cum fluuius reuertitur ad arida ſaxa, qui iuxta poſitas valles rigat, vt fructum ferant, aliud quidem trigeſimum, aliud ſexageſimum, & aliud centeſimum, & per fluenta linguæ erumpunt flores vſque ad fructus maturos. Quòd ſi dicat Epiſcopus, prædicationi inſto, ſed fructum non video: recolat pulcherrima illa Bernardi verba *ad Eugenium* ſic dicentis: *Fac quod tuum eſt: nam Deus quod ſuum eſt, ſatis abſque tua ſollicitudine, & anxietate curabit; planta, riga, fer curam, & tuas expleuiſti partes, ſanè incrementum Deus, quando voluerit dabit, Deus, inquam, non tu; quod ſi fortè noluerit, tibi deperit nihil. Communica cæleſte triticum ſine inuidia, & ſine deſidia: de ſolo tibi credito talento reſpondere tibi para. Si multum accepiſti, multum da; ſi modicum, & id retribue: etenim, qui in modico fidelis non eſt, neque in maximo erit. Totum quod habes da, quia totum repetendum eſt vſque ad vltimum quadrantem. In his duobus mandatis, verbi ſcilicet, atque exempli, ſummam tui officij ad conſcientiæ ſecuritatem pendere intelligo. Tu tamen ſi ſapis, iunge & tertium, ſtudium ſcilicet orationis. Manent itaque tria hæc; verbum, exemplum, oratio; maior autem horum eſt oratio, nam & ſi vocis virtus ſit opus, operi tamen, & voci gratiam efficaciámque promeretur oratio.*

Exemplo, vt ſuprà dixi, intentus prædicare debet 15
Epiſcopus, quia ſicut neceſſitate loci compellitur ſumma docere, Ideo eadem neceſſitate compellitur eadem vita, & opere monſtrare: tria enim hinc colligit S. Gregorius; *primò*, cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius quoque prædicatio contemnatur. *Secundò*, ille vberes prædicationis fructos colligit, qui ſemina bona operationis præmittit, nam loquendi auctoritas perditur, quando vox opere non adiuuatur. *Tertiò*, ſi negligis implere, quod doces, alijs meſſem ſeminas, & ipſe à frumenti participatione ieiunas. Quid inſanius quàm docere contemnendum faſtum, & epulas ſplendidas, & cætera huius generis, & hæc eadem operibus ſectari, imò credere neceſſaria ad auctoritatem officij. Ideò prædicator iubetur aſcendere ſuper montem excelſum, videlicet, vt ſit eleuatus à terrenis affectibus, & operibus; & non ſolùm debet vita tranſcendere malos, ſed etiam omnes bonos ſubditos, quia ſicut eos ſuperat honore Ordinis, ita & excellentia virtutis: omnibus deuotior, humilior, patientior, abſtinentior, largior, &c. quique nulla proſpera præſentis vitæ appetat, nulla aduerſa pertimeſcat: blandimenta mundi (conſiderato intimo terrore, ac periculo ſtatus ſui) deſpiciat: terrores autem mundi (conſiderato blandimento internæ dulcedinis) contemnat: non illum proſpera eleuent, non aduerſa perturbent, non blanda vſque ad voluptatem demulceant, non aſpera vſque ad deſperationem premant, contra vitia clamet, neque ceſſet, quaſi tuba exaltet vocem ſuam: non ſit ſicut illi, de quibus *Iſai.* 56. dicitur: *Canes muti non valentes latrare*; & noſter Apoſt. *ad Tit.* 1. *Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere.* Admonendi ſunt, ait S. Gregor. *lib.* 30. *Moral. cap.* 5. *& part.* 3. *Paſt. admonit.*
25. † qui rectè quidem verba legis intelligunt, ſed 16
hæc humiliter non loquuntur, vt in diuinis ſermonibus priuſquam aliis eos proferant, ſemetipſos requirant, ne inſequentes aliorum facta ſe deſerant. Et cum rectè cuncta de ſacra Scriptura ſentiunt, hoc ſolum quod per illam contra elatos dicitur, non attendant. Improbus quippe, & imperitus eſt medicus, qui alienum mederi appetit, & ipſe vulnus, quod patitur, neſcit: qui igitur verba Dei humiliter non loquuntur, profectò admonendi ſunt, vt cum medicamenta ægris apponunt, prius virus ſuæ peſtis inſpiciant, ne alios medendo ipſi moriantur. Admoneri etiam debent, vt conſiderent ne à virtute dicendi, viuendi qualitate diſcordent, ne loquendo aliud, & oſtendendo aliud prædicent: idem S. Doctor, & Pontifex, & Gregorius *lib.* 23. *Moral. cap.* 4. ipſum proſequitor his verbis: *Sanctæ vniuerſalis Eccleſiæ ſpiritualis quiſque prædicator in cunctis, quæ dicit, ſolerti cura ſe inſpiciat: ne in eo, quòd rectè prædicat, vitio ſe elationis extollat, ne vita à lingua diſcordet: ne pacem, quam in Eccleſia annuntiat, in ſe ipſo dum bene dicit, & male viuit, amittat. Sed ſtudeat ſummopere contra maledicos rumores aduerſantium, & defendere loquendo quod viuit, & ornare viuendo, quod dicit.*

Epiſcopus iuxta ſui nominis rationem in ſpecu- 17
la Eccleſiæ conſtitutus, aliorum pericula & proſpicere, & annuntiare debet. Pertinere autem ad omnes ſuo modo munus hoc indicat plane D. Auguſtinus *de ver. relig.* his verbis: *Hoc eſt lex diuina prouidentiæ.*

dentia, vt nemo à superioribus adiuuetur, ad cognoscendam gratiam Dei, qui non ad eandem pure affectu inferiores adiuuet. Hinc etiam D. Gregorius *in Moral.* ait: *Miles Dei superna gratia nixus auxilio, sic vulnera infirmitatis suæ curet, vt aliena non deserat. Certum est ad sanitatem animæ* (qui Apostoli huius officij finis est) *dono Dei hominibus contingere, nec vllam aut potentiam, aut vim dicendi ad hoc sine Dei præsidio posse sufficere, nam quò quisque sanctior fuerit, eò plures oratione sua Christo animas lucrifaciet, atque ideo in officio concionandi prior merito erit, atque præstantior. Vnde euidenter agnoscimus, neminem sine speciali Dei auxilio ad Deum venire, à peccatique morte excitari pos-
18 *so.* Sic enim apud *Ioan.* 6. legimus: † *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Et ideo propter hoc Dominus Discipulos suos, quos prædicatores instituebat, his verbis admonet apud Ioan. 15. *Sicut palmes,* inquit, *non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.* Quamlibet ergo disertus, quàmlibet potens in sermone quisque sit, frustrà tamen loquitur, frustra sudat, frustra clamat, nisi cœlestis huius magisterij vox interiori hominis aure sonet. Sic enim D. Gregor. *in Moralib.* ait: *Incassum homo exterius monetur, si intus cor eius gratia non repletur. Est enim mutum omne, si ille intus in corde non clamat, qui aspirat verba, quæ audiuntur;* rursusque idem *in homil. Nisi Spiritus sanctus adsit cordi audientis, otiosus est sermo Doctoris.* Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit; quia nisi intus sit, qui doceat, Doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Eandemque iterum alibi sententiam repetit his verbis: Nisi Spiritus sanctus auditoris corda repleat, ad aures corporis vox Doctoris incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterius possunt, sed hanc interiùs imprimere non valent.

19 Non solùm igitur oris, sed totius Ezechiel, etiam hominis sanctitas, & cum ipso ore concordia ad prædicandi munus exercendum requiritur, vt totus sit immaculatus, & purus; qui puritatis suæ participes alios efficere debet. Hinc D. Gregor. *super Ezech* ita ait: *Ille loqui veritatem nouit, qui prius benefaciendo didicit, & tunc verbi semen germinat, quando hoc in audientis pectore pietas prædicantis rigat. Propter quod Dominus cum Hieremiam prædicatorem creare voluisset, prius illum in vtero etiam matris ab omni peccati labe purgauit, vt singulari quadam puritate, & sanctitate esset insignis, qui alios ad sanctitatem, puritatemque vocare debeat. Esaiæ quoque labia cœlesti igne, & angelico ministerio purgantur, vt sic idoneus redderetur, qui alios à peccati sordibus purgare posset. Paulus verò vltra humana raptus est ad tertium cœlum, & cœlestia secreta cognouit, vt Ecclesiarum futurus Doctor inter Angelos disceret, quod inter homines prædicaret.* Meritò ergo D. Gregorius Nazianzenus mores optimi Concionatoris describens, ait: Mundari prius oportet, & sic alios mundare: sapientem prius fieri, & sic alios facere sapientes: lumen fieri, & sic alios illuminare: ad Deum accedere, & alios ad Deum adducere: sanctificari, & ita sanctificare, manus habere rectas, & sic cadentibus porrigere manus.

20 Laboret opere & exemplo in prædicando Episcop. In ipsa prædicatione debent quatuor considerare; *Primum* tempus, vt non semper loquantur, sed temporibus opportunis. *Secundum,* locum, quia in Ecclesia prædicatio fieri debet, vel in alio loco publico, & honesto, non autem in priuatis domibus, ne ex hoc nascatur suspicio hæresis. *Tertium* qualitatem audientium. *Quartum* modum, & qualitatem dicendorum, sapientibus enim, & dignis potest Prædicator alta, & profunda prædicare, simplicibus verò, & non capacibus pauca, plana, & vtilia, vt per Præpos. *num.* 3. Turrec. *num.* 4. D. Acuña *num.* 5. *in princip. distinct.* 43. Nec à proposito deuiet instituto, etiam quòd corda subditorum terrenis rebus siue secundis, siue aduersis irretiri videantur; nam maioris erit occasio damnationis sic audita doctrina, & non recepta, & maximo suo damno percipient lucem, quam reijciunt, salutem quam dispiciunt, doctrinam quam contemnunt, medicinam, qua non vtuntur, & gratiam, quam vltrò oblatam respuunt. Rectè Diuus Augustinus sic ait: *Ab exordio propagationis humanæ vsque ad finem quibusdam ad præmium, quibusdam ad iudicium prædicatur.* Quod ipse alibi eleganti explicat similitudine, dicens: *Simul pluit Dominus super segetes, & super spinas: sed segeti pluit ad hordeum, spinis ad ignem, non quod ipse Dominus ad hoc pluat, sed quod terra ipsa cœlestem desuper bibens imbrem, proferens autem spinas, & tribulos, his à quibus colitur reproba est, & maledictio proxima, cuius consummatio in combustionem, vt Apost. ait.*

Inter pastorales curas, & virtutum exercitium 21
præcipuum locum habet solicitudo diœcesim visitandi. Est enim visitatio quasi anima Episcopalis regiminis, quoniam per eam Pastor se diffundit, & expandit omnium suarum ouium commodis, & vtilitatibus, † verus quidem Episcopus dum exit ad 22
discurrendum per omnes parochias, est quasi sol egrediens ad illustrandas terras, vt videlicet tres actus illos hierarchicos exerceat, qui sunt purgare, illuminare, & perficere. Nam quemadmodum matutinus lucis splendor nocturnas tenebras fugat, ita Sancti Pontificis præsentia, veluti spiritualis quidam Sol tenebras flagitiorum, & perditorum hominum virtutis suæ fulgore depellit. Procedit enim ad exhortandum, prædicandum, arguendum, increpandum, sacro Chrismate confirmandum, & vt exploret quomodò Sacramenta administrentur, quanta reuerentia, & modestia diuinum Sacrificium celebretur: denique ad consolandum omnes lugentes, & egentes, tam spiritualibus, quàm temporalibus commodis. † Innumerabiles itaque sunt vtilitates, quæ ex 23
personali Episcopi visitatione proueniunt, per illam enim Basilicæ instaurantur, dierum festorum cultus restituitur, tenuiorum oppressiones arcentur, dissidia componuntur, concubinarij corriguntur, blasphemiæ, ludi illiciti, periuria profligantur, plurimaque mala alioquin ignota perniciosèque serpentia deteguntur, atque eliminantur; nam solis dumtaxat excommunicationibus, aut pœnis aliis criminibus medendum non est, sed potius verbis, auctoritate, & charitate, obsecrando, & increpando, & mille aliis modis, quos verus Pastor, & sponsus animarum excogitat, amans gregem quasi sponsam, quam non ita curat mercenarius visitator. † Non 24
sufficit igitur Episcopum mittere probos viros ad illustrandas parochias, sed oportet & ipsum ire, iuxta illud Lucæ *cap.* 10. *Misit Dominus Discipulos suos in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus,* & Ioan. 15. *posui vos vt eatis, & fructum afferatis.* Id enim eis conuenit quatenus Pastores suos, quibus præcipitur, vt diligenter agnoscat vultum pecoris sui, suosque greges consideret, vt videlicet eorum morbos, pericula, pabula, custodes, & cætera, quæ illis necessaria sunt, diligenter prouideant.

Ait ipse Saluator Ioan. 10. *Bonus pastor proprias oues vocat nominatim.* Multa præterea passim in visitationibus sese offerunt, quæ non cuiuslibet ministri, sed ipsius Episcopi auctoritatem, dignitatem, potestatem, atque opes interim requirunt, quæ quoniam solitis maiora sunt, maiori etiam auctoritate tractanda, & componenda sunt. Quòd autem in Episcopo requiratur scientia bene gubernandi domum suam, & familiam, vide infra *hoc eod. tit. glos.* 16. Et quòd etiam in eo requiratur scientia secularium scripturarum, probatur *in cap. legimus* 7. *§. hinc etiam, dist.* 37. vbi D. Acuña *num.* 3. & citat Gregor. Lop. *l.* 37. *tit.* 5. *part.* 2. Si verò ignarus sit eorum, quæ sunt ad Pastorale munus necessaria, an debeat se ab Episcopatu abdicare? vide Azor. *instit. moral. part.* 2. quem refert, & sequitur D. Acuña *in cap. omnes* 6. *num.* 5. *dist.* 38. vbi tenet debere Episcopatum dimittere, aut sibi idoneum adiutorem adsciscere, alioquin suo muneri, & officio non satisfacit.

Glos. XI.

Non vinolentum.

SVMMARIVM.

1 *Vini potatio nimia clerico comprimenda.*
2 *Vinum multum etiam citra temulentiam ferentibus Dominus sempiternum comminatur exilium.*
3 *Inebriari aliquem cogens qualiter peccet, ostenditur.*
4 *Vinum moderatè sumptum multa bona corpori, & animæ præstare potest.*
5 *Vinum immoderatè sumptum malorum omnium est origo, & quæ ex illo nascantur, ostenditur.*
6 *Ebrietas quibus signis cognoscatur, ostenditur.*
7 *Cretenses, Lacedæmonij, & Carthaginenses legem sanxerant, vt nullus in exercitu vini potationem gustaret.*
8 *Hispani omnes, & præcipuè Lusitani, præsertim dum pueri, & adolescentes sunt, ac mulieres, saltem donec viro copulentur, vini abstinentiam excolunt.*
9 *Vinum bibere fœminis ignominiosum semper fuit.*
10 *Marcellus Consul Romanus vxorem suam, eo quod vinum bibisset, fuste percussam interemit.*
11 *Egnatius Mecennius vxorem interfecit eo quod vinum bibisset è dolio, & à Romulo cædis absolutus fuit.*
12 *Mulier omnis, quæ vinolenta, & comessatrix est, eadem quoque meretrix est.*
13 *Abstinentia à vino laudabilis valde est, tam in viro, quàm in fœmina.*
14 *Aquam solum bibentes in inueniendis rebus sagaces, ac ingeniosi sunt.*
15 *Clericis ebrietatibus incumbere propter eorum auctoritatem prohibetur.*

1 
Psam propensionem ad nimiam
vini potationem clerico comprimendam, & edomandam esse admonet
Apost. *in præsenti*, quod iterum inculcat, *ad Titum* 1. *Non dixit*, teste Theophylacto, *temulentos, aut ebrios, hoc enim est omnino indignum: verùm non vinolentos, & multum potantes, potatio siquidem multa animæ, mentisque vim, & vigorem, licèt non eripiat, laxat tamen & debilitat, malique est exempli.* Neque solùm Deus vino obrutis, sed & multum vinum
citra temulentiam ferentibus sempiternum commi-
natur exilium, Isai. 5. † *Væ qui potentes estis ad biben-* 2
dum vinum, & viri fortes ad miscendum ebrietatem.
Non ergo solùm à crapula, & ebrietate se abstinere
debent clerici, ita vt non multum vino dediti sint;
sed etiam illud in primis ab eis cauendum est, ne
conuiuas, vel alios crebrioribus inuitationibus,
grandioribus poculis, & vitreis blanditiis, aut mina-
cibus verbis impellant, hoc enim non beneuolen-
tiæ, sed maleuolentiæ indicium est, vt more suo op-
timè docet S. Augustinus *serm.* 231. *de tempor.* † Qui 3
alterũ cogit, vt se plus, quàm opus est, bibendo ine-
briet, minus malum eius erat, si carnem eius vulne-
raret gladio, quàm animam eius per ebrietatem ne-
caret. O infelicitas generis humani, quàm multi in-
ueniuntur qui ebriosos & luxuriosos amplius quàm
oportet, cogunt bibere, & ante ostium pauperibus
petentibus, vel vnum calicem dissimulant dare Nec
attendunt quod illud, quod luxuriosis videntur inge-
rere, Christus in pauperibus deberet accipere, qui
dixit Matth. 25. *Quod fecisti vni ex minimis meis, mihi
fecisti*, &c. Et idem August. *in serm. insequent*, sic ait:
*Qui amico suo nimium propinat, in anima efficitur ini-
micus, corpus quoque eius debilitare, & animam proba-
tur occidere; qui enim ebrietatibus incumbunt, vltra
peccatum, quod incurrunt, podagra laborant, & ægri-
tudine diuturna macerantur.* Athenæus igitur *in sua hi-
storia de temulentis, lib.* 10. asserit Alexandrum Ma-
gnum ex nimio vini potu in infirmitatem incidis-
se, ac tandem ex ea decessisse, & *ibi* idem Athenæ.
refert, quòd cùm Callisthenes vir sapientia & elo-
quentia clarus eodem Alexandro conuiuante meri
poculum, quod ad eum peruenerat, expelleret, ro-
gante quodam cur non biberet, respondit nolle se
dum Alexandri poculum ebiberet, Æsculapio in-
digere.
Quemadmodum enim vinum moderatè sum- 4
ptum multa bona corpori & animo præstare potest,
vt propterea apud Athenæum *lib.* 11. Socrates vino
moderatè sumpto has tribuit qualitates, vinum ani-
mos rigans tristitias & dolores, quemadmodum
Mandragoras sopit, & hilaritatem, sicut oleum
flammam excitat, plantarum quoque exemplo, quæ
temperato imbre, & leni aura perflatæ rectè auge-
scunt, & florent, ad frugémque perueniunt. Plutar-
chus dicit, vinum hilaritatem afferre, metum abii-
cere, & veritatis fœcundissimum esse, Arist. 30. *sect.
problem*, asserit vinum moderatè sumptum coctio-
nem iuuare, cor exhilarare, cerebrum, & spiritus
vitales fouere, somnum conciliare. Plato 2. *de legi-
bus* dicit à Deo vinum contributum hominibus,
quasi obtimum præsidium conseruandi senectu-
tem, quòd vino iuuenescere videatur, & abolere
mœstitiam. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. sic ait: *Vino modico
nerui iuuantur, copiosiore læduntur, sic & oculi, stoma-
chus recreatur: appetentia ciborum inuitatur; tristitia
cura hebetatur, vrina ac algor expellitur, somnus concilia-
tur: præterea vomitatem sistit; collectiones extra lanis hu-
midis impositis mitigat.* Deinde subiungit: *Ascle-
piades vtilitatem vini æquari vix Deorum potentia
posse pronunciatur.* Galenus *lib. de causis morborum,
cap.* 3. affirmat vinum modicè sumptum calorem na-
turalem augere. Et *libr. de composit. pharmacorum se-
cundum locos, cap.* 3. ita loquitur: *Vinum nutrit, conco-
quit, roborat, putrefactioni resistit, & in intemperiem à
frigiditate, & humiditate contractam, citra omnem mole-
stiam, ac securè persanat.* Auicena 2. *primi doct.* 3. *c.* 11.
Vinũ, inquit, *ex sui essentia fortes efficit sanos, & viuificat
virtutem: propterea quòd velociter præbet augmentum in*

sub

substantia spiritus. Et Prosp. *lib. 2. de vita contempl. cap. 22. Paulus*, inquit, *Timotheo discipulo suo, qui se longa abstinentia fregerat, modico vino vti præcipit. Ac per hoc nihil contra abstinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, sed tantùm pro corporis salute bibunt.* Et quòd vinum moderatè potatum plurimas corporis præstet vtilitates, probat Gutierr. *canon. lib. 2. cap. 4. n. 32. cum seqq.* & à *n.* 31. ait vina de per se esse excellentia omnibus aliis rebus habentibus liquorem, & refert quorum locorum vina Hispania sint excellentissima. de hac re Petr. Mex. *in sylua var. lect. p. 3. c.* 16. Fr. Io. de Pineda *in agricultura Christiana, dialog.* 10. §. 16.

5 Ita etiam per contrarium vinum immoderatè sumptum malorum omnium est origo; nam est excitatiuum discordiarum, *c. luxuriosa 25. dist.* Aufert cor, sicut fornicatio 3. *Esdr. 3. Osea* 4. Et mentis inducit exilium, *cap. vinolentum 35. cap. sanè, §. nesciunt 15. quæst.* 1. Est incitatiuum ad luxuriam, Apost. noster *ad Ephes.* 5. & *Prouerb.* 20. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, cap. etsi Christus, ante fin. de iureiur. cap. luxuriari 35. dist. cap. à crapula, de vita & honest. cleric.* Apul. *lib.* 2. *asini aurei*, tradit vinum liberum esse hortatorem, & armigerum Veneris. Et S. Hieronym. *in epist. ad Oceanum*, sic ait: *Vinolentia scurrarum est, & comessatorum, ventérque mero æstuans citò despumat in libidines.* In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Affert huius rei exempla S. Hieronym. *epist.* 83. *ad Ocean. Noë*, inquit, *ad vnius horæ ebrietatem nuda femora sua, quæ per sexcentos annos sobrietate contexerat. Genes. 9. Loth per temulentiam nesciens libidini miscet incestum, & quem Sodoma non vicit, vina vicerunt, Genes.* 19. Ex his & aliis concludit idem B. Hieron. *in cap. 1. Titiana epist. Nunquam ego ebrium castum putabo, qui etsi vino consopitus dormierit, tamen potuit peccare per vinum. Dicat quisque quod volet, ego loquor secundùm conscientiam meam, scio mihi abstinentiam & nocuisse intermissam, & profuisse repetitam. Et vinum*, ait idem Hieronym. *epist. ad Eustoch. ac adolescentia duplex incendium voluptatis est, quid oleum igitur flammæ addiciam? qui ardenti corpusculo fomenta ignis administramus? Obstat deinde vinum vigiliis, & grauat corda hominum, & sensus, dict. cap. vinolentum.* Nimia denique vini perceptio aufert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, balbutit linguam, corrumpit sanguinem, membra debilitat, exhaurit substantiam, enetuat corpus, ac secreta pandit, prout de hoc damnabili, & graui vitio referunt Meooch. *de arbitr. casu* 404. *à num.* 1. Farinac. *fragm. crimin. pars. 7. lit. C. num.* 253. Less. *de iustitia, lib. 4. cap. 3. dub. 3. num.* 13. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 15. à num.* 39. ac alij citati per me *alleg. 28. num. 9. &* 10. latissimè Gutier. *canon. lib. 2. cap. 4. per tot.* & præcipuè *num.* 46. vbi ait quòd qui vino, ciboque se immergunt, stolidi, ignaui, obtusique fiunt, raróque longæui sunt, facilè ægrotant, difficiliter curantur, à corporis viribus, animæque virtute quamprimum destituuntur, fiuntque deliri, & omnibus contemptui, ludibrióque sunt, adeò vt necessarij, ac familiares omnes interitum optent. Ludou. Sotomaior *epist. 1. ad Timoth. cap. 3. verb. non vinolentum, in princ.* Audi D. Ambros. *lib. de Helia, & ieiunio, cap.* 14. *Rogas*, inquit, *ad iucunditatem, cogis ad mortem: inuitas ad prandium, efferre vis ad sepulchrum: cibos promittis, tormenta irrogas: vina prætendis, venena suffundis; omne enim quicquid nocet, venenum est. Tollis sensus, viscera exuris, somnum infert, caput vexat. Noxia est ebrietas ad corporis sanitatem, menti etiam crimen adiungit.* Nam; vt ait Salomon *Prouerb.* 23. *Vinum ingreditur blandè, sed in nouissimo mordet vt coluber, & sicut regulus venena diffundit.* Vnde Philo Iud. *lib. de plantat. Noë, & lib. de temulentia*, vini abusum damnat, & Clemens Alexand. *lib. 2. Pædag. cap.* 2. multa contra temulentiam atque ebrietatem scribit, allatis Salomonis, & Poëtarum testimoniis. Isidor. Pelusiota *lib. 1. epist.* 203. commemoratis Noë, Loth, atque Herodis ebrietatibus, subdit omnia vesana crimina à vino promanare. Multa aduersus ebrietatem scribit Seneca *epist.* 84. & inter alia inquit: *Non est animus in sua potestate ebrietate deuinctus: quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in summam partem vis caloris euectat; sic vino æstuante quicquid in imo iacet abditum effertur, & prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum, vino redundante, ita nec secretum quidem, quod suum, alieniúmque est pariter effundunt.*

7 Ebrietas hæc multis signis cognoscitur. Hipp. *lib. 2. prænotionum num.* 8. ebrium cognosci asserit, quia sudabit magis, quàm antea, & difficulter spirabit, & ipse seipso grauior erit, ac humidior: sed & lætior erit, si non caput ipsi affligatur. Galen. 2. *de meth. med* ebrietatis signa esse dicit supinum iacere, hiare, & stertere, & 10. *de simpl. medic.* facultatibus impletis, ac inebriatis vrina albida conspicitur. Aristot. denique *sect. 3. problematum* multa signa colligit, quibus ebrietas innotescere potest, præter quæ, alia etiam signa in vinolentis conspiciuntur, nempe stupiditas quædam, nimius risus absque causa, furor talis quandoque vt alios pulsent, mictio inuoluntaria, tortuosa deambulatio, oculorum inconsueta turbiditas, ac lucíditas, nimia ac irrationalis locutio, atque alij multi turpes effectus sequuntur secundùm naturam, quantitatem & qualitatem epoti vini, ac vtentis naturale temperamentum, adeo vt iure meritò, vt refert Aristot. 2. *Politic. cap. vlt.* ex Pittaci lege maiori pœna ebrij damnarentur, si quem pulsassent, quàm si sobrij fecissent: quòd enim pluries delinquant ebrij, quàm sobrij, non ad id respexit, quòd magis esse debeat ebriis venia, sed ad vtilitatem.

8 Patet igitur ex superiùs dictis quanta mala ab immodico vino oriantur, & ideo iure merito Plato *in extremis de potione sermonibus*, & Aristot. *lib. 1. œconomicorum cap.* 5. Carthagioensium legem de abstinentia à vino valde probant. Plato enim hæc dicit: *Verùm etiam potius Cretensium, Lacedæmoniorúmque vsui, Carthaginensium legem anteposuerim, vt nullus videlicet in exercitu hanc potionem gustet, sed toto illo tempore, aqua potione vtatur: & in ciuitate neque serui, neque ancillæ vnquam, neque Principes eo animo, quo in Imperio sunt, vinum gustent. Item neque gubernatores, neque Iudices, dum suo funguntur munere, vini quicquam assumant, nec quisquam de re aliqua insigni consilium initurus, nec interdiu quisquam omnino, nisi aut exercendi corporis, aut tollendi morbi causa. Item neque noctu quisquam aut vir, aut mulier cum filios creaturi sunt.* Alia quoque multa quis enumerauerit, in quibus recta mente, ac lege bene institutus à vino abstinere debet. Et hæc dicit Plato *de corporibus non ægrotis, sed rectissimè valentibus*, in quibus epotum vinum, tanquam tyrannus quidam animæ imperat, itaut quæ prius intelligebat, rectè amplius non intelligat, quæ prius faciebat, non rectè faciat, & idcirco ab ipso tanquam ab hoste cauendum Plato ait: *Nam si semel corpus immodicè ingreditur, gubernatorem impedit, quominus, vt*

decet, nauis gubernacula dirigat; milites ne in acie mo-
deſte ſe gerant, conturbat. Iudices cum iuſtos eſſe opor-
tet, aberrare, & omnes Principes vitioſe deminari, ni-
8 *hilque ſani imperare cogit.* † Vini igitur abſtinentiam
Hiſpani omnes, & præcipue noſtri Luſitani, præ-
ſertim dum pueri & adoleſcentes ſunt, ac mulieres
ſaltem donec viro copulentur, excolunt, & quod
ab antiquo etiam tempore Hiſpani abſtemij fue-
rint, refert ex Philarco Athenæus *lib.* 2. in hæc ver-
ba: *Hiſpanos quamuis hominum ditiſſimos, aquam bi-*
bere, ſolos cibum capere ob parſimoniam; indui tamen
9 *ſumptuoſa veſte.* † Fœminis ignominioſum ſemper
fuit vinum bibere, iam enim antiquorum Roma-
norum tempore ingenuis mulieribus vinum erat
interdictum, vt refert Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 3.
10 † Vnde Marcellus Conſul Romanus vxorem ſuam
eo quod vinum bibiſſet, iuſtè percuſſam interemit,
& quemadmodum Plinius refert *lib.* 14. *cap.* 13. in-
11 ter exempla legitur † Egnatij Mecennij vxorem,
quod vinum bibiſſet è dolio, interfectum fuiſſe à
marito, eúmque cædis à Romulo abſolutum. Et
Cato, vt *ibidem* Plinius atteſtatur, aſſerit propterea
tunc temporis ex vſu fuiſſe, vt propinqui fœminis
oſculum darent, vt explorarent an temetum ole-
rent. Plutarchus etiam *in quaſtionibus Romanis* oſcu-
landi morem eandem ob cauſam inſtitutum fuiſſe
affirmat. Et non alia certè ratione priſcis illis tem-
poribus vini vſum mulieribus interdictum fuiſſe
exiſtimo, niſi quia vinolenta, & comeſſatrix mu-
lier, ſi nupta fuiſſet, adultera, ſi ſoluta, meretrix
reputabatur, idque propterea, quòd vt Tiraquell.
refert *de legibus connubial. part.* 9. *l.* 9. *connub. gloſſ.* 1.
num. 106. contra vini vſum apud mulieres lex ab
ipſo Romulo poſita fuerat in hæc verba: *ſi vinum bi-*
berit demi, vti adulteram puniunto. Quibus verbis, in-
13 quit Tiraquell. oſtenditur † mulierem vinoſam &
adulteram, eiuſdem criminis reas eſſe, veluti alte-
rum ex altero prodeat, quam legem rationi valde
conſonam, & iuſtiſſimam fuiſſe teſtatur S. Chry-
ſoſtom. qui enarrans illud, *Matth.* 1. *Cum eſſet de-*
ſponſata Mater eius Maria, &c. *Omnis*, inquit, *mu-*
lier, quæ vinolenta comeſſatrix eſt, eadem quoque mere-
trix eſt. Multa in deteſtationem mulieris ebrioſæ
cumulat Gutierrez *dict. lib.* 2. *canon. cap.* 4. *num.* 22.
cum ſeqq.

14 Ex quibus colliges abſtinentiam à vino laudabi-
lem valde eſſe tam in muliere, quàm in homine, vi-
nóque potius vtendum Medici iuſſu, ac recuperan-
dę valetudinis gratia, quàm aliam ob cauſam, quem-
admodum factum fuiſſe apud Locros Epizephirios
teſtatur Athenæus *lib.* 10. *Deipnoſoph.* idque propter-
ea quod à Zeleuco Aſiæ Rege ſancitum fuerat, vt
ſi quis iniuſſu Medici, & non recuperandæ vale-
tudinis cauſa merum bibiſſet, capite plecteretur:
hic meri vſus à noſtro Apoſt. etiam indicari vide-
tur, dum *ad Timotheum* ſcribit inquiens: *Noli adhuc*
aquam bibere, ſed modico vino vtere, propter ſtomachum
tuum, & frequentes tuas infirmitates. Vnde clarè patet
Timotheum in ſanitatis ſtatu aqua vti conſueuiſſe,
eíque propter aduerſam valetudinem vinum com-
mendari, idque modicum, ad ventriculi ſcilicet cru-
ditatem corrigendam, aliáſque infirmitates debel-
landas, ita vt D. Paulus vino vt medicamento vten-
dum ſenſerit, aqua autem ad quotidianum potum:
quod ſi crebrius fiat, ad ſanitatem magis condu-
cit, quia Athenæus *lib.* 1. *Deipnoſoph.* refert eos,
quin † ſolum aquam bibunt inueniendis rebus ſa-
gaces, ac ingenioſos eſſe, vinum autem noſtram
obumbrare prudentiam. Et propterea S. Ambroſius
de Elia & ieiunio, cap. 9. inquit, potentes vinum
prohibentur bibere, ne cùm biberint obliuiſcantur
ſapientiæ; & D. Hieronymus *in comment. ad Titum*,
ſic ait: *Prohibet Paulus Epiſcopum eſſe vinolentum,*
ne vel ſenſu occupato exaltet riſum contra grauitatis de-
decorem & labiis diſſolutis cachinnet, vel ſi paululum
triſtis cuiuſdam rei fuerit recordatus, inter pocula in
ſingultus prorumpat, & lachrymas. Longum eſt ire
per ſingula, & inſanias, quas ebrietas ſuggerit, ex-
plicare.

Vnde ſi clericos ebrietatibus incumbere propter 15
eorum auctoritatem magnopere prohibetur *in cap.*
fin. in fine 4. *diſtinct. & in cap. Epiſcopus, in cap. luxu-*
rioſa, in cap. vinolentem, & in cap. ſexto, in fine, 35. *diſt.*
& in cap. à crapula, de vita & honeſt. cleric. & in cap. 1.
ne clerici, vel Monachi, cum ſimilibus, quæ Iura refert,
& latè exornat Gutierr. *d. lib.* 2. *canon. cap.* 4. *n.* 48.
cum ſeqq. Qua autem pœna ſint puniendi? Vide
Bernard. *in pract. cap.* 77. Menoch. *de arbit. caſu* 404.
Albert. Trot. *de vero & perfecto cleric. lib.* 2. *cap.* 59.
Suar. *de cenſur. diſp.* 1. *ſect.* 2. *num.* 12. Et à comeſ-
ſationibus abſtinere ei maximè commendatur *Prou.*
23. D. Paul. *ad Rom.* 13. §. 1, *cap. comeſſationes, cap.*
multis, cap. non oportet 2. *& cap. non liceat* 44. *diſt.*
quid erit in Epiſcopis, quibus excellentiora deben-
tur, *cap.* 1. *de priuileg.* qui ſuper omnes gradus dicun-
tur conſtituti, Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.*
1. *cap. venerabilis, de præbendis*, qui non vulgari ali-
qua, ſed eximia ac excellenti ſanctitate alios ſui ſi-
miles efficere, ac temperatè in cibo, & potu ſe ha-
bendos inducere debet; animaduertat vnuſquiſ-
que, & ſecum præponderet.

GLOS. XII.

Non percuſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi percuſſio licita eſt ex charitate, & correctionis cauſa, vt in melius vita hominum redigatur.*
2 *Epiſcopus propria manu neminem debet percutere.*
3 *Clericalem Ordinem ſummopere dedecet, vt ei manus violenter alicui iniiciantur, quæ Deo ſolemni ritu conſecrata ſunt.*
4 *Regimen omne, omniſque adminiſtratio auctoritate, & amore continetur.*
5 *Impunitas eſt iniuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix impudentiæ, & tranſgreſſionis nutrix.*
6 *Epiſcopus puniens debet aſſimilari patri carnali, qui filium flagellat, & omnia bona ſua ei ſeruat.*
7 *In miſericordia corripiendum.*
8 *Epiſcopus debet eſſe benignus, & ad benefaciendum paratus.*
9 *Paſtor bonus omnibus ſe conformare, ac in ſe omnium transferre affectus debet.*
10 *Petrus diuina prouidentia labitur in peccatum, vt duriorem ſententiam proprij caſus intuitu temperet, tum vt qui ſibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum.*
11 *Paſtoris tres ſunt voces, ſuauis, dulcis, & alta.*
12 *Iuſtitiæ rigor ſub iuſto moderamine temperandus.*
13 *Diſſimulare debet Epiſcopus, multis conniuere, & omnia ſic moderari pro loco, & tempore.*
14 *Prælati a perſonarum acceptione cauere debent.*
15 *Prælatus intueri debet ne dum immoderatius cuſtoditur virtus humilitatis, ſoluantur iura regiminis.*
16 *Epiſcopus ſubditis bene viuentibus putet ſe æqualem,*

erga

erga peruersos verò iura rectitudinis exercere non formidet.

17 *Prælati non seueritate, sed beneuolentia subditos corripere debent.*

18 *Episcopus verborum correptione, non verberibus timeri debet.*

19 *Iustè iudicans misericordiam cum iustitia seruat.*

20 *Lenitas mansuetudinis sine rectitudine seueritatis, & zelus rectitudinis sine mansuetudine non debet inueniri.*

21 *Mansuetudo, & districtio abinuicem non debent separari.*

22 *Comitas, & humanitas in delictis increpandis magis attrahit, & malos ad rectam adducit viam.*

23 *Contra illos insurgit auctor, qui dum viles erant, molles, & tractabiles existebant, sed eleuati ad dignitates, duri, & crudeles fiunt.*

24 *Cum senibus quomodo procedendum ostenditur.*

25 *Episcopus qualiter subditos increpare debeat? & num. 26.*

1 X charitate, & correctionis causa, vt in melius vita hominum redigatur, licita est percussio Episcopis, & omnibus habentibus auctoritatem in suos subditos. *cap. cùm Beatus 45. distinct. cap. ante omnia 35.*
2 *distinct.* excepto quòd † Episcopus neminem propria manu debet percutere. *cap. non licet 86. distinct.* & hoc propter reuerentiam sanctitatis beneficij Episcopalis, cui Sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit, *l. si quis in hoc genus. C. de Episcopis, & cler.* vel propter suam mansuetudinem, & humanitatem ostendendam, vnde Dominus Episcopis ait Matth. 5. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.*

3 Clericalem enim Ordinem summopere dedecet, vt eorum violentæ manus alicui iniiciantur, quæ Deo solemni ritu consecratæ sunt, quæ etenim pro omnibus Numini supplicant, quæ interius honorem tremenda corporis, & Sanguinis Christi mysteria peragunt. Percussorem Episcopum, ait S. Hieron. *epist. 83. ad Oceanum cap. 4.* ille condemnat, qui dorsum suum posuit ad flagella, & maledictus non remaledixit. Et *Octauus Canon*, qui Apostolorum est, hunc in modum habet; *Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci ab officio suo præcipimus: quia nunquam nos docuit hoc Dominus; sed è contrario ipse cùm percuteretur, non repercutiebat, cùm malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur.* Vnde vocem hanc Chrysostom. Theodor. & Hieron. *ad Titum 1.* non ad manus violentiam, sed ad linguæ acerbitatem referunt, vt Episcopus nemini maledicat, nec sit sæuus, & improbos obiurgator, nec denique conuitiis perdat, quos poterat modestia, & lenitate corrigere.

4 Cùm omne regimen, omnisque administratio auctoritate, & amore continuatur.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Oderunt peccare boni virtutis amore,

in manus noui Antistitis consecrati Baculum traditur; auctoritatis scilicet, & disciplinæ insigne, sustentaculum imbecillitatis humanæ, vt si in coërcendis vitiis piè sæuiens, iudicium sine ira tenens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens, vt reuocet errantes, regat iustos, pungat, & stimulet ignauos, & inertes, repellat nocentes: ac iuxta *Ezech.* 34. attrahat vagum, sustentet languidum, stimulet pigrum, portet in humeris suis exemplo Principis Apostolorum ægrum, & debilem: *Vt increduli,* inquit Bernard. *lib. 3. de considerat. conuertantur ad Fidem, conuersi non auertantur, peruersi ordinentur ad rectitudinem, subuersi ad veritatem reuocentur, subuersores conuincantur, vt vel emendentur ipsi si fieri potest, vel si non, perdant auctoritatem, facultatémque alios subuertendi.* † Impunitas enim, inquit idem 5
Bernard. *vbi proximè*, incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionis nutrix, matrix noxiæ, libertatis pessima soboles hæc. Nam, vt dicit Senec. *in Troad. act. 9 qui non vetat peccare, cùm possit, iubet,* & D. Bernard. *in serm. de S. Ioan. Bapt. silere, cum arguere posses, est consentire,* & Philo Hebr. *contra Flau. Qui castigare, aut saltem cohibere cùm possit, non cohibet; palam est, eum permittere, ac penè mandare.*

Tenetur igitur ea officij debito Prælatos delicta, & errores corrigere subditorum, iuxta Apostol. *Peccantem coram omnibus argue.* Et alibi: *Auferte malum de medio vestri*, corrigendo scilicet & puniendo. Ad hoc enim Prælati maiores, & minores sunt à Domino instituti, vt euellant ac destruant, malos corrigendo; ædificent, & plantent, bonos instruendo. Prælatus siquidem ad instar Medici, qui ex dilectione sanandi phræneticos ligat, & lethargicos excitat, cum charitate errores debet corrigere subditorum. Debet siquidem vagas errantium mentes sub disciplina debitæ coërcere censuræ, & sibi subditos vnire in vinculo charitatis. In veteri quidem testamento præcipiebatur agnus Paschalis comedi in vna domo, vt in habitantibus consonantia morum & affectuum identitas notaretur. Ad hoc Reuerendissimi Patres sunt instituti Pastores, vt oues pascant, fractos alligent, & reducant ad propria dissolutos, & coram malos se clypeum & murum defensionis opponant, & aduersitatis tempore contra potentes pro debilibus se promptos, & sine pretio constituant aduocatos.

Episcopus puniens, vt ait Gregor. *epistol. 16. lib. 12. ad Abbatem montis Sinai, debet assimilari patri carnali, qui filium flagellat, & tamen ei omnia bona sua seruat, & eum heredem habere desiderat. His ergo, quos affligimus, dulcedinem charitatis in mente seruare debemus. Verbum dulce, dicitur* Eccles. 6. *multiplicat amicos, & mitigat inimicos, lingua gratiosa in bono homine abundat.* Plus *erga corrigendos*, docet S. Leo *epist. 84.* agit *beneuolentia, quàm seueritas, plus exhortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas, ex quo dicit* glos. *in cap. 3. 86. dist.* † iustus in misericordia corripiat, & arguat, qui non verbis asperis sunt homines procurandi, *cap. qui sincera 45. dist.* & sanguinem elicit, qui nimis emungit. *cap. nisi cùm pridem, de renunt.* glos. *verb. salubriter, in extrauag. si fratrum §. quia igitur, ne Sede vacante Ioan. XXII.* & dixit notanter Phil. Corne. *cons. 196. circa primum 4. vol.* quod, qui impedit misericordiam, dicitur negare Christum, proprium est misericordis dare lachrymas alienis calamitatibus, nam ipse Christus videns miserias humanæ naturæ propter peccatum, lachrymatus est, Ioan. *cap. 11.* Inde Stoici dixerunt misericordiam esse ægritudinem ex miseria alterius.

Debet igitur Prælatus esse benignus, & ad benefaciendum paratus, dulcis eloquio, qui cunctos sciat sua attrectare dulcedine; nam Princeps Apostolorum *ad Clementem, de vniuersis Episcopis*, inquit. *Ecclesiarum omnium curam habentes misericordes, & beneuoli estote in omni verbo, & opere pro viribus agite, omnisque Pontifex sacro Chrismate perunctus, charus, &*

pretiosus omnibus esse debet; hac est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Vnde Apostol. *ad Titum cap.* 1. inter Episcopi conditiones hanc numerat. *Non præfractum* (vbi nos habemus, non superbum) id est, non durum & sui sensus plus satis tenacem, Item *ad Philip.* 4. vbi dicit.: *Modestia vestra sit nota omnibus hominibus,* Græcè habetur, *τὸ ἐπιεικὲς, mansuetudo*, & significat hîc quandam virtutem mirabilem, qua homo redditur habilis ad Christianè cum omnibus conuersandum; ac etiam amabilitatem, & quandam promptitudinem, qua homo paratus est omnibus omnium moribus se accommodare, neminem fastidire, omnibus benefacere, libenter cedere, & quæcunque potest sine offensione Dei ferre, & permittere etiam cum iactura sua, siue rerum suarum: hoc enim est non quærere, quæ sua sunt, sed quæ aliorum, nulli onerosis, aut odiosis esse, sed equus, & commodus, hoc est quod ad *Romanos* 12. dicitur: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Et 1. *ad Corinth.* 10. *Sine offensione estote Iudæis,* & 2. *ad eosdem* 4. *commendantes nos metipsos ad omnem conscientiam hominum,* id est, ea faciamus, quibus omnes homines (si conscientiam velint testari) non possint nos non commendare, & probare, nec aliquid habeant in quo nos merito accusare possint. *Charitas,* inquit Bernardus, *patiens est, benigna est: patiens est cum dissimulat, spectat, sustinet delinquentem: benigna est, quando trahit, adducit, & conuerti facit ab errore. Charitas benigna etiam, quos tolerat, amat, & amat ardenter. Flet quippe charitas, sed ex amore, non ex mœrore: flet ex desiderio, flet cum flentibus. O bona mater charitas, quæ siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens, sicut filios diligit vniuersos. Cum te arguit mitis est, cum tibi blanditur, simplex est, piè solet sæuire, sine dolo mulcere, patienter nouit irasci, humiliter indignari, læsa non prouocat, spreta reuocat. Pondera quod de Domino dicitur* Esai 42. *Non erit tristis, neque turbulentus: calamum quassatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet.* Et idem Bernard. *serm.* 23. *super Cantic.* † *Pastor,*
9 ait, *bonus omnibus se conformat, omnium in se transfert affectus; matrem se probat non minus deficientium, quàm proficientium.* Et D. Gregor. *in Pastor. part.* 2. *cap.* 6. dicit quòd Pastor bonus æqualem se cernat, peccantibus autem zelo vltionis se anteferat, imitans Pastorum Principem Petrum, cui cum bonus Corne-
10 lius se posternere, dixit; † *Surge, ne feceris, & ego ipse homo sum.* Diuina igitur prouidentia permisit, vt primus ipse Petrus laberetur, ac rueret in peccatum, quo ergo peccantes duriorem sententiam proprij casus intuitu temperaret, vt dicit S. Ambros. *in serm. de temp.* 124. *in serm.* 2. *de Cathedra B. Petri, qui est* 16. *de Sanctis,* in hæc verba: *Tanquam bonus Pastor tuendum gregem accepit, vt qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & quia ipse interrogationis tentatione negauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret.* Scitè S. Max. *homil.* 3. *de pœnitentia Petri. Ecce nihil nobis Apostolus nocuit, quod negauit, & plurimum profuit quod emendauit.* Lapsus non rectè monuit ne laberemur, pœnitens lapsos ad pœnitentiam prouocauerit. Cadi & labi permittitur Petrus quòd populorum multitudo illi credenda erat, ne seuerus, & à venia propriis fratribus impartiendo alienus esset, vt ait S. Chrysostomus *homilia in SS. Petrum, & Eliam,* si innocens fuisset, nimium in nocentes sæuisset. S. Petrus Damianus *serm.* 27. *de sanctis Apostolis Petro & Paulo*, ita rem expendit. *Quid est quod sic labuntur qui perficiuntur Ecclesiæ? sapientia suauiter disponens omnia, hæc ideo facit vt in se ipsis prædicti Principes discerent qualiter aliis miseri deberent,* &c. Franc. Abbas *serm.* 12. *de gratia Dei,* ita scribit. *In Petri momentaneo lapsu pius Pastor gregi suo pie consuluit, vt humana præsumptio labente Petro trepidet, & imbecillitas prolapsa resurgente Petro non desperet.*

Pastor erit fistula dulce canens, & baculo fir- 11
miores imbecillitates infirmorum firmiter sustinens, & non sibimet placens, etenim Christus non sibi placuit. Episcopus erit huiusmodi moderationis erga subditos, vt arridens timeri debeat, & iratus amari, vt illum nec nimia lætitia vilem reddat, aut immoderata seueritas odiosum. Tres sunt Pastoris voces, suauis, dulcis, & alta: suauis ad infirmum, dulcis ad morientem, ad surdum pertinet alta. In Episcopali ceruice nihil splendidius fulget humilitate, patientia, & benignitate, sciunt boni, ac veri Prælati discipulorum subditorum se matres esse debere, nec dominos, ideo student magis amari, quàm metui; & si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica, matres fouendo, patres exhibent sese corri-
piendo. † Melius est propter misericordiam dare 12
rationem, quàm propter crudelitatem frangere pœnitentem. *Beati misericordes*, inquit Saluator Matth. 5. *quoniam misericordiam consequentur.* Et è contra: *Iudicium sine misericordia*, inquit Iacobus, *ei qui non facit misericordiam,* sæpe subditos frangunt, dum plus iusto rigorem tenent, qui profectò iam rigor iustitiæ non erit si se sub iusto moderamine non custodit. Nescientes autem vim discretionis per rabiem furoris disciplinæ modum ad immanitatem crudelitatis conuertunt: & vnde emendare subditos possunt, inde potius vulnerant. Episcopus itaque miscebit bonitatem seueritati faciendo quoddam ex vtroque temperamentum, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hoc enim verò illa Tabernaculi arca significabat, in qua cum Tabulis Virga simul & Manna erant: quia scilicet cum Scripturæ sacræ scientia & disciplina in pectore boni Rectoris custoditur, & virga directionis, & Manna dulcedinis, iuxta illud *Psalm. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt*; virga enim percutimur, & baculo sustentamur. Moyses idcirco sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec parceret: & delinquentes sic persequutus est, quo amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret: vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis: causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gaudiis allegauit. Hæc sunt, quæ Pastori conueniunt, bonitas, disciplina, scientia. Bonitas trahit, disciplina corripit, scientia pascit. Bonitas amabilem, disciplina imitabilem, scientia docilem reddit. Episcopo & ista conueniunt amor, sed non emolliens; rigor, sed non exasperans; zelus, at non immoderatus; pietas, verum non plusquam conueniat, indulgens. Hinc D. Bernard. *in serm.* 23. *in Cantic.* edisserens verba *Psalm.* 2. *Erudimini, qui iudicatis terram,* ait: *Audiant hoc Prælati, qui sibi commissis semper volunt esse formidini, vtilitati rarò, discite subditorum vos matres esse debere, non dominos, studete magis amari, quàm metui, & si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica, matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis, mansuescite, ponite feritatem, suspendite verbera, producite vbera, pectora lacte pinguescant, non typho turgeant.*

Multa tamen dissimulare debet Episcopus, mul- 13
tis conuenire, & omnia sic moderari pro loco, & tempore, vt charitas, & pax illibata seruetur. Hinc illud Terent. *Heauton. act.* 4 *scen.* 5.

Im

Ius summum sæpe summa iniustitia est.
& illud *Sap. Noli esse nimium iustus, ne plus sapias,*
quàm oportet. Si Deus ius suum rigide exequeretur,
quis hominum viueret? & Dauid sæpe omisit face-
re, quæ optimo iure potuisset in Saulum, Ioab, &
alios. Summis ergo precibus & lachrymis æquitas
hæc, humanitas, & facilitas petenda est à Domino,
quam nemo habet, nisi charitatem habeat cum pru-
dentia coniunctam. Fridericus III. solebat dicere:
14 *Qui nescit dissimulare, nescit imperare.* † Cauete tamen
omnes à personarum acceptione, Prælati præcipuè:
in veste enim hyacinthina Summi Sacerdotis, qua
in Sancta Sanctorum ingrediebatur, in extremitate
tintinnabula cum malis puniceis inter eos posita
erant ad significandum, quod quemadmodum cam-
pana æqualiter omnes vocat, ita Prælatus æquali-
ter ad omnes se habeat: mala granata etiam, in qui-
bus multa grana sub vno exterius cortice vniuntur,
vnitatem significant fidelium; significatur ergo, vt
innuere videtur S. Gregor. quod Prælatus quærere
vnitatem subditorum debet, & charitatem in eis
nutrire, non scandalorum materiam seminare.
15 Solerter tamen ait Gregor. *in Pastor. cap. 6. par. 2.*
intueri debet Prælatus, ne dum immoderatiùs cu-
stoditur virtus humilitatis, soluantur iura regimi-
nis: & dum Prælatus quisque plus se, quàm decet,
deiicit, subditorum vitam stringere sub vinculo
disciplinæ non possit. Teneant ergo Rectores ex-
terius, quod pro aliorum vtilitate suscipiunt: seruent
interiùs, quod de sua æstimatione pertimescunt.
Sed tamen quibusdam signis decenter erumpenti-
bus eos apud se esse humiles, etiam subditi depre-
hendant, quatenus & in auctoritate eorum, quod
formident, videant, & in humilitate, quod imiten-
tur, agnoscant. Cùm autem, inquit *ibidem*, rector de-
linquentem punire compellitur, solicite obseruare
debet, vt sic iura disciplinæ contra delinquentes
exerceat, vt pietatis viscera non amittat: simul enim
se exhibere debet & matrem pietatis, & patrem
disciplinæ: atque inter hæc solicita circumspectio-
ne prouidendum, ne aut districtio sit rigida, aut pie-
tas remissa, nam disciplina & misericordia multum
destituitur, si vna sine altera teneatur. Insit ergo
Rectori circa subditos, & iuste consolans miseri-
cordia, & piè sæuiens disciplina, infundat vulneri-
bus vinum, & oleum, vt scilicet per vinum mor-
deantur vulnera, & per oleum foueantur. Ille igi-
tur, qui sanandis vulneribus præficitur, in vino
morsum doloris adhibeat, & in oleo mollitiem
pietatis: quatenus per vinum mundentur putrida,
& per oleum foueantur sananda. Miscenda ergo
lenitas cum seueritate, & faciendum quoddam ex
vtroque temperamentum, vt neque multa asperi-
tate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate
soluantur. Vnde sicut in arca Testamenti erat si-
mul virga, & manna; sic in pectore pastoris rigor,
& dulcedo.
16 Prouidendum igitur monet idem Gregor. *vbi*
proximè, quatenus & honore suppresso æquales nos
subditis bene viuentibus putemus, & erga peruer-
sos iura rectitudinis exercere non formidemus: nec
præesse non hominibus gaudeamus, sed prodesse.
Summus enim locus ita bene regitur, cum is, qui
præest vitiis potius, quàm hominibus dominatur:
ita tamen vt in corde seruetur humilitas, & in ope-
re disciplina, vt eos, quos corrigimus, tacita non-
nonquam cogitatione nobis ipsis præferamus: sic
iura disciplinæ exerceantur contra delinquentes, vt
pietatis viscera non amittantur: sit amor, sed non
emolliens; sit rigor, sed non exasperans; sit zelus,
sed non immoderatè sæuiens; sit pietas, sed non
plusquam expedit parcens, vt in arce regiminis iu-
stitia clementiæ permisceatur: nam sectæ immature
vulnera deterius inferuescunt, & nisi cum tempore
medicamenta conueniant, constat quod medendi
officium amittunt, vt non de subditis crescamus,
sed ipsi de nobis: Principem se constituerunt, sed
sibi, non tibi.
Vnde Gregor. *lib. 11. epistol. 15.* relatus *in cap. qui* 17
sincera 45. dist. Qui sincera intentione extraneos à Chri-
stiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blan-
dimentis, non asperitatibus debent studere, ne quorum
mentem reddita ad planum ratio poterat reuocare, pellat
procul aduersitas. Nam quicunque aliter agunt, & eos
sub hoc velamine à consueta ritus sui volunt cultura su-
spendere, suas illi magis, quàm Dei causas probantur
attendere. Et *in cap. licet 45. dist. Licet plerumque ac-*
cidant in Sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda, plus
tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm seueri-
tas, plus cohortatio, quam comminatio; plus charitas,
quàm potestas, cum nemo mortalium sine reprehensione,
aut sine peccato viuat: nam si Dominus statim post tri-
nam negationem Beatum Petrum Apostolum Præcepto-
rem nostrum iudicasset, non tantum ex eo fructum, sicut
fecit, recepisset; expectandi ergo atque corrigendi magis
sunt Rectores Ecclesiæ, quàm statim iudicandi.
Idem *lib. 2. epist. 52.* relatus *in cap. quid autem 45.* 18
distinct. sic ait: *Quid autem de Episcopis, qui verberibus*
timeri volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra no-
uit. Pastores etenim facti sumus, non percussores: &
egregius Prædicator dicit 2. ad Timoth. 4. *Argue, obse-*
cra, increpa in omni patientia, & doctrina: noua verò
atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit
fidem.
Hinc Isidor. *lib. 3. sentent. de summo bono cap. 45.* re- 19
latus *in cap. omnis 45. dist.* ita ait: *Omnis, qui iustè iudi-*
cat, stateram in manu gestat, & in vtroque penso iusti-
tiam, & misericordiam portat; sed per iustitiam reddit
peccanti sententiam, per misericordiam peccanti temperat
pœnam, vt iusto libramine quædam per æquitatem corri-
gat, quædam verò per misericordiam indulgeat. Qui Dei
iudicia oculis suis proponit, semper timens, & tremens,
in omni negotio formidat ne de iustitia tramite deuians
cadat, & vnde non iustificatur, inde potius condem-
netur.
Ex his omnibus apparet quòd nec lenitas man- 20
suetudinis sine rectitudine seueritatis, nec zelus re-
ctitudinis sine mansuetudine in Prælatis debet inue-
niri. Percussores ergo, qui præmissis auctoritatibus
ab Episcopali officio remouentur, non quilibet cor-
poraliter flagellantes, sed prætermissa mansuetudi-
ne ad verbera semper parati intelligendi sunt, qui
flagella, non vitia corrigere, sed timeri appetunt,
quibus Petrus scribit: *Ne sitis dominantes in clero,*
sed forma facti gregis ex animo. Hinc etiam Gregor.
in moral. lib. 19. p. 4. cap. 23. relatus *in cap. sunt 45. dist.*
ita scribit: † *Sunt namque nonnulli ita districti, vt om-*
nem etiam mansuetudinem, benignitate amittant, & sunt 21
nonnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis.
Vnde cunctis Rectoribus vtraque summopere sunt tenen-
da, vt nec in disciplinæ vigore, benignitatem mansuetu-
dinis, nec rursum mansuetudine districtionem deserant
disciplinæ, quatenus nec à compassione pietatis obdures-
cant, cum contumaces corrigunt: nec disciplinæ vigorem
molliant, cùm infirmorum animos consolantur. Regat ergo
disciplinæ rigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet
vigorem, & sic alteram commendetur ex altero, vt nec
vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.
In increpandis delictis non superbia, non seueri- 22
tas vindicat sibi locum; sed comitas, & humanitas

potius attrahit, & malos ad rectam adducit viam, ita admonente S. Gregorio Niſſen. Morum grauitas atque maieſtas cum moderata animi demiſſione coniuncta non auertat oculos intuentium, ſed iucundum faciat obtutum. Neque grauitatis, & ſeueritatis ſplendor obſcuretur, neque latens in animo vis propter humilitatem deſpiciatur, ſed alterum æqualiter in vtroque tum in celſitudine, & ſublimitate comitas, & humanitas; tum in humilitate grauitas, & ſeueritas animaduertatur. Et dicit Cicer. 1. *Offic. Rectè præcipere, qui monent, vt quantò ſuperiores ſumus, tantò nos ſubmiſſius geramus*, nam iuxta illud Poëtæ Græci:

Quanto maior fueris, tanto moderatior eſto.

22 Mitis Moyſes fuit, vt in mititatis exemplum nobis proponatur, eamus poſt eum, qui tam inſigni manſuetudine nobis præluxit. Præclarè S. Gregorius *homil.* 15. *in Ezechiel. Manſuetudinem obtinere quærimus? Moyſem ante oculos deducant, qui exceptis paruulis, ac mulieribus ſexcenta millia armatorum regens mitis fuiſſe deſcribitur ſuper omnes homines, qui habitabant ſuper faciem orbis terræ.* Scitè Oleaſter noſter in 12. *Numeror.* vbi expendens Moyſis in ferendis contumeliis, & Aaronis Mariæque dettactionibus fortitudinem ait. *Docet hic ſanctus Moyſes pulchrè Prælatos murmura diſſimulare, iniurias in faciem perpeti, neque ipſa curare, ac ſi non in ſe dicta fuiſſent, neque mireris talem Moyſem, quoniam cum eo conuerſabatur, qui omnia hæc, & multo deteriora æquo animo nouerat tolerare, nempe cum Deo.* Manſuetudinis laudes ſcitè congerebat S. Ioannes Climacus *gradu* 24. in hæc verba. *Manſuetudo eſt prominens aduersùs iram maris rupes, quæ omnes illis os fluctus diſſoluit, ac frangit, nec ipſa interim mouetur, aut frangitur. Manſuetudo eſt ſtabilimentum patientiæ, charitatis ianua, imò verò parens, prudentiæ argumentum, docebit enim, inquit Dominus, mites vias ſuas: procuratrix veniæ peccatorum, fiducia in precibus Spiritus ſancti domicilium, ſuper quos enim reſpicias, niſi ſuper manſuetum, & quietum? manſuetudo eſt adiutrix obedientiæ, dux religioſæ ſocietatis, furentium frænum, iraſcentium expultrix, magiſtra gaudij, imitatrix Chriſti, calutum proprietas, vinculum & modus dæmonum, ſcutum aduerſus amaritudinem, ſeu animi acerbitatem. In cordibus manſuetorum requieſcit Dominus, anima autem turbulenti nidus eſt diaboli.*

23 Quidam verò ſunt, qui dum priuati erant, immanitatem, & ſuperbiam cooperiebant, qua vti non ſolebant, eam, cùm ad dominatum aſcendunt, in medium proferunt; nam vt carbones candentes ſub cinere in fabri ferrarij officina extincti videntur, at flantibus follibus, ignémque excitantibus exardeſcunt, micant, & vrunt: ſic ſuperbia, quæ extincta in vita priuata videbatur, flatu dominij, imperiique poteſtate, crudeles emittit flammas; ſimiles ſunt iſti, dum in profundo ſunt, & viles, molles, & tractabiles exiſtunt, ſed eleuati ad dignitates duri, & crudeles fiunt. Alij etiam eo ſunt ingenio præditi, vt in iis etiam, quæ ritè faciunt non modo teneri, ſed & acerbi & ſint, & videri velint. Vt Bucephalus Alexandri Magni equus, cùm eſſet phaleris, & ornamentis deſtitutus, equiſonem interdum admittebat; inſtratus verò Regio ornatu neminem præter vnum Alexandrum in ſedem recipiebat, auctore *Plinio lib.* 8. Sic multi inopia laborantes, & in abiecto iacentes ſtatu, quamuis obſeruantiam, & benignitatem in omnes fingant, intus Nerones, foris Catones, multis ſimulationum inuolucris tegunt odium, malitiam, crudelitatémque. At diuites facti, & in mundi honoribus conſtituti, omnes præter vnum, cui lege principatus ſunt ſubiecti, deſpiciunt, tunc occultam detegunt voluntatem, & multiplicem naturam, ſuperbiam, atque immanitatem, naturam, quam ſpecie ſubmiſſionis prius operuerunt, apertiſſimè demonſtrant, quos tamen Deos deiicere ſolet, dicente Propheta *Pſalm.* 72. *Deieciſti eos*, &c.

Cum ſenibus cautè ambulandum, nam, vt dicit Ambroſ. propter honorificentiam ætatis maiorem cum manſuetudine ad bonum opus prouocandum, vt faciliùs ſuſcipiat admonitionem. Aſperum enim eſt ſenibus cum corripiuntur à iunioribus. Et Chryſoſt. *in epiſt.* 1. *ad Tit. Graue quoddam, & moleſtum eſt argui, idque tum maximè, cum ſenex arguitur, atque ab adoleſcente.* Cum illis tamen nullo modo diſſimulandum, quia, vt inquit Gregor. *in regiſt. Sicut laudabile, decretúmque eſt reuerentiam & honorem debitum exhibere maioribus; ita rectitudinis, & Dei timoris eſt, ſi quid in eis correctione indiget, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum corpus incipiat morbus inuadere, ſi languor non fuerit curatus in capite.* 24

Argue, obſecra, increpa, dicit noſter Apoſt. 2. *ad Timoth.* 2. aliquando cum omni imperio, idem *ad Tit.* 2. interdum ob beneuolentiam, & in ſpiritu lenitatis, *ad Galat.* 5. tanquam ſi nutrix foueat filium ſuum 1. *Theſſ.* 1. In omni patientia, & doctrina, 2. *Timoth.* 4. Nam, vt inquit Chryſoſtom. *ſi arguas vehementer, & increpes, & obſecrationem ſubducas, rurſus omnia perdis, & dat rationem, quia reprehenſio per ſe intolerabilis eſt, niſi habeat admixtam obſecrationem, ſicut ſectio ſalutaris licet ſit, niſi plurima dolorem conſolentur, non eam ſuſtinet languidus.* Vnde S. Proſper *de vita contempl. lib.* 2. *cap.* 5. *Aſperitate autem nimia & increpatione offenſus, neque increpationem recipit, neque ſalutem.* Et paulò pòſt: *Argue æquales, obſecra ſeniores, increpa iuniores, in omni patientia, iuxta Apoſtolum, quia leniter caſtigatus exhibet reuerentiam caſtiganti.* Qui delinquentem ſuperbo, vel odioſo animo corrigit, dicit Iſidor. *lib.* 3. *de ſummo bono cap.* 92. non emendat, ſed percutit, & obiurgantis furor eſt, non dilectio corrigentis: & quicquid lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non charitas corrigentis. *Vos ô Prælati*, ait S. Anſelm. *in comment. epiſt.* ad *Galat. cap.* 7. *inſtruite leniter ſubditum, ſi deliquerit, & vos ſubditi portate alteri onera alterius, verbi gratia, iram fratris tui tunc portabis cum aduersùs eum iratum non iraſceris, vt rurſum eo tempore, quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate ſupportet. Ita diuerſis temporibus eadem infirmitas poteſt inuicem ab vtroque portari.* 25

Piè, cautéque vigilandum eſt, vt cum aliquem reprehendere, vel obiurgare nos neceſſitas cogit, cogitemus, vtrùm tale ſit vitium, quod nunquam habuimus, vel quo iam caruimus: ſi autem cogitantes noſmetipſos inuenerimus in eodem nos eſſe vitio, in quo eſt ille, quem reprehendere parabamus, non reprehendamus, neque obiurgemus; ſed tantùm congemiſcamus, & non illum ad obtemperandum nobis, ſed ad pariter cauendum inuitemus. Nihil eſt minus ferendum, quàm rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere. Vnde S. Auguſtin. in *Pſalm.* 50. ita dicit: *Et ille iuſtus reprehenſor eſt, qui non habet in ſe quod in illo reprehendatur. Improborum eſt*, dicit Iſidor. *lib.* 3. *de ſummo bono cap.* 32. *arguere quicquam in alio, quod adhuc in ſeipſo deprehendit.* Et docet S. Ambroſ. *de Sacerdot. Peccantes liberè poteſt arguere, qui non meretur audire, hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.* Et S. Auguſt. *lib.* 50. *homil.* 5. *Corrige te, & tunc poteris fratrem corripere.* 26

Glos.

Glos. XIII.

Sed modeſtum.

SVMMARIVM.

1 *Modeſtia quid ſit oſtenditur, & vnde dicatur.*
2 *Modeſtia in grauitate ſua eſt.*
3 *Modeſtia gubernatrix, ac moderatrix eſt omnis geſtus, ac motus corporis.*
4 *Ambulare quomodo debeamus, oſtenditur.*
5 *Modeſtia regulæ præſcribuntur.*
6 *Riſu grauitatis nerui eliduntur.*
7 *Modeſtia in humilitate creſcit.*
8 *Humilitas ſola eſt officij ſacerdotalis erectio.*
9 *Humilitas eſt cuſtos pudicitiæ, & mater patientiæ, ac virtutum bonum quoddam & ſtabile fundamentum.*
10 *Humilitas tutiſſimus eſt omnium virtutum theſaurus.*

1 
ODESTIA eſt virtus, quæ internas animi paſſiones, & externas actiones ſerias, & ludicras, ſermonem, riſum, luſum, motus item, & geſtus corporis, atque huius cultum veſtitúmque ac totum exterius hominem honeſtè, ac decenter componit, & moderatur. Vnde dicit Tullius *lib.* 1. *offic.* Modeſtia, quo in verbo modus ineſt. Et S. Ambroſ. *lib.* 1. *offic. cap.* 18. Modeſtiam à modo ſciendi quid deceret, appellatam arbitror. Vult Apoſtolus Epiſcopum eſſe modeſtum, quia, vt eſt apud Salomon. *Prouerb.* 22. *Finis modeſtiæ timor Domini, diuitiæ, & gloria, & vita.* Hoc vt omnibus pateat, admonet idem Apoſt. *ad Philipp.* 4. *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus*, qua alios ad Chriſtianiſmum capeſſendum, ipſamque imitandam modeſtiam inuiteris. Et *ad Coloſſenſ.* 3. *Induite vos modeſtiam, vt inſtar veſtis vos cingat, & tegat, ne quicquam in vobis immodeſtiæ cernatur*, quia, vt ait S.
2 Gregor. Nazianz. *epiſt.* 139. † *Modeſtia in grauitate ſita eſt.*

3 Geſtus igitur omnis, ac motus corporis eadem modeſtia gubernatrix, ac moderatrix eſt, qua in re ait Cicero *lib.* 1. *offic.* duo ſunt maximè fugienda, ne quid effeminatum, aut molle, aut ne quid durum, & ruſticum ſit. Cauendum etiam in greſſu, ne aut tarditatibus vtamur mollioribus, aut in feſtinationes nimias ſuſcipiamus tarditates. Et S.
4 Ambroſ. *lib.* 1. *Offic. cap.* 18. monet † ne ſenſim ambulando imitemur hiſtrionicos geſtus, aut ſtatuarum motus nutantium, aut gradum transferendo, quaſi modulos quoſdam ſeruemus. Nec curſim ambulemus, niſi cum ea cauſa exigit alicuius periculi, vel iuſta neceſſitas. Eſt enim in ipſo motu, geſtu, inceſſu tenenda verecundia. Et *cap.* 19. Vt molliculum, & infractum, aut vocis ſonum, aut geſtum corporis non probo, ita neque agreſtem, ac ruſticum. Naturam imitemur. Eius effigies formula diſciplinæ, forma honeſtatis eſt. S. Baſil. epiſt. 1. Inceſſus eſto nec ſegnis, ne animum diſſolutum declaret, nec curſus vehemens inſolentérque incitatus, ne conſternatos impetus animi ſignificet. Et S. Auguſt. *reg.* 3. In omnibus moribus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctita-
5 tem. † Regulæ denique modeſtiæ hæ præſcribi poſſunt, vt caput rectum, oculi dimiſſi, manus quietæ teneantur. Vitetur corrugatio frontis, labiorum compreſſio, vel deductio, inceſſus feſtinatio: ſit ſerenitas, & hilaritas in vultu, munditia, & decens compoſitio in veſtibus, in ſermone pauciloquium, ſales ſine dente, ioci ſine vilitate, vox ſine clamore verborum ſuauitas, ac in geſtu, & motu exemplar virtutis.

Riſu grauitatis nerui eliduntur, ille namque, vt 6
docet Sapiens, in ore ſtultorum abundat. Et Eccleſiaſt. 7. *Cor ſtultorum, vbi lætitia*, & 21. *Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacitè ridebit.* Et Prouerb. *cap.* 2. *Riſum reputaui errorem.* Et *cap.* 7. *ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti.* Peſſimum ſignum tunc eſt cum quis nulla adueniente cauſa, ſummè lætatur, atque ridet: tunc enim nautæ maximam ſpectant tempeſtatem, cùm ſine ventorum flatu, mare diſpumat, ac ſtridet, tacitum prius, & quietum; hinc Plato *in lib. de legib.* affirmat in riſu maximum ineſſe ſignum, tum grauitatis, tum leuitatis. Cui enim exigua vis riſum commouet vehementiorem, declarat ſe eſſe inconſtantis animi, nec conſiderate cauſas triſtitiæ, quas miſerrimus hominum ſtatus ſecum trahit, quas quia ſapiens meditatur, hic non nonniſi rarò, & modicè ridet.

Modeſtia item in humilitate creſcit: vnde Eccle- 7
ſiæ Præſides quantò honoratiores, tantò modeſtiores, & ſubmiſſiores eſſe debent, vt eos monet Scriptura *Eccleſ.* 3. quantò magnus es, humilia te in omnibus, & Chriſtus Dominus *Lucæ* 22. Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Optimè S. Baſilius *ſerm. de abdicatione rerum. Non tibi Cleri gradus vllus*, ait, *animos in altum extollat, humiliet potius: animi enim in virtute progreſſus, in humilitate progreſſus eſt: contraque in poſtremis relinqui, & inhonoratum eſſe id non aliunde, quam elatione progignitur. Quantò ad maiores Sacerdotis gradus accedere tibi propinquius contigerit, eo animos tuos magis dimittito, idque tertius exemplo filiorum Aaron Num.* 10.
Nec minus bene S. Gregor *lib.* 2. *epiſt.* 54. *ad Ioan. Rauennatem Epiſcopum.* † *Sola*, inquit, *humilitas, vt bene* 8
noſtis, eſt officij Sacerdotalis erectio. Decorari pallio voluimus forſan moribus indecori, dum nihil in Epiſcopali ceruice ſplendidius fulget, quàm humilitas. Nam, vt inquit
S. Bernard. *de ordine vitæ*, † *humilitas eſt cuſtos pudici-* 9
tiæ, & mater patientiæ, & *in fine libri* 5. *de conſiderat. Virtutum bonum quoddam, & ſtabile fundamentum humilitas.* Et *ſerm.* 1. *de Natiuit.* † *Studete*, inquit, *humilitati*, 10
quæ fundamentum eſt, cuſtoſque virtutum, & gratioſus omnibus & iucundus, & perpetuæ pacis ſocius, nullam bellorum habet materiam: quippe tacitus omnia æquo animo præfert, & incredibili in omnes pace vtitur. Hinc S. Auguſt. *ſerm.* 175. *de tempore*, qui eſt *ſecundus de Domini Aſcenſione. Videte fratres*, ait, *magnum miraculum. Altus eſt Deus, erigis te, & fugit à te: humilias te, & deſcendit ad te. Quare hoc? quia excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta de longe cognoſcit*, Pſalm. 137. *humilia de proximo aſpicit, vt attollat: alta, id eſt, ſuperba, de longe cognoſcit, vt deprimat.* Diuum Auguſtinum ſectatus B. Gregor. *part. Paſtoralis admon.* 18. *dum ſe*, inquit, *humiles deiiciunt, ad Dei ſimilitudinem aſcendunt.* Quid humilitate ſublimius, quæ dum ſe in ima deprimit, auctori ſuo manenti ſuper omnia coniungitur? Sternit dæmon, qui ſe deiicit, certè Iob cùm in ſterquilinio ſedit, tentandi artem in dæmone caſſum reddidit, vt nihil aliud contra illum valeret, rem his verbis expendit S. Paulin. *epiſt.* 10. *ad Sulpitium Seuerum. Poſtquam Iob ſedit in ſtercore, tentari deſtitit, conſumpſerat tentatoris inuidiam humilitate

vilitate perfosta, quæ facilius surgere quàm deiici potest, quia in fimo sedens, vnde cadat non habet, & habet vnde consurgat per eum, qui suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Apud Deum exaltatur qui se demitit, & ferè super homines effertur, qui infra homines se luat; istuc accidit Abrahamo dum puluerem, cinerémque se vocauit, quod expendebat S.Basilius Seluciæ Episcopus *orat.* 28. vbi humilitatem laudans ait. *Quando Abraham suo illud sermoni pratexuit, sum puluis, & cinis, tunc natura agnitione, natura terminos est meritò supergressurus.* Denique cæterarum virtutum decus, & ornamentum humilitas est, idem dicta *orat.* 28. ita dicit. *Alius mansuetudinem amat, & in sacris litteris in admiratione est: alius zelo cœlesti obarmatur: & Deum laudatorem sibi comparat. verùm etsi plures soluti congruant modi, tamen omnibus humilitatis ornamentum conuenit, ea comite continentia in admiratione est, & fides fit amabilior, & iustitia purgatior, & verior misericordia fructus.*

Glos. XIV.

Non litigiosum.

SVMMARIVM.

1 *Lites ab Ecclesiasticis vitanda.*
2 *Chilonis tria pracepta referuntur.*
3 *Mala plura ex litibus oriuntur.*

1 IVRGIO, & litigio Episcopum nèdum, sed omnes etiam Ecclesiasticos temperandos esse multis in locis Apostolus noster admonet, provt 2. *ad Timoth.* 2. *Stultas & sine disciplina quastiones deuita, sciens quia generant lites.* Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Et *ad Titum* 3. *Stultas autem quastiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita* Et 1. *ad Corinth.* 11. *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Sanè Apostolus censuit potiùs iniuriam patiendam, quàm iure contendendum, præsertim cum sinistra opinione 1. *ad Corinth.* 6. doctus vtique à Christo Matth. 5. *Ei*, inquit, *qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Quod adeò vetum est, vt neque Gentiles
2 fugerit. †Chilonis tria præcepta aureis litteris Delphis consecrata fuere. Primum: *Nosce te ipsum.* Secundum: *Ne nimium cupias.* Tertium: *Æris alieni, atque litis miseriam fac vt effugias.*

3 Plura enim sunt mala, quæ ex litibus oriuntur, earúmque prouocatores mali, superbi, & arrogantes censentur: nam, vt ait Salomon *Prouerb.* 11. *Inter superbos semper sunt iurgia.* Et *cap.* 15. *vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est, mitigat suscitatas.* Et *c.* 17. *Semper iurgia quarit malus.* Et *cap.* 20. *Honor est homini, qui se parat se à contentionibus, omnes autem stulti miscentur contumeliis.* Vnde Ecclesiast. *cap.* 28. *Abstine te à lite, & minues peccata.* Et S.August. *tom.* 1. *reg.* 37. *& epist.* 109. *Lites*, inquit, *aut nullas habeatis, aut quam celerrimè finiatis, ne ita crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam.* Cætera quæ ad hoc propositum conducere possunt, tradidi *in hoc tract. de officio & potestate Episcopi part.* 3. *alleg.* 79.

Glos. XV.

Non cupidum.

SVMMARIVM.

1 *Cupiditas qualiter dicatur? ostenditur.*
2 *Episcopi, & omnes Clerici peruersam habendi voluntatem, & amorem fugere, & execrari debent.*
3 *Auarus non solum est qui rapit aliena, sed & ille, qui cupidè seruat sua.*
4 *Auaritia omnium malorum radix.*
5 *Superbia omnium scelerum procreatrix ex nimia pecunia auiditate, & copia nascitur.*
6 *Beneficiorum multitudine se onerantes cupiditatis, & auaritia barathro merguntur.*
7 *Dispensatio quando excusabilis, laudabilis, & fidelis dicatur? ostenditur.*
8 *Sacerdotem nec implicari errore, nec cupiditate violari oportet.*
9 *Cupiditatem, qui à se non abscindit, bonorum auctori inhærere non valet.*

PORTET quoque Episcopum non esse cupidū, quia tales facilè à iusto deuiarent, Gratian. *in princ.* 43. *dist.* Secundùm quosdam cupiditas dicitur tripliciter, quandoque pro auaritia, secundùm quod est speciale peccatum, scilicet inordinatus amor habendi diuitias: quandoque provt est genus omnium peccatorum, secundùm quod importat inordinatum appetitum rei temporalis, & hoc includitur in omni peccato, quia est conuersio ad bonum commutabile, sed sic non est radix, sed genus omnium peccatorum: aliquando verò dicitur quædam inordinatio animi ad concupiscendum bona temporalia inordinatè, & hæc est habitualis passio, seu pronitas ad passionem ex originali peccato relicta, & non peccatum in actu, sed radix omnium peccatorum; dicitur igitur auaritia radix omnium malorum. † Fugiant igitur, 2
& execrentur tanquam funestam pestem non solùm Episcopi, sed Clerici omnes peruersam habendi voluntatem & amorem, cum alieni ab argenti cupiditate esse debeant, vt dicit Apost. *non turpe lucrum sectantes*, quò fit, ait ibi Ambros. quando sub pia professione quæstui studetur, vt clericus mercaturæ vacet sibi à Canonibus prohibitæ, sordidaque obeat officia lucri gratia, & vinum ac frumentum recondat ad annonæ caritatem: hominis enim vita in opum abundantia non consistit, vt Dominus noster *Luca* 12. admonet his verbis: *Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his, qua possidet.* Neque etiam eo quòd quisque ditior est, eo diutiùs viuit. S.August. *serm.* 28. *de diuersis*, hanc Domini explanans sententiam, sic ait:
† Non solùm auarus est, qui rapit aliena, sed & ille auarus est, qui cupidè seruat sua. 3

Pecunia, vt habetur Ecclesiast. 10. *obediunt omnia*, 4
quo loco S. Ambros. dicit auaritiam, quia omnia mala potest admittere, ideò radicem omnium malorum esse. Accinit S.Petrus Chrysolog. *serm.* 162. *Auaritia, Fratres, sicut dicit Apostolus, radix est omnium malorum, qua cùm radicari cœperit in corde, sic morum dissipat ornamenta, sicut arbor noxia feralibus radicibus nexa soluit, & dissipat monumenta maiorum.* Luculentiùs rem versat S. Asterius *homil. aduersus auaritiam*, vbi hæc habet. *Auaritia iuxta Apostolum idololatria est,*

est, omniumque radix malorum, innumera ex se se vitia progignens: sicut enim ij, qui aurum in fimum, visceribúsque terra scrutantur, auream glebam circa Principium, & proprium generationis locum cumulatum repositam inueniri narrant, & aliquot inde velut venas in longum hinc inde produci sicut arborum à stipite latè sese explicante, ac diffundunt radices: ad eundem modum imagine non minus impropria auri, & auaritia multa video germina, multósque surculos vna, eademque stirpe auaritia coniunctos. Et optimè auarum definit S. Basilius homilia, qua est 21. ex 29. Aurum autem quid retinere poterit? Igne vehementior est, omnia continuando finibus suis occupat, ea, qua sunt vicini, sibi aufert. Mox vbi alium fortitur vicinum, & qua illius sunt, de se rapit, non ea qua retro sunt, attendit, sed qua his desunt, quave ante prospicit à vicinis possessa desiderat. Eleganter Seneca lib. 2. de benefic. cap. 27. Eo maiora cupimus, quo maiora venerunt, multóque comitatior est auaritia in magnarum opum congestu collata, vt flamma infinite acrior vis est, quo ex maiori incendio emicuit. Sanctus Augustinus lib. de salutaribus documentis, cap. 30. Auarus enim vir inferno est similis, infernus enim quantocumque deuorauerit, nunquam dicit, satis est. Sic si omnes thesauri confluxeriat in auarum, nunquam satiabitur.

5 Et ex nimia pecuniæ auiditate & copia nascitur illa omnium scelerum procreatrix superbia, vt tradit S. August. serm. 5. de verb. Domini c. 9. Nihil est, inquit, quod sic generet diuitia quomodo superbiam omne pomum, omne granum, & omne frumentum, omne lignum habet vermem suum, vermis diuitiarum superbia. Auaro, dicitur Ecclesiast. 10. nihil est scelestius, nihil est iniquius, quam amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet. S. Ambros. 2. offic. cap. 25. Dominus ad Discipulos suos ait: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam, quam velut falce pullulantem in pectoribus huma is succedit auaritia. Et idem Ambros. in Apostoli locum 1. ad Timoth. 6. 3. Nihil, inquit, tam asperum, tam perniciosum est quam si Ecclesiasticus, maximè qui in sublimi loco est, diuitiis huius seculi studeat, &c. Valerianus hom. 17. de bono martyry. Cupiditas, inquit, corda hominum diuitiarum stimulis inquietat. Scitè S. Chrysostom. homil. 13. in epist. ad Ephesios, ait, Diuitia sunt tinea, sicut tinea corrodit omnia, ita ha quoque. Præclarè S. Nilus in Paranes. Ne lateris diuitias, oera enim, qua ipsis impendantur, à Deo separantur plurimum, & prater hominum expectationem. Diuitiarum ferè comes fastus, & superbia est. Seneca epist. 86. de diuitiis agens, sic ait. Inflant animos, superbiam pariunt, inuidiam contrahunt. Non aberrabit, qui diuitiarum morbum superbiam dixerit, ex S. Augustino serm. 212. de Tempore, vbi ita loquitur. Nihil tam timendum est in diuitiis quàm superbia. Denique Apostolus hoc admonet Timotheum. Pracipe, inquit, diuitibus huius mundi superbè non sapere non enim diuitias expauit, sed morbum diuitiarum: morbus autem diuitiarum est superbia magna. Scitè Petrus Blesensis serm. 32. sic ait: Vermis diuitiarum est superbia.

6 Cupiditatis, & auaritiæ barathro mergantur non solùm, qui bonorum temporalium auiditate nimia tenentur, sed etiam illi, qui iuxta suum statum habentes quo vitam honestè transigerent, sine Ecclesiæ necessitate se beneficiorum multitudine onerant, quod prohibet Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 16. tuti enim non sunt, etiamsi cum illis dispensatum fuerit, dummodo sine vrgenti causa fiat. Audi S. Ambros. lib. 3. de consideral. ad Eugenium, cap. 4. Quid, inquis, prohibes dispensare? Non, sed dissipare. Non sum tam rudis, vt ignorem positos vos dispensatores, sed in adificationem, non in destructionem. Denique quaritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur: † vbi necessitas vrget, excusabilis dispensatio est: vbi vtilitas prouocat dispensatio laudabilis est; vtilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum est, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. Vnde Thom. Cantipr. lib. 1. Apum cap. 19. pag. 6. 7. & 10. non paucos plura beneficia possidentes infelicissima morte extinctos, & se idcirco damnatos esse commemorantes allegat. 7

Virum Catholicum, inquit S. Leo epistol. 51. relatus in cap. virum 47. distinct. & præcipoè Domini Sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta Scriptura: Post concupiscentias tuas non eas. Mens enim potentiæ auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum. Et S. Gregor. lib. 7. epist. 110. relatus in cap. bonorum 47. dist. ita ait: † Bonorum auctori inharere aliter non valemus, nisi cupiditatem à nobis, qua omnium malorum radix est, abscindamus. Et lib. 2. epistol. 25. ad Ioannem Episcopum Squilatinum, in fine. Admonemus fraternitatem tuam vt in commissis sibi animabus solerter inuigilet, & animarum magis lucris quàm commodis vita prasentis intendat. Et lib. 12. epist. 6. Archidiaconum Florentinum ob tentationem, Episcopatus indignum iudicauit. 8 9

Glos. XVI.

Sua domui bene prapositum.

SVMMARIVM.

1 *Domum suam diligenter Episcopi gubernare debent.*
2 *Extrema duo cauere debet Pastor, ne aut exterioribus curis nimis deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus, qua foris debet proximis non impendat, & num. 3.*
4 *Episcopus debet esse solicitus ad orationem.*
5 *Familiares Episcopi quomodo edocendi? ostenditur.*
6 *Familiares Episcopi conuenit vt sint viri spirituales.*
7 *Boni in consilio, obsequio, ac contubernio habendi.*
8 *Familiares si non sunt spirituales non diligunt te, sed tua.*
9 *Princeps nullum maius iudicium bona mentis potest ostendere, quàm vt adiungat sibi viros virtute, & fama celebres.*
10 *Familiares quales debeant habere Episcopi? ostenditur.*
11 *Regiminis Ecclesia argumentum ex dexteritate regiminis politici desumitur.*



ILIGENTER, vt inquit D. Bernard. ad Eugen. de consid. lib. 4. Episcopi domum suam gubernare debent; oportet enim Apostol. 1. ad Timoth. 5. scribens dicit, qui suorum maximè domesticorum curam non habet fidem negauit, & est infideli deterior. Iure ergo, qui domus suæ nescit præesse, in Episcopum ordinari prohibetur, quia qui in re minima, de qua sibi familiori debet cura inesse, fidelis non est, quomodo in Ecclesia Dei (vbi tot sunt, & alieni) solicitam diligentiam adhibebit? Vnde Hieronymus. Non enim iustus pollutior ex filiorum vitiis, sed libertas ab Apostolo Ecclesiæ Principi reseruatur, vt talis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere, 1

dere, quod tunc fieri non erit, quod sibi imputetur, cùm enim gressus hominis à Domino dirigantur, nec sint in homine eius viæ, corripere quidem potest, corrigere autem non valet, pulsare potest, non aperire, manus comprimere, non animum mutare. Diligenter guberna domum tuam, inquit D. Bernardus *de consid.ad Eugen.lib.4.* nam, vt dicit Apost. *si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Non quòd minimis domus tuæ intendas, cum sis occupatus maximis. Nullo ergo modo implices animum curis rei familiaris, ac rerum tuarum, cùm oporteat te habere animum liberum, quem nulla sibi vendicet violenta occupatio: nobilem quem nulla deorsum trahat indignata affectio: firmum, quem nulla concutiat repentina turbatio: inuictum, quem nulla fatiget etiam continua tribulatio: amplum, quem nulla coarctet rei temporalis amissio. Bonum acquirit gradum, ait Bernardus *serm. 3. de assumpt. Virg.* qui bene ministrauerit; fortè meliorem, qui bene vacauerit Deo; optimum autem, qui perfectus est in vtroque. In bono per minima ad magna cundum docuit Deus Moysis exemplo, quem in pastorali prius exercuit arte, vt præpararet ad principatum, quod expendebat S. Basilius Seleuciæ Episcopus *orat. 9.* his verbis. *Oues in monte pascens conspicatur Deus obuiatur, illi enim concessit Deus pastorem agere, vt ex pecorum pastore Israelis pastor crearetur, vtque post artem pastoritiam in modicis exercitum tribulium suorum principatum ei crederet.*

2 Duo extrema, vt ait Gregor. cauere debet Pastor, ne aut exterioribus curis nimis deditus ab intimis corruat; aut solis interioribus occupatus, quæ foris debet, proximis non impendat. Incidentes in primum extremum sunt illi, qui obliti se datos esse in Prælatos propter salutem animarum diebus ac noctibus solis curis externis incumbunt. Quò fit, vt interna (quæ alios docere debuerant) ignorent: quò etiam fit, vt subditi non proficiant, sed potiùs in spiritualibus torpeant: quia non habent Pastorem eorum animas ad cœlestia subleuantem, & ducem viam perfectionis ostendentem. Si enim à duce itineris erratur, exercitus sequens quomodo pertinget? Hic enim potius terreni iudicis quàm cœlestis ducis officium exercens terrenis studiis suis excæcat oculos subditorum. Vnde Dominus *Luc. 21.* non solùm Pastores, sed & omnes admonet, dicens: *Videte ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius seculi*, & Apost. noster *2. ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*, &c. Et item: *Quæ sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram, mortui enim estis*, &c. Quòd si Episcopi dixerint: Multa nobis secularia negotia commissa sunt; respondet Gregor. *in Pastor. par. 2. cap. 7.* adducens illud nostri Apost. *1. ad Corinth. 6.* Secularia iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum, vt scilicet illi io terrenis & secularibus negotiis occupatentur, qui penetrare intima nequeunt. Ideò meritò Ietro arguebat Moysen, quia terrenis populi negotiis, labore seruiebat nimio, consulens vt ad iurgia dirimenda alios constitueret iudices, vt ipse liberius vacaret arcanis cœlestibus cognoscendis ad populum erudiendum. Igitur à subditis inferiora gerenda sunt, à Rectoribus summa cogitanda, vt scilicet oculum, qui prouidendis gressibus præeminet, cura pulueris non obscuret; pedum namque est puluere inquinari; monstruosum autem est, quod caput (id est, Pastor) ad puluerem recurrerit, & cum eo inuoluatur. Et de his Pastoribus dicitur: *Quomodo obscuratum est aurum*, &c. Et *lapides Sanctuarij dispersi sunt in medio platearum*, id est, in latitudine negotiorum terrenorum relinquentes secreta Sanctuarij. Igitur concludit Gregor. *vbi proximè*, secularia negotia aliquando ex compassione toleranda sunt, nunquam verò ex amore requirenda: ne cùm mentem diligentis aggrauant, hanc suo vitam pondere ad ima de cœlestibus mergant. Ideo semper cauendum Pastoribus, ne dum temporali solicitudine incautè deseruiunt, & vehementer incumbunt, ab intimo amore refrigescant, & foras fusi, obliuisci non metuant se esse animarum Pastores.

Cauendum etiam est alterum extremum. Sunt 3 enim (ait idem Gregor. *d. loco*) quidam, qui sic sibi vacare ad spiritualia appetunt, vt rebus exterioribus nullatenus occupentur, quorum nimirum prædicatio plerumque despicitur: quia subditis necessaria pro vita temporali non tribuunt. Egentis enim mentem sermo prædicantis non penetrat, quem misericordia eius non rigat. Sic ergo oues oportet interno pastu saginare, vt etiam ex exteriora prouideantur: ideo Paul. *1. ad Timoth. 5. Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet.* Igitur Pastores neque vehementer incumbant curis exterioribus, neque ex toto eas relinquant, & ad hoc adducit illud *Ezech. 44.* vbi præcipitur Sacerdotibus, vt neque radant capillos, neque comam nutriant, sed dumtaxat tondeant. Per capillos enim externæ curæ significantur: quæ si nimis crescunt, oculos internos impediunt, ne videre possint. Non sunt ergo tadendæ ex toto, sed tondendæ, id est, sub certa mensura tenendæ. Vnde D. Bernard. *lib. 1. de consideras. ad Eugenium*, sic ait, *Itaque consule tibi, non fias seruus hominum, non consumas totum tempus in audiendo leges Iustiniani, litet, & cauillationes: dic illud* Psalm. 118. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Tuum principale munus est ædificare Ecclesiam, docere populos, meditari in lege Domini, quæ sola est immaculata conuertens animas. Non dico quod totum te subtrahas illis secularibus occupationibus, sed quod non tradas te totum. Si es homo omnium omnibus factus, esto etiam tui: alioquin quid tibi prodest, si vniuersos lucreris, & te ipsum perdas? Habe igitur te, & si omnes veniunt ad bibendum de fonte tuo, bibe etiam & tu, tu solus sitiens permanebis. Qui sibi nequam, cui bonus? Itaque non totum te des actioni, neque semper; sed considerationi aliquid tui cordis, & temporis sequestra, vacans Deo: quia & ibi praordinas, quæ agenda sunt secundum Deum, ne præcipitanter fiant, ibi primò scrutaris, & ordinas effectus, & actus tuos, demum alienos.* Itaque huic tam pio, quàm vtili otio nullam in vita operam dare, vitam perdere est. Imitare Sanctum Gregorium, qui vltimam partem Ezechielis obscurissimam in otio exposuit, eo tempore, quo Vrbs erat obsessa, & in summa tempestate negotiorum, vt ex eius præfatione liquet.

Episcopus igitur debet esse solicitus ad oratio- 4 nem, quò per eam Deo interno amore coniungatur, petens ab eo vt ipsum custodiat, ne peccet, qui alios à peccatis auertere debet, vt det tibi sapientiam ad populum regendum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat; qui & orare tenetur pro tota ciuitate, imò pro omnibus viuentibus, & fidelibus defunctis, vt dicit S. Chrysost. *lib. 6. de Sacerdotio.* Vnde ter saltem in die in oratione assiduus sit, manè, meridie, & vesperi, & ob id domi capellam magnificè extructam habeat, vbi quotidie Missam

sam celebret, & de obligatione Episcopi celebrandi Missam agit Marc. Anton. Genuen. *in man. Pastorum cap.* 11.

5 Circa familiares ab Episcopis assumendos D. Bernard. *lib. 4. de consid. ad Eugenium*, hæc monet: *Studeas scire mores, & studia familiarium tuorum: non decet, vt vitia domus tuæ vltimus scias, quod quamplurimis nouimus contigisse. Alius alia dispenset, tu de disciplina prouide, illud nemini credas: si insolentior coram te vel sermo sonuerit, vel habitus apparuerit, manus tua super huiusmodi; vlciscere iniuriam tuam, impunitas ausum parit, ausus excessum. Domum Episcopi decet sanctitudo, honestas in vultu, incessu, habitu, &c. Discant à te Coepiscopi comatulos pueros, & comptos adolescentes secum non habere: certè inter mitratos discur-*

6 *rere calamistratos non decet.* Et † maximè conuenit, vt familiares Episcopi sint viri spirituales; nam, vt dicit Gregor. *super Ezechiel. Qui Sanctis adhæret, ex assiduitate visionis, locutionis, exemplo operis, accipit vnde accedatur in Deum, vitia fugiat, minusque sentiunt ar labores virtutis: sciunt enim illi compati, sciunt gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, libenterque sustinent penuriam temporalium.*

7 Hinc Bernard. *ad Episcopum Gebenen. epist.* 28. sic ait: *Omnia fac cum consilio, nec tamen omnium, aut quorumcumque, sed tantùm bonorum. Bonos in consilio, bonos in obsequio, ac contubernio, qui vitæ, & honestati tuæ custodes sint, & testes. Summa,* inquit Sanctus Basilius *serm. de abdicatione rerum, vigilantia, acerrimaque in omnes partes animi circumspectione operam dato, vt aliquem virum tibi inuenias, quem in omnibus deinceps delectæ tibi vitæ studiis certissimum ducem sequare, eiusmodique, qui rectum iter ad Deum volentibus pergere, sciat is commonstrare: qui ornatus virtutibus sit, cuius vniuersa totius ipsius vitæ actiones testimonio sint, charitatem in eo erga Deum inesse, qui diuinarum literarum scientiam habeat, virum integerrimum, nec vlli distractioni indulgentem, ab auaritia abhorrentem, minimè libenter gerendis se negotiis admiscentem, quietum, amantem Deum, egentium studiosum, minimè iracundum, iniuriarum immemorem, natura propensum ad eos docendos, qui ad ipsum accedant, quem gloria inanis non inflet, superbia non extollat, adulatio non frangat, sicutrum, atque constantem, cui denique nihil sit præstantius honore Dei.*

8 Idem Bernard. *de consid. lib. 4. ad Eugenium*, sic ait: *Tales studeto habere familiares, qui si velles aliquatenus deuiare, non finerent, frænarent præcipitem, dormitantem excitarent, quorum libertas excedentem corrigeret, extollentem reprimeret, quorum constantia, & fortitudo nutantem firmaret, erigeret diffidentem, quorum sanctitas ad omnia te bona incitaret. Familiares tui si non sunt spirituales, non diligunt te, sed tua; immo nec te, nec tua, sed quæ sua sunt quærunt, & ea venantur adulationibus.*

9 Commin. *in lib. 3. Comment.* dicit nullum maius indicium bonæ mentis Princeps potest ostendere, quàm vt adiungat sibi viros virtute, fama celebres; nam omnes statim iudicabunt eum talem esse, quales ij, qui apud illum sunt. Et Cassiodor. *lib. 4. var. epist.* 3. Ad ornamentum palatij pertinere ait aptas dignitatibus personas eligere, quia de claritate seruientium crescit fama dominorum. Laudat Claudian. Stiliconem suum *lib. 2. in Stilic.* quia in hoc nec nobilitati, nec ignobilitati deferebat, sed tantùm meritis famulorum. Et Isocrat. *ad Nic.* ita consuluit: *Principatu adeptus nullius improbi ministerio vtitor: nam quicquid ille deliquerit, sibi veluti auctori imputabitur.*

10 Erit igitur Episcopus domui suæ bene præpositus, si attendat diligenter ne in ea sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatum amatores, vt docet Concil. Trident. *sess. 2. cap. vni.* obseruant Fusch. *de visitat. lib. 1. cap. 3. num.* 7. Marc. Anton. Genuen. *in manuali Prælat. cap.* 22. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 4. num.* 44. Vgolin. *de officio Episcopi p. 1. cap. 3. num.* 5. me citato *in hoc loco* Maurit. de Alzedo *de præcell. Episcop. dignit. p. 1. cap. 5. num.* 39. proinde cùm tantum numerum habeat, quo & Ecclesiæ vtilitati, & ipsius necessitati consuli possit, & in eo mulierem nullam, nec aliquem qui viginti annis minor sit natu, & quàm plures fieri potest clericos habeat, & inter hos duos Sacris initiatos bonæ conuersationis, qui quasi testes sint sanctæ eius conuersationis & studij, *cap. Diaconi 93. dist.* & in primis litteratos secum habeat, *cap. esto,* vbi glos. *95. dist.* alterum præterea habeat moribus spectatum, qui familiæ præfectus sit, & eam piè instruat, & corrigat, ac in sacris edoceat. Nullus familiæ Episcopi arma ferat, nisi in itinere necessitatis causa Episcopi arbitrio, nigro tantùm, vel fusco colore vtens, à serico, auro, argento, & vario colore abstinens, & simplici vestitu contentus. Curet Episcopus vt omnes eius familiares quotidie Missam audiant, & clerici saltem similiter cum ipso, semel in hebdomada ieiunent, ac bis in Aduentu, præter stata Ecclesiæ ieiunia, vtque semel saltem in mense factam Eucharistiam suscipiant: at in Aduentu, & Quadragesima diebus Dominicis clerici saltem, ac dum familia cibum capit sacra lectio adhibeatur. Curet etiam Episcopus ne inertiæ dediti aliqui sint, sed honestis actionibus occupati, & vt abstinentes à flagitiosorum hominum consuetudine, & locis, vbi turpiter viuitur, nec foris pernoctantes, & abstinentes à iocis, & inanibus oblectamentis, & libris huiusmodi continentibus religionem & pietatem præ se ferant, ac ostendant se dignos esse, qui populi duci ministrent. Quotidie verò Episcopus in vesperi antequam ad cœnam accedatur cum iis litanias, & preces deuotè recitet, & piè oret, ac salutaribus monitis ad vitæ innocentiam, integritatem, pietatem, humilitatem, & alias virtutes Christianas exercendas accendat, & curet, vt quolibet die post orationem vnus, aut alter clericus sermonem in Oratorio habeat, quò piè ad virtutem aliquam amplectendam, vel vitium fugiendum hortetur; vt verè certior fiat Episcopus quomodo familia eius viuat, visitet eam frequenter & eius gressus exploret, bonos præmiis, & laudibus afficiendo, malos contrà corrigendo, & incorrigibiles expellendo. Cùm domo Episcopus egreditur, familia eidem assistat, & modestè comitetur. Cùm aliquis ex ea ægrotat, Episcopus eum paternè inuisat, & omni eius necessitati opportunè succurrat.

Postquam noster Apostolus ostendit Episcopum 11
domui suæ bene præpositum oportere debere, ex œconomicæ tectionis dexteritate sumpsit coniecturam, & iudicium de gubernandæ Ecclesiæ industria. *Si quis autem,* ait, *domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?* Qui etiam eiusdem epistolæ *Timothei cap. 5. Si quis autem,* ait, *suorum maximè domesticorum curam* (vt corporis, & potissimum animæ saluti prouideat, & consulat) *non habet, fidem negauit,* (si non verbo negauit, saltem facto, quia & suam, & Christianæ Religionis bonam famam negligit, vnde eius contemptus, & obtrectatio nascitur) *& est infideli deterior,* (vt qui naturæ, & humanæ charitatis impulsu suæ familiæ potius, quàm exteriorum rationem, & prouisionem habeat.) Vnde S. Chrysost. *homil. 14 in hanc epist.* sic ait: *Plerique virtutem suam sibi satis esse ad salutem putant, & si vi-*

tam ſuam ritè diſponant, deeſſe ſibi nihil arbitrantur, ſed hi profectò falluntur; idque apertè ſatis indicat ſeruus ille, qui talentum vnum ſibi a Domino creditum fodit in terram, Matth. 25. *neque enim imminutum illud, ſed integrum. & huiuſmodi quale acceperat, retulit.* Euidenter & Beatus Paulus hoc loco id ipſum aſſerit, dicens. *Si quis ſuorum ad ſe pertinentium curam non habet, (cura nomine prouidentiam animæ, & corporis ſignificatur) fidem negauit. Deum, ait* ad Titum 1. *verbis ſe ſcire confitentur, factis autem negant.*

12 Ex aptitudine, inquit Modernus quidam, & dexteritate regiminis œconomici ſumitur iudicium de aptitudine ad regimen politicum, & eccleſiaſticum; qui enim bene domum ſuam moderatur, ſignum eſt quòd idem benè reget Eccleſiam. Vnde Hieron. *ad Oceanum: Vult, inquit Apoſtolus, Epiſcopum domum ſuam bene regere, non vt opes augeat, non vt regias paret epulas, non vt calatas patinas ſtruat, non vt phaſidis aues lentis pauonibus coquat, qui ad oſſa perueniant, & ſuperficiem carnis non diſſoluant artifici temperamento; ſed vt quod populo precepturus eſt, priùs à domeſticis exigat.* Vnde ait Theodoret. *qui parua neſcit adminiſtrare, quomodo poterit ei credi cura præſtantiorum, ac diuinorum?* Et Ambroſ. *Manifeſtum eſt, quia tunc poteſt idoneus Rector futurus probari, ſi priùs domum ſuam rectè gubernauerit, qui enim in minimis fidelis eſt, & in magnis fidelis erit.* Paulus enim omnino neceſſariò à minori negando concludit, nam qui familiam non poteſt rectè adminiſtrare, is Eccleſiaſticæ præfecturæ, quæ multò eſt tum difficilior, tum laborioſior, par eſſe non poteſt: ſic namque Chryſoſt. *Eccleſia, inquit, eſt velut domus quædam, ac ſicut in domo vxor eſt, & filij, ac ſerui, omniumque cura, ac regimen incumbit viro; ita ferme & in Eccleſia videas. Eſt autem longè facilius domum quàm Eccleſiam regere. Qui igitur rem, vt dixi, familiarem diſpenſare congruè neſcit, is quo pacto Eccleſiæ præeſſe conuenienter poſſe putandus eſt?*

Glos. XVII.

Non neophytum.

SVMMARIVM.

1. *Neophytus deducitur à neos, quod eſt nouum, & phytos, quod eſt Fides, quaſi nouus in Fide.*
2. *Neophytus eſt ille, qui a reprobata religione conuerſus de recenti Chriſtianæ militiæ nomen dedit.*
3. *Neophyti nuncupari non debent, qui a multo tempore ab Infidelitate ad Chriſtianiſmum ſunt conuerſi.*
4. *Neophyti nuncupari non poſſunt qui à natiuitate ſacro Baptiſmate fuerunt abluti.*
5. *Neophytus quare ad Epiſcopatum non ſit promouendus? oſtenditur.*
6. *Neophytus ad Ordines ſacros non eſt promouendus.*
7. *Neophyti vitæ qualitas quando oſtendit illum eſſe talem, qualem decet eſſe bonum Sacerdotem, tunc poteſt ordinari.*
8. *Papa promouens neophytum ad Epiſcopatum, videtur cum eo diſpenſare.*
9. *Alexander de Franciſcis, vulgò Hebræinus nuncupatus, Ordinis Prædicatorum à Clemente VIII. ad Epiſcopatum promotus.*
10. *Baptiſmum ſolemne familiæ cuiuſdam ex primariis inter Iudæos à Pio V. Pont. Max. factum.*
11. *Salomon Corcoſſus Hebræus à Gregor. XIII. baptizatus, & honoribus decoratus.*
12. *Gratiis amplioribus honorandi, qui renati ſunt fonte Baptiſmatis priſtina cæcitate dimiſſa.*
13. *Homines vndecumque naſcantur, ſi parentum vitia non ſectentur, & Deum rectè colant, honeſti, & ſalui erunt.*
14. *Familia nulla, cognatio, patriave ſapientis eſt, præter virtutes, & actiones eius.*
15. *Nobilitas ſumma eſt clarum eſſe virtute.*
16. *Nobilitas vera non ex ſanguine, & carne, ſed ex virtute animi accipit formam, & claritatem.*
17. *De vitio parentum non eſt quis laudandus, aut vituperandus.*
18. *Ordinandus eſt in Eccleſia, qui eam diligat, non deglubat.*
19. *Generis differentia ad Eccleſiaſtica beneficia, publicaque officia obtinenda operatur grauia inter vtrumque populum diſſidia.*
20. *Communio in omnibus hominibus eſt diligenda.*
21. *Vnitas a Domino, & per Apoſtolos tradita, quantum poſſibile fuerit, obtineri debet.*
22. *Statuta quod neophyti, & deſcendentes ab eis non admittantur ad Eccleſiaſtica beneficia, probanda non ſunt.*
23. *Lex conſtituens generis differentiam generaliter dicitur facta in odium certarum perſonarum, & eſt nulla.*
24. *Statuta prædicta probanda videntur, quando eorum prohibitio non eſt indefinita, ſed reſtricta ad certos gradus.*
25. *Prohibitio generalis vltra quartum gradum non poteſt eſſe rationalis.*
26. *Statuta prædicta valida erunt, ſi eorum prohibitio reſtricta fuerit ad certas Eccleſias.*
27. *Conditio adiecta in limine fundationis Eccleſiæ per patronum, vel fundatorem, quod non poſſint beneficiarij recipi, niſi deſcendentes ex puris, & antiquis Chriſtianis, valida eſt.*
28. *Fundator in limine fundationis poteſt apponere quaſcumque conditiones etiamſi ſint contra ius, niſi ſint natura impoſſibiles, vel alias à iure improbatæ.*
29. *Statuta quod neophyti, & deſcendentes ab eis, non admittantur ad Eccleſiaſtica beneficia, ſunt pœnalia, exorbitantia, & ſtrictè accipienda.*
30. *Conſtitutiones aut breuia contra deſcendentes ex genere Hebræorum Regni Portugaliæ, referuntur.*
31. *Præbenda dimidia, portionaria, & tertionaria non veniunt appellatione canonicatus.*
32. *Conſtitutio prohibens certo generi perſonarum obtinere principales dignitates Collegiatarum Eccleſiarum, comprehendit tantum vnam principalem in qualibet Collegiata.*
33. *Prior in Luſitania dicitur prima dignitas in Collegiata.*
34. *Conſtitutio prohibens certo generi perſonarum obtinere Parochiales Eccleſias curam animarum habentes, non comprehendit illas, quæ ſunt vnitæ in perpetuum, & acceſſoriè alteri beneficio non parochiali, vel curato.*
35. *Cura animarum probatur eſſe penes illum, cui incumbit ſpecialiter iuriſdictio ſpiritualis, ideſt, adminiſtratio Sacramentorum.*
36. *Beneficij vniti nomen & titulus extinctus & ſuppreſſus eſt, ita vt amplius non cenſeatur vacare, nec in eo vllus poſſit inſtitui.*
37. *Vnionis literæ non dicuntur de beneficio, ſed de proprietate, & re profana.*
38. *Vnionis cauſa non dicitur amplius beneficialis.*
39. *Beneficia illa dicuntur curam animarum habere, quæ eam habent actu, non verè habitu.*

40 *Cura*

40 *Cura animarum vbi simpliciter fit mentio, intelligitur semper de cura actuali, & non habituali.*

41 *Episcopi arbitrio relinquitur an oporteat ponere perpetuum Vicarium in parochialibus vnitis.*

42 Extrauag. execrabilis, vers. quantum, de præbend. *declaratur.*

43 *Beneficiatum qui habet annexam Parochialem suo beneficio, non intitulatur in Parochiali, sed in beneficio, cui est annexa accessoriè, & in perpetuum.*

44 *Vicarius Episcopi temporalis est, dignitas verò Vicariatus perpetua iudicatur.*

45 *Capitulum excludens prouisum ob impuritatem sanguinis, tenetur probare causam exclusionis.*

46 *Nemo natus inter Christianos grauatur onere probandi se esse natum ex puris Christianis.*

47 *Statutum Toletanum cum vtatur verbo,* progenie, *non exigit probationem maculæ in certo gradu, sed sufficit quod ipsa progenies sit infecta.*

48 *Capitulo volente repellere prouisum tanquam impurum, quando incumbat ipsi prouiso onus probandi se purum, ostenditur.*

49 *Informatio de genere nunquam præstat exceptionem rei iudicatæ.*

50 *Exceptio impuritatis debet plenè & concludenter probari, & num. 45. quando per famam possit probari.*

51 *Impuritas sanguinis per famam concludenter probari non potest nisi sit perpetua, & illæsa apud omnes, & appareat oriri potuisse ex aliqua probabili causa, quaque contrariis probationibus non debilitetur.*

1 NEOPHYTUS dedocitur à verbo,
neos, quod est *nouum*, phytos, quod
est *fides*. quasi nouos in fide, iuxta
glos. Nicolai de Lyra *super hunc
Apostoli locum*, Turrecrem. *in sum. 48.
dist. n. 2.* Salzed. *ad Bernard. in pract.*
2 *cap. 22. num. 1. in nouiss. edit.* Dicimus igitur † neophytum, qui à reprobata religione conuersus de recenti Christianæ militiæ nomen dedit, *cap. sicut 48.*
3 *dist.* † nam ij, qui à multo tempore ab infidelitate
4 ad Christianismum sunt conuersi, † neophyti nuncupari non debent, quamuis iniuriosè hoc nomine appellentur ab aliquibus, quos grauibus verbis arguunt Turrec. *d. loco num. 2. vers. ex qua descriptione,* Nau. *in man. cap. 27. sub num. 205. vers. dixi recentior conuersus*; multóque minus hoc nomine possunt appellari eorum filij, & descendentes, qui nati à parentibus conuersis à natiuitate sunt Sacro Baptismo lauati. Con. *in Clem si furiosus par. 1. §. 2. num. 7. vers. prima conclusio,* Nau. *d. num. 205. vers. tertia dico,* Hoieda *de incompatib. benefic. par. 1. cap. 24. num. 2.* Greg. de Valentia *tom. 4. disp. 7. puncto 3. §. 3.* Sayr. *de censuris lib. 6. cap. 13. sub num. 11.* Flamin. *de resignat. lib. 4. quæst. 4. num. 22.*

5 Ad Episcopatum non esse promouendum neophytum dicit Apostolus *in præsenti*, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli, fortasse credens Fidem Christianam eius auxilio indigere, ac sine eo regi minimè posse, vt *hic* glossauit Lyrinens. & glos. *in sum. 48. dist.* Rectè autem metuit Apostolus timorem superbiæ, nam, vt scribit Hier. *epist. 85. ad Ocean. Ignorat momentaneus Sacerdos humilitatem, & mansuetudinem rusticorum, ignorat blanditias Christianas, nescit se ipsum contemnere, de dignitate transfertur ad dignitatem, non ieiunauit, non fleuit, non mores suos sæpe reprehendit, & assidua meditatione correxit, non substantiam pauperibus erogauit, de cathedra quodammodo ducitur ad cathedram, idest, de superbia ad superbiam.* Et in eandem sententiam Ambros. *Verum est*, ait, *quia rudis in Fide solet extolli superbia, maximè si accipiat Ordinem: nouitate enim, & potestate inflatur arbitrans se præ cæteris digniorem.* Videns enim primo anno natiuitatis collatum in se honorem, putat non magis ad suum, sed aliorum profectum se vocatum, quasi beneficium religioni det magis, quàm accipiat ab ea, per quam rem elatus incurrit in iudicium diaboli, inuenta enim occasione superbiæ illius, Satanas præcipitat eum: ratio etiam illa mihi placet, quia ruit murus, cùm pondus tignorum humore nondum exsiccato opponitur, ex Felino *in cap. eam te, vers. limita secundò, sub num. 12. de rescriptis*; tum quia, vt tradit D. Hieron. *super epist. Pauli ad Titum.* & refertur *in sum 48. dist.* non licet, vt qui erat heri catechumenus, hodie fiat Episcopus, qui heri erat in theatro, hodie sedeat in Ecclesia, qui vesperi erat in circo, hodie ministret in Altari, qui dudum fuerat fautor histrionum, hodie sit consecratur Virginum; tum etiam quia, quia, vt *ibi* ait glos. *verb. prohibentur*, is alios edocere non potest, qui nunquam ipse didicit; tum denique, quia aliis se conformare non poterit, cùm nunquam ipse statum Ecclesiæ regendo expertus est. *Nec nuper*, inquit Anselmus, *baptizatus, nec nuper à secularibus negotiis, vel à militia seperatus fieri debet Episcopus, quia vnusquisque talis est neophytus.* Hinc emanauit Canon Apostolicus 80 cuius sententiam explicat Origen *lib. 3. contra Cels.* his planè verbis: *Qui ex Gentili, vel ex Iudæo fit Christianus, aut ex vita praua ad honestam conuertitur, ne statim Episcopus fiat: indignum est enim, vt qui nondum documentum vitæ suæ dederit, aliorum fiat magister.* Vn-
de † ad Ordines sacros non debere neophytum 6
promoueri, probare videtur tex. *in cap. neophytus 61. dist.* & per illum tradunt Turrec. *in cap. 2. num. 1. 48. dist.* Ripa *in cap. eam te, num. 31. vers. tertio respondet, de rescript.* vbi Dec. *num. 32,* Cou. *d. num. 7. vers. secunda conclusio,* Hoieda *de incompatib. benefic. par. 1. cap. 24. num. 3.* Majol. *de irregularit. lib. 1. cap. 31.* Marquar. *de Iudæis par 3. cap 5. sub num. 8.* Azor *instit. moral. par. 1. lib. 4. cap. 2. quæst. 2.* Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 7. num. 1.* vbi *n. 5.* resoluit in neophyto volente se ordinare tam ad sacros Ordines, quàm ad minores, requiri transactum biennium à sua conuersione. Henriq. *lib. 14. de irregular. cap. 4. num. 7.* ait cum neophyto bene instructo, & confirmato in Fide posse Episcopum dispensare: verùm optimè ex Cou. *d. §. 2. num. 8. concl. 3.* & Auila *de censur. p. 7. disp. 4. dub. 4.* tenet Sanch. *in præcept. Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 12.* neophytos descendentes ex Iudæis, vel Mauris, quamuis non sint ante vsum rationis baptizati, sed pòst, posse ad sacros Ordines, & beneficia promoueri cum iudicio Episcopi, nec in hoc casu esse expectandam summi Pont. dispensationem, sed tantùm Episcopi arbitrio consecrandos esse huiusmodi nouiter ad Fidem conuersos, si sint tales, vt meritò dicendi sint veterani Christiani, vel ex morum probitate, & integra legis Euangelicæ instructione, vel ex antiqua Christianæ religionis professione. Optimè P. Zapata *de iustit. distributiua p. 1. cap. 31. n. 7. ib. Qui iam à natiuitate Christianam Fidem professi fuerint, & ab ipsa infantia Fidei se addixerint, tamen si patrem, auum, aut proauum Ethnicum, Iudæum, vel Saracenum habuerint, irregulares non sunt, neque tanquam neophyti à beneficiis, & Ecclesiasticis dignitatibus, aut officiis secularibus prohibentur, neophyti non sunt, nec dici debent, cap fin. 48. dist. Nec attento Iure communi à*

sacris Ordinibus, beneficiis, dignitatibus Ecclesiasticis, & honoribus publicis secularibus repelluntur, &c refert R. P. Hieronym. à Cruce *in defens. statutorum, & nobilitatis Hispan. lib. 2. cap. 9. pag. 206.* Optimè Didac. de la Motta *in tract. de confirmatione Ordinis Militia S. Iacobi de Spata lib. 2. cap. 2. §. 2. ad 2. num. 15. pag. 123.* ibi, *Quod si placet, candide lector, hîc amplius immoremur, afferamus exemplum ex doctrina eiusdem Apostoli 1. ad Timoth. 3. in qua dicit, Neophytus non assumatur ad Episcopatum, iam ex hoc non licet inferre quòd nullus neophytus in Episcopum assumatur, vide quod sequitur in littera D. Pauli, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli, ecce causam, ne superbiat, putans quòd Religio Christiana illo indigeat. Itaque D. Paulus loquitur de neophytis, qui non solùm sunt neophyti ætate*, sed etiam perfectione, *vt explicat D. Thomas hoc loco, ex quo sequitur quòd si sit humilis, & moribus, ac integra Euangelica legis institutione praditus, aliis se confirmare valens, iam poteris in Sacerdotem & Episcopum assumi, vt inter alios explicant Couarr. in Clem. si furiosus pag. 1. §. 2. num. 7. Nauarr. cap. 27. num. 205. Maiol. lib. 1. cap. 32. ratio est, quia cessat causa inhabilitatis, vt dist. 61. cap. neophytus, & iure optimo, quia quoad istum effectum iste homo non est neophytus, sed veteranus miles Christiana Religionis, & in Christiana Religione & disciplina neophytus non est, nec sic appellandus: facit etiam tex. in cap. Statuimus, eadem dist. 61. quòd laici prohibentur eligi in Episcopum: cessantibus autem caussis prohibitionis cessat ipsa constitutio. vt si laicus merito sua perfectionis clericalem vitam transcendit, eius electio potest recta haberi*, &c.

7 Quando igitur qualitas vitæ neophyti ostendit illum esse talem qualem decet esse bonum Sacerdotem, cessat ratio prohibitionis, & consequenter cessat prohibitio propter rationem inducta, vt sunt expressa verba *dict. cap. neophytus*, vbi Vercellenses vituperabant electionem Ambrosij, quia neophytus erat, quibus respondit idem Ambrosius hoc ideo esse prohibitum ab Apostolo, quia neophyti consueuerant propter honores superbire, sed si humiles inueniantur, bene possunt ordinari, refert Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij cap. 10 paulò post princ. pag. 31.*

8 Cùm prohibitio hæc Apostoli quòd neophytus ad Episcopatum non promoueatur, non sit ex præcepto Christi, sed secundùm legem communem, quia ipse hoc pronuntiauit tanquam Ecclesiæ Doctor, non vti præcipiens nomine Christi, *d. cap. neophytus*, Turrec. *in sum. 48. dist. num. 4. vers. ad secundam patet*, Azor. *part. 2 lib. 4. cap. 6. quæst. 12. vers. verius tamen.* Ideo eo ipso quòd Papa promouet neophytum ad Episcopatum scienter, videtur eum eo dispensasse, quia illius irregularitas non est similis aliis, quæ requirunt dispensationem, sed remittitur arbitrio Superioris, qui propterea illum promouendo, videtur declarasse eum esse in Fide solidatum, ac proinde impedimentum in eo cessasse. Cou. *d. num. 7. vers. secunda conclusio*, Hoieda *d. cap. 24 num. 3.* me citato *in hoc loco* Marchin. *de tract. 1. par. 10. cap. 2. num. 3. & 18.*

9 Quare Summi Pontifices aliquando ad Episcopatus neophytos promouerunt post longam vitæ probationem, & postquam in eis concurreret qualitas humilitatis, & in Fide solidati apparerent, vt vidimus ætate nostra Alexandrum de Franciscis, vulgo Hebrainum nuncupatum, à Clemente VIII. ad Episcopatum Foroliuiensem assumptum, qui quamuis esset in Hebraismo natus, & altus; ad Fidem tamen conuersus non solum Christianam pietatem sinceris fuit amplexatus affectibus, sed Sanctissimam Dominicam familiam ingressus, ibi euasit homo charitatis insignis, & prædicator egregius, quod sufficere visum fuit, vt illi Episcopale munus committeretur.

10 Si etiam iidem Summi Pontifices propagandæ religionis zelo huiusmodi neophytos ex primariis Iudæorum familiis conuersos ad honores promouebant, tam vt ipsi animaduerterent Christianam religionem sibi terrenas dignitates non sustulisse, iuxta illud: *Non eripit mortalia, qui regna dat cœlestia*; tum etiam vt cæteri illorum exemplo ad Fidem capessendam allicerentur. Vnde sanctæ memoriæ Pius V. familiam quandam ex primariis inter Iudæos ad Fidem Christianam conuersam in Ecclesia Sancti Petri magno populorum concursu, & apparatu propria manu baptizauit, ac deinde stemmate nobilitatis, priuilegiis insignioribus, proprioque cognomine decorauit, vt testantur Genebr. *in chron.* Surius *in compendio historia*, & omnes, qui eius vitam scripserunt. Sic etiam Gregorius XIII. æternæ mem. Pontifex † Salomonem Corcossum inter

11 eosdem Iudæos familiæ antiquitate primarium, ac multis opibus florentem, ad Fidem venientem baptizauit, propriumque nomen, cognomen, arma, & nobilitatem Romanam pro se, suisque donauit, qui postea vti nobilis electus fuit Conseruator Vrbis.

12 Dignatum & Iuri consonum est, vt renati fonte baptismatis, pristina cæcitate dimissa, amplioribus fauoribus, & gratiis prosequantur, vt sic de seruitute ad libertatem transire videantur, *Extrau. 2. de Iud. inter communes.* Illis igitur, quæ Christianum decent hominem, nullo modo debent priuari, præcipuè si eorum conuersio sit plenè probata, & multò magis, & à fortiori si ipsi eorumque parentes Christianam professi fuissent religionem, quamuis è gente Iudæorum genus deducerent. *Non est enim distinctio Iudai & Graci, nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.* Apost. *ad Rom. cap. 10 Omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudai, siue Gentiles, &c. idem 1. ad Corinth. 12. & in omnes nationes gratia Spiritus sancti effusa est Actor. 10. in fine*, quibus in locis Apostolum mira semper dexteritate studuisse æqualitatem in vtroque populo stabilire docent DD. Hieron. August. & Anselm. *in d. cap. 10. ad Romanos.*

13 Cùm Tobias interrogasset Angelum, qui filium erat comitaturus, de qua Domo, aut de qua Tribu esset, respondit ei Angelus: *Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium, qui cum filio eat?* quasi diceret, non genus hominum, sed personas esse perpendendas. Et D. August. *lib. de bono coniug. cap. 16.* relatus *in cap. vndecumque 56. dist.* sic ait: *Vndecumque homines nascantur, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti & salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine Dei creatura est.* Et Chrysost. *homil. 20. in Matth. Cunctis vnam atque eandem nobilitatem donauit Deus, cum dignatur omnium pater vocari.*

14 Sacra Scriptura *Genes. 5.* postquam de Sancto Patriarcha Noë loquuta fuit, hæc dicit: *Hæ sunt generationes Noë. Genealogia rarus modus*, dicit Chrysost. *homil. 25. in Genes. nam vbi Scriptura dixit: Ista sunt generationes Noë, & aures nostras spe quadam impleuit, quasi genealogiam illius narratura; & quis eius pater fuerat, & alia, quæ mos est recensere: relictis tamen illis omnibus, dicit: Noe homo iustus, & perfectus in generatione sua, placuit Deo. Vidistis admirabilem generationem? sequamur igitur & nos diuinæ Scripturæ regulas,*

regulas, & quorum genealogiam enarramus, eorum non
patres, aut auos, aut abauos in medium afferamus, sed
virtutes, & benefacta exponamus, hic optima genealogia
mos est. Philo lib. de Abrah. hunc eumdem obseruat
locum, & affirmat Moysen virtutes Noë posuisse,
ita vt in stemmate eius, non more aliorum auos, vel
proauos, maioresque cæteros recenseat, sed virtu-
tes quasdam, declarans nollam allam familiam, co-
goationem, patriamve sapientis esse, præter virtu-
tes, & actiones eius: hunc locum ad hoc proposi-
tum refert Ioan. Salgado de Arauio in lege Regia
Portugalliæ, discursu 1. num. 185. Hinc D. Chrysost.
super illud Matth. 4. Patrem habemus Abraham. Quid,
inquit, Timotheo nocuisse creditur quòd fuit ex patre
gentili: aut quid nocuit Abrahæ, quod patrem habuit
Tharam luteorum Deorum cultorem? nonne separatus à
genere suo positus est in caput fidelium, vt non iam dice-
retur filius peccatorum, sed pater Sanctorum, nec potue-
runt eius gloriam sordidare paterni errores?

Egregiè Petros Blesensis epist. 3. ad hoc proposi-
tum sic ait: Sicut non portabit filius innocens iniquita-
tem patris, sic nec filium reprobum decet de patris acti-
bus gloriari. Et quæ nobis argumenta prætendit vt eius
te filium probes, cuius pomposam memoriam magnificas,
& extollis; sanè ideò Dominus Abraham ex Sara &
Agar, ex duabus etiam vxoribus, & duabus ancillis vo-
luit Iacob prolem suscipere, vt vniuersitatis humana suc-
cessio de parentum conditione incerta, & ignara vtrum à
libera, vel ancilla descenderit, se de generositatis vbique
gloria non extollat, titulos enim Saræ, aut Rachelis, quos
sibi quandoque adscribit, vaga & vulgaris opinio pro-
scribit, & abolet nequitia in moribus, seruitus in peccatis,
vt se filios ancillarum conuersatione testentur, qui de
aliorum virtute, quem apud se non nouerint, inflantur.
Præterea in domo Iacob spuriis pariter cum legitimis
funiculum hæreditatis sortiti sunt, & communiter in-
ter se familiæ iudicium dictauerunt. Fatui, delirique
Hebræi, qui habere se patrem iactant Habraha-
mum, filij prorsus degeneres, scitè dictum ab
Auctore operis imperfecti homil. 3. in Matthæum.
Ipse se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit,
qui gloriatur in patribus, ingloria hæc gloria est,
quæ in parentum meritis tantùm sua. Iute Hebræos
premit S. Cyrillus Alexandrinus in Amos cap. 9. Et
clementia miseri processerunt, vt sibi ad felicem statum,
& ad gloriam satis fore arbitrarentur ex radice Abra-
hami prodiisse. Non esse inaniter de patrum nobili-
tate gloriandum ostendit Christus, cùm in sua
genealogia etiam iniustos voluit recenseri, quod
scitè expendit idem Petrus Blesensis d. epist. 3. dum
ait. Quid inter parentelas hominum variando distin-
guis? ab vno patre descendimus vniuersi, & singuli.
Certè speciosus forma præ filiis hominum Christus Iesus,
de quo scriptum est, quia vir nobilis est in portis eius,
cuius nobilitatem, & generationem Propheta non suffi-
cit enarrare, & qui vnius nostræ generositatis est auctor,
de iustis & iniustis, de magnis, & ignobilibus carnem
traxit, nam & agnus Paschalis iuxta septuaginta Inter-
pretes de ouibus & capris assumebatur, in quo manifestis-
simè vides quod apud Christum omnis fortuna, omnis-
que conditio acceptatur: vt quid ergo te in aliorum virtu-
te commendas, & aduersus pauperem de tui generis ex-
cellentia gloriaris?

15 Virtutis laus nobis ipsis parienda est, non allun-
de sumenda, quia generosi homines ex sua, propria-
que, non aliena, aut asciritia virtute iudicandi:
vnde D. Hieron. ad Celant. Nolli te vnquam de generis
nobilitate proponas, neque obscuriores quasque, & hu-
miliore loco natas te inferiores putes. Nescit religio no-
stra personas accipere, nec conditiones hominum, sed
animos inspicis singulorum, seruum & nobilem de mori-
bus pronuntiat. Sola apud Deum libertas est, non serui-
re peccatis. Summa apud eum est nobilitas clarum esse
virtutibus. Quid apud Deum in viris nobilius Petro,
qui piscator & pauper fuit? Quid in fœminis Beata
Maria illustrius, quæ sponsa fabri describitur? sed illi
piscatori, & pauperi cælestis Regni à Christo creduntur
claues, hæc sponsa fabri meruit esse mater illius, à quo
ipsæ claues datæ sunt. Elegit enim Deus ignobilia, &
contemptibilia huius mundi vt potentes, ac nobiles ad hu-
militatem facilius adduceret. Nam & alios frustra sibi
aliquis de nobilitate generis applaudit, cùm vniuersi
paris honoris, & eiusdem apud Deum pretij sint, qui vno
Christi sanguine sunt redempti, nec interest qua quis
conditione natus sit, cùm omnes in Christo æqualiter re-
nascamur; nam etsi obliuiscimur, quia ex vno omnes ge-
nerati sumus, saltem id semper meminisse debemus, quia
per vnum omnes regeneramur. Et Ambros. de Noe, c. 4.
Probati viri genus virtutis prosapia est, quia sicut homi-
num genus homines, ita animarũ genus virtutes sunt. Et iu-
uenis ille Alexandrinos, teste Baronio tom. 8. an. 600.
dicebat. † Vera nobilitas non ex sanguine & carne, sed ex 16
virtute animi accipit formam & claritatem. Et Osor. no-
ster lib. 2. de nobilitate ciuili. Omnis generis splendor, &
familiæ claritas à fonte virtutis ortum habet. Et paolò
pòst: Qui ex virtute laudem adeptus, virtutis insignia po-
steritati relinquit, & nobilitatis iacit fundamenta. Filius,
inquit Ezech. 18. non portabit iniquitatem patris. Et
August. super Matth. ait: Numquam de vitiis erube-
scamus parentum, sed vnum illud quæramus, amplectamur
virtutem. Et idem August. ibid. † Non est omnino nec 17
de virtute, nec de vitio parentum, aut laudandus quis, aut
vituperandus, nemo inde verè aut obscurus, aut clarus est,
lilium est inter spinas religio, ait idem August. si spinæ
ibi pungunt, ibidem flores olent, & sanant. Non ergo con-
temni debet filius probus ex infimo patre natus, nam splen-
didum lumen de fumo, lilium candens de sentibus, rubens
rosa de spinis exoritur, ita & nobilis vir de ignobili pro-
sapia quandoque gignitur. Hac de re Franc. Patrit. Se-
nensis tom. 2. de Regni & Regis institut. sic ait: Optimi
namque ciues, & bene de Republ. meriti muneribus ho-
noribusque honestandi sunt: deterrimi autem omni fœdi-
tatis exemplo afficiendi; quocirca qui deliquerunt mul-
ctandi sunt, parcendum est tamen eorum posteris, fieri
enim potest, vt optimis parentibus orti, pessimi fiant, &
ex deterrimis nonnunquam optimi, &c. Et paulò in-
feriùs, Non igitur posteri arcendi sunt parentum culpa
perpetuò à Republica, ne omnino felicitatem desperent,
cùm videant nullam veniam sperandam esse, nulláque
virtute sese redimere posse. Fit enim sæpenumero, vt eo-
rum animi ad res nouandas promptissimi sint, & despe-
ratio aliquando in virtutem conuertitur, facilè enim, qui
periclitantur, Maronis doctissimi Poetarum sententiam
vsurpant:

Vna salus victis nullam sperare salutem.

Non quærit igitur IESVS in Petro, nec in Re- 18
ctoribus Ecclesiæ suæ nobilitatem generis, patriæ
splendorem, fumosas Maiorum imagines, nihil
eorum curæ est IESV, quæ ad rem Ecclesiæ non
pertinent. At quid? Simon Ioannes diligis me? felix
Ecclesia si in eligendis eius Pastoribus sanctissima
hæc obseruaretur forma, quam obseruauit CHRI-
STVS in Petro, vt ille ordinaretur in Ecclesia,
qui diligeret, non degluberet Ecclesiam.

Generis differentia, vbi fit ad Ecclesiastica bene- 19
ficia, ac publica officia obtinenda, non solùm opera-
tur grauia dissidia inter vtrumque populum, sed ef-
ficit, vt qui noui habentur Christiani minus se cre-
dant aliis, & difficiliùs in Catholica puritate soli-
dentur: cùm distinctio non paruam vim habeat ad

excIrandum Inter homines diſſidia ; ex ciuium diſcordia Reipubl. omnium excidium coofequutom fuit, non facilè eoim diſſentientium animi ad publica onera leuaoda inducuotur, vt ait D. Mari. Cuteli *in C. legum Sicular. cap.* 63. *nota* 73. *ad leges Federici, num.*13. *prope fin.* Hinc S. Leo *in ſerm.* 5. *de*
20 *Quadrageſima*, ſic ait : † *In omnibus hominibus natura eſt diligenda communis, qua nos iis etiam benignos debet efficere, qui nobis ſunt quacumque conditione ſubiecti, quia ſimul cum iſtis habemus quod ad imaginem Dei conditi ſumus : nec carnali, nec ſpirituali natiuitate à nobis diuiſi ſunt, imò hoc ipſo nos per omnia faciunt minores. quod eorum vtimur ſubiectione, cum quibus vni Domino eadem ſubiicimur ſeruitute.* Et Seneca *lib.* 3. *de benefic.cap.*28. ſic dicit : *Eadem omnibus principia, eadémque origo, nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium, & bonis artibus aptius, vnus omnibus parens mundus eſt, ſiue per ſplendidos, ſiue per ſordidos gradus, ad hunc prima cuiuſque origo perducitur.* Audiamus hac de re S.Cyprian. *in tr. de orat. Dominica*, qui ita ait. *Pacificos enim, & concordes, atque vnanimes eſſe in domo ſua Deus præcipit, & quales nos fecit ſecunda natiuitate, tales vult renatos perſeuerare, vt qui Filij Dei eſſe cœpimus, in Dei pace maneamus : & quibus ſpiritus vnus eſt, vnus ſit & animus, & ſenſus. Sic neque ſacrificium Deus recipit diſſidentis, & ab altare reuertentem prius fratri reconciliari iubet, vt pacificis precibus Deus poſſit eſſe placatus. Sacrificium Deo eſt pax noſtra, & fraterna concordia, & de vnitate Patris, & Filij, & Spiritus ſancti plebs adunata*, &c. Plutarch. de Homer *Omne bonum concordia cognatum, omne malum ex diſſidio oritur.* Optimè Franc.Patrit. Senenſis *in lib. de Regni & Regis inſtitut. tom.*2. de hac inter ciues inæqualitate loquens, ſic ait. *Non laudandum cenſeo quod in plerisque ciuitatibus noſtro tempore vſurpari ſolet, & à nonnullis doctiſſimis viris argumento etiam defendi, vt familia complures perpetuò ab omni publica functione excludantur ; qua in re in primis peccatur, & iniuſti ſumus erga conciues noſtros, qui cum onera nobiſcum ferant, à muneribus omnino excluduntur.*

21 Si enim vnam fidem, vnum Baptiſma, vnum Deum, & Patrem omnium profitemur, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis, iuxta Apoſtoli auctoritatem *ad Epheſ. cap.* 4. cur hæc Fides, & vna Eccleſia à Chriſto Domino ſuper Petrum origine vnitatis, & ratione fundata, in diuerſas Chriſtianorum ſpecies ab hominibus diuidi, ac ſeparari poſſit, verè neſcio. Audi D. Cyprian. *lib.* 2. *epiſt.* 10. *ad Cornelium Papam : Hoc enim vel maximè Frater, laboramus, & laborare debemus, vt vnitatem à Domino, & per Apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantum poſſumus obtinere curemus, & quod in nobis eſt, palabundas, & errantes oues ; quas quorundam pernicax factio, & hæretica tentatio à matre ſecernit, in Eccleſiam colligamus, illis ſolis foris remanentibus, qui in obſtinatione ſua, vel furore perſeuerarunt, & ad nos redire noluerunt, diſcretionis, & ſeparationis à ſe facta, & Eccleſia derelicta ipſi rationem Domino reddituri* Idem *in lib. de vnitate Catholica Eccleſia*, ſic ait: *Deus vnus eſt, & Chriſtus vnus, Eccleſia eius vna, Fides vna, & plebs in ſolidam corporis vnitatem concordia glutino copulata, ſcindi vnitas non poteſt, nec corpus vnum diſſidio compaginis ſeparari, nec diuulſis laceratione viſceribus in fruſta diſcerpi.* Colloſius *in ſua Hierarchia lib.*3.*cap* 4.§.1 .*pag.*671.ex S. Anſelmo ita ait: *Neque verò illius quaſi deſpecti perſona contemnenda, aut vllius quaſi perfecti perſona præferenda eſt, quando in omnibus vnus, atque idem eſt Deus glorioſus.* Et ideo exclamat Brauo *lib.* 2. *de regendi ratione fol.* 40. *Stulta hominum differentia, verius honorum monopolia.*

Quare ſtatuta, quòd neophyti, & deſcendentes 22 ab eis non admittantur ad eccleſiaſtica beneficia, non eſſe probaoda cenſuerunt Torrecr. *in cap. conſtituit* 17. *quæſt.* 4. Toſtat. *in Leuit. cap.*19. *quæſt.* 32. Alphonſ. Carthag. *in defenſorio vnitatis Chriſtianæ*, Henric. Mooroi *in Apologia contra Archiepiſcopum Toletanum*, Mootalu. *in lib.*2. *verb. tornazido, tit.* 3. *lib.*4. Auendan. *de exequen. mandatis. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 20. vbi eleganter, Perez *l.*9. *tit.* 1. *lib.* 1.*Ordin.* Torreblanca *de iure ſpirit.lib.* 13. *cap.* 22. nouiſſimè D. Mari. Cureli *in Codice legum Sicul. cap.* 63. *nota* 73. *ad leges Federici, pag.* 211.*cum ſeqq.* & præcipuè *num.*2. ibi. *Idcirco nimiam illam ſtatutorum obſeruationem, quibus deſcendentes ex Hebræis, vel infidelibus ab honoribus, ac Ordinum Militarium inſigniis excluduntur, tanquam Reip. pernicioſam ſemper ſuſpectam habui.* Ea tameo multis defendere nituntor D. Petr.de la Eſcalera Gueuara, *en vn particular tratado que ſcriuio del origen de los Monteros de Eſpinoſa, ſu calidad, preeminencias, y eſſenciones, part.* 2. *cap.* 12. nouiſſimè D. Ferdinandus Pizarru y Orellaoa *in tract. de viris illuſtr. noui Orbis in vita Ferdinandi Cortes, cap.*5.*obſeru.*3 *pag.*106, Roias *ſing.*104.Hoied. *de incompatibilit. beneficior. part.* 1. *cap.* 23. Simanc. *de Catholicis inſtitut. tit.* 47. *num.* 82. & 83. Otalor. *de nobilit.*2. *par.*5.*par.cap.*7. *num.* 26. Gonzal.*ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.*4.*num.* 16. Perez de Lara *de anniuerſ. & Capell. lib.*2.*cap.*4.*à princ.* Metina *part.* 2. *quæſt.* 105. *art.* 2. Paclan.*de conſilio ſapientis, lib.* 1. *cap.*10. latiſſimè Ignatius del Villar *in ſylua reſponſ. lib.*1.*reſp.*12. *num.* 37. *cum multis ſeqq.* Caſtill. *controuerſ. tom.* 4. *part.*2. *lib.*5. *cap.*123.*ex num.*16.Ceuall.*commun. contra commun. quæſt.*900. *ex num.*84. Valeozuel.*tom.*1. *conſ.*90. *ex num.* 89. Chriſtoph. de Pax *de tenuta tom.* 1.*cap.*32. *ex num.* 89. Negari enim non poteſt quin
† lex conſtitueos talem differentiam generaliter 23
dicatur facta in odium certarum perſonarum, quo caſu vel eſt nulla, vt ſenſuit Abb. *in cap cùm omnes, num.* 2. *de conſtitut.* vbi Aretin. *notab* 4 vel ſaltem eſt iniuſta, vt tenent Bart. *in lege omnes populi, ſub num.*53.*ff. de iuſtit & iure.* Andr.ab Exea *in dict.cap. cum omnes, num.* 164. & 167. vbi Riminal. *num.* 71. *verſ. ex hac expoſitione* Iuuat etiam, quia probationes puritatis ſanguinis ſunt difficiles, vt optimè conſiderauit Torreblanca *in practicab. iuris ſpirit. lib.* 13.*cap* 22.*ex num.*7. his verbis *Probatio autem huiuſmodi adeò omnibus difficillima viſa eſt, vt vix vnus ex millibus dari poſſit, qui in rigoroſa ſtatutorum acceptione poſſit ſatisfacere ; nam ab hoc vt quis dicatur non deſcendere ex Iudæis, aut Mauris, probare debet anteceſſores ſuos, qui primi Euangelium ſuſceperunt, non fuiſſe ex Iudæorum, aut Mahumetanorum proluuie, ſed ex Gentiliſmo, ſeu Paganiſmo conuerſos ; quod omnino eſt improbabile ; tum tempore promulgationis Euangelij tota Hiſpania Iudæis ſcatebat, Ioſeph. lib.*10. *antiq. Iudaic.cap* 11.*& lib.*12.*cap.*5. *& lib.*14.*cap.* 1.*& ſeqq.& contra Apion.lib.* 1. *Philo in Flaccum, Strabo Geographia lib.* 5. *Lerin.in actis Apoſtol cap.*8. *Garibai lib.* 5. *cap.*4. *Mariana lib.*4.*cap.* 4 *Puente de las Monarchias tom.*1.*lib.*2.*cap.*33. §.1. *Peñaloſa libro de las excelencias de España, cap.* 4. *Tum etiam, quia poſt Maurorum inuaſiones, fideles adeò in eorum captiuitate oppreſſi fuerunt (vt multi eorum qui ad Mahumetanos ritus non tranſierunt) cum eorum filiabus ſe copulabant, vt temporalibus honoribus potirentur : & qui in eorum inuaſione ad Montana Legionis, & alibi ſe receperunt, dum Hiſpaniam recuperarunt, quamplures eorum cum filiabus Maurorum, & infidelium matrimonia inierunt, cum inter ipſoſmet Hiſpaniæ Reges talia coniugia non fuiſſent indigna, vt probat Serarius de matrim.hæret.cap.*1. & 2.

Thom.

Thom. Sanch. tract. eod. tom. 2. lib. 7. disp. 72. ex num. 2.
D. Ioan. Solorzan. nostro sæculo ingeniorum Phœnix
rara facundiæ, & exquisita eloquentia vir in sua doctis-
simo tract. de iure Indiarum, lib. 3. cap. 5. ex num. 13.
Tum demum, quia licet non sit tam longa successio quæ-
renda (quamuis macula ascendentium ab Adamo impe-
dimentum faciat) quia nec testes, nec instrumenta de illis
reperiri possunt, quamuis ad posteriora sæcula nos conuer-
tamus, non minoris difficultatis est probare nullum ex suis
progenitoribus maculam contraxisse; nam vt ait Peña-
losa in libro relato (quem edidit post memorialem, quem
scripsi D. nostro Regi infrareferendum) d. cap. 4. Porque
es verdad que a deze generationes viene a tener cada
persona quatro mil y nouecientos, y seis ascendientes
y es possible que tengua otros tantos linages, porque no
aua de y Andaluzia no ay millon, y medio de vezinos,
y por poco que se estienda cada linage tendra mas de
treinta personas, no se que testigo en el mundo pueda
deponer de semejante calidad, ni que escrituras se
puedan hallar que lo allanen todo. Hactenus Torre-
blanca.

24 Verùm tribus casibus huiusmodi statuta proban-
da mihi videntur, *primò* quando eorum prohibitio
non est indefinita, sed restricta ad certos gradus, vel-
uti intra secundum, vel ad summum intra quartum,
quia intra hos gradus poterit esse rationabilis, vel
propter odium parentum, vel propter suspicionem,
quæ haberi potest ne parentum crimina imitentur,
vt *in cap. 2. §. credentes, & in cap. vt commissi, §. cre-*
25 *dentes, & in cap. statutum il 2. de hæretic. lib. 6.* † Vl-
tra verò quartum gradum prohibitio generalis non
potest esse rationabilis, tum quia in veteri lege
etiam Mobabitæ vltra quartum gradum non repel-
lebantur ab Ecclesia *cap. cito 1. quæst. 1.* D. Cuteli *d.*
nota 73. num. 6. pag. 112. tum quia vltra illum gra-
dum, si quæ macula parentes tetigit, præsumitur
extincta *l. non facilè, ff de gradibus, cap. non debet, de*
consanguinit. & affinit. tum denique, quia impossibi-
lis descendentiæ redderetur probatio, iuxta tex. ex-
pressum *in cap. licet ex quadam, de testibus,* ibi, *cum*
propter hominum breuem vitam testes de visu vsque ad
septimum gradum deponere non valerent.

26 *Secundò*, quando eorum prohibitio est restricta
ad certas Ecclesias, veluti quia non præcipit simpli-
citer, quod neophyti, & descendentes ab eis non
possint obtinere beneficium, sed prohibet ne pos-
sint illa obtinere in tali, vel in tali Ecclesia, ex eo
quod Ecclesia sit valde celebris, & hoc sibi vsurpat
in signum suæ nobilitatis, iuxta tradita per Rotam
in vna Hispalen. voti 21. Aprilis 1597. coram *Gypsio.*
qua ratione Ecclesiæ Toletanæ, & aliarum in Hi-
spania existentium statuta probantur.

27 *Tertiò*, quando generis distinctio fit per patro-
num, vel fundatorem in limine fundationis Eccle-
siæ; quia conditio adiecta in limine fundationis Ec-
clesiæ per patronum, vel fundatorem, quòd non pos-
sint beneficiarij recipi, nisi descendentes ex puris,
& antiquis Christianis, valida est, vt resoluunt Ota-
lor *dict. cap. 7. num.* 26. Perez de Lara *de Capellaniis,*
28 *lib. 2. cap. 4. num. 1. &* 10. tum quia † potest fundator
in limine fundationis apponere quascumque condi
tiones, etiamsi sint contra Ius, nisi sint natura im-
possibiles, aut aliàs à iure improbatæ, vt resoluit
Lambertin. *de iurepatron. lib. 1. part. 1. art. 1. quæst. 9.*
num. 52. Rot. *in Romana iurispatronatus* 31. *May*
1613. coram *Card. Sacrato.*

29 In supradictis casibus, quibus statuta, quod neo-
phyti, & descendentes ab eis non admittantur ad
Ecclesiastica beneficia, probanda esse resoluimus,
eadem pœnalia ac exorbitantia esse, & strictè acci-
pienda nullus est qui dubitet; tum ex eo, quia aufe-
runt prædictis descendentibus habilitatem, quæ
aliàs sibi competeret de Iure communi *in c. eam te, de*
rescriptis, quod cum loquatur de Ecclesia Tornacen.
satis probat hoc procedere etiam in Ecclesia nobili,
cùm Ecclesia illa in Belgio sit pluribus nominibus
insignis, & qualificata; & tum multò magis, quia ista
pœna illis infligitur propter delicta alterius, *cap. non*
debet, & ibi gloss. *verb. non debet, de regul. iuris, in 6. cum*
concordant. & in specie, quòd talia statuta sint contra
Ius commune probant Abb *n. 7.* Felin. *num.* 12. Rip.
num. 29. vers. vltimò noto, in d. c. eam te, Lambert. *lib.* 2.
part. 1. q. 2. art. 19. Perez de Lara *de Capellan. lib. 2. c. 4.*
num. 39. & sæpe respondit Rot. vt *in Saguntina admis-*
sionis ad Capitulum 26. Iuny 1587. coram *Gypsio, &*
in Placentina Canonicatus 8. *Aprilis* 1575. coram *Car-*
din. Blancheto, & in Toletana portionis 27. Ianuar. 1597.
coram *Illustriss. Mantica* quæ est inter impressas
decis. 307. *num. 1. & in alia Toletana Canonicatus* 10.
Decembris 1608. coram *R. P. D. Marquemontio,* nunc
Archiepiscopo Lugdunen. & signanter in terminis
quarundam Constitutionum contra descendentes
ex Hebræis Regni Portugaliæ emanatas censuit ea-
dem Rot. *in Colimbrien. Canonicatus 13. Iuny* 1616.
coram *Illustriss. Sacrato,* & iterum *in eadem 5. Decem-*
bris eiusdem anni 1616. coram *Card. Verospio* Vnde
debent illa iuxta verborum proprietatem intelligi,
ex resolutis per Federic. de Senis *cons. 72. num.* 2.
Alexand. *cons. 77. n. 9. vers. non obstat, lib.* 1. Paris.
cons. 29. n. 14. lib. 4. & cons. 30. n. 16. eod. lib.

Quare Constitutio, seu Breue fel. recor. Clemen- 30
tis VIII. *sub dat. 18. Octobris anni* 1600. (quate-
nus prohibet ne prædictis descendentibus ex He-
bræorum genere per lineam paternam, vel mater-
nam, & earum quamlibet vsque ad septimam gene-
rationem, aliqua collatio, seu prouisio fiat de Cano-
nicatibus, Præbendis, ad Dignitatibus Cathedra-
lium, & de principalibus Dignitatibus Collegiata-
rum Ecclesiarum, & de Parochiis, ac earũ perpetuis
Vicariis, cæterísque Ecclesiasticis beneficiis curam
animarum habentibus in Portugaliæ Regnis vacan-
tibus, quam postea extendit fel. record. Paulus V.
sub die 17 Ianuary 1612. ad Vicarias etiam amouibi-
les, & tam ad seculares, quàm ad cuiuslibis Ordinis
Regulares Ecclesias curam animarum habentes)
non comprehendit † dimidias præbendas, tertiana- 31
rias, & quattenarias, aut portionarias in Cathedra-
libus. quæ non sunt Canonicatus, nec habent vocem
in Capitulo, ex citatis per Gonzal *ad regul. 8. Cancel.*
gloss. 45. in princip. à num. 39. & in terminis Rota *in*
Vlixbonen. quartenaria 15. Iannar. 1624. coram *Reue-*
rendissimo D. Decano. Vnde dimidios Canonicos, &
Portionarios in Cathedralibus virtute Conc. Trid.
sess. 24. de reform. c. 12. non teneri Fidei professionem
emittere, cùm non sint Canonici, neque; de Capitu-
lo, resoluunt Garcia *de benef. p. 3. cap. 3. n.* 13. Sanch.
in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 1. sub n. 1. Circa
intellectum dictæ Constit Clementis VIII. adest
in terminis Rotæ *decis. 307. p. 2. recentiss. in posthum.*
alios *p. 4. recent.* vbi *num.* 5. dicitur dictam Constitu-
tionem non habere locum stante dispensatione Pa-
pæ, & *n. 7.* censet eam non comprehendere filios Iu-
daizantium, sed solùm filios Iudæorum, & in alia
decis. 355. d. p. 2. recentiss. n. 5. & 6. vbi *n. 7.* subdit quòd
licèt dicta Constitutio de iudaizantibus loqueretur,
non tamen esset intelligenda de iis, qui Ecclesiæ
fuissent incorporati.

Et dum prædicta Constit. loquitur de principa- 32
libus Dignitatibus Collegiatarum Ecclesiarum,
comprehendit vnam tantùm principalem in quali-

bet Collegiata, quia pluritas illa resoluitur In singu-
laritates, & respicit tantùm pluralitatem Ecclesia-
rum, à simili deducto ex *reg.* 3. *Cancellaria*, *aliàs* 4.
in nouiss. vbi per illa verba, *principales in Collegiatis*
Ecclesiis, resoluunt Doctores vnam tantùm principa-
lem reseruari, quos ego ipse refero *de offic. & potest.*
Episcopi, *allegat.* 45. *num.* 16. *& allegat.* 57. *num.* 7.
Principalis verò dicitur dignitas, quæ ex Apostoli-
cæ Sedis indulgentia, vel Ordinaria auctoritate, aut
consuetudine præscripta, aut aliàs quouis modo in
Collegiata principalem præeminentiam habet,
pro vt ipsamet *reg.* 4. *Cancellaria* declarat: in nostra
33 Lusitania dieitur † Prior, qui præest toti Canonico-
rum Collegio, vt in nostra Vimaranensi Ecclesia, in
quibusdam verò Hispaniæ partibus vocatur Abbas,
alibi Præpositus.
34 Item sub prædictis Constitutionibus tam Cle-
mentis VIII. quàm Pauli V. non comprehendun-
tur Parochiales Ecclesiæ, quæ perpetuò, & acces-
soriè alicui simplici beneficio, Canonicatui, vel
Dignitati, vltra principalem in Collegiatis vnitæ
reperiuntur, etiam per Vicarios temporales ab ipsis
beneficiatis, Canonicis, seu Dignitatibus deputan-
dos: quia parochiales Ecclesiæ ab illis tantùm pro-
hibitæ sunt obtineri ob animarum curam, quam in
eis exercere tenentur, & cum non intitulentur in
parochialibus annexis, sed in beneficio principali,
ideo nullo modo censentur habere curam anima-
rum, per ea quæ dixi infrà *p.* 3. *huius tract. allegat.*
66. *num.* 39. sed tunc ipsa actualis remanet penes
Vicarios. Vitalin. *in Clem.* 1. *à num.* 8. *de excess. Pra-*
35 *lat.* quia † cura animarum probatur esse penes illum,
cui incumbit specialiter iurisdictio spiritualis, id est,
administratio Sacramentorum, Mascard. *de proba-*
36 *tion concl.* 468. *num.* 1. tum quia † prouisus de be-
neficio, cui vnita est accessoriè Parochialis habens
curam animarum, non tenetur ad gratiæ suæ vali-
ditatem exprimere beneficium esse Curatum, quia
tale non est quoad se. Rota *in Conchen. beneficij* 12.
Maij 1609. coram *Illustriss. Card. Sacrato.* Quod
quidem assumptum sequenti comprobo syllogi-
smo. Nullus potest in animarum cura se ingerere,
nisi habeat immediatum titulum ad illam, Felin.
in cap. postulasti, de rescript. num. 1. *vers. & hoc vide-*
tur certum quando titulus Prælaturæ est immediatus ad
curam. Sed habens accessoriè, & in perpetuum an-
nexam Parochialem Dignitati, vel Canonicatui,
non solùm non habet titulum immediatum ad cu-
ram animarum ipsius Parochialis, sed nec vllum
Ecclesiasticum, cuius prætextu se in ipsius cura in-
tromittere possit: nam post vnionem eius nomen,
& titulus ita extinctus fuit & suppressus, Doctores
in cap. cum accessissent, de constitut. gloss. *verb. Eccle-*
sias, in Clem. per litteras, de prabend. Beltramin. *ad*
Gregor. XV. decis. 112. *num.* 5. post Oldrad. & Cas-
sador. tenuit Rota *in Burgen. seruitij Decanatus* 13.
Iunij 1594. coram *D. Lutia*, refert Nicol. Garc. *de*
benefic. p. 5. *cap.* 2. *num.* 510. vt in ea nullus amplius
possit institui, Franch. *in cap.* 1. *num.* 7. *vers. non*
*obstat, de filiis Presbyt. lib.*6. Nicol. Garc. *d. tract. de*
benefic. part. 11. *cap.* 5. *num.* 193. aut alicui conferri,
Rot. *in Verdunen. Decanatus* 9. *Martij* 1580. coram
Illustriss. Card. Lancelotto, relata per Nicol. Garc. *p.*
5. *cap.* 1. *num.* 270. nunquam enim vacare censetur
Rot. *decis.* 114. *num.* 5. *p.* 2. *diuers.* Gom. *in reg. de*
triennali q. 8. *sub num.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.*
gloss. 5. §. 7. *num.* 7. Nicol. Garc. *p.* 12. *cap.* 2. *num.* 5.
Beltramin. *ad Greg. XV. d. decis.* 112. *n.* 5. *vers. hinc*
etiam. Ergo, &c. Nec argumentum euitabit si ali-
37 quis dicat pro titulo sufficere † vnionis litteras,
quia respondebitur illas dici non posse litteras de
beneficio, sed de proprietate, & re profana, Rot.
decis. 2. *num.* 5. *de rebus Eccles. non alien. in antiq.*
Practicab. *Rota* impressa *post* 2. *p. Decisionum diuers.*
tit. de vnionib. num. 13. Nicol. Garc. *p.* 12. *cap.* 2.
num. 35. tum quia Parochialis præbenda post vnio-
nem ita transiuit in temporalitatem, Rot. *decis. de*
excessib. Prælat. in nouis, Cassad. *decis.* 3. *num.* 1. *de*
iudic. Mantic. *decis.* 159. *num.* 1. vt † causa vnionis 38
non dicatur amplius causa beneficialis, Cassad. *d.*
decis. 3. *num.* 1. Gonzal. *d. glos.* 5. §. 7. *num.* 17. &
lis introducta super beneficio vt vnito, non sit lis
super beneficio. Rota apud *Mantic. loco proximè*
citato, & in Legionen. præstimoniorum de Palacios 26.
Ianuarij 1595. coram *Illustr. Card. Pamphilio*, quam
refert Nicol. Garc. *p.* 12. *cap.* 2. *num.* 31.
Ex concesso quòd in his terminis penes benefi- 39
ciatum, seu Canonicum remaneat habitualis cura,
translata solummodo actuali in Vicarium tempora-
lem, adhuc talis beneficiatus non includeretur sub
dispositione prædictarum Constitutionum, cum
clarè comprehendere videantur beneficia Curata
& animarum curam habentia, id est, in quibus actu
eam quis exercere tenetur, non verò habitu tenet,
vt clarè insinuant illa verba Clementinæ Constit.
ibi, *cæteraque beneficia Ecclesiastica curam animarum*
habentia; cùm illa beneficia dicantur habere cu-
ram animarum, quæ eam habent actu, non verò
habitu, glos. *verb. habentia, in Extrau. Execrabilis,*
in princ. de prabend. Vitalin. *in Clem.* 1. *num.* 4. *de officio*
Vicarij; tum quia habere est cum effectu, *l. nomen,*
§. habere, ff. de verbor. significat. Host. *in cap. quia non-*
nulli, de clericis non resid. quem refert & sequitur Ca-
pra *commun. concl.* 90. *num.* 76. tum, quia prædictæ
Constitutiones videntur ponderare periculum ani-
marum, ibi, *animarumque periculis occurritur*; quod
non videtur subesse nisi actu & habitu sint curata
beneficia, vt in proposito bene docet Capra *d. concl.*
90. *num.* 76. *in fine*; tum denique, quia id clariùs
colligitur ex Constit. Pauli V. ibi, *sub quouis præ-*
textu exercere, nec ad eam exercendam admitti, &c.
Vnde cum habeamus claram dispositionem, & ver-
ba apertè actum designantia, non sufficit habitus,
nisi etiam subsit actus, benè Gemin. *in cap. licet ca-*
non, in fine, de elect. lib. 6. & *ibi* Franch. *num.* 2. *vers. sed*
Ioannes Monach. Et ideò habentem Parochiales
Ecclesias accessoriè suo beneficio annexas non
censeri ratione illarum curam animarum habere
consulit Nauarr. *cons.* 14. *num.* 4. *vers. qui habet, de*
rebus Eccles. non alien. in nobis; ex eo quia, vt ait
idem Nau. *cons.* 10. *num.* 3. *de maiorit. & obed. etiam in*
nobis, per illam annexionem Canonicatus, seu be-
neficium, quod per se est simplex, non crescit, nec
fit Curatum per Ecclesiam Parochialem ei anne-
xam, immo potius Parochialis ipsa recipit simpli-
citatem beneficij, cui vnitur, eo quòd vnitur, &
annectitur beneficio simplici. Facit etiam, quia cum
huiusmodi Canonicus teneatur residere tantum-
modo in Collegiata vbi existit Canonicatus, non
verò in Parochiali accessoriè, & in perpetuum illi
vnita, Rebuff. *in repert. cap. extirpanda,* §. *qui verò,*
notab. 4. *de prabend. Sacra Congreg.* apud Nicol. Garc.
p. 12. *cap.* 2. *num.* 23. ideò solus Vicarius in ipsa Pa-
rochiali constitutus dicitur habere quod spiritualia
dictam Parochiam, & in ea animarum curam,
quippe quod ille, non verò Canonicus ex necessi-
tate officij adstringi potest ad administrationem
Sacramentorum, & cogere ad se venire Parochia-
nos, iuxta glos. *verb. impendant. in Clem dudum, de*
sepultur. receptam per Card. *ibi q.* 9. Imol. *num.* 31.
Abb.

Abb. *num.* 24. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 6. *num.* 36. Rot. *decis.* 52. *num.* 10. *p.* 2. *diuers.* & apud Mantic. *decis.* 48. *num.* 5. . . .

40 Non obstat quòd prædictæ Constit. indistinctè de cura animarum mentionem faciant, ac proinde tam de actuali, quàm de habituali possint intelligi; quia respondetur quòd vbi indistinctè fit mentio de cura animarum, intelligendum de cura actuali, non verò de habituali, vt optimè resoluit Capra *d. concl.* 90. *num.* 78. ex illa ratione, quia verba semper accipienda sunt in potiori significatione, *l. non aliter, ff. de legatis* 3. cum aliis citatis à Munet. *de distribut. quotid. p.* 2. *q.* 11. *n.* 100. & à Card. Tusch. *tom.* 8. *lit. V. concl.* 101. maximè, quia dicta Breuia sint odiosa, & exorbitantia à iure, ac proinde restringenda, iuxta supradicta *n.* 29. tum etiam, quia materia hæc est pœnalis, in qua verba in potiori significatu accipi debent, vt euitetur pœna, *cap. statutum, de elect. lib.* 6. Capr. *d. concl.* 90. *num.* 76.

41 Nec obstat quòd Vicarius deputetur temporalis, quia quando Parochialia accessoriè & in perpetuum alteri beneficio vnitur, idem operatur effectus, & eadem cura est penes principalem tam si constituatur perpetuus Vicarius, quàm si deputetur ad nutum amouibilis. Ratio est, quia cum de Iure communi in Parochialibus annexis debeant constitui perpetui Vicarij, *cap. extirpanda § quia verò, de prabend. cap. ad hac. de officio Vicarij, cap.* 1. *de capellis Monach. lib.* 6. attamen si de facto, aut ex negligentia Prælatorum, vel consuetudine, aut priuilegio, Vicarius temporalis deputetur in hoc casu vbi perpetuus constitui debebat, non sufficit hoc vt exinde colligere debeamus Vicarium temporalem habere tantùmodo Curæ exercitium, habitualem verò ac actualem penes Rectorem existere: nam beneficium vnitum in temporalibus potest habere priuilegium nominandi Vicarium ad nutum amouibilem, licet eo casu possit Episcopus, si illi videbitur, deputare Vicarium perpetuum non obstante priuilegio, iuxta Concilij Trid. dispositionem *sess.* 7. *de reformat. cap.* 6. ibi, *etiam perpetuos, nisi ipsis*, &c. Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 59. & ideo sacra Congregatio declarauit relinqui arbitrio Episcopi an oporteat ponere perpetuum Vicarium in Parochialibus vnitis Archidiaconatui, seu aliis dignitatibus, teste Garc. *par.* 11. *cap.* 2. *num.* 9. Si autem quæras penes quem sit hoc casu beneficij titulus, respondebitur iam non existere, cùm fuerit suppressus & extinctus per vnionem accessoriè factam, quæ alio nomine extinctiua titulí dicitur, Curæ verò titulum esse penes Episcopum. Rot. *decis.* 309. *num.* 3. *p.* 2. *diuers.* quem ipse Vicarius recipit ab eo, non autem à Rectore principalis beneficij, Anchar. *cons.* 404. *num.* 11. In hac materia (si dubium sit penes quem resideat hæc cura) est multum notanda resolutio, quam firmat Card. *Clem. vnic. de offic. vic. num.* 10. *quæst.* 9. quòd quando primitiæ, decimæ, & oblationes, quæ dantur ratione curæ, competunt alicui principali assignata certa portione Vicario iuxta *cap. suscepta, de prabend. in* 6. tunc cura dicitur esse penes ipsum principalem, secus si eas perciperet Vicarius, & assignaret portionem principali, tunc enim diceretur cura esse penes Vicarium, Ita Seraph. *decis.* 1304 *n.* 1.

42 Nec denique obstat *Extrauag. execrabilis, in fine, vers. quantum, de prabend.* quatenus decidit illa beneficia Ecclesiastica habere curam animarum, quæ Parochias habent, in quibus ipsa est non per Vicarios perpetuos, sed per Rectores, aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales Vicarios exercenda: & rationem reddit *ibi* glos. *verb. temporales*, quia Rector principalis per temporalem Vicarium deseruiendo per se ipsum deseruire censetur; quia respondetur loqui de Rectore habente curam animarum in Parochiali in qua primò, & principaliter est intitulatus, qui eam aliquando propter iustam absentiæ, aliámve similem causam ad certum tempus exercere potest per Vicarium temporalem. Et in hoc casu procedit illa resolutio, quòd Rector per temporalem Vicarium deseruiendo per seipsum deseruire censetur, quòd nullam habet similitudinem cum casu proposito, in quo principalis Canonicus, seu † beneficiatus, qui habet annexam Paro- 43 chialem suo Canonicatui, vel beneficio, non intitulatur in Parochiali, sed in Canonicatu, vel beneficio, cui est annexa accessoriè & in perpetuum, Franch. *in cap.* 1. *num.* 7. *vers. non obstat, de filiis Presbyt. lib.* 6. Nicol. Garc. *p.* 11. *cap.* 6. *num.* 193. nec deputat Vicarium temporalem ob causam, vel ad certum tempus, ob quam, vel vsque ad quod vicaria durat, quasi cessante causa, vel tempore elapso possit parochianus curam per se exercere, prout in terminis *cap. cùm ex eo* 34. *de elect. lib.* 6. sed deputat Vicarium, quamuis temporalem, necessariò tamen ponendum, qui licet ex consuetudine immemoriali, seu priuilegio, aut Episcopi permissu possit esse ad eius nutum amouibilis, Vicaria tamen est perpetuò erecta: nihil enim inconuenit, nec contrarietatem implicat, quòd † Vicarij dicantur temporales, & 44 Vicaria perpetua sit, quia eodem modo Vicarius Episcopi temporalis est, & tamen Vicariatus dignitas perpetua iudicatur, vt ait Gabr. *consil.* 32. *num.* 19. *vol.* 2. quem refert Sbroz *de officio Vicarij lib.* 1. *q.* 4. *in fine.* Sic etiam procedit S. Congreg. decisio, quæ habet *Vicarium amouibilem in exercitio cura animarum arguere curam esse penes deputantem*, quod & manifestè ostenditur in eius fine, dum ibi dicitur quòd residere ipse deputans teneatur, vt refert Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 179. *declar.* 11. & quòd si Vicarius non sit perpetuus, sed amouibilis, signum sit manifestum curam penes eum non residere, sed solùm eius exercitium censuit Rota coram Seraph. *decis.* 1304. *num.* 1.

Prouisi in Ecclesiis habentibus statuta, quod in 45 eis non possint recipi nisi descendentes ex puris, & antiquis Christianis, exclusis semper descendentibus ex genere Iudæorum, Maurorum, vel Hæreticorum; dum petunt admitti, non petunt vti descendentes ex antiquis Christianis, nec se qualificāt esse tales, sed petunt immissionem vigore suæ prouisionis, quam si Capitulum vult excludere, tenetur probare causam exclusionis, *cap. dilecti, de except.* 1. *in princip.* vbi glos. *ff. si quadrup. paup. fec. dic.* de Iure enim † nemo natus inter Christianos grauatur one- 46 re probandi se esse natum ex puris Christianis, sed hoc in dubio præsumitur, *cap. veniens, in fine, de Presbytero non baptizato*, vbi Cardin. *n.* 6. Anchar. etiam *n.* 6. Butr. *num.* 5. Abb. *num.* 1. & ideo Capitulo volenti repellere prouisum tanquam impurum incumbit onus probandi impuritatem, ex reg. *l. ab ea parte ff. de probation. & l.* 2. *ff. de except.* & ita sæpissimè respondit Rota *p.* 1. *diuersor. decis.* 176. & apud Seraphin. *decis.* 50. & 355. & *in vna Legionen. denegata possessionis* 8. *Martij* 1593. coram *Card. Blanchetto*, & *in Toletana portionis* 2. *Maij* 1592. coram *Card. Mantica*, est inter eius impressas decisiones *decis.* 264. *num.* 1. & *in Oxomen. statuti* 27. *Iunij* 1601. coram *bona mem. Peña*, & *in Legionen Canonicatus* 3. *Iunij* 1602. coram *Reuerendissimo D. meo Coccino Rota Decano*, & *in Toletana puritatis sanguinis* 11. *Mar-*

tij

tij 1604. coram *bonæ me. Litta*, *& in Toletana Canonicatus* 10. *Decembris* 1608. & 23. *Aprilis* 1609. coram *Archiepiſcop. Lugdunen.* & ſæpe alibi: quæ quidem reſolutio procedit etiam quando Capitulum reiecit prouiſum tanquam impurum, nam ſi prouiſus appellauit in cauſa appellationis, onus probandi impuritatem incumbit Capitulo, ſicut incumbebat in prima inſtantia, vt cenſuit Rota *in Toletana portionis* 28. *Aprilis* 1561. coram *Gropperio.* Sic etiam in terminis prædictarum Conſtit. quæ ſe reſtringunt ad ſeptimum gradum, incumbit probatio aſſerenti aliquem eſſe intra illum ad beneficiorum exclusionem, cùm hæc qualitas ſit fundamentum ſuæ intentionis, iuxta text. *in l. fin.* §. *in eum*, *ff. ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi eximat*, gloſ. *in l. cum actum ff. de negot. geſtis*, Bart. *in l. denunciaſſe*, §. *qui tamen ff. de adulter.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *quæſt.* 49. *& conſ.* 301. *num.* 10. & qui ſe fundat in tempore, illud probare debet, Rebuff. *in tract. nominat.*
47 *quæſt.* 14. *num.* 10. *cum ſeqq.* † Statutum verò Toletanum cùm vtatur verbo, *progenie*, quod accipitur pro linea deſcendentium, *l. vlt. C. de emendat. liber.* Franch. *in cap ſi pater, num.* 10. *verſ. quarta, de teſtamen. in* 6. ideo non exigit probationem maculæ in certo gradu, ſed ſufficit quòd ipſa progenies ſit infecta, Rota *in Toletana portionis* 20. *Nouembris* 1691, coram Card. Mantica, quæ eſt inter eius deciſiones impreſſas *deciſ.* 154. *num.* 7. *&* 8. In hoc autem ſtatutorum huiuſmodi obſeruatiam Reip. pernicioſam & ſuſpectam exiſtimat D. Mari. Cutel. *in ſuo Codice legum Sicularum ad cap.* 63. *nota* 73. *legum Federicin.* 2. eo quòd ex curſu immemorialis temporis, ac poſt quinque generationes, quarum omnes piè vixerunt, ſuſpicio transfuſæ per aſcendentes perfidiæ, ac Fidei frangendæ periculum, per quæ ſucceſſores honoribus arcentur, penitus ceſſat, vt multis probat idem D. Cutellus *vbi ſuprà num.* 5. *&* 6. quare *num.* 15. ſe exoptare maximè aſſerit vt clementiſſimus Rex hæc ad determinatam formam redigere faciat, ne generis puritas vltra immemorabilem, vel certum annorum ſpatium curioſiùs inquiratur, vtque omnes cuiuſcumque ciuitatis, vel villæ incolæ, qui in hac quaſi poſſeſſione manent, in Albo conſcribantur, ne ſine optimatum voto, ac ſummorum ordinum probatione deinceps admittantur, vel qui recenti ſuorum impuritate notati ſunt, ac vt admiſſorum poſteri puberes facti, filiatione probata, cooptentur; ad quod inducendum nimium defatigatur Frater Hieronymus à Cruce, Religionis S. Hieronymi alumnus in libro, quem ſcripſit *in defenſionem ſtatutorum, & nobilitatis Hiſpanæ*, Cæſaraugustæ impreſſo *de anno* 1637. Quod autem non ſine dolore in mentem quandoque venit, illud eſt quod in noſtra Hiſpania plebei, qualeſcunque ſint, ſpurciſſimi etiam ordinis, ob ignotum aſcendentium genus, nullam ex hoc capite controuerſiam patiantur, nobiliſſimi tamen, ac generoſiſſimi viri in dies ob remotiſſimam, ac ſæpe confictam affinitatem cauillantur, ac honoris augendi ſtudio mirificè dehonorantur, vt ingenioſè aduertit D. Cutellus *d. loco n.* 8. *&* 9.

48 Illa principalis reſolutio, quatenus habet Capitulo volenti repellere prouiſum tanquam impurum, incumbere onus probandi impuritatem, non procedit quando cauſa appellationis interpoſitæ per prouiſum eſſet deſerta: tunc enim ipſe grauatur onere probandi ſe purum, Rota apud Seraphin. *deciſ.* 255. *ante num.* 1. *& in Toletana Canonicatus* 13. *Nouembris* 1609. coram *Card. Lancelloto*, ex ea ratione, quia hoc caſu inſurgit præſumptio pro geſtis pro Capitulo, & prouiſus venit per vim reſtitutionis in integrum, vel querelæ, & tunc tenetur iuſtificare cauſam ſuam, & oſtendere plenè iniuſtitiam ſententiæ, Innoc. *in cap. tenor, de ſenten. & re iudic.* Item etiam non procedit eadem principalis reſolutio, quando pro parte Capituli eſt probata aliqua macula, quia tunc ſi prouiſus vult illam diluere, tenetur probare ſe purum explicitè, & poſitiuè, Rota *in Toletana Canonicatus* 13. *Nouembris* 1609. coram *Card. Lancelloto iun.* & apud Seraphin. *deciſ.* 50. *verſ. quòd ſi Capitulum.* Nam etiam facta probatione impuritatis ex parte Capituli poteſt prouiſus contraria probatione probare ſuam puritatem, Rota coram Card. Seraphin. *loco proximè citato.* Et ſi contingat fieri duplicem probationem æqualem, nempe puritatis, & impuritatis, ſemper prævalet illa, quæ pro puritate, quia in concurſu ſemper prævalet fama bona. *cap. cùm in tua*, vbi Abb. *num.* 10. *de ſponſalib.* Rota *in præcitata Toletana Canonicatus*, coram *Card. Marquemontio*, *& in alia Toletana portionis* 12. *Iunij* 1609. coram *Card. Sacrato*, *& in altera Toletana portionis* 2. *Maij* 1592. coram *Card. Mantica*, quæ eſt inter eius deciſiones impreſſas *deciſ.* 274. *num.* 12.

Cùm probatio, ſeu informatio de genere fiat per 49
commiſſarios à Capitulo deputatos, ſummariè, & ſine cauſæ cognitione, & conſequenter exceptionem rei iudicatæ numquam præſtare poſſit, ſi ea ſemel facta prætendens ſi fuerit in ea impurus repertus, poterit petere iteratò fieri informationem, Perez de Lara *de anniuerſ. & Capellan. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 90. vbi *num.* 20. *&* 21. ex eadem ratione reſoluit ſemel admiſſum ad vnam Eccleſiam, ſi petat ſe admitti ad aliam, egere noua probatione, niſi fortè fuerit admiſſus per ſententiam latam in contradictorio iudicio, quia tunc facit ius quoad omnes cauſas, *cap. in cauſis*, *de ſentent. & re iud.* l. *fin.* vbi
Doctores, *C. de legibus.* † Exceptio impuritatis ſan- 50
guinis cùm ſapiat obiectum, debet plenè, & concludenter probari; *cap. ſuper his, de accuſat. cap. accedens, de elect. cap.* 2. *& cap. vt circa, eod. tit. in* 6. & in ſpecie fuit dictum *in prædicta Legionen.* coram *Blanchetto, & in Toletana portionis* 6. *Nouembris* 1595. coram *Illuſtriſſ. D. meo Cardinali Millino*, *& in d. Toletana Canonicatus* 10. *Septembris* coram *Card. Mar-*
quemont. ideo † per famam concludenter probari 51
non poteſt, niſi ſit perpetua, & illæſa apud omnes, & appareat oriri potuiſſe ex aliqua probabili cauſa, quæque contrariis probationibus non debilitetur, vt tenuit Rota *in dicta Toletana portionis*, coram Card. Mantica *d. deciſ.* 274. *num.* 9. *& in Oueten. Canonicatus* 24. *Iunij* 1607. coram *Card. Cauallerio*, *& in d. Toletana Canonicatus* 10. *Septembris* 1608. coram *Card. Marquemont.* *& in Legionen. puritatis ſanguinis* 26. *Martij* 1631. coram *Rmo D. Queipo* nunc Epiſcopo Pampilonenſi, *& in Corduben. dimidia portionis* 11. *Febr.* 1628. coram Rmo Duran olim Epiſcopo Vrgellen. nunc verò Tarraconenſi Archiepiſcopo, eſt inter eius impreſſas *deciſ.* 131. nouiſſimè poſt aliquas huius tract. impreſſiones Eſcobar *de puritate & nobilit. proban. part.* 1. *quæſt.* 10. §. 4. *num.* 9. *&* 11.

TITVLVS

TITVLVS TERTIVS.

De vera Patriarchalium Sedium erectione.

CAPVT PRIMVM.

De Patriarchis in genere, & de eorum praecedentiis, potestate, & priuilegiis.

SVMMARIVM.

1 *Patriarchae praecipui & veri, quatuor sunt post Sanctissimum Papam, qui est Patriarcha Patriarcharum, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, & de quaternario numero.*

2 *Papam non esse Praelatum, ac Superiorem caeterorum Patriarcharum haereticum est dicere.*

3 *Patriarchae ideo quatuor sunt post Summum Pontificem, quia quatuor Euangelistarum in Ecclesia Dei vices gerunt.*

4 *Romana Ecclesia Patriarchali honore fungitur, quia ad eam iubente Domino ex Antiochia Cathedram suam transtulit Petrus.*

5 *Alexandrina Ecclesia Parochiali honore fungitur, quia B. Petri nomine à Marco Euangelista eius discipulo consecrata est.*

6 *Antiochena Ecclesia Patriarchali honore fungitur, quia prima fuit beati Petri sedes.*

7 *Constantinopolitana Ecclesia à Summis Pontific. Patriarchalis honos Imperatorum precibus datus est, vt scilicet post Romanum Pontificem primatus haberet honorem.*

8 *Hierosolymitanus Episcopuus quartus Patriarchalis sessionis locum, & honorem habuit.*

9 *Hierosolymitana Ecclesia, si antiquitas spectetur, omnes ac etiam Romanam videtur excedere.*

10 *Episcopus primus fuit S. Iacobus in Hierosolymitana Ecclesia constitutus.*

11 *Antiochia primum sedit B. Petrus antequam Romam cathedram transferret.*

21 *Vrbes Regiae, quae in Orbe fuerint celebres, ostenditur.*

13 *Patriarchalis dignitatis titulus Romanae, Alexandrinae, & Antiochenae Ecclesiis à principio datus fuit, habito respectu ad honorem Cathedrae beati Petri.*

14 *Romana Ecclesia quare Primatum obtineat, ostenditur.*

15 *Alexandrina Ecclesia ideo praecedit Antiochenam Antiquiorem, quia Augustalis dicebatur, & magnificentia prae caeteris insignis.*

16 *Antiochia princeps erat, & Metropolis totius Syriae.*

17 *Patriarchalis praerogatiua, & dignitas primo, & immediatè pendet ex Summorum Pontificum, & Conciliorum auctoritate.*

18 *Patriarcha vnde dicatur remissiuè.*

19 *Pallium Patriarchis Summus Pontif. tribuit, Archiepiscopi verò ab eisdem Patriarchis accipiunt.*

20 *Pallium a solo Romano Pontifice dari potest.*

21 *Patriarchae ex auctoritate sibi à Romano Pontifice concessa pallia Archiepiscopis concedunt.*

22 *Doctores referuntur, qui de Pallij etymologia, & vsu tractarunt.*

23 *Crucem elatam Patriarchae prae se ferre liberè possunt, praeterquam in Vrbe Romana, aut vbicunque Summus Pontifex, vel eius Legatus de latere fuerit.*

24 *Archiepiscopi extra prouinciam Crucem prae se ferre non possunt.*

25 *Crux, quam Patriarchae vbique prae se liberè ferre possunt, qualis esse debeat, ostenditur.*

26 *Appellari potest ad Patriarchas in omnibus causis suarum prouinciarum.*

27 *Appellatio gradatim non omisso medio est interponenda.*

28 *Patriarchis iure ipso singulari praerogatiua indulgetur, vt ad eos omisso medio in omnibus suarum prouinciarum locis possit appellari.*

29 Cap. antiqua, de priuileg. *declaratur.*

30 *Patriarchae Regibus, aliisque Principibus superiorem non habentibus aequiparantur.*

31 *Patriarchae Summorum Pontificum priuilegiis, & praerogatiuis vtuntur.*

32 *Patriarchis Romani Pontificis insigniis, & ornamentis vti fas est.*

33 *Legatus de latere insigniis, & ornamentis Romani Pontificis vti potest.*

34 *Patriarcharum iurisdictio in omnes Archiepiscopos, & Episcopos suos est ordinaria, & suprema.*

35 *Patriarchae possunt dispensare cum Episcopo, vel alio beneficiorum collatore sibi subiecto, qui ob malam beneficiorum collationem fuerat à Concilio suspensus.*

36 *Excommunicatos à Suffraganeis suis absoluunt Patriarchae.*

37 *Priuilegia, quae Patriarchis ex iure concessa reperiuntur, quatuor tantum primariis, & veris competunt, non verò aliis, qui impropriè hoc nomine visitata voce appellari solent.*

38 *Patriarchales quinque Ecclesiae quare in Vrbe constitutae? ostenditur.*

39 *Patriarchae etiam hodie non tantùm de bene esse, sed de necessitate ad Concilium generale vocandi sunt.*

40 *Parochialium Sedium tractatio quare adhuc vtilis? ostenditur.*

41 *Schismatici in Patriarchalibus prouinciis degentes audent Pseudopatriarchas de facto eligere.*

42 *Pseudopatriarchae de facto in Patriarchalibus prouinciis constituti aliquando diuersis legationibus, ac procuratoriis mandatis Romano Pont. obedientiam dederunt.*

43 *Moyses Mardenus Antiochenus Patriarcha anno 1552. Fidei professionem fecit.*

44 *Gabriel Alexandrinus Patriarcha Romae 15 Ianuarij 1595. per suos Legatos Fidei professionem fecit, obedientiamque Romanae Sedi ac S. D. Papae Clementi VIII. in Consistorio promisit.*

45 *Patriarchales prouincias redituras ad Catholicos Patriarchas praedixit Sancta Brigitta.*



VATVOR sunt in vniuerso orbe praecipui, veri, & maximi Patriarchae, vltra Sanctissimum Papam, qui est Patriarcha Patriarcharum, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. Durand. *in rationali diuinor. lib. 2. cap. 1. num.* 18. Host. in 1

*in sum. tit. de auctoritate, & vsu pallij num.*4. Catech. Roman. ex decreto Sacri Concilij Tridentini Iussu Pij V. editus *par. 2. cap. 7. de Ordinis Sacramento, num.27. tit. de Sedibus antiquis Patriarcharum*, Matth. Vgoni. *de præstantia Patriarch. colum. 3. vers. posteaquam, & col. 4. versic. si de primariis*, Couar. *variar. lib. 4. cap. 14. n. 13.* Petr. Gambat. *de officio Legati l. 2. c. 1. n. 13. tit. de variis ordin. nom.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ l.2.art.11.& art.*17 August. Beroi. *in cap. 1. num. 2. de iudic.* Ioan. Monach. *in cap. fundamenta num.*6. & *ibi* Archid. *num.*8. *de elect. l. 6.* S. Antonin. *in sum. part. 3. tit. 20. cap. 4. in princ.* Paol. Orian. *in repet. l. 1. num. 23. ff. de officio eius, cui mandata est iurisd.* Rebuff. *in repet. cap. cum super in princip. notab.*1. *de causa posses. & in concord. Gallia in rub. de collation. in §. si quis verò, in verb. Patriarchalis*, Rodulph. Cupers. *de sacrosancta Ecclesia ad cap. oportebat* 79. *dist. in §. ad quem casum num.* 16. *& in §. pates num.*2. Medices *de legib. part.1. quæst.*12. *num.* 1. Flamio. *de resign. lib.2. quæst.* 1. *num.* 41. Marc. Anton. Marsil. *de Ecclesiasticis reddit. part.1. cap.16. num.* 2. Raym. Ruffus *in Molinaum pro Pontif. Max. sub num.*14.*pag.*75. Anton. Augustin. *in epit. veteris Iuris Pont. p.1. lib.2. tit.* 2.3.4.*&* 5. Ioan. Paul. Lancelot. *in instit. Canon. lib. 1. tit. de Episcopis vers. Patriarcha*, Bertach. *de Episcopo in probl. num.*5. Mant. *de Concil. num.* 76. Gig. *de resident. Episcoporum, cap.*18. *num.* 8. Gregor. *l.12. verb. que se llamen Patriarchas tit. 5. par.* 1. Redoan. *de simon. par.1. cap.16 num.* 5. Petr. Gregor. *in cap. conquerente, de offic. Ordin. cap.2. n.5.& syntag. Iuris lib.15. cap. 5. num.*3. Anast. Germon. *lib.1. de sacrorum immun. cap. 5. num.* 17. Selu. *de benefic. part.1. q. 2. num.* 40. Chassan. *in catalogo gloria mundi p. 4. consid.* 9. Ludou. Gom. *in cap. cum in multis p.92. de rescript. in 6.* Filliuc. *de benefic. tract. 41. cap. 2. num. num.* 35. Gasp. Valasc. *in repet. l. imperium num.* 100. *ff. de iurisd. omnium iud.* Lancel. Conrad. *in templo omnium Iud. l. 1. cap. 2. §. 3. num. 2. & cap. 3. num. 4.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.2.* Filliuc. *in quæst. moralib. tract.41. cap.2. num.*35. Monet. *de conseruator. cap.*5. Aubert. Miræ. *in lib.* cui titulum fecit, *Notitia Episcopatuum lib.1. cap.*1. Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 9. à num.* 12.

De qoaternatio numero multi multa scripseruot exemplo Democriti, qui librum iotegtum de illo composuit, videndi sunt S. Thom. *in opusc.* 71. S. Bernard. *in serm. de quadruplici debitore, & in serm. de quatuor modis orandi, & in sent.* Cœli. Rhodig. *lib.12. lectionum antiq. cap.* 9. Petr. Bung. *de mystica numerorum significat. sub tit. de numero quarto*, Cassan. *in catalogo gloria mundi p. 12. consid. 37. in princ. in vers. de laude vera quaternarij*, Ludou. Gom. *in repet. cap. cum in multis num. 74. cum seqq.* maximè *num.* 95. *de rescript. in 6.* Thom. Actius *de ludo schaccorum quæst. 6. num.* 103. *cum seqq.* & maximè *num.* 107. *&* 108. ex quibus præcipuè deducuotur, quòd quatuot sint flumina Paradisi, quatuot Cœli partes, quatuot anguli, & partes terræ, & quatuot principales venti, elemeota quatoor, complexiones hominum quatuor, anni tempora quatoor, tempora magna ab Adam vsque ad fioem seculi quatuor, liberi arbitrij status qoatuot, charitatis gradus quatuot, cardinales virtutes qoatuot, musicæ artis voces & rationes quatoor, coouiuij partes quatuor, Astrologiæ partes quatuor, affinitatis, consanguinitatis gradus qoatoor. Animus constat ex quatuot, cognoscitur Deos per naturæ modos quatuot, idem operatur modis qoatuot, & apud omnes fere gentes eius oomen scribitur litteris quatuot: denique quatuot sunt præcipuæ regulæ Mendicantes, quatuor sacrosancti Domini nostri Euangelistæ, quatuor primi Ecclesiæ Doctores, quatuot memorabiles in sacra Scriptura quadrigæ, quatuor Rotæ, quatoot Cherubini, & quatuor admiranda animalis oculis pleoa, quæ signantet prædictos quatuor Patriarchas repræsentant. Et antequam de vniuscuiusque erectione distioctè, & in particulari aliquid dicamus, de eorum ordioe, & præcedentia aliqua oportet breuiter prænotare.

2 De Primatu Romanæ Ecclesiæ super omnes alias immorandum noo est, quia licet fremant hæretici, inter Catholicos certissima est, & indubitata, plurimisque antiquorum Cauooom, & generalium Conciliorum decretis conclusio, vt infra *hoc tit. cap.* 2. probabimus; interim tamen quoad hoc propositum illud est obseruandum quod Romanus Pontifex non sic est habeodus primus in ordioe aliorum quatuor Patriarcharum, sicuti est Constantinopolitanos respectu Alexandrini, & Alexandrinus respectu Antiocheni, & Aotiochenus respectu Hierosolymitani, quia in illo noo est sola prælatio ratione loci aliorum Patriarcharum, verum etiam est vera maioritas, supremaque potestas, vt optimè contra hæreticos aduertunt Francisc. Turriao. *in schol. ad cap. 39. Nicæni Concilij*, Læli. Zechi. *in tract. de Romano Pont. in haresi 3. in resp. ad* 17. Card. Bellarm. *tom. 1. controuers. 3. lib.2. cap.*18. *vers. argumentum* 1. *& vers. seq.* Hic etiam est verus, & Catholicus sensus Iustinique Imper. *in nouella 131. de Ecclesiasticis titulis collat. 9. in princip.* in illis verbis, *Sanctissimum senioris Roma Papam primum esse omnium Sacerdotum*, nam quamuis Dionys. Gotofred. verba illa interpretatus fuerit in hunc modum, *Primum esse omnium*, id est, *primum sedere*, allegaodo Iulianum *ibid. num.* 507. ita expooentem; innuunt tamen sine dubio dicta verba maioritatem ac Primatum Pontificis, prout illum iisdem verbis docuit S. Thom. *contra errores Græcorum*, quem citaot Paul. Grysald. *in decisionibus Catholica Fidei, verb. Papa num.* 1. Lotter. *d. lib. 1. quæst. 9. à num.* 7. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarchia, p. 1. disp.* 1. Iacob. Sermood. *apolog. in Eucharistic. Salmatij, lib. 2. cap.* 27. Illustriss. D. Acuña *de primatu Eccles. Bracharen. cap.4. à princ.* Vnde Gabriel ille nonagesimus septimos (secundùm suam computationem) Alexandrinus Patriarcha in legatione, & epistola obedientiæ missa S. D. Clementi VIII *sub dat. Alexandria* 22. *Nouemb.* 1593. & lecta Romæ in sacro Consistorio *die* 15. *Ianuarij* 1595. statim in principio eundem sanctissimum in titulo & inscriptione epistolæ principem Patriarcharum appellat. Hæc enim sunt eius verba: *Tibi Domino Patrum Patri, Patriarcharum principi, tertio decimo Apostolorum gloriosi Domini nostri Iesu Christi, & quatuor sanctorum Euangelistarum, S. Petri Apostoli successori*, quæ refert Card. Baroo. (scholium faciens ad Catholicum dictorum verborum sensum) *tom. 6. annal. pag.* 691. *& seq.* Hæreticom est enim asserere Papam non esse Prælatum, ac superiorem cæterorum Patriarcharum, vt in terminis post S. Thom. aduertit Paul. Grysald. *in decisionibus Catholica Fidei, verb. Papa num. 4. & 10. & verb. Patriarcha*, & detestando impium Carolum Molinæum, probat Raymond. Ruffus *in Molinaum pro Pontifice Max. sub num. 8. pag. 19. vers. primatum.*

3 Quare ad alios deueniendo ioquirenda est ratio cur eorum Ecclesiæ, Constantinopolitana scilicet, Alexandriua, Antiochena, & Hierosolymitana Patriarchatus dignitate fuerint exornatæ: ponunt nonnulli in eo, quia quatuor Euangelistarum in Ecclesia Dei vices tenent, ad similitudinem quatuor animalium,

animalium, quæ Ioannes vidit *in Apocal. cap.* 4. Vn-
de ad Patriarchas etiam deducere videtur Pontifex
in cap. scriptum 40. *in princip. de elect.* & post Roman.
consil. vlt. hoc est, sermone Basilea habito num. 20. scri-
bit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 41. *num.* 2. & ante
eum Cassan. *in catalogo gloria mundi part.* 4. *consid.* 9.
Verùm alij meliùs considerant tres tantùm Eccle-
sias Patriarchales à principio fuisse, quas Beatus Pe-
trus instituit, scilicet Romanam, Alexandrinam, &
Antiochenam, quarum meminit text. *in cap. cleros,*
4 *vers. Patriarcha,* 21. *dist.* † Romanam, quia ad eam,
iubente Domino, ex Antiochia Cathedram suam
transtulit Petrus, vt refertur *in cap. per venerabilem,*
vers. sane, qui filij sunt legitimi; tum quia Petri, & Pauli
glorioso martyrio coronata est, & ex aliis rationi-
5 bus, quas expendemus infrà *hoc capite.* † Alexan-
drinam, quia beati Petri nomine à Marco Euange-
6 lista eius discipulo consecrata est. † Antiochenam,
quia prima fuit beati Petri Sedes, & ideo eius no-
mine eam celebrat Ecclesia, ibidemque primum
Christianorum nomen accipit initium, quæ omnia
ex Anacleto ponit Gratianus *in cap. sacrosancta, ver-*
siculo prima ergo sedes, 22. *dist.* & deducitur ex anti-
quissimo Nicæn. Concilio *cap.* 6. refertur *in cap. mos*
antiquus, 65. distinct. me citato *in hoc loco* Illustriss.
D. Acuña *de Primatu Ecclef. Bracharen. cap.* 2. *num.* 2.
7 Postmodum idem honor Imperatorum precibus †
Constantinopolitanæ Ecclesiæ à Summis Pontifici-
bus datus est, vt scilicet post Romanum Pontificem
Primatus honorem haberet, refertur *in cap. Con-*
stantinopolitana, 22. *dist.* explicat latè Card. Bellarm.
tom. 1. *de Romano Pontif. lib.* 1. *cap.* 24. & multi, quos
refert Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 29. §. 1. & 2. Deinde,
8 quia moribus, & antiqua traditione † Episcopo
Hierosolymitano (quamuis Cæsareæ Archiepiscopo
suffraganeus esset) honos deferebatur, vt sederet
statim post Patriarchas, etiam supra suum Archie-
piscopum, huiusmodi honorem seruandam illi esse
statuit Nicæna Synodus relata *in d. cap. quoniam mos*
61. *dist.* quia Hierosolymitanus Episcopus quartum
quidem Patriarchalis sessionis locum, ac honorem
habebat, non tamen propterea à subiectione Cæsa-
riensis, quæ Metropolitana erat, exemptus.
9 Verum huiusmodi ordo in prædictis Patriarcha-
libus Sedibus non rectè dispositus esse videtur, quia
in eis constituendis vel attendimus antiquitatem
Ecclesiarum, vel dignitatem fundatorum, aut Præ-
latorum, qui eis præfuerunt, vel locorum ampli-
tudinem, vt considerare videtur Anacletus *in cap.*
illud, & in cap. Episcopi, 80. *dist.* Si enim antiquitas
attendatur Hierosolymitana omnes, ac etiam Ro-
manam videtur excedere, eam enim pro totius Ec-
clesiæ matre proponit Regius vates Dauid *Psalm.*
109. *vers.* 4. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex*
Sion; quod de Christi regno, & Euangelij prædica-
tione ex Patribus bene explicat Genebrard. *ibidem,*
adducens auctoritates Isai. *cap.* 2. *vers.* 3. *& Micha.*
cap. 4. *vers.* 2. *ex Sion exibit lex*: & quia Christus Do-
minus ab Hierosolymis prædicandi Euangelium
sumpsit exordium; vnde non immeritò Beatus Cle-
mens *lib.* 1. *recognit. cap.* 10. *fol.* 17. (si huiusmodi li-
bros ab eo esse conscriptos vere asserere possimus)
Hierosolymitanum Episcopum appellat Principem
Episcoporum, dum ait Iacobum Episcoporum Prin-
cipem, Sacerdotum Princeps orabat. Sic etiam in
Constantinopolitano Concilio Theodosij tempo-
ribus in epist. ad Ecclesiam Romanam dicitur Hie-
rusalem mater omnium Ecclesiarum.
10 Si verò Prælatorum dignitas spectetur, eadem
Hierosolymitana Ecclesia præferenda videbatur,

quia ibi primus Episcopus fuit S. Iacobus Aposto-
lus frater Domini, & post eum Simon etiam Apo-
stolus, & frater ipsius Domini. vnde sequitur Ale-
xandrinam debere præcedere, in qua sedit Marcus
Apostolorum discipulus. † Immo & ipsam Roma- 11
nam omnesque alias videtur præcedere Antioche-
na, in qua Petrus Apostolorum Princeps primò se-
dit, priusquam Romam cathedram transferret, vt
constat ex *d. cap. sacrosancta, vers. tertio*, text. optimus
in cap. rogamus 24. *q.* 2. & ex Patribus antiquis con-
tra Onuphrium *in addit. ad Platinam de vitis Ponti-*
ficum, tenentem priùs Petrum Romæ instituisse Se-
dem, diligenter comprobat Cardinalis Cæsar. Ba-
ron. *anno Christi* 39. *pag. mihi* 311. & ex D. Hieron.
Beda, Cano, Cordub. & Conat. plurimisque aliis
confirmat Henriq. *d. cap.* 29. §. 1. *litera D.* Quæ ra-
tiones à fortiori concludunt Constantinopolitanam
præcedere non debuisse Antiochenam, & Hieroso-
lymitanam, neque etiam Alexandrinam, quæ à Mar-
co Euangelista nomine ipsius Petri fundata est, ei-
que primus præfuit, vnde primum locum post
Romanam tenere probat text. *in dict. cap. sacro-*
sancta.

Si denique ad locorum amplitudinem attenda- 12
mus, plures alias reperiremus Regias vrbes, in qui-
bus Imperatorum Sedes fuerunt: in Oriente scili-
cet, Nicomediam, vbi sedit Diocletianus: in Oc-
cidente Mediolanum, vnde Maximianus Africam,
& Italiam regebat, & Treuerim, vnde Constantius
Constantini pater Gallias, & Britannias guberna-
bat, vt prosequitur latiùs Card. Bellarm. *mihi epist.*
52. inter opera S. Clementis *fol.* 361. *ad med.* & an-
te eum difficultatem sensit Card. *in cap. antiqua op-*
posit. 1. & 2. *de priuil.* Mendoz *q.* 4. *scholast.* §. 4. *in* 5.
argum. Tum etiam, quia in diuinis rebus statuendis
hanc rationem ex loci amplitudine non attendi do-
cet Leo Pontifex *epist.* 54. secundùm eundem Bel-
larm. *loco proximè citato.*

Pro perfectiori igitur prædictorum resolutione à 13
nobis inquirendum est, quare certis Ecclesiis titu-
lus hic Patriarchalis dignitatis fuerit attributus, &
deinde cur in illis tribus ciuitatibus potius, quàm
aliis totius Orbis beatus Petrus Ecclesias erigi vo-
luerit; quibus præhabitis facile constabit ordinem
Patriarchalium Sedium supra positum rectè consta-
re. Ad primum igitur respondetur, à principio quan-
do primis Patriarchis datus est, & attributus titulus
Patriarchalis dignitatis, respectum habitum fuisse
ad honorem Cathedræ beati Petri Principis Apo-
stolorum, vt scilicet, & merito maior honos illis
deferretur Ecclesiis, quas ipse per se erexit, & rexit,
vel per discipulos erigi iussit, vt de Romana, An-
tiochena, & Alexandrina suprà diximus: & ideo
tres has solummodo à Principio Patriarchales fuisse
probat *dict. cap. Sacrosancta*, & latè explicat Bellarm.
dict. cap. 24. licèt deinde aliis idem honor sit attri-
butus, de quibus suprà, & notauit Polydor. Virgil.
loco citato. Ad secundum respondetur fatendo bea-
tum Petrum in illis tribus ciuitatibus potius quàm
aliis totius Orbis Patriarchales Ecclesias erigendo
ad locorum amplitudinem, & dignitatem respexis-
se, vt scilicet in eis locis, in quibus erant Gentilium
primates, primi essent legis Euangelicæ Prælati, ad
abolendam idololatriam, & ad maiorem Christiani
nominis gloriam, ac faciliorem Euangelij prædica-
tionem, vt docent Lucius Papa, Beatus Clemens, &
Anacletus *in cap.* 1. *& per totum* 80. *dist.* *& in cap.* 2.
dist. 99. eamque rationem latè confirmat in eodem
proposito Cardin. Baron. *dict. tom.* 1. *pag.* 310. *cum*
sequentibus.

14 Ex quibus iam facilè constat iure optimo Ecclesiam Romanam obtinere Primatum super omnes alias vniuersi Orbis, tum propter auctoritatem Petri Apostolorum Principis, & ipsius Christi Vicarij, qui in eadem iubente Domino relicta Antiochia Sedem Apostolicam constituit, eamque martyrio suo, & Pauli coronauit, tum quia Roma Regia est Imperatorum Sedes, vt elegantissima Hieronymi verba *lib. 2. aduersus Iouinianum, in fine*, demonstrant, *Vrbs potens, Vrbs Orbis domina, Vrbe Apostoli voce laudata.* Hinc Petrarcha. *Hoc affirmo*, inquit, *quòd totius humanæ magnificentiæ supremum domicilium Roma est, nec est vllus tam remotus terrarum angulus, qui hoc neget.* Propterea idem Petrarcha *in inuectiua contra Gallum*, ait: *Roma mundi caput, Vrbium Regina sedes Imperij, arx Fidei Catholicæ, fons omnium memorabilium exemplorum.* Quòd autem caput mundi meruerit appellari, ex eo factum videtur, quòd Romulus iam vita functus Proculo apparuerit, dicens: Abi, nuntia Romanis, Cælestes ita vello, vt mea Roma caput sit Orbis terrarum vt iisdem verbis de Romulo agens, refert Titus Liu. *lib. 1. ab Vrbe condita.* Vel ex eo quòd humanum caput repertum fuerit à iacientibus fundamenta Capitolij, vt obseruauit Mynsing. *in §. quam formam n. 1. Instit. de satisdat.* Vtcumque sit, indubia res est, quòd Roma iuris vtriusque authoritate caput mundi appelletur, patet *in c. fin. de foro comp. & in l. Roma ff. ad municip.* tradunt Alciat. *lib. 2. dispunct. c. 21.* & Mandos. *in reg. 20. Cancel. c. 10. n. 2.* In ea siquidem, tanquam in communi omnium patria, sunt ferè omnes nationes de mundo, vt dixit Burgos. de Pace *in repet. cap. cognoscentes, num. 210. de constitut.* Et Ioan. Quintin. (licèt cum aliqua nota Curiæ) *in repet. cap. de multa n. 110 de prebendis.* Nec mirum est, si aliqui, qui domi manentes illustres videbantur, Romæ pro nihilo habeantur, quemadmodum enim terræ flumina, quamuis ampla, & profunda, nomen amittunt mare ingressa, ita & Doctores domi clari, & inter suos egregij, Romanam adeuntes Curiam inter maiores nomen amittunt.

15 Constat etiam ratio, quare Alexandrina Ecclesia præcedat Antiochenam; quamuis enim Antiochena erecta fuerit à Petro ante Alexandrinam, quæ eius nomine à Marco fuit instituta; quia tamen præfectura Alexandrina, quæ Augustalis dicebatur, ab Augusto suo nomine insignita, magnificentia præ cæteris ab eodem fuit nobilitata, & sex Ægypti prouinciis, & vniuerso eius imperio ius dicebat, vt constat ex tex. *in l. 1. ff. de offic. Prefecti Augustalis*, quem diligenter exornat Cardin. Baron. *Martyrol. die 20. Octobris in Beata Archenio*, meritò superior erat præfectura Syriæ, ad quam Antiochia pertinebat, & consequenter eadem consideratione, primus etiam honos post Romanam Ecclesiam eius Patriarchis à Summis Pontificibus datus est, vt explicat idem Baron *dict. tom. 1. pag. 310.* Neque satis concludit alia ratio, quam affert *anno 46. Christi, pag. 407.* quæ etiam placuit Cardinali Bellarm. *citato loco cap. 24.* quòd Alexandrina primum obtinet locum post Romanam, quia eam Marcus Petri nomine erexit: non enim ideò sequitur, quod debuit præcedere Antiochenam, cui Petrus ipse primò, & principaliter præfuit.

16 Deinde constat ratio, quare in illo principio, & tempore Anacleti Antiochena præcedebat Constantinopolitanam, quia tunc Constantinopolis non erat, quia Bizuntina Ecclesia, etiam postquam Constantinopolitana dicta est, diu fuit semper Episcopatus sub Archiepiscopo Heracleensi; Antiochia verò tunc princeps erat, & Metropolis totius Syriæ, cui & Palæstina, & ipsa Hierosolyma subiacebat, vt apertè voluit significare Canon prædictus Nicænæ Synodus, relatus *in dict. cap. quoniam mos, 65. distinct.* dum, constituens, vt Hierosolymorum Episcopo honor iste deferatur, addit manente tamen Metropolitanæ ciuitati propria dignitate, vt explicat eleganter Baron. *dict. pag. 310. cum seq.*

Quare his ita præhabitis iam colliges rationem concedendi dignitatem ipsam Patriarchatus, vel prærogatiuas, & præcedentias inter easdem Ecclesias, non necessariò ex antiquitate singularum deducendam esse, sed ex pluribus aliis rationibus, ex quibus Pontifices moueri potuerunt, vt antiquiorem proferant nouiori, vel è conuerso: priuilegium enim, & prærogatiua hæc Patriarchalis dignitatis primò, & immediatè pendet ex Summorum Pontificum, & Conciliorum auctoritate, vt probat Leo Pontifex *dict. epistol. 52.* in eisdem terminis, & in nostro proposito, & Anacletus, quos refert Gratian. *in cap. priuilegia 1. & 2. 25. quæst. 2.* in ipso enim Romano Pontif. omnes thesauri dignitatum potissimè Ecclesiasticarum reconditi sunt, vt ex Baldo, & Barbat obseruat Mandos. *in reg. 6. Cancel. de resignat. quæst. 3. num. 2.* solus namque potest Prælatos mutare, & inthronizare, vt verbis vtar Antheri Papæ *in epistol. ad Episcopos Bethicæ*, de qua *in cap. mutationes 7. quæst. 2.* refert Dionys. Paul. *cap. 10. num. 80.* Neque enim semper, & indistinctè vera est regula de prioritate temporis, vt antiquior præferatus, sed ex aliis qualitatibus contrarium sæpè obseruatur, vt notant omnes *in reg. qui prior, lib. 6. & in cap. 1. de maiorit. & obedien.* text. optimus *in l. 2. C. vt dignitatum ordo seruetur, lib. 12.* 17

Omissa etymologia, quòd Patriarcha Græca lingua πατριάρχης, id est, Summus, seu Princeps Patrum interpretatur, vt cum Isidoro loquar *lib. 7. etymolog. cap. 12.* transcriptus *in cap. cleros 21. distinct.* vbi obseruant communiter Doctores, Summistæ omnes *in verb. Patriarcha*, plures quos retuli suprà *tit. 1. cap. 6. num. 9.* quibus adde Paul. Grysald. *in decision. Catholicæ Fidei, verb. Clericus, num. 2.* Lancelott. *in Institut. Canon. lib. 1. tit. de Episcopis, § appellantur*, Gambat. *de officio & prest. legati de latere, lib. 2. tit. de varijs Ordinariorum nominib. à num. 18.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap. 1. à num. 41.* vbi *num. 35.* cum Card. Baron. *tom. 2. annalium Ecclesiæ anno Christi 112. vers. 2. incipit, Leguntur*, obseruat Patriarchale nomen ab ipso ortu Ecclesiæ receptum, vsitatumque fuisse: omissa etiam quæst. illa, an Patriarchæ re, an verò nomine tantùm differant à primatibus, quam tetigimus suprà *tit. 1. cap. 6. num. 7. & 8.* deueniendum est ad priuilegia, innumera quidem & maxima, quæ ipsis Patriarchis ob eximiam, qua fruuntur, dignitatem, concessa sunt. 18

Primum igitur Patriarchalis dignitatis priuilegium est, quod à Summo Pont. Patriarchis tribuitur pallium, quod est plenitudinis officij Pontificalis insigne; Archiepiscopi verò ab eisdem Patriarchis accipiunt, *cap. antequam 23. de priuileg.* Abb. *in rub. de auctoritate, & vsu pallij, num. 2.* Lancelot. Conrad. *in templo omnium iudicum. lib. 2. cap. 3. num. 19. & cap. 4. per totum.* Gambar. *de offic. & potest. Legati de latere, lib. 2. tit. de varijs ordinariorum nominat. num. 21.* Christoph. Marcel. *in carem. Romano, lib. 1. cap. 8. per tot.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 34. quæst. 4.* Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p. 1. disputat. 4. § 4. num. 2.* D. Acuña *ad cap. 2. num. 4. dist. 100.* Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 2. lib. 15. cap. 9. num. 6.* Non obstat quòd 19

20 quòd † pallium à solo Romano Pont. vniuersaliter
dari potest, iuxta text. *in cap. nisi, de auctorit. & vsu pallij*, cùm detur in signum plenitudinis potestatis,
iuxta text. *in cap. ad honorem, illo tit. & in d. c. antequam*,
quæ potestatis plenitudo ab alio dari non potest,
nisi ab Apostolica Sede, eiusque Præside Romano
Petri successore, à quo, tanquam à capite, in alios
Prælatos tanquam membra omnis profluit Ecclesiastica iurisdictio, *c. in nouo 21. dist.* Quare responde-
21 tur, † Patriarchas ex auctoritate ab ipso Romano
Pont. concessa pallia Archipiscopis concedere, ac
subinde dici non posse quòd ab alio accipiunt, quàm
à Romano Pont. & in ipsius B. Petri corpore, iuxta
prædictum sensum, iuncta reg. *Qui per alium facit*,
22 *lib. 6.* Cætera † de pallij etymulogia, & vsu vide Durand. *in rationali diuinorum, lib. 3. c. 17.* Conrad. Brun.
de caremon. lib. 3. cap. 4. ad finem, Polydor. Virgil. *de inuentoribus rerum, lib. 12. cap. 12.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 15. cap. 9. à num. 6.* Læli. Zechi. *de Republ. ecclesiast. tit. de statu Illustriss. Patriarcharum, à num. 5.*
Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesia, lib. 2. cap. 9. à n. 41.*
Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 31. in princ.* optimè Guido
Pancirola *in thesauro variarum lectionum, lib. 1. cap. 20. per tot.* & infrà *tit. 4. præst. 22.*

23 *Secundum* priuilegium est, vt vbique Crucem
elatam præ se ferre liberè possint, præterquam in
Vrbe Romana, aut vbicumque Summus Pontifex,
vel eius Legatus vtens insigniis Apostolicæ dignitatis, præsens fuerit, & habetur *in d. cap. antequam*, notant *ibi* Antun. & Abb. *in princip.* Cassan. *in catalogo gloria mundi, part. 1. consideras. 38. conclus. 4.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 15. cap. 9. num. 6.* Læl. Zech. *vbi proximè, num. 2. ad finem*,
Henriq. *d. lib. 10. cap. 26. §. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloss 41. num. 25.* Sebast. Cæsar *in relect. de Eccles. hierarchia, part. 1. disp. 4. §. 4. ex num.* 18. D.
Acuña *de Primatu Eccles. Bracharens. cap. 6.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 33. num. 20.* Steph. Gratian. *Marchia decis. 29. num. 3.* Alxed. *de precell. Episcop. dign. part. 2. cap. 1. num. 35.* Pancirola *d. lib. 1. cap. 20. §. habens & aliud*, malè notans Abb. *in cap. 1. vt lite non contest. num. 7.* contrarium voluisse, quòd scilicet Patriarchæ solùm intra Prouincias sui Patriarchatus possunt deferre Crucem, nam Abb. *ibi* apertè loquitur de Archiepiscopis, in quibus verissimam tradit & vtilem, atque receptam distinctionem, quam etiam repetit *in d. cap. antequam, num. 10.* quòd sunt quædam insignia denuntiantia superioritatem, seu potestatem in loco, & istis vti potest
extra suam prouinciam, absque speciali priuilegio.
Idem erat dicendum in Patriarchis, nisi communi
iure eis concessum reperiretur: quòd autem hic sit
sensus *d. cap. antequam*, & particulæ illius, *vbique*, patet non solùm ex ipsius proprietate, quæ accipitur
pro quocumque loco, ego ipse *in meis Remissionib. de clausulis & dictionibus, dist. 358. num. 2.* sed magis ex limitatione, quam inferiùs facit text. ille *ibi*,
nisi in Vrbe Romana, &c. aduertit bene Antun.
Augustin. *in notis ad illum post collectiones adiectis*,
quæ exceptio regulam firmat in contrarium, quoad
omnia alia loca, in quibus Romanus Pontifex
præsens non reperitur, iuxta reg. text. *in l. nam quod liquidè, §. vlt. ff. de penu legata*, cum citatis
in libello de principiis vtriusque iuris, litt. C, num. 5.
Quædam autem sunt insignia denotantia dignitatem personæ, & his vti potest Archiepiscopus, vel similis Prælatus extra loca sui territorij, veluti portare annulum, vel celebrare cum
Mitra, & Baculo, vt notat gloss. quam sequuntur
omnes *ibi, in Clem. Archiepiscopo, de priuileg.* plures
me citato *in hoc loco* refert Alzed. *d. part. 1. cap. 13. num. 88.* vide infrà *alleg. 30. num. 16.* vel etiam quòd
post se caudam portari faciat; pertinet enim hoc ad
personæ dignitatem, & incessus decentiam, notant
idem Abb. & ex eo Pancirola *loco proximè citato*, aduertens habitum hunc fuisse quorundam Palatinorum Principis Constantinopolitani, sed ad Græcos
recurrere non oportet, & satius est dicere illos ex
nostris sumpsisse. Ex quibus circa hoc priuilegium
ferendi crucem inter Archiepiscopos, & Patriarchas illa apparet differentia, quòd † Patriarchis 24
Iure communi datum est vbique, Archiepiscopis verò intra Prouinciam, iuxta text. *in dict. Clem. Archiepiscopo*, Zech. *d. tit. de statu Illustriss. Patriarch. num. 6.* me citato *in hoc loco* Illustriss. D. Acuña *de primatu Eccles. Bracharen. cap. 6. num. 5.* nam extra
Prouinciam Archiepiscopi Crucem deferre non
possunt, nisi illi, quibus speciali Sedis Apost. priuilegio fuerit concessum, vt probat text *in dict. cap. 1. vt lite pendente.* Alia quoad hoc inter eos est dif-
ferentia, quia † Patriarchæ Crucem ligno trans- 25
uersario gemino constantem præ se ferunt, cuius
lignum superiùs transuersum breuius est, inferiùs
longius; Archiepiscopis verò intra suam Prouinciam vnius dumtaxat transuersi ligni Crucem præ
se ferre permittitur, vt optimè obseruarunt, Cuiac. *in paratitl. ad titulum, de foro competen. in cap. sanè 3. in fine*, Iust. Lips. *in notis ad suos de Cruce libros.* Iacob. Gretser. *de ortu S. Crucis, part. 3. in descriptione Crucis VVerdeana, vers. verùm cùm circa*, Iaym. Bleda *in tract. Sancta Crucis, cap. 7.*
Hierun. Roman. *part. 3. de Republ. ad finem.* me citato *in hoc loco* Alzed. *de precell. Episcop. dign. part. 1. cap. 10. num. 43.*

Tertium priuilegium est, quòd ad eos in omni- 26
bus causis suarum prouinciarum possit prouocari,
vt refert text. *in dict. cap. antiqua, vers. in omnibus.*
Sebast. Cæsar. *dict. §. 4. num. 8.* Petr. Gregor. *dict. part. 2. lib. 15. cap. 9. num. 6. vers. ad hos quoque.*
Ratio autem formalis huius priuilegij in eo con-
sistit, quia † secundùm ordinarias regulas appel- 27
latio gradatim, non verò omisso medio est interponenda, *l. Imperatores 21. in princip. ff. de appellat.* vbi omnes, & vltra ordinarius Sucin.
reg. 39. Maranta *de ordine iudicior. part. 6. cap. de appellat. à num.* 368. & alij, de quibus Alphan.
collect. 892. quibus adde Garciam Falconium *reg. 32.* & plenissimè post multos, quos refert Sigismundus Scaccia *de appellat. quæstio. 7. à princip.* ita
scilicet, vt inter Ecclesiasticos iudices ab Archidiaconis, & aliis inferioribus Prælatis ad Episcopum, & ab Episcopo ad Archiepiscopum, & sic
ab inferiori ad Superiorem immediatum iudicem
interponatur appellatio, *cap. dilecti 66. de appellat. cap. Romana, in princip. & §. ab Archidiaconis, & §. debet, & §. vlt. eod. tit. lib. 6.* prosequuntur Petr.
Gregor. *de appellat. lib. 4. cap. 2.* Scaccia *dict. quæst.*
7. à num. 32. & 86. † Patriarchis tamen ipso iure 28
singularis hæc prærogatiua indulgetur, vt ad eos
omisso medio in omnibus suarum Prouinciarum
locis licita sit appellatio, atque ita text. *in dict. cap. antiqua*, esse intelligendum; quia aliàs nullum concederet priuilegium Patriarchis contra principium illius text. ibi, renouantes priuilegia, &
hanc esse communem sententiam computatis Auctoribus post Innoc. Host. concludit *ibi* Abb. *n. 7. & 8.* sequitur Petr. Greg. *syntagm. lib. 15. cap. 9. n. 6.*
Læl. Zech. *dict. tit. de statu Illustriss. Patriarch. num. 4. ad finem*, Maranta *d. loco, num.* 371. & post
Gambar. *de officio Legat. lib. 8. q. 22. n. 106.* de communi

testatur Scaccia d. quæst. 7. num. 104. Lancel. Conrad. in templo omnium iudicum lib. 2. cap. 3. num. 9. Matth. Vgoni. in tract. de præstantia Patriarchali col. 20. vers. dixi iam quadam.

29 Non obstat text. in d. cap. antiqua, ibi saluis appellationibus ad Sedem Apostol. interpositis, quatenus hoc vt appelletur omisso medio solo Romano Pont. concedere videtur, & quòd omisso medio ad Rom. Pont. appellari possit, probant text. in cap. omnis, 2. q. 6. cap. si duobus, de appellat. lib. 6. glos. verb. reseruata in cap. quod translatione 4. de officio Legati, Anton. Scapp. in tract. iuris non scripti cap. 41. num. 2. Sigism. Scacc. de appellat. quæst. 7. à num. 46. Cardin. Tusch. tom. 1. lit. A, concl. 352. num. 51. Respondetur enim text. in citatis verbis non loqui taxatiuè, neque impedire quòd etiam quatuor Patriarchis specialiter concedatur, quia si gradatim ad Patriarchas esset appellandum in prouinciis sibi subiectis, nihil eis specialiter concederet text. contra mentem Pontificis in prooemialibus verbis, ibi, Patriarchalium sedium priuilegia renouantes; quare audiendi non sunt contrarium resoluentes, Anton. in d. cap. antiqua num 11. refert, & sequitur Henriq. d. lib. 10. cap. 29. §. 3. id colligentes ex glos. vlt. in d. cap. antiqua.

30 Quartum priuilegium est, vt Patriarchæ Regibus, aliisve Principibus superiorem non habentibus æquiparentur, eùm eorum instar redacti sint, quòd multarum prouinciarum regimina subeant, Bald. in l. 1. §. iis cunabulis num. 5. ff. de offic. Præf. Prætorio, Andr. Barbat. de præstantia Cardin. quæst. 1. Basilica 1. num. 43. Lancel. Conrad. in templo omnium iudicum lib. 2. cap. 3. num. 21. Iacob. de Nigris in repet. l. 1. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, num. 16. Cassan. in catalogo gloriæ mundi p. 4. consid. 9. vers. & isti. Læl. Zechi. d. loco num. 2. circa finem, Iacobat. de Concil. lib. 1. art. 1. num. 137. Sebast. Medices in tract. de legibus & statutis p. 1. quæst. 12. num. 9. Gasp. Valasc. in repet. l. imperium num. 110. ff. de iurisd. omnium iudic. Andr. Gambar. lib. 2. de officio & potest. Legati, in princ. num. 15.

31 Imò & summorum Pontificum priuilegiis, ac prærogatiuis vtuntur, iuxta text. in cap. renouantes, 22. dist. sub illis verbis, similia priuilegia, quæ superior Roma habet, accipiat. & Iustinian. in auth. de Ecclesiast. titulis §. 1. collat. 9. Honor. & Theodos. in l. omni innouatione 6. C. de sacros. Eccles. ibi, non absque scientia viri Reuerendissimi sacrosanctæ legis Antistitis Ecclesiæ Vrbis Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur, l. 1. & ibi glos. verb. lætetur, C. de priuileg. Vrbis Constantinopolit. lib. 11.

32 Vnde ratione huius Papalis similitudinis Patriarchis Romani Pontificis insigniis & ornamentis vti fas est, siquidem veste rubea indutis incedere, & equo albo phalerato, simul atque fræno, & calcaribus deauratis vti eis liberè liceat, Abb. Panorm. Host. & alij scribentes communiter in d. cap. antiqua, obseruant Cardin. Iacobat. in tract. de Concil. lib. 1. num. 184. Petr. Gambar. lib. 2. de potestate Legati tit. 1. de variis Ordinar. nomin. 21. me citato in hoc loco Alzed. d. p. 1. cap. 5. num. 61. quibus insigniis
33 † Legatus de latere vti potest, vt notant Anton. num. 10. Cardin. 6. Abb. 4. & alij in d. cap. antiqua, Læli. Zechi. de Repub. Ecclesiast. tit. de statu Illustriss. Legati n. 4. vers. vlterius, & post Martin. Laudensem resoluit Pancirola lib. 1. cap. 19. Quid amplius? addo communem, ac receptam fuisse olim Doctorum sententiam, quæ prædictos quatuor Patriarchas Illustrissimis S. R. E. Cardinalibus præferebat, vt Henriq. Card. Host. scripsit in d. cap. antiqua, quem ibid. Abb. num. 6. & alij sequuntur, Paul. Orian. in repet. l. 1. num. 23. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, Philip. Prob. ad Ioan. Monach. in cap. statutum n. 21. vers. item in sedendo, de rescript. lib. 6. Lancelot. in Inst. Canon. lib. 1. tit. de Episcopis §. Patriarchæ sunt, vbi glos. in verb. locum, Gig. de resident. Episcoporum cap. fin. num. 7. & 8. Cassan. in d. catalog. par. 4. consid. 9. vers. alia de iis, Matth. Vgo de præstantia Patriarch. col. 2. vers. est igitur, Sebast. Medices dict. quæst. 12. num. 3. Decian. resp. 8. num. 184. vol. 1. Iacobat. de Concil. lib. 1. art. 1. num. 95. & seq. vbi tamen num. 252. quem refert, & sequitur Paleot. de sacri Consistorij consultationibus in conclus. operis memb. 5. in princip. vers. ad cuius similitudinem, & in §. 2. incip. Consistorium, in fine, notat Eugenium IV. prætulisse Illustrissimos Cardinales iis etiam quatuor maximis Patriarchis.

Patriarcharum iurisdictio in omnes Archiepisco- 34
pos, & Episcopos suos ordinaria est, & suprema, vt satis colligitur ex can. 39. Concilij Niceni, de octoginta ex Arabico habitis (quos quidem octoginta cautè legendos esse moneo: verè enim non sunt Nicæni, qui viginti tantummodo fuere, sed ex Nicænis, aliisque longè posterioribus conflati, & vt apparet ex Conciliis etiam Græcorum, qui aut generales non sunt, aut ab Apost. Sede approbati non fuerunt, quædam etiam sunt interpretationes Nicænorum Canonum, eadémque parum vera) in hæc verba: Consideret Patriarcha, quæ Archiepiscopi, & Episcopi eius in prouinciis suis faciunt, & si quid reperiat secus, quàm oporteat factum, mutet, & disponat, & sibi videbitur, si quidem ipse est pater omnium, & illi filij eius, sicque præest Patriarcha his omnibus, qui sub potestate eius sunt, sicut ille, qui tenet Sedem Romæ, caput est & prin-
ceps omnium Patriarcharum. Vnde † Patriarchæ præ- 35
textu huius ordinariæ iurisdictionis dispensare possunt cum Episcopo, vel alio beneficiorum collatore sibi subiecto, qui ob malam beneficiorum collationem fuerat à Concilio suspensus, cap. graue ad fin. de prabend. ibi, huiusmodi suspensionis sententia præter Romani Pontificis authoritatem, aut proprij Patriarchæ minimè relaxetur.

Item etiam excommunicatos à Suffraganeis suis 36
absoluunt, licèt eis Suffraganei absolutionem concedere recusent, vt docent communiter Doctores per text. in cap. ad reprimendam 8. de officio Ordinar. tradit Matth. Vgoni. d. tract. de præstantia Patriarchal. vers. ita quandoque.

Priuilegia supra relata quatuor tantùm veris Pa- 37
triarchis, Constantinopolitano scilicet, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, non verò aliis minus propriè ita appellatis, vtpote Aquiliensi, Gradensi, Toletano & similibus, competere videtur deduci ex text. in dict. cap. graue 29. in fine de præbendis, ibi, aut proprij Patriarchæ minimè relaxetur, vt in hoc quoque quatuor Patriarchales sedes specialiter honorentur, & ex Extrauag. Sancta Romana, de elect. inter communes, vbi Benedictus IX. postquam dictas quatuor Patriarchales Sedes sanctam Romanam Ecclesiam instituisse refert, ipsasque, inquit, multis prærogatiuis & honoribus, ac priuilegiis decorauit; quasi diceret, prædicta priuilegia, quibus Patriarchæ fruuntur, propriis Patriarchis, non verò impropriis fuisse concessa, ita Cassan. d. consider. 9. vers. alij autem. Redoan. d. cap. 16. num. 1. Nam omnes præter illos quatuor, impropriè potius, & perperam vsitata voce Patriarchæ ab omnibus solent appellari. Alber. in diction. verb. Patriarcha, vers. Patriarcha & Primas, Iacobat.

bat. *lib.* 1. *de Conciliis à n.* 256. Anastas. Germon. *lib.* 2. *c.* 5. *num.* 17. *& lib.* 3. *de sacrorum immunit. cap.* 7. *num.* 11. Lœli. Zech. *d. n.* 2. Pauin. *de officio & potest. Capituli Sede vacante prælud.* 6. *num.* 12. Redoan. *de simonia mentali p.* 1. *cap.* 16. *num.* 5. excepto Toletano, qui ex priuilegio Pontificio omnibus, & singulis prærogatiuis, priuilegiis, ac insigniis, quæ dictis Patriarchis competunt, vti & gaudere liberè, licitéque potest, vt infra dicam *hoc tit. cap.* 8. *n.* 11.

38 Obseruandum maximè est, veram causam constituendi Romæ quinque Patriarchales Ecclesias in prædictis quinque Patriarchis (computando Romanum) verificari, vt ex epistolis Innocentij III. accepit Marcus Attilius Serranus *in libello de septem Vrbis Ecclesiis, statim in princip.* cuius verba in hunc modum habent: *Quinque sunt in Vrbe Ecclesiæ, quæ ob insignem ædificiorum magnitudinem ex omni antiquitate Basilicæ vocantur, Lateranensis, Vaticana, S. Pauli via Ostiensi, S. Mariæ Maioris, S. Laurentij extra Vrbis mœnia, vt & aliunde constat, & ex epistolis Innoc. III. quæ in Vaticana Bibliotheca asseruantur. Eadem Patriarchales dicebantur, quod ex eis Lateranensis quidem Romano Pontifici (qui & Patriarcha aliquando vocatus est) ad habitationem attributa erat, cæteræ ad hospitium, ac diuersorium aliis quatuor Reipub. Christianæ Patriarchis Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, qui post Romanum ex sacrorum Conciliorum decretis principem in Ecclesia locum obtinebant. Quod ideo factum est, vt si quando contigisset generalia Concilia Romæ celebrari, quibus interesse ij quatuor tenebantur, aut alia quauis de causa ad Vrbem accederent, suas quisque ibi sedes haberet. Est enim Roma communis omnium patria, quò cum ex toto terrarum Orbe (antequam adeo miserabiliter Christiana Respubl. afflicta esset) innumeræ gentes confluerent, conueniens fuit, vt omnes, quò confugerent, haberent vbi suum agnoscerent ducem, & Pastorem.* Hæc Attilius Serranus, *vbi suprà*, cui consonat Rodulph. Cupers *in tract. de sacrosanct. vniuersali Ecclesia in §. quæ sint Cardinalium partes, num.* 29. *pag.* 221. Matth. Vgoni. *de præstantia Patriarch.* 13. *vers. in nomine Domini.* Verùm cum suprà Attilius Serranus asserat huiusmodi quatuor Patriarchas Concilio generali interesse teneri,

39 aduertendum duxi † etiam hodie de necessitate vocandos esse ad generale Ecclesiæ Concilium celebrandum: licèt enim actu iurisdictionem, ac subditos non habeant, ad bonum tamen vniuersalis Ecclesiæ, cuius causa agitur, cuiusque verè sunt Patriarchæ, vocem in illo deliberatiuam, ac decisiuam habent, vt obseruauit Iacobat. *in tract. de Conciliis lib.* 4. *art.* 2. *n.* 58. *& seq. & num.* 72. *& seq.* sequuntur alij, quos pro hac parte allegat Cened. *ad Decretal. collect.* 108. *num.* 3. & ex Cæremoniali Romano desumpsit Francisc. de Padilla *in chronographia Conciliorum in princip. sub tit. Concilio qui interesse debeant.*

40 Plura alia in hoc proposito de præcedentia Patriarcharum, eorúmque priuilegiis adducere possemus, sed tam in hoc, quam infra in vniuscuiusque Patriarchæ erectione demonstranda parum immorari oportet, quia occupatis prouinciis illis Imperij Orientalis Turcarum tyrannide non multum vtilitatis afferre videtur hæc de re prolixior disputatio, vt aduertit Andr. Gamb. *in tract. de authoritate Legati de latere lib.* 2. *tit. de variis Ordinariorum nominibus num.* 19. Verùm licet quatuor insignium Patriarchalium sedium causa attento præsenti statu, quo est Patriarchalibus prouinciis destituta, tanquam alia minima terræ aliquibus videatur, sicque disputatione indigna; tamen iis, qui in ea, quæ intrinsecus latent, considerant, non dubium, quod non vt minimis quatuor, sed vt melioribus, ac sapientioribus adæquanda, ac comparanda videtur, arg. *cap.* 30. *Prouerbiorum*, vt sic etiam apertissimè contra Andr. Gambar. constet fructuosam esse de hac materia susceptam disputationem, ac Catholico viro dignam.

Illud autem omittendum non est, quod licet in 41 dictis Patriarchalibus prouinciis de gentes schismatici audeant quendam Pseudopatriarcham de facto eligere contra dispositionem *Clem. in plerisque, de elect.* offerendo Turcarum Principi magnam pecuniæ quantitatem, vt refert Matth. Vgoni. *de præstantia Patriarch. dignitatis, vers. nec ab alio*, & tetigit Paul. Burgensis Episcopus *in addit. ad cap.* 13. *Apocalypsis, posita post glos. ordinariam, & apostillam Nicolai de Lyra in vers. secundo verò*; † tamen sæpius 42 præuaricatores prædicti redeuntes ad cor, respicientesque petram, ex qua excussi fuerant, vt habetur *Isaiæ cap.* 51. diuersis legationibus, ac procuratoriis mandatis ad Apostolicam Romanam Sedem redeundo obedientiam Christi Vicario Romano Pont. dederunt, vt de Antiocheno illo montis Lybani patet *in Lateranensi Conc. sub Leone X. sess.* 11. *tom.* 5. *Concilior. pag.* 162. † Moses etiam Mardenus 43 Antiochenus Patriarcha *anno* 1552. fidei Catholicæ professionem fecit, vt habetur *in Bibliotheca SS. Patrum noua edit. tom.* 7. *pag.* 1177. vbi paulo post alia legitur similis alterius Patriarchæ professio, & de aliis constat etiam in Florentino Concilio. Nonè verò † Gabriel Alexandrinus Patriarcha (secundùm suam 44 computationem à S. Marco nonagesimus septimus) Fidei professionem fecit, obedientiamque Romanæ Sedi, & S. D. Papæ Clementi VIII. promisit Romæ 15. *Ianuarij* 1595. in Consistorio per Legatos suos Iosephum, & Abdelmasiam missos ex Ægypto, quod memorabile factum meritò litteris commendauit Card. Baron. *tom.* 6 *annalium Ecclesiæ pag.* 691. *& seq.* fuitque per dictum Patriarcham ratificatum missis ad hoc authenticis instrumentis in Ægypto receptis *die* 14. *Ianuarij* 1597. & in sacro Consistorio Sanctissimo exhibitis *die* 15. *Iunij eiusdem anni.*

Sed & venturum esse desideratum illud tempus, 45 quo Patriarchales prouinciæ redibunt ad Catholicos Patriarchas, prædixit B. Brigitta *lib.* 7. *suarum reuelationem cap.* 19. dicens promisisse Dominum nostrum quòd quando Græci verè redierint ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ, & summi Pontificis, quem in Ecclesia Vicarium suum reliquit, quòd tunc ab iniqua & tyrannica Turcarum oppressione liberabuntur, & ex ea refert insignis ille Roffensis Episcopus Ioannes Fischerus *in confutatione assertionis Lutheranæ art.* 25. *vers. miror impudentiam tuam, circa fin.* Prædictam Patriarchalium prouinciarum futuram recuperationem sentit etiam Benedictus XI. *in extrauag. sancta Romana, de electione*, in illis verbis, *vt quandiu ciuitates ipsæ schismaticorum, aut infidelium subsunt, aut suberunt ditioni, aut detinebuntur per vos.* Hæc Pontifex. Vt hæc verba in casu iustæ expectatæ recuperationis aliquid operentur iuxta notata *in l. si quando. ff. de legatis* 1. iuncta etiam vulgata doctrina sumpta ex *c. ab exordio* 35. *dist.* qua dicitur quòd res de facili reuertitur ad pristinam naturam, infertur apertissimè quòd dicta & dicenda super hac materia ab omnibus eruditis ac Catholicis viris in maximo pretio sunt habenda, & non otiosa iudicanda.

Capvt II.

De primatu Eccleſiæ Romanæ ſuper omnes, & de ſuprema Summi Pontif. poteſtate in vniuerſum orbem.

SVMMARIVM.

1 *Petrus inter Apoſtolos primus ab Euangeliſtis recenſetur, & à Chriſto Domino inter eos ſingulariter vt caput deſignatur.*
2 *Eccleſiæ Claues Petro præcipuè & per eum Eccleſiæ datæ fuerunt.*
3 *Petrus mittens ſe in mare ad Dominum quid deſignauit? oſtenditur.*
4 *Petrus ad Apoſtolatum ante Andream fratrem, Ioannem, & Iacobum vocatus fuit.*
5 *Petrus poſt Aſcenſionem Domini, velut ſucceſſor ipſius cœpit regere Eccleſiam.*
6 *Eccleſiæ vnitas ſub vno ſummo Paſtore oſtenditur.*
7 *Petrus 15. Kalend. Februar. ann. Chriſti 44. Romam venit.*
8 *Petrus Cathedram Sacerdotalem Romæ tenuit annis 25. & an toto hoc temporis ſpatio in Vrbe permanſerit oſtenditur.*
9 *Roma laudatur.*
10 *Petrus iuſſu Domini Romæ Sedem Pontificiam fixit.*
11 *Vado Romam iterum crucifigi reſpondiſſe Dominum Petro Vrbem fugienti qui affirment, oſtenditur.*
12 *Roma prima Sedes, & vniuerſalis Eccleſiæ Primatus iure diuino eſt collocatus.*
13 *Apoſtolicam Sedem an licitum ſit è Roma aliò transferre? oſtenditur.*
14 *Romana Eccleſia omnium aliarum, omniumque fidelium mater eſt, & magiſtra.*
15 *Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ Pontifex ſuccedit Petro in Eccleſiaſtica monarchia.*
16 *Summus Pont nullum in terris ſuperiorem habet.*
17 *Ordinarius Ordinariorum, & totius Orbis eſt ſummus Pont.*
18 *Seruus ſeruorum Dei nominatur ſummus Pont. quantum ad humilitatem, nam quantum ad poteſtatem eſt Dominus dominorum.*
19 *Summum Pontificem ſaltem in habitu habere poteſtatem ſecularem immediatè à Chriſto Domino, qui defendant? oſtenditur.*
20 *Summus Pont. Petri ſucceſſor, & Chriſti Vicarius nobis Chriſtum repræſentat.*
21 *Chriſtus Dominum dum in terris vt homo vixit vniuerſalis fuit mundi Dominus, & Rex vniuerſorum.*
22 *Chriſtus Rex ſine propugnatoribus, ſine magiſtratu, &c. quomodo dictus? oſtenditur.*
23 *Petrus Pontificatum, & regimen totius populi Chriſtiani à Chriſto accepit.*
24 *Summus Pont. (vt verior tenet ſententia) ſuper vniuerſum Orbem ex ſummo Pontificatus officio directè non habet, etiam in habitu, poteſtatem ſecularem ab ſpirituali diſtinctam.*
25 *Summus Pont. vt Chriſti vicarius ex officio ſummi Pontificatus nullam aliam poteſtatem habet, niſi eam ſolùm, quam in lege gratiæ Chriſtus Dominus, quatenus homo dum in terris vixit, eidem communicauit.*
26 *Chriſtus Dominus temporalem monarchiam, & poteſtatem de facto non exercuit, nec exercere voluit.*
27 *Chriſtus Dominus per ſe & directè habuit ex dono Patris excellens quoddam dominium, & poteſtatem ſuper res omnes creatas, quod non communicauit Vicario.*
28 *Auctoritas Chriſti Domini* Matth. 16. Tibi dabo claues regni Cœlorum, *intelligitur de poteſtate ſpirituali ſuprema, non verò temporali directa.*
29 Cap. 1. 22. diſt. Extrauag. vnam ſanctam, de maioritate, inter comm. & extrauag. vnic. verſ. Sanè, ne Sede vacante Ioan. XXII. *non agunt de poteſtate aliqua ſeculari ſummi Pontificis, ſed ſolum de eccleſiaſtica.*
30 Cap. cùm ad verum 69. diſt. *intelligitur de poteſtate ſeculari formaliter ſumpta in ſuum finem naturalem, quam negat in ſummo Pontifice.*
31 *Summus Pontifex ſuper omnia negotia ſecularia habet ſufficientem poteſtatem, quando id expedierit ad finem ſupernaturalem aſſequendum.*
32 *Summus Pont. ſuper infideles habet poteſtatem temporalem gubernatiuam, quatenus opus fuerit ad defenſionem Eccleſiæ, & expediendam prædicationem Euangelicam.*
33 *Summus Pont. directè ſuper infideles poteſtatem temporalem gubernatiuam non habet.*
34 *Summo Pontifici poteſtas competens quæ tali non competit ei, niſi quà eſt caput ipſius Eccleſiæ, gerens ipſius Chriſti capitis vices in corpus myſticum eiuſdem.*
35 *Summus Pontifex non habet poteſtatem in homines, niſi qui ſunt membra Eccleſiæ, mediante ſcilicet baptiſmo fideles facti, & incorporati cum Chriſto eius capite.*
36 *Infideles immediatè ab ipſa natura poteſtatem ſupremam ciuilem habent, ita vt per eam gubernari poſſint ſuo modo in ordine ad propriam conſeruationem.*
37 *Luſitanos arguit Auctor qui in Guinea Æthiopes in ſeruitutem iniuſtam redigunt.*
38 *Infideles non poteſt ſummus Pontifex debellare pro eo quod eum recognoſcere nolint in dominum ſuum, & totius Orbis temporalem.*
39 *Auctoritas Eccleſiaſtici 10. Regnum à gente in gentem, &c. intelligitur de ſola poteſtate, & punitione diuinæ Maieſtatis.*
40 *Summus Pontifex, aut quilibet alius Princeps fidelis non poterit infideles quantumuis ſceleratos, vtpote ipſius imperio non ſubiectos, priuare ſua ipſorum poteſtate ciuili publica, & dominio rerum ſuarum.*
41 *Infidelium terras inter reges Portugaliæ & Caſtellæ optimo iure potuit diuidere ſummus Pontifex Alexander VI. ſub ea conditione, vt in conuerſionem prædictorum infidelium tenerentur mittere prædicatores Fidei.*
42 *Hiſpaniæ & Luſitaniæ Reges quando, & à quibus per ignotas terras, & ignotiora maria Indias ſcrutari miſerunt.*
43 *Commercium omnibus fecit commune ius gentium.*
44 *Rationes expenduntur, quibus motus Alexander Sextus commiſit Portugaliæ, & Caſtellæ Regibus prædicationis Euangelicæ, & conuerſionis infidelium curam, negotium, & commercium.*
45 *Summus Pontifex ex grauiſſima cauſa poteſt declarare ius naturale, gentium, aut Diuinum poſitiuum.*
46 *Benedictus Ægidius Luſitanus laudatur.*
47 *Titulares Epiſcopos infidelibus idololatris, vel hæreticis quomodo ſummus Pont. conſtituere poſſit oſtenditur.*

48 *Summus*

48 *Summus Pontifex in casu ad spirituale bonum necessario potest iniquam sententiam à iudice seculari latam reuocare.*

49 *Lis mota super iure alicuius principatus, vel alterius rei temporalis defertur ad Summum Pont. si ex contentione, & discordia probabiliter in spiritualibus timerentur damna grauissima.*

50 Cap. nouit. vers. Non enim, de iudiciis, *declaratur.*

51 *Coadiutorem alicui Regi, vel Principi seculari superiorem non recognoscenti potest summus Pontifex dare, quando id postulat populi scandalum, & ruina spiritualis.*

52 *Ideo Summus Pontifex* in cap. grandi, de supplenda neglig. Prælat. lib. 6. *processit ad illam coadiutoris dationem, quia de facto pro maiori iustificatione requisitus fuit ad eandem à pluribus Portugaliæ Prælatis, & nobilibus.*

53 *Verius tamen in eo tex. poterat summus Pontifex ad eandem Coadiutoris dationem procedere de iure inuitis Lusitanis.*

54 *Ecclesiasticus iudex ex proterua secularis negligentia, & remissione offensarum potest cognoscere.*

55 *Petrus Barbosa Regius consiliarius, ac Regni Portugaliæ Cancellarius maximus laudatur.*

56 *Refutatur intellectus asserentis ideo summum Pontificem processisse ad prædictam coadiutoris dationem in terminis* d. cap. grandi, *quia regnum Portugaliæ illum recognoscebat etiam in temporalibus.*

57 *Portugaliæ regnum Romanæ Ecclesiæ censuale an vere fuerit, ostenditur.*

58 *Refertur liberatio Nuncij Apostolici de prædicto censu à se recepto.*

59 *Portugaliæ regnum neminem in temporalibus recognoscit.*

60 *Electio per Rempub. Lusitanam de Alphonso I. in suum Regem, veluti in publicis comitiis legitime congregatam, potuit fieri absque auctoritate summi Pontificis.*

61 *Christi quinque stigmata in cælo ostensa ab Alphonso Portugaliæ Rege I. in regia insignia insigni pietate suscepta fuerunt. Franciæ regnum diuinitus fuit approbatum, ex eo quia tria lilia, quæ illi sunt adhuc Regia insignia, de Cælis missa fuerunt* Clodoneo.

62 *Portugaliæ Reges regna Imperatorum ignauia à Mauris vindicata, virtute bellica ab ipsorum manibus vendicarunt.*

63 *Lusitani pertinacissime Romanis restiterunt duce Variato.*

64 *Alphonsus primus Rex Portugaliæ pro confirmatione sui Regij tituli recursum habuit ad summum Pontif. non quidem ex eo quod necessarius esset, sed ex eo quia deuotione, pietate, & animi gratitudine voluit libens, & absque vlla obligatione ciuili se eisdem Christi vicario B. Petro, & successoribus im suum militem peculiari quadam, sed spirituali solum subiectione submittere.*

65 *Hispaniæ Reges subiectionem Sedi Apost. debebant ab antiquissimis etiam Regum Gothorum Catholicorum temporibus.*

66 *Hispaniæ regnum non recognoscit Imperatorem, aliúmque superiorem.*

67 *Summus Pontifex potuit transferre in personam Magni Caroli Imperium à Græcis in Germanos, & disponere de Imperatoris electione, coronatione, & iuramento fidelitatis.*

68 *Constantinus Imperator in pluribus terris, & prouinciis omnem temporalem potestatem, dominium, & vniuersa Imperij iura in Ecclesiam Romanam transtulit.*

69 *Donatio de terris, & ciuitatibus Imperij illicita est, & inualida.*

70 *Princeps res Regiæ Coronæ alienari nequit.*

71 *Rex absque populorum consensu regnum priuare iure & honore suo non potest, nec illud seruituti subiicere, nec illius bona donare cum magna Regiæ Coronæ diminutione.*

72 *Rex non potest castra regni, & ciuitates alienare absque consensu omnium Principum, & populorum eiusdem regni.*

73 *Ecclesia cum læditur vincit, & magis incipit esse vberrima cum ad finem seculi erit producta.*

74 *Respondetur contrariis fundamentis.*

75 *Fama in factis antiquis, nempe centum annorum, plenam efficit probationem.*

76 Franciscus de Caldas Pereira *laudatur.*

77 *Constantini donatio auctoritate antiquissimorum, grauissimorumque Patrum munita est.*

78 *In Sanctissimis Ecclesiis optima mensura est donatarum rerum immensitas.*

79 *Ecclesiis quod donatur, Deo redditur, à quo omne bonum, & donum optimum prouenire Apostolus docet.*

80 *Constantinus ingentibus beneficiis à Deo acceptis, licet in curatione lepræ, & victoria contra Maxentium, diuinitùs promotus est ad donationem illam faciendam.*

81 *Principes omnes, qui in Ecclesias munifici & liberales extiterunt, de hostibus suis triumpharunt, & Imperium, seu regna ad longissimam posteritatem traduxerunt.*

82 *Constantinus non solum fecit donationem, sed cum eo satrapæ, optimates, senatus, ac populus.*

83 *Populus potest Regis electionem facere ex aliquo iusto capite.*

84 *Leo III. Summus Pont. ex circunstantiis suo tempore occurrentibus postulante fine supernaturali, ac Ecclesiæ defensione, potuit transferre in personam Caroli Magni imperium à Græcis in Germanos, & disponere de Imperatoris electione, coronatione, & confirmatione.*

85 *Gregorius V. Summus Pont. primus concessit illis septem Germaniæ magnatibus, nempe tribus Ecclesiasticis, & quatuor secularibus, potestatem eligendi Imperatorem.*

86 *Imperator defensor, & aduocatus Ecclesiæ dicitur.*

87 *Imperialis dignitas attenta sua natura non fuit à summo Pontifice, sed ab ipso Deo mediante iure gentium.*

88 *Imperialis dignitas post Imperij translationem à summo Pontifice habetur, & ab eo instituta dicitur.*

89 *Ímperium Germanicum post prædictam translationem magis pendet à summo Pontifice, quàm aliud quodlibet regnum.*

90 *Summus Pontifex Imperatorem potest deponere.*

91 *Summus Pont. potest electionem de Imperatore improbare, si ei idoneus non videretur.*

92 *Imperium transferre in aliam gentem potest summus Pont.*

93 *Imperio vacante iurisdictio, regimen, & dispositio eius deuoluitur ad Summum Pontificem.*

94 *Summus Pontifex in ordinem ad finem supernaturalem potest abrogare leges ciuiles scriptas, & non scriptas, approbantes peccata subditorum, & pro illis præmia concedentes.*

95 *Ampliatur ad leges Ciuiles peccata venialia solum approbantes.*

96 *Lex Canonica in foro ciuili ſeruanda eſt, quando agitur de peccato, etiam attenta Ordin. Regia Luſitanorum, quæ de quantumuis veniali etiam eſt intelligenda.*

97 Cap. notit. verſ. Cum enim, de iudic. *declaratur.*

98 *Denunciatio Euangelica non obligat niſi pro loco,& tempore, data ſcilicet commoditate, & opportunitate ex parte denuntiantis, & denuntiati.*

99 *Argumentum à contrario ſenſu non valet, quando ex illo ſequeretur abſurdum.*

100 Cap. vlt. de præſcriptionib. *ibi*, quæ abſque peccato mortali, *&c. declaratur.*

101 *Papa poteſt laicos legitimare ad temporalia.*

102 *Papa poteſt legitimare Principem ſupremum.*

103 *Legitimatio à Pontifice præſtita, non ſuadente cauſa boni ſpiritualis, &c. non prodeſt ad ſucceſſionem hæreditariam, & alios ſæculares effectus.*

104 *Pontifex nequit legitimare laicos in feſtis Imperij non ſolùm ad ſpiritualia, ſed etiam ad actus ſeculares.*

105 *Pontifex poteſt legitimare laicos ad temporalia, ſi aliquando dubium fuerit de matrimonij parentum validitate.*

1 D Patrem, & ad cœleſtem Eccleſiam Ieſu Chriſto ex terrena reuerſuro, neceſſe omnino fuit aliquem Eccleſiæ à ſe in terris conſtitutæ Præſidem relinquere, qui eius Vicariam poteſtatem retineret, ad quem tanquam iudicem,& Paſtorem omnes Chriſti ouiculæ in terrena Eccleſia commorantes confluerent. Vnum de toto mundo ad hoc Petrum elegit Dominus, & ſolum ſibi ſubſtituit & in officio Vicarium, & in Magiſterio ſucceſſorem, qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur: vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique Paſtores,omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus. Hic igitur primus Apoſtolorum appellatur ab Euangeliſtis *Matth.* 10. *Marc.* 3. & *Luca* 6. qui in capitibus, vbi nomina Apoſtolorum enumerant,ſemper primo loco recenſent Petrum. Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vbi primùm B. Petrum, quem à mundi initio Vicarium ſuum deſtinauerat, in terris vidit ad ſe à fratre Andrea adductum, illico ei vni dixit: *Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*, Baron *tom.* 1. *annal. Eccleſ. an. Chriſti* 31. *cap.* 10. *Chriſtus enim*, vt docet Paulus, *Petra fuit, nomen ſuum Petro communicauit, vt hac nominis deriuatione Chriſtus nobis oſtenderet ſe Petro ſuas vices, & poteſtatem aliquando commiſſurum.* Hic enim cùm interrogauit Domino, quem homines eſſe dicerent filium hominis, aliis referentibus opiniones aliorum, ipſe velut inter cæteros primus cùm eum eſſe Chriſtum Dei viui Filium reſpondiſſet, audire promeruit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, Matth. 16. quod D. Auguſtin. *de verbis Domini* exponens, ita ait: *Tu es Petrus à petra dictus, quam confeſſus es, quam cognouiſti, dicens: Tu es Chriſtus Filius Dei viui, & ſuper hanc petram, id eſt, ſuper me ipſum Filium Dei, ædificabo Eccleſiam meam. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*, Luc. 22. Ex quo manifeſtum eſt in Petro omnes contineri, rogans enim pro Petro, pro omnibus rogare dignoſcitur. *Simon, quid diligis me plus his, paſce agnos meos*, Ioan. 21. Solus ideo Petrus, vt caput, & Princeps reliquorum Apoſtolorum pro omnibus ſolicitus, auſus eſt à Chriſto petere, qua mercede ipſum ſequuturi eſſent, *Matth.* 19. Ab illo initium tanquam à capite,& maiore ſumpſit ipſe Chriſtus in lotione diſcipulorum. Baron. *tom.* 1. *Annal. Eccleſia ann. Chriſti* 33. *cap.* 38. *in fin.* verbaque ſingulariter ei dixit, tanquam vni Paſtori, qui eius exemplo cæteris præfuturus humilitatem eius imitaretur, *Ioan.* 13. Magnum certè excellentiæ Petri indicium fuit, quòd eum vnum Angelus ſpeciatim nominauit, dum dicit: *Sed ite, dicite Diſcipulis, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis ſicut dixit vobis*, Marc. 16. Non exiguum præſtantiæ Petri indicium quoque eſt, quòd primus in monumentum Chriſti intrauerit, qui primus Chriſti vice, id eſt, auctoritate,& poteſtate in Eccleſia eſſet functurus; potuerat enim Ioannes prior ingredi, quippe qui curſu præuenerat Petrum, ſed id munera omnium maiori Petro permiſit, *Ioan.* 20.

Eccleſiæ claues, id eſt, Ordinis, & iuriſdictionis, 2
ſiue etiam præeminentiæ,& poteſtatis Petro præcipuè,& per eum Eccleſiæ datas fuiſſe Sanctorum Patrum teſtimonia facilè probari poteſt; nam Beda *in homilia de feſto Apoſtolorum* ſuper illud *Matth.* 16. *Quodcumque ligaueris*, &c. ſic ait: *Qui regem cœlorum maiori præ cæteris deuotione confeſſus eſt, meritò præ cæteris ipſe collatis clauibus regni cœleſtis donatus eſt. Quòd ſi omnibus Apoſtolis ſimul dictum eſſe reperias, non tamen aliis ſine ipſo, ſed ipſi ſine aliis attributum eſſe cognoſces ligandi, & ſoluendi à Domino facultatem, vt quod non alij ſine ipſo, ipſe ſine aliis poſſet ex priuilegio ſibi collato à Domino, & conceſſa plenitudine poteſtatis. Huic Dominus oues ſuas paſcendas vocabulo tertio repetito commiſit, vt alienus à grege Dominico cenſeatur, quiſquis eum etiam in ſucceſſoribus ſuis noluerint habere Paſtorem.* Sic etiam † dum Dominus apparuiſſet in lit- 3
tore diſcipulis nauigantibus ſciens Petrus quòd Dominus eſſet, ſe miſit in mare, & aliis nauigio venientibus ipſe ſine beneficio nauis ad Dominum feſtinauit, *Ioan.* 21. Cùm enim mare mundum deſignet, per hoc, quòd Petrus ſe miſit in mare, priuilegium expreſſit Pontificij ſingularis, per quod vniuerſum Orbem ſuſceperat gubernandum, cæteris Apoſtolis vt vehiculo nauis contentis, cùm nulli eorum vniuerſus fuerit Orbis commiſſus, ſed ſingulis ſingulæ prouinciæ, vel Eccleſiæ potiùs deputatæ. Iterum etiam vt ſe vnicum Chriſti Vicarium deſignaret, ad Dominum ſuper aquas maris mirabiliter ambulantem, & ipſe ſuper aquas maris mirabiliter ambulauit. Nam cùm aquæ multæ ſunt populi multi, congregationeſque aquarum ſint maria, per hoc quòd Petrus ſuper aquas maris inceſſit, ſuper vniuerſos populos ſe poteſtatem accepiſſe monſtrauit. Sic etiam *Luc.* 5. legitur ſoli Petro Dominum dixiſſe, *Duc in altum*; quod cùm feciſſet, conduxit piſcium multitudinem copioſam, qui admiratus ipſe cum Iacobo, Ioanne, & Andrea, qui etiam in naui erant, ſecundùm Matth. & Marci narrationem proceſſit ſolus ad genua Ieſu, dicens: *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum*, cui etiam ſoli reſpondit Ieſus: *Noli timere, ex hoc iam homines capiens eris*, id
eſt, caput eris. Et hîc aduertendum duxi † Petrum 4
ad Apoſtolatum ante Andream fratrem, Iacobum, & Ioannem, vocatum fuiſſe, vt patet *Matth.* 4. nam vocatio, de qua *ibi*, fuit propriè ad Apoſtolatum: duæ verò priores, quarum vna habetur *Ioan.* 1. altera in captura piſcium, quam deſcribit Lucas c. 5. non fuerunt propriè ad Apoſtolatum, ſed ad quandam familiaritatem; ita Alphonſ. Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontificij*, *cap.* 1. Deinde ipſe ſolus Petrus interrogauit Ieſum Matth. 18. *Si peccauerit in me*

me frater meus, dimittam ei vſque ſepties? & ei ſoli Ieſus reſpondit: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties; cùm profectò ſeptenarius vniuerſitatis ſit numerus, eò quòd omne tempus ſepteoario dierum numero noſcitur comprehendi; igitur ſeptenarius numerus in ſeipſum multiplicatus in hoc loco ſignificat vniuerſorum vniuerſa peccata, quia ſolus Petrus poteſt non ſolùm omois, ſed omnium crimina relaxare. Denique Apoſtolis omoibus à Domino mandabatur, vt prædicarent Euaogelium omni creaturæ, principaliter tamen Petro incumbebat, qui omnes præſtabat prærogatiua principatus, & cui ſoli iniunctum fuerat à Domino, vt paſceret oues ſuas. Quare S. Petrum Theodorus Studita *epiſt. ad Leonem*, omnium capitum caput vocat. S. Ambroſ. *ſerm. 66.* caput ſaoctitatis. S. Epiphanius *lib. 2.* diſcipulorum Principem, & Apoſtolici ſodalitij coryphæum. S. Chryſoſt. *homil. in Petrum Apoſt. & Eliam*, Apoſtolorum verticem, Eccleſiæ columnam & propugoaculum, Fidei portum. Clemens *epiſt. 1. ad S. Iacobum*, Primitias electionis Apoſtolorum, æternæ vitæ clauigerum. Nicolaus Papa *epiſt. ad Medialan.* Fidei petram. S. Ioannes Damaſcen. *in hiſtor. Barlami cap. 11.* columnam ad ſuſtentaculum, lapidem ad fundamentum, clauem ad Regnum. S. Auguſtinus *ſerm. 5. in feſto SS. Petri & Pauli*, confeſſorem primum Filij Dei, amatorem Domini. S. Iſidorus *lib. de vita & morte*, Sanctæ Eccleſiæ ſolem, & luminare maius. S. Ambroſ. *ſerm. 68.* Fidei firmamentum.

5 Vnde poſt Aſcenſionem Domini Petrus velut ſucceſſor ipſius regere cœpit Eccleſiam, ad complendum duodenarium diſcipulorum numerum loco Iudæ præuaricatoris ex verbis Prophetæ alium inſtituens, & faciens ſubrogari, & recepto Paraclito Diſcipulos Spiritus ſancti Gratia illuſtratos ex verbis Ioëlis apertiùs comprobauit. Hic pœnitentiam agere iuſſit, & baptizari credentes *Act. 2.* Hic inter diſcipulos curando claudum fuit miraculum operatus, *Act. 3.* & in Ananiam, & Saphiram vxorem ipſius tanquam primus & præcipuus inter eos, qui mentiti fuerant Spiritui ſancto, mortis ſententiam promulgauit *Act. 5.* Hic ſimoniacæ peſtis radicem contra primitiuam Eccleſiam pullulantem Apoſtolica falce ſuccidit, ſolus in Simonem Magum ſententiam damnationis promulgans, licèt non ei ſoli, ſed omoibus communiter pecuniam obtuliſſet, *Act. 8.* Huic ſoli viſio cælitus oſtenſa fuit, *Act. 9. & 10.* qua innoitur, quòd Petrus Prælatus fuerit cunctis gentibus: ipſeque admonebatur omnes gentes ſuæ fidei commiſſas Chriſti Eccleſiæ vnire, & inſerere, cùm vas illud viſionis Orbem terrarum, & voiuerſa in eo contenta animalia, voiuerſas ſignificaret, tam Iudæorom, quàm Gentium nationes: gentium enim immunditiæ per quadrupedia terræ, pérque beſtias, reptilia, & volatilia Cœli ſignificabantur, & illas iam Deus intra linteum Eccleſiæ recipiendas decreuerat. Propter quod & Petro iuſſum erat, vt mactaret eas primùm, hoc eſt, per verbum Dei, quod gladio quouis ancipite penetrabilius eſt, tetrom peccati ſanguinem effunderet, eiſque ſubinde veſceretur, hoc eſt, more cibi traduceret eas in Eccleſiæ corpus, & incorporaret eas Chriſto. Quamobrem ipſe, vt primus Iudæos, ita quoque & Gentiles conuertit ad Fidem, vt ſuper vtroſque fideles ſe paſtoralem curam accepiſſe monſtraret.

6 Conſtituto ſic à Chriſto Domino tot locis Summo vniuerſalis Eccleſiæ Paſtore Beato Petro Apoſtolo, Vnitas, ſiue Primatus eius in Eccleſia vnica conſtituitur, à qua tanquam capite reliqua ipſius membra regerentur: Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latiùs incremento fœcunditatis extenditur: quomodo Solis multi radij ſunt, ſed lumen vnum; & rami arboris multi ſunt, ſed robur vnum tenaci radice fundatum; & quomodo de fonte vno plurimi riui defluunt, numeroſitas licèt diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine: ſic & Eccleſia Domini luce perfuſa per Orbem totom radios ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur, ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latiùs expandit, vnum tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa: illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur. Et quod Eccleſia vna ſit veritatis Magiſter teſtatur per Spiritum ſanctum, dicens: Vna eſt columba mea, vna eſt perfecta mea. Item Eccleſiæ vnitas dicitur ex vnitate Fidei, in qua fundatur, *cap. legimus 93. diſt.* Et ab vnitate ſpei, de qua Apoſt. *cap. 4. Vocati eſtis in vnam ſpem vocationis veſtræ.* Eſt etiam vna vnitate charitatis, qua annectitur, & viuificatur, de qua inquit Apoſt. *ad Philip. 2.* Eaodem charitatem habentes vnanimes, idipſum ſentientes. Hinc D. Cyprian. *lib. 1. epiſt 8. ad plebem. Deus vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra vna ſuper Petrum Domini voce fundata: ſicut etiam in Cælorum vniuerſitate à primo mobili dicuntur inferiores*, Ariſt. *2. de Cælo text. 35. In corporibus mixtis vnum ſemper elementum eſt, elementariſque qualitas præpollens. In multitudine membrorum vnum cor cætera mouet.* Ariſt. *de partu animalium lib. 2. cap. 2.* potentiarum animæ vna eſt princeps, nempe ratio. D. Auguſt. *lib. 2. de liber. arbit. cap. 3.* & vt ait Apoſt. *ad Epheſ. 4. Vnus eſt Spiritus, vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma, vnus Deus, & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis; ita quoque vnus Præſidens, Paſtor, Rector, & Gubernator in vnica, & vniuerſali Eccleſia vicem Chriſti gerens, Summus Pontifex eſt, & ſuper vnicam & vniuerſalem Chriſtus ædificat Eccleſiam, quam nullo Orbis terrarum loco Petrus, & eius ſucceſſores melius conferre potuiſſent ipſo Domino iubente quantum Roma, quæ tunc, & diu poſt Orbis terrarum imperium obtinuit, à qua facillimè Chriſti pietas & religio in reliquas ei ſubiectas prouincias traduci poſſet*, quod innuere videtur Beatus Leo Papa *in ſerm. 1. de natali Apoſtolorum Petri & Pauli*, dum ait: *Beatiſſimus Petrus Princeps Apoſtolici Ordinis ad arcem Romani deſtinatur imperij, vt lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficacius ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet.*

Anno igitur nono à Chriſti paſſione exacto, à 7
natiuitate eius 43. poſtquam Iacobus Ioannis frater ab Agrippa Rege occiſus fuit, ipſe Petrus Azymorum tempore ab eo in carcerem conijcitur, vt feſto celebrato illum necaret, qui diuino beneficio Angeli opera eductus, exiens ad Romam iter inſtituit, vt Herodis vim, furorémque declinaret, ſimul & vt Simonis Samaritæ veſtigiis ſubuertendis inſiſteret. Annoa peregrinatione exacta per eas gentes ad quas priorem epiſtolam ſcripſit, Cappadoces ſcilicet, Galatas, Aſianos, Ponticos, & Bithynos Vrbem peruenit 15. *Calend. Febr. ſequentis anni*, qui fuit Chriſti 44. & ſecundus penè finitus Imperij Claudij, ſtatim Chriſtianæ religionis fundamenta iecit, vt poſtea ad Romanos ſcribens Paulus gratias agit Deo, quod illorum Fides in vniuerſo mundo nunciaretur. Ab hoc tempore vſque ad eius obitum,

obitum, (qui fuit Auctoribus penè cunctis consentientibus 3. *Calend. Iulij* nouissimo Neronis anno, non quidem Iulisni, sed Imperij, id est, tertiodecimo, Christi verò 68.) Cathedram Sacerdotalem Petros Romæ annis 25. tenuit. Non autem hoc toto temporis spatio in Vrbe permansit; nam anno Christi 47. sexto imperij Claudij, quo magna Iudæorum seditio fuit, Petrus, qui gente Iudæus erat ex Bethsaide vico Galilææ, simul cum cæteris constituta iam Ecclesia Romana, & Simone Mago extincto, discedere est coactus; Hierosolymam hac occasione rursus rediit. Et (Agrippa, cuius metu ea Iudæa aufugerat, iam vita functo) interfuit transitui Beatissimæ Virginis, qui anno sequenti accidit ætatis eius 63. prout melius computant citati per me *alleg.* 50. *num.* 112. Postea ingressus est Vrbem Romam Nerone Cæsare, Linum, & Clementem sibi coadiutores ordinauit, à Marco scriptum Euangelium probauit, priorem Epistolam scripsit, & hæc primo Neronis anno, vt ex Damaso intelligitur, transegit. Inde discedens totum Occidentem, & Africam docendo peragrauit. Ad extremum nouissimis Neronis annis, eo in Christianos tanquam publici incendij auctores desæuiente Romam rediit, vbi de morte eius, & Pauli ea subsequuta sunt, quæ consensu omnium Scriptorum memoriæ sunt commendata, quorum mors anno salutis 69. successit ex Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 46. *num.* 15. Quicquid hæte-
8 rici huius temporis impudenter negent † Beatum Petrum Romæ vnquam Cathedram constituisse, & quod magis est, neque Romam vnquam venisse, eus tamen ex omnibus antiquis Patribus Græcis, ac Latinis eleganter conuincunt Onuphrius Panuinus *de Primatu Petri lib.* 3. *cap.* 1. Cardin. Cæsar. Baron. *annal. tom.* 1. *an. Christi* 44. *cap* 22 *cum sequentibus*, & ex professo latissimè comprobat omnibus contrariis satisfaciens Cardin. Bellarmin. *tom.* 1. *de Romano Pont. lib.* 2. *à princip.*

9 *O felix Roma*, inquit D. Hieron. *lib.* 2. *aduers. Iouinianum*, in fine, *Vrbs potens, Vrbs Orbis Domina, Vrbs Apostoli voce laudata*, illa enim caput mundi appellatur, vt patet *cap fin. de foro comp. & ex l. Roma ff. ad munic.* tradunt Alciat. *lib.* 2. *dispunct. cap.* 21. & Mandos. omnino videndus *in reg.* 20. *Cancel. quæst.* 10. *num.* 2. in ea siquidem tanquam in communi omnium patria sunt ferè omnes nationes de Mundo, vt dicit Burgos de Pace *in repet. cap. cognoscentes num.* 210. *de constitution.* & Ioan. Quintin. (licèt cum aliqua nota Curiæ) *in repet. cap. de multa num.* 110. *de prabend.* refert Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap.* 16. *à num.* 23. de qua S. Ioannes Chrysost. *in comment. epistola ad Romanos cap.* 16. *hom. vlt.* id est, 32. ita ait: *Ego & Romam propterea diligo, tametsi & aliunde queam illam laudare, nempe à magnificentia, ab antiquitate, à pulchritudine, & multitudine, à potentatu, & diuitiis, & à rebus in bello fortiter gestis, sed relictis istis omnibus, ob id illam beatam depredico, quòd erga illos Paulus dum viueret adeò fuit beneuolus, adeò illos amauit, coram disseruit, & postremò vitam apud eos finiuit: vnde & ciuitas ista hinc facta est insignis, plusquam à reliquis omnibus. & quemadmodum corpus magnum, ac validum duos habet oculos illustres, Sanctorum videlicet illorum corpora: non ita Cælum splendescit, quando radios suos Sol ex sese dimittit, quemadmodum Romanorum Vrbs duas illas lampades, vbique terrarum effundens*, &c. de qua in festiuitate Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli sic canit Ecclesia.

O felix Roma, quæ tantorum Principum
Es purpurata pretioso sanguine,
Non laude tua, sed ipsorum meritis
Excellis omnem mundi pulchritudinem.

Et glos. *verb. Romanè, in Extrauag. execrabilis, de prabend.* ita ait: *ipsam Vrbem Apostoli Petrus & Paulus vna die pro merito, loco vno pro gloria, sub vno persequutore pro pari virtute compassi glorioso cruore martyrij Christo Domino consecrarunt.* Hinc etenim Roma eo glorioso cruore respersa in hanc gloriam prouecta est, vt si gens sancta, populus electus, ciuitas Sacerdotalis, & Regia per sacram B. Petri Sedem in Romano iam proprio solio collocatam caput totius Orbis effecta, vt dicit text. *in cap. fundamenta, in princ. iuncto* §. 1. *de elect. in* 6. & refert Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 46. *num.* 16. Nullam denique decentiorem, aut Christo ipso magis acceptam Sedem fuisse censemus, quàm quæ sanctissimorum Apostolorum Petri & Pauli sanguine consecrata, æternisque trophæis illustrata, quod inde Romam ipsam ad eam gloriam prouexit, vt inde esset genus sancta, populus electus, ciuitas Sacerdotalis, & regia, vt caput Orbis effecta latiùs præsideret religione diuina, quàm dominatione terrena, ad quod refert aliqua Læli Iorda. *de maioribus Episcopi causis ad Papam deferendis, & de Romana Sedis origine, cap.* 11. *num.* 20.

Quamuis ex *Matth. cap.* 16. *& Ioan.* 21. solùm 10
constet Christum Petro Summum Pontificatum tribuisse, non autem alicuius certæ Ecclesiæ Episcopatum, ipsa tamen Iura Canonica manifestò nobis tradiderunt iussu Domini Petrum Romæ Sedem Pontificiam fixisse, vt inquit Nicolaus II. relatus *in cap. omnes,* 22. *distinct.* scribens Mediolanensibus per Petrum Damianum Legatum suum, his verbis: *Omnes siue Patriarcha cuiuslibet apices, siue Metropoleon Primatus, aut Episcopatuum Cathedras, vel Ecclesiarum cuiuslibet Ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia: illam verò solus ille fundauit, & super petram Fidei mox nascentis erexit, qui Beato æternæ vitæ clauigero, terreni simul, & cælestis imperij iura commisit.* Id ipsum ostendit Gelasius relatus *in cap. quamuis,* 21. *distinct.* omnibus Orthodoxis ita scribens: *Quamuis vniuersa per Orbem Catholica Ecclesia vnus thalamus Christi sint: sancta tamen Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis synodis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed Euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri Primatum obtinuit: Tu es Petrus*, &c. Item Anacletus *ad omnes Episcopos epist.* 3. *cap.* 3. relatus *in cap. sacrosancta* 22. *distinct.* ita ait: *Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro Primatum obtinuit. Deinde hoc ipsum attestantur* Marcell. I. *in cap. rogamus*, & Leo I. *in cap. cum Beatissimus,* 24. *quæst.* 1. præterea Alexand. I. Iulius I. Pius I. *in suis epistoli*, & demum Innoc. III. *in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.* his verbis: *Locus, quem elegit Dominus, Apostolica Sedes esse cognoscitur.* Confirmatur, nam cùm Petrus Vrbem fugiens exiuisset, volens eum Dominus ad locum quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo: *Domine quò vadis?*
respondit: † *Vado Romam iterum crucifigi*; quod 11
intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus, quam historiam referunt Linus Papa *in actis passionis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli*, Egesip. *lib.* 3. *de excidio Hierosolymitano*, D. Ambros. *lib.* 5. *epist.* 32. Læl. Iordan. *de maioribus Episcoporum causis ad Papam deferendis, cap.* 11. *num.* 24. Guerrero *in speculo Iuris Pontificij pag.* 8. & ex S. Athanasio *in apologia pro fuga sua*, & S. Greg. *in explicatione quarti Psalmi pænit.* comprobat Cardinal. Bellarm. *lib.* 1. *de Romano Pont. cap.* 23. *in fine*

12 *fine*, Lotte. *d. lib. 1. quæst. 46. num. 9.* Quare † primam
Sedem, & vniuersalem Ecclesiæ Primatum Romæ
Iure diuino esse collocatum tenent Abb. *in d. cap.*
per venerabilem, Ioan. Audr. *in cap. fundamenta*, *de*
elect. in 6. vbi Anchar. *num. 12.* Albertus Pyghius *de*
Ecclesiast. hierarch. lib. 3. cap. 12. & 13. S. Antonin.
part. 3. tit. 23. cap. 5. §. 7. Turrecrem. *de potestate Ec-*
clesiæ, lib. 2. cap. 40. cum sequentibus, Can. *de locis*
Theolog. lib. 6. cap. 8. vers. 10. Aluar. Pelag. *de planctu*
Ecclesiæ lib. 1. cap. 32. Cordub. *in quæst. lib. 4. quæst. 1.*
proposit. 8. Iacob. *de Concil. lib. 8. art. 6. & 7.* latissi-
mè Alphons. Mendoza *in quæst. quodlib. quæst. 4 scho-*
last. Azori. *institut. moral. part. 2. lib. 4. cap. 11. quæst. 2.*
Cardin. Cæsar Baron. *in addit. ad Martyrologium*
Romanum die 18. Ianuarij, pag. mihi 30. Cardin. Bel-
larmin. *tom. 1. de Romano Pontif. lib. 2. à princip.* Card.
Tusch. *pract. conclus. Iuris tom. 3. conclus. 3. num. 19.*
& tom. 7. lit. R. concl. 362. quorum aliqui agunt
13 † an licitum sit è Roma aliò Sedem Apost. trans-
ferre, quod ex instituto disputarunt Alphons. de
Mendoza *d. disput. 4.* Cardin. Iacobat. *de Conc. lib. 8.*
in 6. art. Cardin. Bellarmin. *dict. tom. 1. de Romano*
Pontif. lib. 4. cap. 4. vers. 2. hoc idem, & alij citati à
Cenod. *ad Decretum collect. 11. num. 4.* à Lotter. *dict.*
quæst. 46. num. 19.

14 Et quòd Romana Ecclesia omnium aliarum,
omniumque fidelium mater sit, & magistra, atque
super omnes Primatum obtineat, probant text. *in*
d. cap. quamuis, & in d. cap. sacrosancta, & in cap. 2.
de Summa Trinit. & in cap. antiqua 23. de priuileg.
cum multis aliis adductis plenissimè per Cordub.
d. quæst. 1. art. 2. Mendoza *d. quæst. 4. scholast. §. 4.*
Turrecrem. *de potest. Eccles. lib. 2. cap. 36.* Albert.
Pygh. *d. cap. 12.* Can. *de locis Theolog. lib. 2. cap. 4.*
Bannes *in 2. 2. D. Thomæ quæst. art. 12. concl. 5.*
Cou. *lib. 4. var. cap. 14. num. 1.* Illustriss. Cardin. Bel-
larm. virtute & litteris insignis, Catholicæque re-
ligionis strenuus propugnator, *d. tom. 1. de Romano*
Pont. cap. 12. cum sequentibus, Cardin. Tusch.
vtriusque iuris consultissimus, cuius præclari, in-
defessique laboris monumenta attestantur, *in pract.*
conclus. tom. 7. lit. R. conclus. 363. Cardin. Mantica
assidua negotiorum experientia eruditissimus *de*
coniecturis vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 4. Iacob. de
Graffiis *tom. 2. consil. lib. 3. tit. de clericis non resid.*
cons. 1. num. 4. plenissimè Marta *de Iurisdict. p. 1. cap.*
13. à num. 19. vbi per multa sequentia capita om-
nia argumenta in contrarium plenissimè resoluit,
Valeri Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 1. num. 22.*
Fr. Paulin. Berti Locensis *in praxi criminali Regul. tit.*
2. cap. 14. num. 4. Victurin. Mans. *de ecclesiastic. magi-*
strat. lib. 2. cap. 4. & 5. Homobon. *de statib. huma-*
næ vitæ, p. 1. cap. 4. num. 1. & cap. 6. vers. in primo gradu.
nouissimè Mich. Ferr. *de præcedent ecclesiast. quæst. 31.*
plures ex antiquioribus refert Cenod. *d. collect. 11.*
num. 4. & 5.

15 Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ Pontificem suc-
cedere Petro in Ecclesiastica monarchia tam ex di-
uino iure, quàm ratione successionis, Conciliorum
auctoritate, Summorum Pontif. Græcorum, &
Latinorum Patrum, aliorumque testimoniis, & au-
ctoritatibus probat idem Cardin. Bellarm. *d. tom. 1.*
16 *lib. 2. cap. 12. & 13.* † Nullum enim in terris superio-
rem habet; *cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3. cap.*
licet, cap. Venerabilem, de elect. Flamin. *de resignat. lib.*
7. quæst. 5. num. 1. & 2. Don Garsi. Mastrillo *de ma-*
17 *gistratib. lib. 1. cap. 2. num. 4.* Et est † Ordinarius Or-
dinariorum, & totius Orbis, cùm totus mundus
Papæ sit territorium, *d. c. cuncta per mundum, cap. per*
principalem 9. quæst. 3. Camil. Borrel. *in sum. omnium*
decis. tit. 4. num. 10. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 2.*
proœm. num. 44. † Et omnes eidem parere, ipsum- 18
que in Primatem recognoscere debent, *cap. sacro-*
sancta, cap. de Constantinopolitana 22. dist. Gonzal.
§. 1. proœm. num. 8. Licèt autem *in proœmio Decre-*
talium, aliisque in locis seruus seruorum Dei nomi-
netur, intelligitur quantum ad humilitatem, nam
quantum ad potestatem est Dominus dominorum,
Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 19. quæst. 1. vers.*
Baldus, Flamin. *d. lib. 8. quæst. 7. num. 101.*

Vnde Summum Pont. saltem in habitu directè 19
habere potestatem secularem immediatè à Christo
Domino sibi commissam, ita vt possit per seipsum
eam, vt directam reducere ad actum, licèt frequen-
tiùs illam exerceat per Imperatores, & Reges ab
eius manu eandem accipientes, tenent Innocent. *in*
cap. licet, num. 8. & 9. de foro comp. & post Host.
Panor. *in cap. nouit. num. 13. de iudic.* post glos. ibi,
& post *gloss. 1. in cap. causam quæ, in 2. qui filij sint*
legit. cui similis *verb. Ecclesia, in Clem. ad nostram, de*
hæretic. Bart. *in l. 1. §. Præsides, ff. de requir. reis*, Hie-
ron. Alban. *tract. de potestat. Papæ, p. 2. num. 16. cum*
seqq. Aluar. Pelag. *lib. 1. de planctu Eccles. cap. 24.*
Palat. *de obtentione regni Nauarræ, §. 6.* Cou. *in reg.*
peccatum p. 2. §. 9. num. 7. vers. 1. Nau. *in d. cap. nouit,*
notab. 3. sub num. 19. Mench. *illust. lib. 1. cap. 20. num.*
2. & cap. 21. num. 1. Marta *de Iurisdict. p. 1. cap. 19.*
quo loci iunctis capitulis sequentibus vsque ad *cap.*
23. inclusiuè, & iunctis præcedentibus, pluribus
mediis hanc sententiam tenaciter defendere inten-
dit, Leonard. Duard. *in comment. ad Bull. Cœnæ lib. 2.*
can. 14. quæst. 8. num. 13. & can. 15. quæst. 18. Tor-
rebl. *de magia lib. 3. cap. 4.* Solorzan. *de iure Indiar.*
tom. 1. lib. 2. cap. 22. cum seqq. Lattea *Granat. decis. 1.*
à num. 5. ex Theologis S. Antonin. *tit. 3. de dominio*
regnorum, cap. 2. & p. 3. sum. tit. 22. cap. 5. §. 17. S. Au-
gust. Triumph. *in princ. sum. de potestate Ecclesiæ.*
S. Bonauent. *in 4. dist. 37. in exposit. lit. dub. 4.* Hen-
ric. Gandau. *in quodlib. 6. quæst. 23.* Roder. Sanc.
Episcop. Zamoren. *lib. de origine, & differentia prin-*
cipatus, p. 1. Alexand. Alens. *4. p. sum. quæst. 10. part.*
2. §. 2. B. Ioan. à Capistrano *de auctoritate Papæ,*
part. 1. secunda partis, num. 4. & 5. Aluar. Pelag. *de*
planctu Ecclesiæ lib. 1. cap. 13. Cels. Manc. *de iuribus*
principatuum, lib. 3. cap. 1. & 2. Paulus Ciera *in tract.*
de iure Principum, cap. 6. cum sequentibus, Alexand.
Pesanti. *de potestate Romani Pont.* Thom. Boxi. *de*
ruinis gentium, & regnorum, lib. 2. Sot. *lib. 4. de Iustit.*
quæst. 4. art. 1. ibi, *Arbitrati sumus Christum quate-*
nus hominem non fuisse Regem, non quòd non potuerit,
erat quippe Deus, sed quia neque cum docuit, neque sub-
inde voluit, &c. Ios. Ragus. *in 3. p. 5. Thomæ disp. 25.*
art. 6. quæst. 22.

Probatur hæc sententia. Summus Pontifex Petri 20
successor, & Christi Vicarius nobis Christum re-
præsentat qualis erat dum hîc inter nos viueret: at-
qui in Christo Domino nostro dum vixit fuit Re-
gia potestas temporalis: ergo Summus Pont. Petri
successor habet temporale dominium: maior per se
patens est, & constat ex dictis, & præcipuè ex illo
Ioan. 21. *Pasce oues meas*, & Matth. 29. *Tu es Petrus*,
&c. vbi Dominus loco sui Petrum constituit vni-
uersalem suæ Ecclesiæ Pastorem, illimitatámque
relinquit hanc sibi promissam, & traditam potesta-
tem, vnde D. August. *Sicut*, inquit, *in Saluatore erant*
omnes causæ Magistri, ita & post Saluatorem in Petro
omnes continentur. Et Chrysog. *super Acta Apostolo-*
rum. Ita, inquit, *Petrus à Filio super omne, quod est Filij,*
potestatem accepit, non vt Moyses in gente vna, sed in
vniuerso Orbe. Quamobrem necesse est fateri eam-
dem

dem eſſe aoctoritatem Petri, quàm Chriſti, & Summi Pont. quàm Petri. *Manet*, ioquit S. Leo, *diſpoſitio veritatis, & Beatus Petrus in accepta fortitudine Petra perſeuerans ſuſcepta Eccleſia gubernacula non reliquit, perſeuerat videlicet Petrus, & viuit in ſucceſſoribus ſuis.* Et Philippus Presbyter, Apoſtolicæque Sedis legatus *in Concilio Epheſino circa an.* 430. vt habetur *tom.* 2. *cap.* 16. ſic dicit: *Nulli dubium, imò ſeculis omnibus notum eſt, ſanctum Beatiſſimumque Petrum Apoſtolorum Principem, & caput, Fideique columnam, Eccleſia Catholica fundamentum, à Domino Ieſu Chriſto Saluatore noſtro, humanique generis Redemptore, cœleſtis regni Claues accepiſſe, ſoluendique, atque ligandi poteſtate, quam acceperat, vſum fuiſſe, necnon per ſucceſſores ſuos hucuſque ſemper viuere, cauſaſque decernere, ſempérque victurum eſſe.*

21 Minor verò, quatenus habet Chriſtum Dominum, dum in terris vt homo vixit, vniuerſalem fuiſſe mundi Dominum, ac Regem vniuerſorum probatur Matth. cap. 10. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Et cap. 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra.* Probatur etiam ex pluribus Apoſt. locis, qui præcipuè ſcribens ad *Coloſſ. cap.* 1. inquit de Chriſto: *Qui eſt imago Dei inuiſibilis primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant: & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis.* Et ad *Hebræ. cap.* 1. *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè loquutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula.* Ioannes etiam *in Apocal. cap.* 1. dicit, quòd Ieſus Chriſtus eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & Princeps Regiunum terræ, & *cap.* 11. *quod audiuit vocem multorum dicentium: Factum eſt Regnum huius mundi Dei noſtri, & Chriſti eius.* Et *cap.* 19. *Cùm prius exaraſſet quomodo apparuerit ei ille, qui dicitur Verbum Dei, refert, quod habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominantium.*

22 Quòd ſi inſurgat aliquis dicens, quomodo Chriſtum Regem dicimus ſine propugnatoribus, ſine magiſtratu, &c reſpondet Iſai. Propheta *cap.* 9. *factus eſt principatus ſuper humerum eius*; quem locum Nicetas in Nazianzenum *in orat. de natiuitate*, iuxta interpretationem antiquorum Patrum explicans, per humeros Chriſti, vires eius intelligens ait, *omnes alij Reges non in propriis viribus imperium ſuum, & regnum habent conſtitutum, ſed in aliis, puta in militibus, & ſatellitibus, & propugnatoribus: Chriſtus autem ſolus principatum ſuum ſuper humerum habuit.*

23 Conſequentia rectè infertur: quia Petrus, qui adhuc perſeuerat, & viuit in ſucceſſoribus ſuis, vt ſuprà probaui, accepit Pontificatum & regimen totius populi Chriſtiani, & in Vicarium electus fuit Chriſti, cuius iuriſdictionis ſunt omnia regna mundi. Vnde in eius ſolemnitate exultans Eccleſia canit: *Tu es Paſtor ouium, Princeps Apoſtolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi.* Et ſuper illa verba, *Tibi dabo Claues*, infert Chryſog. *Filius Dei vbique terrarum Petro conceſſit poteſtatem, & homini mortali omnium, quæ in cœlo ſunt, dedit auctoritatem, vt poteſtate Clauium Eccleſiam amplificaret.* Inde D. Auguſtin. *in ſerm. Fortis & humilis*, admirans ait: *O mira potentia, ô ineffabilis gratia Saluatoris, quis plebeium Piſcatorem Apoſtolorum facilè crederet Principem, & Regibus obſiſtere, Reges ſanctificare, Regibus omnibus imperare, mundum refrænare legibus? Sicut Chriſtus accepit à Patre Dux ſceptrum Eccleſiæ gentium ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum & poteſtatem, & ſuper omne quodcunque eſt, vt ei genua cuncta curuentur: ſic & Petro, & eius Succeſſoribus pleniſſimè commiſit.* Si igitur Chriſtus Dominus eſt directè, abſolutè, verè, realiter, legitimè, vt monſtratum eſt euidentiſſimè, totius mundi, & omnino hominum, qui ſunt in eo, tam quoad ea, quæ ad Spiritum pertinent, quàm quæ ad corpus. Ergo etiam Summus Pontif. dominus eſt directè, abſolutè, verè, realiter, legitimè, totius mundi, & omnium hominum, qui ſunt in eo, tam quoad ea, quæ ad ſpiritum pertinent, quàm quæ ad corpus: nam, vt infert Chryſog. in perſona Chriſti loquentis ad Petrum, *qui amas me coram ipſis, iam tibi confirmo, quod meum eſt plenum*, & ideò D. Thom. *in fine l.* 2. *ſentent.* dicit quòd Papa vtriuſque poteſtatis apicem tenet, ſcilicet ſpiritualis, & ſecularis, hoc illo diſponente, qui eſt Rex, & Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, & Dominus dominantium, cui poteſtas non auferetur, & regnum eius non corrumpetur.

Nihilominus tamen veriùs dicendum puto Summum Pontificem ſuper vniuerſum Orbem ex Summo Pontificatus officio directè non habere etiam in habitu poteſtatem ſecularem ab Spirituali diſtinctam, per quam more aliorum Regum poſſit eo modo in temporalibus ciuiliter gubernare, & ſtatuere, quæ proximè ſpectant tantummodo ad finem temporalem, & politicum; & hanc ſententiam tenent D. Thom. *in opuſculo de regimine Principum lib.* 3. *cap.* 2. *cum ſequentibus, & p.* 3. *quæſt.* 59. *art.* 5. Sot. *de iuſtitia lib.* 4. *quæſt.* 4. *art.* 1. *colum.* 4. *verſ. quod ſi, & in* 4. *diſtinct.* 25. *quæſt.* 2. *art.* 1. *concluſ.* 3. Driedon. *de libertate Chriſtiana lib.* 1. *cap.* 9. *& cap.* 15. Caietan. *tom.* 1. *tract.* 2. *de auctoritate Papæ, & Concilij cap.* 13. *ad* 8. Victoria *in relect. ſuper cap. vlt. Matthæi num.* 27. *& de poteſtate Eccleſiæ relect.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 8. Alphonſus Alu. Guertero *in ſpeculo Principum cap.* 16. Cardin. Bellarmin. *contron.* 3. *generali lib.* 5. *de Romano Pontifice cap.* 1. *verſic. Tertia ſententia, & cap.* 3. *& cap.* 6. Molina *de iuſtitia tract.* 2. *diſput.* 29. *colum.* 4. *verſ. his prænotatis*, Suarez *de legibus lib.* 3. *c.* 6. *ſub num.* 3. *cum ſequentibus, & de defenſione Fidei Catholicæ contra Anglicanæ ſectæ errores lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 8. Rebell. *de obligationibus iuſtitiæ, par.* 2. *lib.* 18. *quæſt.* 23. latè Anguian. *de legib. lib.* 2. *contron.* 17. *per tot. & præcipuè à num.* 29. Azori. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 11. *cap.* 5. *quæſ.* 6. Param. *de orig. Inquiſ. lib.* 3. *quæſt.* 3. *opin.* 4. Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit. de iuriſdict. quæſt.* 4. Ceuall. *de cognit. per viam viol. in prolog. num.* 9. *in fine, & num.* 12. Maynard. *de priuileg. Eccleſ. p.* 1. *art.* 6. *num.* 1. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 1. *præl.* 1. *num.* 55. Gabr. Pereira *de manu Regia p.* 1. *præl.* 1. *num.* 4. *&* 5. Antonin. Diana *moral. reſolut. p.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 121. Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure p.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. *ff. de iuſtit. & iure.* nouiſſimè R. P. Iuniper. à Drapano *pro Iuris Pontificij defenſione quæſt.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. *cum ſeq.* 24

Huius ſententiæ plura, & validiora ſunt Fundamenta, & à priori oſtenditur, quia Summus Pontifex, vt Chriſti Vicarius ex officio Summi Pontificatus nullam aliam poteſtatem habet, niſi eam ſolùm, quam in lege Gratiæ Chriſtus Dominus, quatenus homo dum in terris vixit, immediatè commiſit eidem, arg. text. *in cap.* 2. *&* 3. *de officio Vicar. lib.* 6. delegatio enim nullam aliam in delegato iuriſdictionem ponit niſi eam, quæ à delegante conceſſa eſt, iuxta text. *in l.* 1. §. *qui mandatum*, *ff. de officio,* 25

eius

26 *eius, cui mandata est iurisdictio.* Planè † Christus Dominus, quamuis potuerit insuper dominium politicum rerum omnium, & principatum, & ita monarchiam temporalem cum suprema potestate seculari super vniuersum Orbem, & super omnes Principes ipsius principaliter, & directè exercere, tamen huiusmodi temporalem monarchiam, & potestatem de facto non exercuit, nec exercere voluit, iuxta illud Ioan. 18. *regnum meum non est de hoc mundo*; & iuxta alia plura, quæ ad hoc probandum congerunt Victoria *de potestate Ecclesiastica relect. 1. quæst. 5. num. 56. cum sequentibus*, Valentia *d. puncto 6. colum. 2.* Tolet. *in cap. 18. Ioan. annot. 25. & 26.* Cardin. Bellarm. *d. lib. 5. de Rom. Pontif. cap. 4.* Licèt oppositum, imò quòd Christus Dominus de facto exercuerit temporalem monarchiam super vniuersum Orbem, defenderint Albert. Pyghius *lib. 5. hierarchia Ecclesiastica cap. 3.* Almayn. *de potestate Ecclesiast. cap. 8.* Nauar. *in cap. nouit, notab. 3. n. 130. de iudicijs.* Modernus *de iurisdict. part. 1. cap. 18.* quorum fundamentis dilucidè respondent Victoria, Bellarminus, & cæteri suprà citati, explicantes locum *Matth. vlt.* ibi, *data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra*, vt intelligatur de potestate Christo data super regnum spirituale, & super omnia etiam temporalia, in ordine ad finem ipsius supernaturalem.

27 Nec nos in contrariam opinionem adducere possunt plures auctoritates, quibus innituntur contrariæ opinionis Auctores ad probandum Summum Pontificem saltem in habitu directè habere potestatem secularem immediatè à Christo Domino, quam de facto ipse habuerat super vniuersum Orbem: licèt enim negare non possimus eum per se, & directè habuisse ex domo Patris excellens quoddam dominium, & potestatem in res omnes creatas, & super omnes omnium hominum, imò & Angelorum actiones, itavt non solum ad finem supernaturalem Ecclesiæ vniuersalis, sed etiam absolutè potuerit, & possit de rebus omnibus temporalibus ad libitum disponere, & ea ratione dici possit Dominus Orbis, & Rex regum, etiam quoad omnia temporalia, vt aduertunt Molina *d. disp. 28. col. 4. in fine, vers. restat, & concl. 4. & 5.* Suar. *disp. 48. sect. 2. col. 3. vers. dico secundo, cum sequentibus.* Sic intelligentes locum *Matth. vlt.* ibi, *data est mihi*, &c. & illud *Apocal. 1. Princeps Regum*, &c. *& cap. 10. Rex Regum, & Dominus dominantium*, tamen ea non communicauit Vicario, prout eidem non communicauit alia pleraque etiam pertinentia ad potestatem excellentiæ, vt pulchrè docet Diuus Thom. *in opusculo de regimine Principis, lib. 3. cap. 10.* quem sequuntur Nauar. *d. notab. 3. num. 130.* Molina *d. disput. 29. col. 14. in princ.* Suar. *d. dist. 2. ante finem.*

28 Deinde hanc nostram sententiam non infringit auctoritas Christi Domini *Ioan. 21.* ibi, *Pasce oues meas*, quia in ea solùm impletur illa promissio, quæ Petro à Christo Domino facta fuerat *Matthæi 16.* ibi, *tibi dabo Claues regni cælorum*; vt post alios resoluit Suar. *de legibus lib. 3. cap. 6. num. 4. & lib. 4. cap. 2. num 10. & cap. 3. num. 1.* Per has autem Claues solùm significatur potestas spiritualis suprema, non verò temporalis directa, vt post alios resoluit idem Suarez *d. lib. 4. cap. 1. num. 3. cum sequentibus.*

29 Necetiam nos deterrent pleraque Iura, quæ, iuxta omnium ferè Doctorum mentem, Summo Pontifici tribuere videntur secularem potestatem, vt *in cap. 1. distinct. 22. & in Extrauag. vnam sanctam, de maiorit. & obed. inter communes, & in Extrauag. vnic. post princip. vers. sanè, ne Sede vacante Ioan. XXII.* Nam text. *in d. cap. 1. & in d. vers. sanè*, dum inquiunt *quòd Christus Dominus Summo Pontifici in persona Beati Petri æternæ vitæ clauigeri commisit iura terreni simul, & cælestis imperij* non agunt de potestate aliqua sæculari Summi Pontificis, sed solùm de Ecclesiastica, quam Christum Dominus eidem concessit *Matthæi 16.* dum ei promisit, & tandem dedit Claues regni cœlorum, vt possit ligare, & soluere super terram, id est, omnes fideles existentes in imperio terreno: & quodcumque ligaret, & solueret super eam esset ligatum in Cœlis, id est, in imperio cœlesti, vt ita Summus Pontifex hæc vtriusque imperij iura haberet Ecclesiastica, vt considerat sic illos textus intelligens, Card. Bellarm. *vbi suprà*, & Anguian. *d. controu. 17. num. 54.* vbi *num. 64.* agit de intellectu *d. Extrau. vnam sanctam*, quem etiam refert, & sequitur Diana *d. p. 1. tract. 1. resol. 122.*

Quo retento sensu dici potest Nicolaum Papam 30
(qui iuxta communem, de qua tamen dubitat Cardinalis Bellarminus, auctor est prædicti *cap. 1.*) non videri sibi ipsi aduersari *in cap. cùm ad verum, 96. distinct.* quatenus ibi asserit Christum Dominum distinxisse potestatem, & officia Pontificis, & Imperatoris, ne aut Imperator iura Pontificis, aut Pontifex iura Imperatorum præsumeret vsurpare: nam in hoc textu loquitur de potestate seculari formaliter sumpta in suum finem naturalem, & hanc negat in Summo Pontifice: in illo verò loquitur de potestate materialiter tantùm sæculari in ordine ad finem supernaturalem, & hanc Summo Pontifici concedit.

Primò, ex dictis infertur Summum Pontificem, 31
qua talem ex vi Pontificalis officij habere sufficientem potestatem super omnia negotia secularia, etiam inter seculares, vt de illis iudicet, & disponat, quando id expedierit ad quietem, & conseruationem, ac Ecclesiæ defensionem, & ad bonum spirituale, & ad finem Ecclesiasticæ potestatis supernaturalem assequendum, & vltra Ordinarios per text. ibi *in cap. cùm ad verum 96. distinct. & in Extrauag. vnam sanctam, de maiorit.* ac Theologos *in 4. dist. 24.* latissimè disputarunt, sic resoluentes Cardin. Turrecrem. *de potestate Eccles. lib. 2. cap. 113. cum seq.* Albertus Pyghius *de Ecclesiastica hierarch. lib. 5.* Driedon. *de libertate Christiana, lib. 1. cap. 15. cum seq. & lib. 2. cap. 2.* Sot. *de iustitia lib. 4. quæst. 4. art. 1.* Henric. de Gandauo *quodlib. 6. quæst. 23.* Caietan. *in apologia, tom. 1. opusculorum, tract. 2. cap. 13. ad 8. & 2. 2. quæst. 43. artic. 8.* Fr. Anton. de Corduba *in quæst. lib. 1. quæst. 57.* Victoria *relect. 1. sect. 6. & relect. 5. sect. 2. à num. 3. & in relect. de Indis, & Insulanis, part. 1. à num. 26. & ad cap. vlt. Matthæi num. 19.* Molina *de iustitia tract. 2. disp. 29. vers. Tertia conclusio*, Rebell. *de obligation. iustitia, part 2. lib. 14. quæst. 23. sect. 1. num. 2. & 3. & sect. 5. n. 29.* Aldrete *in allegatione pro omnimoda Regularium exemptione, p. 1. cap. 5. n. 14.* Suarez *de legibus lib. 3. cap. 7. n. 5. & de defensione Fidei Catholicæ, lib. 3. cap. 22.* Illustriss. Card. Bellarm. *de Romano Pontifice, controuers. 3. generali, lib. 5. c. 6.* Ex nostris Canonistis Couar. *practicarum cap. 1. n. 2. conclus. 2. & in reg. peccatum, part. 2. §. 9. n. 7.* Nauar. *in d. cap. nouit, notab. 3.* Ioan. Salgado de Araujo *in l. Regia Lusitana discursu 1. n. 41. cum seqq.* Ceuall. *communium contra commune q. 759.* Moila *in emporio Iuris Ciuilis, tit. de iurisdict. omnium iudicum quæst. 4.* Cardin. Tusc *practicarum conclus. tom. 6. concl. 45.* Valenzuel. *pro monitorio Pauli V. p. 7. à n. 45.* Balboa *ad cap. fin. n. 4. de præscript.* Petr. de la Escalera Gueuara *in didascalia de vtroque brachio, p. 2. n. 87.* latè Ioannes Faiardo *ad cap. tanta, qui filij sint legit. membr. 1. n. 72. cum seqq.* vbi sæpissimè me citat *in hoc loco*; qui omnes latissi-

mè agentes firmiter teneant Summum Pontificem directè potestatem non habere in temporalibus, & procedere *d.c.cùm ad verum,d.c.nouit,*cum similibus, eam tamen habere casualiter,& indirectè in ordine ad Spiritualia, quoties scilicet ad spiritnale bonum fuerit necessaria,& procedere *d. Extrauag. vnam sanctam, & cap per venerabilem, qui filij sint legitimi.*

32 *Secundò* infertur Summum Pontificem super infideles habere potestatem generalem gubernatiuam,proindeque posse cognoscere, iudicare, & disponere de eorum negotiis secularibus, quateoos opus fuerit ad defensionem Ecclesiæ, seu Principum fidelium etiam secularium, & Regnorum, aut statuum ipsis subiectorum,& ad expediendam prædicationem Euangelicam. Ita Couar.*in reg.peccatum par.2.§.10.sub num.4. & §.9.sub num. 6.prope finem.* Nauat. *d.notab.3. num.*58. Gregor. Lopez *l. 2.glos.3. col. 6. tit. 23.part. 2.* Victoria *super cap.vlt. Matthæi num.*27.Illustriss.Cardin. Bellarm. *controu.3. generali lib.5.de Romano Pontifice cap. 1.* Suar.*de legibus lib. 3. cap.6.num.1 & cap.*10.Marc.Anton. Genuens.*in prælicabil. Ecclesiast.quæst.*616.

33 Directè tamen super infideles potestatem temporalem gubernatiuam non habet, nec de eorum negotiis potest cognoscere, iudicare, aut dispone-
34 re, iuxta Doctores suprà citatos; ex eo,quia † quæcunque potestas gubernatiua competens summo Pontifici, qua tali, non competit ei, nisi qua est caput ipsius Ecclesiæ, gerens ipsius Christi capitis vices in corpus mysticum eiusdem,id est,in ipsam Ecclesiam militantem, vt palam est apud omnes Catholicos, & prosequitur Illustriss. Cardin.Bellarm. *d.contron.3.de Romano Pontifice lib. 2. cap. 12.cum sequentibus*, maximè *cap.* 16. *& 31.col.3. ante medium.*

35 † Vnde eam potestatem non habet in homines,nisi qua sunt membra huius corporis, & Ecclesiæ, mediante scilicet Baptismo fideles facti,& incorporati eum Christo eius capite, iuxta text.*in cap. Dominus noster 56.dist & in cap.vlt.de Presbytero non baptizato.* Deinde Christus Dominus *Ioan.*10.inquit, quòd in fine seculi fiet vnum ouile,& vnus pastor,quia ante seculi finem non omnes sunt oues huius ouilis, ac proinde nec omnes Summo Pontifici eiusdem Pastori directè subiiciuntur quoad aliquam potestatem gubernatiuam, vt sunt illi,qui illud adhuc non intrarunt per Baptismum, sed in infidelitate persi-
36 stunt.†Nec in qualibet Republica infidelium etiam barbarorum,licèt opinione nostra videantur viuere more ferino absque politica gubernatione, habet Summus Pontifex directè potestatem temporalem gubernatiuam, quia hi intra suas Respubl. alium, quàm sibi proprium & immediatum superiorem non recognoscentes,habent namque immediatè ab ipsa natura potestatem supremam ciuilem,itaut per eam gubernari possint suo modo in ordine ad propriam conseruationem, & sic istis infidelibus est vera iurisdictio, vt comprobat Garc. Mastrill. *de magistrat.lib.1.cap 9.per tot.*

37 Hinc per transennam admonerem nostros Lusitanos quàm iniustè procedant plures, qui vt fama fert,in regionibus infidelium,præsertim in Guinea, soleant ex malitia, vel ex crassa ignorantia emere Æthiopes, & in seruitutem iniustam reducere,illos scilicet, quos vident ad propria eorummet Lusitanorum nauigia per vim, vel fraudem trahi, vel absque culpa pro delicto patris familias perpetuæ seruituti barbarè damnari,vnde optima ratione hos liberorum hominũ iniustos venatores arguit Rebell. *de obligat.iustitia,p.2. lib.* 18. *quæst.*23. *seq.5.num.*30. *cum sequentibus*, inde bene aduertens oportere quòd Regij magistratus habita huiusmodi iniusti commercij plena informatione remedium aliquod efficax adhibeant,quod etiam admonet Molina *d.tract. 2. disp.* 35. vbi *disp.* 36. *&* 34. latè prosequitur casus, in quibus Lusitani mercatores possunt absque peccato emere, vendere, vel asportare, aut retinere prædicta mancipia.

Hinc etiam consequens est Summum Pontificem 38
non posse huiusmodi infideles debellare, & eos in suam recognitionem compellere per se,vel per alios Principes fideles,pro eo solùm quod eum recognoscere nolint in dominum suum, & totius Orbis temporalem. Ita tenuerunt ex nostris Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de Iudæis col.* 2. *prope finem.* Innoc. *in c. quod super his,de voto,* Couar.*in reg.peccatum 2.p §.10.sub num.4. & §. 9. sub num. 6. prope fin.* Nau. *d. notab.3.n.*58.Gregorius Lopez *l.2. gloss.3.col. 6. in princip. & col.15.post princip. tit.23. part. 2.*Marc. Anton. Genuens. *d. quæst.*616.Tapia *de constit. princip. cap.1. num.*54. Garc. Mastrill. *d.cap. 9. num.* 10. Ex Theologis D. Thom.2.2. *quæst.*10.*art.*2. vbi Caietan.*quæst 66. super 8.vers. circa 1.*Victoria *super cap. vlt. Matth.num.* 27. Augustin. de Ancona *in tract. de potestate Papæ quæst.* 23. *art,* 3. Suar. *de legibus lib.* 3. *cap.10. & cap.6. num.* 1. Illustriss.Cardin.Bellarmin. *d. contron.3. generali lib. 5. de Romano Pontifice cap.* 2. Azguian. *de legib. lib.2. contr.17. num.*11.vbi limitat
nisi diripuerint ea loca à Christianis, & ita malè re-
tineant. † Nec obstat quòd post aduentum Christi 39
Domini omnis principatus, dominium, & iurisdictio translata sunt ab infidelibus in Fideles, iuxta illud Ecclesiastici 10. *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias*, consonat *cap. tra slato, de Constitut.* quia respondetur prædictam principatus translationem referẽdam esse ad solam potestatem, & punitionem diuinæ Maiestatis: hæc autem cùm nobis occulta sit, consequitur quod licèt Deus possit ob iniustitias, & alia gentium crimina ab eis tollere regna, & principatus, & regni dominium,
tamen † Romanus Pontifex, aut quilibet alius fi- 40
delis non poterit infideles quantumuis sceleratos, vtpote ipsius imperio non subiectos priuare sua ipsorum potestate ciuili publica, & dominio rerum suarum, iuxta reg. text. *in l vlt ff. de iurisdict. omnium iudicum, & in cap.vlt.de constitut.* iuncta reg.text.*in l. id quod nostrum, de regulis iuris*, vt bene aduertit Couar. *d.* §. 10.*sub num.* 2.

Ex quibus omnibus colligitur optimo iure po- 41
tuisse Summum Pontificem Alexandrum VI. inter Reges Castellæ(regnantibus in ea Regibus Catholicis Ferdinando, & Elisabetha) & Reges Portugaliæ (regnante Ioanne II)diuidere terras infidelium, easque eisdem donare sub ea conditione,vt in conuersionem prædictorum infidelium tenerentur mittere personas idoneas, quæ Fidem Christi eisdem prædicarent, & suaderent,vt testatur Ioannes de Ochoa *in Carolea part.1.fol.141.pag.2. in medio,* Gregor.Lopez *dicta gloss.2.col. .post med* Cardin.Bellarmin.*lib.5. de Romano Pontifice cap.2 in fine,* Marta *de Iurisdict part.1.cap.24.n.28.* Suri.*in comment. rerum in Orbe gestarum pag.10.versic. porrò,* & plenius Lusitanus noster Ioannes de Barros *decade 1.lib. 3. cap.11.* quem latinè transcripsit P. Maphæus *lib. 1. hist. Indiana* in hæc verba. *Is* (scilicet Alexand. VI.) *cognita rerum causa,ne quando lis ad arma deduceretur, vltra Hesperidum insulas ad trecentesimam ferè leucam, & quadringentesimam ducto à Septentrionibus ad Australem polum circulo totum terrarum Orbem ex æquo bifariam secuit. Quæ pars vergebat in Orientem, hanc Ioannes facta sibi ob iuris antiquitatem optione desumpsit,*

occidua

occidua Ferdinando relicta, &c. plenissimè rem hanc à suis primordiis prosequitur Rebell. *d. par. 2. lib. 18. quæst. 23. sect. 2. cum sequentib. iuncta sect. 1.* Constat ergo Summum Pontificem prædictas terras diuidisse, non ad eum finem simpliciter, vt Reges illuc proficiscerentur ad debellandos illos infideles, & eorum Regna absolutè occupanda, sed solùm conditionaliter, prout scilicet postularet ordo, & processus prædicationis Euangelicæ, & conuersionis infidelium inibi præstensæ, & eisdem Christianis Regibus à Summo Pontifice commissæ, & ita seruatis seruandis, & in casibus, in quibus in ordine ad eam licita esset illa concessio, & belli indictio, videlicet quando aliter non possent eò adduci Prædicatores Fidei Christianæ, nec rursus protegi, ac defendi, tam ipsos, quàm Christianos ad Fidem conuersos, vt bene in effectu respondet Victoria *in relect. 1. super cap. vlt. Matthei, de titulis, quibus barbari potuerint venire in ditionem Hispanorum, n. 12. cum sequentibus*, sequitur Gregor. Lopez *d. glos. 3. col. 6. in princip. & col. 13. à vers. quarta conclusio*, expressit Card. Bellarm. *d. cap. 2. ad finem.* Est enim receptissima omnium Doctorum sententia quòd licèt ipsi infideles ad Dei veri cultum, & sacri Baptismatis susceptionem inuiti compelli nequeant, nihilominus tamen si impediant, & resistant Prædicatoribus missis ad sanctum Dei Euangelium prædicandum, Catholicámque Fidem suscipere recusent, possunt Principes Christiani, vt ministri Pontificis, debellare illos infideles, efficiendo ne Fidei, & eius Prædicatoribus iniuriam, violentiam, & impedimentum inferant. Ita Con. *in reg. peccatum p. 2. §. 10. num 13. vers. quartò licitum, & §. 11. num. 5. vers. fateor planè*, Bañes *in 2. 2. q. 10. art. 10. col. 528. vers. tertia. & quarta conclusio.* P. Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 105.* & in materia *de fide q. 20. art. 8.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 26. quæst. 7.* Lorca *in 2. 2. quæst. 11. art. 8. sect. 3.* Suar. *de Fide lib. disp. 18. sect. 2. n. 8.* & *contra Anglic. secta errores l. c. 10.* Solorzan. *de iure Indiar. lib. 2. c. 20.* Benedict. Ægid. *in rep. l. ex hoc iure p. 1. c. 3. n. 16. ff. de iustit. & iure*, Fr. Thom. à Iesu Maria *lib. 5. de procuranda omnium gentium salute p. 1. dub. 3.* Seraphin. de Freitas *de iusto Imperio Asiatico c. 9. n. 6. & 7.*

42 Anno Domini 1498. Alexandri VI. Pontificis maximi auctoritate Reges Catholici Ferdinandus, & Elisabeth Christophorum Columbum, & Emmanuel Rex Lusitanus Petrum Aluarum, & alios fortes viros ad ignotas ad id tempus terras, ignotiora maria, tum ad ortum Solis, tum ad occasum scrutari miserunt, nouasque in Oceanum Reges classes pararunt, sempérque curarunt vt rectam religionem in omnes partes, quoad eorum fieri posset, extenderent, verbúmque Dei longè & latè disseminarent; denique nouum Orbem aperuerunt, arcanum depositum, & limitem ad nouum imperium à prouidentia diuina, itaut America sola dicta ab Americo Vespucio Florentino inuentore quartam partem Orbis contineat, ex Genebrardo *lib. 4. anno 1497.* quod feliciter consequuti sunt, nam ex longinqua nauigatione (ad quam neque fabulosi illi Argonautæ, neque in cœlestium numero falsò relati Bacchus, Herculesve vnquam aspirarunt) effectum est, vt cùm Orbem terræ vniuersum tres in partes diuiserit antiquitas, inuenti demum hi noui tractus quartam adiecere, si quarta appellanda est, quæ vna reliquis omnibus magnitudine ferme par est, cùm plura regna contineat, quàm quæ Alexander, Traianus vi expugnauerint, & quàm quæ omnes vnà Reges simul possideant: tempore enim quo nationes, quæ Catholicam Fidem summa cum admiratione amplecti solebant, illam fœdè maculant, damnatas sectas Lutheri, & sequacium sectantes, violando religionem patriæ, & debitam Pontifici Max. obedientiam, & Ecclesiæ Romanæ denegando; tunc loco gentium, quæ cum ab ea sint educatæ vberioribus doctrinis ab illa deflectunt; Hispania nouas plantas, nouosque filios matri Ecclesiæ affert, & acquirit, detestabilique Deorum inanium cultu sublato ex regione eorum, qui falsam doctrinam docent ad insulas longè, vt inquit Isaias, atque ad vltimas terras per Hispanos, & Lusitanos allata migrat Religio Christiana, vt impleatur illud Ecclesiastici *cap 10. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti aliena*; & apertiùs Matth. *cap. 8. Amen dico vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno Cœlorum, filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* Quod quidem tempore Emanuelis inuictissimi Regis Lusitaniæ vlteriùs prosequutum, amplissimaque terrarum spatia in Orientali India patefacta; mittens in dies Episcopos, Presbyteros, aliosque egregios sanctitate, religione, & pietate viros ad docendos Indos, in fide, itaut eius tempore, ac successorum triginta prouinciæ cum totidem Regibus sint ad Fidem redactæ, illique Lusitaniæ Regibus subiecti, & tributarij. Et iam eo ex tempore, quo Lusitani proprium Regum sortiti sunt, pro Christi Fide cum hostibus in Africa, & Asia manus conseruere, non solùm Mauros è finibus sui Regni expellentes, sed in Æthiopia, Arabia, ac in vniuerso Oriente, & (vt vno verbo dicam) vltra Indum, & Gangem pugnando, proprio sanguine Christi Fidem ferè per vniuersum Orbem propagarunt, & in ea loca peruenerunt, quæ nec Semiramis, nec Dionysius, nec Magnus Alexander auditione perceperunt, nec fama ad eorum aures pertulit, quamuis aliquam partem superarint. In Occidentali verò parte Caroli V. seculo octodecim prouinciæ cum octodecim Regibus Catholicam Fidem sunt professæ, & in solo Mexicano regno baptizati sunt quaterdecies centena hominum millia, itavt in archiuis Caroli Cæsaris habeatur quendam Sacerdotem baptizasse septies centena hominum millia, alium tercena millia, alium centum millia, alios plures, alios pauciores, vt refert Laurentius Surius in *commentariis historia, ann. 1518. fol. 515.* & Christianam diligentiam extollunt Paulus Iouius *lib. 12. historiæ.* Bossius *de signis Ecclesia lib. 17. signo 77. cap 4.* Curita *lib. 2. in historia Catholic Regum c. 13. & 19* Natalis Comes in *historia sui temporis, lib. 1. fol. 6. & lib. 21. anno 1570. fol. 445.* Anastas Germon, *de sacrorum immunitatib. lib. 3. cap. 13. num. 30.*

Restat videre qualiter Summus Pontifex Alexander VI. potuerit eam Prædicationis Euangelicæ, & conuersionis infidelium curam, & negotium, ac totum illud, cum illis regionibus commercium solis Portugaliæ, & Castellæ Regibus committere, & insuper vetare, ne alij Principes, vel externi homines se in eam conquisitionem, vel commercium intromitterent cùm tamen Christus Dominus *Marci vltimo*, Apostolis dicens: *Ite in mundum vniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ*, &c. simul concesserit omnibus futuris Christianis, & Regibus facultatem, vt Apostolos, eorumque successores in eo munere iuuarent: deinde & ius gentium omnibus fecerit commune prædictum commercium, iuxta text. *in l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure*, itavt regulariter à nullo etiam supremo Principe restringi, & prohiberi possit, iuxta reg. text. *in §. sed naturalia, Instit. de iure naturali*, vbi Faber, An- 43

gelus,& cæteri, post alios Couar. *de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 3.* Suar. *de legibus lib. 2. cap.* 14.

44 Dicendum ergo Alexandrum VI. ex potestate, quam in ordine ad expeditionem prædicationis Euangelicæ habet super ipsos etiam infideles, vt suprà resoluimus, iustè id facere potuisse, ad exemplum etiam antiquorum Pontificum, videlicet Martini V. Nicolai V. Calixti III. & Sixti IV. qui eandem concessionem antiquioribus Portugaliæ Principibus, & maximè Regi Alphonso IV. & Infanti Henrico eius patruo fecerunt per Bullas peculiares, quæ Vlyssipone asseruantur in scriniis Regiæ Coronæ, vt refert Rebell. *d. q. 23. sect. 1. num.* 4. quorum etiam meminit Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, part. 1. cap. 3. num.* 18. omnes moti ex eo, quia ipsius prædicationis, & conuersionis progressui conueniens erat prædicta concessio; tum quia cedebat in præmium dignum, & quasi in stipendium infiniti penè sanguinis, pecuniæ, laboris, industriæ, & negotij in explorando, & aperiendo Oceano, & luce Euangelij ad gentes illas deferenda; quo sanè beneficij genere iidem Reges commoti, & de re veluti sua magis solliciti, prædicationi Euangelicæ, & prædictæ conuersioni liberiorem aditum aperirent: tum etiam ne aliter eius progressus impediretur, vel turbaretur per bella, & dissensiones consuetas inter subditos Principum diuersorum; quibus dissensionibus in ea diuisione idem etiam Alexander VI. intendit obulare, respectu eorundem etiam Principum Portugaliæ, & Castellæ, vt referunt Maphæus, Cardin. Bellarm. *vbi suprà*, & Rebell. *d. sect. 2. num.* 7. tum denique ne contingeret, quòd eorum externorum aliqui præ lucro, aut inuidia, aut qualibet alia malitia, ferrum, arma, ligamina, aliasque res, & bona, ad infideles deferri prohibita, portarent, vel transmitterent, aut ipsos infideles nauigandi modum edocerent; propter quæ eisdem Portugaliæ, & Castellæ Regibus hostes duriores, ac fortiores fierent, & per hoc infidelium conuersionis prosequutio impediretur, vel fortè cessaret, non sine magna Dei offensa, & ingenti totius Christianitatis opprobrio, vt habetur in Bulla Calixti III. relata per Rebell. *dict. quæst. 23. sect. 2. num.* 8.

45 Non obstant in contrarium adducta, quibus aliqui Principes intendunt se iuuare contra prædictam Alexandri VI. atque aliorum Pontificum determinationem, & concessionem tam iustam, & cum ipsomet iure diuino conformem; nam ad locum *Marci d. cap. vlt.* & ad libertatem commercij iure gentium omnibus concessam, respondetur hæc omnia cessare, vbi à Summis Pontificibus aliter declaratum fuerit ex intentione eiusdemmet iuris diuini positiui, & gentium id apertè postulantium, propter rationes supra relatas, iuxta ea, quæ circa potestatem Summi Pontificis ad declarandum ex grauissima causa ius naturale, aut gentium, aut diuinum positiuum, resoluunt plures citati per Constr. *d. num.* 3. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. different. 7. num.* 4. Sanch. *de matrimonio, lib. 6. disp. 6. num.* 5. Azor. *institutionum moralium, part. 2. lib. 5, cap. 18. col. 473. & lib 5. cap. 3: & part. 3. lib. 1. quæst. 3. col.* 13. Suar. *d. cap. 23. iuncto cap.* 24. sic explicantes text. *in d. §. sed naturalia, & in cap. sunt quidam 25. quæst.* 1. cum similibus, & concordantes eadem iura cum text. *in l. manumissiones, & in l. ius ciuile, ff. de iustitia & iure,* & in nostris terminis bene resoluit Rebell. *d. quæst. 28. sect. 4. num.* 28. alia super hanc quæstionem adducit
46 Lusitanus noster † Benedictus Ægidius omnium litterarum scientia egregiè præditus, multi iugaque virtute præcellens, is inquam *in comment. ad l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure, part. 1. cap. 3. per tot.* eleganter, & ex professo eam pertractauit, ad quem in decidendis supradictis rationibus non adhuc confugimus, quia prædicta commentaria in hac Romana Curia non habemus, quæ anno transacto Vlyssipone & vidimus, & legimus, ideò in desideratis ad eum confugito.

Ex quibus colligi potest ideò posse Summum 47
Pontificem his infidelibus, idololatris, vel hæreticis Episcopos constituere Titulares, vt Itali vocant, & Hispani Annulares, ac Galli Portatiles, quia scilicet super eos habet potestatem quatenus dirigitur ad finem supernaturalem assequendum; cùm ergo finis constituendi huiusmodi Episcopos, datis sibi subditis infidelibus, sit ad eorum conuersionem directus, & ad Fidem Catholicam eis annuntiandam, super eos plenam habere quoad hunc finem potestatem, necessarium est vt dicamus, dicente Domino *Marc.* 16. Apostolis, atque etiam, qui eum sequuntur in concionando Episcopis, *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur,* & Matth. vlt. *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis.* Et ne vllo vnquam tempore ministri hæsitarent fore se certi, & constantibus probationibus destitutos, quibus Dei internuntios, & præcones se esse & conuincerent, & declararent, sine quibus nec proficerent in disseminando Euangelio, neque Orbis esset illud recepturus, adiecit è vestigio: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Non obstat, quòd huiusmodi Episcopi perduellionum Principum, & infidelis populi in multis prouinciis contumacia nequeunt Episcopatus administrare. Quia vadunt multi laici, & Sacerdotes ad illos, sed prudentia opus est, & charitate, ac zelo animarum; quanquam denique nihil pulchrius sit, nihil Christiano Pastori optabilius, quàm pro Christo, & sibi credito grege mortem oppetere, sed non omnes capere verbum hoc fateor, quare non sunt hæc loca, & dignitates omnibus, ac citra delectum impartiendæ. Rectè sanè Gerson. *de potestate Prælat. consid.* 8. ita scripsit: *Status Episcopalis, licèt esse possit in aliquo sine plebe, & sine vsu, vel exercitio; hoc tamen fieri non conuenit, quia inane, & monstruosum hoc in Ecclesia videretur, quoniam frustrà est potestas, cui non subest operatio;* & de his Episcopis titularibus dixi suprà *tit. 1. c. 6. n. 15. cum seqq.*

Tertiò infertur posse summum Pontificem in casu 48
ad spirituale bonum necessariò iniquam sententiam à iudice seculari latam reuocare, vel causam temporalem ad se aduocare, vel originaliter cognoscere, & sententiam coactiuè etiam proferre in qualibet graui causa, etiam temporali, veluti † super iure alicu- 49
ius principatus, vel alterius rei temporalis mota inter plures Principes neminem in temporalibus recognoscentes, si ex contentione, & discordia eorum nolentium in alium secularem iudicem, aut arbitrum consentire, probabiliter in spiritualibus timerentur damna grauissima, qualia solent oriri ex bellis inter Christianos, cum magna Fidei Catholicæ, & Ecclesiæ iactura, dum eam interim hostes Fidei deuastant, & alia spiritualia detrimenta consequuntur ex populi seditione, & Reipubl. perturbatione; & meritò hanc illationem tenent Sot. *in 4 dist. 25. q. 2. artic. 1. conclus.* 4. Molina *d. disput. 29. versic. Ex dictis Soto,* Suar. *de defensione Fidei Catholicæ lib. 3. cap. 22. num.* 14.

Quibus non obstat text. *in cap. nouit, versic. non* 50
enim,

enim, de iudic. dum scilicet expendit rationem peccati, & ordinem fraternæ correctionis, vt eo præmisso possit Summus Pontifex cognoscere de causa, & discordia ibidem excitata inter Reges Angliæ, & Franciæ; & procedere contra Gallum in peccato pacis fractæ adbuc persistentem post legitimam monitionem: quasi aliter huiusmodi cognitio; etiam inter supremos Principes ad Summum Pontificem non pertineat; quia respondetur ideo in eo textu id ita locum habere, quia de facto non proponebantur ea damna spiritoalia, de quibus supra; vnde nil mirum si ad fundandam Summi Pontificis iurisdictionem, quoad casum illius text. expendatur ratio peccati permanentis, & ordo correctionis fraternæ, ac denuntiationis Euangelicæ, quippe quòd aliter Summus Pontifex, etiam inter prædictos Principes de causa temporali bonum spirituali grauiter non offendente, cognoscere non posset.

51 *Quartò* infertur Summum Pontificem posse dare coadiutorem alicui Regi, vel Principi sæculari Superiorem non recognoscenti, quando id postulat populi scandalum, & ruina spiritualis, vel aliqua causa concernens Ecclesiarum, ac personarum religiosarum defensionem, vt probat optimus text. *in cap. grandi, de supplenda negligentia Prælat. lib. 6.* quamuis ad eum viderim varias, ac diuersas deci-
52 dendi rationes assignari. Nonnulli dicunt † ideo processisse Summum Pontificem ad illam coadiutoris dationem, quia de facto pro maiori iustificatione requisitos fuit ad eandem à pluribus Portugaliæ regni Prælatis, & nobilibus, vt referunt Oduardus Nunez de Leon *in chronica Regum illius regni in vita Regis Sanctij II. Garibai in suo compendio historiali lib. 34. cap. 19.*

53 Nihilominus tamen verius est ad prædictam coadiutoris dationem, etiam inuitis nostris Lusitanis, in eo tex. procedere de iure potuisse, ex ea ratione, quia vt in effectu considerat noster Cald. Pereira Senator Regius meritissimos *in l. si curatorem, verb. hunc contractum, num. 48. in fine, C. de in integrum restitut.* supposito notorio Lusitani populi scandalo, & ruina etiam spirituali iam res attingebat non solum finem in temporalibus naturalem, sed etiam in spiritualibus supernaturalem, vtpote concernentes defensionem Ecclesiarum, monasteriorum, aliorumque piorum locorum, & personarum Ecclesiasticarum, tam religiosarum, quàm secularium, vt
54 constat ex tenore ipsiusmet tex. vel etiam † ex capite miserabilium personarum, nempe orphanorum, & viduarum, occasione proteruæ Regis negligentiæ, & remissionis offensarum, & non defensarum pertinebant ad forum Ecclesiasticum, iuxta tex. *in cap. ex tenore, de foro competenti.* & quæ notant Couar. *practicarum cap. 6. num. 1.* Antonius Oliban. *in commentar ad vsaticum, alium namque de iure fisci, cap. 3.*
55 *num. 45.* doctissimus dominus meus † D. Petrus Barbosa vtriusque Iuris consultissimus, quem eximia doctrina, & exacta prudentia maximum in supremo Regio Madritij Consilio Senatorem, & in Portugaliæ Regno summam Cancellarij maximi præfecturam suscipere coëgit, *in comment. ad lib. 1. part. 1. num. 40. & in lib. 2. part. 2. num. 140. ff. soluto matrim.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 106. cum sequentibus*, Garc. Gironda *de priuilegiorum, seu exemptionum explicatione num. 464.* Dedit ergo Pontifex curatorem, vt iudex inter Reges est, & euitandæ seditionis & peccati causa, & sicut inutilem Regem Chilibertum in Gallia priuauit regno, tradiditque imperij habenas & clauum Papino, *cap. alius*

15. quæst. 6. ita Valdes. *d. cap. 18. num. 25. in fine.* latè Anguian. *de legibus lib. 2. controu. 17. num. 57. cum seqq.* à me post plures huius tractatus impressiones visus.

Hoc retento intellectu ad text. *in d. cap. grandi* 56
non venit admittendus alius, quem nouè adducit Matt. *in tract. de iurisdict. part. 1. cap. 26. num. 95.* ex Carolo Grassal. *lib. 1. reg. Franciæ iure 63.* quod ideo ad summum Pontificem in terminis illius text. potuit recurri pro dando coadiutore, quia regnum Portugaliæ illum recognoscebat etiam in temporalibus, & quamuis hoc concludenter non probet, adducam omne quod in materia potui inuenire super huiusmodi recognitionem, quæ videtur probari ex quibusdam verbis illius text. quæ licet non reperiantur in hac compilatione, nec in voluminibus Conciliorum, vtpote quia ibidem inserta non sunt acta Concilij Lugdunensis V. in quo ille text. conditus fuit, constant tamen ex integra Bullæ asseruatæ Vlyssipone in scriniis Regiæ Coronæ, *vers. Nos cupientes*, ibi, *& regnum tot tribulationibus appressum, maximè cùm sit Romanæ Ecclesiæ censuale*, &c. quibus verbis probari vide-
tur † regnum Portugaliæ in temporalibus subie- 57
ctum esse Romano Pontifici propter prædictum censum, qui sanè inductus fuit in illa confirmatione Regij tituli, quasi sub quodam pecuniario onere in signum subiectionis annuatim Sedi Apostolicæ soluendo à se, & à successoribus suis Rex Primus Alphonsus obtinuit à summo Pontifice Innocentio II. qui quidem census à Regibus Portugaliæ per multos annos solutus fuit, vt constat ex quadam † Nuntij cuiusdam Apostolici liberatione,
quæ habetur in dictis scriniis Regiæ Coronæ in 58
hæc verba: *Ego Frater Hispanus familiaris, & Nuntius Domini Papæ notum facio vniuersis istas litteras inspecturis, quòd cùm fuissem à Domino meo Papa Innocentio III. in Hispaniam destinatus causa pro recolligendis Ecclesiæ Romanæ censibus, & quibusdam aliis negotiis Ecclesiæ generalis, recipi à Domino Alphonso Rege illustri Portugaliæ quinquaginta sex marchas auri, quæ faciunt tria millia & trecentos & sexaginta morabatinos Portugaliæ, pro viginti & octo annis transactis, &c. Actum Colimbriæ 2. Idus Decembris anno Incarnationis 1213. Domini Papæ Innocentij III. decimo sexto, in præsentia Reuerendi viri Domini Stephani Bracharen. Archiepiscopi.*

Sed his non obstantibus neganda est prædicta 59
illius regni recognitio & subiectio in temporalibus cum Nauar. *ad cap. nouit, notab. 3. num. 28. de Iudiciis*, Palador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. 21. num. 3.* Ioann. Garsia *de nobilit. glos. 21. num. 45.* Ceuall. *communium contra communes quæst. 1. num. 391* Suar. *de legib. lib. 2. cap. 8. num. 3. in fine*, Petr. Mariz. *in suis dialogis variæ historiæ, dial. 1. cap. 6.* Cabed. *Lusitaniæ decis. 7. num. 4. par. 1.* Valdes. *de dignitate Regum Hispaniæ cap. 18. num. 25.* bene obseruantes illud Regnum eisdem titulis supremum esse, quibus re-
gnum Hispaniæ. † Electio enim per ipsammet 60
Rempubl. Lusitanam de Alphonso primo in suum Regem, veluti in publicis Comitiis legitimè congregata, fieri potuit absque auctoritate & consensu summi Pontificis, quæ quidem per Deum ipsum supernaturaliter approbata fuit, prout euincunt quo-
que † Christi stigmata in Cœlo tunc ostensa præ- 61
dicto Alphonso, & ab eodem in Regia insignia insigni pietate suscepta, prout in argomentum tradit Nauar. *d. notab. 1. n. 149.* & sentit Valdes. *de dignitate Regum Regnorumque Hispaniæ, c. 15. n. 22.* Quæ quidem Regum Lusitanorum insignia habent scutula

quinque armigerum decuſſata, Crucíſque formam
exhibentia maiori ſcutolo concluſa in campo ar-
genteo, ſcutulo verò vnoquoque quinque denarij
circumſepti tenentur decuſſatim conſtituti. Hæc
autem non modò quinque vulnerum Chriſti hiero-
glyphica ſunt; ſed & triginta denariorum, quibus
ipſe venditus fuit, ſymbolum exhibent; adde & de-
narios quinque ſcutulo circumſcriptos eius eſſe vi-
ctoriæ ſpecimen, quam Rex vnus à Regibus quin-
que diuinis auſpiciis reportauit. Septem verò Ca-
ſtellorum auctione inſignia Alphonſi Tertij tempo-
ribus accepta fuerunt. Rex autem Emmanuel in
ſtemma ſuum ſphæram aſſumpſit, quod ad poſtero-
rum etiam inſignia peterebuit, latiſſimi videlicet
imperij ſymbola, quod in omnes Orbis partes Rex
Luſitaniæ ſortitus eſt. Inde nouiſſime R. P. Angel.
Mantique *in annalibus Ciſtercientibus anno Chriſti*
1142.c.3.n.1.4.& 5. Et quoad inſignia Regum Fran-
ciæ Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius part. 1.*
verb.& vxorem nomine Adelaſiam num. 35. de teſtamen.
Coſm.*in pragmat. Conſilij Baſilien.in proœm. gl. 2. ante*
finem, pari argumento notant Regnum Franciæ di-
uinitus approbatum habendum eſſe, ex eo, quia tria
lilia, quæ illi regno ſunt adhuc Regia inſignia, de
Cœlo miſſa fuerunt Clodouæo prædicti Regni pri-
mo Regi Chriſtiano, & cæterorum ordine duodeci-
mo, vt ex Garibai refert noſter Cald. Pereira *in l. ſi*
curatorem, verb. hunc contractum num. 46.C. de in inte-
grum reſtit. conſentit Valdeſ. *de dignitate Regum Re-*
gnorumque Hiſpaniæ cap. 15. num. 12. & 14. Deinde
62 † Reges noſtri inuictiſſimi Portugaliæ regna Impe-
ratorum ignauia à Mauris vindicata, virtute bellica
ab ipſorum manibus vindicarunt; tum etiam quia
numquam Romanorum Imperatorũ poteſtati fue-
63 runt ſubiecta, immo † Maiores noſtri Luſitani perti-
naciſſimè ſemper Romanis, præcipuè Viriato duce,
reſtiterunt, vt ſenſit Nauar. *d. notab. 3. num. 161.*
64 Nec contrarium euincunt verba prædictæ libera-
tionis ſuprà relata, & quòd Rex noſter Alphonſus
Primus pro confirmatione ſui regij tituli recurrerit
ad Summum Pontificẽ (non quidem Eugenium III.
vt minus diligenter exiſtimauit Marta *de iuriſdict.*
cap. 1. cap. 26. n. 96. ſed potiùs Innocentium II. vt con-
ſtat ex Bulla prædictæ confirmationis, quæ incipit,
Innocentius Epiſcopus, &c. tranſcripta in chronica
Ciſtercienſi per F. Bernardum de Britto *lib. 3. ſub cap.*
5. iuncto *cap. 6. col. 8. in medio.*) quia reſpondetur
hunc prædicti Alphonſi recurſum proceſſiſſe non
quidem ex eo quòd neceſſarius eſſet de iure, ſed ex
eo, quia vel ipſe Rex ex deuotione, pietate, & animi
gratitudine, quam exhibebat Chriſto Domino, à
quo ſe regnum ante prædictum præmium viſibiliter
accepiſſe profeſſus eſt, voluit libens & abſque vlla
obligatione ciuili ſe eiuſdem Chriſti Vicario Beato
Petto, & eius ſucceſſori in ſuum militem peculiari
quadam, ſed ſpirituali ſolùm ſubiectione ſubmittere,
eiuſque defenſionem & ſolatium habere, vt latius
conſtat ex dicta Bulla; & ideo ea ſubiectio & reco-
gnitio per Regem illum ſponte exhibita & promiſſa
operari non poteſt, vt Reges illius Regni ſummum
Pontificem recognoſcerẽt in temporalibus quaſi in
eis eſſent eius vaſalli, ſed ſolum, vt tanquam Chriſti
milites, deuoti, & grati, ſub illius, vtpote eiuſdem
Vicarij, protectione militarent, & Maurorum expul-
ſioni, & Chriſtianæ Fidei propagationi incumberẽt.
65 Sic etiam regnum Hiſpaniæ per verba ſimilia ſub-
iectionem Sedi Apoſtolicæ debet ab antiquiſſimis
etiam Regum Gothorum Catholicorum tempori-
bus ante Maurorum inuaſionem, vt conſtat ex qua-
dam epiſtola ſummi Pontificis Gregorij VII. tran-
ſcripta per Cardin. Cæſar. Baron. *annalium Eccleſiæ*
tom. 8. fol. 640. ibi, *non latere vos credimus regnum*
Hiſpaniæ ab antiquo proprij iuris Sancti Petri fuiſſe, &
adhuc, licèt diu à paganis ſit occupatum, lege tamen iu-
ſtitiæ non euacuata nulli mortalium, ſed ſoli Apoſtolicæ
Sedi ex æquo pertinere. Et rurſus ex alia Bulla ad Re-
ges Hiſpaniæ, quæ habetur apud eundem Cardin.
Cæſar. Baronium *vbi proximè*, ibi, *præterea vobis no-*
tum fieri volumus, quod nobis quidem tacere non eſt libe-
rum, vobis autem non ſolùm ad futuram, ſed etiam ad
præſentem gloriam valde neceſſarium, videlicet regnum
Hiſpaniæ antiquis conſtitutionibus Beato Petro, & ſan-
ctæ Romanæ Eccleſiæ in ius & proprietatem eſſe tradi-
tum, &c. Quibus tamen verbis non obſtantibus, vt-
pote agentibus de ea ſolùm ſubiectione, quæ in ſi-
gnum deuotionis, & gratitudinis à Regibus Hiſpa-
nis ſimiliter ac à Luſitanis, vt ſuprà diximus, pro-
miſſa, & exhibita fuit, nemini dubium eſt † Re- 66
gnum Hiſpaniæ non fuiſſe nec eſſe in temporalibus
ſubiectum Sedi Apoſtolicæ, vt ſatis exprimunt Na-
uar. & Suar. *dictis locis*, nullumque præter vnum
Deum maximum, illiuſque Pontificem Eccleſiæ
ſuæ in ſpiritualibus ſuperiorem agnoſcit, vt per
Franciſcum Molinam *de ritu nuptiarum lib. 1. compa-*
rat. 2. num. 18. nec deinde Imperatorem, aliumque
Superiorem recognoſcit, vt tradit gl. *verb. per ſingu-*
las, in cap. Adrianus 63. diſt. & tenent Cou. *in reg.*
peccatum p. 2. §. 9. num. 9. Auend. *de exequendis manda-*
tis lib. 1. cap. 1. num. 7. Burgos de Paz *in proœmio legum*
Tauri à num. 32. Parladot *lib. 1. rerum quotidian. cap. 3.*
num. 12. & plures, quos citat Cened. *ad Decretum*
collect. 64. num. 4. quibus adde omnium pleniſſimè
diſputantem Valdeſium *de dignitate Regum, Regno-*
rumque Hiſpaniæ cap. 18. per totum.
Quintò infertur potuiſſe ſummum Pontificem 67
transferre in perſonam Magni Caroli imperium à
Græcis in Germanos, & diſponere de Imperatoris
electione, confirmatione, coronatione, & iuramen-
to fidelitatis, inſimul præſcribendo formam, & con-
ditiones, quas iuſtè in his omnibus adhibuit, ſic po-
ſtulante fine ſupernaturali, & conſeruatione, ac Ec-
cleſiæ defenſione, rectoque ipſius regimine in ſpi-
ritualibus: ne aliter imperium, cum periculo, quod
antiqua incommoda iterarentur, ad Græcos redi-
ret: neuè inter ipſoſmet Latinos contingeret in Im-
peratorem eligi aliquem hæreticum, aut ſchiſmati-
cum, aut prauis moribus imbutum, cum tanto Ec-
cleſiæ, Fidei, & ſpiritualis boni detrimento, vt be-
ne pro intellectu *c. venerabilem, de electione, & Clem.*
1. in princ. de iureiur. & Clement. Paſtoralis, ad fin. de re
iudic. conſiderant Nauar. *d. notab. 3. num. 3.* Molina *de*
iuſtitia tract. 2. diſp. 24. & diſp. 29. verſ. ad primam, col.
penult. ſentit Suar. *de defenſione Fidei Catholicæ contra*
Anglicanæ ſectæ errores lib. 3. cap. 23. num. 23. Sed quia
aliqui hæretici noſtri temporis de hoc dubitare non
erubeſcunt, in hac veritate enucleanda immoran-
dum eſt, ac altiùs fundamenta iacienda.
Conſtantinus Imperator zelo Catholicæ Fidei, 68
motus deſiderans Apoſtolicam Romanam Sedem
temporali quoque adiutorio, ac maieſtate ſplende-
ſcere, in pluribus terris, & Prouinciis omnem tem-
poralem poteſtatem, dominium, & vniuerſa Impe-
rij Iura in Eccleſiam Romanam tranſtulit, vt refer-
tur *in c. Conſtantinus, 96. diſtinct.* laudat, & approbat
Pontifex *in c. fundamenta, de elect. lib. 6. & in Clem. 1.*
de iureiur. facit text. *in cap. Ego Ludouicus, 63. diſt. &*
in cap. futuram, 16 quæſt. 1. quorum Iurium argumen-
to hanc donationem ab hæreticorum impugnatio-
nibus defendunt latiſſimè de ea agentes, Turre-
crem. *de poteſtate Eccleſiæ lib. 2. c. 42.* Corſet. *in tract.*
de

de potestate Regia q.fin.n.3. Pelagius *de planctu Ecclesia lib.1.c.43.& lib.2.cap.29.* Hieron. de Monte *de finibus regundis cap.13. n.11. cum sequentib.* Alberic.de Rosate in §.1.§.*instio num.6.ff. de officio Præfecti urbis,* explicans glos. *ibidem verb. pertinere,* Arnald. Albertin.*in repet.rub.de hæreticis q.2. n.27.* Paul. Grysald.*in decisionibus Catholica Fidei verb. Imperator,* Dionys. Paul.*in flosculo de clericorum excellent.p.1.§.2.n.58.62.& 72.& de vera quatuor Patrialchal. Sedium erect.cap. 50. num.10. cum seqq.* Castal. *de Imperatore q.51.* Conar.*lib.4.vari cap.16.num.8.vers.secundo loco.* Alphonsus de Mendosa *in quodlibetica, q. 4. scholastica. §.4. vers.5.* Driedou.*de libertate Christiana lib.1.c.9.pag.10.* Axeoed.*ad l.5.in princip.tit.2.lib.1.noua recopil.* Francisc. Leo *in thesaur fori ecclesiast.p.1.c.1.à n.1.* Nau.*ad c.nouit,de indic.notab.3.n.77.* Menoch. *cons.49. n.19.* Bellacomba *tom.2. commun. opin. lib.8. tit.2. num.83. pag.414.* Ceuali. *communiam contra comm. q.345.* Bobadil.*in sua politica lib.2.c.17.n.11.lit.C,* Marta *de iurisdict p.1.cap.30.* Molina *d.tract.2.disput.25.* Illustriss. Card. Bellarm. *in controuersiis Fidei tom. 2. lib. 2. de translatione Imper. cap.3.* Card. Cæsar. Baroni. *annalium Ecclesia tom.4. anno Christi 324. Constantinus 19.* & alij citati per Cenad.*ad Decretal.collect.109.n.4.*

69 Aliqui tamen, præcipuè nostris temporis hæretici dubitant de veritate & validitate huius donationis, an scilicet vere fecerit Constantinus, & an facere potuerit, duobus moti fondamentis. *Primò,* quòd apud illorum temporum Scriptores nulla huius donationis mentio reperitur. *Secundò,* quòd non poterat Constantinus in damnum Imperij tam amplam facere donationem, cum donatio de terris, & ciuitatibus Imperij illicita sit, & inualida, vt probat text. *in cap.intellecto, de iureiur.* ea quo ita notant omnes *ibi,* vt per Felin.*in cap.ad audientiam,num.4.de præscription.* Tiraq *de iure primogenior. quæst.35.n.19.& 20.* Couarr. *in cap.quamuis pactum, p.2.§.2.num.4.* Gutier.*de iuramento confirm p.1.cap.52.num.7.*

70 Sic etiam Princeps res Regiæ Coronæ alienare nequit, Tiraq.*de iudicio in rebus exiguis,vers.74.* Petr. Martin.*in c.afferte, de præsump. verb. respondit Rex à num.3.* Bartholom. Humada *l.8 gloss. 3. à num.1.tit.1. par.2.& l.14.glos.2. tit.5. part.2. & l.28.tit.11.par.3.* Cassan. *in Catalogo gloria mundi p.2.consider.19.* Francisc. Marc.*decis.87.* Molina *de primog lib.1.cap.3.num. 17.& 18.* Kirchooi.*tom.2.communium opinionum lib.8. tit.32.n.132. pag. 416.* Menoch.*cons. 1. n.40 & 307. & cons.2.n.274. cum seqq.* Mench. *illustrium c.3. n.8. & cap. 4. à princip. & cap.5. num.25.* Rebuff.*in comment.ad l. 28.ff. de verborum significat. pag.162.* Ioan. Garcia *de nobilit.glos.1.§.1.num.10.* Matten.*lib.3. glos. 7.tit.10. lib.5. noua recop.* Peregrio *de iure fisci. lib.1. tit.habentes iura fisci num.70.pag.269.* Valasc. *consult. 132. num. 2.* Cabed. *Lusitania decis.17.& decis. 40. num. 16. p. 2.* nouissimè Marc. Anton. Genuen. *in practicab ecclesiast.cap.1.quæs.3.*

71 Sic etiam Rex absque populorum consensu Regnum priuare iure, & honore suo non potest, nec illud seruituti subiicere, nec etiam illius bona donare cum magna Regiæ coronæ diminutione, licèt possit modicè, vel etiam non modicè, ex iusta tamen causa in ordine ad Regni vtilitatem prædictorum bonorum donationem facere. Ita Castal. *de Imperatore q.104. à princip.* Anton. Gabr. *lib.3. commun.opinion.tit.de iure quæsito non tollendo concl.3.num. 48.* Molina *d.c.3.n.18.* alter Molina *de iustitia tract.2. disp.25.col.1.sub versic. Cum autem.* Marta *in tract. de Iurisdict. p. 1.c.29. à n. 1.* Cald. Pereira *de extinctione emphyteusis, cap.11. n.5.* Valasc.*vbi proximè,* Cabedo *dicta decis.40.num.16.& decis.30.num.1. par.2.* & habetur apud Lusitanos *in Ordinatione Regia lib. 2. tit. 35. in princip.& §.1.* & apud Hispanos *l. 2. & 3.titulo 9. lib. 3. noua recopilat.* Prout etiam † non potest castra Regni, & ciuitates alienare absque consensu 72
omnium Principum, & populorum, eiusdem regni, imò etiam & illorum, qui sunt in terris alienatis, vt post Alexandrum, & Paulum resoluit Gregor. *d.lib. 3.glos.2.*& plures, vt per Tiraq. *de retractu lign.§ 26. glos.1.num.78.* Mench.*d.cap.4. num.4. & 5.* & alij, vt per Cabedum *d. par.2. decis. 17. num. 1.* Quare huiusmodi Constantini donationem non valuisse, nec vnquam fuisse, negarunt hæretici, & ex his, qui Christianam profitentur pietatem, Laurentius Valla per integrum tractatum, Ign. *in l. donatione, num. 22. C. de donation. inter virum,* Baldus *in tract. de Coronatione Imperator. pag. 79.* Cagnol. *in proæmio Digestorum à num. 79.* & de ea dubitare videtur Hieron. Paul. *in pract. Cancellaria Apost. ante med. vers.quod donatio Constantini.*

Sed his non obstantibus à communi Docto- 73
rum sententia, quæ veritatem historiæ, ac donationis Constantini agnoscit, non est recedendum. Paueant verò aduersarij illud Hilarij *de Trinit. lib 4.* vbi ita ait: *Hoc Ecclesia proprium est, vt tunc vincat cum læditur, tunc intelligat cum arguitur, tunc obtineat cùm deseritur, dum prosequitur, floret; dum opprimitur, crescit; dum contemnitur, proficit. tunc stat, cùm superari videtur.* Quare & Aug. *super Matth.* ait. *Adhuc habet Ecclesia, quod crescat, donec illud impleatur, dominabitur mari vsque ad mare.* & Cassiod. *super Psalm.30. Ecclesia magis incipiet esse vberrima cum ad finem seculi erit perducta.*

Primò ergo supra relato contrariæ opinionis fun- 74
damento facillimè respondetur non esse inconueniens, quòd in antiquis illorum temporum Scriptoribus de ea mentio non reperiatur, cum non bene sequatur, non apparet scriptura huius donationis; ergo nunquam facta fuit: plures enim possunt esse modi, quibus factam esse probari potest, constanti scilicet, sequentium seculorum traditione, & communi omnium fama, ex resolutis per Mascard. *de probationib.concl.753.* Nam † fama in factis antiquis, 75
nempe centum annorum, plenam efficit probationem, Duen. *reg.199. limit.7.* Mascard. *de probation. conclus. 105.* Menchac. *illustr.cap.84. num.15.* Auendan.*de exequend.mand. part.1.cap.6. num.6.* Bonor. à Sole *in locis communib. verb fama 2.* Farinac.*in praxi crimin. quæst. 47. num. 106. & 117.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap.68. num.35. & 36.* Card. Tusch. *practicar.conclus. tom. 3. lit. F. concl. 66. num. 10. cum seqq.* Ex nostris Lusitanis Gama Palatij Senator meritissimus *decis. 290. num.1.* Valasc. Senator Regius, & in Conimbricensi Academia Cæsarei Iuris primarius Professor, *de iure emphyt.quæst.9.num.25. & 26.* † Franc. de Cald. Pereira Maiorum nobili- 76
tate clarus, vtriusque Iuris consultissimus, omnium rerum; ac litterarum humanarum studio clarissimus, qui & Senator Regius, & in eadem Academia Cæsarei Iuris meritissimus Professor extitit, *de empt. & vendit.cap.21.num.26.*

Ratio autem quare de hac donatione apud Scri- 77
ptores illius seculi mentio non reperiatur, esse potuit, quod in vltimis annis Imperij Constantini facta fuit, curabantque sequentes Imperatores eius memoriam abolere, prout facere intendit Henricus Imperator negando Pontifici Maximo fidelitatis, & obedientiæ iuramentum, quem tamen Pontifex conuincit *in Clem.1. de iureiur.* Deinde respondetur non esse destitutam omnino huius donationis veritatem auctoritate antiquissimorum, grauissimo-

rumque Patrom, ſcillcet Damaſi Pontificis, Beati
Iſidori, Beati Bernardi, & Diui Hietonymi, ac Pon-
tificum *in d.cap. Ego Ludouicus, & in d.Clem.1. verſ.*
porro, vbi commemorat Carolum I. Henricum II.
Othonem IV. Federicom II. Carolum vlt. dona-
tionem à Conſtantino factam confirmaſſe, & in-
nouaſſe, ſic Imperator *in l.Diui, in princ. C.de natu-*
ral lib. ibi, *Romanum muniuit imperium, l minuit*, vt
legont Bald. *in proœmio Digeſtorum*, & Matta *de iu-*
riſd.p.1.cap.30.num.27.
78 *Secundò*, aduerſæ & iniquæ opinionis fundamen-
to deſumpto ex *d.c. intellecto*, reſpondetut in dona-
tione ab Imperatote facta Pontif. Maximo, & Petro
Apoſtol. minimè poſſe cunſiderari graue Imperij
præiudicium: tom quia in ſanctiſſimis Eccleſiis op-
tima menſura eſt dunatarum rerum immenſitas,
quia ſi pluta dent Imperatores Deo, ciuſque Eccle-
ſiæ, multò maiora ab eo accipiunt, vt eleganter ait
text. *in auth. de non alienan. rebus Eccleſia. §. ſimmus,*
collat.2. tum quia Conſtantinus donando, non tam
Eccleſiæ dedit, quàm teddidit, Genueuſis *d. c.1. q.3.*
79 *num.* 2. tum, quia † qnod Eccleſiis donatur, Deo
redditur, à quo omne bonum, & donum optimum
prouenire Apoſtolus docet, & ideo eum Dauid *Pa-*
ral.1.c vlt. dicere potuit Conſtantinus, *tua ſunt om-*
nia Domine, & quæ de manu tua accepimus, dedimus
tibi, refert in hoc propoſitum Genuenſ. *d.q.3.num.3.*
tom quia terræ, quas donauit, præcedentium Prin-
cipum tyrannide fuerant occupatæ, qua ratione
vitur exquiſitum dicens Abb. *conſ.* 82. *p. 1.* & ante
eum Hoſtien. *in ſumma tit.de immunitate Eccleſiar.*
num. 12. *ad fin.* Pyghius *de eccleſiaſt. hierarchia lib.* 5.
80 *cap.16. verſ. de Conſtantini*; tum quia † ingentibus
beneficiis a Deo acceptis, ſcilicer in curatione le-
præ, & victoria contra Maxentium diuinitus pro-
motus eſt ad donationem illam faciendam, quia
oportebat Romanam Eccleſiam Imperatorũ tyran-
nide male vexatam temporalium bonerum muniri
præſidio, vt inquit text. *in cap. fundamenta, de electlon.*
lib. 6. tum denique, quia vt meritò alij obſeruant,
81 † Principes omnes, qui in Eccleſias munifici, & li-
berales extiterunt, de hoſtibus ſuis triumphaſſe, &
imperium, ſeu regnum ad longiſſimam poſteritatem
traduxiſſe. ita longo diſcurſu proſequuntur Boſſius
de ſignis Eccleſia tom. 3. lib. 20. cap. 89. & Illuſtriſſ.
Card. Bellatm. *tom. 1. controu. 4. generals de Eccleſia*
militante, lib. 4. cap. 18.
82 Deinde conſtat huioſmodi donationem non à
ſolo Conſtantino factam fuiſſe, ſed ab eo cum ſa-
trapis, optimatibus, ſenatu, ac populo, *d c. Conſtanti-*
nus d.c. fundamenta, qui quidem populus conſentien-
te Imperatore, in quem omnem poteſtatem tran-
ſtulit, iuxta *l.1. ff. de conſtitut. Principum.* ipſam pote-
ſtatem, & dominium in alium transferre poterat, ex
83 regula text. *in cap.1 de regulis Iuris*; ſicot etiam † po-
teſt Regis electionem facere ex aliquo iuſto capite,
prout reſoluunt Anton. Gomez *l.40. Tauri, num.9.*
Mench. *illuſtr. lib.1. cap.22 num.3. & 12.* Gutier *de tu-*
telis, & curis, p.1. cap.18. num.10. Cald. Pereita *in l. ſi*
curatorem, verb. hunc contractum à num.48.
84 Poſt prædictam Conſtantini donationem ita ab
hæreticorum impugnationibus defenſam Summus
Pontifex Leo III. ex circumſtantiis ſuo tempore oc-
currentibus, & relatis à gloſſ. *verb. tranſtulit, in cap.*
venerabilem. de elect. & à Doctoribus infrà citandis,
poſtulante fine ſupernaturali, ac Eccleſiæ defenſio-
ne, rectóque ipſius regimine in ſpiritualibus, potuit
transferre in perſonam Caroli Magni imperium à
Græcis in Germanos, & diſponere de Imperatoris
electione, confirmatione, coronatione, & iuramen-
to fidelitatis, inſimul præſcribendo formam & con-
ditiones, quas iuſtè in his omnibus adhibuit, eaque
omnia ſibi reſeruando, præter eligendi poteſtatem,
qnam quidem Summus Pontifex † Gregorius V. 85
poſt prædictam imperij tranſlationem primus con-
ceſſit illis ſeptem Germaniæ magnatibus, nempe
tribus eccleſiaſticis, & quatuor ſecularibus, quos
noncupatim refert gloſſ. *verb. autem, in cap. ad Apoſto-*
licam, de re iud. lib.6. quam ſequitur Nauarr. *d. notab.3.*
num.3. & poſt alios referunt hoc totum Molina *d.*
tract.2. diſp.24. & diſp.29. col. penult. verſ. ad primum,
Franciſc. Leo *d.p.1.c.1.n.15. & 16.* Azor. *inſtitut. mo-*
ral. p.2. lib.4. c.19. q.7. & lib.11. c.8. q.4. Fr. Ludou. Mi-
randa *de ordine iudiciario q.2. art.3. concl.5 in fine.* Pe-
trus Marixius *in ſuis dial. vera hiſtoria, dialogo 2. cap.5.*
fol.55. & cap.6. fol.60. Anguian. *de legib. lib.2. contro-*
uerſ. 17. à num. 39. poſt plures huius tractatus im-
preſſiones a me viſus. Illuſtriſſ. Cardin. Bellarmin.
d lib.5. c.8. verſ.7. cum ſequentibus, & in tract. de tranſ-
lat. imperij, lib.1. cap.4. cum ſequentibus, iuncto cap.12.
& iuncto lib.2. per totum, ac etiam lib.1. per totum, maxi-
mè *cap 3.* vbi latiſſimè de prædicta imperij tranſla-
tione, progreſſu, & delatione. Et licèt hæc omnia ex
ſe temporalia ſint, tamen per Summum Pontificem
fieri oportuit iuxta ſupradicta, ne aliter imperium,
cum periculo, quod antiqua incommoda iterarentur,
tut, ad Græcos rediret, néve inter ipſoſmet Latinos
contingeret in Imperatorem eligi aliquem hæreti-
cum, aut ſchiſmaticum, aut prauis motibus imbu-
tum, cum tanto Eccleſiæ, Fidei, & ſpiritualis boni
detrimento, vt bene conſiderant Nau. P. Mulina, &
Card. Bellarm. *dictis locis*, & ſentit P. Suar. *de defenſio-*
ne Fidei Catholica contra Angelicana ſecta errores, lib.
3. cap.22. num.23.
Vnde Imperator, defenſor, & aduocatus Eccleſiæ 86
dicitur, vt probar text. *in d. cap. venerabilem*, ibi, *Sedes*
Apoſtolica aduocato, & defenſore carebit, dum de Impe-
ratore eligendo agitur, Clementin. ne Roman. de electio-
ne, ibi, *ipſius Eccleſia debeant eſſe promptiſſimi defenſores,*
notat Valdeſ. *de dignitate Regum Regnorumque Hi-*
ſpania, cap.1. num 4. aduertens *cap.14 à num.2.* quòd
oleum, quo vngitur Imperator, ſignificat lætitiam,
& promptitudinem ad debellandos inimicos Eccle-
ſiæ, & pugnandum pro Fide.
Quamuis olim ante prædictam imperij tranſla- 87
tionem Imperialis dignitas attenta ſua natura non
fuerit à Summo Pontifice, ſed ab ipſo Deo median-
te iure gentium, iuxta text. *in l. ex hoc iure ff. de iuſti-*
tia & iure, & l.2. C. de veteri iure enucleando. proſequi-
tur Mench *illuſtr. lib.1. cap.21. à num.23.* † Poſt hu- 88
iuſmodi tamen tranſlationem à Summo Pontifice
factam cum prædictis conditionibus, & dependen-
tiis, Imperialis dignitas, vt ſic à Summo Pontifice
habetor, & ab eo in hunc ſenſum inſtituta dicitur,
vt in effectu conſiderant Nauar. *d. notab.3. num.127.*
cum duobus ſequent. Molina *vbi proximè*, expreſſit
Card. Bellar. *ſub d. verſ.7.* Suar. eleganter explicans,
de legibus lib.3 cap.7. ſub num.7. iuncto num. 12. & 13.
Ita vt immeritò obſeruent Nauar. *d. num.127.* Mo-
lina *d. diſp.29. ſub verſ. ex dictis infero*, † Imperium 89
Germanicum poſt prædictam tranſlationem magis
pendere à Summo Pontifice, quàm aliud quodlibet
Regnum.
Hinc fit, quòd Summus Pont. Imperatorem po- 90
teſt deponere, vt *in cap. ad Apoſtolicam, de re iudic.*
lib. 6. Reſtaur. *in tract. de Imperat. q.81.* Garc. Ma-
ſtrill. *de magiſtrat. lib.1. cap.2. num.8.* & in aliis exem-
plis adductis ab Illuſtriſſ. Card. Bellarm. *d lib.5. c.8.*
& à Matta *de iuriſdict p.1. cap.23.* ac Suar. *de defenſio-*
ne Fidei Catholica, l.2. c.23. num.14. † Potéſtque ele- 91
ctionem

ctionem de Imperatore improbate, si ei Idoneus nun videretur, arg. text. *in d.c venerabilem*, ibi, *ius, & auctoritas examinandi personam electam*, probat Peregr. *de iure fisci, lib.1. tit. de his, qui iura fiscalia habent num.5. pag. mihi* 10. Et ex rationabili causa alium eligere, vt sentit Don Gars. Mastrillo *d. cap.* 2. *num.* 7.

92 † Et in aliam gentem Imperium transferre, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.5. consider.* 28. Lancelot. *in templo omnium iudicum lib.1. §.31. de oblig. imper.* Aluarez *in speculo Pontificum, & Regum cap.16. num.13. & cap.13. num.17. & cap.56.* Garsias Mastrillo *d. cap.* 2. *num.* 8.

93 Ex qua Imperatoris dependentia sic in eo respectu finis supernaturalis fundata, Summi Pontificea & scripto, & non scripto iure constituerunt, quòd vacante imperio iurisdictio, regimen, & dispensio eius deuoluatur ad summum Pont. iuxta text. *in cap. licèt, de foro compet. & in d. Clemen. pastoralis, in fine, vers. nos tamen, & in Extrauag. vnica, vers. sanè, ne sede vacante, Ioan. XXII.* Don Garsias Mastrillo *d. lib.1. cap. 2. num.* 10. eo maximè, quia cùm Imperium per electionem liberam, ac vagam deferatur, Imperator mortuos non relinquit successorem, neque aliquem, qui illud tanquam sibi debitum gubernet, pro vt solent relinquere alij Reges ferè omnes, etiam illi, qui per electionem populi assumuntur, quippe quòd per suorum regnorum statuta relinquunt alios, qui regni curam gerant, donec fiat futuri Regis electio intra breue tempus facienda, quod cùm aliter se habeat in imperio, considerarunt Summi Pontifices, quod magnum periculum insurgeret, ne scilicet Imperatore mortuo populus præceps ruat in vitia ac scandala, quibus à vita æterna, & ita à fine supernaturali impediatur; & etiam quòd imperio sic vacante non erat secularis gubernator ad quem eo tempore recursus haberetur; & ideo quasi ex reg. text. *in cap. ex tenore, de foro compet.* constituerunt ad se ipsos pertinere regimen Imperij vacantis, vt constat ex *d. cap. licet, & ex d. vers. sanè*, & colligitur efficaciter ex his, quæ ad intellectum eorum iurium considerant Castald. *de Imperatore quæst.* 90. Nauar. *dict. notab.* 3. *num.* 107. Molina *dict. disput. 29. column. penult. versic. ad vltimum*, Illustriss. Cardin. Bellarmin. *dicto lib 5. cap. 5. vers. vltimo.* Ad quæ autem extendatur iurisdictio Summo Pontifici competens vacante imperio vltra citatos, vide Mench. *illustrium lib. 1. cap. 22. num. 1. cum sequentib.*

94 *Sextò* infertur Summum Pontificem in ordine ad finem supernaturalem posse abrogare leges Ciuiles scriptas, & non scriptas approbantes peccata subditorum, & pro illis præmia concedentes, aut quomodolibet eidem fini, & bono spirituali aduersantes, si earum conditores à Summo Pont. moniti, & requisiti noluerint reuocare, vt post *glos. 1. in reg. possessor, de regulis iuris lib. 6. & glos. verb. torneamenta, versic. sed supposito, in Extrauagant. 1. Ioannis XXII. de torneamentis*, resoluunt Mantua *dialogo* 64. Mench. *success. creat §. 10. num.* 649. Padil. *in l. 2. num. 78. C. de seruitutib.* Pinel. *in auth. nisi, num. 11. & 56. C. de bonis maternis*, Molina *d. disput 29. vers. ex dictis Soto*, Suar. *de legibus, lib. 3. cap. 6. num. 6. cum sequentibus, & de defensione Fidei Catholicæ lib. 3. cap. 22. num.* 10. latè Anguian. *de legib. lib. 2. controu. 17. à num.*

95 Amplia hanc sextam illationem ad leges ciuiles peccata etiam venialia solùm approbantes, has etenim Summus Pontifex in defectum eiusdem secularis Legislatoris abrogare potest, quia per eas in sua proportione etiam offenditur bonum spirituale, dum subditos inuitant, aut cogunt ad illud, quod absque peccato veniali, & ita absque iniustitia fieri nequit, in quo sanè pariter, ac leges mortale peccatum approbantes deuiant à vera legis substantia, quæ pro hac parte consistit in eo, vt ipsæ ferantur de re tali, quæ iustè & honestè fieri possit, ita vt aliter nullæ sint, iuxta text. *in cap. erit autem lex*, 3. *dist.* vbi notant omnes. Vnde meritò hanc ampliationem, post Butrium tenuit Abb. *in cap. vlt. de præscript. sub num.* 2. & alij, quos refert Alciat, *paradox. lib. 5. cap. 3. num.* 2. Padil. *in d. l. 1. num.* 79. dicit communem Anton. Gomez *l. 82. Tauri. sub num.* 52. Sic etiam Ordinatio Regia Lusitanorum *l. 3. tit.* 64. *in princ.* statuens † legem Canonicam in foro 96
Ciuili seruandam quando agitur de peccato, sic desumpta ex Doctoribus *in cap. 1. & 2. de noui oper. nunciation.* & glos. *in cap. 1. de arbitris, lib. 6.* & ex Sord. *decis. 158. num. 9. & de alimentis tit. 7. quæst. 29. num* 11. Azeued *ad tit 1. num. 17. lib. 1. noua recopilat.* Camill. Borel. *in summa omnium decisionum tit. 13. de legibus num.* 82. intelligitur etiam de peccato veniali, prout bene ampliat præceptor communis Ludouicus Correa *in priuatis scholiis ad d. c. vlt. de præscript.* super illis verbis, *cùm generaliter, &c. vers. Ad tertium verò fundamentum.*

Sed aduersùs hanc ampliationem tenuit Alciat. 97
& alij ab eo relati, *cap. 3. num.* 4. Pro quibus non facit text. cui plurimum innituntur, *in cap. nouit, de iudiciis*, dum Pontifex *sub vers. Cùm enim*, videtur polliceri se iudicaturum tantùm de peccato laicorum, quod mortale fuerit. Respondetur enim illum text. procedere vniuersali in iudicio, & sententia à Summo Pontifice ferenda in causa denunciationis Euangelicæ, ad quam deuenitur præmissa correctione fraterna; in hac etenim causa ipse iudicare poterit de peccato mortali tantùm, non verò de veniali commisso ex sola delinquentis culpa, & auctoritate; aliter enim cùm peccata venialia quotidiana sint, iuxta text. *in cap. de quotidianis, de pœnit. distinct.* 3. si possent ad forum contentiosum deduci vltra fraternam correctionem priuatam, contingeret Republicam quotidianis litibus turbari cum magno suæ tranquillitatis præiudicio contra naturam denuntiationis Euangelicæ, quæ oppositum postulat, vtpote † continens præceptum affirma- 98
tiuum, non obligans quoad actum, seu exercitium, nisi pro loco & tempore, data scilicet commoditate, & opportunitate ex parte denunciantis, & denunciati, & cuiuslibet alterius tertij, cui per eam denunciationem præiudicium interrogandum non est, iuxta tradita per D. Thom. 2. 2. *quæst. 33. art. 1. in corpore*, Sot. *de ratione tegendi memb. 2. quæst. 2. vers. Ad quæstionem, & de iustitia lib. 2. quæst. 3. art. 7. vers. In primo.* Nauar. *in man. cap. 24. num. 12. & in d. cap. nouit.* 4. latè Fr. Bernard. *in tract. de correctione fraterna concl. 5. condit.* 6. Fr. Ludouic. *in instructorio conscientiæ part. 1. cap.* 69. quod tamen secus est in iudicio, & determinatione Summi Pontificis circa abrogationem legis ad peccatum veniale fouitantis; quippe quòd ad huiusmodi abrogationem nec opus est correctione fraterna, & denunciatione Euangelica contra legislatorem ad eandem abrogationem aliunde à Summo Pontifice requisitum, nec multiplici per diuersas litera ad summum Pontificis iudicium delatione, sed vna solùm, vel altera sufficiet, vt absque Reipublicæ perturbatione possit ab eo taliter abrogante exterminari scandalum supradictæ legis.

Nec etiam facit text. per argumentum à contra- 99
rio sensu *in cap. vlt. de præscription.* ibi, *quæ absque*

mortali

100 *mortali peccato*, &c. † quia respondetur in proposito non valere prædictum argumentum, quia scilicet ex illo sequeretur absurdum, iuxta ea, quæ de hoc argumento in his & similibus terminis tradunt Menoch. *de præsumpt. lib. 4. quæst. 83. num. 55.* Gama *Lusitana decis.* 167. *num.* 8. Valasc. *consult.* 136. *num.* 7. plures alij citati *in libello de principijs vtriusque iuris, littera A, num.* 131. Ideo autem *in dicto cap. vlt.* Pontifex de facto egit de peccato mortali, non quia secus sit in veniali, sed quia voluit assignare rationem vndique proportionatam præscriptioni cum mala fide per eum reprobatæ, quæ quidem præscriptio cùm non versetur circa res minimas, sed circa res notabilis valoris, semper supposita mala fide includit peccatum mortale resultans ex iniusta earum retentione.

101 *Septimò* infertur suadente causa boni spiritualis posse Summum Pont. laicos ad temporalia legitimare, probat tex. *in cap. per venerabilem, vers. rationibus*, ibi, *certis causis inspectis temporalem iurisdictionem casualiter exercemus*, &c. *qui filij sint legit.* tex. elegans *in Extrauag. vnam sanctam, vers. in hac, de maioritate & obed.* vbi explicans auctoritatem Christi Domini *Luc.* 22. accommodans ad duplicem potestatem Ecclesiasticam & Ciuilem, infert contra eos, qui in potestate ecclesiastica gladium temporalem esse negant, & concludit oportere gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati, in quam rem adest elegans Caietani doctrina, quam refert, & auream dicit Ceuall. *communium contra communes quæst.* 739. *n.* 41. Quare hanc illationem tenent Abb. *in d. cap. per venerabilem, num.* 25. Molina *de iustitia tract. 2. disput.* 173. *in princip.* Garc. Mastrill. *de magistr. lib. 3. cap.* 10. *à num.* 41. me citato *in hoc loco* Iñez Faiardo *ad cap. tanta, qui filij sint legit. memb.* 1. *num.* 45. Exempla autem huius boni communis spiritualis accommodabis ex his, quæ in simili tradit Sayr. *de censuris lib. 6. cap.* 11. *num.* 19. & ex his, quæ in hoc propositum cumulant Sanch. *de matrim lib. 8. disput. 7. num.* 1. Garc. Mastrill. *d. c.* 20. *num.* 41. vbi exemplificat quando causa ardua accideret, in qua valde Religioni Christianæ expediret ea legitimatio: veluti si Princeps petatur in matrimonium ab infideli, quæ cum suo. Regno ad Fidem vult conuerti; vel si maximæ discordiæ, & bella timeantur inter Christianos Principes in Ecclesiæ perniciem, quod tamen limitat Molina *vbi proximè*, vt procedat si non detur potestas temporalis, quæ legitimationem faciat, vel eam concedere differat, & non tam citò concedat, vt oporter; quod Ego non reciperem attenta principali huius corollarij resolutione.

102 Rectè etiam potest Summus Pontif. ad temporalia legitimare Principem supremum, qui in temporalibus nullum recognoscit Superiorem, & probat tex *in d. cap per venerabilem §. insuper*, vbi rationem reddens, quare filios Regis Francorum ad temporalia legitimare potuit, ait, *quia cum Rex Superiorem in temporalibus minimè recognoscat, sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostra subiicere potuit*, iunctis iis, quæ tradit Anguian. *de legib. lib. 2. contr.* 17. *à num.* 79. Præcipuum enim fundamentum, ex quo Summus Pontifex ad temporalia directè laicos legitimare non potest, est illud ex defectu potestatis, quam subditi prorogare non possunt in reseruatis Principi, cui subiiciuntur in signum suæ supremæ potestatis, atque ita in graue eiusdem Principis præiudicium; quæ quidem ratio cum cesset in ipso Principe supremo, qui in temporalibus Superiorem non recognoscit, & iurisdictioni Pontificis se subiicit, ideo meritò decidit Pontif. *in d. vers. insuper*, posse filios supremi Principis legitimationem petentis, & se Pontificiæ iurisdictioni subiicientis legitimare, notant omnes *in d. cap. per venerabilem*, vt per Abb. *ibi num.* 11. Anchar. 12. Præpos. 15. Tiraq. *de nobilit. glos.* 21 *num.* 44. Ceruantes *l. 12. Tauri num.* 102. Ex quibus colliges iustè Summum Pont. Clementem IV. potuisse filios Alphonsi III. Portugaliæ ex Beatrice illegitimè susceptos, viuente adhuc Matilda Bononiæ Comitissa ipsius prima vxore, legitimare ea mortua, ex eo, quia Portogaliæ Reges neminem in temporalibus recognoscebant Superiorem, vt supra probaui *hoc cap. num.* 59. Sunt tamen, qui hanc veram resolutionem in his terminis sumptam infringere intendant, eo moti argumento, quia si Papa posset filios Superiorem non recognoscentes ad temporalia legitimare, esset præcipuè ad hæreditatis paternæ, & Regni successionem; sed hoc non posse fatentur omnes, argum. tex. *in cap. grandi*, ibi, *ipsius legitimo filio, de supplen. negl. Prælat. in* 6. vbi notant Ias. Domin. & alij, quos refert Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 21 *num.* 45. & deducitur ex his, quæ ad maioratus successionem resoluunt Molina *de primog. lib. 3. c. 2. n.* 11. Rojas *in epitome successíon. cap.* 23. *num.* 15. & latè Peregr. *de fideicom. art.* 23. *à num.* 50. Adducunt etiam contra huiusmodi assumptum non facere tex. *in d. cap. per venerabilem*, quem pro nostra opinione suprà allegabamus, aiunt enim in illius terminis à Summo Pontifice filios legitimatos patri Philippo Augustino in regno non successisse, sed potiùs Ludouicum VIII. Ludouici patrem, ortum ex Isabella I. eiusdem Philippi legitima vxore, vt testatur Cuiac. *ibi*, & plenius refert Paul. Æmil. *in vit. Philippi August.* cùm tamen dicendum videretur ad Philippum, si ex legitima vxore natus esset, Regni successionem pertinere, quia natus est postquam pater ad Regiam dignitatem euectus est, ac subinde aliis senioribus antea susceptis debuit præferri, ex doctrina glos. *verb. nata sunt, in l. imperialis, C. de nupt.* quam sequuntur plures, quos refert Tiraq. *de primog. quæst.* 31. *à princip. & num.* 8. Sed facilè satisfit negando consequentiam, quia non sequitur eos, qui ad temporalia legitimare possunt, posse legitimare ad Regni, maioratúsve successionem, in quibus sequentium, seu vocatorum præiudicium vertitur; vt patet in legitimationibus factis ab Imperatore, seu aliis supremis Principibus, ad quos absque vlla controuersia pertinet potestas legitimandi ad temporalia, non tamen ad huiusmodi successionem Regnorum, maioratuum, & similium ratione præiudicij, quod proximioribus vocatis infertur, vt alibi latius dicemus.

Ex quibus sequitur à Summo Pontifice legitimationem præstitam non suadente causa boni spiritualis, aut inter Principes nullum recognoscentes Superiorem, vel extra casum, in quo dispensat in radice matrimonij, in terris imperij minimè prodesse ad successionem hæreditariam, & alios seculares effectus, quod tenet *glos.* 2. *in d. cap. per venerabilem*, quam de subtilitate iuris plus sibi placere, & in praxi seruari profitetur *ibi* Abb. *num.* 22. *in fin.* & ante eum Anton. *num.* 10. Ancharan. *n.* 21. & Cardin. *n.* 9. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. vxorem, n* 198. Couar. *de sponsalib. par. 2. cap. 8. §. 8. à num.* 14. Rojas *in epitome success. cap.* 2. *à num.* 12. Molina *de primogen. lib. 3. cap.* 1. *num.* 11. ali. Molina *de instit. disput.* 173. Ioan. Garc. *de nobil. glos.* 22. *n.* 42. Peregr. *de fideicomm art.* 23. *num.* 5. *& num.* 32. Sanch *de matrimon lib. 8. disput. 7. à n.* 1. Cabed. *Lusitan. decis.* 69. *num.* 24. *parte* 2. Garc. Mastrill. *d. lib. 3. cap.* 10. *n.* 40. 103

&

& confirmant ex *d. cap. per venerabilem, verf. infuper*, vbi Summus Pontif. rescribit legitimationem pro filio Regis Franciæ ea ratione concedere potuisse, quòd ille Rex in temporalibus nullum Superiorem recognoscebat, cui læsio, vel iniuria ex legitimatione fieret, sic planè ostendens quòd eam non posset concedere illis, qui Imperatori, vel aliis secularibus dominis fuerint subiecti. Probant etiam ex generali illa vtriusque potestatis Ecclesiasticæ, & temporalis distinctione, secundùm quã Imperator, & seculares Principes de spiritualibus se nequeunt intromittere, nec Pontifex de temporalibus, *c. cùm ad verum 96. distinct. cap. solita, de maiorit. & obed.* tum quia generaliter receptum est legitimationem à quocumque Principe supremo factam ad bona in terris alterius imperij existentia non extendi, vt post Abb. Anchar. Præpos. Alexand. Deci. & alios, quos referunt, & explicant Couarr. *d. §. 8. num.* 14. Cabed. *d. decis. 69. num.* 19. & magis communem latè disputans resoluit Fachin. *controuers. lib. 3. cap.* 58. constat autem Summum Pontif. extra Ecclesiæ patrimonium quoad temporalia nullum habere territorium, vt fatetur *d. cap. per venerabilem, in verf. rationibus*, & per se notum est ex *reg. d. cap. cùm ad verum*.

104 Ex quibus rationibus, quamuis hæc opinio communiter à Doctoribus recepta sit, contrariam verò, quòd scilicet Summus Pont. non solùm ad spiritualia, sed etiam ad actus seculares laïcos possit legitimare in terris Imperij, non vulgares sustinent Doctores, eam confirmantes ex text. *in dict. cap. per venerabilem, verf. quod autem*, ibi, *vt eos ad actus legitimare valeat seculares, & in versic, præterea, & in versic. rationibus*, ex quorum numero sunt Hostiens. *ibi*, & Præposit. *à num.* 71. Alex. de Neuo *num.* 17. idem Host. *in sum. tit. qui filij sint leg. §. qualiter & à quo, sub num.* 11. *verf. salua reuerentia*, vbi ponit rationem, quia si potuit facere filios illegitimos, prohibendo matrimonium in certis gradibus, multò magis potest facere legitimos remouendo impedimentum Canonis prohibitiui, Cels. Hugo *cons.* 31. *num.* 7. Martin. Laudens. *de illegit. sub num.* 85. Pure. *decis.* 483. *num.* 4. *lib.* 1. Valentin. Forster. *de success. lib.* 6. *cap.* 34. *q.* 2. *num.* 17. *verf. aut legitima* latè eleganter Rota *in Hispalen legitimitatis* 4. *Februarij* 1613. coram *Vbaldo sen.* impressa per Marches. *de commission. p.* 3. *pag.* 355. *cum seqq.* Anastas. Germon. *in paratit. Iuris Canonici tit. qui filij sint legitimi*, multis suffulti rationibus.

105 *Prima*, quia ius legitimationis oritur ex radice matrimonij, & ex illa surgit legitimorum, & illegitimorum differentia, ex reg. *l. filium definimus, ff. de his, qui sunt sui*. Sed disponere de matrimonio solius est Papæ, & ecclesiasticæ potestatis, *cap. tuam, de ordine cognit.* sicut de ipsius defectu, *cap. 3. de donation. inter virum & vxorem*, iuncta regul. *cap. quanto, de iudic.* Ergo legitimare illegitimos ad solum Papam pertinet, etiam in temporalibus, non ad seculares Principes; nam cùm supponamus matrimonium fuisse nullum propter impedimentum iuris positiui, potest Pontifex dispensando in radice matrimonij impedimentum reuocare, ac si tempore matrimonij contracti non existeret, & consequenter filij ex eo suscepti, quoad omnia spiritualia, & temporalia manent legitimi, vt de legitimatione in radice matrimonij loquentes tenent Ioan. Andr. Abb. *num.* 12. Cardin. *quæst.* 9. Præpos. *num.* 74. *in d. cap. per venerabilem*, Molina *d. cap.* 2. *num.* 12. Peregrin. *art.* 24. *à num.* 77. Nauarr. *cons.* 2. *sub titul. qui filij sint legitimi*, Henriquez *in summ. lib.* 11. *cap.* 20. §. 2. Sayr. *de censuris lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 6. & plenè relati à Sanchez *d. disp.* 7. *num.* 4. attestante sic in Granatensi, & supremo Rotæ Prætorio, & aliis prouinciis fuisse iudicatum: nam, vt bene dicit Rota *in d. Hispalen. legitimitatis*, cùm per legem Canonicam esset inducta illegitimitas filiorum natorum ex coniunctione, eo iure prohibita, sequitur vt ea sublata per dispensationem in radice filij remaneant in eo statu, in quo essent, si nulla adesset Canonica prohibitio.

106 *Secunda*, quia apud omnes est indubitatum posse Papam legitimare laicos subiectos Principi seculari quoad omnia spiritualia, Ordines, Episcopatum, & similia, monstruosum autem, (vt text. *in d. cap. per venerabilem*, ait) videretur legitimatum quoad omnia spiritualia, quæ maiora sunt, & excellentiora, ex reg. *cap. solita, de maiorit.* non esse legitimum ad temporalia, quæ minora sunt, contra *reg. cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus 54. de regulis iuris, in 6.* quam etiam in materia priuilegiorum, & dispensationis procedere probat text. *in cap. ex parte 27. de decimis*, cum traditis per me *part.* 2. *alleg.* 33. *num.* 11.

107 *Tertia*, quia id quod potest Summus Pontifex per viam legis generalis, potest etiam data iusta causa efficere per rescriptum in casu particulari: patet, quia defectus potestatis ex vtriusque distinctione, Ecclesiasticæ scilicet, & secularis, vel vtrumque conclusit, vel neutrum; æquantur enim hæc duo, scilicet disponere super aliquo actu, vel super illum legem ferre, ex notatis *in l. vlt. C. de legibus*, sicut etiam potestas iudicandi de aliqua causa, vel ferendæ legis super illa, exæquantur ex Archidiac. Innocent. & aliis, quos sequitur Dec. *in cap.* 2. *num.* 27. *de iudic.* Sed constat per legem generalem posse Summum Pontificem legitimare, etiam quoad temporalia, vt constat in exemplis, de quibus *in cap. tanta, & in cap. quod nobis, & in cap. ex tenore, qui filij sint legitimi*; ergo, &c.

108 *Quarta*, quia legitimare non est iurisdictionis contentiosæ, quæ in inuitum, sed voluntariæ, quæ in solos volentes redditur, *authent. quibus modis naturales efficiantur sui, §. generaliter, collat.* 7. iuncta reg. text. *in l. vlt. ff. de his, qui sunt sui*, notat Costa *in §. & quid si tantum, part.* 2. *num.* 109. & 117. Duen. *reg.* 350. *limit.* 9. & post Dec. Cabed. *dicta decis.* 69. *num* 14. Constat autem ea, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ, licitè exerceri, volentibus partibus, extra territorium, *l.* 2. *ff. de officio Proconf.* cum aliis, de quibus Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 20. *à num.* 8. ergo & in terris Imperij, & extra Ecclesiæ patrimonium poterit Papa se subiicientibus, & volentibus legitimationes concedere.

109 Propter quas rationes ad vtramque partem adductas difficilis redditur hæc quæstio, variasque patitur distinctiones, inter omnes *prima*, præcipua, & generalior, ad quam omnes aliæ reducuntur, illa est, quod directè ad temporalia extra Ecclesiæ patrimonium Pontifex laicos legitimare non vult, quod euincunt argumenta pro prima opinione adducta; indirectè tamen, & casualiter dispensat aliquibus casibus, vt ait text. *in d. cap. per venerabilem, verf. rationibus.* me citato *in hoc loco* Faiard. *d. monit.* 1. *num.* 94. & concludunt fundamenta aliqua ex his, quæ pro secunda opinione consideraui; & deinde generalis illa regula est, quod quis non potest directè, & principaliter, potest indirectè, & in consequentiam alterius, quod sibi licitum est, *l. quoties, C. de iudic. cap. pen. de restit. in integr.* iuncta vulgari regula, quod ea, quæ veniunt in consequentiam, non attenduntur, *l.* 1. *in princ. ff. de auctorit. tutor.* cum similibus, de quibus

quibus Mantua *Paralipom. dialog.* 47. quæ quidem regula intelligenda est in his, quæ sequuntur necessariò, & sine quibus principale maneret inutile, non ita tamen dispensatio comprehenditur, vel trahitur ad consequutiua, quæ separabilia sunt, & sine quibus dispensatio, & dispensandi potestas stare potest, & vtilis est, vt arg. text. *in l. vlt. §. Lucius, ff. de condict. indeb.* ex Oldrad. & aliis explicant Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. ad plura*, *num.* 77. & adducti per Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 1. *à num.* 20.

10 Si aliquando dubium fuerit de matrimonij parentum validitate, tunc poterit Summus Pontif. laicos legitimare ad temporalia, quia cùm ad eum pertineat explicare dubia super matrimonij validitate, *cap. tuam, de ordine cognit.* potest in huiusmodi consequentiam legitimare prolem ad omnia tam spiritualia, quàm temporalia, deinde hæc resolutio colligitur ex auctoritate *d. cap. per venerabilem*, *in vers. verùm si veritas*, iuncto infra ibi, *de filiis ergo eiusdem Regis vtrùm fuerint legitimi, vel illegitimi, quandiu pendet quæstio affinitatis obiecta, potest non immeritò dubitari*; quibus verbis vt Pontifex astrueret potestatem, qua filios Regis ad temporalia legitimauit, præcipuè considerat dubium, quod vertebatur coram ipso Pont. super matrimonij validitatem, & ex professo eandem rationem confirmat *in vers. Rationibus*, ex auctoritate *Deuteron.* 17. vbi continetur: *si difficile & ambiguum iudicium apud te esse perspexeris, &c. venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & apud iudicem, qui fuerit illo tempore.* quam auctoritatem postquam eruditè explicauit, colligit ex ea probari quoties aliquid est difficile, & ambiguum ad Sedis Apost. iudicium esse recurrendum, indeque infert quòd cum filiis Regis dispensauit, quia dubium erat an matrimonium, ex quo nati sunt, ab initio fuerit validum: eadem ratione dubij super matrimonium non solùm legitimos filios, sed etiam hæredes patris iudicauit Pont. *in cap.* 1. *&* 2. *& in cap. perlatum, & in cap. quod nobis, qui filij sint leg.* Ex quibus hanc resolutionem sequuntur, & comprobant Anton. *num.* 10. *in fine*, & Præpos. *num.* 7. *ad med. in d. cap. per venerabilem.* Molina *d. cap.* 2. *num.* 22. Sayr. *d. cap.* 11. *num.* 7. Sanch. *d. disp.* 7. *num.* 10. Quicquid aliud teneat Ceruantes *in d. l.* 12. *Tauri, num.* 99. exemplum adducens de solemni illa sententia Clementis VII. in fauorem Catharinæ Reginæ Angliæ, quam refert Castro *de lege pœnali lib.* 1. *c.* 11. In supposito dubio super matrimonio ex eo trahit fundamentum potestas Pontificis, vt verbis vtar Antonij *citato loco.*

Hæc pauca in materia adeò ampla prælibare sufficiat, quæ quidem absolutiùs, Deo fauente, in lucem aliquando dabimus.

CAPVT III.

De Constantinopolitano Patriarcha.

SVMMARIVM.

1 *Constantinopolis ciuitas à Constantino Imper. qui eam reparauit, sic dicta.*
2 *Bizantium cur primum Constantinopolis appellata fuit.*
3 *Constantinopolis noua Roma dicebatur.*
4 *Constantinopolitana Ecclesia Romana appellabatur.*
5 *Constantinopolitana Ecclesia post Romanam primus locus datus fuit.*
6 Cap. renouantes 22. dist. *declaratur.*
7 *Constantinopolitana Ecclesia multis cohonestata erat ministris.*
8 *Constantinopolitana & Alexandrina Ecclesia parem dignitatem cum Ecclesia Romana non habuerant.*
9 Cap. nos antiquus 65. dist. *declaratur.*
10 *Constantinopolis sub Rege Turcarum VII. Mahumete capta an.* 1453.
11 *Constantinopolitano Patriarcha qua Metropoles, & Archiepiscopatus olim fuerint subiecti, ostenditur.*



ONSTANTINOPOLITANAM ciuitatem à prima eius origine Dei admonitu ædificatam fuisse tradit Sozomen. *Ecclesiastica historia lib.* 1. *cap.* 5. Hæc cùm † Bizantium prius diceretur (cuius Bizantinis ciuibus B. Petrus Apostolus Episcopum misit, vt scribit Cardin. Baron. *annalium tom.* 1. *sub anno Christi* 44. *pag.* 304. *in vers.* 5. *describis*) à Dausanio Spartano primum condita, si sequamur Iustinum, vel secundùm Eustathium à Brize Megarensium classis Præfecto, si credamus Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib.* 15. *cap.* 5. *num.* 7. ob nobilitatem tamen, amplitudinémque à Magno Constantino Imper. postea mirificè consequutam, ab illo quoque nomen feliciter mutauit, cœpitque Constantinopolis dici, vt aduertunt Nicephor. *Ecclesiastica historia lib.* 7. *cap.* 48. *& seq.* Petr. Gillius *in lib. de Constantinopolitana ciuitate*, & Petr. Gregor. *d. num.* 7. Et licèt a principio Pontifices iustissimè moueri potuerunt, vt secundum locum post Romanam Ecclesiam deferrent potius Alexandrinæ, & Antiochenæ, quia ciuitates apud Romanos Ægypti & Syriæ erant Metropoles, & capita; postea tamen ex iustis notabilibúsque causis Constantinopolitana Ecclesia ad verum Patriarchalis Sedis titulum & honorem Vigilij Papæ decreto assumpta fuit, vt obseruat Francis. Torrens. *de actis veris sancta Synodi sub can.* 36. *in vers. postea Vigilius*, contigit autem id post Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam, vt docet Catechismus Roman. *p.* 2. *cap.* 7. *de Ordinis sacram. num.* 17. & sensit integra *cap. inter quatuor, de maiorit. & obedien.* arguendo ex ordine litteræ, quamuis Hierosolymitanam vltimo loco fuisse admissam non sine fundamento sentiant alij, de quibus iam memini. Ad erectionem autem Constantinopolitanæ Ecclesiæ in veram Patriarchalem duabus potissimum causis ac considerationibus motam fuisse Apostolicæ Romanæ Sedem considero, quibus insitam suam Ecclesiarum & Christi fidelium maternam solicitudinem iudicauit. Hæc vna est publicum bonum pacis iam dudum ex vna prætensione inter Græcam ad Latinam Ecclesiam cum magno Orbis scandalo turbatæ ac deperditæ, conciliandæ. Altera principalior est vis gratitudinis in Constantinum Imper. à quo insignia beneficia acceperat in munificentissima ab eo donatione sibi facta, de qua egimus suprà *hoc tit. c.* 2. *à n.* 68. iustissimum namque ac congruentissimum fuit, vt tam illustre Constantini Magni seruitium, tam larga manus, tam beneficus in Romanam Ecclesiam Imperator, qui Romanum Imperium veneranda Christianorum fide muniuit, *l. diui C. de naturalib. liber.* & qui post ædificatas, dotatasque nobiliores Vrbis Ecclesias, assiduis quoque laboribus, ac expensis in vtraque toga Christianam Remp. augere, tueri, & conseruare non destitit, hac afficeretur saltem gratitudine quod Sedes Episcopi sui post Romanam Sedem primum Ecclesiasticarum prærogatiuarum, & Patriarchalium Sedium locum assequeretur,

quod

quod in terminis tetigit VVolfgang. Lazius *de Republ. Romanorum lib. 2. cap. 2. verſ. atque hæc de Orientis prætorio*, & latius Matth. Vgoni. *de Patriarchal. præſtantia col. 2. verſ. rectè inſtat.* Vnde cùm Conſtantinus relicta Roma, Sedem ſuam Bizantium (id eſt, Conſtantinopolim) tranſtuliſſet, cœpit Aquila (quæ inſigne eſt Romani Imperij) biceps fieri, vt hæc duo capita Orientis, & Occidentis ſignificaret, quod inter alios ponderant Lancelot. Cont. *in templo omnium Indicum lib. 1. cap. 1. §. 1. verb. Imperator eſt mundi dominus q. 1. num. 5.* Petr. Gregor. *ſyntagm. Iuris p. 2. lib. 15. cap. 5. num.* 8. Et Regia Sede ad Bizantium ſic tranſlata illud nomine ſuo, pluribuſque priuilegiis Conſtantinus exornauit, & non ſolùm
3 † Conſtantinopolis, ſed etiam noua Roma eſſe, & appellari meruit, vt *in prima Conſtantinopolitana Synodo can.* 3. aliàs 5. relato *in cap. Conſtantinopolitana 22. diſtinct.* vbi ſic habetur. *Conſtantinopolitana Ciuitatis Epiſcopum habere oportet Primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum, propterea quòd ſit noua Roma, refert Iuſtinian. Imper. in auth. vt ordinaria præfectura, verſ. renouantes collat. 5.* ibi, *Vrbana præfectura ſenioris Romæ, & non videlicet huius noſtræ.* Idem *in auth. de Eccleſiaſticis titulis §. ſancimus collat. 6.* dum ait. *Beatiſſimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos nouæ Romæ, iuncta l. 1. §. ſed etſi qua, verſ. Romam autem C. de veteri iure enucl.* tradunt Hieron. Cagnol. *in proœmio Digeſtorum §. hæc autem tria num. 335. cum ſeqq.* Ludou. Gomez *ad cap. 1. num. 44. de conſtit. in 6.* Iacob. Spieg. *in lexi. Iuris verb. Roma noua.* Petr. Greg.
4 *d. cap. 5. n. 7.* Et † Conſtantinopolitanam Eccleſiam, Romanam appellabant, vt ex *cap. fin. §. idem Romanorum, iuncta gloſ. 34. quæſt. 2.* docent Socrat. *in hiſtoria tripartita lib. 1. cap. 9.* Sozomen. *lib. 2. hiſtoria Eccleſiaſt. cap. 1.* Hieron. Beruec. & Barnab. Briſſon. *de verborum ſignificat. verb. Roma autem duplex*, Azeued. *ad Curiam Piſanam lib. 1. cap. 11. ſlit.* D. Cardin. Cæſar.
5 Baron. *annalium Eccleſiæ anno Chriſti* 330. Vnde † primus locus poſt Romanam ipſi Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ datus eſt, primùm in Conſtantinopolitano Concilio ſua Theodoſio maiori *Can.* 5. refertur inter opera Beati Clementis *pag.* 226. & à Caranza *in ſumma Conciliorum pag. 78. in fine*, & à Gratiano *in d. cap. Conſtantinopolitana*, de quo videndus eſt Conar. *lib. 4. vari. cap. 14. n.* 13. quod deinde in ſexta Synodo fuit confirmatum, & refertur *in cap. renouantes 22. diſt.*
6 Verùm quia viſu Romanæ Eccleſiæ multo tempore poſtea hoc receptum non fuit, & nihilominus Epiſcopi Conſtantinopolitani Imperatorum freti potentia illud ſibi priuilegium vſurpare contendebant, imò Superiores eſſe Romano Pont. vt ex Paulo Diac. Platina, & aliis diligenter comprobat Ruffus *in apologia contra Molinaum pag. 50. cum ſeqq.* ſentit Card. Bellarm. *tom. 1. de Romano Pont. lib. 2. cap. 18. in fine ſecundi arg.* pro bono pacis Innoc. III. *in generali Concilio Lateran.* de quo *in cap. antiqua 23. de priuileg.* denuo conceſſit idem priuilegium Conſtantinopolitanis Epiſcopis, vt obſeruant Patres, qui iuſſu Gregorij XIII. emendationi Decreti præfuerunt, in notis *ad d. cap. Conſtantinopolitana*, qui etiam rectè aduertunt *in d. cap. renouantes* legendum eſſe *ſimilia priuilegia, quæ Superior Roma habet, necnon in Eccleſiaſticis rebus magnificetur, vt illa*, quamuis in antiquis Codicibus legeretur *inferior Romæ*, & non tamen in Eccleſiaſticis rebus, vt etiam bene aduertit Anton. Auguſt. *ad Decretum lib. 1. dial.* nam iuxta hanc lectionem emendatam optimè probat noſtrum diſcurſum, quòd ſicut noua Roma, id eſt, Conſtantinopolis Romæ ſuperioris, ſeu antiquioris, iam nunc in temporalibus obtinet principatum totius Orientis, ita etiam in Eccleſiaſticis rebus poſt Romam antiquam, primatum obtineat, & confirmare poteris ex iis, quæ de Bizantio noua Roma à Conſtantino appellata omnes, vel minimum verſatos noſſe ſcribit Florimondus Remondus *in fabulam Ioannæ Papæ cap. 25. num.* 3. vnde † ipſa Conſtan- 7
tinopolitana Eccleſia mater Chriſtianorum orthodoxæ Religionis appellatur *in l. decernimus C. de ſacroſ. Eccleſ.* id tamen intelligendum eſt ratione Eccleſiarum Orientis, vt optimè aduertit Cardin. Baron. *tom. 7. annalium Eccleſiæ anno Chriſti 534. in verſ. dum ergo, pag.* 208.

Vnde ipſa Conſtantinopolitana Eccleſia ob priuilegia ſibi conceſſa, & ſuper omnes alias Patriarchales excellentiam, multis cohoneſtata fuit miniſtris, vt deſcribit Imper. *in auth. vt deter. ſit numerus cleric. collat.* 1. ibi, *Sancimus non vltra quidem ſexaginta Presbyteros in ſanctiſſima maiore Eccleſia eſſe, Diaconos autem maſculos centum, quinquaginta autem fœminas, Subdiaconos verò nonaginta, Lectores autem centum & decem, Cantores viginti quinque, & inſuper decem ex iis, qui vocantur oſtiarij.* Et idem Imper. *in l. non plures C. de ſacroſ. Eccleſ.* loquendo de Conſtantinopolitana Eccleſia, ſic ait: *Non plures quàm nongenti quinquaginta Decani ſacroſanctæ huius ampliſſimæ Vrbis deputentur Eccleſiæ, nullique his condendi, vel mutandi, vel in defuncti locum ſubſtituendi pateat copia*, quo loco Decanos accipi pro Canonicis exponunt *ibi* gloſ. & Doctores, ſed meliùs exploſo ſenſu Alciati *lib. 1. Parerg. cap.* 30. dicendum puto illos eſſe, qui efferendis ad Eccleſiam cadaueribus pium præſtabant miniſterium, vt optimè declarat Guido Pancirola *in theſauro variarum lectionum lib. 2. cap.* 163. Licèt in ſtricta nominis ſignificatione dicantur, qui decem præſunt, ſeu qui dignitatem decennalem habent in Eccleſia, de quibus loquitur text. *in cap. ex parte, de clericis non reſid.* Vnde fit vt Decanus dicatur honorabilis pars Capitoli, *cap. poſt electionem, de conceſſ. præb.* gloſ. *in cap. cùm vniuerſas, de elect.* Sunt & Decani, hoc eſt, Archipresbyteri rurales, qui ſunt longè inferioris dignitatis, & præeminentiæ, de quibus *in Clem. 2. de reſcrip. & in cap. ad hæc, de offic. Archid.* In omnibus tamen Eccleſiis Hiſpaniæ & Franciæ conſuetudine receptum eſt, vt is dicatur Decanus, qui præeſt toti Canonicorum collegio in choro, in inceſſu, comitiis, & ſuffragiis ferendis, de cuius officio & dignitate vide Flamin. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 1. num.* 86. Fr. Hieron. Roman. *lib. 3. de Repub. Chriſtiana c. 10. in princ.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap.* 17. Aliter tamen apud Legiſtas accipitur Decanus, qui ſcilicet decem præeſt famulatoribus, ſiue militibus Principis, vt *in tit. C. de decanis lib.* 11. Ratio verò (vt ad rem redeamus) quare tam magna copia miniſtrorum cohoneſtata fuerit Eccleſia illa Conſtantinopolitana, colligitur ex tex. *in d. auth. vt determ.*, quia ſcilicet tres capellæ, ſiue Eccleſiæ eidem Patriarchali copulatæ erant, vbi fortè erãt diuerſa collegia, videlicet domus glorioſæ Virginis, & Dei Genitricis Mariæ, ædes S. Martyris Theodori, & ædes S. Helenæ. in quibus diuerſimodè habitabant, & deſeruiebant prædicti omnes Diaconi, Subdiaconi, Diaconiſſæ, atque Presbyteri Miſſas, & alia diuina officia celebrantes, qui etiam omnes ex eiuſdem maioris Eccleſiæ reditibus nutriebantur; Diaconorum verò, & Subdiaconorum, ac Lectorum concurſus ibidem habebatur, vt ſub Eccleſiaſticis præceptoribus in ſacris cæremoniis inſtruerentur, quæ omnia innuere videntur *d. auth. & gloſſa*, ac Doctores *ibi*.

8 Hinc exierunt aliqui perperam arbitrantes Conſtantinopolitanam, & Alexandrinam Eccleſiam parem habere dignitatem cum Eccleſia Romana, hoc deducentes ea Concilio Conſtantinopolitano, quod aliàs ſeata Synodus dicitur, ad quod ſe refert *d.c. renouantes*, prout refertur à Carranza *in ſum. Concilio-*
9 *rum fol. 269. & in † d.c. mos antiquus 65. diſtinct.* quod veritatis non habet fundamentum; nam in primis reſpondetur auctoritatem illorum Canonum, qui Turlani dicontur, probatam & certam non eſſe, neque legitimã alicuius Romani Pont. fuiſſe auctoritatem approbatam illam Synodum, aut congregatam, ſed potiùs plures ibi reperiri errores, ita reſpondet Card. Bellarm. *vbi ſupra.* Sed meliùs reſpondebis indigniſſimè Canonem illum adduci ad hoc propoſitum, quia ea ipſius verbis conſtat ſimilia priuilegia dari Epiſcopo Conſtantinopolitano poſt Romanum Pont. & ad effectum, vt ad ipſum detur appellatio, & habeat alia iura Patriarchalis Eccleſiæ, quæ tex. commemorat *in d. c. antiqua, in verſ. ſeruata*, & deducitur ex *c. conqueſtus. 9. q. 3.* ita tamen vt Romana Eccleſia ſemper ſuperior maneat, vt conſtat ex verbis, quæ Carranza refert *citato loco*, ibi *æqualia priuilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, & in Eccleſiaſticis negotiis, vt illa emineat ſecundus poſt illam exiſtens*; atque ita ex his multiſque aliis rectè concludit Cardin. Bell. *vbi proximè*, nullo vnqoam tempore ab vllo Romano Pont. datum fuiſſe Conſtantioopolitanæ Eccleſiæ priuilegium æqualitatis cum Romana, neque etiam primũ locum poſt hanc obtinuiſſe, niſi poſtquam Romani Pont. ratum habuerunt, quod confirmat auctoritate Nicephori *lib. 17. c. 9.* dum narrat Ioannem Papam cum Conſtantinopolim veniſſet rogatum à Iuſtiniano, vt Epiphano Patriarchæ Conſtantinopolitano aſſiſteret, non antea voluiſſe, quàm ſibi pro prærogatiua Sedis Apoſt. thronus ſupra Epiphaniũ collocatus fuiſſet.

10 Hodie diuina ſic permittente prouidentia pulſis Cæſaribus ab illa ſede, & ciuitate, Agareni illam occuparunt ſub Rege Turcarum VII. Mahumete Amurathi filio, qui Conſtantinum XIII. Orientis vltimum Chriſtianum Imper. interfecit cum ſuis, & Orientale Imperium ſuſtulit *anno* 1453. & Conſtantinopolitanum, ac Trapezuntinum imperium, 12. regna, 200. Vrbes, Chriſtianis ademit, florente Republ. Romana, refert Petr. Gregor. *d. cap. 5.*

11 Fuerunt Conſtantinopolitano Patriarchæ olim ſubiectæ omnes Græciæ Prouinciæ, Daciæ, Ponti Euxini, & Aſiæ minoris, quibus acceſſerunt aliæ Prouinciæ, prout fuerunt ad Chriſti Fidem, & religionem conuerſæ, Moſcouia, Ruſſia, & aliæ vltra Poloniam ſitæ. In his Prouinciis paucis exceptis Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſcopos, & Archiepiſcopos, & alios dignitate Eccleſiaſtica præditos conſtituebat, præficiebat, vel confirmabat electos, vt nunc etiam Patriarcha, quamuis ſchiſmaticus, illos conſtituit, præficit, vel confirmat, refert Azor. *inſtit. moral p. 2. lib. 3. c. 35. q. 5. in princip.* D. Roderic. à Cunha *in hiſtoria Eccleſiaſtica Epiſcoporum Portugalen. p. 1. cap. 6. verſ. facil. pag.* 70.

Sequuntur Metropoles olim Conſtantinopolitano Patriarchæ Suffraganeæ.

Cæſarea Cappadociæ.
Epheſus in Aſia.
Heraclia in Thracia, vel Macedon.
Ancyra in Galatia.
Corſicus in Helleſponto.
Sardes in Lydia.
Nicæa in Bithynia.
Calcedonon ibid.
Nicomedia ibid.
Syda in Pamphilia.
Sebaſten in Armenia.
Amaſſea in Helenoponto.
Melitene in ſecunda Armenia.
Tyana in ſecunda Cappadocia.
Gangra in Paphlagonia.
Theſſalonica in Theſſalia.
Claudiapolis in Honoriade.
Neocæſarea in Ponto Polemonico.
Piſſinus in ſecunda Gallatia.
Myra in Licia.
Stauropolis in Caria.
Laodicea in Phrygia, Cappatiana, ſeu Pacatiana.
Iconium in Lycaonia.
Synada in Phrygia Salutari.
Antiochia in Piſidia.
Silæum, ſiue Perga in ſecunda Pamphylia.
Corinthus in Peloponneſo.
Athenæ in Hellade.
Mociſſus in Cappadocia.
Creta inſula.
Seleucia in Pamphilia.
Rhegium in Calabria.
Patra in Peloponneſo.
Trapezus in Larica.
Lariſſa in ſecunda Hellade.
Naupactus in Ætolia.
Philippopolis in Thracia.
Traianopolis in Rhodopa Thraciæ Prouinciæ.
Philipporum in Macedonia.
Hadrianopolis in Hæminonto Thraciæ Prouinciæ
Hierapolis in Phrygia Cappadociana.
Pyrachium.
Smyrna in Aſia.
Carana.
Ammonum in Phrygia.
Comacbus in Armenia.
Cotiacum in Phrygia.
S. Seuerinæ in Calabria.
Mytilena in Leſbo.
Neopatræ, ſeu nouæ Petræ in Hellade.
Euchaita.
Amaſtris Chonæ.
Hydrus, ſeu Hydruntum in Calabria.

Kelzene. Alania.
Coloniæ. Ænus.
Thebæ. Tibernpolis.
Serræ. Achaia.
Pompeiopolis. Cetaſus.
Roſſia.
Nacolia in Phrygia magna.
Germanicia, ſiue Germania.
Madyta. Methymna.
Apamea. Chriſtianopolis.
Baſileum. Ruſium.
Dryſtra. Lacedæmonia.
Nazianzenus. Naxia.
Corgta. Attalia.
Abydus.

Archiepiſcopatus.

Bizia. Dercos.
Leontopolis. Catabizia.
Moronea. Lemnus inſula.
Miletos in Ionia. Getmia.
Præconenſis. Arcadiopolis.
Selybria. Parium.

Chios,

Chios, siue Chion, Insula.	Leucas.
Aptos.	Misthea.
Clypsella.	Cudræ.
Nice.	Soteropolis.
Neapolis.	Pedachthoa.
Selga.	Germa.
Chersao.	Bosporus.
Messana in Sicilia.	Cottradic.
Garella.	Eroioa.
Brissis.	Carpathus.
Cotthia.	Mezembria.
Sugdaia.	Ægina.
Phullæ.	Pharsala.
	Matrache.

CAPVT IV.

De Alexandrino Patriarcha.

SVMMARIVM.

1 *Alexandria ciuitas est in Ægypto, Africa contermina, magna, illustris.*

2 *Alexandria ante Christi aduentum annis viginti supra CCC. ab Alexandro Macedone condita, & cognominata fuit.*

3 *Alexandrini Patriarcha Sedes cur, & à quo Alexandria posita fuerit? ostenditur.*

4 *Alexandrinus Patriarcha quibus præsit Prouinciis, ostenditur.*

5 Cap. mos antiquus 65. distinct. *declaratur, & num.* 6.

1 ALEXANDRINVS Patriarcha ab Alexandria ciuitate, in qua Sedem habuit, nomen accepit: Alexandria ciuitas est in Ægypto Africæ contermina, magna & illustris, quam Strabo *lib.* 14. *Geographia*, Vrbem
2 potentem, ac populosam nominat,† ante salutarem Iesu Christi aduentum annis viginti supra CCC. ab Alexandro Macedone, Iustino attestante, condita, & cognominata, omnium Alexandriarum, quarum in historiis passim plures, quàm septemdecim (vt Eustathius perhibet, enumerantur, maxima, & opulentissima, quam ob cultum diuinum ibi florentem, plebisque sanctimoniam, frequenter Paradisum Domini veteres nuncuparunt, vt refert Georgius Brauuius *in suo Theatro Vrbium*, & Petr. Greg. *Syntagm. iuris lib.*15. *c.*6. *à n.*1. & ideo ob loci insignem laudem, & populi frequentiam, quæ eò confluit, Sedes ibi posita est principalis, vel à Petro per se ipsum, vt Nicephor. testatur *lib.*14.*c.*3. vel per discipulū suum Marcum Euangelistam, quem eò misit, vt nomine suo fundaret Ecclesiam, vt docet S. Gregor. *lib.*6. *epist.*37. *ad Eulogium Alexandrinum.* cuius verba refert Card. Bell. *tom.*1. *lib.* 1. *de Romano Pontif. c.*24. *vers. vera igitur.* & tradunt Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarchia disp.*4. *n.*9. Illustriss. D. Acuña *de*
3 *Primatu Brachar. Ecclesia c.* 4. *n.* 4. † Posita ibi est principalis hæc sedes, vt præesset ex more approbato per Concilium Nicænum Ægypto, vel Libyæ, Pentapoli, & aliis Prouinciis, quæ ad Tropicum Capricornij pertinent. Petr. Gregor. *syntagm. iuris.*
4 15. *c.*6. Item † præest Alexandrinus Patriarcha Nestorianis, Iacobitis, Cophtis, aliisque Christianis per Orientis prouincias habitantibus, vt Miræus asserit in notitia Episcopatuum totius Orbis.
5 Cuius dignitas primis illis temporibus adeo magna fuit, vt priuilegiis, & præeminentiis Summorum Pont. liberè vti posse, & quod magis est, parem cum Ecclesia Romana habere dignitatem videretur, vt constitutum apparet in Concilio Constantinopolitano, quod aliis sexta Synodus dicitur; & refertur à Carranza *in summa Conciliorum fol.* 269. *& in cap. mos antiquus* 65. *dist.* vbi sic habetur. *Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Libya, & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quandoquidem & Episcopo Romano parilis mos est.* Quæ verba adeò nonnullorum ingenia torserunt, vt existimarent ab hæreticis clanculum, ac dolosè adiecta fuisse, vt paritatem inducerent inter Romanum Pontif. & Alexandrinum Patriarcham, quasi Alexandrinus non esset Pontifici subiectus, cum par in parem non habeat imperium, & ideo ita existimarunt Francisc. Turrianus *in monumentorum veterum inuestigatione, & sanctorum Patrum lectione, in tract. de potestate Papæ lib.*3.*pag.*11. *versic. Videamus ergo.* Barthol. Carranza *in parua Summa Conciliorum in scholiis ad d. sextum canonem Concilij Nicæni* Sebast. Cæs. *disp.* 4.§.2. *n.* 5. Azor. *d. lib.* 3. *c.* 35. *q.* 5. me citato *in hoc loco* Illustriss. D. Acuña *d. c.* 4. *n.* 5.

Sed occurrunt alij respondentes text. non decide- 6
re quòd perduret mos Alexandrinæ Ecclesiæ, vt parem habeat potestatem cum Romana, sed narrare morem, qui vigebat, expendentes in aliquibus Codicibus Gratiani legi, *perdurat*, non perduret, imperatiuè, vt in vulgaribus legitur, & sic *perdurat* emendatum est in nouissimis iussu Gregorij XIII. impressis, vbi etiam Patres, qui emendationi præfuerunt, in notis aduertunt in Græco, vbi habent vulgares Codices, Episcopo Romano parilis mos est, legi verba, quæ solùm important (quoniam & Romæ Pontifici hoc vsitatum est) quæ sanè nullam inferunt æqualitatem cum Romano Pont. Quòd si vulgari litteræ esset adhærendum, respondere potest quòd scilicet æqualis mos importat similitudinem potestatis quoad iura supra Ecclesias sibi subiectas, & ad effectum, vt ad ipsum detur appellatio, & habeat alia iura Patriarchalis Ecclesiæ, de quibus *in c. antiqua, de priuileg.* vt deducitur ex *cap. conquestus* 9. *quæst.* 3. & ex eo post Ruffum *in libro quem scripsit pro Pontifice Romano, n.*8. *vers. sed videamus, pag.* 44. *cum seqq.* explicant Bursat. *cons.*109. *num.*14. *cum seqq. vol.* 1. Matta *de Iurisdictione par.*1.*c.*16. *à n.*4. Sedes subiectas Alexandrino Patriarchæ enumerant Azor. *d. cap.* 35. *q.* 5. *vers. porro,* Miræus *in notitia Episcopatuum lib.*1. *cap.*21. *& lib.*3. *cap.*3. Illustriss. D. Acuña *in catalogo Episcop. Portucal. p.* 1. *c.* 6. *pag.* 71.

CAPVT V.

De Antiocheno Patriarcha.

SVMMARIVM.

1 *Antiochia Syria Metropolis.*

2 *Antiochia quibus nominibus olim dicta fuerit? ostenditur.*

3 *S. Petrus Antiochiæ primùm Sedem fixit anno à natiuitate Domini* 35.

4 *Alexandrinum Patriarcham cur Antiochenus non præcedat? ostenditur.*

5 *Antiochena Ecclesia Germana Romana meruit appellari.*

6 *Antiochena Ecclesia Antistites dicebatur Catholicus.*

7 *Catholici Regis titulus proprius Regum Hispaniæ.*

8 *Antiocheno Patriarcha Sedes subiecta referuntur.*

1 ANTIOCHIA, vt refert Abrahamus Or-
telius, Syriæ Metropolis ſuper Oroote
fluuio, Epidaphoe à Plioio cogoominatur.
2 † Magno epitbero eam exoroat Philoſtratus *in vita*
Apollony, Petr. Greg. *Syntagm. Iuris lib. 15. c. 7. à n. 1.*
Reblatha, vel Rebla Hebræis, vt ſcribit D. Hieroo. *in*
Ezechiolem. Iuſtiniani Imper. tempore Theopolis ab
eodem dicta fuit, vt ſcribunt Procopius, Cedrenus,
Nicephorus, Caliſtus, & Euſtathius, qui addit illam
quoque olim Cherſoneſum per ambitum aquarum
3 dictam fuiſſe. Hic † S. Petrus primùm Sedem fixit
anno à natiuitate Domini 35. eamqoe ſeptem annis,
non tamen completis, adminiſtrauit. Baron. *anno*
Chriſti 39. à n. 9. Bellarmio. *lib. de Romano Pontif. c. 5.*
Ideò tertiã hanc Sedem B. Petri oomioe bonorabi-
lem haberi refert Anaclet. *epiſt.* 111. quia ibi priuſquã
Romã veniret, habitauit, & Ignatium Epiſcopũ con-
ſtituit, atque primum oomeo Chriſtianorum nouel-
4 læ gentis exortum eſt. Nec mirum ſi † Alexandrinus
Patriarcha Aotiochenum præcedat, quia ita poſtulat
ordiois ratio ex magnitudine loci ſumenda, vt ſuprà
oſtendi: tum quia, verba ſunt Card. Bell. *lib. 1. de Ro-*
mano Pontif. c. 24. cùm omnes tres ſint Sedes Petri,
Romanam per ſe vſque ad mortem adminiſtrauit,
Alexandrinã per Marcum Euangeliſtam, Antioche-
nam per Euodium; ſicut ergo maior eſt Petrus Apo-
ſtolus Marco Euangeliſta, & Marcus Euangeliſta
Euodio, qui neq; Apoſtolus, neque Euangeliſta fuit;
ita quoque Romana Eccleſia Alexandrinã, Alexao-
drioa Aotiochenã auctoritate & dignitate ſuperat.
5 Antiochena Eccleſia germana Romanæ meruit
appellari ab Innoc. *in epiſt. 14. ad Bonifacium Presbyt.*
vt habetur *tom. 1. Concil. pag.* 781. ex quo vtriuſque
Cathedræ officium ordinatum fuit, vt in Breuiario
Romano patet. Item io ea celebris Antiphonarum
vſus cœpit, vt ex Tripartita hiſtoria referunt VVal-
frid. *de exordiis increm. rerum Eccleſiaſt. cap. 25. verſ.*
dicendum. Amalar. Fortonat. *de Eccleſiaſt. Offic. lib. 4.*
c. 7. verſ. vt Tripartita, Rodulph. Riuo *de Canonum*
obſeruantia propoſ. 12. Huius Patriarchatus encomiũ
6 minimum noo eſt, quòd eius Aoriſtes dicebatur † Sa-
croſanctæ Antiochenæ Eccleſiæ Catholicus, de quo
meminere Petr. Greg. *d. lib. 15. cap. 7. n. 5. & lib. 2. c. 1.*
n. 2. Guillerm. Tyrius *lib. 14. belli ſacri cap.* 12. Pro-
cop. *lib. 1. de bello Perſico*, Valdeſ. *de dignitate Regum*
Hiſpaniæ c. 15. n. 30. ad quam in ſimili Gregorius Pa-
pa Childeberto Regi Francorum *in epiſt.* 6. dicebat,
videlicet: Eſſe autem Regem, quia ſunt & alij,
non mirum eſt, ſed eſſe Catholicum, quòd alij non
merentur, hoc ſatis eſt, referunt Aluar. Pelag. *de*
planctu Eccleſiæ lib. 1. c. 37. n. 1. col. 4. Petr. Rebuff. *in*
Concord. Galliæ rub. 1. de approbat. Conuentorum. verb.
7 *benemeritus, verſ. item legimus.* Qui tamen † Catholici
Regis titulus proprios Regum Hiſpaniæ Apoſtolica
conceſſione factos fuit io Ferdinando & Eliſabeth,
vt notoriè conſtat. Quinimò ex Gothorum tempore
Reges Hiſpaniæ illo honorifico titulo acclamati
fuerunt, & Alphooſum Regem Hiſpaniæ 734. Ca-
tholicum nuncuparom conſtat ex auctoribus omni-
bus, vt Garibai *lib. 9. c. 6.* & Morales *lib. 13. c. 10. 13. &*
15. hiſtor. differunt, quòd autem illi hoc cognomen
eſſet ab Eccleſia indictum, vno ore fatentur Beuter.
lib. 2. c. 31. Zurita *p. 3. annal. lib. 2. c. 40.* Vaſæus *anno*
737. Palat. *de obtentione Regni Nauarræ, p. 6. §. 10.*
Marian. *de rebus Hiſpaniæ, lib. 7. cap. 4.* Genebrard. *in*
Chronico lib. 3. an. 756. & alij, quos refert Valdeſ. *de*
dignitate Regum, Regnorúmque Hiſpaniæ, c. 13. n. 19.
nouiſſimè Alexand. Patrit. *de iuſtitia armorum &*
fœderum Regis Galliæ lib. 1. c. 23. & patet in epitaphio
ſepulchri, vbi ita legitur: *Alphonſus Catholicus.* Et
ab hoc Alphonſo cootinuatus fuit titulus Catholi-
ci, & deriuatus in reliquos, vt aduertunt Illeſcas *in*
hiſtoria Pontificali, p. 1. lib. 2. cap. 85. Renat. Chopin.
de ſacra politia, lib. 1. tit. 7. num. 18. & patet in Ordo-
nio I. in quodam priuilegio, cuius exemplar refert
Ambroſ. Morales *lib. 14. c. 34.* vbique Catholicus
cognomine nuncupatur, & Rex Sanctius Caſtellæ,
dictus Craſſus, in priuilegio conceſſo monaſterio
de Samos Ordinis D. Benedicti eo titulo cognomi-
natur, & Rex Alphonſus VI. Toletanæ vrbis expu-
gnator, ita appellatur Catholicus in Concilio apud
oppidum de Huſſillos, & Alphonſus VIII. qui inſi-
gnem victoriam circa oppidum noncupatom Nauas
de Toloſa obtinuit, Catholicus nooeuparor io in-
ſcriptione; quæ habetur in Cœnobio vetuſtiſſimo
S. Facundi, Rexque Henricus III. ita patrem Ioan-
nem primum Regem Caſtellæ appellat Catholi-
cum cognomioe in teſtamento ab eo coodito, &
ſic de ſubſequentibus, ita vt cùm diceretur Rex Ca-
tholicus ab Alphonſo I. Rex Hiſpaniæ intelligeba-
tur, vt notant Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 5. con-*
ſid. 33. Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib. 4. in*
proœm. n. 8. Garibai *in compendio hiſtoriæ, lib. 18. cap. 1.*
Huiuſmodi Antiocheno Patriarchæ ſobiecta erat 8
pars Aſiæ, quæ Carmaniam, Armeniam maiorem, &
minorem, Lyciam, & Ciliciam continet, & prouin-
ciæ, Syria, Aſſyria, Meſopotamia, Media, Parthia,
Perſia vſque ad Iodiam Orientalem. In totum ſunt
Sedes tredecim, Metropoles octo, Archiepiſcopatos
tredecim, referunt Franc. Gratian. *in compendio Iuris*
Canon p. 3. diſt. 1. n. 9. Alberic. de Roſate *in rub. ff. de*
ſtatu hom. ſub n. 11. verſ. in Antiocheno, Fr. Philipp. Ber-
gomen. *in ſupplem. chronic. lib. 6. in fine, verſ. Antio-*
chia, Redoa. *de ſimonia mentali, p. 1. c. 16. n. 10.* Per.
Greg. *ſyntag. iuris, lib. 15. c. 7. n. 5.* Aubert. Mir. *in no-*
titia Epiſcopat. lib. 2. vbi de Patriarcha Antiocheno,
& lib. 3. c. 4. Illuſtriſſ. D. Acuña *in catal. Præſulum*
Portugalenſ. part. 1. cap. 6. pag. 70.

Sequuntur Sedes Antiocheno Patriarchæ ſubiecta.

Sedes prima.

Tyrus olim, hodie *Sor*, antiquitos valde celebris, inexpugnabilis pene erat, vt expertus eſt Alexander Magnus. Fuit Romanis fideliſſima; vnde meruit à Seuero Imper. priuilegium libertatis; inſtar ciuitatum Italiæ. Sub qua ſunt Epiſcopales Vrbes duodecim.

Porphirion	Sydon
Archis	Sarepta
Pælemais, ſiue Acon	Biblium
Botrienſis.	Antaradenſis, ſiue Tortoſana
Ortoſia.	Paneas, ſeu Cloſazea Philippi
Aradenſis.	Heraclea Araclia Tripolis.

Sedes Secunda.

Tarſus, noſtris Tarſo, incolis Teraſſa, Ciliciæ ad Cydonum fluuium Vrbs, haud procul mari diſtans, olim nobiliſſima, & ſtudiis florens, quam D. Paulus ornauerat. Sub qua ſunt Epiſcopatus quinque.

Sebaſte, Caput Samariæ, hîc prope ciuitatem peregrinis oſtenditur puteus Iacob, vbi Saluator noſter Samaritanam alloquotus eſt.

Malos	Choieos
Thina	Poderados.

Sedes tertia.

Edeſſa hodie Rhoais, ſeu Rhaſi, Vrbs Meſopotamiæ, olim nobiliſſima, vltra Euphratem fluuiom ſita. Sub qua ſunt Epiſcopatus oouem.

Vitchi

Virchi	Himeria
Conflantis	Cuercuentia
Capron	Tapſsron
Marcopolis	Celimeos.
Vatnon	Cedmaron.

Sedes quarta.

Apamia, vulgò Apamis, Vrbs Phrygiæ magnæ ad amnem Marciam Laodiciæ,& Antiochiæ,ad Meandrum eſt finitima. Sub qua ſunt Sedes ſeptem.

Epiphania	Mariania
Seleuconoila	Ruphania
Lariſſa	Arethuſa
Valanea.	

Sedes quinta.

Hierapolis Vrbs Phrygiæ, quondam celebris inter Laodicem, Cybiram, & Apamiam ſita eſt. Antiochiæ ad Meandrum finitima. Sub qua ſunt Epiſcopatus octo.

Zeuma	Petrì
Suron	Omnion
Varualis	Doriehi
Neocæſarea	Europe.

Sedes ſexta.

Boſtra, ſub qua ſunt Epiſcopatus xix.

Ceraſſon	Eutimij
Philadelfis	Conſtantia
Adraon	Patamboli
Midanon	Dionyſia
Anſtamidon	Conohatò
Belmundon	Maximopolis
Zoroyma	Philippopolis
Herry	Heylon
Iceny	Lorea.

Sedes ſeptima.

Anauarra, ſub qua ſunt Epiſcopatus nouem.

Epiphania	Flauias
Alexandris	Roſſas
Irenopolis	Caſtraualet
Cambriſopolis	Eguas.
Syſia.	

Sedes octaua.

Seleucia Vrbs olim in Prouincia Babyloniæ ad Tigridis, & Euphratis confluentem ſita, Patriarcham habens,hodie eſt adhuc ingens, & celebris *Bagaded* nuncupata, quæ Babylonem veterem propter viciniam exhauſit, eam Torcæ vocant *Satyroi*. Sub qua ſunt Epiſcopatus xxiij.

Claudiopolis
Diœceſarea
Oropi
Dalyſanidos, ſeu Daliſandi
Seriula, ſiue Seuila
Coienderis, ſiue Celeuteris
Anemuty, vel Anemoæ.
Titopolis, ſeu Tityopolis
Lamoſy, vel Lamotum
Antiochia parua
Nephelis
Riſtra
Selinuntis
Hieropy, ſiue Iotapij
Philadelphia parua
Hermopolis, ſiue Ireuopolis
Germanicopolis
Moſoda
Demenopolis, ſiue Dometiopolis
Sbydi
Synopolis, ſiue Synouopolis
Adraſſon, vel Adraſſi
Myin

Neapolis, eſt in Palæſtina, vbi Concilium celeberrimum fuit tempore Regis Balduini

Sedes nona.

Damaſcus, quem Turcæ *Scham*, noſtri Damaſco nuncupant, Metropolis Syriæ, pulcherrima totios Orientis antiquiſſima hortis pulcherrimis cincta. Hic reſidet hodie Belerbus, qui & huic regioni præeſt vnà cum Iudæa: antea regebatur à Califis, atque olim à Regibus Syriæ. Sub qua ſunt Epiſcopatus vndecim.

Ably	Danabi
Palimpon	Carathea
Laodicea	Hardam
Euria	Suria
Renocora	Qulni
Hiabanda.	

Sedes decima.

Amida,vulgò *Caramit*,hodiéque maxima eſt Meſopotamiæ Vrbs, ad Saoearam flouium inter Carras, & Mirdinom Vrbes eiuſdem prouinciæ nobiles. Meſopotamiæ autem Regno Euphrate, & Tygri fluminibus continetur, & Diaberch à Turcis nominatur. Sub qua ſunt Epiſcopatus ſeptem.

Hynilon	Caytaris
Valentium	Ryphi
Arſamoſata	Zecuma
Sophin.	

Sedes vndecima.

Sergiopolis, ſic dicta à S. Sergio Martyrij palmam ibi adepto ſub Maximiano Imperatore,olim Barſalu nuncupabatur, Vrbs Armeniæ minoris, ad Euphratem fluuium inter Melitam, & Samoſatem. Sub qua ſunt Epiſcopatus quatuor.

Bizononias	Venethal
Marcopolis	Ermenia

Sedes duodecima.

Theodoſiopolis, ſub qua ſunt Epiſcopatus ſeptem.

Oricos	Axieri
Naznimi	Taruſis
Maureocaſtron	Politinios
Agyamaria.	

Sedes decimatertia.

Eueſa, ſiue Emiſa, vulgò Ems, Vrbs Syriæ nobilis in Apamena regione apud montem Antilibanum. Sub qua ſunt Epiſcopatus quatuor.

Arqui	Mergem
Oriſlon	Oragiſon.

Metropoles per ſe ſubſiſtentes.

Piericus	Heliopolis,vulgò Betſames
Laodicis	Pompeiopolis
Samoſate	Mopſpheſtia
Cyros	Adama.

Archiepiſcopatus decem.

Verea	Anaſar
Calquis	Phon
Gabala	Paltos
Seleucia	Germanicia
Piperia	Salamias.

CAPVT VI.

De Hieroſolymitano Patriarcha.

SVMMARIVM.

1 *Hieroſolyma quando extructa, & quibus nominibus dicta fuerit? oſtenditur.*

2 *Hieroſolyma in medio totius orbis ſita.*
3 *Hieroſolyma mater omnium Eccleſiarum habita.*
4 *Hieroſolyma quamuis Metropolitano honore condecorata fuerit, non tamen propterea à ſubiectione Cæſarienſis exempta manſit.*
5 *Hieroſolymitano Patriarchæ, quæ ſedes Epiſcopales ſubiectæ fuerint? oſtenditur.*

1 HIEROSOLYMA, ea qua Patriarcha titulum accepit, ante memorabile ſui eacidium bis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo anno à Melchiſedech Cananæo & Gentili Rege & Pontifice eatructa, olim Salem, poſtea Iehus, deinde compoſito nomine Ieruſalem, ac demum melioris ſoni gratia Hieruſalem appellata fuit, Ioſeph. 1. & 7. *antiquit.* Peter. *in Geneſ. c.* 14. *n.* 66. *&* 67. Euſeb. *Eccleſiaſtica hiſtoria lib.* 4. *c.* 6. Ioan. Ludou. Viuald. *in opere regali in tract. de magnificentia Salomonis not.* 6. §. *vt ex dictis Ioſephi.* Hanc vrbem in medio totius vniuerſi ſitam, adeoqoe quaſi terræ vmbilicum eſſe auctoritate Scripturæ *Ezech. cap.* 6. Iſta eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam, item *Pſalm.* 73. *Operatus eſt Deus noſter ſalutem in medio terræ*, notarunt Hieron. *ibid.* Ioſeph. *de bello Iudaico lib.* 3. *cap.* 2. Georgius Braunius *in theatro Vrbium.* Poſtquam autem clementiſſimus Dominus noſter dignatus fuit hanc ciuitatem ad opus noſtræ ſalutis & redemptionis faciendum eligere, vt ſacra teſtatur Euangelica hiſtoria, & tetigit videndus Arnald. Albertin. *in repet. rub. de hæret. q.* 11. *in errore* 3. *Iudæorum n.* 4. Illuſtrioribus nominibus eſt inſignita, dictaque fuit Ciuitas magni Regis. Matth. *c.* 5. Diuina, ac ſanctæ Reſurrectionis, vt teſtata Iuſtiniani *nouellas* 40. *&* 123. obſeruauit Prateus *in lexico Iuris, verb. Patriarcha.* Quinimo & ab ipſis Turcis proprio idiomate, *Leconſt.* appellatur, hoc eſt, Vrbs ſacra, vt aduertit Abraham Orthel. *in theſauro geographico, verb. Hieroſolyma,* qui etiam refert dictam fuiſſe Quadtinhem.

2 Vnde tanta fuit Hieroſolymitanæ Eccleſiæ dignitas quòd olim aliarum Eccleſiarum mater fuerit appellata, vt qui illam regeret, omnes mundi Eccleſias regere videretur, quod non obſcurè ſentit S. Clemens Papa *in epiſt. ad Iacobum fratrem Domini, in inſcriptione*, in illis verbis: *Epiſcopo Epiſcoporum, regenti Hebræorum ſanctam Eccleſiam Hieroſolymis, ſed & omnes Eccleſias, quæ vbique Dei prouidentia fundatæ ſunt*; & expreſsè habetur *in epiſt. Conſtantinopolitani Concilij ad Damaſum Papam & Romanum Concil. in verſ. in ea vero Eccleſia*, vbi Hieroſolyma mater Eccleſiarum appellatur, quæ habetur *tom.* 1. *Concil. pag.* 732. *col.* 2. refert Conluſiranus noſter Fr. Gregor. Nonius Coronel *de optimo Reip. ſtatu p.* 1. *lib.* 3. *c.* 4. quibus concordat Iuſtinian. Imp. in epiſtola ad Hormiſdam Papam incip. *Quod fuimus, circa finem*, in illis verbis: *Et Hieroſolymitanam præcipuè, cui tantum omnes fauorem impendunt quaſi matri Chriſtiani nominis, vt nemo audeat ab ea ſeſe diſcernere*, habetur *tom.* 2. *Conciliorum pag.* 516. & Tertullian. *lib.* 4. *aduerſus Marcionem*, Hieroſolymitanam Eccleſiam matrem Religionis appellat, vt refert Cou. *pract. cap.* 19.

3 Magna igitur celebritas huius Vrbis eſt, quòd eius Eccleſia mater omnium Eccleſiarum habita ſit, eo quòd primus Epiſcopus in ea fuit S. Iacobus frater Domini, & poſt eum Simon frater etiam ipſius Domini, ideoque Hieroſolymitana Eccleſia per annos ferè quingentos non re, ſed nomine, non poteſtate, ſed honore dumtaxat, vſque ad Iuuenalem eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopum, quarta Patriarchalis habita eſt, ex eo, quia *in Nicæna Synodo can.* 7. vbi decretum fuerat, vt Hieroſolymitanus quartam quidem Patriarchalis ſeſſionis locum, & honorem haberet, non tamen propterea à ſubiectione Cæſarienſis, quæ Metropolitana erat, & eximeretur. Iuuenalis enim Praïlio defuncto in Sede Hieroſolymitana ſubrogatus eſt anno Domini 429. in Concilio Epheſino totius Syriæ Palæſtinæ Primatum quæſiuit, ideò quòd cùm ſuſceptis ex toto Orbe peregrinationibus Hieroſolymitana Eccleſia frequentaretur maiori honore, officiiſque dignioribus, quàm Cæſarienſem Metropolitanam colendam eſſe ambitiosè iudicaret. Reſtitit illi, qui Vicariam Pontificis præfecturam agebat, Cyrillus Alexandrinus, vt notatur *in epiſt. Leonis* 72. Vnde S. Hieronymus *in epiſt. ad Pammachium contra Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum* ſic eum alloquitur: *Tu qui regulas quæris Eccleſiaſticas, & Nicæni Concilij Canonibus vteris, reſponde mihi: Ad Alexandrinum Epiſcopum Palæſtina quid pertinet? ni fallor hoc ibi decernitur, vt Palæſtinæ Metropolis Cæſarea ſit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæſarienſem Archiepiſcopum referre debueras, cui ſpreta communione tua communicare nos noueras, aut ſi procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potiùs litteræ dirigendæ. Sed noui cur Cæſaream, cur Antiochiam nolueris mittere. Maluiſti occupatis auribus moleſtiam facere, quàm Metropolitano tuo honorem reddere.* Nihil ergo magna Synodus Hieroſolymorum Eccleſiæ contulit, niſi vt honor, qui ex antiquo vſu ei deferri ſolebat, iuribus, & ſubiectione Metropolitani ſaluis eidem deferatur, Idque propterea quòd Hieroſolymitana Eccleſia mater omnium aliarum Eccleſiarum (ſic enim nominatur in epiſt. Synodali Concilij Conſtantienſis OEcumenici ad Damaſum, quæ extat apud Theodoretum *lib.* 5. *c.* 9.) appellata fuerit, adeóque non immeritò ipſius Ciuitatis Epiſcopum eum honorem, vt inter Apoſtolicarum Eccleſiarum Antiſtites ſederet, & in litteris quoque ita nominaretur, antiquitus conſequutum fuiſſe iudicatur, vnde colligitur Genebrard. *in chronologia lib.* 3. vbi de anno Chriſti 44. errasſe, dum dicit huiuſmodi Eccleſiam ex tempore Iacobi Apoſtoli Patriarchalem fuiſſe.

Creſcente denique in ipſam Hieroſolymitanam Eccleſiam Chriſti fidelium deuotione, factum fuit vt Vigilij Papæ, & Imperatoris Iuſtiniani tempore de Antiocheno Patriarchatu, itemque de Alexandrino tantùm fuerit Hieroſolymitanæ Eccleſiæ conceſſum, atque largitum, totque eidem decreti, atque aſſignati ſuffraganei Antiſtites, vt veræ Patriarchalis Sedis titulum, honorem ac poteſtatem conſequi mereretur, vt referunt Hieron Paul. *in fine ſua practica Cancellariæ,* & Alberic. de Roſate *in rub ff. de ſtatu hominum poſt n.* 11. *in fine*, iuxta traditionem veterum. Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris, part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 8. *n.* 3. vbi refert Hieroſolymam vſque ad tempora Iuſtiniani Auguſti Epiſcopum habuiſſe, nulla, vel modica dignitatis prærogatiua. Imperante autem illo Principe congregatam fuiſſe Synodum generalem Conſtantinopoli ſub Vigilio Papa, & Elicio Conſtantinopolitano Patriarcha, & Apollinario Patriarcha Alexandrino, & Euſtachio Patriarcha Antiochenſi, & in illa inter alia placuiſſe honore Patriarchali donandam Sedem Hieroſolymitanam. Et quia ciuitas inter fines, & limites erat Patriarchatuum Antiochiæ, & Alexandriæ, nec illi eſſent ſufficientes Epiſcopi ſuffraganei, ex communi omnium conſenſu ab vtroque Patriarchatu vicino placuit eam decerpere, & vt in formam Patriarchatuum aliorum ille ordinaret Eccleſias ſibi ſubiectas.

Ea tunc quatuor fuerunt ei ſubiecti Archiepiſcopi, vt refert Redoan. *de ſimonia mentali, p.* 1. *c.* 16. 4

num.

num. 10 quorum duo aotea suffraganei erant Antiocheni, alij verò duo Alexandrini, quod ex testimonio Guillelmi Tyri Metropolitæ obseruauit Raymundus Rossus *in duplicat. in patronum Molinei pro Pont. Max. fol.* 31. *col.* 2. & explicans locum ipsius Tyri *de bello sacro lib.* 14. *cap.* 12. obseruauit Card. Bar. *annal. Eccles. tom.* 7. *anno Christi* 553. Vigilij Papæ *anno* 14. & Iustiniani *Imp. anno* 27. *pag.* 441. *vers. acta illa*, vbi ita ait : *Tempore prædicti Principis, Iustiniani videlicet, congregata est Synodus generalis apud Constantinopolim tempore D. Vigilij Papæ, Eutychij Constantinopolitani, Apollinarie Alexandrini, Pauli Domini Antiocheni, & Eustochij Hierosolymitani Patriarcharum super tribus capitulis*, &c. In qua Synodo post alias populo Dei necessarias institutiones, quas pro tempore promulgandas decreuerat sanctorum Patrum, qui ad eam conuenerat, auctoritas, prædictam Deo amabilem Hierosolymitanam honorare Ecclesiam, & eius Episcopo locum inter Patriarchas dare, communi sanxit voluntate, reuerentiam exhibens sanctæ Resurrectioni. Et quoniam prædicta Dei cultrix ciuitas quasi in limite Alexandrini & Antiocheni Patriarcharum erat, nec haberet, illi vbi ordinaret suffraganeos, vnde nisi vtrique Patriarchæ aliquid detraheret, visum est expedire ab vtroque aliquid detrahere, vt eidem iuxta formam aliorum Patriarcharũ ordinaret subiectos. Subtraxerunt ergo Aotiocheno Cæsariensem & Scythopolitanum Metropolitanos: Alexandrino verò Rubensem, & Berythensem, item Metropolitanos: & quoniam iterum eundem Patriarcham oportebat habere præter supradictos Metropolitanos familiares suffraganeos, quos Græci Syncellos vocant, subtraxeront prædictis Metropolitanis quosdam Episcopos, & quosdam de nouo erexerunt vsque ad vigesimum quintum. Hæc ex diuo Guillelmo Tyro refert Card. Baron. *citato loco*, addens hæc eadem reperisse scripta in Bibliothecа Vaticana in codice, cui est titulus, *Liber censuum.*

5 Non obstat Hierosolymitano Patriarchatui, quòd voce Domini admoniti discipuli fuerint transferre Ecclesiam Hierosolymitanam in ciuitatem quandam, cui nomen erat Pella, quod ex testimoniis Eusebij, & Epiphanij factum fuisse refert Melch. Cano *de locis Theolog. lib.* 6. *cap.* 8. *in solut. ad decimum, vers. quòd si sententia*, & Card. Baroo. *tom.* 1. *annal. Ecclesiæ sub anno Christi* 74. *vers. quod igitur*, quia respondetur mutationem illam, seu translationem non in perpetuum, sed ad breue tantum tempus factam fuisse, quoad vsque videlicet ablatis ex vrbe sanctis, & iustis viris vindictæ cælesti fieret locus, vt aduertit Euseb. *Ecclesiastica historia lib.* 3. *cap.* 5. quo fit vt cùm statim Hierosolymam redierit, ab ea diuertisse vltra illum effectum non videatur; iuxta ea quæ adduco infra *p.* 2. *alleg.* 53. *n.* 92. Maximè cùm legamus vituperatum fuisse Philippum quendam ab Aphthonio declamatore, quod ex omnium barbarorum vilissima gente ortum haberet, nempe ex Pella, vt obseruauit Tiraq. *de nobilit. cap.* 12. *num.* 7.

Sequuntur Episcopales sedes Hierosolymitano Archiepiscopo subiectæ.

Lidda	Diocæsarea
Ioppe	Legionum
Ascalon	Capitolioa
Gaza	Mautonensis
Mennas	Gedera
Diocletianopolis	Nazareth
Betgrobin	Thabor
Neapolis	Cataca, vel Ptrea
Sebastea	Hadroga
Hierieuntia	Aphra
Tiberiadis	Helem
Faran	Mons Syna
Helenopolia	Bethlem Episcopali honore à Paschale II. donante petente Balduino Hierosulymit.

Sedes prima.

Cæsarea Palæstinæ, vbi Angelus percussit Regem Herodem, & sanctus Petrus baptizauit Cornelium Centurionem, Vrbs fuit olim celeberrima, mercatu nobilis, vulgò Charsat, inter Aconem & Ioppem situm habuit. Sub qua Sedes sint Episcopatus viginti.

Dora	Onus
Antipatrida	Sorutis
Iamnias	Raphios
Nicopolis	Regium Aparos
Regium Hierico	Estomason
Regium Liuas	Trieonias
Azolus	Taxus
Hiaralias	Saltum
Asotus	Constantinianus.
Hippum	

Sedes secunda.

Scytropolis, vulgo Bethsar, Vrbs in Iudææ, & Galilææ confinibus ad Iordanum flunium nobilis extitit. Sub qua sunt Episcopatos decem.

Capitoliados	Terraeonias
Miru	Clima
Gadaron	Galanis
Pelon	Comanas
Philippus	Scythopolis.

Sedes tertia.

Ruha, quæ à Ptolomæo in Syria deserta ponitur, sub qua sunt Episcopatus duodecim.

Augustopolis	Zota
Arnidilla	Vitossa
Carali	Pentacomia
Hierapolis	Mamapson
Memsidua	Mitrocomitas
Eluris	Saltum Hieraticon.

Sedes quarta.

Berytus Phænicis Libani Metropolim esse constat ex vetustis Geographis. Sub qua sunt Episcopatus XXXV.

Adrasson	Enaeomias
Dias	Comogannas
Medanon	Comogeros
Hierasson	Comostanis
Nein	Comis
Philadelphia	Mahederon
Hierapolis	Comoteatos
Phenustua	Comiscopion
Eluos	Comis Iulianos
Neapolis	Comispigmarethon
Philipopolis	Comis Petius
Dionysius	Comis Anathon
Constantianis	Comis Neothia
Peotacomias	Climas anatalisqoeuissimõ
Trieomias	Comia Anochis
Conafados	Comis Tralicooes
Saltum Veaneos	Comia Nepbdomoa.
Hexacomias	

CAPVT VII.

De Patriarchis minoribus.

SVMMARIVM.

1 *Patriarchæ minores qui.*
2 *Patriarchæ minores inter Latinos sunt six.*

3 *Aquileiensis Patriarcha cur ita dictus?*
4 *Gradensis Patriarcha vbi fiat mentio ostenditur.*
5 *Gradensis ciuitatis descriptio.*
6 *Gradensem Patriarchatum Nicolaus V. ad inclytam Venetiarum ciuitatem transtulit.*
7 *Venetiarum Primus Patriarcha creatus fuit B. Laurentius Iustinianus, à quo Congregatio S. Georgij in Alga apud Venetiam initium sumpsit.*
8 *Congregatio Canonicorum S. Ioannis Euangelistæ in regno Portugaliæ B. Laurentium Iustinianum parentem, fundatoremque suum agnoscit.*
9 *Bituricensis Patriarcha vbi fiat mentio, ostenditur.*
10 *Pisanus Archiepiscopus quarum prouinciarum Primas dicatur? ostenditur.*
11 *Pisana ciuitati Episcopatus antiquissimus est.*
12 *Sardinia, an verò Corsica dicatur Primas Pisanus Archiepiscopus? ostenditur.*
13 *Toletanum Archiepiscopum inter Patriarchas inferioris gradus qui ponant, ostenditur.*
14 *Toletanus Archiepiscopus ex priuilegio Martini V. Summi Pont. gaudet prærogatiuis veris Patriarchis concessis.*
15 *Dictio* quomodolibet, *vniuersalis est, & omnes casus comprehendit.*
16 *Priuilegia habens ad instar alicuius priuilegiati, habet etiam illud priuilegium, quod priuilegiatus instar alterius obtinet.*
17 *Toletum Vrbs Regia, & quasi altera Roma in exaltatione cœpit nominari.*



1 PRÆTER quatuor primarios & maximos Patriarchas, de quibus egimus in Capitulis præcedentibus, alij sunt minores: nam sectæ Armeniorum tres habent Patriarchas, vnus eorum residet in Silicia, & Armenia minore, secundus in Armenia maiore, tertius quem non Patriarcham, sed καθολικὸν appellant, præsidet in Russia Prouincia Polonorum. Vnicum etiam Patriarcham habent Maronitæ, qui commorantur & præest in Syria in Monte Libano. Habent etiam Æthiopes vnum Patriarcham, qui sedem suam habet in curia Magni Imperatoris Speciosi Ioannis, & vocatur Patriarcha Abyssinorum, & confirmatur à Patriarcha Alexandrino. Est etiam secta Cophorum, qui simul cum Baptismo Circumcisionem tuentur & retinent, & duos habent Patriarchas, quorum vnus commoratur in Magno Cayro Ægypti, alter verò apud Æthiopes. Secta quoque Iacobitarum, qui Sanctissimam Trinitatem negant, duobus Patriarchis paret, quorum vnus in Cayro residet, alter in Syria, videlicet in Vrbe Damasco.

2 Sex tamen inter Latinos connumerantur Patriarchæ minores, qui vel Romani Pont. indulgentia, vel inueterata consuetudine Patriarchale nomen vendicarunt, Aquileiensis, Cantuariensis, Gradensis, Bituricensis, Pisanus, & Toletanus, Iacobat. *de Concil. lib. 1. ex num. 254.* Vgonius *de præstantia Patriarchali tom. 13. tractatuum Doctorum pag. 285. verso.* Anastas. Germon *de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 7.* Homobon. de bonis *de humana vita statibus p. 1. cap. 6. statim in princip.* Filliuc. *tract. 41. de benefic. cap. 2. num. 35.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 9. n. 31.*

3 De Aquileiensi Patriarcha agit text. *in cap. nunc verò 9. q. 3.* Nam ante Longobardorum in Italiam aduentum, qui accidit anno salutis 566. Aquileiensis Archiepiscopus more Græcorum & Orientalium Patriarcha nominabatur; irruentibus verò Longobardis primo aduentu Alboinus eorum Rex Aquileiam cœpit, propter quod Aquileiensis Sedem hinc inde mutauit, & tandem in Vrbe Venetiarum permansit. Vide illustriss. D. Acuñam *de primatu Eccl. Bracharen. cap. 4. num. 18.*

De Gradensi Patriarcha meminit Vrbanus II. *in* 4
cap. erubescant 31. dist. & Cælestin. III. *in cap. ex litteris.*
de officio deleg. † Gradensis ciuitas breui ambitu 5
clauditur, paludibusque & flumine circumsepta, si
demas piscatores homines, vix hodie vllos habet
incolas, vt qui duorum millium numerum ægrè
expleant, nihilque habet insigne antiquitatis, aut
splendoris argumentum, præter ciuium germanam,
& aureo seculo consentaneam simplicitatem, & innocentiam,
vbi nec factiones, nec verè alias morum
corruptelas conspicias: ita accepisse à Francisco
Auario Veneto refert Anastas. Germon. *dict. lib. 3.*
cap. 7. num. 5. & 6. † Sed propter huius ciuitatis aëris 6
intemperiem hunc Patriarchatum de anno 1451.
Nicolaus Pontifex Max. eiusdem nominis V. ad inclytam
Venetiarum ciuitatem transtulit, quæ antea
per annos sexcentos septuaginta nouem in circa
Episcopum habuerat, vt illam maioris dignitatis
prærogatiua decoraret, & ideo iam hodie non vocatur
Patriarcha Gradensis, sed Venetiarum, ita
Gig. *in tract. de residentia Episcoporum cap. 18. num. 12.*
Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium
erect. cap. 2. à num. 34.* Nec obstat quod dicit glos. *verb.
singulos in cap. in illis 80. dist.* nempe Patriarcham
Gradensem non esse Patriarcham Venetiarum, cùm
locus Gradi multum differat à Venetiis, quia respondetur
postea illis temporibus Nicolaum V. vniuisse
Patriarchatum Graden. & Episcopatum Venetiarum,
de cuius Patriarchatus institutione latè
Bern. Iustinianus *in sua de Venetorum gestis historia lib.*
12. sic ait: *Coacta igitur Synodo totius Cleri populique,
assistentibus Duce, & Patriarcha primus creatus Episcopus
Obelatus Eneagrij, Tribuni Matheumacens filius.
Constituitur autem Episcopalis sedes in insula Castellana,
quæ, vt antea diximus, Oliuolus appellabatur, vnde &
Episcopo Castellano semper nomen mansit. Vrsus Particiacus,
qui eum Episcopatum tertio tenuit loco, Ecclesiam
erexit, quæ nunc extat, dignam ciuitate & Episcope eam
Beatissimo Petro Apostolo dicauit; ibi perseuerauit donec
ætate nostra Nicolaus V. Pontifex Max. Patriarchali
titulo auxit: transtulit enim Gradensis Ecclesiæ dignitatem
in hanc Venetiarum Vrbem, suppresso vtroque titulo &
Gradensi, & Castellano. Primum † Venetiarum Patriar-* 7
*cham creauit Laurentium Iustinianum, qui viuens, moriensque
multis clarus miraculis. Translatio facta est
anno 1451. octauo Idus Octobris.* Hæc in d. historia.
Hic fuit ille B. Laurentius Iustinianus, Ordinis Cælestini,
vitæ sanctitate, miraculorum, & sinceræ eruditionis
gloria clarissimus, à quo † Congregatio 8
S. Georgij in Alga apud Venetiam initium sumpsit,
quem etiam parentem, ac fundatorem suum agnoscit
Congregatio eorundem Canonicorum S. Ioannis
Euangelistæ in nostro Lusitaniæ Regno, vt habetur
in eius officio recitando in dictis Congregationibus
ex indulto Clementis VIII. felicis record.
die 8. Ianuarij Aduertere tamen oportet in errorem
lapsos fuisse Ioan. Montaignum *in tract. de authoritate
magni consilij, n. 50.* & Alberic. de Rosate *in rub.
ff de statu hominum, num. 11. in vers. in Istria,* asserentes
Patriarcham Gradensem, vnum esse ex quatuor
præcipuis Orbis Patriarchis, quos vltra *l. 12. tit. 5.
part. 1.* & ibi Gregor. Lop. *in glos. verb. que se llamar Patriarchas,*
expressè reprehendunt Rodoan. *de simonia
mentali p. 1. c. 16. num. 5. & 6.* & post illum Dionys.
Paulus *d. c. 2. n. 31.* & colligitur ex adductis suprà *hoc
eod. tit. cap. 1. num. 1.* vbi ostendi ex communi ac recepta
Iurisconsultorum schola veros ac præcipuos
vniuersi

vniuersi Orbis Patriarchas post Romanum Pont. tantùm esse, Constantinopolitanum scilicet, Alexandrinum, Antiochenum, Hierosolymitanum.

Patriarchæ Indiarum, seu noui Orbis dignitas erecta fuit à felic. record. Paulo III. vt refert Gonzal. *ad reg.8. Cancel.gloss.41.num.14.in fine.* Et bis nostris temporibus creatus fuit Patriarcha Æthiopiæ Ioannes Nonius Barretus Lusitanus, vt refert Sebast.Cæs.*in relect.de ecclesiast.hierarchia,p.1.disp 4.p.3. num.2.* Et quatuor isti solùm retinent hodie Patriarchæ nomen, cæteri verò infra referendi Primates dicuntur, non Patriarchæ, eo vel maximè, quia primas tenent ciuitates. Gasp.Statius *de antiquit. Lusit. cap.64.num.7.* D.Acuña *ad cap.2.num.1.dist.99.*

9 De Bituricensi Patriarcha mentio fit *in cap.conquestus,9.q.3.* vbi apud Romanum Pont. querebatur Narbonensis Archiepiscopus, quòd Bituricensis tanquam Primas, & Patriarcha ipso inuito Clericos ad tribunal suum venire compelleret, vbi Nicolaus II. vocat Archiepiscopum Bituricensem Primatem, & Patriarcham, hoc est, primæ Sedis Episcopum, Alberic. *in rub.de statu hominum,col.vlt.* dicit Archiepiscopum Bituricensem esse Primatem in Prouincia Burdegalensi, Cardin. Alexand. *in cap. definimus. 22. dist.* Bituricensem ponit primum Patriarcham post quatuor antiquos Patriarchas. Nicol. Boër. *in addit. ad tract.de auctoritate, & praeminentia magni Consil. p. 1.num.14.* ait Bituricensem esse Primatem in Burdigalensi prouincia, & probat ex *cap.vlt.de maiorit. & obed. & cap.vlt.de dilation. & cap.vlt.de dol. & contum.* & esse Primatem in prouincia Narbonensi ex *d.cap. conquestus*, & habere sub se quatuor Metropolitanos, videlicet Burdegalensem, Narbonensem, Auxitanum, & Tholosanum; & vndecim, vel duodecim suffraganeos.

De Cantuariensi facit verbum glos. *verb. Archiepisc.in c.Cleros 22.dist.* & refert Illustriss. D. Rodericus à Cunha *in hist, Eccl. Episcop. Portugalens.p.1.c.6.pag. 73.in fine.* quod olim inter Archiepiscopos Cantuariensem, & Eboracensem super Primatiæ iure in Anglicano Regno magna fuerat contentio, & quòd pro Cantuariensi meliùs sentiebatur, licèt olim vsque ad annum 1447. Eboracensis Scotiæ Primatum obtinuerit, vt refert Lesli. *lib.8.de rebus Scotor.*

10 De Pisano Archiepiscopo quòd sit Primas, tradunt addit.margin. ad glos. *in cap. definimus 22. dist.* vbi Archid. & Domin. idem Domin. *in c.Cleros, n.20. in glos Primatibus dist. 28.* Præpos. *in cap. Concilia 5. Episcopos sub n.5 dist.* Turrect. *in cap.prouincia.vers sed insurgit quast. dist.99.* Cassan. *in catalogo gloria mundi p.4.consid.19.in fine.* Boër. *de ordine & praecedentia graduum p.1 n.13. & de auctoritate magni Consilij num.54.* Pauin. *de officio & potestate Capitals pral.6 n.13.* Calefat. *de equestri dignitate n.94.* Petr. Greg. *syntag. iuris lib.15.cap. 10. n.30. in fine.* Gig. *de resid. Episcoporum q.18.n.10.* Marc. Anton. Cuch. *inst. Iuris Canon. lib.1. tit.3.* Sbroz *de Vicario Episcopi lib.2.q. 3. n.24. & 25.* Anast. Germon. *d.cap.7.n.8.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel. glos. 41.n. 14.* D. Roderic. à Cunha *d. cap.6. pag.75.* Verùm, quia hac de re variant Doctores, non erit à proposito nostro alienum, vt aliquid de eo agamus, cùm in exquirenda sui Primatus ratione apud quosdam esset exorta dubitatio: pro cuius solutione à
11 primordiis repetentes aduertendum duximus † Pisanæ ciuitatis Episcopatum antiquissimum esse, Gaudentius enim Pisanus Episcopus *anno* 313. in Concilio penes Melchiadem Papam nominatur, & Landulpho Pisano Episcopo, eiusque successoribus
12 circiter *annum* 1078. † Gregor. VII. vices suas commisit in insula Corsica, & pro labore, quem primus in ea restituenda ad Romanæ Ecclesiæ dominium suscepit, medietatem, duobus verò eius successoribus quartam partem omnium redituum largitus est: arces tamen sub ditione Romanæ Ecclesiæ reseruauit, quorum custodes illis, si necessitas exegerit, vult obedire, vt constat ex *lib. 6. epist. Gregor. VII. epist. 12.* Postmodum Vrbanus II. *Constit.sua,* incip. *Vrbanus Episcopus, Dat. Beneuenti 3. Kal.Iunij ann. 1091. Pontificatus sui 4.* de præd. Gregorio VII. & de Landulpho Episcopo mentionem faciens, ita ait: *quia multis iamdudum obsequiis Pisanorum gloriosa nobilitas Romana sibi Ecclesiam fecit obnoxiam, prædictam insulam de consilio Clericorum Cardinalium, aliorumque fidelium Pisana Ecclesia commisit, & condonauit; ea conditione interfita, vt per annos singulos libras quinquaginta Lucana moneta Lateranensi Palatio persolueret.* Deinde *anno sequenti* 1092. idem Vrbanus alia sua Constit. sub Dat. Anagniæ per manus Ioannis S.R.E. Diaconi Card. Episcopum Pisanum in Archiepiscopum promouit, palliumque concessit, cum suppositione omnium Episcoporum Corsicæ, & vt in ea Metropolitanus, & in Sardinia Sedis Apost. Legatus cum perpetua successione existeret. Sed Calixtus II. quoad suppositionem Episcoporum Corsicæ instantibus Genuensibus factum Vrbani reuocauit. Insurgunt Pisani, & ab Honorio II. Genuensium spreta contradictione restitutionem obtinuerunt, vt constat ex Constit. ipsius Honorij Dat. Lateran. per manum Aimerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, & Cancellarij 12. *Kalend. Aug. ann.* 1126. Pontificatus sui secundo. Verùm, quia huius rei sumpta occasione bella inter Pisanos, & Genuenses mouebantur; vnde cædes, incendia, & multæ Christianorum captiuitates peccatis exigentibus oriebantur, Robertus Archiepiscopus Pisanus cessit Genuensibus tres Corsicæ Episcopatus, remanentibus sibi aliis tribus, scilicet Aleriensi, Aiacensi, & Sagonensi. Vnde Innocentius Secundus *ann.* 1187. in recompensationem trium subtractorum Episcopatuum Corsicæ, Balduino Pisano Archiepiscopo cum variis aliis priuilegiis ampliando concessit in iudicatu Galleciæ in Sardinia Episcopatus duos, scilicet Garellensem, & Ciuitatensem, & demum Episcopatum Populoniæ supponens eos Pisano Archiepiscopo tanquam eorum Metropolitano, & legationem Sardiniæ ab Vrbano II. concessam confirmauit, & Primatum super prouincia Turritana Sardiniæ dedit, quod & demum fuit confirmatum per Eugenium Tertium *ann.* 1146. & Adrianum Quartum *ann.* 1156. Et Alexander Tertius priuilegio suo Pontificali asseruato in archiuo publico reformationum ciuitatis Florentiæ *Dat. Anagn.* per manum Gratiani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi, & notarij 3. *Id. Aprilis ann.* 1167. Pontificatus sui septimo, ampliando concessit Vbaldo Pisano Archiepiscopo Primatum quoque præter turritanam prouinciam etiam super Calaritanam, & Alborensem in dicta insula Sardiniæ, & cætera per anteriores Pontifices data confirmauit; quod & postmodum fecit Lucius Tertius *an.* 1181. Vrbanus Tertius *ann.* 1186. Cælestinus Tertius *ann.* 1191. & Innocentius Tertius, *ann.* 1198. prout constat ex libro *ann.* 6. Epistolarum, qui asseruatur in bibliotheca Vaticana *epist.* 110. Turritano Archiepiscopo scribens post alia sic ait: *Absenti autem, vel alio tempore venienti* (scilicet Pisano *Archiepiscopo*) *non teneberis auctoritate legationis aliquatenus respondere, auctoritate verò Primatia non plus potest in prouincia Turritana, quàm Primatibus vniuersis cōcedunt Canonica sanctiones.* Similiter etiam Honorius Tertius *an.* 1217. scribens Archiepiscopis, & Epi

& Episcopis, ac oobilibus viris Turritan. & Galluteu.iudicibos, aliisque nobilibus per Sardiniam constituris, eosdem monet quatenus eidem Pisano Archiepiscopo io iis, quæ in prædicta terra sibi sunt ab Apostolica Sede tanquam Primati suo, & Apostolicæ Sedis Legato concessa, debitum honorem, & teoerentiam impendant, eiusqoe salubribus monitis curent deuotè, ac humiliter obedire, & habetur in libro primo Epistolarum Hooorij Tertij, qui asseruatur in Bibliotheca Vaticana *pag.* 215. Quibus priuilegiis, & concessionibus Pisani Archiepiscopi eniai suæ Primatiæ iure semper vsi fuerunt possessorios actus facientes, vt fecit Federicus Pisanua Archiepiscopus *ann.* 1265. qui Insulam Sardiniæ visitauit. Et Archiepiscopus Ioanoes *an.* 1302. qui Archiepiscopum Guattellinensem ex Sardinia citaoit. Et Pisanus Archiepiscopus, qui *an.* 1400. Ecclesiam S. Mariæ ex diœcesi Turritana contulit. Sed vltra litteras Apostolicas, & priuilegia supradicta, Rofredus Beneuentanos, qui vixit de *ann.* 1215. & viuua permásit etiam longo tempore post compilationem Decretalium Gregorij IX. cùm fuerit Aduocatus in causa Primatiæ, de qua *in c. fin. de dilation.* vt habet in suo opere *in tit. de iuribus, quæ competunt Prælate, n.* 2, dicit, quòd Archiepiscopus Pisanus est Primas Sardiniæ. Vide quæ post primam huios tract. impressionem diximus *in coll ad c. si diligenti ex n.* 3. *de præscript.*

13 Toletanum Archiepiscopum inter Patriarchas inferioris grados ponont Specul. *tit. de dispensat. §. sunt quoque, versic. & nota quod Primas*, Matth. Vgoni. *de præstantia Patriarchalis dignitatis tom.* 13. *tractatnum Doctorum pag. mihi* 284. Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 7. Filesac. *de sacra Episcop. auctor. cap* 9. §. 7. *fol.* 105. me citato *in hoc loco* Alzed. *de præcellentia Episc. dignit. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 42. Ve-
14 rùm † Toletanos Archiepiscopos non vt cæteroa inferioris gradus Patriarchas, sed plos vltra, & veluti veros, & primatios ex priuilegiis Summorom Pontificum sibi concessis habendos esse contendunt aliqui, præcipuè ex speciali indulto Martini Quinti, incip. *Martinus, Kalend. Aprilis anno Domini* 1422. & soi Pontificatus vndecitoo, qui prædecessorum suorum vestigia sequutos, declarauit Toletanum Archiepiscopum priuilegiis veris Patriarchis concessis frui, his verbis: *Necnon omnibus, & singulis prærogatiuis, priuilegiis, & insigniis. quæ dictis Patriarchis quomodolibet competere poterunt, vti & gaudere liberè licitéque posse.* Coius meminit Catholicus Rex Ioannes II. *in litteris ad Alphonsum Carthagenam Episcopum Burgensem missis anno Domini* 1448. vbi ita habetur: *El dicho Papa Martino V. constituio, & decernio, que el dicho Don Iuan Arcebispo de Toledo, y sus successores igualmente sin otra differentia pudiessen gozar, y gozassen de las insignias, y prerogatiuas, y priuilegios, que à los Patriarchas en qualquier maniera pueden competer*, &c. refert Garsia de Loaysa *in collectione Conciliorum Hispaniæ in decreto Gundemari Regis pag.* 296. Vnde apertè colligitur ex citatis verbis dicti indulti Toletano Archiepiscopo competere prioilegia quatuor veris Patriarchis concessa ex dictione
15 illa † *quomodolibet*, quæ vniuersalis est, & omnes casus comprehendit, omneque distribuit. Rebuff. *in comment. ad l. creditorum* 11. *vers quomodolibet ff. de verborum signific.* Cened. *practicarum, & canon. quæst. singul* 95. *n.* 3. & 5. Deinde etiam eidem Toletano competont vigore dicti indulti non solùm priuilegia, & prærogatiuæ dictis veris Patriarchis concessæ, sed etiam illæ, quas instar aliorum obtinebant, quia
16 † habens priuilegia ad instar alicuius priuilegiati, habet etiam illud priuilegium, quod priuilegiatus iostar alterios obtinet, Oldrad. *cons.* 300. Mandos. *in tract. de priuilegiis ad instar glos.* 11. *n.* 9. Suar. *de legibus lib.* 8. *c.* 15. *n.* 2. Illud tamen in præsentiarum aduertendum duximus, in omnibus priuilegiis Toletanæ Ecclesiæ concessis oppositam esse clausulam tacitè, vel expressè, *saluo iure Metropolitanorum*, &c. vnde constat (prout infra *c.* 8. *num.* 71. *cum sequentibus* probabimus) Summos Pontificea noluisse præiudicare iuri quæsito alteri Prælato, non ex priuilegio, sed de iure, antiquitate, & ratione habenti fundatam intentionem, prout habent Bracharenses Archiepiscopi soper primatia in Regnis Hispaniarum, *eodem cap.* 8. habetur, apertè ostendentea à principio nascentis Ecclesiæ, institutione S. Iacobi Apostoli Bracharensi in ciuitate Primatiam radices egisse, constituto in ea primo totius Hispaniæ Episcopo, constructa prima Ecclesia, & sancti Euaogelij prima habita prædicatione.

Ratio autem quare Toletanæ Ecclesiæ aliqua fuerunt à Summis Pontificibus concessa priuilegia,
ea est, quia † Toletum Vrbs Regia erat, & Regum 17
Gothorum Sedes, quorum precibos Summi Pont. Prælatos maximis gratiis decorarunt, quas prosequitur Francisc. de Pisa *en la historia de Toledo lib.* 4. *cap.* 17. ac aliis io locis: immo & ipsa Vrbs Toletana ob hoc dicebatur Romana, quasi secunda Roma in exaltatione, vt demonstrare videntur verba *lib.* 2. *in proœmio libri fori iudicum*, vbi dum agitur de Regis electione facienda in ciuitate Toletana, vel in ea, vbi prædecessoris mors contigisset, in hæc verba prorupit: *Doncas stablecemos, que de aqui adelante los Reges deban ser elegidos en la ciudad de Roma, ò en aquel lugar dendo murio el otro Rey, &c.* ex qoa obseruarunt Spin. *in speculo testament. glos.* 19. *princip. n.* 73. Molina *de primog. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 15. licèt prædicta verba (forsan meliùs) aliter legant, & intelligant Alphons. à Villadieg. *in scholiis ad eand. l.* 2. *n.* 19. Molin. *in annot. ad d. cap.* 2. *n.* 1. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 13. *n.* 51. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *c.* 18. *n.* 254. Deinde id ipsum videtur deduci ex verbis fori de Sobrarbe, ibi, *El Rey en Roma, ò en ciudad Metropolitana de Arcobispo; ò Catredral de Obispo*, vt refert Ambros. de Morales *in compendio generalis historia lib.* 13. *cap.* 2.

Denique id ipsom colligi videtur ex vita sancti 18
Ildefonsi apud Surium *tom.* 1. *die vigesima tertia Ianuarij*, vbi quatenus ostenditur D. Ildephonsum Archiepiscopum electum fuisse, & Toletanam Sedem incomparabili sanctitate, simul atque eximia doctrina illustrasse, sic dicitur: *Deinde post multum tempus decedente S. Eugenio Regalia violentia Toletum deducitur, atque ibidem Pontifex subrogatus, cuius statim virtus enucleata in sede Romulea refulsit, & veluti facula ignea ardens omnem Hesperiã perlustrauit.* Hinc etiam, quia Roma, Vrbs Regia dicebatur, *l. si duas* 6. §. *hoc amplius ff. de excus. tutorum*, vbi dum Modestinus doceret Romæ philosophantes munerum tutelarum excusationem habere, huius exemptionis rationem reddens, sic ait: *Quorum sanctioni illam potest quis rationem afferre, quòd cum communis sit & existimetur patria Regia Vrbs, æquum est eum, qui in sua patria se vtilem præbeat, ac immunitate frui*, vbi docet glos. *verb. Roma*, glos. etiam *verb. anterior, in authen. vt Ecclesia Romana cent. an. gaudeat præscr. collat.* 1. quem titulum Toletana ciuitas à Romana motuata fuerat, dum Regia ciuitas nominari incœpit, vt ad aliod propositum annotaoit Balthasar de Amescua *de potestate in se ipsum lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 23. *vers. hinc interpretatur, cum num. seq.*

Verùm licet prædicti Archiepiscopi lato modo 19
Patriarchæ nuncupari possint, strictè tamen tantùm sunt Primates, Aquileensi, & Gradensi exceptis.

Quare

Quare in Occidenti absqoe vllo dubio, & contentione Primates appellantur, videlicet in Polonia Gnesuensis, in Vngaria Strigonensis, in Germania olim Magdeburgensis, hodie Salseburgensis, in Hibernia Atmacanus, in Africa Catthaginensis; refert Illustriss. D. Roderic. à Cunha *in historia ecclesiast. Episcop. Portugalens. p. 1. c. 6. pag. 73. vers. as Primares.* In Gallia verò, & Hispania non constat qui sine lite Primates extent: nam quoad Gallos in prouincia Aquitaniæ inter Archiepiscopos Bituticensem, & Bordegaleosem, contentio magna extat, cuius meminit D. Roderic. à Cunh. *vbi suprà*, & de Bituricensi diximus *n. 9.* In prouincia Senonensi eiosdem Regni lis quoqoe pendet supet eodem Primatiæ iure ioter Archiepiscopos Lugdunensem, & Senooensem, cuius etiam meminit idem D. Roderic. à Cunha *citato loco pag.* 74. In Italia an Primas sit Archiepiscopus Pisanus dixi suprà *num.* 10. In Hispania antiqua controuersia est inter Bracharensem, & Toletanum Archiepiscopos, sed quis eorum meliùs ius foueat, ex professo tractaui infrà hoc *tit. 3 cap. seq.*

Capvt VIII.

De Primatu sanctæ Ecclesiæ Bracharensis in tota Hispania, & eius mirabili erectione.

Svmmarivm.

1 *Origo & principia cuiusque rei in primis sunt exponenda, vt quo tempore clari, aut obscuri nominis fuerint sine fraude pateat.*

2 *Nihil maiori encomio extollitur in populis, quàm originem antiquam eis prabere.*

3 *Interamnensis Regio, Duriminea appellata, quod Durio & Minio fluminibus intercluditur amœnitate celeberrima.*

4 *Romani prope Limam fluuium castra ponentes illum Lethem dixerunt, quod ibi securos latices & longa patriæ potauerint oblinia.*

5 *Brachara à Carthaginensibus illic appulsis, & ab Humilione relictis initium sumpsit, a fluuio Africæ, Bragada, cognominata.*

6 *Augusta titulo ab Augusto Imperatore sibi imposito Brachara cohonestata fuit.*

7 *Brachara diues appellabatur ex magnitudine, & antiquissima negociatione.*

8 *Brachara habuit vnum è septem conuentibus iuridicis Hispaniæ.*

9 *Flamines, protoflamines, archiflamines in iuridicis conuentibus ad sua sacrificia peragenda Ethnici soliti erant constituere.*

10 *S. Petrus Apostolus in vrbibus, in quibus apud Ethnicos erans primi eorum flamines, & prima iudiciaria potestas, instituis, vt Primates praessent.*

11 *Bracharensis ciuitas caput Prouinciæ iuridico conuentu ornata Archiepiscopalem dignitatem cum titulo primæ Sedi, secundum dignitatum gradus à S. Petro constitutos adepta est.*

12 *Brachara descriptio Georgy Brauny refertur.*

13 *Bracharensis Senatus ex longissima consuetudine initium sumpsit.*

14 *Bracharenses suffraganei qui.*

15 *Vicarios quinque in quinque diœcesis prouinciis triennales creat Bracharensis Archiepiscopus.*

16 *Bracharensis Archiepiscopus temporalem habet iurisdictionem circa omnes iudices annuos, decuriones, magistratus, & scribas.*

17 *Causa ciuiles quantumcunque graues in amplissimo Bracharensi Senatu sine vlla appellatione concluduntur, criminales verò per appellationem ad Regiam iurisdictionem deferuntur.*

18 *Laudantur DD. Senatores Bracharenses.*

19 *Sedes Ecclesiæ potior debetur priori in Fide recipienda.*

20 *Apostoli potiori ac sublimiori gradu, & pramio gloriæ fruuntur, quia priores in Fide recipienda extiterunt.*

21 *D. Petrus primus Bracharen. Episcopus diuinitus creatus à S. Iacobo Apost. qui multis iam seculis defunctus fuerat, & ad tam praclarum munus obeundum à mortuis suscitatus.*

22 *Fragmentum quoddam S. Athanasij refertur.*

23 *Discipuli, quos S. Iacobus in Hispania habuit, nominantur.*

24 *D. Petrus primus Brachar. Episcopus, quem S. Iacobus suscitauit, vt eum in Bracharensi sede collocaret, fuit Antiquus Propheta, cui nomẽ Samuel, vel Malachia, filius Vria Propheta, de quo Hier. c. 26.*

25 *Samuel hic venit cum transmigratis in Hispaniam duce Nabucocordan, vel Pyrrho Hispaniarum prafecto ante aduentum D. Iacobi 614. annis.*

26 *Petrus Discipulos instituit.*

27 *S. Iacobus cum in Hispaniam appropinquauit primam Fidei plantationem in Gallecia prouincia fecit, quam postea post obitum suum ad sui corporis depositionem elegit.*

28 *Historia Compostellana attestans de miraculosa nauigy delatione ad Iriensem portum cum corpore S. Iacobi, refertur.*

29 *Doctores referuntur de aduentu S. Iacobi in Hispaniam attestantes.*

30 *Christus Dominus passus est completis 33. annis, tribus mensibus, & aliquibus diebus.*

31 *S. Iacobus Apostolus in Hispaniam venit tribus, vel quatuor annis post Christi passionem, antequam cateri Apost. diuiderentur.*

32 *S. Iacobus primùm ad Iriensem portum in Gallecia appulit, ibique instituit primum Episcopum Brachara S. Petrum.*

33 *S. Iacobus ad Hierosolymam rediens ibi Martyrij palmam consequutus fuit an. 44. quo etiam Beatus Petrus, quem primum Brachara Episcopum reliquerat, passus est.*

34 *Dies martyrij Beati Petri fuit 26. Aprilis.*

35 *S. Iacobi martyrij dies 25. Martij solemnis fuit, qua & Christus carnem humanam suscepis, & passus est, & ideò transfertur in diem 25. Iuly, quia ea die inuentum fuit eius corpus.*

36 *Dies vinculorum S. Petri Apost. non celebratur eo die, quo accidit, propter solemnitatem Paschatis, in quo euenit, sed die primo Augusti, quo catena Romam sins adducta.*

37 *Brachara primam S. Euangelij pradicationem, primum Episcopum, primámque totius Hispania Ecclesiam ex S. Iacobi iussu obtinuit.*

38 *S. Iacobus peragrata Gallecia parte, relictóque Petro Bracharensi Episcopo, cum iam ad Hierosolymam rediret, Aragonia regnum petiuit, vbi in Casaraugustana ciuitate Beatissima Virgo adhuc in carne viuens illi apparuit.*

39 *Casaraugustana ciuitas primam Hispania Ecclesiam in honorem Beatissima Virginis adhuc viua obtinere meruit: Brachara verò in honorem ipsiusmet Christi Domini, ac Beati Petri Apost. adhuc viui Ecclesiam constructam prius obtinuit.*

40 *S. Petrus primus Brachara Episcopus martyrij palmam consequutus fuit ann. Christi 44.*

41 *S. Basilius secundus Brachara Episc. passus est an. 58.*

42 S.

41 *S. Ouidius tertius Bracharæ Episc. passus est an. 65.*
43 *S. Eugenius primus Toletanæ Ecclesiæ Episcopus à quo sit constitutus, non inuenitur.*
44 *S. Eugenius antequam in primum Toletanæ Ecclesiæ Episcopum crearetur an. 94. vel 95. mittitur à Clem. Summo Pont. post Petrum IV. in Galliam ad Euangelium prædicandum.*
45 *Valdesius in annorum computatione decipitur.*
46 *S. Eugenius primus Toletanæ Ecclesiæ Episcopus secundum veriorem relationem martyrio coronatur ann. 97.*
47 *Reprobatur opinio dicentium tempore tantum Sueuorum Regum Primatiam in Bracharensi Ecclesia constitisse.*
48 *Primatiæ ius Bracharensi Ecclesiæ inest ex institutione sancti Iacobi.*
49 *Secularis potestas ad Ecclesiæ iura non potest manum adhibere.*
50 *Felix Bracharæ Archiepiscopus in inuasione Maurorum cum 27. viris passus est.*
51 *Bracharensis Ecclesia non in totum Prælatis caruit illis temporibus, quibus Saraceni Hispaniam occuparunt.*
52 *De Argemiro Archiepiscopo Bracharen. mentio fit circa an. 863.*
53 *De Hero Archiepiscopo Bracharen. mentio fit circa an. 980.*
54 *Bracharensis Ecclesia licet Maurorum inuasionibus Pastore aliquando caruisset, in pristinum postea decus restituta, iacentem, ac pene dormientem statum reassumpsit, quasi postliminio reuersa ad Primitialem dignitatem.*
55 *Concilium primum Bracharens. celebratum fuit anno post Christum natum 411.*
56 *Concilium secundum Bracharense celebratum fuit in Vrbe Lucensi an. Domini 569.*
57 *Concilium Toletanum quod pro primo habetur tom. 1. Conciliorum celebratum fuit an. 450.*
58 *Regum, summorúmque secularium causa ex Regis consultatione in Conciliis solebant tractari.*
59 *Gothorum Reges in prouincialibus & nationalibus Conciliis præsentes erant.*
60 *Concilia Toleti celebrata, dum Reges in ea sedē habebant, congregata erant ad ipsorum supplicationem, & per eos solum inuitati conueniebant Episcopi.*
61 *Dignitas maior in superscriptione, & prima voce dignoscitur.*
62 *Dextera pars nobilior est.*
63 *Dignitatem maiorem non semper arguit ad dexteram, vel sinistram sedere.*
64 *Episcopi vbi se subscribunt nomine prouinciæ, quam sustinent, nationis, & prouinciæ attenditur dignitas, & nobilitas.*
65 *Episcopi frequentiùs in Conciliis sedem secundum antiquitatem consecrationis vniuscuiusque.*
66 *Episcopi secundum suæ consecrationis antiquitatem scripserunt, & sederunt in Concilio Trid.*
67 *Bracharensis Archiepiscopus cur aliquando ad Hispalensem Ecclesiam translatus fuerit? ostenditur.*
68 *Priuilegia si quæ sunt Primatiæ ius alicui Prælato concedentia, non operantur in tertij præiudicium.*
69 *Primatiam Hispaniarum Toletanæ Ecclesiæ de iure competere putauerunt summi Pont.*
70 *Priuilegium, seu gratia precibus non veris ipso iure sunt nulla.*
71 *Priuilegium concessum à summo Pont. intelligitur sine tertij præiudicio.*
72 *Confirmatio est iuris quæsiti corroboratio.*
73 *Confirmatio nouum ius non tribuit, sed quod antea erat conseruat.*
74 *Nullum quod est confirmari non potest.*
75 *Confirmatio ex certa scientia an actum nullum confirmet? ostenditur.*
76 *Confirmatio ex certa scientia illa dicitur, in qua insertus est tenor rei confirmatæ.*
77 *Confirmatio ex certa scientia in tertij præiudicium nihil operatur.*
78 *Primatiæ contentio inter Archiepiscopos Bracharensem, & Toletanum, à quo tempore incœpit? ostenditur.*
79 *Bracharensis Ecclesia cur suum Primatiæ ius non fuit prosequuta? ostenditur.*
80 *Res omnis ad vltimum statum reduci debet.*
81 *Vltimus rei status in beneficialibus inspici debet.*
82 *D. Fr. Bartholomæus à martyribus Bracharensis Archiepiscopus eminenti virtute, & spectato fide insignis Primatiali cruce erecta per Toletanam ciuitatem liberè deambulauit.*
83 *D. Fr. Alexius de Meneses Bracharensis Archiepiscopus Primatiali Cruce Matritij sepultus.*
84 *D. Alphonsus Hurtado de Mendoza vigilantissimus Bracharensis Ecclesiæ Antistes coram Rege Catholico Philippo III. Vlyssipone Primatus sui ius defendit.*
85 *Illustrissimus D. D. Sebastianus de Mattos de Noronha suæ Ecclesiæ ius acerrimè defendit.*

SI vera est Iurisconsulti regula *in l. 2. ff.* 1
de origine iuris, & in l. 1. ff. de verbor.
signific. quòd in quibusque rebus princi-
pia maximè sunt spectanda tanquam
quæ cuiusque rei potissima pars sint, veriosa in his
certè dicenda puto, quæ sub vetustatis inuolucris
magis sunt implexa, ideo omnes qui gentis, aut po-
puli dignitatem explicare student, exponere impri-
mis eius originem, ac principia debeat, vt quo tem-
pore clari, aut obscuri nominis fuerint sine fraude
pateat. † Nihil enim maiori encomio extollitur in 2
populis, quàm originem antiquam eis præbere, vt
Vlpianus eloquens Iureconsultus *in l. 1. ff. de censi-*
bus, Syriam patriam ea laude exornat, *nobilis regio-*
nibus, ferè seculorum antiquissima. Arcades igitur se
sole, Luna, ac astris priores gloriabantur, ex Statio
lib. 4. Thebaidos,

Arcades hinc veteres astris, Lunáque priores.

Plura narrat in hoc propositum Tiraquel. *de nobili-*
tate cap. 19. num. 22. & Plinius *lib. 8. epistolarum ad*
Maximum, ita eleganter exprimit. Reuerere gloriam
veterem, & hanc ipsam senectutem, quæ in homine
venerabilis, in vrbibus sacra est. Et cùm plures affer-
re possem, qui pro re sibi proposita principia semper
altiùs petiuêre, ne tamen longè à semita discedere
videar, cùm præcipuè quibusuis sint obuia, Inten-
dens Bracharensis Ecclesiæ cum cæteris Hispania-
rum relationem repræsentare, non dignum solùm,
sed necessarium duxit illius initia repetere, & vt à
loco incipiam, rei natura expostulare videtur.

In amœniori Regni Portugaliæ parte sita est In- 3
teramnensis prouincia, quā Durimineā appellamus,
quod Durio, & Minio fluminibus intercluditur loci
amœnitate celeberrima. † Domitores enim orbis 4
Romani cum ad Lusitaniam oppugnandam veni-
rent Minio superato ante Bracharense territorium
quatuor leucis, prope Limam fluuium castra posue-
runt, loci amœnitate capti, singulaque per otium
contemplantes per Eliseos campos & vitera Poëta-
rum figmentis celeberrima spatiari crediderunt, Le-
them dixerunt fluuium, quod ibi securos latices, &
longa patriæ potauerint obliuia; si aduenæ magna
Orbis parte peragrata Interamnensi regioni terra-
sum

rum principatum Romæ obliti detulerunt, cur ergo Romæ habitans, nunquam meæ patriæ oblitus, eius honorem, laudes, & encomia verbis, & scriptis non proferam? Primam refero tibi Brachara sortem, quæ, si ad primæuam Hispaniarum sortem spectemus, tantùm alias inter caput euehis vrbes, quantum lenta solent inter viburna cupressi. Non sum adeò inurbanus, vt non videam & agnoscam quantum me felicem reddiderit hæc Curia, quæ albo semper erit signanda calculo, ne vllo vnquam tempore à memoria dilabatur: illud vero rogabo Superos, à quibus hoc mihi munus ex Dei gratia oblatum credo, vt prospero cursu ad finem ducant, quæ tam feliciter auspicantur, nec imperfecto itinere destituant, quem semel placido lumine conspexerunt.

De hac Interamnensi Prouincia, vt aliis omissis hoc loco verba faciam, quid referam? quæ etsi angustis finibus, videlicet quinquaginta quatuor milliariis longitudine, triginta & sex latitudine circunscripta sit, rerum tamen splendore & varietate longè latéque patere notum sit iis, qui eam oculis perlustrarunt: in qua Collegiatæ quinque, præter centum & quadraginta monasteria diuersorum Ordinum ditissima, & alias Ecclesias, quas Parochiales appellamus, quæ 1460. numerum excedunt suis Baptisteriis adauctæ: amœnitatem verò non obscuro vocis testimonio arguunt illi fontium perennium 25000. gratissimi decursus. Sunt & flumina, portus maritimi, pontes elegantissimo lapide constructi, maxima aëris temperies, & omnium rerum fertilitas, ac fœcunditas, & alia multa, quæ cùm ad rem nostram hoc in loco non spectent, nequaquam possunt recenseri, licèt patrius amor nihil intactum relinquere, & omnia libenter prosequi voluisset, cùm omnium societatum nulla sit arctior, nulla sanctior, quàm ea, quæ cùm patria vnicuique nostrum est, vt ait Cicero. Quod grauissimi viri magno, & exacto iudicio apud se meditantes re & consilio eam adiuuare non destiterunt, quod Aristides Atheniensis opere illo egregio comprobauit, qui adhuc exulans in patriam reuersus præclarissimam victoriam in bello contra Xerxem reportauit. Non absimile illud Camilli, qui exulans apud Ardeates, cùm Galli hac Vrbe incensa Capitolium obsiderent, collectu tumultuario exercitu in eos iuit, & suos ciues obsidione liberauit.

Mihi in hac Interamnensi Prouincia ex optimis, piisque parentibus nasci contigit; nam pater meus Licentiatus Emmanuel Barbosa, nonagesimum circiter annum nunc agens, ibi est magna erga Deum pietate, & vitæ integritate memorabilis, qui ob insignes animi sui dotes, rectitudinem, & summam in vtroque iure, ac politioribus litteris peritiam à Philippo Hispaniarum Rege Secundo in prædicta prouincia Aduocatus Regius constitutus fuit, quo in munere obeundo, atque aliis arduis negotiis sibi commissis cum summa integritate, & doctrinæ laude versatus apud studiosos, & insignes viros non vulgarem sibi virtutis, & eruditionis formam comparauit. Testes sunt duo illi libri in Ordinationes Regias Lusitanorum mea opera & diligentia in lucem editi. Testis vnus pro millibus est perillustris Dominus Senator Regius meritissimus Doctor Gabriel Pereira à Castro nostræ Lusitanicæ gentis decus, & ornamentum illius quondam celeberrimi iurisconsulti, Regij pariter Senatoris nobilissimi D. Francisci de Caldas Pereira, & Castro filius, in suis eruditissimis decisionibus *tom. 1. decis. 83.* Ex filiis ego natu maior, qui dum pusillus puer, & in cunabulis penè versans Lusitano occultato idiomate Latinam didici linguam. Fuerunt & alij filij, quorum vnum pius parens Beatissimæ Virginis Montis Carmeli, alterum Sanctissimæ Trinitatis religionibus, tanquam suorum fructuum primitias obtulit, qui adhuc iuuenes in Philosophis, & sacra Theologia de se multa, & grauia indies pollicentur. Inter quos prætereundus non est Doctor Simon Vaz Barbosa, in Conimbricensi Academia Artium Magister, & publicus Baccalaureorum, & Licentiatorum eiusdem facultatis examinator, quem, vt eius opera, & diligentia in meis operibus conscribendis vsus fuissem, in hanc curiam socium elegi. Restabat & soror vna, non solùm nobis fratribus, cæterisque propinquis, sed etiam omnibus matronis incõparabili virtute, singulari prudentia, & morum grauitate conspicua, nupsit nobilissimo viro Philippo Vieira Pinto, Christi Cruce insignito, filio Doctoris Hieronymi Vieira Pinto Senatoris Regij, & triumuiri ciuitatis Vlyssiponensis gubernandæ. Habuit & parens meus sub eius tutela sorores duas, quarum vna nupsit Excell. D. Diadaco Correa de Lacerda, filio Antonij Pereira Correa Ordinis Domini nostri Iesu Christi Commendatoris, & domini oppidi de Farelaes, cuius ex vtraque latere nobilitas cùm omnibus nota sit, non eget commendatione; altera verò nupsit Cosmo Machado de Miranda ex vtroque etiam latere nobili Lusitano. Extitit & alius Emmanuel Barbosa proauus meus, & parentis auus ciuis Bracharensis, & Medicus Regius, qui valebat plurimum gratia apud Infantem Henricum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, qui postea fuit Rex, cuius erat cliens: huius filius fuit Doctor Antonius Barbosa eiusdem Cardinalis Henrici intimus Cubicularius, & Portugaliæ Regni Chirurgicus maior, viri omnes ex nobilibus Cardosorum Auerij, & Brauiorum Asturicæ Augustæ familiis originem trahentes. Fuerunt & viri alij (exceptis Barbosis ob eorum singularia scripta vbique notis) in nostra familia litteris insignes, quorum vnum, ne longior fiam, ætatis nostræ in medium proferam, Doctorem scilicet Franciscum Rebello Dazeuedo parentis mei sobrinum, quem tantis augmentis fortuna extulit, vt intra breuem temporis cursum in Conimbricensi Academia Iuris Pontificij eximius Professor, ac publicus Magister extitisset, deinde Doctoralis Canonicus in Metropolitanæ Vlyssiponensi, cuius fuit Apostolico Munere gubernator, hinc ad supremum supplicationis Regium Senatum translatus, postea Regij Palatij Senator, & à consiliis Regiæ Maiestatis creatus fuit, nimirum, vt quot nostræ Lusitaniæ sunt partes, totidem faceret monimenta virturis suæ, cuius immatura mors maximum nobis reliquit sui desiderium. Ex materna parte à nobilibus ciuibus Portugalensis ciuitatis in Regno secundæ originem in qua auus, ac proauus meus nobilia Reip. officia obierunt; & hac tempestate matris meæ patrueles fratres consules extiterunt, ac Confraternitatis Sanctæ Misericordiæ Gubernatores, ad quæ officia ex Regiis litteris nonnisi nobilitate insigniores illius S. Confraternitatis voce eliguntur. Extat & matris meæ germanus frater patritius in libris Regum inter nobiliores descriptus, Christi insigne gestans. De illo demum gratias Deo referens gloriari oportet, quòd nullus extiterit ex parentibus, auis, atauis, & proauis meis, & plus vltra, vbi memoria hominum, vel scripturarum monumenta peruenire possunt, qui infamia laboraret, mechanicam artem exerceret, aut contra Diuinam, vel humanam maiestatem crimen vllum committeret.

In hac Interamnensi Prouincia, quam prædict

Maiores mei coluerunt,ſita eſt Barcharenſis ciuitas, quæ à Carthagioenſibus illic appulſis, & ab Himilione relictis initium ſumpſit, & noo à Gallis Celtis, vt Florianus Campenſis automat *in Chronica Hiſpaniæ, lib. 3. cap. 57.* & Garibai *lib. 5. c. 10.* à fluuio Africæ Bragada cognominata, teſte Ario Barboſa Luſitano *in ſuis poematibus*, & Auguſtino Pacenſi *in vita S. Petri martyris*, ac Bernardo de Britto *in monarchia Luſitana, lib. 2. cap. 6.* Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *in histor. eccleſiaſt. Archiepiſc. Bracharenſ. part. 1. cap. 1. num. 5.*

6 Auguſtæ titulo ab Auguſto Imperatore ſibi impoſito Bracharam cohoneſtatam memioit Plinius *lib. 4. c. 20.* & latè alios citans tradit Bernardus de Britto *in monarchia Luſitana,p. 1. lib.4. c. 28.* vbi alia notanda adducit.Et faciunt fidem plures inſcriptiones lapideæ, quæ in ipſa vrbe reperiuntur, de quibus meminere Ambroſius Morales Hiſpanus hiſtoriographus *in deſcript. Hiſpaniæ cap. 24.* Elias Vinetus *in annotatioa ad Auſonij vrbes*,vbi de Hiſpali agit *num.*104. Doctor Bernard. de Britto *p. 2. lib. 5. cap. 9. 11. & 13.*

7 Diuitem Bracharum ex antiquiſſima negotiatione, & magnitudine appellat Auſonius illo carmine,

Quaque ſinu pelagi iactat ſe Brachara diues.

Diuitem vocat ex mercibus ad portum ſuum exportatis, quia ager Bracharenſis, quem vulgò terminum, vel territorium appellant,extendebatur vſque ad mare, quod nunc diſtat ab vrbe plus viginti milliaria, multique Bracharæ ea de cauſa negotiabantur, vt refert Ælias Vinetus *ad dictum locum Auſonij*, vbi ait ſe extra vrbem fragmentum lapidis reperiiſſe cum inſcriptione ſequenti: *Ciues Romani, qui negotiantur Brachara Auguſta.* Non enim oouum eſt ſi ciuitas hæc noua baſilica mercium paucis ab hinc annis à gubernatoribus ſuis erecta mercatorum copia frequentètur, & in dies vberiores radices agat, & omnium ad vitam neceſſariorum copia abundet.

8 Vnum è ſeptem conuentibus iuridicis Prouinciæ Hiſpaniæ habuiſſe refert Plioius iunior *naturalis historia lib.3.cap.3. Nunc*,inqoit, *vniuerſa prouincia diuiditur in conuentus ſeptem,Carthaginenſem, Tarraconenſem, Caſaraugustanum, Clunienſem, Aſturum, Lucenſem,Bracharum*; ſunt autem nomina harum vrbium volgari idiomate, *Carthagena, Tarragona, Caragoça de Aragaoa,Corunna,Aſtorga, Lugo,Braga.* In his iuridicis conuentibus Ethnici ad ſua ſacrificia peta-
9 genda † flamines, protoflamines, & archiflaminea ſoliti erant conſtituere, teſte D.Iſidoro *etymolog. lib. 7.cap.12.*relato *in cap.1.& 2.diſt.21.*

10 Pro ſingulis prælationis ac dignitatum gradibus D.Petrus Apoſtolus vrbes & loca conſtituit,itavt in his,in quibus apud Ethnicos erant primi eorum flamines, & prima iudiciaria poteſtas, ſcilicet Rectores prouinciarum, Proconſules, eorumque Legati, præeſſent Primates: io iis verò,in quibus erant archiflamines, eſſent Archiepiſcopi, in ſingulis verò reliquis cioitatibus præeſſent Epiſcopi, vt refert Clemens Papa *in cap. in illis 80. diſt.* & Aoacletus
11 *in cap. 1. 99. diſt.* Cùm ergo † Bracharenſis ciuitas caput Prouinciæ iuridico conuentu ornata fuiſſet, iuxta auctoritatẽ Plinij ſuprà relatam, Archiepiſcopalem dignitatem cum titulo primæ Sedis ſecundùm dignitatem gradus à Diuo Petro conſtitutos optimo iure adepta eſt,illo ſcilicet tempore, quo nulla alia in Hiſpania erecta erat Eccleſia,quæ cum Bracharenſi de primatia contendere poſſet, provt latè probat Doct. Bernardus de Britto *in monarchia Luſitana,part.2.lib.6.cap.5.*

In deſcriptione Bracharæ Auguſtæ Georgius 12
Braunius Agrippinas *in theatro Vrbium præcipuarum mundi*,ſic ait. *Bracharam vnam de antiquioribus Hiſpaniæ vrbibus à Gallis Celtis cognomento Brachatis fuiſſe conditam fama eſt anno ante virgineum partum 290. Hanc annorum 40.obſidione tandem expugnatam ſub ſua ditione annis ferè quingentis Romani tenuere,cui & Auguſta nomen indiderunt. Fuit in illa vrbe primus iuridicus conuentus,vnus è ſeptem citerioris Hiſpaniæ,veteri more, inſtitutoque Romano: vnde auctore Plinio vrbes quatuor & viginti ius petere conſueuerant. Hinc ab Antonio Pio quinque itinera militaria in varias Hiſpaniæ partes deſcribuntur. Illam vrbem Auſonius poëta diuitem, atque opibus florentem vocat. Sed & priſcis Maiorum annalibus præſcriptum extat Regum Sueuorum antiquam Sedem fuiſſe Bracharam annos 70. ſupra centum; & ſub Gothis annis 127. floruiſſe, quam & Alphonſus huius nominis primus cognomento Catholicus Hiſpaniarũ Rex primam ante omnes Hiſpaniæ Metropolitanas vrbes ex Saracenorum tyrannide in priſtinam libertatem vindicauit ann. 740.Illic Regum Portugaliæ primus ſator Henricus Comes (Guidonis Comitis Vernobenſis,& Brionenſis filius) Alphonſi Henrici primi Luſitaniæ regis pater,in templo maximo,quod ipſe erexerat, ſepultus eſt. Sed longè maius vbi decus è rebus ſacris accedit. Nam Chriſti* Opt. Max. *Fidem complexa eſt D.Petro S.Iacobi Maioris diſcipulo prædicante vix poſt annum decimum, quo idem Dominus ſubacta morte in cœlum victor aſcenderat. Colit igitur Brachara, vt patronum eundem D.Petrum Martyrem ſuum primum Archipræſulem, vnà cum tribus aliis ſuis iisdem ſacris Paſtoribus, Martino, Fructuoſo,& Gerardo, quibus veluti quatuor columnis Bracharenſis Eccleſia fulcitur, & fulget. Multum ſanguinis olim pro Chriſto effudit, diues octo ſanctorum corporibus, aliiſque innumeris reliquiis, ornata templis, nobilitata Patrum Conciliis, decorata ſodalitiis ritè inſtitutis,totius Hiſpaniæ Primatum antiquiſſimo iure ſibi vendicat, qua de re cum Toletana Sede vetus ei lis eſt,& contentio*, cuios meminit Honor. III. *in cap. coram, de in integr. reſtitut. quæ tamen lis ab eiuſdem Pont. Max. tempore, ad noſtram vſque ætatem ſilet. Poſita eſt Brachara in ea parte Regni Portugaliæ, quæ Regio interamnis dicitur, à duobus, quibus clauditur, Durio, & Minio memorabilibus fluuiis; eſt in quinto climate gradus habens longitudinis ſex, latitudinis duos,& quadraginta ac ſemis, diſtátque ab Oceano quinque leucas, ciuitas pleno iure ſuo Archiepiſcopo paret, ſiue ſpiritualem iuriſdictionem ſpectes, ſiue temporalem, multò quondam frequentior, nunc incolatum numerat ad duo millia: fruitur magna cœli, aeriſque clementia, inſigni agrorum vbertate, & amœnitate quod ei beneficium commune eſt, cum hac tota Regione Interamni.* Hæc Georgius Braunius *d. loco.*

Cuius Braunij diſcriptioni addendum duxi, Bra- 13
charenſem Archiepiſcopum ex longiſſima quadam conſuetudine, cuius initium loogè ab hominum memoria diſtat, cauſarum ciuilium, & criminaliom Senatum ſemper habuiſſe, quem nooem Senatores com congrua portione viri docti & probi exornant, qui lites & peoè innumerata negotia pro grandi Patriarchatum nomero expediunt: hunc Senatum,
ſiue relationis domum † quatuor Suffraganei Co- 14
nimbricenſis, Viſenſis, Portoenſis, & Mirandenſis Epiſcopi per appellationes agnoſcunt, & ſemper caſus occurruur grauiſſimi: ideo munua hoc perſpectæ virtutis, ac maturi conſilij, viris commendator.

Præter iſtos alios quinque Senatores inferiores, 15
quos vicarios appellamus,in quinq; diœceſis prouinciis triennales creat de more, inſtitutóqoe antiquo illuſtr. Bracharenſis Archiepiſcopus, quorum

ſinguli

singuli cum certo scribarum, & apparitorum numero pro tribunali sedentes suum vicariale munus egregiè præstant, suam vnusquisque prouinciam annua visitatione perlustrat, atque in id præcipuè insudat, vt omnium animæ à vitiis expientur; ab his vniuersæ lites, ad Curiam Bracharensem per appellationem deferuntur.

16 Habet & temporalem iurisdictionem Bracharense tribunal amplissimam, in quo quamplures aduocari multo rerum vsu, & experientia prædìti, & iurisconsultissimi, qui omnes in tam vasta forésium negotiorum mole Primatem haud segniter adiuuât. Ad hæc creat & remouet omnes iudices annuos, magistratus, scribas vtriusque fori. Decuriones item & Consiliatos tam in Bracharensi ciuitate, quàm in tredecim oppidis asyli titulo decoratis (*coutos* nostro idiomate vocamus) in quibus temporalem iurisdictionem habent Primates nullius imperio obnoxiam; quorum officia ad Primatis obitum expirant.

17 Causæ ciuiles quantumuis graues in amplissimo Bracharensi Senatu sine vlla appellatione concluduntur; criminales item in prima tantum instantia illic deciduntur, & appellationes in finali ad Regiam iurisdictionem deferuntur. Causæ verò omnes tredecim asylorum illic etiam per appellationem terminantur, quia in illis merum, & mixtum imperium habent Primates, sicut & ipse Rex in suis. †

18 Quapropter hac nostra tempestate Illustrissimus Dominus Alphonsus Furato de Mendoza meritissimus Bracharensis Archiepiscopus viros omnigenæ litteraturæ, memorandæ, & incorruptæ virtutis ac prouidæ eruditionis ad hunc amplissimum Senatum selegit, ex quibus viua apud nostros permanebit memoria Doctoris Ioannis Peixotij à Sousa, Iuris vtriusque consultissimi, cuius eximia doctrina, & exacta prudentia, postquam illum in generalem Archiepiscopatus Eboren. Vicarium elegit, ad amplissimum Bracharensem Senatum Cancellarij Maximi dignitate omnium ore, & assensu transtulit. Alter adest meritissimus Curiæ Bracharensis Senator, Doctor scilicet Ioannes Peixotius Rebello, vir integerrimus, omnium rerum, ac litterarum studio clarissimus, & ingenij acumine insignis. Nec tamen à memoria nostra vnquam elabetur clarissimus Doctor Gaspar do Rego da Fonseca, in Curia, & tota Bracharensi diœcesi officialis inspiritualibus, & temporalibus generalis, vtriusque Iuris prudentissimus, qui ob rerum forensium, domesticarúmque peritiam ad omnes encomiæ laudes natus, nunc Portugalēsis Episcopus meritò est ereatus. Emicat denique in illa amplissima Curia Doctor Bernardus da Fonseca Saraiua, vir legalis, & Pontificij Iuris scientia conspicuus, & disciplinarum omnium cognitione ita inclytus, vt eius ingenium, comitatem, & in litteris humanis scientiam nulla satis æquare possit admiratio, ob cuius maximam eruditionem, assiduaque negotiorum experimenta Vicarij generalis honore Bracharæ est insignitus.

19 Priori in Fide recipienda Ecclesiæ potiorem Sedem deberi, exemplo ipsiusmet Ecclesiæ in eius Sede habenda instruimur, in qua Beatus Paulus *cap.* 8. *ad Romanos*, Apostolos, vt primitias Fidei habentes, maiori priuilegio ornatos ostendit, ibi, *non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus Dei habentes*, quo loco Beat. Thom. *p.* 1. *quæst.* 44. *art.* 7. cæteraque Theologorum schola *in* 1. *sentent. dist.* 16. *art.* 2. do-

20 cet † potiori ac sublimiori gradu, & præmio gloriæ Apostolos frui, quia priores in Fide recipienda extiterint, eaque laude ornat Beatus Lucas Antioc hensis *cap.* 11. *Actuum Apostolorum*, itaut cognominarentur primi Antiochiæ discipuli Christiani, & ideo, quia primi potiores constituti sunt, cum ibi Beatus Petrus Sedem Pontificatus collocauit, & Romam postea Sedem translata, vt supra ostendimus, Patriarchalis dignitas perpetua mansierit in Ecclesia eius, gloriamque gentis extollit hac in re D. Chrysostom. *homil.* 3. *ad populum Antiochenum. Sicut Petrus inter Apostolos primus Christum prædicauit; sic inter ciuitates hæc primatum, & coronam quandam admirabilem Christianorum tulit appellationem*, & *homilia* 7. *in Matthaeum. Vos autem siquidem aliquod de honore certamen oriatur omni ambitione contendemus, vt vel vniuerso præsideatis orbi, illo scilicet vrbis priuilegio blandientes, quod hac prima ciuitas fidelibus Christianorum nomen imposuit.* Et ab ipsomet legislatore diuino legis Euangelicæ Christo optimo Maximo exordiendo hæc lex ordinata fuit cum primo in Fide, & vocatione Petro, ex *cap.* 4. *Matth.* & *Marci cap.* 1. prior dignitas, & maior collata fit, vt Pontifex successor eiusdem Christi, & caput eius Ecclesiæ esset.

21 Quam regulā ad nostrum propositum diligentes dicere totò possimus, si ab ipso nascentis Ecclesiæ primordio fint iacta fundamenta, nullam in Hispania antiquiorem Bracharensi reperiri. Habet enim Diuum Petrum suum Episcopum diuinitus sibi datum à Diuo Iacobo Apostolo, à mortuis suscitatum, multis antea sæculis defunctum, vt ex epistola Vgonis Portucalensis Episcopi constat, cuius meminere Ioseph. Pelicier *in panegyrico Gongora stanc.* 42. *col.* 655. & 659. & Illustriss. D. Aceuia *de primatu Ecclesiæ Bracharensi. c.* 12. *num.* 2. & *in historia ecclesiast. Archiepiscopor. Bracharens. par.* 1. *cap.* 16. Et ex relatione Diui Athanasij primi Cæsaraugustanæ ciuitatis Episcopi compertum est, quæ in Insula Sardiniæ Reuerendum Patrem Andream ab Olinensia repertisse refert Illustriss. Dominus Fr. Prudentius de Sandoual Episcopus, olim Tudensis, nunc Pampilonensis, *in libr.* quem inscripsit, *de antiquitate Tudensis Ecclesiæ, in principio*, quod quidem fragmentum, prout ab eo accepi, in medium profero, & fides sit penes lectorem, illud etiam post aliquas huius tract. impressiones inueni apud Illustriss. D. Aceuia *in historia ecclesiastica Episcopor. Portugalensi. lib.* 1. *cap.* 15. verba Athanasij se-

22 quuntur: † *Ego noui sanctum Petrum primum Bracharensem Episcopum, quem antiquum Prophetam suscitauit sanctus Iacobus Zebedæi filius magister meus, hic venerat cum duodecim tribubus missis à Nabuchodonosor in Hispaniam Hierosolymis duce Nabucoerdam, vel Pyrrho Hispanorum præfecto, dictus est hic propheta Samuel iunior, vel Malachias senior propter morum grauitatem, & vultus pulchritudinem, Vriæ prophetæ filius, factus Episcopus multos Iudæorum ad Fidem conuertit, dicens se venisse cum eorum Maioribus, & prædicasse transmigratis, obiisse verò viginti annis post aduentum eorum in Hispanias. Hic vir Apostolicus acceptis à sancto Iacobo institutionibus Apostolicis Euangelio, & ordine Missæ, ac celebratione Sacramentorum, venit Bracharam, epistolas Apostolico plenas spiritu scripsit ad Ecclesias, in quibus Episcopos instituit, vt Iriensem, Amphilochensem, Eminiensem, Portuensem, vbi sanctum Basileum condiscipulum posuit (qui illi per martyrium sublate successit in Sede Bracharensi) Epitacium in Tudensi. Isti viri diuini, planéque Apostolici, instar Apostolorum, non in vna semper vrbe morabantur, sed quò rapiebat illos Spiritus sanctus, ferebantur, vt Epitacius, qui non solum in Tudensi Ecclesia, sed in vrbe Lusitaniæ Ambratia prædicauit, qui signis, & variet ate*

linguarum prædicationem illuſtrabant, nec ſoli ibant prædicatum, ſed multis diſcipulis comitati, vt fecit Chriſtus, Petrus, Iacobus, & cæteri Apoſtoli.

23 Rem ſtupendam, & multis ſeculis abſconditam, & paucis abhinc annis repertam nobis narrat Athanaſius, qui in iſto fragmento ſe nominat ſancti Iacobi diſcipulum, & vltra Petrum Bracharæ Epiſcopum, dicit Baſilicum fuiſſe condiſcipulum; ſunt ergo ibi tres ſancti Iacobi diſcipuli, & licèt Pelagius Ouetenſis Epiſcopus relatus ab Ambroſio Morales *par. 1. Chronica Hiſpaniæ lib. 9. cap.* 7. ſeptem tantùm dicat fuiſſe diſcipulos à Diuo Iacobo in Hiſpaniam ſuſceptos, Colocerum ſcilicet, Baſileum, qui eſt prædictus Baſileus, Pium Chryſogonum, Theodorum, Athanaſium, qui eſt prædictus Athanaſius, & Maximum; conſtat tamen fuiſſe etiam dictum Petrum, & in laminis plumbeis repertis in monte ſancto Granatenſi, *anno Domini* 1595. alij etiam nominantur diſcipuli, ſanctus ſcilicet Hiſcius, ſanctus Theſiphon, ſanctus Cecilius. Ita referunt Gregorius Lopez Madeira *in diſcurſibus dicti montis ſancti cap.* 1. Fr. Didacus Murillo *en la fondacion milagroſa de la capilla Angelica del Pilar cap.* 8. *pag.* 62. Franciſc. de Piſa *en la hiſtoria de Toledo lib.* 2. *cap.* 7. Iacob Valdeſius *de dignitate Regum, regnorumque Hiſpaniæ cap.* 6. *num.* 29. *cum ſequentibus* Bernard. de Britto *in monarmarchia Luſitana par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5 vbi ex Papæ Calixti auctoritate dicit nouem diſcipulos Diuum Iacobum elegiſſe in Hiſpania, è quibus ſeptem ſecum duxit Hieroſolymam, relictis duobus in Gallecia, nomina iſtorum ſeptem ſunt Torcatus, Theſiphon, Secundus, Indalecius, Cæcilius, Eſicius, Euphraſius: in laminis in monte ſancto repertis de Theſiphonte, Cæcilio, & Heſicio ibidem martyrio ſublatis mentio habetur, & pro diſcipulis Diui Iacobi nominantur, qui autem fuerint duo, qui deſiderātur in Calixti Papæ relatione incertum eſt, cum & alij etiam nominentur, inter quos Baſileus, & Athanaſius reperiuntur, & de beato Petro, Iacob. Valdeſius *dict. cap.* 6. *num.* 40. in hæc verba: *Cùm Petrus Martyr etiam diſcipulus Beati Iacobi Bracharenſis Epiſcopus, vulgò Braga in Luſitania legatur apud Baronium die* 26. *Aprilis in martyrologio.*

24 Habet deinde fragmentum, ſanctum Petrum fuiſſe antiquum Prophetam, quem ſanctus Iacobus ſuſcitauit, vt eum in Sede Bracharenſi collocaret, illique nomen fuiſſe Samuel, vel Malachia, cui pater Vrias Propheta; de quo *Hierem. c.* 26. dicit fuiſſe occiſum iuſſu Regis Ioachim, tempore Nabuchodo-
25 noſor; & iſtum † Samuelem veniſſe cum transmigratis in Hiſpaniam duce Nabucocerdam, vel Pyrrho Hiſpaniarum præfecto, cum imperaret Nabuchodonoſor annis ante Chriſti Seruatoris noſtri aduentum 588. iunctiſque 36. poſt illius natiuitatem, quo tempore ſanctus Iacobus venit in Hiſpaniam, ſunt *an.* 624. veniſſe Nabuchodonoſor in Hiſpaniam, prout referunt Ioſeph *de antiquitatibus lib.* 10. *c.* 11. *in fine*. Petrus Matthæus *in ſcholiis ad Motum proprium* 32. *Pij Quinti pag.* 605. Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica lib.* 4. *cap.* 20. §. 1. Mariana *part. prima hiſtoriæ Hiſpaniæ lib.* 1. *c.* 17. Doct. Bernard. de Britto *in monarchia Luſitana p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 28.

26 Ex diſcipulis, quibus ſanctus Petrus comitatus erat, vt dixit fragmentum, ordinauit Epiſcopos, & in locis in fragmento nominatis conſtituit, vbi ex illis duo nominantur, ſcilicet Baſileus & Epictacius, quos inſtituere non poterat, niſi prius à Diuo Iacobo fuiſſet ordinatus, illique traditum ius Primatiæ, quo ſemper vſa eſt Eccleſia Bracharen. quæ ergo poteſt eſſe contentio, vbi liquidò conſtat Eccleſiæ Bracharen. edicto tam inſigni miraculo illud fuiſſe tributum? pro cuius fragmenti defenſione multa adducit D. Cunha *d. p.* 1. *c.* 16. & 17.

27 In illa Galleciæ prouincia quæ Durio flumine terminabatur, illam partem Interamnenſis regionis includens, vbi ſita eſt Bracharenſis ciuitas cum ſuo territorio, Diuus Iacobus cum in Hiſpaniam ſe contuliſſet, primam Fidei plantationem fecit, vt quam viuus peragrauit, eam poſt obitum ſuum elegit ad ſui corporis depoſitionem, & licèt longis intermediis regionibus martyrij palmam fuerit conſequutus, à diſcipulis, quos illic inſtituerat, & ſecum Hieroſolymam duxerat, voluit non ſine maximo miraculo nauigio delatus ad Irienſem portum, vbi Diuū Petrum iam Epiſcopum conſtituerat, appellere, quod narrat hiſtoria Compoſtellana, quam etiam Vaſeus refert ſeruatam in archiuio eiuſdem Eccleſiæ, prout teſtatur Iacob. Valdeſ. *d. c.* 6. *num.* 15. cuius verba hæc
28 ſunt. † *Occidit Herodes Iacobum fratrem Ioannis gladio, cuius Beatiſſimi Apoſtoli corpus venerandum Iudæi maleuolentia & inuidia ducti nec ſepeliri voluerunt, nec à Chriſtianis, qui tunc temporis Hieroſolymis erant, ſepeliri permiſerunt; ſed ſicut Leo Papa in epiſtola, quam de eius paſſione & corporis ipſius in Hiſpaniam tranſlatione ad Hiſpanos deſtinauit affirmat integrum corpus cum capite extra ciuitatem proiicientes canibus, auibus, atque feris deuorandum conſumendúmque expoſuerunt; ſed eius diſcipuli ab eo adhuc viuente præmoniti, vt corpus ſuum in Hiſpaniam transferrent, tumulandum totum corpus cum capite, teſte Leone Papa, nocturno tempore arripientes ad littus vſque maris citato calle peruenerunt, vbi dum ſolicitè de nauigio, quo transfretarent in Hiſpaniam, eſſent; nauem diuinitus paratam in littore maris inuenerunt, quam Deo gratias vnanimiter agentes impoſito ſacratiſſimo corpore læti conſcenderunt, & Scyllam cum Charybdi, ac periculoſis ſyrtibus manu Domini gubernante, diuinitus primum ad Irienſem portum felici curſu peruenerunt, deinde venerabile corpus ad locum, qui tunc Liberum Donum, nunc Compoſtella dicitur, deferentes, ſub marmoreis arcubus ſepelierunt.* Nec iam dubitare licet de aduentu Diui Iacobi in Hiſpaniam, cum de hoc in dicto fragmento conſtet, libroſque
29 integros ediderint † Domini Ioannes à Velaſco Caſtellæ Comeſtabilis, Hernando Oxea *en la hiſtoria del glorioſo Apoſtol, Sanctiago Patron de España, y de ſu venida à ella*, Didacus del Caſtillo *en el libro de la venida de Sanctiago à España*, Bartholamo Llorente *en el indice de los Autores, que affirman la venida de Sanctiago à España*, Ioannes Beltran. de Gueuara Archiepiſcopus Compoſtellanus, Franciſcus de Xodar Carmelitanus, Fr. Franciſc. de Ieſus; & eiuſdem ſententiæ ſunt, eamque ab impugnationibus defendunt Ferreolus *in libr. de Maria Auguſta Virgine Deipara lib.* 2. *cap.* 2. Vaſeus *in chronica Hiſpaniæ anno* 37. Mutius Iuſtinus *par.* 7. *hiſtoria ſacra fol.* 136. S. Iſidorus *de vita & morte Sanctorum cap.* 73. Tarafa *de Regibus Hiſpaniæ par.* 1. *in Claudio Caligula*, S. Antonin. *part.* 1. *hiſtoria tit.* 6. *cap.* 7. Fr. Henric. de Monroy *in Apologia contra Archiepiſcopum Toletanum*, Gregorius Lopez Madeira *in diſcurſibus montis Sancti Granatenſis, cap.* 3. *fol.* 144. Lutius Marinæus Siculus *en la hiſtoria de las coſas de Heſpaña lib.* 5. *cap. de ſan Trocato, y ſus companeros, y cap. de la fundacion de la ygleſia del Pilar*, Ambroſ. de Morales *in chronicis Hiſpaniæ par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 7. *fol.* 228. Antonius Beuter *en las chronicas de Heſpaña par.* 2. *cap.* 23. Rhades de Andrada *en la hiſtoria de las tres Ordines Militares en la de Sanctiago cap.* 1. Eſtebon de Garibai *lib.* 7. *cap.* 2. & 4. & *lib.* 23. *cap.* 72. Hieronymus Zurita *lib.* 1. *de*

los

los annales de Aragon cap. 44. *fol.*18. Biuat, & Cato *anno Christi* 37. Hierooymus Romanus *en la chronica de las Republicas lib.*1. *cap.* 2. *&* 3. Fray Fernando del Castillo *en la historia de Sancto Domingo lib.*1.*cap.* 3. P. Ioannes de Mariana *par.*1.*historia Hispania lib.*4. *cap.* 2. Prudentius de Sandoual *in libr.* quem inscripsit, *de antiquitatibus Tudensis Ecclesia fol.* 12. *verso*, Doctor Bernardus de Britto *in monarchia Lusitana p.*2. *lib.* 5. *cap.*3. Don Mauros Ferrer *en la historia de Sanctiago*, Fr. Didacus Murillo *en la fundacion milagrosa de la capilla Angelica del Pilar cap.*5. Ioan. Beler. *in explicat. diuin. offic. cap.* 140. Fr. Ioan de Ponte *de conuen. vtriusque Monarchia lib.* 2.*c.*14. *&* 15. Ioseph. Stephan. Valentin. *in lib. de potestate coactiua Romani Pontif. cap.*8. Thom. Bozz. *lib.*4. *de signis c.*1. *pag.* 126. Ioan. Broz. Martinez *in historia S. Ioannis de la Peña pag.* 569. Calist. Ramirez *de lege Reg. in inst. num.*42. *cum seqq.* nouissimè illostriss. D. Roderic à Cunha *in historia ecclesiastica Archiepiscop. Bracharen. par.*1.*cap.* 14. Torreblan. *de magia lib.*2. *cap.*27. *num.*42. latè, & eleganter Iacobus Valdesius *de dignitate Regum, Regnorumque Hispania cap.*6. *num.*18. *cum seqq.* vbi contrariis respondet fundamentis; plures alios Doctores de hoc aduento Diui Iacobi in Hispaniam attestaores, refert diligentissimus Cened. *ad Decretum collect.*43. *num.*2. Alphons. de Mendoça *in suis quodlib. quaest.* 5. Fr. Didac. de la Mota *en el libro de la Orden de Sanctiago, cap.* 1. Fr. Francisc. Diago *en su historia de los Condes de Barcelona, lib.*1.*cap.*6. Ferdin. de Mendoça *in defens. Concily Iliberit. lib.*1. *cap.* 10. *& lib.* 2. *cap.*45. Fr. Fraocisc. Ximen. *lib.* 10. *cap. de diuis. Apostolor.* Fr. Ioan. de Pineda *en su monarchia ecclesiastica, part.*2. *lib.*10.*cap.*25. Petr. Canis. *de B. Virgine. lib.*5. *cap.*21. Petr. de Natalib. *in catal. Sanctor. lib.*6.*cap.*135. idem Gregor. Lopez Madera *en las excellencias de España*, *cap.* 6. Anton. Posseu. *in Bibliotheca selecta, tom.*1.*lib.*4.*cap* 2. Cosmus de Magallanes *in comment. super epist ad Timoth. in proœm. sect.* 15. Iacob Pamel. *in annot. ad Tertullian. de Iuda. cap.*7. *num.*14. Martin. Delr. *disquis. magicar. lib.*2. *quaest.* 16. *sect.* 5. Stephan. Durant *de ritib. Eccles. lib.*1. *cap.*2. *num.*4. P. Pineda *de rebus gestis Salomonis, lib.* 8. *cap.* 1. *selecta* 7. Maluenda *de Antichristo. lib.*5. *cap.* 6. D. Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum lib.*1. *cap.*14. *n.*34. nouissimè Michaël de Salinas Viñuela *en el libro intitulado*, *España primogenita de Iesu Christo, con decision de la venida, y predicacion de Sanctiago.* Et in Vrbana Breuiarij Romani recognitione in festo sancti Iacobi Apostoli die 25. Iulij restitura est lectio de certa profectione Sancti Iacobi in Hispaniam vno omnimodo consensu, & applausu comprobata, opera & diligentia Doctoris Michaëlis de Erre Ximenes; vnde affirmatiua, quae habebatur in Breuiario Pij V. de praedicatione eiusdem Apostoli in Hispania, & per recognitionem Clementis VIII. reducta fuerat ad traditionem Ecclesiarum illius prouinciae, nunc meritò restitura à S.D.N. Vrbano VIII. in ampliori forma cognoscitur, dum in lectione quinta eiusdem sic habetur. *Post Iesu Christi ascensum in Solum, in Iudea, & Samaria eius diuinitatem pradicans, plurimos ad Christianam* Fidem *perduxit. Mox in Hispaniam profectus, ibi aliquos ad Christum conuertit, ex quorum numero septem postea Episcopi à B. Petro ordinati in Hispaniam primi directi sunt*, &c.

30 Anno post natiuitatem Christi 36. & vltimo Imperij Tiberij Caesaris, ex Vaseo *anno* 37. vel *anno* 38. io primo Caij Caligulae ex Ambrosio de Morales, tribus, aut quatuor annis post Christi passionem, quae anno 34. aetatis suae accidit, completis 33. annis, & tribus mensibus, & aliquibus diebus anni 34. vt computant diligenter Cardinalis Caesar. Baron. *tom.* 1. *annalium Ecclesia anno* 34. & Ambrosius de Morales *lib.*9.*c.*4. P. Azor. *moral. par.*2.*lib.* 1. *c.* 7. *vers. dua supersunt*, Campan. *diuers. Iuris Canon. in rub.* 7. *cap.*6. *n.* 160. antequam caeteri Apostoli diuiderentur *anno* 36. †Beatus Iacobus Apostolus in Hispaniam venit, 31 ibidémque Fidem Catholicam praedicauit. Et licèt eo tempora nondum Apostoli distributi fuissent, vt gentibus praedicarent, quia *cap.* 15. *Actuum Apostolorum* diuisi, & sortiti prouincias sunt, tamen aliqui Apostoli priuatim ex Hierusolymitana ciuitate ad praedicandum Gentibus exierunt, vt Paulus, & Barnabas Antiochiam profecti sunt *cap.* 11. *Actuum Apostolorum*, & alibi; animo tamen statim reuertendi, & reddendi rationem praedicationis apud Petrum, & Apostolus Hierosolymis, non dicuntur hoc modo exeuntes discessisse, nec diuisos ab aliis extitisse; tunc enim discessisse, & diuisos esse potest dici, cùm omnino separentur, sortitique essent prouincias animo ibidem manendi, vt Asiae B. Ioannes Euangelista commoratus est.

Qua autem ciuitate, vel oppido Hispaniae sit primùm exceptus S. Iacobus & per quae loca prius ambulauerit, non satis liquet. sed pro certo dici potest ad Iriensem portum in Gallecia appulisse, ibique Episcopum primum constituisse B. Petrum, & ad Bracharam illum misisse ab illo portu distantem circiter quadraginta milliaria, tanquam ad ciuitatem illius prouinciae celeberrimam, Augustam, iuridico conuentu ornatam, in qua Ethnici suos habebant Flamines, quo loco D. Petrus Apost. Primates, & Patriarchas constituere solitus erat, vt suprà ostensum est. Et ideo Diuus Iacobus post eius passionem, ac sacrum martyrium, cum Hierosolymis ab Herode Agrippa gladio occisus fuisset *c.* 12. *Act. Apostolorum*, anno à Christi natiuitate 44. ex Nicephoro *lib.* 2. *c.* 11. *&* 12. Morales *lib.*9. *c.* 7. Cardin. Caesar. Baron. *annalium Ecclesia tom.* 1. *ann. Christi* 44. *& in martyrologio die* 25. *Iunij*, non sine magno miraculo nauigio delatus voluit ad dictum Iriensem Portum appellere, & patronum mortuum illic sic viuum se ostendere, vt qui dum vixit primus fuit ad eiusdem porti incolas conuertendos, mortuus eos protegat, & ab omnibus calamitatibus securus, ac firmos in Fide, quam docuit, reddat, vt experientia cognitum est. Item etiam non sine magno miraculo eodem anno, quo † Sanctus Iacobus Hiero- 33 solymis martyrij palmam consequutus fuit, eodem etiam eius discipulus Beatus Petrus, quem primum Bracharae Episcopum reliquerat, passus est, vt restatur Doctissimus Iacobus Valdesius *de dignitate Regum, regnorumque Hispania c.*6. *num.* 22. his verbis: *Item & Petrus Martyr primus Bracharensis Episcopus in Lusitania discipulus Iacobi, colitur in ea Ecclesia, qui* † *anno* 44. *Hispania coronam martyrij accepit, & die* 26. 34 *Aprilis ex Baronio eodem die in martyrologio, Beda & aliis, celebraturque, quòd in honorem B. Petri Apostoli viuus condidit templum, vt in manuscripta historia Compostella Hieronymi Romani cap.* 4. *asseritur.* Haec Valdesius. Et ex Dextro refert Illustriss. D. Acuña *in historia Episcop. Portugalen. p.*1. *cap.*1. *pag.* 28. quod sanctus Petrus Ratensis primus Episcopus Bracharensis occisus fuit anno 45. ad Ratem oppidum.

Deinde etiam dies martyrij B. Petri fuit 26. Apri- 35 lis, vt constat ex Card. Baron. quem citat Valdesius *vbi proximè*, triginta & duobus diebus tantum post passionem B. Iacobi, cuius dies martyrij vigesimaquinta Martij solemnis fuit, qua & Christus carnem humanam accepit, & passus est: & quia celebritate festi Domini non potest dies Apostuli, qua

decet feſtiuitate celebrari, transfertur feſtum in
diem 25. Iulij, qua Eccleſia exultat memoria huius
inclyti Apoſtoli, quia eo die inuentum fuit eius cor-
36 pus; ſicut † dies vinculorum S. Petri non celebra-
tur eo die, quo accidit propter ſolemnitatem Pa-
ſchatis, in quo euenit, *c. 12. Act. Apoſtolorum*, ſed
die prima Auguſti, qua catenæ Romam ſunt ad-
ductæ.

37 O felicem Bracharam, quæ primam ſancti Euan-
gelij prædicationem, ac primum Epiſcopum diuini-
tùs tibi datum, primámque Eccleſiam ex B. Iacobi
iuſſu obtinere meruiſti, quæ omnia euenere ante-
quam in alia Hiſpaniæ, ac totius Europæ parte Epi-
ſcopus extiterit, aut Eccleſia conſtrueretur. Nam
38 † Iacobus peragrata prædicta Galleciæ parte, reli-
ctóque Petro Brachatenſi Epiſcopo, conſtituens
Hieroſolymam proficiſci, rationem redditurus, &
paratus accipere prouinciam in diuiſione generali,
quæ ſibi credita eſſet, Aragoniæ regnum petiuit,
cumque in littore ingentis, & celebris Iberi flumi-
nis Cæſarauguſtæ cum ſociis ſederet nocte quadam
ſolicitus, & quodammodo ſibi ſuccenſeos, eo quòd
ex Hiſpanis exiguas oues ad ouile Chriſti, & Hie-
roſolymam reportaret, ad leuandam mœſtitiam
eius Beatiſſima Virgo Maria adhuc in carne viuens,
ei apparuit innumeris Angelis circundata in qua-
dam columna exiſteos, præcepitque conſobrino Ia-
cobo eo loco in memoriam, & honorem eius tem-
plum ei dicatum conſtruere, quod his verbis nar-
rat Iacob. Valdeſ. *d. c. 6. n. 21.* Guibert. *in chronica
Reg. Arag. prol. 3.* Raph. Volater. *lib. 11. Geograph.
fol. 110.* Ambroſ. Moral. *in chron. Hiſp. lib. 9. c. 7.*
Mariana *de rebus Hiſp. lib. 4. cap. 6.* Canif. *lib. 5. de
Virgine Deip. c. 23.* Sephan. Durant. *de ritib. Eccleſ.
lib. 1. c. 2. n. 4.* Don Fernand. de Mendoza *de confirm.
Concil. Illiberit. lib. 2. c. 45.* Madera *de excell. Hiſp. c.
6. fol. 4.* plures refert Solorzan. *de iure Indiar. tom. 1.
39 lib. 1. cap. 14. num. 53.* Ex quibus colligitur † Diuum
Iacobum quando ad Cæſarauguſtam peruenit, ali-
quas Hiſpaniæ partes peragraſſe, & ad Chriſti Fidem
aliquos conuertiſſe, nec in illam primùm abiiſſe, vt
aliqui volunt, nec ibi primam Eccleſiam conſtruxiſ-
ſe, vt alij tenent, cùm iam in Galleciæ prouincia ad
Iterienſem portum B. Petrum Epiſcopum inſtituiſſet,
ad Bracharamque miſiſſet, vbi ſtatim & prædicatio-
ne Euangelica, ac innumeris Chriſti miraculis plu-
res ad Fidem conuertit, Eccleſiamque primus con-
ſtruxit. Si ergo Cæſarauguſta ciuitas gloriatur ſe
primam Eccleſiam in honorem Beatiſſimæ Virginis
adhuc viuæ Hiſpaniæ conſtructam habere, glorietur
etiam noſtra Brachara ſe primam Hiſpaniæ, & to-
tius Europæ habuiſſe Eccleſiá in ipſiuſmet Chriſti
Domini, & Beati Petri Apoſtoli adhuc viui, hono-
rem conſtructam, primámque Euangelij prædicatio-
nem audiuiſſe, vt ex hiſtoria Compoſtellana Hiero-
nymi Romani tradit Iacob. Valdeſ. *d. c. 6. n. 22.* Prima
ergo Eccleſia Diuæ Mariæ dicata fuit in ciuitate
Cæſarauſtana, & ita intelligenda ſunt, quæ de eius
mirabili erectione tradunt Garſia Loaiſa *in margine
decreti Gundemari, fol. 292. in conciliis Hiſpaniæ.* Mari-
næus Siculus *de laudibus Hiſpaniæ, lib. 5. tit. de ſacris
ædibus.* P. Mariana *de rebus Hiſpaniæ, lib. 4. cap. 2.*

40 Ex hiſtoria Compoſtellana citata à Iacobo Val-
deſio conſtat Diuum Petrum primum Brachaten-
ſem Epiſcopum martyrij palmam conſequutum
fuiſſe anno à natiuitate Domini 44. quod & verum
iudico, licèt de hoc aliqua ſit inter hiſtoriographos
variatio: nam aliqui tenent martyrium ſubiiſſe an-
no 45. prout ex Dextro, quem citat, affirmant Her-
nando Oxea *en la hiſtoria de Sanctjago, c. 55. num. 1.* &
Ambroſius de Morales *lib. 9. cap. 8.* quem etiam ſe-
quutus eſt Sanctus Baſileus ſecundus eiuſdem Ec-
cleſiæ Epiſcopus, † qui paſſus eſt an. 58. teſte Reue- 41
rendiſſ. Domino Epiſcopo Fr. Prudentio de Sando-
ual *in d. libro*, quem ſcripſit, *de antiquitatibus Eccleſiæ
Tudenſis, pag. 16.* Deinde tertio loco ſucceſſit † ſan- 42
ctus Ouidius Romanus, qui mortuus eſt anno ſexa-
geſimo quinto à natiuitate Domini.

A quo fuerit Diuus Eugenius primus Toletanæ 43
Eccleſiæ Epiſcopus conſtitutus non inuenitur; ſci-
mus tantùm à Clemente Summo Pontifice poſt Pe-
trum IV. anno à natiuitate Domini 94. vel 95. cum
Dionyſio Areopagita in Galliam miſſum fuiſſe ad
Euangelium prædicandum, † antequam Epiſcopus 44
crearetur, vt teſtantur Illeſcas *in chronica Pontificali,
lib. 1. cap. 6. in fine.* Doctor Franciſcus de Piſa *en la hi-
ſtoria de Tolede, p. 1. lib. 2. cap. 9.* Nec in hoc Hiſpani
concordant, cùm inter ſe in varias ſint diuiſi opinio-
nes. Nam † Iacobus Valdeſius *d. cap. 6. num. 46. &* 45
47. ita refert. *In ſecundo tempore perſecutionis Eccleſiæ
Domitiano Imperatore (qui imperauit ab annis 83. vſque
ad annum 99.) poſt primam Neronis crudelitatem Euge-
nius Antiſtes Toletanus primus inſignis fuit ſecundum
quoſdam diſcipulus Dionyſij Areopagitæ, ab aliis verò
ſocius, cùm ambo Paulum ex Græcia fuerint ſequuti, &
Petrus Dionyſium in Galliam, Eugenium in Hiſpaniam
miſit, viros doctrina, & ſapientia excellentes. Eugenius
autem cùm plures ad Fidem reduxiſſet, elegit Sedem To-
leti in medio Regni, vt ex corde eius ſpiritus Chriſti diſ-
funderetur per vniuerſum corpus regni, martyrio poſtea
clarus extitit, vt referunt Vſuardus, Ado, Cardin.
Baronius, & omnes ſcriptores in Martyrologio die 9.
Nouembris, & noſtri, idque anno 68. accidiſſe Gar-
ſia Loaiſa Toletanus Archiepiſcopus meritiſſimus aſſerit
in Conciliis Hiſpaniæ chronologia Toletanorum Præſu-
lum, eiuſque diuini Eugenij corpus è Galliis in Hiſpa-
niam ad Toletanam Sedem religioſiſſimo cultu, & triumpho
auguſtiſſimo delatum eſt anno 1565. religioſiſſimique Re-
gis Philippi II. humeris ad Eccleſiam ingreſſum fecit.*
Hactenus Valdeſius, non ſibi conſtans in annorum
computatione; ſi enim Diuus Eugenius inſignis fuit
tempore Domitiani Imperatoris, qui cœpit impera-
re ab anno 83. quomodo martyrio clarus extitit an-
no 68. hæc incerta ſunt, † martyrio tamen corona- 46
ti anno 97. poſt Chriſtum natum probabilius duco
cum Doctore Franciſco de Piſa *en la hiſtoria de To-
ledo, p. 1. lib. 5. c. 36. in princ. num. 1. & lib. 2. c. 8. per totum*,
quo tempore iam Eccleſia Bracharenſis tres Epiſco-
pos martyrio coronatos, nimirum Petrum Baſileum,
& Ouidium Cœlo reddiderat, à quo diuinitus acce-
ptos in prima Fidei Catholicæ plantatione creden-
dum eſt.

Probatis iam, & patentibus antiquiſſimæ Bra- 47
charenſis Sedis fundamentis, aliqui qui Primatiæ
ius tetigere, vt videre eſt apud Ambroſium de Mora-
les *p. 2. lib. 11. c. 73.* coacti fatentur tempore tantùm
Sueuorum Regum Primatiam apud Bracharenſem
Archiepiſcopum conſtitiſſe: hoc eſt ſomniantis di-
ctum; † Primatiæ enim ius, quod Brachatenſi Eccle- 48
ſiæ ineſt, nouum non fuit, & à Sueuis inſtitutum;
iam à tempore Diui Iacobi Apoſtoli, & Petri primi
Bracharenſis Antiſtitis ibi Primatia radices egerat,
quas Gothorum imperium per extinctionem Sue-
uorum euellere non poterat, ſecúmque traducere
Toletum: † non enim ſecularis poteſtas ad Eccle- 49
ſiæ iura poteſt manum adhibere, quia diſtinctæ ſunt
iuriſdictiones, *cap. ſolitæ, de maiorit. & obed.* ſecundùm
vnam opinionem.

Sic etiam huiuſmodi ius & primatialem ſedem 50
extinguere non potuerunt Maurorum inuaſiones
per

per totam illam Interamnensem regionem, qui pro-
pe annum Domini 170. illam occuparunt, & Felicem
Brachare Archiepiscopum cum viginti & septem
viris dictæ Ciuitatis martyrio tradiderunt, & licet à
dicto anno 710. vsque ad annum 888. in potestate
Sacramentorum esset, à Rege Alphonso Magno in-
staurata dicto anno 888. vt refert P. Mariana *d. p. 1.*
51 *lib. 7. cap. 19.* † tamen mediis illis temporibus non
penitus Pastoribus caruit hæc sancta Ecclesia aliis
in locis residentibus, prout de aliquibus mentio
52 reperitur apud nostros historiographos, & † de Ar-
gemito Archiepiscopo Bracharensi anno 863. fa-
ciunt mentionem Ambrosius de Morales *in Chroni-
cis Hispaniæ lib. 9. c. 7. fol. 239.* Garibai *in compendio hi-*
53 *storiali, lib. 9. cap. 22. pag. 443. in anno* 877. Et † de Hero
Archiepiscopo Bracharen. de Æra 880. mentio fit
apud D. Prudentium de Sandoual *in libro*, quem
scripsit, *de antiquitatibus Tudensis Ecclesiæ, fol. 61.* &
54 † licèt aliquibus annis temporum iniuria Pastore
careret, in pristinum postea decus ante omnes re-
stituta, vt colligitur ex dictis per Marianam *d. part. 1.
lib. 9. cap. 16.* iacentem ac penè dormientem statum
reassumpsit, quasi postliminio reuersa ad Primatia-
lem dignitatem, nec vlla præscriptio cucurrit donec
impedita, & captiuitate apud hostes detenta fuit, *c. 1.
de præscript. cap. porrò 56. quæst. 1.* Valdes. *de dignitate
Regum, regnorumque Hispaniæ, & cap. 3. num. 11. & 12.*
fuerat enim titulo hoc insignita, cùm in ea Christia-
næ religionis prima iacta fuerunt fundamenta, edito
tam insigni miraculo in institutione primi sui Epi-
scopi, vt suprà ostensum est, seruato more, quem ido-
lorum cultores relictis idolis, Christo Optimo Max.
nomen dantes in insignibus vrbibus loco Flami-
num, & iudiciariæ potestatis, Primates ab Apostolis
institutos in prædicationem Euangelij missos, exci-
piebant.

55 Primum Bracharense Concilium ante omne aliud
in Hispania fuit celebratum. Diligentia enim Docto-
ris Bernardi de Britto *in monarchia Lusitana, p. 2. lib. 6.
c. 2.* repertum est in cœnobio Alcobacensi Ordinis
Diui Bernardi primum Bracharens. Concilium ce-
lebratum anno Domini 412. in fano sanctæ Mariæ
Bracharen. à Pancratio Episcopo primæ Sedis, vbi
propter Alanorum & Sueuorum in Galleciam & Lu-
sitaniam irruptionem, congregatio facta est Episco-
porum super reliquiis Sanctorum in loco tuto repo-
nẽdis, & occultandis ab illis barbaris, erat enim tunc
gens indomita, & fera. Et Pancratius Bracharen.
Archiepiscopus dixit: *Nunc si placet vobis omnibus, sta-
tuatur quid agendum sit de reliquiis Sanctorum, præcipuè
de Patre nostro, & Apostolo huius Regionis Petro Rati-
stensi, quem ad saluandas animas Iacobus Domini consan-
guineus dimisit,* &c. Ex quibus apparet Diuum Petrum
primum Brachare Episcopum Apostolum illius re-
gionis vocari, quod & in aliis etiam prouinciis fami-
liare & à Diuo Iacobo illic relictum, vt opus face-
ret Euangelistæ, & Primas seminaret doctrinam
Christianam: constat etiam ex verbis sequentibus
Pancratium Primatem esse, & ad eum vti talem
confugisse Conimbricensem, Egitaniensem, Portu-
galensem, Emeritensem, Lamacensem, Iriensem, &
Nomãtinum Episcopos; celebratum etiam fuit aliud,
de quo Valdes. *de dignitate Regum, regnorumque Hispa-
niæ c. 9. n. 51.* his verbis agit. *Item, & Baronius summo
cum iudicio obseruat tom. 6. anno 447. aliud fuisse conci-
lium, quod ex prouinciis, Carthaginensi, Lusitana & Bæ-
tica iubet congregari Leo Pontifex, quod fuit Bracharen-*
56 *se. Postcáque † in vrbe Lucensi anno 569. celebratum
fuit aliud, cui præfuit Lucretius Bracharen. Archiepisco-
pus, de quo meminit Cardin. Cæsar. Baronius tom. 7. anna-
lium Ecclesiæ ann. Christi 563. in primo Concilio Bra-
charen. p. 486.* Licèt autem *in tom. 1. Conciliorum* pro
primo concilio Bracharen. habitum fuit aliud cele-
bratum anno 566. regnante Theodomiro Rege Sue-
uorum, pro secundo concilio Bracharen. numera-
ri debet, ex resolutis accuratiùs per Doct. Bernardum
de Britto *d. p. 2. lib. 6. cap. 13. & 14.*

Illud verò Concilium, quod pro primo Toletano 57
habetur *d. tom. 1. Conciliorum*, contra Priscilianistas
congregatum circa annum Domini 410. (vbi con-
gregati sunt plures ex Episcopis Lusitaniæ, & Galle-
ciæ apud Aquas calidas, quas Reuerendiss. Episcopus
Fr. Prudentius de Sandoual *in suo libro de antiquitati-
bus Tudensis Ecclesiæ fol. 17. verso*, asserit esse in Tu-
densi diœcesi, vocarique nunc, *Vanhos*, aut fontes
caldas, prope Archiepiscopatum Bracharen. quin-
decim milliariis) nationale fuit iussu Leonis Papæ
congregatum, & confirmatum; & Baleoni Archie-
piscopo Bracharen. tanquam Primati transmissum,
de quo Doct. Bernardus de Britto *dict. p. 2. lib. 6. cap.*
8. Ideoque illud nationale, non verò prouinciale
vocat Doctor Franciscus de Pisa *en la historia de To-
ledo lib. 2. cap. 14. post princip. pag.* 89.

Olim enim Regum, summorúmque secularium, 58
ac Magistratuum causæ in Conciliis ex Regis con-
sultatione solebant tractari, vt patet ex annotationi-
bus Garsiæ Loaisæ Toletanæ Ecclesiæ Antistitis, ex
quibus, & Roderici Toletani *lib. 2. cap. 19.* historia
colligitur, quòd cùm Ciorbilæ, qui primus ex om-
nibus Regibus Gothis pulsis Romanis totum Hi-
spaniæ regimen obtinuit, successerit Sisenandus, vt
imperium suum confirmaret, nationale illud Con-
cilium ex Episcopis Hispaniæ, & Galliæ Gothicæ
conuocauit, vbi de priuatione Suintilaui Regis cum
vxore, & Geonlosa fratre eius actum est, vt *canone*
75. eiusdem Concilij extat.

Deinde in prouincialibus, & nationalibus Conci- 59
liis Gothorum Reges antiquiori seculo præsentes
extiterunt, prout anno Domini 589. Recaredum
Regem Gothorum in tertio Concilio Toletano ad-
stitisse ex actis Concilij omnium editionum notissi-
mum est, & apud omnes historiographos, præci-
puè Vaseum *anno* 589. P. Marianam *lib. 5. cap. 15.*
Morales *lib. 12. cap. 3.* vbi refert Pantacardum Bra-
charensem Episcopum in eo interfuisse. Antiquita-
ti igitur Bracharensis Ecclesiæ non obstant hæc, ac
reliqua † Concilia Toleti celebrata tempore Go- 60
thorum Regum ibi Sedem Regiam constituentium;
non enim ad alicuius Episcopi conuocationem, sed
ad Regis supplicationem excitati sæpissimè in hu-
iusmodi conciliis assistebant, teste Iacobo Valdesio
*de dignitate Regum, regnorumque Hispaniæ cap. 1. num,
35. & num. 22.* exemplo Constantini Imper. qui
Nicæno adstitit. Nam Principes seculares ratione
sui muneris, & officij possunt pro negotiis Reip.
communibus rogare Episcopos, eosque vocare, vt
ad se veniant, non tanquam Episcopi, sed tanquam
proceres, quia opus illis habent, ita Pesant. *de immu-
nit. Ecclesiast. quæst. 21.* ideoque plerumque Toleta-
nus tertio, vel quarto loco se subscribebat, prout
fecit Milancius Episcopus Toletanus, qui in Con-
cilio Eliberitano septimo loco firmauit, prout refert
P. Marian. *dict. part. 1. lib. 9. cap. 19.* si tanquam Primas
astitisset, primo loco constituendus erat, quia in
subscriptione, & prima voce dignitas maior ag-
noscitur. *l. 1. ff. de albo scrib.* Afflict. *decis. 1.* Bel-
luga *in speculo Principum, rubr. 6. num. 24.* Valdes.
*de dignitate Regum, regnorumque Hispaniæ in proœmio
num. 25.* Quod apertè ostenditur ex Concilio cele-
brato tempore Regis Gundemari, vbi Emeritensis,

& Hiſpalenſis Metropolitani In ſubſcriptione apposuerunt. *Ego N. dum in vrbem Toletanam pro occurſu Regis veniſſem, ſubſcripſi.* In quo occurrere voluerunt futuris controuerſiis, ſi ſequentibus ſeculis vellit aliquis ex hoc capite Primatis ſibi iura vſurpare.

61 Verùm in prædictis prouincialibus, aut rationalibus Concillis ex ſuperioritate loci nullum poteſt ſumi argumentum maioris dignitatis. Nam licèt
62 frequentius † dextera nobilior ſit, augum. text. *in c. ſolita, de maiorit. & obedient.* cum reſolutis per Caſtald. *de Imperatore q.* 88. *n.* 9. Titaq. *de iure primogen. in præfat. num.* 13. *&* 14. Azeuedo *ad Curiam Piſanam lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 9. Fului. Pacian. *de probation. lib.* 2. *c.* 25. *num* 90. Ioan. Garſiam *de nobilitate, gloſ.* 68. *num.* 84. & colligitur ex *cap.* 25. *Matthæi*, vbi electi ad dexteram Dei in iudicio collocabuntur, & ex *c.* 26. *Amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis*
63 *Dei*. Tamen † ad dexteram, vel ſiniſtram ſedere nō ſemper maiorem dignitatem arguit, vt aduertit eleganter Cardin. Cæſar. Baronius *annalium Eccleſiæ tom.* 3. *anno Christi* 325. *fol.* 573. *& tom.* 6. *anno* 451. *fol.* 141. *& tom.* 2. *anno* 513. *fol.* 301. & ex Nicæna, & Chalcedonenſi Synodo, *act.* 1. notat ibi Legatos Pontificis ad ſiniſtram ſedere, ſtante in media aula Conciliorum Euangeliorum codice, Chriſtum figurante, vt præeſſet Conciliis, ſic conciliari plura poſſe loca Conciliorum de dextera, & ſiniſtra aſſerens, & ideo in ſacrificio Miſſæ id paſſim inſpici poteſt cum Epiſtola ad dexteram, & Euangelium dignius ad ſiniſtram, & læuam canantur. Et in Bullis, in quibus adeſt ſigillum plumbeum Pontificis ponitur Paulus à dextris, & Petrus à ſiniſtris, & tamen nemo dicit D. Paulum D. Petro maiorem fuiſſe, rationem exquirit Cardin. Bellarm. *lib.* 1 *de Romano Pontif. cap.* 27. & poſt multa concludit poſſe dici non fuiſſe hoc perpetuum, vt in antiquis imaginibus Paulus dexteram partem occupet, ſiquidem in iis, quæ Romæ nunc extant, vt in quibuſdam Paulus cernitur ad dexteram, ita in aliis non paucioribus cernitur ad ſiniſtram, & ſicut in diplomatibus Paulus obtinet dexteram, ita in numiſmatibus obtinet ſiniſtram. Et forraſſe conſultò id veteres obſeruarunt, vt ex duobus ſummis Apoſtolis, modo vnum, modo alterum anteponerent, nimirum vt eo modo ſignificarent hos Apoſtolos, vel pares eſſe inter ſe, vel certe ignorari vter alteri præſtet; nam etſi Petrus maior eſt poteſtate, Paulus maior eſt ſapientia.

Item in ludo ſcacchorum vxor Regis nigri ſtat ad dexteram viri, videndus tamen eſt Aluar. Pelag. *de planctu Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 69. *in fine*, Caſſan. *in catal. gloria mundi, par.* 3. *conſid.* 31. *& ſequenti*, ex quibus colliges apud antiquos, alium fuiſſe ſedendi locum, quàm qui eſt his noſtris temporibus, & hodie ſecundum communem ciuitatis, & regionis reputationem eſſe regulandum probabilius duco, cum in pluribus partibus vbi duo incedunt, locus dextræ ſit nobilior, in aliis vero ſiniſtræ: & vbi tres incedunt in quibuſdam locus medij, in aliis vero, qui parieti eſt proximus.

64 Pro cognoſcendo ſubſcriptionum ordine aduertendum eſt, quòd aliquando Epiſcopi non ſuo ſubſcribunt nomine, nec ſuffragium ferunt, nec ſedem occupant; ſed nomine prouinciæ, quam ſuſtinent: & eo caſu non perſonæ eius, nec antiquitatis habetur ratio; ſed nationis, & prouinciæ attenditur dignitas, & nobilitas, vt colligitur ex *cap. Concilia*, §. *hinc inde* 17. *diſtinct.* & ex *cap. bene quidem*, 96. *diſtinct.* vbi Mediolanenſis priuſquam Rauennas præſul ſubſcripſit, quia licet antiquior conſecratione Rauennas extitiſſet, ſi perſona, & dignitas Epiſcopi attenderetur, prius ſubſcribere debuerat: tamen ibi ratio habetur prouinciæ, & cum dignior ſit Mediolanenſis eius nomine, priùs Mediolanenſis Præſul ſcripſit: & hic vſus in Legatis imperij, & Regnorum viget, vt ſedes eis non ex nobilitate perſonæ, ſed pro dignitate Regni, & mittentis tribuatur, ex reſolutis per Iacobat. *de Conciliis lib.* 1. *ante fin. verſic. ſed quæro circa præmiſſa.*

Frequentiùs tamen Epiſcopi ſubſcribūt & ſedent, 65
vt non gradus prouinciæ, nec diœceſis conſideretur, ſed antiquitus conſecrationis, ita vt antiquior conſecratione, licèt diœceſi recentior prius ſubſcribat, & ſedeat, & iure ita decretum eſt à Gregorio I. *in cap. fin.* 17. *diſtinct.* & ſatis colligitur ex reſolutis à gloſſ. *in data Sexti, verb. Pontificatus, & in proœm. Clement. verb. Pontificatus, & in Clement.* 2. *de celebrat. Miſſarum, verb. Pontificum, & in Clement.* 1. *de pœnis, verb. quemuis Pontificem*, Iacobat *de Conciliis, lib.* 2. *art.* 12. Seiua *de beneſic. part.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 31. Cardin. Cæſar Baron. *tom.* 6. *anno* 451. *& anno* 465. optimè Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quæſt.* 610. Gam. *Luſit. deciſ.* 1. *num.* 50. Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 298. *num.* 63. Illuſtriſſ. D. Acuña *ad cap.* 7. *num.* 1. *diſt.* 18. nouiſſimè Mich. Ferrus *de præcedent. & prælat. eccleſ. quæſt.* 27. *num.* 6. Et ita † in Me- 66
diolanenſi Concilio, & Tridentino, & ferè omnibus ſeruatum eſt: vnde cùm Sedes, & ſubſcriptio antiquitati conſecrationis, & perſonæ debeatur, non ſumi poterit argumentum ad probandam maiorem dignitatem, ac ſuperioritatem, præcipuè in prædictis Conciliis Toleti ad Regum ſupplicationes congregatis, quibus Toletanus Epiſcopus ſæpe infimo loco ſe ſubſcribebat.

Nec ad rem facit, quòd aliquando acciderit Bra- 67
charenſem Archiep. fuiſſe tranſlatum ad Hiſpalenſem Eccleſiam, quia per hoc non fuit derogatum iure Bracharen. Eccleſiæ, potuit enim Bracharenſis id acceptare, quia reditus Hiſpalenſes vberiores erant; vel Curiæ Regis proximior eſſe vellet, vt tempore Excellentiſſimi Principis Henrici Infantis euenit, cùm à Bracharenſi ad Eborenſem Eccleſiam fuit tranſlatus.

Minus etiam obſtant priuilegia, ſi quæ ſunt, Pri- 68
matiæ ius alicui Prælato concedentia, quæ ſi attentè legantur, ex eorum tenore rectè colligi poteſt Summos Pontifices noluiſſe aliis Eccleſiis præiudicium inferre, ſed tantum quod ex antiquo iure illis competebat, confirmare; de ſimili priuilegio ab Vrbano II. circa ano. 1088. conceſſo Toletanæ Eccleſiæ, & ab aliis Summis Pont. confirmato mentionem faciunt Marina *d. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 19. Azor. *inſtitut. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 36. & eius tenorem refert Franciſc. de Piſa *en la hiſtoria de Toledo*, *lib.* 3. *cap.* 53. ex quo & aliis epiſtolis ac confirmationibus conſtat primò Summos Pontifices à Rege, & à Prælatis ſuggeſtos fuiſſe, exiſtimantes ab exordio naſcentis Eccleſiæ, & ſubſequentibus temporibus, vſquequò Toletana ciuitas à Mauris fuiſſet occupata, Primatiæ ius in illa radices egiſſe. Secundò conſtat Vrbanum II. in dicto priuilegio noluiſſe iuri tertij præiudicium inferre.

Ad primum, quòd exiſtimarent Summi Pontifi- 69
ces Eccleſiam Toletanam, antequam eius ciuitas à Mauris fuiſſet occupata, Primatiæ ius habuiſſe, in primis conſtat ex dicto priuilegio Vrbani, in illis verbis, ibi, *teque ſecundum quod eiuſdem vrbis antiquitus conſtat extitiſſe Pontifices, in totis Hiſpaniarum Regnis Primatem priuilegij noſtri ſanctione ſtatuimus.* Et in epiſtola miſſa ad Alphonſum Regem ita habetur: *Quia ciuitas Toletana à te fuit à Maurorum faucibus liberata,*

liberata, & tuis precibus Bernardum in Prælatum recepi dato pallio, & concesso priuilegio antiquo maiestatis, quam Toletana ciuitas habuit. In quo statutum fuit, vt Primatiæ iure in omnibus Hispaniæ regnis vteretur, & omnia, quæ antiquitus habuisse noscitur, ea etiam ex liberalitate Sedis Apostolicæ, vt nunc etiam liberè decernit, vt habeat in futurum. Ita P. Mariana *dicta p.1.lib.10.cap.6.* Idem etiam constat ex priuilegio ab Alexandro Tertio anno 1170. concesso Toletanæ Ecclesiæ ad instantiam D. Didaci Gelmirez Archiepiscopi Toletani, io illis verbis: *Quod sicut Ecclesia tua à tempore antiquo Primatum in tota Hispana prouincia, ita etiam prædicta Ecclesia, quam Dei ordinatione administras, eandem potestatem exerceas in perpetuum in omnes tibi concedimus*, vt refert Mariana *dicto lib.9.c.19.* Quod quidem cùm ab omni veritate alienum esse ex hucusque dictis clarè appareat, necesse est, vt dicamus ex precibus non veris, vel nar-
70 ratione facta contra veritatem, † gratiam, seu prædictum priuilegium ipso iure fuisse nullum, ex resolutis per Azeued. *lib.2.tit.14.lib.4. noua recopilat.* Brunor. à Sole *verb. subreptio*, Menoch. *conf.1. num.399. & consil. 201. à num. 16.* Ioannem Garsiam *de nobilit. glos. 1. § 1. num.72.* Sanch. *de matrimon. lib.8.disp.21. num.64.* in vnoquoque enim rescripto, & mandato, gratia, vel priuilegio intelligitur clausula illa, *si preces veritate nitantur*, ex tacitaque conditione inest, ad quod multos citaui Doctores *in tract. de clauf. vsufruct. claus.166.num.2.*

71 Ad secundum, quòd scilicet Vrbanus Secuodus declarauis se noluisse iuri tertij præiudicium inferre, constat ex ipsomet priuilegio ab eo concesso, in illis verbis ibi, *salua tamen Romanæ Ecclesiæ auctoritate*, & Metropolitanorum priuilegiis singulorum. Ex eo, quia priuilegium, ac concessio à Summo Pontifice facta intelligitur sine præiudicio tertij, vt probant text. *in cap. ex tuarum, de auctorit. & vsu pallij*, ibi, *dummodo is, ad quem Ecclesia pertinet, hoc permittat, cap. super eo, de officio delegat.* ibi, *non tamen est nostræ intentionis diœcesis Episcopo, vel Archipresbytero, vel Archidiacono præiudicium generare, cap. pastoralis, in fine, de priuileg.* ibi, *quia per indulgentiam huiusmodi Episcopali iuri non credimus derogari, cap. in his, eodem titulo*, ibi, *dum tamen ab aliis, quæ iure parœciali proueniunt, prorsus abstineant, cap. quia intentionis nostræ, 29. eodem titulo*, vbi integra habet hæc verba, *Non extitit, vt per innouationem, quam fecimus, cuiusdam scripti monasterij SS. Caldonen. quod in registro bonæ memoriæ Alexandri Papæ Secundi reperimus contineri, derogaretur Ecclesiæ Baiocen.* cum aliis citatis à Mascard. *de probation. concl.1003. num. 22.* Gonzalez *ad regul.8. Cancel gloss. 28.* Cabed. *Lusitan. decis. 93. num.2. part.2.* Gars. Gironda *in tract. de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. num.87. & sequenti*, Menoch. *de præsumpt. lib.2. quæst.9. à num.5.* vbi *num.1.* resoluit, quòd etiamsi in ipso priuilegio, vel concessione decernatur, non obstante iure, & præiudicio tertij, tunc etiam non censeretur præiudicari tertio, in his quæ sunt maximi ponderis. Sicut nec censeretur præiudicare, etiamsi adesset clausula, *ex certa scientia*, quæ nihil operatur in præiudicium tertij, nec tollit vitium subreptionis, aut suppleret erroneam, & falsam informationem, vt resoluunt per me citati *clausul, 59. à num. 29.* Sicut nec censeretur præiudicari, quamuis adesset clausula, *Motu proprio*, quæ eodem modo nihil operatur in præiudicium tertij, nec tollit ius in re, vel ad rem quæsitum alteri, ego ipse *clausul.79.num.42.* Sicut nec censeretur, quamuis adesset clausula, *de plenitudine potestatis*, quam in alterius præiudicium nihil operari pro certo tradunt relati per me *clauf. 41. num. 24. cum seqq.*

72 Nec aliquo modo prædictum prætensum priuilegium corroborare possunt confirmationes de eo factæ à Paschali II. & Gelasio II. ac aliis Summis Pont. de quibus Azor. *d.cap. 30. vers. extat*; quia respondetur, quòd cùm confirmatio sit iuris quæsiti corroboratio, vt post Host. & alios antiquiores explicat Deci. *in rub. de confirmat. vtili à num. 2. & ibi* Bern. *à n. 3.* Card. Tusch. *pract. concl. tom.2. lit.C, concl. 705.* Cabed. *Lusit. decis. 1. num. 4. p. 2.* † nouum ideo
73 ius non tribuit, sed quod antea erat, conseruat, *cap. præceptis*, ibi, *non nouum aliquid, 22. dist. cap. inter dilectos, vers. cæterum, de fide instrum.* ibi, *confirmari tanquam prius habita, cap. quia diuersitatem, in princip.* ibi, *non obstante confirmatione, de concess. præb.* † qui enim
74 confirmat, nihil addit de nouo, Menoch. *cons. 1. num. 6. & cons. 191. num. 46. & cons. 351. num. 19.* Gutierr. *pract. lib.3. quæst.17. num.40. & quæst.23. num.6.* Cabed. *d. decis. 1. num. vlt. p. 2.* Ioseph. Sesse *Aragonia decis. 15. num. vlt.* Et nullum quod est, confirmari non potest. Molina *de primogen. lib.2. cap.7. num.7.* Menoch. *consil. 351. num. 19.* Surd. *de aliment. tit.8. priuileg. 22. num. 34. & decis. 53. num. 11. & decis. 289. num. 8.* Cald. Pereira *de potestate nomin. in responso pro Duce Pastrana, vers. quæ sententia.*

75 Si tamen aliquis occurrat dicendo prædictas Summorum Pontificum confirmationes tanquam ex certa scientia confirmare actum nullum, eique nouum robur tribuere, & validitatem, iuxta text. *in cap. 1. in fine, de transact.* quod in hac confirmatione procedere notauit gloss. *in cap. quia intentionis, 29. de priuileg.* & sequuntur ibi omnes & latè, Deci. *in cap. 2. de confirmat. vtili à num. 46.* & post alios Suar. *de legib. lib. 8. cap. 18. à num. 12.* Respondebitur † confir-
76 mationem ex certa scientia, & cum causæ cognitione illam dici, in qua insertus est tenor rei confirmatæ, & est expedita præcedente solita discussione, iuxta text. *in cap. penult. de confirmat. vtili.* & quæ resoluunt Nicol. Garcia *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 226. cum sequentibus*, Cardinal. Tusch. *tom. 2. littera C, conclus. 341.* Aloys. Ricc. *in collect. decision. part. 5. collect. 1592.* Gutierr. *cons. 11. num. 7. & 8.* Cabed. *Lusit. decis. 2. num. 3. part. 2.* & ideò operatur præsumptionem informationis in Principe, vt tenuit Rota *apud Farin. decis. 180. num. 2. tom. 1. part. 2.* quia non nisi causa cognita apponi potest, Molina *de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 12.* Menoch. *cons. 1. num. 433.* quod in huiusmodi confirmationibus non apparet, propter quod ex certa scientia esse concessas non est dicendum, cum non præsumatur, ex Hippol. *sing. 37.*

77 Dato sine veri præiudicio, quòd illæ confirmationes factæ fuissent ex certa scientia, & cum causæ cognitione, ac expeditæ præcedente solita discussione, adhuc nihil operarentur in tertij præiudicium, prout resoluit Nicol. Garcia *d. cap. 2. num. 231.* Nec supplerent erroneam, ac falsam informationem, ex Valasc. *consult. 130. num. 33.* Nec tollerent vitium subreptionis, vt per Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 15.* Gutierr. *cons. 11. num. 13.* Ludou. Rodolphio. *de suprema & absoluta principis potestate, cap. 5. num. 13.* Nicol. Garcia *d. cap. 2. num. 233.* Ioseph. de Sesse *Aragonia decis. 15. num. 7. tom. 1.*

78 Quare non obstante prætenso priuilegio, post illius concessionem transactis iam centum annis, emanauit constitutio *cap. coram, de in integ. restit.* ex qua deprehenditur à tempore Innoc. III. qui an. Domini 1198. ad culmen supremi Pontificatus ascenderat, litem inter Bracharensem, & Toletanum Archiepiscopos super Primatiæ iure motam, & contestatam, & ad probationem deductam fuisse, Id enim

insi

insinuant procemia illius text. verba, ibi. *Coram felicis memoria Innocentio Papa pradecessore nostro*, &c. Et ut ex annalibus Hispaniæ deducitur, Rodoricus Ecclesiæ Toletanæ Antistes summæ fecunditæ, & euctoritatis vir ab Alphonso Legionési Rege Romam ad dictum Innocentium missus fuit ann. 1212. vt significaret sibi cordi esse megnam expeditionem perrare contra Serracenos Christiani nomiois hostes, dignaretur que Sanctitas Sue pro Cruce signatis indulgentiam peccatorum eoocedere, eaque impetrata, & bello feliciter confecto, profligatis Sarracenorum copiis, rediens dictus Rodericus Romam an. 1215. ad Concilium Lateranense celebretum sub prædicto Innocentio, in quo etiam interfuit Ioannes Bracharensis Archiepiscopus, de Primatie Hispaniarum quæstio excitata fuit inter dictos Archiepiscopos, & eum vnusquisque ad sui iuris confirmationem argomenta attulisset, ad sententiam non fuit causa deducta; sed causæ silentium imposuit Honorius III. datis super hoc litteris vnicuique directis de enno 1218. vt refert Illustriss. D. Roder. à Cunhe *in histor. Archiepisc. Bracharensi part. 2. cap. 21. n. 6. cum seqq.* plurimum tamen poteret Toletanus epud Pontificem, ei eoim concessit, vt per decennium in tota Hispania suum Legatum ageret; & si ciuitas Hispalensis, quæ tunc temporis penes Sarracenos erat, ad Christianos rediret, subdita maneret Toletanæ Ecclesiæ. Concessit etiam facultatem dispensandi eum bastardis vsque ad numerum trecentorum, & quod nominare, & collocare posset Episcopos, & Sacerdotes in ciuitatibus à faucibus Maurorum ereptis, vt nobis est testis Frăcisc. de Pisa *en la historia de Toledo, lib. 4. cap. 17.* & licèt maximam gratiam apud Pontificem fuisset essequutus, non tamen ei tributum fuit ius Primatiæ, nec super hoc sententiam, aut aliquam concessionem contra Bracharensem Ecclesiam assequi potuit.

79 Defuncto Innocentio, succedenteque Honorio III. *an. Domini 1216.* rescripsit Archiepiscopo, & Capitulo Bracharen. postulantibus per procuratorem suum concedi sibi restitutionis euxilio, tempus assignari ad adducendas Romam depositiones testium, & munimenta ad instructionem eausæ peratas; quid in futurum actum fuerit constabit è processu; scimus tamen postea cum Serracenis tem in Lusitania, quàm in Castella plures fuisse dimicatú & Regem Sanctium huius oomiois II. regno pulsum pro eius restitutione missos ed Innocent. IV. Summum Pont. Lugduni Concilium ad insteuretionem belli sacri cómorentem, Antistites Bracharensem, & Conimbricensem, & decreto dicti Pontificis eutam Regni commissam Alphonso Comiti Bononien. fratri dicti Regis, qui ei in Regno successit, vt deducitur ex text. *in cap. grandi, de suppl. neglig. Prælat. lib. 6.* Constat etiam ex dictis annalibus Alphonsum prædictum relicta Matilda vxore, cum qua comitatum Bononiensem fuerat assequutus, aliam duxisse; propter quod per annos duodecim Portugaliæ regnum interdicto à dicto Pont. suppositur. His procellis, & aliis bellorum perturbationibus inter Reges Portugaliæ, & Castellæ excitatis prosequi non potuit ius suum Bracharensis Ecclesia, nunquam desisteos à nomine Primatis, quod semper retinuit, & hucusque retinet.

80 Sed † cùm omnis res ed vltimum statum reduci debeat, *cap. consultationibus de iure patron.* iunctis quæ Cald. Pereira *de potestate eligend. c. 5. n. 1. & de renouat. emphyt. quæst. 15. n. 20. & sequenti*, & finis rerum, veluti ad sagittam scopus, atteodi debeat. *l. 1. C. de nouo Cod. faciendo*, glos. *in cap. scientes, de censibus*, Franc. Molinus *de ritu nuptiarum lib. 1. comp. 4. num. 6.* qui quidem in omni materie inspicitur, *l. illud, C. de collat.* Grammat. *decis. 67. n. 6.* Paledor. *lib. 2. rerum quotidian. c. 5. n. 10.* & † in beneficialibus præcipuè, in 81 quibus maximè considerantur Gonzald. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 2. n. 14. & §. 3. n. 18. & glos. 43. §. 2. n. 14.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curia Archiep. Neapolitana, cap. 100. vers. quod si, in nouiss. impress.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 153. n. 46. in 2. edit. & resolut. in 2. edit.* Anton. Monach. *Bonon. decis. 56. num. 13. cum seq.* Videndum igitur est quomodo hac tempestate vigilantissimi Bracharensis Ecclesiæ Antistites in publicis actionibus, ac in præsentia Hispaniarum Regum Primatiæ dignitate, suoque iure liberè vsi fuerunt, quod ex infra scriptis exemplis dilucidè apparebit.

82 Anno post Christi natiuitatem 1558. ex Dominicana familia ad Archiepiscopatum Bracharensem promotus fuit vir ille eminenti virtute, ac summæ vitæ integritate præclarus D. Fr. Bartholomæus à Martyribus spectata fide, singularique prudentia insignis. Qui etiamsi maximis prouentibus abundaueret, ea exigua semper vsus fuit supellectili, eam paupertatem amplexus, vt præter indumenta sui Ordinis monachalia, quibus pro corporis vt ehetur in diem necessitate, nihil haberet vltra; non alia pendebant arabica ornamenta, non cara tapete, non vestiebantur parietes, non opiparis vescebatur mensis, non equotum, non ertruum pompa vehebatur; sed solicitus tantum intendebat populum suum diuinis enutrire alimentis, sanctissimis corroborare exemplis, hospitalitatem asseruare, ac pauperibus subuenire, atque à recta via aberrantes vitæ suæ integritate ad bene & Christianè viuendum allexit. Habuit etiam flagrans salutendi animas desiderium, & in cognoscendis suæ diœcesis ecclesiasticis personis maximam super curam adhibuit, & ob id non sine magno labore Archiepiscopatum totum, qui sub se habet 1226. parochias, personaliter visitabet. Verus hic Ecclesiæ Dei Antistes, non solum Sanctorum morum exemplo, vitæ integritate, & summa charitate erga Christi pauperes in Bracharensi ciuitate vt verum sydus in firmamento collocatum floruit, sed etiam Primatiæ suæ ius, & Bracharensis Ecclesiæ præeminentiam Domini prouidentia aduersationem conspectu ostendit, & ab eis vti talem venerati permisit, eum io aliis omnibus humilitaté professus fuisset: cum igitur ex Concilio Tridentino rediret, Sedemque suam peteret, Primatiali Cruce erecte per Toletanem ciuitatem liberè deambulauit, vt refert Oduardus Nonius de Leon *de rebus notabilibus Lusitania in eius vita.* Denique cum graue Episcopalis dignitatis onus sustinere non euderet, Archiepiscopatu renúciato, reseruata sibi tenuissima pensione, aceeptóque iterum cubiculo Vienna nsi in oppido intra monasterium sui Ordinis à se constructum, vitam feliciter cum morte cómutauit, multis clarus miraculis, de quibus, eiusque vita librum edidit Religiosissimus, & doctissimus P. Fr. Lud. à Sousa.

83 Post felicissimam illius Præsulis ex hac vita ad cœlestem beatitudinem transmigrationem, & Illustrissimis DD. Ioanne Alphonso Menesio, & Fr. D. Augustino à Iesu, immediatè successoribus, vita functis, ex Goensi Archiepiscopatu, Orientaliumque Indiarum Primatu, ad Bracharensem Ecclesiam Hispaniarum Primatem euectus fuit illustriss. & Reuerendiss. D. D. Fr. Alexius de Meneses, omnibus ingenij, virtutisque dotibus ornatissimus; qui in Orientalium Indiarum infidelibus ad Christi Domini Fidem conuertendis, & improborum moribus corrigendis, ita diligens ea vitæ sanctitate semper extitit

extitit, vt apud optimos, & bene de Repub. Christiana sentientes, summa in religione fuerit habitus, vt multis exemplis rerum ab eo præclarè gestarum testatur Reuerendissimus Fr. Anton. de Gouuea, Syrenensis Epise. in libro quem scripsit, typisque mandauit sub titulo *Iornada do Arcebispo de Goa*. Verus hic Ecclesiæ Dei Antistes, qui munitissimas arces dum clarissimos in India Orientali Primas, & Protex extitit, ab hostium potestate eripuit, Gentilium idola confregit, eorum fana euertit, infractis animo barbaris Fidem annunciauit, Persis primus ab Apostolis Euangelij lumen intulit, schismaticos Malabares, qui ab Apostoli Thomæ temporibus ab Ecclesiæ gremio desciuerant innumeris exhaustis laboribus ad matrem reuocauit. Postea Regis iussu coactus ex Orientali India ad Vlyssiponensem portum manu Domini gubernante felici cursu peruenit, vbi summa omnium lætitia, communique populi exultatione exceptus est. Accepta deinde Bracharensis Ecclesiæ, ad quam translatus fuit, possessione, Matritum ad vocationem Potentissimi Regis nostri Philippi III. petiuit, vbi ita inuictissimo, ac Catholico Regi charus euasit, vt omnia Regni negotia, magni scilicet ponderis, & momenti, eius singulari consilio, & prudentia expediri iusserit, qui dum diuinarum, & humanarum rerum scientia, ac sanctitate se admirabilem omnibus præbuisset, ibi eum mors inopina rapuit die 3. Maij 1617. ætatis suæ anno 58. cuius promerita magno animo, sanctáque vita dignissima, & memoria vigebunt hominum sempiterna, & omnium gentium, posterorumque seculorum litteris clarescent, in illa præcipuè Catholicorum Regum Curia, vbi diem clausit extremum, & Primatiali dignitate, Cruceque erecta sepultus fuit in Toletano Archiepiscopatu, & in Hispanorum omnium conspectu, quod probatione non eget, cum viua de hoc extet omnium memoria; & rem narrat D. Acuña *in historia ecclesiastica Archiepiscopor. Bracharen. p. 2. c. tot. n. 11. pag. 449.*

84 Alter nunc datus est eidem Ecclesiæ dignissimus Præsul, Illustrissimus scilicet Dominus D. Alphonsus Furtado de Mendoza vnus totius Lusitaniæ nobilitatis instar, illustrissimorum Primatuum excellentissimus Princeps, & inter excellentissimos Principes illustrissimus Primas, qui ob admirabilem vtriusque Iuris scientiam, & rerum gerendarum peritiam, aliasque insignes animi sui dotes intra breuem temporis cursum Conimbricensis Academiæ Rector, inde ad supremum Regij Status Consilium adscitus, mox grauissimi, quod Conscientiæ vocant Tribunalis Præses; deinde Egitaniensis Ecclesiæ Præsul; hinc ad Conimbricensem Episcopatum translatus: postremò Bracharensis Archiepiscopus, Hispaniarumque Primas, Diis, hominibusque fauentibus anno 1618. creatus est, nimirum, vt quod nostræ Lusitaniæ sunt partes, totidem faceret monumenta virtutis suæ. Hic dignissimus Præsul non minus laudabiliter, quam constanter Vlyssipone anno 1619. coram Rege Catholico Philippo III. ibi tunc commorante, ac in vniuersi ferè Orbis conspectu Primatus sui ius defendit, inuiolatumque conseruauit, ac aduersantes, cùm summa gentis nostræ lætitia, & totius Lusitaniæ gratulatione, excommunicationis telo coërcuit, illi etiam Apostolici Legati sententia suffragante, cuius oculatus testis ego sum D. Acuña *in dicta historia ecclesiast. p. 2. cap. 103. n. 4. pag. 458.*

85 Nouissimè illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Sebastianus de Mattos de Noronha, ipsius Bracharensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Bracharæque dominus, ac Hispaniarum Primas, sui Primatialis iuris acerrimus defensor extitit, qui è nobilissimo, ac Regio Noronio genere ortus, præclaroque ingenio ornatus, in Conimbricensi Academia, me tunc studente, & vidente, Doctoratus gradum in Iure Canonico gloriosissimè est adeptus. Deinde postquam Conimbriæ contra hæreticam prauitatem Inquisitor Apostolicus designatus Durimineam prouinciam visitauit, è supremo & generali sancti Officij consilio in Episcopum Eluensem promotus fuit, in quo Episcopatu ita egregiè circa Pastorale officium se gessit, Synodumque Diœcesanam celebrauit, necnon Primarias constitutiones tanta eruditione in lucem edidit, vt Rex noster PHILIPPVS IV. tanti Præsulis prudentiam & vigilantiam admiratus, eum amni honorum genere vt dignissimum, ita ornatissimum ad Bracharensem Ecclesiam nominauerit, obtentaque Sedis Apost. gratia incunctanter Pacensem adiuit ciuitatem (vulgò *Badaioz*) Fidei iuramentum præstaturus, eoque emisso in manibus D. Gabrielis Ortiz Sotomaior meritissimi illius ciuitatis Episcopi, tota applaudente ciuitate, & pulsatis campanis, pro tanti Primatis reuerentia, statim coram omnibus Rochetto discooperto, à pectoreque Primatiali Cruce pendente se se exhibuit videndus, & inuidendus, & iure suo vtens continuata Antecessorum possessione ipsum Episcopum, cæterosque adstantes, deinde peragratam ciuitatem, nemine contradicente, patenter benedixit. Postea cum ciuitatem peteret Bracharensem Primatiali Cruce præeunte per Episcopatus & Archiepiscopatus securus ingrediens, variisque in ciuitatibus splendido acceptus apparatu solemni pompa sub pallio, tota comitante nobilitate & Capitulo fuit ad Cathedralem vsque Ecclesiam comitatus; & ipsam Bracharensem ciuitatem feliciter ingressus, solito iustitiæ zelo, & eximia in pauperes liberalitate, ministerio suo, & labori seruire incepit indefessus, & haud senilibus annis ad ea peruenit, ad quæ effœta ætate viri per summam contentionem ascendisse tanquam ad honoris culmen gloriantur. Deinde anno 1637. per Tudensem Episcopatum Primatiali incedens maiestate frequentes hominum concursus videndi studio turmatim irruentes, benedicens, eum Hispaniarum Primatem pleno ore publicè acclamabant. Eique velut Primati suo profundam reuerentiam exhibuerunt in oppido Baionæ, per quod pulsatis campanis & bellicis tormentis ab arce exoneratis, pro debita Primatialis Dignitatis reuerentia, Cruce præeunte ingressus est, tota nobilitate comitante, & in monasteriis Oiæ, & Guardiæ tanquam Primas receptus fuit cum hymno, *Te Deum laudamus*, & ab Altari solemniter populum benedixit, idemque fecit variis in locis eundo, & redeundo. Nunc verò hoc præsenti anno 1638. dum Pastorali, incredibilique solicitudine gregi inuigilaret, ecce Rex noster pro negotiis magni ponderis & momenti ad hanc Matritensem Curiam, illum aduocat, iter statim, Regio mandato obtemperans, Patriarchali Cruce præeunte aggreditur, eaque erecta, ac benedictione passim emissa per Abulensem, Salmanticensem, & Segobiensem Episcopatus, necnon per ipsum Toletanum Archiepiscopatum frequenti omnium conspectu sine contradictione ingreditur, & in hac Curia, & coram ipsomet Rege in publica audientia cum eadem Patriarchali Cruce ad pectus pendente, necnon Rochetto discooperto (quæ sunt Primatialis Dignitatis extra propriam diœcesim, & prouinciam insignia) omnibus videntibus, & me quoque tanquam oculato teste non semel conspiciente hos eodem anno publicè incedit, quod adhuc

nemo

nemo ex prædeceſſoribus, ita intrepidè, & virili animo fuit aſſequutus.

86 Arduam certè, & viribus meis imparem iudico quæſtionem, præteritis ſeculis adeo diſceptatam, & præſentibus penitus conſepultam, licet ſciam calumniis obnoxiam, & nihil tam probè, aut prouidè hic dici, quod non ex Seneca villicare malignitas poſſit: hic autem non ambitio priuata, ſed publicus Regni, & patrius honos eſt diſputationis argumentum, quod ſacra pagina commendatur ab Iſaia *cap.* 24. præcipente, *gloriam meam alteri non dabo*, &c. 4. Baruch. *ne tradideris alteri gloriam tuam, dignitatem genti alienæ*; prædo enim ſui iudicatur, qui honorem à virtute profectum cùm iactura ſua alteri relinquit, *cap. ſacerdos*, 1. *quæſt.* 2. *cap. nolo.* 12. *quæſt.* 1. Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi, par.* 1. *conſid.* 55. cum pro Religione, pro Rege, pro patria, pro parentibus defenſionem ſuſcipere legitimum, ac naturale ius ſit, idque omni æuo vter alteri præferendus eſſet decertatum, & controuerſum extitit apud omnes gentes, *l. ius gentium*, *Inſtit. de iure natur.* Sicuti de Scythis cum Ægyptiis, vel cum Phrygibus huiuſmodi quæſtionem multis, & diu agitatam ſcribunt Herod. *lib.* 2. & Trog. Pompe. *lib. item* 2. & in dirimendis circa primas ſedes excitatis controuerſiis multi excellentes vtriuſque iuris Doctores diſputationes, & conſilia in lucem ediderunt, ex quibus quæſtionem inter Duces Florentiæ, & Ferrariæ recitant Com. Natal. *lib.* 14. *in fine*, Port. *conſ.* 167. Decian. *conſ.* 19. *lib.* 3. Marzar. *conſ.* 16. Et inter Duces Medolanenſes, & Sabaudiæ aliam recenſet Ægid. Boſſ. *in praxi tit.* 1. *de Principe*. Et inter Ducem Burgundiæ, & Andegauenſem refert contentionem ſuper ſedem Boër. *de auctoritate magni conſilij num.* 110. *&* 207. & inter Marchionem de Tranſio, & Vicecomitem de Tallardo Io. Garſia *de nobilit. gloſ.* 35. *num.* 59. Deus enim Opt. Max. *Matth.* 24. *Luc. & Marc.* 10. vt flagitioſum, & turpe prohibet cum aliorum damno primas cathedras, primas in foro ſalutationes, primas in rebus publicis ſedes more Phariſæorum populari gloria exquirere, & cum eis tumeſcere.

Poſt primam huius tract. impreſſionem pro iure Brachatenſis Primatiæ tractatum integrum edidit Illuſtriſſ. D. Roderic. à Coña, cui titulus eſt, *de Primatu Eccleſiæ Bracharenſis*, & eleganter de ea egit Sebaſt. Cæſar. *in relect. de eccleſiaſt. hierarchia p.* 1. *diſp.* 4. §. 5. *per tot.* aliqua terigere Cald. Pereira *de manu Regia p.* 2. *cap.* 22. *n.* 5. Anton. de Sooſa de Macedo *in libro*, quem inſcripſit, *Flores de Heſpaña cap.* 9. *excell.* 13. Emman. de Faria *in epit. hiſtor. Portugal. par.* 4. *cap.* 13. Gaſp. Stati. *de antiquit. Luſit. cap.* 57. qui omnes poſt hæc ſcripta, & impreſſa pro Bracharenſi Eccleſia latè decertarunt; quamuis minus bene pro Toletano ſcripſerint Garcia Loayſa *in notis ad decretum Gandemari*, Gaſp. Caſtillo de Villalpando *in comment. ad Conc. cap.* 28. Thomas Tamajo de Vargas *en ſus nouedades antiguas de España nouedad.* 6. Mich. Ferrus *in tract. de precedent. eccleſiaſt.* q. 4. *num.* 8. *cum ſeqq.* Fileſac. *de ſacra Epiſcop. auctor. cap.* 9. §. 13. *fol.* 124. Alzed. *de precell. Epiſcop. dignit. p.* 1. *c.* 10. *à num.* 44. Ioan. Moren. *de patriarch. origine exerc.* 32. & nouiſſime Illuſtriſſ. D. Didacus de Caſtejon Caſtellæ Præſes in particulari tract. à ſe hac de re edito, & Matriti impreſſo de anno 1643. vbi in princ. plures alios idem tenentes refert. 87

TITVLVS QVARTVS.

De Archiepiſcopali præſtantia, eiuſque auctoritate in ſuffraganeos, & eorum ſubditos, ac in tota Prouincia.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus licet reſpectu Ordinis in ſubſtantia nihil plus habeat quam Epiſcopus, reſpectu tamen executionis, & exercitij maiorem habet ſolicitudinem.*

2 *Archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganeorum nullam habet poteſtatem niſi in caſibus à iure expreſſis.*

3 *Electum in Epiſcopum Archiepiſcopus confirmat.*

4 *Electione non celebrata intra tres menſes iuſtos, tamen impedimento ceſſante, ab iis, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate ea vice carebant, & deuoluebatur ad Archiepiſcopum ſuperiorem proximum.*

5 *Electo confirmato in Epiſcopum, Archiepiſcopus Metropolitanus in conſecratione interuenire debebat, vel eam committere.*

6 *Metropolitani ad conſecrationem debent concurrere omnes Suffraganei.*

7 *Suffraganei vocati ab Archiepiſcopo pro conſecratione alterius Suffraganei tenentur accedere.*

8 *Epiſcopus, qui in Metropolitana ciuitate non fuit ordinatus, intra duos, vel tres menſes proprij Metropolitani præſentiam viſurus accedere tenetur.*

9 *Archiepiſcopus poteſt iniungere ſuis ſuffraganeis vt ſeruare faciant quod ſeruatur in Metropolitana.*

10 *Concilij Prouincialis cauſa celebrandi Archiepiſcopus vocat Epiſcopos Suffraganeos.*

11 *Abſentiam Epiſcopi Suffraganei probat Archiepiſcopus in ſcriptis.*

12 *Archiepiſcopus poteſt compellere Epiſcopum ad faciendum id quod debet.*

13 *Synodum vt faciat quotannis poteſt Archiepiſcopus Epiſcopum compellere.*

14 *Epiſcopum negligentem in erectione ſeminarij poteſt Archiepiſcopus compellere.*

15 *Suſpendere, interdicere, & excommunicare poteſt Archiepiſcopus Epiſcopum.*

16 *Vicarius generalis Archiepiſcopi poteſt ſuffraganeum ſuſpendere, interdicere, & excommunicare non præſente Archiepiſcopo.*

17 *Vicarium, vel officialem Epiſcopi ſuffraganei ſubſiſtente rationabili cauſa poteſt Archiepiſcopus excommunicare.*

18 *Cauſæ rationabiles excommunicandi Vicarium Epiſcopi Suffraganei, quæ ſint? referuntur.*

19 *Negligentia Epiſcopi, circa id quod facere debet, deuoluere facit iuriſdictionem ad Archiepiſcopum.*

20 *Inſtituere præſentatum ſi nolit Epiſcopus, ipſum inſtituit Archiepiſcopus proximus ſuperior.*

21 *Epiſcopo negligente in executione vltimarum voluntatum Archiepiſcopus exequitur.*

22 *Metropolitanus adiri poteſt vt Epiſcopum cogat Iudici ſeculari auxilium, quod denegauit, exhibere.*

23 *Abſoluit Archiepiſcopus quem Epiſcopus non vult abſoluere.*

24 *Diſpenſationem debitam Epiſcopo denegante poteſt*

Archie

Archiepiscopus dispensare.

25 *Vicarium constituere potest Archiepiscopus cogere Episcopum, quando non est idoneus ad regendum, vel commodè regere non potest.*

26 *Negligentiam Episcopi exempti non potest supplere Archiepiscopus.*

27 *Iudex est ordinarius omnium Episcoporum sua prouincia Archiepiscopus.*

28 *Archiepiscopus de ciuilibus tantum causis Suffraganeorum cognoscere potest.*

29 *Dispensare in votis & iuramentis Episcoporum Suffraganeorum potest Archiepiscopus.*

30 *Discordia vbi est inter Episcopos suffraganeos super perceptione iurium Episcopalium in Ecclesia, quæ est sita in confinibus duarum diœcesium, potest Metropolitanus eos cogere vt concordent.*

31 *Iurisdictionem in subditos suffraganeorum potest Archiepiscopus exercere in concernentibus totam prouinciam.*

32 *Archiepiscopus cum in prouincia sua iurisdictionem exequitur, potest punire subditos suffraganei notorios iniuriantes sibi, nunciis, ac familia suæ.*

33 *Punire potest Archiepiscopus deuiantes à consuetudine Metropolitanæ Ecclesiæ in diuinis Officiis.*

34 *Metropolitanus tanquam delegatus Papæ ad querelam Episcopi procedit contra Canonicos sui Suffraganei cessantes à Diuinis causa rationabili.*

35 *Crimina quando sunt notoria, potest Archiepiscopus punire subditos Suffraganeorum in tota prouincia.*

36 *Iurisdictionem in prouincia potest exercere Archiepiscopus consuetudine sibi permittente.*

37 *Quæstores eleemosynarum per totam prouinciam mittere potest Archiepiscopus pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ.*

38 *Edictum per totam prouinciam potest mittere Archiepiscopus in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus.*

39 *Crucem ante se deferre potest Archiepiscopus in tota sua prouincia etiam in locis exemptis intra prouinciam.*

40 *Pallio vti potest Archiepiscopus intra quamlibet Ecclesiam prouinciæ suæ.*

41 *Pallio quibus diebus, & actionibus vti possit Archiepiscopus, ostenditur.*

42 *Benedicere populo per totam prouinciam potest Archiepiscopus.*

43 *Officia diuina in Pontificalibus celebrare potest Archiepiscopus in prouincia etiam in loco exempto.*

44 *Indulgentias potest concedere Archiepiscopus per totam suam prouinciam, etiamsi non sit in actu visitationis, dummodo statutum generali Concilij non excedat.*

45 *Prædicationis officium aliquibus interdicere potest Archiepiscopus per totam prouinciam.*

46 *Visitare prouinciam, & procurationem à subditis Suffraganeorum exigere potest Archiepiscopus.*

47 *Confessiones subditorum Suffraganeorum potest Archiepiscopus audire dum actu visitat.*

48 *Absoluere subditos suffraganeorum tam per se, quàm per alios potest Archiepiscopus dum visitat eorum diœceses.*

49 *Ordinare non potest Archiepiscopus, nec concedere litteras dimissorias dum actu visitat.*

50 *Iurisdictionem fori contentiosi in subditos Episcopi Suffraganei exercere non potest Archiepiscopus.*

51 *Dispensare in foro conscientiæ potest Archiepiscopus dum visitat diœcesim Suffraganei audiendo Confessiones in pœnitentialibus.*

52 *Absoluere ab heresi, & casibus concessis Episcopo* in Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 6. *potest dum visitat Archiepiscopus subditos Suffraganei.*

53 *Confirmare electum confirmandum ab Episcopo suffraganeo potest Archiepiscopus si Ecclesia suffraganea vacat.*

54 *Iurisdictionem potest exercere Archiepiscopus, & vacante sede Metropolitana Capitulum si Ecclesia Cathedralis non habet Capitulum actu, sed habitu, & quando nullus Canonicus est in sacris, &c.*

55. *Abbates, & Regulares Prælatos negligentes potest Archiepiscopus tanquam Sedis Apost. delegatus compellere vt prædicatio Euangelij fiat in Ecclesiis Parochialibus subiectis monasteriis in nulla diœcesi existentibus.*

56 *Seminarij vnum vel plura Collegia potest Archiepiscopus cum duobus antiquioribus suffraganeis in prouincia erigere ob Ecclesiarum paupertatem.*

57 *Regulares potest Archiepiscopus tanquam Sedis Apost. delegatus conuocare, in cuius prouincia monasteria sub immediata Sedis Apostol. protectione sita sunt, si sint negligentes exequi decretum* Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 8.

58 *Monachos, & alios Regulares vagabundos, & apostatas potest Archiepiscopus in tota prouincia admonere, vt redeant ad sua monasteria, &c.*

59 *Exules facere à tota prouincia delinquentes in sua diœcesi potest Archiepiscopus.*

60 *Vicarium, seu officialem deputare potest Archiepiscopus in Ecclesia suffraganea, si infra octo dies post mortem Episcopi Capitulum non prouiderit, vel non idoneum elegerit.*

61 *Appellationis in causa cognoscit Archiepiscopus inter subditos Suffraganeorum.*

62 *Episcopus si promoueatur in Archiepiscopum an sit Iudex appellationis à sententia quam ipse protulit dum erat Episcopus.*

63 *Appellari potest ab Episcopo ad Archiepiscopum, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus.*

64 *Appellari potest ad Archiepiscopum etiamsi Episcopi iurisdictio fuerit à Papa excitata in ea causa in qua Episcopus protulit sententiam.*

65 *Archiepiscopus potest cognoscere etiam inter illos, qui sponte offerunt liti super illa re, de qua est appellatum, non autem inter eos inuitos.*

66 *Appellationis in causa interlocutoria Archiepiscopus pronuntians bene appellatum remanet iudex in toto negotio principali.*

67 *Appellatur ad Papam, & non ad Archiepiscopum in causis S. Fidei.*

68 *Archiepiscopus non cognoscit in causa appellationis quoad alios, qui partes non fuerunt.*

69 *Sententiæ de nullitate non potest cognoscere Archiepiscopus inter subditos Suffraganeorum absque appellatione*

70 *Restituere in integrum non potest Archiepiscopus aduersus sententiam Episcopi.*

71 *Episcopi à delegato non appellatur ad Archiepiscopum, sed ad Episcopum delegantem.*

72 *Archiepiscopus conuenit subditum sui Suffraganei Episcopi coram ipso.*

1 RCHIEPISCOPVS (de cuius nominis etymologia, & origine egi suprà, *tit.1. c.6.à n. 10.*) quamuis respectu Ordinis in substantia, id est, respectu characteris, nihil plus habeat, quam Episcopus, respectu tamen exequutionis, & exercitij maiorem habet solicitudinem, Card. Zabarel. *in Clem. Archiepiscopo, n.7. de priuileg.* & præcellit cæteros Episcopos honore. Gemin. *in cap. per singulas il 2. q 3.* & est persona magis priuilegiata, *cap. seruatis, & cap. igitur 25. quæst. 2.* præstantia aliquando appellatur Archiepiscopalis dignitas, *cap. fin. de purgat. Canon.* nonnumquam auctoritas Metropolitana, *cap. de his 12. dist. cap. fin. 51. dist. c. solicitudinem, de appellation.* alibi dicitur Metropolitanicum ius, *cap. cum à nobis, de arbitr. auth. de Ecclesiast. tit. in princip.* nouissimè Mich. Ferr. *in tract. de præcedent. ecclesiast. q.4. num.2.*

2 Sed cùm Archiepiscopus in subditos Suffraganeorum nullam habeat potestatem nisi in casibus expressis in Iure, *cap. Romana, cap. venerabilibus, de sentent. excomm in 6. cap.1. de supp. neglig. Prælat. eod. lib.* Iacobat. *de Concil. lib.2. art.5. num.34.* Gambar. *de officio Legati à latere lib.2. num.33.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 22. n. 37.* vbi *n.* 102. aduertit quòd vbicumque Archiepiscopus intendit concedere contra subditum Suffraganei sui in aliquo casu de expressis in iure, tenetur in sua citatione exprimere casum ipsum exceptum, per quem concludatur sua iurisdictio, cùm alias possit citatio huiusmodi sperni, & citatus comparere non teneatur, Scacc. *de appellat. q. 8. sub num. 98. decis. 4.* Quarant. *in summa Bullary, verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 12.* & Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 70. alias 71. num. 7.* quem refero Ego ipse *in collect. ad cap. pastoralis, n.3. de officio Ordin.* & dicit Felin. *in cap. pastoralis sub n.3. de rescriptis*, prout eum refert Prosper de Aug. *in addit. ad Quarant. d. verbo*, esse periculosum asserere idem esse in similibus, prout Archiepiscopi auctoritas in fine, & demum Archiepiscopum habere limitatam iurisdictionem in causis subditorum sui Suffraganei, asserit Sigism. Scacc. *de appellat. q.17. limit. 47. memb.3. num.7. & quæst. 19. remed. 1. consil. 6. n. 83. post princip.* cuius quidem iurisdictio Archiepiscopi ita est restricta ad causas appellationum, vt in subditos sui Suffraganei nullam habeat iurisdictionem, etiam ipsis volentibus, nisi accedat consensus Suffraganei, idem Scacc. *d. tract. quæst. 19. remed. 1. num. 54. & quæst. 17. limit. 47. memb. 3. n. 11.* ideo operæ pretium duxi in compendium redigere quanta sit auctoritas Metropolitani in Suffraganeos, eorumque subditos, & in tota prouincia, & incipiendo à personis Suffraganeorum.

3 *Prima* præstantia erat, quod electum in Episcopum Archiepiscopus confirmabat. *c.1. 64. dist. c. innotuit, & cap. cum dilectus, de elect. cap. inter corporalia, de translat. Episcopi, cap. qua fronte, de appellat.* Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 2. q. 70 n. 1.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas n.3. versic. prima.*

4 II. Præstantia erat, quòd electione non celebrata infra tres menses, iusto tamen impedimento cessante ab iis, qui eligere debuerant, eligendi potestate ea vice carebant, & deuoluebatur ad Archiepiscopum superiorem proximum, *cap. ne pro defectu, de elect. cap. quanquam, eod. tit. in 6.* Quarant. *dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 3. versic. secunda*, vbi obseruat quòd antea deuoluebatur ad Papam, per *cap. dilectus, de concess. præbenda.*

5 III. Præstantia erat, quòd confirmato electo in Episcopum Archiepiscopus in consecratione sui Suffraganei interuenire debebat, vel eam committere, nec alij Episcopi sine eius mandato consecrare debebant, vt habetur *64. & 65. distinct. cap. qui in aliqua 51. distinct. c. suffraganeus, de elect. c. si Archiepiscopus, de tempor ordin.* cum similibus citatis à Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, n.3. versic. quarta*, vbi obseruat Metropolitanos hodie hac auctoritate non vti, quia prouisio fit à Papa, & sic ab ipso Pont. promotum inferiores non consecrare ait sine eius licentia, quæ datur in ipsis litteris promotionis, vt à quocumque Catholico Episcopo consecretur.

6 IV. Præstantia est, quòd ad consecrationem Metropolitani debent concurrere omnes Suffraganei, *c. qui in aliquo, in fine, 51. distinct. c. si Archiepiscopus, cum seq. de temp. ordinat.* Quarant. *d. verb. Archiepisc. auctoritas n.4. versic. sexta*, Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepisc. Neapol. c.70. secundum Romanam impress. n. 26.* Ego ipse *in collect. ad dict. cap. si Archiepiscopus num. 2.*

7 V. Præstantia est, quòd vocati Suffraganei ab Archiepiscopo pro consecratione alterius Suffraganei tenentur accedere, *c. non debet, cum seq. 65. distinct. d. cap. si Archiepiscopus*, Quarant. *dict. verb. Archiepisc. auctoritas n. 4. versic. septima*, Marc. Anton. Genuen. *d. cap. 70. n 17.* obseruantes quòd vbi vult Metropolitanus, ibi consecrari debet. Ego ipse *in collect. ad d. cap. si Archiepiscopus, n. 6.*

8 VI. Præstantia est, quòd Episcopus, qui in Metropolitana ciuitate non fuit ordinatus intra duos, vel tres menses proprij Metropolitani præsentiam visurus accedere tenetur, vel impeditus scribere, vt ab eo monitis Ecclesiasticis instructus plenius quid obseruare debeat, recognoscat, *cap. cum longè 63. distinct.* Quarant. *dict. verb. Archiepiscopi auctoritas n.6.* Marc. Anton. Genuens. *dict. c. 70. n. 28.* obseruantes Archiepiscopum dici patrem Episcoporum, & illi maximam obedientiam & reuerentiam præstare debere Suffraganeos: vnde *in Cæremon. Episc. nuper edito c.4.* fuit decretum quòd præsente, seu adueniente Metropolitano cesset Episcopus à benedictionibus priuatis; & in Concilio Mediolanensi V. vbi de Episcopis habetur, quòd illi coram suo Metropolitano, non possunt deferre Rochettum detectum, & hodie *in cæremoniali Episcoporum lib. 1. c. 3.* pariter habetur Episcopos in congregationibus Concilij Prouincialis coram Archiepiscopo vti posse Rochetto cooperto cum mozzeta.

9 VII. Præstantia est, quòd Archiepiscopus potest iniungere suis suffraganeis, vt seruari faciant quod seruatur in Metropolitana Ecclesia, *c. dilectus il 2. de simon.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas n. 7. versic. decimum*, Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 70. n. 21.* vbi obseruat text. illum *in d. cap. dilectus*, procedere vt possit iniungere, quæ de Iure seruanda sunt, nempe vt subditi caueant à labe simoniaca, iuxta terminos dicti textus.

10 VIII. Præstantia est, quòd Archiepiscopus vocat Episcopos Suffraganeos ad Concilium Prouinciale, *18. distinct. per totam.* Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 2.* Marc. Anton. Genuen. *d. c.70. n.22.* In quo ipse est præsidens, *cap. placuit 18. distinct. glos. verb. exceptis, in c. pastoralis, de Officio Ordin.* & est caput Concilij, Abb. *in cap. graue num. 8.* & Imol. *num. 10. de præbend.* Card. Alex. *in cap. si quis Episcoporum 18. distinct.* ac omnibus Episcopis, Prælatis, & Clericis Prouinciæ præesse dicitur, Beroi. *in cap. 1. de iudic.* & est iudex principalis in Concilio, *cap. 1. 34. dist.* & ipse habet principaliter iudicare de consilio aliorum Episcoporum, Cardin. Alexand. *in cap. de eo, 50. dist.* & latè de Concilio Prouinciali

agit

agit Quaranta *in summa Bullarij verb. Concilium Prouinciale.*

11 IX. Præstantia est, quòd Archiepiscopus probat in scriptis absentiam Episcopi Suffraganei, Concil. Trident. *sess. 6. de reform. c. 3. & sess. 21. etiam de reform. c. 1.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas n. 7. versic. vndecimum.* Et absque legitima causa eò non residente Archiepiscopus potest applicare fructus fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus locis, & crescente contumacia denunciare summo Pont. iuxta prædicta decreta Concilij Trid. *& Constit. Pij IV.* incip. *De salute gregis, pridie Nonas Septembr.* 1560. Quarant. *vbi suprà vers. duodecimum.*

12 X. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest compellere Episcopum ad faciendum id, quod debet, Abb. *in cap. si quis contra clericum, num. 40. de foro compet.* Quaranta *d. verb. Archiepiscopi auctoritas n. 9. vers.* 14. Marc. Anton. Genuens. *dict. cap. 70. num.*
13 3. Vnde † poterit compellere Episcopum ad faciendam Synodum quotannis, *cap. sicut, de accusat.* & eum cogere vt constituat œconomum, *c. in noua 16. q. 7. & cap. cùm simus 9. q. 3.* Sbroz. *de Vicario Episc. lib. 1. quæst. 46. num.* 4. Et Archipresbyterum ruralem, *c.*
14 *fin. de officio Archipresbyt.* & denique † poterit cogere Episcopum negligentem in erectione Seminarij, ex Concil. Trident. *sess. 23. de reform. c.* 28. & sic de similibus.

15 XI. Præstantia est, quòd Archiepiscopus potest Episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare, *cap. 1. §. fin. de officio Ordin. in 6. cap. venerabili,* vbi Abb. *de sent. excomm.* Lancelot. Conrad. *in templ. omnium iudic. lib. 2. cap. 4. sub n.* 28. Rozæ. *de Synodo part. 1. n. 45. 46. & 47.* vbi tenet quòd Episcopus omittens congregare Synodum, est suspendendus ab executione officij, & poterit suspendi per Archiepiscopum, cui subest, Quarant. *d. vers. Archiepiscopi auctoritas, num. 8. vers. 13.* Marc. Anton. Genuens. *dict. cap. 70. num. 5.* vbi obseruat in coërtione Suffraganeorum debere Archiepiscopum seruare formam *cap. 2. de offic. delegat. in 6.* videlicet quòd primò debet prohibere ingressum Ecclesiæ, vel Sacerdotale ministerium interdicere, deinde poterit suspendere ab officio, vltimo loco excommunicare, additque idem Genuens. cum Ioan. Andr. & Domin. *in d. c. 1.* hoc ita seruari debere, licèt Episcopus adhuc non fuerit consecratus, excommunicationem tamen in Suffraganeum latam contra talem formam tenere.
16 Amplia primò † in Vicario Archiepiscopi, vt possit Suffraganeum suspendere, interdicere, & excommunicare, sed absente Archiepiscopo, non præsente, *d. §. fin.* Bertachin. *de Episcopo, part. 7 lib. 4. tit. de Vicario Episcopi, quæst.* 10. Picard. 10. *inter consilia Menochij* 52. *num.* 187. Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib. 2. quæst. 58. num.* 3. nisi Episcopus non fuerit consecratus, quia tunc à Vicario etiam præsente Archiepiscopo excommunicari poterit, Archid. Domin. & Franc. *in dict. §. fin.* Cuch. *instit. Can. lib. 4. tit. de consecr. Episcopi, n. 6. & tit. de Vicario Episcopi, n.* 123.
17 Sbroz. *d. n.* 3. Amplia *secundò,* † vt Archiepiscopus possit excommunicare Vicarium, vel Officialem Episcopi Suffraganei subsistente causa rationabili, *cap. 1.* & *ibi* gloss. *verb. rationabili, de officio Vicar. lib. 6.* Archid. *in cap. 1. in verb. iurisdictione, de officio ordin. eod.* Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib. 2. quæst. 59. num.* 6. Causas autem rationabiles excommunicandi Vicarium recenset glos. *in d. cap. 1.* & *ibi* Archid. & Gemin. *num. 6. in princ.* videlicet quando Vicarius impedit causam appellationis delatam ad Archiepiscopum, vel si deliquit circa officium commissum, si peccaret in iis, quæ sunt iurisdictionis, si vteretur iurisdictione Episcopi sui excommunicatur, si non seruat Sedis Apost. priuilegia, & sit criminosos, & incorrigibilis, refert Sbroz *loco proximè citato.*

Verùm propositio illa quòd Archiepiscopus sit 18
Iudex Vicariorum generalium suorum Suffraganeorum, quando delinquunt in officio, non est indistinctè accipienda, sed distinguendi sunt duo casus cum Lotter. *d. lib. 1. quæst. 21. num.* 100. *Prior* est quando Vicarius ita delinquit in officio vt offendat iurisdictionem Metropolitani, veluti si nolit deferre appellationi ad eundem legitimè emissæ, vel illius inhibitionem spernat, & tunc fatemur Archiepiscopum posse eum coërcere censura ecclesiastica, & hic est vetus sensus *cap. 1. de offic. Vic. lib. 6.* qui venit coniungendus cum alio text. idem Innocent. IV. in eadem controuersia inter Archiepiscopum Remen. & eius Suffraganeos, siue eorum Officiales, *in cap. Romana, in princip. de appellat.* *Alter* est si deliqui in officio præiudicando simpliciter partibus, & iustitiæ, & hoc quidem casu nisi propter notorietatem, & grauitatem criminis facta sit deuolutio, cognitio, & punitio pertinet ad ipsum Episcopum, qui habet facultatem à Iure, prout quiuis alius Magistratus, coërcendi Officialem suum appellatione remota, *l. nulli Officialium. C. quom. appell. non recip.* registrata per Gratianum *in cap. ei qui appellat. §. nulli quoque, 2. quæst. 6.*

XII. Præstantia est quòd per negligentiam Epi- 19
scopi circa id, quod facere debet deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, *c. cùm simus 9. q. 3. c. 1. §. notoria. de censib. in 6.* in ratione decidendi, & est Communis, de qua testatur Felin. *in c. Pastoralis, n. 6. de officio Ordin.* dicens sic tenere vniuersum, refert & sequitur Marc. Anton. Genuen. *d. c. 70. n. 4.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 21.* Gambat. *de offic. & potest. Legati de latere, lib. 2. tit. de variis Ordinar. nominibus, n. 32.* Ego ipse *in Collectan. ad cap. pastoralis 11. n. 8. decis. 1221. n. 2.* vbi *n. 1.* docet Episcopum posse cogere Suffraganeum ad compellendum subditos suos pro perhibēdo testimonio, & alia opportuna in causis faciendo, & Episcopo negligente posse vtrumque cogere, *& decis. 1237. n. 2.* vbi quòd ius cogendi testes, & alios non sibi, sed Episcopo Suffraganeo subditos, non est penes Metropolitanum, nisi in casu negligentiæ Episcopi Suffraganei. Quicquid teneat Abb. *in cap. si quis contra clericum, n. 7. & in repet. à n. 40. de foro compet.* Adnectit Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarant. citato n. 21. lit. M.* post Pauin. quem refert *de Visitat. p. 2. q. 5.* quod propter negligentiam solam non deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, nisi post terminum assignatum per ipsum Archiepiscopū; quando tamen crimina non sunt notoria. Hinc colli-
go *primò,* quòd † si Episcopus voluerit instituere præ- 20
sentatū, ipsum instituet superior proximus, id est, Archiepiscopus, Abb. *in c. ex parte, de concess. præb.* Roch. *de iurepatron. verb. pro eo quod de diœcesani consensu q. 5. n. 12.* Mandos. *cons. 7. sub n. 13.* Campan *in diuersor. Iuris Canon. rub. 21. cap. 13. n. 475.* Ego ipse *in Collect. ad cap. nullus 17. num. 2. de iurepatron.* Ab Episcopo tamen exempto ad Papam fit deuolutio, Campan. *d. cap. 13. num. 484.* & in beneficiis Curatis debet instituere infra duos menses, aliàs patroni possunt adire Archiepiscopum, qui instituet, ex Constit. Pij V. incip. *In conferendis, sub Dat. 16. Maij* 1567. quam refert Quarant. *verb. beneficiorum parochialium collatio.* *Secundò* collige † Episcopo negligente in execu- 21
tione vltimæ voluntatis Archiepiscopum exequi, vt per Abb. *in d. cap. pastoralis, in princ.* Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum lib. 2. cap. 4.*

Diuinis absque causa rationabili, & manifesta, *cap. irrefragabili §.caterum, de officio Ordin.* vbi noto ego ipse *in collect.n.*14.Quarant.*d.verb.Archiepiscopi auctoritas vers.*3.Marc.Anton.Genuen.*d.c.*70.*n.*13.

35 XVIII. Præstantia est, quòd quando crimina sunt notoria, potest Archiepiscopus punire subditos Suffraganeorum in tota prouincia,*cap.* 1.*§.notoria,de censib.in* 6.Quarant.*d.verb.Archiepiscopi auctoritas,vers.*24.Marc.Anton.Genuen.*d.cap.*70. *n.*11. & illum posse procedere iu omni tempore etiam extra visitationem,asserit Abb.*in cap.ex frequentibus,n.*10.*de institut.* quod tamen admittit Genuens. *loco proximè citato*, dummodo Episcopus non præuenerit in puniendo;sed Syluest.*verb. Archiepiscopus sub n.*3.*in fine*, quem videtur sequi Quarant.*d. vers.*24. illud intelligit quando Episcopus fuerit negligena.

36 XIX. Præstantia est,quòd Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in Pronincia, consuetudine sibi permittente, *c.*1. *de foro compet. c.*1. *de pœnis lib.*6. vbi notant Gemin.& Franch.Marc.Anton.Genuen. *d.c.*70.*n.*13. Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas vers.*25.vbi Prosper de Augustino *in addit.* limitat vt non possit Archiepiscopus, siue alius Prælatus consuetudine acquirere, quæ communiter non concedontur Ecclesiis sine priuilegio Apost.*per cap. contra morem* 100.*dist.*

37 XX. Præstanda est, quòd Archiepiscopus, vel eius Officialia potest mittere quæstores eleemosynarum per totam Prouinciam pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ, quibus si à subditis Suffraganeorum resistitur, vel non patetur, non possunt eos citare,*c.*1.*de Pœnit.& remiss.lib.*6. vbi Franch. dicit procedere pro quolibet opere pio, Imols *in Clem abusionibus n.*18.& Zabarel. *n.*9.*eod. tit.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas vers.*16. vbi etiam obseruat quòd licèt Archiepiscopus punire possit subditos Suffraganeorum impedientes eum,vel eius Officiales in iurisdictione contentiosa,vel quasi,*d.cap.*1.non tamen poterit iurisdictionem exercere contra ipsos subditos Suffraganeorum impedientes eum,vel officiales circa charitatem & exhortationem, sed bene poterit coërcere ipsos Suffraganeos, & eorum officiales,si absque causa iusta non permittunt,cùm potestas ipsorum Archiepiscoporum circa exhortationem esset aliàs elusoria,vel quia sunt iudices Suffraganeorum,& eorum officialium, vt dixi *sup.præstantia* 13.

38 XXI. Præstantia est, quòd Archiepiscopus potest mittere edictum per totam Prouinciam in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus, Gemin. & Franch.*in c.*1.per text.*ibi,de suppl.neglig.Prælat.lib.*6. Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas vers.* 27. Marc.Anton.Genuen.*d.c.*70.*n.*14.

39 XXII. Præstantia est, quòd Archiepiscopus in tota sua Prouincia potest ante se deferre Crucem,& populo benedicere, etiam in locis exemptis intra Prouinciam,*Clem. Archiepiscopo, de priuileg.* vbi Zabarel.*sub num.*5.& latè explicat Rusæ. *de prærogatiuis Archiepiscopalis dignitatis,priuil.*2.Læli. Zech. *de Repub. Ecclesiastica tit. de statu Illustriss. Patriarcharum n.*6.*in verb. Archiepiscopus,*Lotter.*d.lib.*1.*q.*22.*n.*27. Vincent. de Franchis *decis.*711. *à n.*4. vbi dicit quòd delatio Crucis Dominicæ significat quandam præeminentiam eius, qui ante se facit illam deferre, & sic potest Archiepiscopus illam deferri facere per loca exempta,licèt non possit extra Prouinciam suam, quia locus exemptus non desinit esse intra prouinciam.Quarant.*d.verb.Archiepiscopi auctoritas,vers.*28. vbi ampliat etiam extra visitationem,& limitat,nisi esset præsens Legatus Papæ,vel Cardinalis non Legatus, seu Nuncius cum facultate Legati de latere; quod etiam tradit Gratian. *Marchia decis.*19. *n.* 5. & aduertit Alzed.*d.part.*1.*c.*13.*n.*87.quod Archiepiscopus electus confirmatus, & consecratus donec pallium accipiat, non potest facere portare Crucem.

XXIII.Præstantia est,quòd Archiepiscopus intra quamlibet Ecclesiam Prouinciæ suæ potest vti pallio, *cap.* 1. *de auctorit. & vsu pallij*, etiam in loco exempto,*Clem. Archiepiscopo, de priuileg.* Durand. *in rationali Diuinorum lib.*3.*cap.*17. Rusæ. *de prærogatiuis Archiepisc.dignitatis priuileg.*21.Petr.Gregor.*syntagm. lib.*15.*c.*9.*à n.*6.Guid.Pancir. *in thesauro variarum lect. lib.*1.*c.*20. Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas vers.*31. Stephan.Durant.*de ritibus Ecclesiæ lib.*2.*c.*9. *à n.*41.Sanch.*in opusc.moral.lib.*7.*c.*1.*dub.*16.*n.*4.Lotter. *de re benefic.lib.*1.*q.*22. *n.*2.*cum multis seqq.* nouissimè 40
Nouat.*in praxi var.fori q.*11.*n.*6.*sect.*1. † Non autem 41
semper,sed in certis tantummodo diebus.*c. ad honorem,& c.vlt.de auctorit.& vsu pallij.*Qui autem hi dies sint, licèt satis in Iure expressum non esse aduertat glos.*in d.c.vlt.*eos tamen recenset Durand. *d.c.* 17.*n.* 13. & alij suprà post eum citati, quibus addo Azor. *instit.moral.part.*2.*lib.*3.*cap.*34. *q.*2. *vers.quæres quinam sint.*Moscon. *de maiest.militantis Ecclesiæ p.*1.*lib.*1. *c.*8. *pag.*236.*lit.B.* D. Acuña *ad c.pallium num.*1. *dist.* 100. *in praxi cærem. lib.* 1. *sect.* 10. *cap.* 10. *num.* 10. Sanch. *d. dub.* 16. *ex num.* 5. Alzedo *de præcellent. Episc dignit. p.* 1. *c.* 13.*n.* 72. Sed meliùs est recurrendum ad formam priuilegij;vt in diebus tantùm in concessione pallij expressis eo vti liceat, vt expressit tex. *in d.c. vlt.* & aduertit *glos. vlt. in d. c.*1. Non etiam eo vtuntur Archiepiscopi in omnibus actionibus, sed tantùm in Missarum solemniis, *cap. pallium* 110. *dist.* Sanch. *d.dub.*16.*num.*5. Vel si Episcopum contigerit consecrare, vt ex Gregor, *epist.*2.*ad Bonifac.* notant Durand. *d. cap.*9.*in fine.* Vel etiam in ordinationibus clericorum, iuxta tex. *in c. quod sicut* 18.*§.super eo, de elect.*ex quo & tex. *in cap.bona* 4.*in fine.de postulat.Prælat.* negatiuè decidenda videtur quæstio, de qua iam diu vidimus dubitare,vtrùm scilicet Episcopus factus Archiepiscopus ante receptum pallium Ordines conferre possit? nam *in dict.§.super eo,* decidit Pontifex quòd non tanquam simplex Episcopus, sed tanquam Archiepiscopus Ordines conferre,& alia Pontificalia exercere non potest : ante receptionem pallij non potest verè dici Archiepiscopus, vt ex tex *in cap. nisi specialis,* vbi glos. *verb. nominis, de auctor. & vsu pallij,* Decian. *cons.* 90.*n.* 11. *lib.* 2. Genuens. *d. c.* 71. *n.* 19. Lotter. *d. quæst.* 22. *num.* 24. At verò *in d. cap. bona,* decidit fortiùs Archiepiscopum translatum in aliam Ecclesiam antiquo pallio vti non posse,neque sua vti potestate ante nouum acceptum, quod intra propriam prouinciam suos subditos ordinando de plano procedit : quæ intelliguntur vera cùm intendit exercere actua Ordinis Episcopalia iuresuo, & ex propria persona tanquã Archiepiscopus, secus verò si tanquã Episcopus vice alterius Episcopi,qui eum inuitaret in sua diœcesi,Ferret. *cons.* 90. *sub n.*3. Genuens.*d. c.*71. *num.*18. Lotter.*d. q.*22.*n.*25.Et ideo hoc casu videtur mittendum quòd Ordines conferre possit ante pallium acceptum, velut Episcopus nullius Diœcesis, & ne Archiepiscopus deterioris conditionis sit, quàm huiusmodi Episcopus, vt aduertit Rusæ. *dict. priuileg.* 21. *versic. vnum est.* & non dissentit Prosper. de Augustino *in addition. ad Quarant. d. vers.*32. In processionibus autem, quando processionaliter Archiepiscopum Ecclesiam exire contigerit, pallio vti non posse decidit text. *in dict. cap.*1. Sanchez *dict. dub.* 16. *n.* 6. licèt aliquando ex priuilegio à Romano Pontif. aliquibus concessum legamus,

mus, vt in proceſſionibus, vtantur pallio, vt aduertit Durand. *loco proximè citato.* Non obſtat text. *in dict. cap. vlt.* ibi, *vbicumque fueris*: vnde aliqui deducebant Archiepiſcopos etiam in aliena Prouincia vti poſſe pallio de conſenſu eius ad cuius prouinciam declinat, iuxta text. *in dict. cap. ex tuarum, in fine*, repugnat enim ipſe text. ſi aduertas, procedere ſuppoſito ſpeciali priuilegio. Quare meliùs reſpondetur cum gloſſ. ibidem, quam ſequuntur Doctores communiter, teſte Ruſæo *d. priuileg. 21. verſic. illud tamen*, quòd verba generalia, *vbicumque fueris*, reſtringuntur ad terminos habiles, ſcilicet intra Prouinciam, iuxta doctrinam *gloſſ. 1. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. & gloſ. vlt. in cap. 1. de conſtitut.* Aduertit Proſper de Auguſtino *citato loco* Archiepiſcopum, qui renunciauit Epiſcopatui, & ſic loco, & non dignitati, non poſſe exercere Pontificalia cum pallio in diœceſi, & Prouincia renunciata, etiam cum conſenſu Archiepiſcopi ſucceſſoris, & Suffraganeorum, ſed tantùm exercere Pontificalia ſine pallio cum conſenſu prædictorum, quemadmodum in aliis diœceſibus de conſenſu Diœceſanorum, quia illo pallio amplius vti non poteſt, ſed debet retinere penes ſe, & cum eo ſepeliri, Caſtald. *d. c. 10. n. 13.* vbi aduertit debere pallium apud ſe retinere, & cum eo ſepeliri ſub capite ipſum tenendo: item addit ante receptionem pallij nihil interim de Eccleſiæ prouentibus recipere poſſe, vt *in Extrauag. 1. in fine, de elect. inter commun.* Poſſe Archiepiſcopum nondum recepto pallio exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non verò cogere Concilium, & exercere quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, obſeruat Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 38. n. 9.* Caſtald. *dict. c. 10. n. 3.* vbi *n. 9.* aduertit ipſum pallium dignè, & honorificè aſſeruari debere ſerico obnolutum in capſula intus, & extra pulchrè ornata, vt ipſo vti poſſit Archiepiſcopus temporibus ſuis. Et quia pallium eſt perſonale, non poteſt accommodari, Durand. *in ration. diuin. Offic. lib. 3. c. 7. n. 12.* Quarant. *d. verb. Archiepiſc. auctoritas, verſ. 32.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. c. 34. quæſ. 8.* Laymann *de Præl. eccleſ. elect. cap. 14. quæſ. 159.* nec in morte alicui relinqui, ſed cum eo Archiepiſcopus ſepeliri debet; in ſua Prouincia ipſum habebit circa humeros infra Planetam; ſi verò extra Prouinciam ſepeliatur, ponendum erit pallium ſub capite Archiepiſcopi defuncti. Caſtald. *dict. c. 10. n. 12.* Tres quæſtiones hac de re diſputat eleganter D. Acuña *ad cap. pallium. 10. diſt.* 100. vide apud illum. Alia de hac materia congerit Alzed. *dict. part. 1. cap. 13. n. 71. cum ſeqq.*

42 XXIV. Præſtantia eſt, quòd Archiepiſcopus de Iure communi poteſt benedicere populo per totam Prouinciam, etiam in loco exempto, *Clem. Archiepiſcopo, de priuileg.* Quatant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 29.* vbi intelligit tam de benedictione ſolemni, per illa verba, *ſit nomen Domini benedictum*, quam ſimplici, quæ iterando præſtatur, & habetur expreſsè *in Caremon. Epiſcoporum, lib. cap. 4.*

43 XXV. Præſtantia eſt, quòd poteſt Archiepiſcopus diuina Officia in Pontificalibus celebrare in Prouincia, etiam in loco exempto, & ab aliis in ſua præſentia ſine Pontificalibus celebrari facere, *Clem. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 30.* vbi aduertit quòd pro celebratione in Pontificalibus poteſt collocare ſedem, quia ſpectat ad honorem Epiſcopalem, & eſt de acceſſoriis ad celebrationem, & his Pontificalibus vti vr ſine iuriſdictionis exercitio, vel officio, vt Miſſam celebrando, & prædicando: ſed ſi iuriſdictione, vel officio vti vellet, id non poterit ſine licentia Epiſcopi, vel ſuperioris loci exempti, vt ordinare, chriſmare, degradare, vel ſimilia faciendo, gloſſ. eſt celebris, & magiſtra *in d. Clem. Archiepiſcopo*, Pauin. *de viſitat. part. 2. quæſt. 4.* Couarr. *practic. c. 9. ſub n. 2.* vbi hoc intelligit, etiamſi vellet illa exercere in ſubditum ſuum, non ſolùm in loco exempto, ſed etiam in diœceſi ſui Suffraganei.

XXVI. Præſtantia eſt, quòd Archiepiſcopus poteſt concedere Indulgentias per totam ſuam Prouinciam, etiamſi non ſit in actu viſitationis, dummodo ſtatutum generalis Concilij non excedat, *cap. noſtro, de Pœnit. & remiſſ.* Roſel. *de Indulgent. n. 274.* Cordub. *q. 14.* Henriq. *in ſumm. lib. 7. c. 32. §. 1.* Stephan. Quarant. *dict. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 31.* vbi limitat in loco exempto, Marc. Anton Genoenſ. *dict. c. 70. n. 15.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 6. de Indulgent. q. 1. puncto 3. n. 2. verſic. obſeruat.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 3. c. 55. quæſ. 6.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. c. 7. n. 18.* Lotter. *d. q. 22. n. 28.* Iul. Lauor. *de Indulgent. part. 2. c. 11. n. 28.* dixi infra *alleg. 88. n. 15. & 16.* 44

XXVII. Præſtantia eſt, quòd Archiepiſcopus poteſt per totam Prouinciam ſuam prædicationis officium aliquibus interdicere, ptovt *in cap. tuarum, de priuileg.* Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 34.* Marc. Anton. Genuen. *d. c. 70. n. 16.* 45

XXVIII. Præſtantia eſt, quòd Archiepiſcopus poteſt viſitare Prouinciam, & procurationem à ſubditis Suffraganeorum ſuorum exigere, *cap. cum Apoſtolus*, vbi gloſſ. *verb. Archiepiſcopi, c. ſopita, & cap. ſuper eo, de cenſib. c. cum ex officij, de præſcript. c. 1. & c. fin. de cenſib. lib. 6.* Vbi dicitur quòd † Archiepiſcopus dum viſitat Prouinciam, poteſt Confeſſiones ſubditorum Suffraganeorum audire, & abſoluere confitentes, & ipſis pœnitentias iniungere ſalutares, & abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, & cenſuris, Pauin. *de viſitat. part. 2. q. 4.* Quarant. *dict. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 33.* Marc. Anton. Genuenſ. *dict. c. 70. n. 9.* Henriq. *lib. 11. c. 3. §. 5.* Et † poſſe Archiepiſcopum dum actu viſitat diœceſes Suffraganeorum, abſoluere illorum ſubditos tam per ſe, quam per alios, probant Suarez *tom. 4. diſput 25. ſect. 1. n. 14.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 1. n. 23.* Molfeſ. *in ſum. moralis Theolog. tract. 7. c. 14. n. 75.* 46 47 48

† Non poteſt tamen ordinare, nec concedere litteras dimiſſorias, quia non reperitur à Iure ei permiſſum, Franch. & Gemin. *in d. c. fin.* Marchin. *de ſacram. Ordinis tract. 1. par. 5. c. 5. n. 7.* nec poterit conferre Ordines ſuis ſubditis in Diœceſi Epiſcopi Suffraganei abſque eius licentia, quia non poteſt ſolemniter exercere actus pertinentes ad Ordinem Epiſcopalem intra alienam diœceſim, Cou. *pract. c. 9. n. 2.* Sanch. *in opuſcul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. n. 30.* neque chriſmare, Petr. Subert. *in tract. de cultura Vineæ Dei, part. 1. c. 9.* † Nec poterit exercere iuriſdictionem fori contentioſi in ſubditos Epiſcopi Suffraganei, Quarant. *dict. verſ. 33.* niſi in duobus caſibus, videlicet in criminibus notoriis, & contra impedientes eius iuriſdictionem, vt notatum eſt *ſup. præſtantia 12. & 17.* Hodie verò attenta noua diſpoſitione Concilij Trident. *ſeſſ. 24. reformat. c. 3.* Archiepiſcopus non poteſt viſitare diœceſes Suffraganeorum, niſi cauſa cognita & probata in Concilio Prouinciali, & tunc viſitando habebit eaſdem facultates, quas ante Concil. de Iure communi habebat, ex citatis Iuribus, nec non alia, quæ à Concil Prouinciali in ſpecie ei committerentur iuxta facultatem, quam habet à Iure ipſum Prouinciale Concilium, vt obſeruant Henriquez *lib. 6. de pœnitent. c. 14. n. 9. in textu, & in commento lit. Z.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 11. n. 6. in fin.* 49 50

XXIX.

51 XXIX. Præstantia est, quòd Archiepiscopus dum visitat diœcesim Suffraganei audiendo Confessiones in pœnitentialibus, potest dispensare in foro conscientiæ, vt per Gambar. *de offic. legati lib. 2. tit. de varijs Ordin. nom. n. 33.* Abb. *in cap. ad extirpendas, de filiis Presbyt.* Marc. Anton. Genuen. *d. c. 70. num. 9.* Borgas. *de irregular. par. 5. in tit. de dispensat. Archiepiscopi*, aduertens quòd quando in foro exteriori dispensatio est debita ratione causæ & personæ, debet remittere ad Suffraganeum eius subditum vt dispenset cum eo, quo recusante, vel negligente, ipse Archiepiscopus dispensabit; additquè quòd vbicunque Suffraganeus culpa sua ius dispensandi perdidisset, potest Archiepiscopus dispensare: adiungit denique ipse Borgas. quòd quando Episcopus est suspensus ad tempus, ea dispensatio pro magno bono fiendo, vel magno scandalo vitando celeritatem requireret, tali casu sit deuolutio ad Metropolitanum, refert Prosper de Augustino *in addit. ad Quarant. d. verb. Ar-*
52 *chiepiscopi auctoritas, post vers. 40.* Vnde † posse Archiepiscopum dum visitat, vt suprà, subditos Suffraganei absoluere ab hæresi, & casibus concessis Episcopo in decreto Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 6.* quia tempore, quo visitat, censetur illa diœcesis tanquam sua, & habet in ea iurisdictionem Episcopo superiorem: ita Suar. *tom. 4. disputat. 30. sect. 2. n. 8. & tom. 5. disput. 41. sect. 2. num. 12.* qui addit in hoc *n. 12.* hoc esse verum quoad forum Pœnitentiæ, & sic quoad absolutionem à reseruatis, secus autem quoad dispensationem, vt in irregularitate, idem dicit *tom. 2. de Relig. tract. de voto lib. 6. c. 10. num. 9.* sequuntur Sayr. *in claui Regia lib. 6. c. 21. n. 80.* Genuen. *d. n. 9.* Sanch. *d. tom. 1. lib. 4. c. 38. n. 14.* contra Henriq. Anton. Gom. & Auilam citatos per Sanch. existimantes posse in hoc casu Archiepiscopum dispensare.

53 XXX. Præstantia est, quòd Archiepiscopus potest confirmare electum confirmandum ab Episcopo suffraganeo, si Ecclesia suffraganea vacat; si tamen est consuetudo, *cap. sicut tuis*, vbi glos. *verb. Coloniensem, de simon.* Stephan. Quarant. *dict. verb. Archiepiscopi auctoritas vers. 35.*

54 XXXI. Præstantia est, quòd Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem, & vacante Sede Metropolitana Capitulum, si Ecclesia Cathedralis non habet Capitulum actu, sed habitu, & quando nullus Canonicus est in Sacris in Ecclesia suffraganea, vt per Panorm. *de officio, & potest. Capituli Sede vacante par. 2. q. 10. sub n. 5.* Prosp. de August. *in addit. ad Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, post vers. 40.*

55 XXXII. Præstantia est, quòd Archiepiscopus tanquam Sedis Apost. delegatus potest compellere Abbates, & Regulares Prælatos negligentes, vt prædicatio Euangelij fiat in Ecclesiis Prouincialibus subiectis monasteriis in nulla diœcesi existentibus, Concil. Trident. *sess. 5. de reformat. c. 2.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas vers. 37.*

56 XXXIII. Præstantia est, quòd Archiepiscopus cum duobus antiquioribus Suffraganeis potest in Prouincia erigere vnum, vel plura Collegia Seminarij ob Ecclesiarum paupertatem, iuxta decretum Concilij Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 18.* de quo multa dixi *part. 3. huius tract. alleg. 77.* referunt Quarant. *dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 38.* & Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 70. n. 20.*

57 XXXIV. Præstantia est, quòd Archiepiscopus tanquam Sedis Apostol. delegatus potest conuocare Regulares, in cuius Prouincia monasteria sub immediata Sedis Apostolicæ protectione sita sunt, negligentes exequi decretum Concil. Trident. *sess. 25. de Regular. c. 8.* refert Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 37. in med.*

XXXV. Præstantia est, quòd Archiepiscopus in 58
tota prouincia potest monere monachos, & alios Regulares vagabundos, & apostatas, vt redeant ad sua monasteria, monendo prius Episcopos Suffraganeos, vt id exequantur, deinde Regularium Superiores, vt eos reducant, quibus negligentibus ipse compellet Regulares, & etiam Superiores, per text. *in cap. quanto, de officio Ordin.* refert Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 70. n. 20.*

XXXVI. Præstantia est, quòd Archiepiscopus po- 59
test causes facere à tota Prouincia delinquentes in sua diœcesi, *cap. 2. de arbit. cap. tuarum, de priuil.* Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 39.* Marc. Anton. Genuen. *d. c. 79. n. 17.*

XXXVII. Præstantia est, quòd Archiepiscopus 60
potest deputare Vicarium, seu Officialem in Ecclesia suffraganea, si infra octo dies post mortem Episcopi Capitulum non prouiderit, vel non idoneum elegerit, ex decreto Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. c. 16.* referunt Quarant. *dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 36.* & Marc. Anton. Genuens. *dict. c. 70. n. 6.* Raguf. *de iure canonicarum in capitulo, quæstio 37. n. 1.* vbi *n. 8.* cum Gem. *in cap. fin. n. 8. de suppl. neglig. Prælat.* obseruant quòd si moreretur Vicarius creatus à Metropolitano, vel alio Superiore ob negligentiam Capituli, Capitulum potest infra octo dies creare vt priùs, quia pro prima vice tantum amisit ius, & ad ornatum materiæ vide quæ dixi *p. 3. huius tract. alleg. 54. n. 163. cum seqq.*

XXXVIII. Præstantia est, quòd Archiepiscopus 61
cognoscit in causa appellationis inter subditos Suffraganeorum, *cap. pastoralis, de officio Ordin. cap. dilectus, cap. cùm causam, cap. solicitudinem, de appellat. c. 1. de foro compet. in 6. cap. Romana, de appellat. eod. lib.* cum similibus, referunt Couarr. *pract. c. 9. n. 2.* Quarant. *dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 18.* Marc. Anton. Genuen. *d. c. 70. n. 7.* Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesiast. hierarch. disp. 5. §. 2. n. 10. vers. primus*, Sigismen. Scacc. *de appellat. q. 8. n. 86. cum seqq.* & Petr. Gregor. *in simili tract. lib. 4. c. 2. sub n. 1. vers. ab Episcopis*, Seraphin. *decis. 1183.* vbi tenet quòd Archiepiscopus potest causas ad se per appellationem, aut aliàs delatas ab Episcopo Suffraganeo per se, vel per Vicarium generalem, vel per delegatum cognoscere, & terminare in totum, vel in partem, etiam in Diœcesi Suffraganei, item & notarium, ac nuntium deputare pro exercenda iurisdictione.

Amplia *primò*, vt ab Episcopo in tantum appelle- 62
tur ad Archiepiscopum, vt ipsemet Episcopus si post interpositam appellationem promoueatur in Archiepiscopum, sit iudex appellationis à sententia, quam ipse protulit, dum erat Episcopus, ea debito tamen tenetur alteri illam causam delegare, & ipse abstinere ab illius cognitione, Franch. *in cap. ad hæc 6. col. vlt. q. 4. sub n. 7. de appellat.* Petr. Gregor. *d. lib. 4. c. 17. à n. 9.* Scacc. *d. tract. de appellat. q. 2. n. 15. & q. 8. n. 86. vers. extende primò.*

Secundò amplia, quòd nedum in spiritualibus, sed 63
etiam in temporalibus ab Episcopo ad Archiepiscopum appellari possit, Quarant. *d. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 13. vers. ampliatur tamen*, latè Scaccia *d. q. 8. à n. 90.* hinc inferens Archiepiscopum esse Iudicem appellationis in iis, quæ exercet Episcopus etiam ex iure accidentali, seu non solùm in his, quæ exercet de iure communi, sed etiam in iis, quæ exercet de iure speciali, ex priuilegio, & *n. 91.* asserit hoc esse verum, quando iurisdictio temporalis est totaliter translata in Ecclesiam, adeò quòd pro illa non recognoscit

cognoscit Superiorem temporalem, & *numeris sequentibus* hoc multipliciter declarat, & restringit.

64 *Tertiò* amplia, vt possit appellari ad Archiepiscopum, etiamsi Episcopi iurisdictio fuerit à Papa excitata in ea causa, in qua Episcopus protulit sententiam, quia Papa committendo causam Episcopo, quam ipse Episcopus poterat cognoscere ex iurisdictione sua ordinaria, regulariter dicitur excitasse eius iurisdictionem, & non delegasse causam, & consequenter est appellandum ad Archiepiscopum, vt per Scacciam *dict. q* 8. *n.*87. *versic. extende secundo*, & faciunt per me adducta *allegat.* 92. *à n.* 12. & adducta à Quaranta *dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, n.* 18. *vers. item si Papa.* Secus est si non excitaret, sed delegaret, quia tunc Episcopus reputaretur delegatus; nam Ordinarius cui delegatur causa, quam ipse potuisset cognoscere iure Ordinariæ iurisdictionis, efficitur in ea delegatus, Bertachin. *de Episcopo, lib.* 4. *part.* 4. *n.* 78. *tom.* 13. *part.* 2. *fol.* 351. Albert. Brun. *tract. de augmento, in* 3. *conclus. princip. sub n.* 21. *versic. & primò tom.* 17. *fol.* 352. quos refert & sequitur Scacc. *d. tract. de appellat. q.* 8. *n.* 86. *vers. secus est, & de iudiciis causarum ciuilium lib.* 1. *c.* 16. *n.* 5. *in fine*, ac proinde appellandum est ad delegantem, ad tradita per eundem Scacc. *dict. q* 8. *n.* 14.

65 *Quartò* amplia, vt Archiepiscopus possit cognoscere etiam inter illos, qui se sponte offerunt liti super illa re, de qua est appellatum, non autem inter eos inuitos, Gemin. & Franch. *in cap. Romana* §. *in alium, de appellat. lib.* 6. Marc. Anton. Genuens. *dict. c.* 70. *n.* 7. *in principio.*

66 *Quintò* amplia vt Archiepiscopus in causa appellationis ab interlocutoria pronunciationis bene appellatum, remaneat iudex in toto negotio principali, Scacia *dict. tract. q.* 18. *limitat.* 47. *memb.* 3. *n.* 7. vbi *num.* 9. & 11. an omisso articulo appellationis de consensu partium possit procedere in negotio principali? & *n.* 13. quid si Episcopus horum detulerit appellationi?

67 Limita *primò* in causis sanctæ Fidei, in quibus appellari ad Papam propter grauitatem negotiorum tenent Peña *In direct. Inquisit. part.* 3. *commentar.* 31. Marc. Anton. Genuens. *dict. q.* 8. *n.* 88.

68 Limita *secundò* quoad alios, qui partes non fuerunt, ac proinde in compulsione aliorum subditorum recurrendum esse ad Episcopum obseruant Abb. *in cap. pastoralis, n.* 12. *de officio ordin.* Marc. Anton. Genuens. *dict. c.* 70. *n.* 7. *vers. declara primò*, vbi hinc refert non posse Archiepiscopum compellere subditos Episcopi ad perhibendum testimonium in causa appellationis, nisi aliud sit de consuetudine, eo tamen caso posse Archiepiscopos quando Episcopus nollet compellere.

69 Limita *tertiò*, vt Archiepiscopus non possit cognoscere de nullitate sententiæ inter subditos Suffraganeorum absque appellatione, vt per Franch. *in c.* 1. §. *post hac, sub n.* 7. *vers. sed aduerte, de appellat. in* 6. *& in cap. dilecto* 63. *sub n.* 67. *vers. secundus casus, eod. tit. in antiq.* dicentem quòd non potest adiri Archiepiscopus per viam querelæ, seu nullitatis sententiæ Episcopi, & *ibidem* Card. Alexand. *n.* 58. *prope fin.* & Felin. *in cap. in litteris* 9. *prope fin. vers secundus casus, est de offic. deleg.* Marc. Anton. Genuens. *d. c.* 70. *n.* 7. *vers. limita quartò*, Scacc. *dict. tract. de appellat. q.* 19. *remed.* 1. *concl.* 6. *n.* 85. Sebast. Cæsar *d.* §. 2. *num.* 14.

70 Limita *quartò*, vt Archiepiscopus non possit restituere in integrum aduersus sententiam Episcopi, quia Archiepiscopus adiri non potest nisi per viam appellationis, vt per Abb. *in cap. vlt. in fine, de restit. in integrum*, Scacc. *d. concl.* 6. *n.* 85. *in fine, & remed.* 2. *n.* 61. *vers. ad quartum.*

71 Limita *quintò*, vt à delegato Episcopi non appelletur ad Archiepiscopum, sed ad Episcopum delegantem, Franch. *in cap. dilectus il* 3. *de appellat.* Marc. Anton. Genuens. *dict. c.* 70. *n.* 7. *vers. limita secundò*, vbi restringit, nisi Episcopus delegaret causas in fraudem, non appelletur ad Archiepiscopum.

72 Limita *sextò*, quando Archiepiscopus conuenit subditum sui Suffraganei Episcopi coram ipso, quia isto caso non appellatur ab Episcopo ad Archiepiscopum, quia esset appellare ad aduersarium, & ideo omisso Archiepiscopo Iudice Superiore, proximè appellatur ad Superiorem Archiepiscopi, vt scribunt Gemin. *in cap. Romana* 3. §. *ab Archidiaconis, sub n.* 4. *casu* 2. vbi Franch. *n.* 4. *limit.* 8. *de appellat. lib.* 6. Socin. *reg.* 23. *fallent.* 8. Brederod. *de appellat. par.* 8. *tit* 18. *in verb. ab Archiepiscopo, colum.* 202. *& in verb. ab Episcopo, column.* 203. quos refert & sequitur Scacc. *dict. tract. de appellat. q.* 7. *n.* 107.

FINIS PRIMÆ PARTIS.



AVGVSTINI BARBOSÆ, V.I. D. LVSITANI,

DE OFFICIO, ET POTESTATE EPISCOPI,

PARS SECVNDA:

Vbi omnia, quæ ad omnifariam Epiſcopi poteſtatem, vel ad Sacramenta, & Ordines conferendos, vel ad diſpenſationes elargiendas pertinent, breui & eleganti methodo comprehenſa ſunt.

COMPENDIVM

Eorum, quæ curæ, & officio Epiſcoporum in ſequentibus Allegationibus plenè demandantur.

SVMMARIVM.

1 *Ius Eccleſiaſticum totum ad officium, & poteſtatem Epiſcopi pertinet.*

2 *Officium, ac munus Epiſcoporum in duobus præcipuè conſiſtit, primò in cultu diuino, & Chriſtiana Religione augenda: ſecundò in paſcendis ac regendis ouibus ſibi commiſſis.*

3 *Cura Epiſcoporum circa diuinum cultum, & Religionem ad quatuor capita redigi poteſt.*

4 *Officium Epiſcopi circa fidem, & venerationem Dei eſt curare, vt omnes ſuæ diœceſis animæ Fidem Chriſtianam ſuſcipiant, & rudimenta ſciant, ac de illa inanes diſputationes tollere.*

5 *Curare vt verbum Dei populo prædicetur, & lectio ſacræ Scripturæ ac Theologiæ habeatur.*

6 *Curare etiam ne verba, & ſententiæ ſacræ Scripturæ ad ſuperſtitiones, & alia profana adhibeantur.*

7 *Diuinos omnes, & ſortilegos, & magicam artem exercentes, & docentes à diœceſibus ſuis penitus eradicare.*

8 *Miracula noua, & reliquias, & imagines approbare.*

9 *Vouentes vt vota ſua reddant, & cum impotentibus diſpenſare, & vt iuramenta licita ſeruentur, abſoluendo eos qui poſſunt abſolui.*

10 *Feſta in Dei, & Sanctorum venerationem, vt ritè, & rectè celebrentur.*

11 *Curare debent Epiſcopi vt Miſſæ purè & piè celebrentur, modo, loco, ac tempore debito.*

12 *Diuina officia, & horæ Canonicæ vt debitè, ac deuotè ſuis horis celebrentur.*

13 *Epiſcoporum curæ mandatur, vt populis diuerſarum linguarum, Miſſæ, & officia, ac Sacramenta ſecundùm eorum linguas, & approbatos ritus celebrentur.*

14 *Epiſcoporum officium eſt miniſtrare Sacramenta, ſpecialiter verò Confirmationem, & attendere vt ea à miniſtris idoneis cum debita forma, ritu, & materia celebrentur.*

15 *Curare ne pro miniſtrandis Sacramentis aliquid indebitè exigatur.*

16 *Sacramentorum omnium ius ac virtus vt à Parochis ſuis populis exponatur.*

17 *Clericos, ac Regulares delinquentes corrigere.*

18 *Peregrinos clericos ſine teſtimonialibus litteris ſuſcipere non debent.*

19 *Rationes ab teſtamentorum executoribus etiam regularibus exigant.*

20 *Abbatum negligentiam ſuppleant.*

21 *Confeſſorem Monialibus aſſignent.*

22 Immunitates & Ecclesiarum reuerentiam circa ea, quæ in eis fieri prohibentur tueri, & conseruare debent.

23 Prædicare verbum Dei, & subditos suos docere, eisque monita salutis tradere, præcipuum est Episcoporum officium.

24 Animarum curæ prouidere debent Episcopi, bonos & idoneos Rectores, siue Curatos instituendo.

25 Excommunicatorum nomina subditis suis, & vicinis etiam Episcopis dare debent Episcopi, etsi oporteat publicare.

26 Vitia subditorum tenentur Episcopi arguere, & errantes corrigere.

27 Victum pauperibus, & viduarum, orphanorum, ac miserabilium personarum curam paternam gerere tenentur Episcopi.

28 Prouidere debent Episcopi ne subditi sui inanibus & superfluis sumptibus intendentes substantias suas consumant.

29 Episcopi audita morte Romani Pont. tenentur cum suis subditis exequias celebrare, & quotidie pro felici noui Pont electione fideliter orare.

30 Episcopi debent generaliter oues sibi commissas bonorum operum exemplo pascere, & pro eis frequenter orare, & sacrificia Deo offerre.

31 Visitare totam diœcesim sæpius personaliter debent Episcopi.

32 Synodum quotannis conuocare debent Episcopi.

33 Residere debent Episcopi.

34 Potestas, auctoritas, & iurisdictio Episcopalis ad quot capita reducantur.

36 Basilicas consecrare, & consecratas reconciliare si violatæ fuerint, ad Episcopum solum spectat.

36 Chrisma conficere & Baptizatorum fontes Chrismate signare ad Episcopum solum spectat.

37 Ordines Clericis conferre, Episcopos consecrare, & huiusmodi clericos solemniter degradare ad Episcopum solum spectat.

38 Episcopus, quæ non possit alteri demandare? ostenditur.

39 Abbates subditis suis Regularibus Ordines minores conferre possunt.

40 Cardinales S.R.E. etiam non Episcopi ex priuilegio Ordines minores conferre possunt.

41 Virgines benedicere & consecrare est solius Episcopi.

42 Pœnitentes publicè in Missa reconciliare Sacerdos simplex sine licentia Episcopi non potest.

43 Calices, patenas, Corporalia & vestimenta Sacerdotalia ex priuilegio, vel consuetudine benedicere potest non Episcopus.

44 Ecclesiarum pollutarum, si fuerint consecratæ, reconciliationem non delegat Episcopus sine indulto Apost.

45 Subiectas habere omnes & singulas personas suæ diœcesis pertinet ad iurisdictionem Episcopi.

46 Ecclesias omnes & parochias, monasteria, & hospitalia, ac omnia loca pia sub sua potestate, & regimine habere debet Episcopus.

47 Bona Ecclesiastica, ac beneficia, & iura omnia Ecclesiasticarum quoad quædam sub suo regimine continere debet Episcopus.

48 Dimissorias pro ordinibus ab alio Episcopo recipiendis concedere pertinet ad Episcopum.

49 Constitutiones speciales in Ecclesia & diœcesi sua facere pertinet ad Episcopum.

50 Consuetudines bonas circa personas, & loca, ac res Ecclesiasticas introducere pertinet ad Episcopum.

51 Episcopis licent circa celebrationem diuinorum & administrationem sacramentorum multa quæ annexa Ordini communia sunt Presbyteris.

52 Beneficia Ecclesiastica personis idoneis, & habilibus legitimè conferre spectat ad Episcopum.

53 Causas omnes ad forum Ecclesiasticum de Iure spectantes cognoscere, & omnino saltem in prima instantia, & in sua diœcesi terminare est Episcopi.

54 Visitatio omnium Ecclesiarum, & quorumcumque locorum Ecclesiasticorum & personarum spectat ad Episcopum.

55 Clericos, & omnes Ecclesiasticas personas sibi subiectas corrigere, & carcerare ab officio, & beneficio suspendere, degradare, & beneficiis priuare potest Episcopus.

56 Capituli negligentiam supplere quando potest Episcopus.

57 Adulteria & scelera inquirendi, vlciscendi & iudicandi absque impedimento alicuius habet Episcopus potestatem super omnes personas non exemptas suæ diœcesis.

58 Ecclesias ædificandas designare spectat ad Episcopum.

59 Vniones Ecclesiarum, & beneficiorum certis de causis facere, spectat ad Episcopum.

60 Monasteria Regularium reformare, & quandoque gubernare potest Episcopus.

61 Res Ecclesiasticas dispensare, ac moderari spectat ad Episcopum.

62 Dispensare in irregularitate ad Ordines suscipiendos quando possit Episcopus?

63 In irregularitate ex delicto manifesto quod non sit grauius adulterio post peractam pœnitentiam dispensat Episcopus.

64 In irregularitate ex quocumque delicto graniori quantumuis manifesto dispensat Episcopus, si aliqua iusta excusatione muniatur.

65 Dispensare possunt Episcopi in irregularitate ex quacumque etiam causa, absque delicto tamen proprio veniente, vel vbi subest necessitas dispensandi, vt n.66. vel propter Ecclesiæ vtilitatem, & meritorum prærogatiuam, vt n.67.

68 Episcopi non minus dispensare possunt ad ministrandum in Ordinibus iam susceptis, quam ad eosdem suscipiendos.

69 Dispensare possunt Episcopi cum illegitimis in beneficiis simplicibus, non autem in curatis, nec in dignitatibus.

70 Dispensare potest Episcopus cum eo, qui recipit beneficium de manu laici, vt valeat illud retinere; & cum eo, qui propter beneficium, quod obtinet, tenetur infra annum ordinari si abesse velit causa study, vt num. 71. & vt beneficiatus non resideat ad tempus cum legitima causa, vt num. 71.

73 Dispensare in Matrimonio contrahendo quibus casibus possint Episcopi ostenditur.

74 Episcopi in multis casibus Sedi Apost. reseruatis dispensare possunt, vbi necessitas magna coegerit, & periculum scandali.

75 Dispensare non possunt Episcopi contra Canones, & Concilia, nisi in tribus casibus relatis.

76 Dispensare necne an debeant Episcopi in multis casibus arbitrio eorum relinquitur.

77 Dispensat Ecclesia facilius ad retinendum, quàm de nouo acquirendum.

78 Absoluunt Episcopi ab omni voto, exceptis quatuor, à quibus solus Papa absoluit: & circa iuramentum in casibus, qui non sint maximi momenti, aut valde dubys, vt n.79.

80 Absoluere à censuris in quibus possint casibus Episcopi? & n.81.

Casuum

82 *Casuum reseruationem de grauioribus possunt delictis Episcopi sibi facere.*

83 *Pœnitentias publicas iniungere, & solemniter pœnitentes absoluere possunt Episcopi.*

84 *Pertinentia ad iurisdictionem Ordinariam Episcoporum multa sunt quæ sine eorum permissione, & consensu fieri præcipuè à clericis legitimè nequeunt.*

85 *Episcopi in quibus casibus tanquam Sedis Apostol. delegati procedere possint? ostenditur multis numeris seqq.*

101 *Negligentiam exemptorum supplens Episcopi in multis casibus tanquam Sedis Apost. delegati.*

103 *Iurisdictio Episcopi in quibus restringatur? ostenditur.*

104 *Episcopi iurisdictionem in priuilegiatos & exemptos exercere, & manus in iis, quæ superiori reseruantur, apponere prohibentur.*

105 *Episcopi Ecclesiam alteri subiectam ab eius subiectione sine causa liberare non possunt.*

106 *Episcopi a multis grauaminibus Religiosorum cessare iubentur, quæ in Canonibus exprimuntur, &* n.107.108.109.110.111.112.



1 CVM totum ius Ecclesiasticum, & singulæ eius partes ad officium, & potestatem Episcopi pertinere dignoscantur, breuiter igitur hæc omnia, vt poterimus, colligemus, annotantes scilicet ea summatim, quæ Episcoporum curæ, & officio demandantur, eadem verò pleniùs suis in locis infrà pertractabimus.

2 Obseruandum IN PRIMIS est officium, ac munus Episcoporum in duobus præcipuè consistere, videlicet *primò* in cultu diuino, & Christiana Religione augenda, & conseruanda: *secundò* in pascendis, ac regendis ouibus sibi commissis, & eas in æternæ salutis viam perducendis.

3 Cura Episcoporum circa diuinum cultum, & Religionem ad quatuor capita redigi potest, *primò* ad ea, quæ fidem, & venerationem Dei concernunt: *secundò* ad diuinorum Officiorum celebrationem: *tertiò* ad Sacramentorum administrationem: *quartò* ad ea, quæ ad harum rerum ministros, & res, ac loca Ecclesiastica pertinent.

4 Officium Episcopi circa fidem, & venerationem Dei est, *primò* curare, vt omnes suæ diœcesis animæ fidem Christianam suscipiant, si sit in terris infidelium; alioquin curare vt omnes Fidei rudimenta sciant, & ea ritè doceantur, ac eis explicentur, & ad hoc exequendum Curatos animarum specialiter compellere, *cap. ante Baptismum, de consecrat. dist.* 3. Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 4. latiùs infrà *alleg.* 76. *num.* 37. Fidei quoque disputationes inanes, ac periculosas tollere, & prohibere, dubitationémque de Fide exortam ad Papam deferre, *cap. palam, cap. quoties* 24. *q.* 1. *c. cum quibus, in fine, vbi glos.* 24. *q.* 3. *cap. quicumque.* §. 1. *de hæret. lib.* 6. *l. nemo. C. de summa Trinit.* cum similibus.

5 *Secundò*, vt verbum Dei populo prædicetur, de quo latiùs *allegat.* 76. & lectio sacræ Scripturæ, ac Theologiæ habeatur, de quo etiam *alleg* 56.

6 *Tertiò* ne verba, & scientiæ sacræ Scripturæ ad superstitiones, incantationes, ac diuinationes, vel sortes, & in alia profana, & scurrilia adhibeantur, & conuertantur, talesque verbi Dei violatores coërcere. Concil. Trident. *sess.* 4. *de editione, & vsu sacrorum librorum in fine*, Fusch. *de visit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 34. Azor. *instit. moral part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 2. *quæst.* 4.

Quartò, diuinos omnes, & sortilegos, & magicam artem exercentes, aut docentes, & superstitionibus aliisque similibus operam dantes ex diœcesibus suis penitus eradicare. *cap. contra, & cap. Episcopi* 25. *quæst.* 5. Ita & hæreticos, & hæreses omnes similiter extirpare, secundùm ea quæ diximus *alleg.* 40. *num.* 35. *cum seqq.* Circa Iudæos quoque, & paganos curam adhibere in iis seruandis, quæ & Christianis erga illos, & illis erga Christianos iubent, vel prohibent sacri Canones, *in cap. Iudæi* 25. *q.* 1. cum similibus. 7

Quintò, noua miracula, Reliquias, & Imagines approbare, *cap. fin. de reliquiis & venerat. sanct. cap. placuit, de consecrat. dist.* 1. Concil. Trid. *sess.* 25. *de inuocat. & venerat. sanct.* de quo latiùs *allegat.* 97. & abusus ac superstitiones, quæ circa hæc, & circa Indulgentias, & celebrationem Missarum plerumque versantur, tollere, Concil. Trid. *sess.* 22. *de obseruandis & euitand. in celebr. Missar.* 8

Sextò, vt vouentes vota sua reddant, & cum impotentibus dispensare, aut commutare in quantum facultas Episcopalis extenditur, ita & in iuramento curare ne falsa, aut inania iuramenta fiant, iurata autem licitè seruentur, absoluendo tamen eos, qui possunt absolui, peierantes verò canonicè coërcendo, vt suis locis videbimus, & præcipuè *alleg.* 36. 9

Septimò, vt festa in Dei, & Sanctorum venerationem ritè ac debitè celebrentur, vt in illis diebus fideles Diuinis intersint, atque in seruilibus operibus, & aliis illicitis abstineant, de quibus aliqua infrà *alleg.* 105. *n.* 36. *cum seqq.* 10

CIRCA SECVNDVM, de celebratione Missarum & diuinorum Officiorum, curare debent Episcopi, *primò* vt Missæ purè, ac piè celebrentur, modo, loco, ac tempore debito, atque in his superstitiones, & abusus tollere, Concil. Trident *sess.* 22. *de obseruand. & euitat. in celebr. Miss.* de quo aliqua *alleg.* 24. & ne cui vago & ignoto Sacerdoti eas celebrare permittant, Concil. Trid. *loco proximè citato*, & nos *alleg.* 21. *à princip.* 11

Secundò, vt reliqui diuina Officia, & horæ Canonicæ debitè, ac deuotè suis horis, & secundùm Canonum dispositionem celebrentur, ac recitentur, abusus similiter omnes circa huiusmodi profligando, *Clem.* 1. *de celebrat. Missar.* 12

Tertiò, mandatur Episcopis curare, vt populis diuersarum linguarum, & rituum, qui nonnunquam in eadem simul diœcesi morantur, Missæ, & Officia, ac Sacramenta secundùm eorum linguas, & approbatos ritus celebrentur, ac ministrentur, instruendo eos pariter verbo & exemplo, *cap. quoniam in plerisque, de offic. Ordin.* vbi Abb. *not.* 3. ponens exemplum in ciuitate Constantinopolitana; & in multis locis Calabriæ, & in ciuitate Tridentina, in qua adsunt Theutonici & Itali, & in ciuitate Meten. in qua sunt Galli, & Theutonici, refert Sbroz *de officio Vicarii, lib.* 1. *q.* 31. *n.* 16. *&* 17. 13

CIRCA TERTIVM, de administratione Sacramentorum; officium Episcoporum *primò* est ministrare, specialiter verò Confirmationem, de qua *allegat.* 30. & Ordinem, prout diximus *allegat.* 3. *cum seqq.* atque attendere vt Sacramenta reliqua à ministris idoneis cum debita forma, ac ritu, & materia, tempore etiam legitimo, ac personis dignis, & habilibus ministrentur, idque cum omni reuerentia, ac debito honore fiat; & specialiter, vt sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, honorificè, ac decenter conseruetur, *cap. sanè, de celebrat. Missar,* & latè *alleg.* 22. 14

15 *Secundò*, ne pro ministrandis Sacramentis aliquid indebitè exequatur, *cap. placuit il 2. 1. quæst. 1.* & specialiter vt in matrimonio decreta Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. matrimon.* seruentur, de quibus latè *alleg. 32.*

16 *Tertiò*, vt vis, ac virtus omnium Sacramentorum à parochis suis populis exponatur, vt admonet Concil. Trid. *sess. 14. de reform. cap. 7.* & vt sæpiùs explicetur, & publicetur decretum eiusdem Conc. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 7.*

17 CIRCA QVARTVM de Ecclesiasticis personis ac rebus, seu locis, attendere debent Episcopi *primò* ad ea, quæ de ordinandis clericis, & beneficiis conferendis, quæve de Regularium personarum institutione, infrà suis locis exponemus, in hisque seruandis curam ac diligentiam impendere.

18 *Secundò*, clericos ac Regulares delinquentes corrigere iuxta sacrorum Canonum dispositionem *in c. irrefragabili, de officio Ordin. & Clem. 1. eod. tit. cum similibus.* Regularis enim extra monasterium degens etiam sui Ordinis priuilegij prætextu tutus non est, quò minus si deliquerit ab Ordinario loci tanquam super hoc à Sede Apost. delegato secundùm Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat, vt nouè disponit Concil. Trid. *sess. 6. de reformat. cap. 6.* & infrà latè *alleg. 105. num. 14. cum seqq.* & curare vt ea seruent circa honestatem seruandam in vestibus, quæ infrà diximus *alleg. 9.*

19 *Tertiò*, sine formatis, aut testimonialibus litteris clericos peregrinos suscipere non debent, vt dicemus *alleg. 21.*

20 *Quartò*, officio Episcoporum est iniunctum, vt
si quando contingat Regulares personas fieri testa-
mentorum executores, rationes de huiusmodi exe-
cutionibus ab eis exigant. *Clem. vnica, de testam.*
latè infrà *alleg. 72. num. 34. cum seqq.* † Negligentiam
21 quoque Abbatum suppleant, confessorem Monia-
libus assignent, prout *alleg. 25. circa finem*, monaste-
ria omnia visitent *alleg. 74.* & plura alia, quæ magis
ad potestatem pertinere videntur; de quibus omni-
bus sigillatim dictis locis, & aliis tractabimus.

22 *Quintò*, quantum ad loca Ecclesiastica curæ Episcoporum iniungitur Ecclesiasticas immunitates tueri, *cap. decet, de immunit. Eccles. lib. 6.* Et Ecclesiarum reuerentiam circa ea, quæ in eis fieri prohibentur, conseruare, & augere, & quid circa Ecclesias construendas, & reparandas, conseruandas, & reconciliandas, de quibus latè *alleg. 26. cum seqq.* & quid circa gubernationem hospitalium, & locorum piorum curare debeat Episcopus, vt *alleg. 75.* diximus; & quid denique eorum curæ circa res omnes Ecclesiasticas conseruandas, tractandas, & non alienandas committatur, ostendemus *allegat. 95.*

NVNC VERÒ de cura in pascendis ouibus
23 adhibenda videamus, circa quod officium Episcoporum *primò* est prædicare verbum Dei, & subditos suos docere, eisque monita salutis tradere, *cap. audire 25. dist. cap. inter cætera, de officio Ordin.* Concil. Trident. *sess. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 24. etiam de reformat. cap. 4.* de quo latè *alleg. 76.*

Secundò, animarum curæ prouidere, bonos, & ido-
24 neos Rectores, siue Curatos instituendo, qui curam suam non negligant, *c. nullus omnino 16. q. 7.* iuxta ea *alleg. 72. num. 72. cum seqq.* dicemus. Sed & ipsimet Episcopi in multis casibus si necesse sit curam animarum, vt parochi exercere tenentur, iuxta *c. illud 95. dist.* cum ipsi veri sint animarum Pastores, eiusque oues præcipuè fuerint demandatæ, inferiores verò potius coadiutores sunt, quàm Pastores, qui sæpiùs mercenariorum more oues dimittunt, vide Alphons. Aluarez Guerreto *in suo thesauro cap. 9.* Caiet. *verb. beneficium, vers. momento quoque.* Vnde prouidere debent Episcopi vt cunctis Sacramenta diligenter, promptè, ac liberaliter ministrentur, & præcipuè morientibus; & si qui sint in diœcesi impœnitentes, aut excommunicati, vel vltimo supplicio deputati, curare debent ne sine reconciliatione, aut absolutione, & viatico pereant *cap. de his 26. q. 6. Clem. 1. de pœnit. & remiss.*

Tertiò, si qui excommunicationis vinculo deti- 25
nentur, officium est Episcoporum eorum nomina subditis suis, & vicinis etiam Episcopis, si oporteat, publicare, & captæ foribus Ecclesiæ affigere, vt quisque communionem eorum valeat euitare. *cap. cura 11. q. 3. Clem. vnic. de consanguin. & affin.*

Quartò, vitia subditorum tenentur arguere, & 26
errantes corrigere, & omnino curare obsecrando, increpando, arguendo, vt ad salutis viam reuertantur, Concil. Trident. *sess. 13. cap. 1.* præcipuè verò pacem inter eos semper conciliare, & pacem, vel treugam rumpentes punire, *cap. 1. de treuga & pace.* Dissidentes enim fratres ad pacem magis, quàm ad iudicium debent excitare, *cap. studentes, cap. præcipimus, & per tot. 90. dist. cap. fin. de transact.* de quo latè *alleg. 79.*

Quintò, victum pauperibus largiri, & viduarum, 27
orphanorum, ac miserabilium personarum curam paternam gerere, Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 1.* circa quod specialiter curæ eorum demandat Aurelianum Conc. vt dum conspexerint Iudices, ac potentes huiusmodi miserabilium personarum oppressores existere, eos Sacerdotali admonitione redarguant, & si emendare errorem neglexerint, Principia implorent auxilium. Sed & Imp. *in l. iudices. C. de Episcop. audien.* monet Episcopos vt etiam carceratorum curam gerant, prouidentes scilicet, vt humaniter tractentur quoad locum carceris, & quoad victum non habentibus ministrandum, & his similia. Infantium quoque expositorum curam agere, & curare ne serui fiant colligentium. *l. nemini licere, C. eod. tit.* de quibus *allegat. 51. num. 143. cum seqq.*

Sextò, prouidere ne subditi sui vanis, & superfluis 28
sumptibus intendentes substantias suas consumant,
& ne quis vltra quàm gradus personæ, & facultates
patiantur, expendat, *Clem. 2. de magistris.* Illud quo-
que præceptum Episcopis inuenitur *in cap. vbi peri-*
culum, §. fin. de elect. lib. 6. † vt statim audita morte 29
Romani Pontif. ipsi cum suis subditis eius exequias
celebrent, & quotidie pro felici noui Pont. ele-
ctione fideliter orent.

Septimò, generaliter debent Episcopi oues sibi 30
commissas bonorum operum exemplo pascere, & pro eis frequenter orare, & Sacrificia Deo offerre, easque continuis monitis, & adhortationibus in viam salutis dirigere, Concil. Trid. *sess. 2. de reform. cap. 1.* Canones autem omnes, & Conciliorum decreta, nouasque Constitutiones à Pontificibus in dies emanantes seruare debent, vt idem Trid. Conc. admonet *sess. 14. de reform. cap. fin.*

Octauò, vt omnia cognoscere valeant, quæ in to- 31
ta sua diœcesi dirigenda sunt, ac moderanda præcipiunt Canones *in cap. legitur, & in cap. relata, & in cap. decernimus cum sequent. 10 q. 1.* & Concil. Trident. *sess. 24. de reform. c. 3.* vt Episcopi omnes totam suam diœcesim debeant sæpiùs personaliter visitare, exemplo Apostolorum *Actor. c. 15.* de qua materia specialiter *alleg. 73. & seq.*

Nonò, vt valeant cuncta, quæ ad eorum officium 32
spectant,

ſpectant, faciliùs implere, & ea, quæ correctione, emendatione, ac reparatione indigent, ordinare ac moderari, abuſus quoque tollere, & bonas conſuetudines, & Canonum obſeruationes introducere, mandatur Epiſcopis *in cap. annis ſingulis, & in c. quoniam 18. diſt.* vt ſemel ſaltem quotannis Synodum, ſeu Concilium totius Cleri debeant conuocare, in qua de huiuſmodi rebus, quas enumerauimus, agatur, & nos infrà latè de eo agemus *alleg 93.* Et quia hæc omnia per ſeipſos exequi, & expedire non poſſunt *cap. illud 95. diſt.* præcipitur eis *in cap. inter cætera, de officio Ordin. & c. ſicut olim, de accuſat.* vt per perſonas idoneas plura exequantur, & Vicarios ac coadiutores in tanto munere obeundo ſecum habeat, de quibus latè *alleg. 54.*

33 *Decimò*, illud quoque ſuper omnia præcipitur Epiſcopis, ſine quo quicquam omnino fieri nequit, vt apud Eccleſias ſuas reſidere quandiu poterint debeant, & præcipuè certis anni temporibus, quibus refici maximè, & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oues debent, ſicut infrà videbimus *alleg. 53.* & hoc inſuper onere prægrauantur, ac perpetuò vinculo conſtringuntur, quod vſque ad mortem nullo vnquam tempore, nec tædio curarum, nec afflictionum affecti, nec metu perſecutionum perterriti derelinquere gregem ſuum debent, & pondus Epiſcopale deponere, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamen eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur fructus, vt inquit Nicol. Papa *in cap. Pontifices, in fine 7. q. 1.* ſed perſeuerare vſque in finem tenentur, nec pro laboribus, & infeſtationibus aſſignatas ſibi, & à Deo commiſſas Eccleſias deſerere debent, vt quieti & otio vacent, prout præclarè docet, ac monet cunctos Epiſcopos Liberius Papa *in cap ſuggeſtum 7. q. 1.* exceptis tamen legitimis cauſis, de quibus habetur *in cap. niſi cum pridem, & ibi* Doct. *de renuntiat.*

De Officio, ac onere Epiſcoporum hactenus, plura namque ad eorum officium ſpectantia ſuperſunt, ſed quia potiùs ad poteſtatem, & iuriſdictionem referri videntur, ea ſequentibus numeris exponemus.

34 Epiſcopali igitur muneri non modò onera, & officia plurima ſunt iniuncta, verùm poteſtas etiam, & auctoritas maxima, dignitas quoque ac præeminentia à Canonibus eſt conceſſa, vt faciliùs ea, quæ ad ſuum munus pertinent, valeant adimplere, & eis honor debitus, atque obedientia à ſubditis exhibeatur, omnis autem poteſtas, & auctoritas, & iuriſdictio Epiſcopalis ad tria capita redigi ſolent: quædam enim Epiſcopo competunt ratione Ordinis, ſeu conſecrationis Epiſcopalis, quæ ſcilicet ſolus Epiſcopus exercere poteſt, non Epiſcopo autem omnino ſunt interdicta; quædam verò competunt ei ratione iuriſdictionis; alia ratione dignitatis.

35 Ea, quæ ad Epiſcopum ſolum ratione Ordinis ſpectant, ſunt hæc, videlicet *primò* Baſilicas conſecrare, & Altaria in Eccleſia conſecrata erigere, & conſecrare, & hæc eadem conſecrata reconciliare, ſi violata fuerint, vel polluta, de quo latè *alleg. 27.*

36 *Secundò*, Chriſma conficere, & baptizatorum fontes Chriſmate ſignare, vt infrà latè oſtendemus *alleg. 31.*

37 *Tertiò*, Ordines clericis conferre, *alleg. 3.* & Epiſcopos conſecrare; *p. 1. tit. 1. c. 5.* & huiuſmodi clericos ſolemniter degradare, *alleg 110.*

38 Hæc omnia ſolus conſecratus Epiſcopus facere poteſt, nec alius quamuis ei plena adminiſtratio Epiſcopatus concederetur, nec ea aut quodlibet eorum poteſt Epiſcopus alteri, qui non ſit conſecratus Epiſcopus demandare, niſi id ex indulto Apoſt. habeat, quod nec in grauioribus conſecrationibus datur, *cap. Pontifices 7. quæſt. 1. cap. interdicimus 16. q. 1. c. 1. 26. q. 6. c. accedentibus, de exceſſ. Prælat. cap. is cui, de elect. lib. 6.* Nec valet conſuetudo in contrarium, vt ſcilicet non Epiſcopus hoc ſoleat exercere, *c. quanto, de conſuet. cap. aqua, de conſecrat. Eccleſ.* de quibus agimus *allegationibus 3. 31. & 110.*

Alia verò ſunt, quæ etſi propriè, & præcipuè ad 39
Ordinem Epiſcopalem ſpectare videantur, alteri tamen non Epiſcopo ex priuilegio, vel conſuetudine, aut delegatione competere poſſunt, ſunt autem hæc, videlicet:

Primò, minores Ordines & primam tonſuram 40
conferre poſſunt Abbates ſuis ſubditis Regularibus, & S. R. E. Cardinales etiam non Epiſcopi ex priuilegio, vt dicemus *d. alleg. 3. n. 5. cum ſeqq.* aliis verò, quibus hoc ius non competit, nec delegare poteſt Epiſcopus.

Secundò, virgines benedicere, & conſecrare eſt ſo- 41
lius Epiſcopi, *cap. perlectis. §. ad Epiſcopum 2. diſtinct.* Sed id Presbyteris etiam delegare poteſt ſecundùm aliquos, contra quos tamen verior eſt ſententia iuxta ea quæ reſoluimus *alleg. 27. à n. 52.*

Tertiò, publicè pœnitentes in Miſſa reconciliare, 42
c. quamuis 68. diſt. quod Sacerdos ſimplex non ſine licentia Epiſcopi facere poteſt, *c. 1. & ibi gloſ. cap. Aurelius 17. q. 6.*

Quartò, Calices, & Patenas, & Corporalia, & pal- 43
las Altaris, & veſtimenta Sacerdotalia, & alia vtenſilia Eccleſiæ conſecrare, ſeu benedicere, quod etiam non Epiſcopus facere poteſt, qui id ſcilicet ex priuilegio, vel conſuetudine habeat: nam alteri nec Epiſcopus delegat, de quo latè *alleg. 27. num. 35. cum ſequentibus*, exceptis campanis, quas ſolus Epiſcopus benedicere ſolet, *eadem allegat. 27. à num. 46.* quamuis ſimplicem earum benedictionem valeat delegare.

Quintò, Eccleſias pollutas reconciliare, quæ ſi 44
fuerint conſecratæ, non delegat earum reconciliationem ſine indulto Apoſt. ſi verò non erant conſecratæ, ipſe delegat, vt colligitur ex dictis *alleg. 28. n. 55. cum ſequentibus.*

Nunc circa iuriſdictionem Epiſcoporum ſciendum eſt eos habere *primò* iuriſdictionem Ordinariam in tota ſua diœceſi, deinde etiam in multis caſibus delegatam: videbimus autem priùs Ordinariam, quæ quidem conſiſtit aut in ſubiectione perſonarum, & locorum, aut in diſpenſatione, & abſolutione ſubditorum. Videamus de prima, quæ comprehendit beneficiorum, & aliarum gratiarum conceſſionem, & correctionem, ac pœnarum impoſitionem quoad perſonas, item diſpoſitionem, & gubernationem, ſeu adminiſtrationem quoad loca & res Eccleſiaſticas.

Pertinet ergo ad iuriſdictionem Ordinariam 45
Epiſcopi *primò* ſubiectas habere omnes, & ſingulas perſonas ſuæ diœceſis cuiuſcunque ſint gradus, & qualitatis, in foro animæ, & in foro etiam exteriori quoad cauſas & delicta Eccleſiaſtica, & pœnas ac cenſuras Eccleſiaſticas tantùm in laicis, in Eccleſiaſticis verò perſonis etiam quoad ciuiles cauſas, & omnia crimina, & pœnarum genera omnia, ſecundùm tamen ea, quæ in ſuis locis infrà exponemus.

Secundò omnes Eccleſias, & Parochias, mona- 46
ſteria, & hoſpitalia, ac omnia loca pia, & religioſa ſub ſua poteſtate, ac regimine habere, niſi aliud ex priuilegio exemptionis contingat. *cap. regenda 10. quæſt. 1.*

47 *Tertiò* res, & bona Ecclesiastica, ac beneficia, & iura omnia Ecclesiarum quoad quædam sub suo regimine continere, *cap. nullus omnino. 16. quæst. 7. & par. 3.* ostendemus.

48 *Quartò* circa personas ad iurisdictionem Episcopi pertinet formatas litteras dare, id est, dimissorias pro Ordinibus ab alio Episcopo recipiendis, de quibus latè *alleg.* 7. aut pro alia exemptione à iurisdictione Episcopi sui, *alleg.* 49.

49 *Quintò* Constitutiones speciales in Ecclesia & diœcesi sua facere, *c. 2. de constit. in 6. cap. Catholica* 11. *dist. cap.* 2. vbi gloss. & Doct. *de maiorit. & obed.* Bertachin. *in tract. de Episcopo lib. 4. part. 2.* Rot. *apud Farinac. decis.* 757. *p. 2. recent.* & dicemus *alleg. 93. n. 23. cum seqq.* Et an validè in illis sine causa dispensare possit? *alleg.* 34.

50 *Sextò* bonas consuetudines introducere circa personas, & loca, & res Ecclesiasticas, & omnia sibi subiecta, & propter hæc & alia necessaria Synodum conuocare, de quo *d. alleg.* 93.

Septimò (adhuc generaliter circa omnia) quæcun-
51 que Presbyteris licèt quoad celebrationem diuinorum, & administrationem Sacramentorum, & aliorum, quæ tanquam Ordini annexa communia sunt Presbyteris, & Episcopis exequi, vt est catechizare, baptizare, prædicare, Eucharistiam conficere, soluere, & ligare, & omnia Sacramenta ministrare præter Confirmationem, & Ordinem, quæ solis Episcopis competunt, vt *alleg.* 3. & 30. ostendemus.

Octauò beneficia Ecclesiastica personis idoneis, &
52 habilibus legitimè conferre, vt *alleg.* 57. dicemus, & personas in Ecclesiis, & beneficiis instituere, & destituere. *cap. cùm ex iniuncto, in fine*, vbi gloss. *de heret. c. 3. de instit.* & aliqua dicemus *alleg.* 68. Et non idoneos præsentatos à patronis reiicere secundùm ea quæ adducemus *alleg.* 72.

53 *Nonò* omnes causas ad forum Ecclesiasticum de iure spectantes cognoscere, & omninò saltem in prima instantia, & in sua diœcesi terminare, & executioni mandare, de quo latè *alleg.* 81.

54 *Decimò* visitationem omnium Ecclesiarum, & quorumcumque locorum Ecclesiasticorum, & personarum, ac rerum facere, & in visitando omnia necessaria, & opportuna ordinare, atque disponere, saluo iure exemptionum, prout latè explicabimus *alleg.* 73. & 74.

Vndecimò clericos, & omnes Ecclesiasticas per-
55 sonas sibi subiectas corrigere & carcerare. *cap. in memoriam* 19. *dist. cap. in singulis, cum seq. de statu monachor.* iuxta ea quæ habentur *alleg.* 107. *à num.* 16. ab officio, & beneficio suspendere, degradare, vt *alleg.* 100. & beneficiis priuare, & alias pœnas, & censuras imponere ex causis, modis, & formis, quas per discursum operis videbimus.

56 *Duodecimò* Capituli negligentiam quandoque supplere Concil. Trident. *sess. 5. de reformat. cap. 1. & sess. 24. de reformat. cap.* 16. ita & Abbatum & Metropolitani vices quoque in nonnullis, vt *sess. 23. de reformat. cap.* 1. & controuersias de præcedentiis inter Ecclesiasticas personas componere. Concil. Trident. *sess. 25. de Regular. cap.* 13. & nos latè *alleg.* 78. *à num.* 26.

Decimotertiò super omnes personas suæ diœcesis
57 non exemptas liberam habent potestatem adulteria, & scelera inquirendi, vlciscendi, & iudicandi absque impedimento alicuius, & si opus fuerit publicum auxilium inuocandi. *cap. 1. & cap. conquerente, & cap. dilectus, de officio Ordin. cap. eos, qui 32. dist. c. fraternitatis 34. dist. cum similibus*, Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c.* 8. Habent enim canonicam obedientiam, & subiectionem, ac reuerentiam, quæ eis à cunctis debetur, *d. c. conquerente*.

Decimoquartò Ecclesias ædificandas designare, vt 58
infrà *alleg.* 26. & de litigiosis Ecclesiis cognoscere,
& litigare, *cap. si plures 16. quæst. 7.* † & vniones Ec- 59
clesiarum, & beneficiorum certis de causis facere, prout latè dicemus *alleg.* 66. & nouas parochias instituere.

Decimoquintò monasteria Regularium reforma- 60
re, & quandoque gubernare, *dict. cap. in singulis, cum seq. de statu monach.* & ea ad libitum gratia visitationis, & exhortationis intrare. *cap. visitandi 18. q. 2.* & eorum vtilitates disponere. *cap. cognouimus, ead. causa & quæst.* de quo aliqua dicemus *alleg.* 74. ita & hospitale, & pia loca regere, vt *allegat.* 75. & ab eorum administratoribus & visitatoribus, atque œconomis rationes exigere, de quo *alleg. 75. à n.* 57.

Decimosextò res Ecclesiasticas dispensare, ac mo- 61
derari, siue earum omnium curam, & prouidentiam habere, & curare, vt legata ad pias causas exequantur, & per se etiam quandoque vltimas exequi voluntates, vel ad id hæredes etiam per censuras cogere, *cap. nos quidem, cap. si heredes, de testam. l. nulli. C. de Episcop. & Cler.* & latè infrà *alleg. 82. n. 13. cum seqq.*

NVNC circa secundam partem iurisdictionis Ordinariæ Episcoporum, quæ in dispensatione, & absolutione consistit, sciendum est quòd circa auctoritatem dispensandi variæ videntur esse Canonum dispositiones, & propterea etiam variæ apparent Doctorum sententiæ. Quare hac in re breuiter compendiare conabimur, quibus in casibus Episcopi possint dispensare, vel minimè.

Cadit autem Episcoporum dispensatio *primò* in irregularitate, vt scilicet quis possit Ordines suscipere, vel in susceptis ministrare. *Secundò* in inhabilitate ad beneficia, & officia consequenda. *Tertiò* in facultate contrahendi Matrimonia contra impedimenta canonica.

In aliis materiis non videtur propriè dispensatio Episcoporum cadere, nam in voto, & iuramento est potiùs absolutio, vel commutatio, in aliis erit concessio, vel licentia, aut remissio, & huiusmodi.

In primis igitur in irregularitate ad Ordines sus- 62
cipiendos dispensare possunt Episcopi de iurisdictione Ordinaria cum iis, qui ordinari prohibentur de iure, ex his causis, videlicet *primò* ex quocunque delicto occulto in quo dispensare possunt post peractam pœnitentiam, *cap. de his verè 50. dist.* excepto tamen homicidio voluntario, quantumuis occolto, ex sententia antiquorum Canonum, *in cap. 2. de homicid. & in cap. fin. de temp. ordinat.* & Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 6.* de quibus latè agemus *alleg.* 39.

Secundò ex delicto etiam manifesto, quod non sit 63
grauius adulterio, similiter post peractam pœnitentiam dispensat, *cap. ac si clerici*, vbi gloss. & Doctores, *de iudic.*

Tertiò ex quocunque etiam delicto grauiori 64
quantumuis manifesto, quod tamen ex aliqua iusta excusatione minuatur, nam dispensant Episcopi cum hæretico, vel Apostata à Fide, vt promoueri possit, vel in ordinibus ministrare, si timore vel periculo compulsi à Fide defecerunt, & postea sponte reluctati sunt, nisi se periculo præsumptuosè exposuerint. *cap. Presbyteros qui 50. distinct.* Item eum homicida qui non per se, sed per alium in duello aduersarium occidit, vt notatur *in cap. Henricus, de Cleric. pugnant. in duello.* Item eum homicida qui

qui cum magno iræ furore nolens occidit aliquem, *cap. studeat 50. dist. & cap. interfecisti, de homicid.* Item cum Simoniaco, si cùm paruulus esset, cupiditate parentum Ecclesiam pecunia sit adeptus, vel si etiam adultus emptam dimiserit & canonice rexerit, aut si ignoranter, vel coactus id fecerit, & sic de similibus, qui quidem casus potius in retinendo beneficio intelliguntur. Hodie verò tutius est in illis ad Papam remittere.

65 *Quartò* ex quacunque etiam causa, absque delicto tamen proprio veniente in iis, qui Religionem approbatam professi per aliquod tempus ibidem religiosè fuerint conuersati, cum quibus etiam pro culpa suscepti Ordinis furtiuè, aut plurium Ordinum eadem de susceptorum contra edictum suum cum excommunicationis pœna promulgatum dispensant Episcopi, *c. 1. de eo qui ordines furtiuè suscepit.*

66 *Quintò* ex quacunque etiam causa irregularitas proueniat, vbi subest necessitas dispensandi, veluti ad vitanda scandala, & in similibus casibus, in quibus periculum esset in mora, *cap. vt constitueretur 50. dist.*

67 *Sextò* propter Ecclesiæ vtilitatem & meritorum prærogatiuam dispensant Episcopi in irregularitate, quæ non prouenit ex delicto proprio, aut quæ non prouenit ex delicto quod sit grauius adulterio, vt suprà est declaratum, vnde dispensat cum illegitimo, sed ad minores ordines tantùm, *cap. tali coniugio 1. quæst. 7. cap. 1. de filiis Presbyt. in 6.* & infrà latè dicemus *alleg. 45.* & cum corpore vitiatis, siue defectum in corpore patientibus, sine eorum culpa, nisi magna esset deformitas, vel defectus, per *tot. tit. de corpore vitiat.* & dicemus infrà *alleg. 42.* in tempore autem ordinationis non possunt Episcopi dispensare præterquam quòd ante annum expectatum sacri Ordines recipiantur, & quod plures minores Ordines eadem die recipi possint, vt infrà dicemus *alleg. 17. num. 5.*

68 Et hæc de dispensatione Episcoporum in irregularitate pro Ordinibus suscipiendis; ad ministrandum verò in Ordinibus iam susceptis non minus dispensare possunt, quàm ad eosdem suscipiendos dispensat: nam in quibusdam casibus dispensatio ad suscipiendos Ordines cum eis conceditur in iis etiam ad ministrandum in susceptis possunt dispensare, imò faciliùs dispensatio conceditur ad ministrandum, quàm ad promouendum ad Ordines, argumento *cap. si quis Presbyter 50. dist. & cap. primi, in fine, de ordin. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui.* Vnde dispensare possunt Episcopi etiam cum Sacrilego quandoque, vt in ordine suscepto ministret, *d. cap. si quis Presbyter.* Item cum eo qui ignoranter ab Episcopo deposito, vel suspenso in sacris Ordinibus fuerit initiatus, prout infrà dicemus *alleg. 48.* In aliis casibus hîc non expressis solus Papa dispensat, vt latè *alleg. 50.* videbimus.

69 CIRCA habilitatem autem ad beneficia & dignitates ac officia Ecclesiastica consequenda dispensare possunt Episcopi, *primò* cum illegitimo in beneficiis simplicibus tantùm, *cap. penult. de elect. & cap. 1.* vbi DD. *de filiis Presbyt. lib. 6.* non autem in curatis, nec in dignitatibus Ecclesiasticis, vt *alleg. 45.* dictum est.

70 *Secundò* cum eo, qui recipit beneficium de manu laici, vt valeat illud retinere, secundùm Innocent. *in cap. quisquis, de elect.* arg. *cap. nuper, de sent. excomm.*

71 *Tertiò* vt quis possit plura simplicia, vel vnum curatum & aliud simplex beneficium retinere, iuxta ea quæ *alleg. 62.* dicemus.

Quartò cum eo qui propter beneficium quod obtinet tenetur infra annum ordinari, si abesse velit causa studij, *c. cum ex eo, de elect. lib. 6.*

Quintò in ætate quoad dignitates non curatas & beneficia simplicia, *cap. vnic. de ætat. & qualit. lib. 6.* quod hodie non est recipiendum, cùm à Concilio Trident. ætas sit definita, vt *alleg. 60. n. 66. & 79.* demonstrabitur.

Sextò vt beneficiatus non resideat ad tempus 72
cum legitima causa, *cap. licèt Canon, in fine, de elect. lib. 6.*

IN MATRIMONIO verò contrahendo regu- 73
lariter non dispensant Episcopi, nisi in tribus casibus; *primus* est, vt contrahi possit contra interdictum Ecclesiæ generale, id est, Feriarum, ex causa; vel speciale à se factum, aut à suo inferiori, vt infrà probabimus *alleg. 32. num. 194.* *Secundus* contra impedimentum criminis quod impedit tantummodo contrahendum, non autem contra illud quod etiam contractum dirimeret, *c. si contra in fin. 36. quæst. 2.* Caiet. *verb. Matrimonium § secundum verò cap. in fine.* *Tertius*, ne contrahi possit non præmissis denunciationibus in Ecclesia, prout plene dicetur *d. alleg. 32. n. 27. cum seqq.*

In iis omnibus consistit omnis Episcoporum potestas ordinaria dispensandi, circa quam nihilominus dispensationem quædam sunt notanda.

Primò quòd licèt in prædictis tantum casibus Epi- 74
scopis dispensandi facultas concedatur de ordinaria potestate, in multis tamen aliis Sedi Apostolicæ reseruatis poterunt dispensare, vbi necessitas magna coëgerit, & periculum scandali si differatur, *cap. vt constitueretur 50. dist. & cap. quadam, vers. quod sumpsi 35. quæst. 3. & cap. ipsa pietas 23. quæst. 4.* nisi contra iura diuinum, aut præcipuas grauésque Ecclesiæ sanctiones esset dispensandum, *cap. sunt quidam,* & *ibi* gloss. notabilis *25. q. 1.*

Secundò quòd vbi in simili casu necessitatis dispensant Episcopi, intelligitur talis dispensatio cum tacito Sedis Apostolicæ consensu facta, vt *in cap. fin. de eo, qui ordines furtiuè suscepit,* & salua eiusdem Sedis authoritate, vt *in cap. 1. 1. q. 5.*

Tertiò quòd contra Canones & Concilia non pos- 75
sunt dispensare Episcopi, nisi in tribus casibus; quorum *primus* est, vbi Canon exprimit possit dispensari, licèt hanc potestatem expresśe ipsi E. iscopo non concedat, arg. *cap. nuper, de sent. excom.* & glos. *in cap. postulasti, de elect.* & dicemus infrà *alleg. 33. num. 16. cum seqq.* *Secundus*, vbi expresśe Episcopo dispensationem permittit, vt *in c. si autem, in fine 36. q. 2. & in cap. vnic. de ætat. & qualit. lib. 6.* & in multis locis Concilij Trident. vbi de irregularitate agitur: alius est ratione magnæ necessitatis, vel vtilitatis, vt dicemus *d. alleg. 33. num. 26.* *Tertius* est ratione consuetudinis legitimæ præscriptæ in talibus dispensandi, *cap. quicunque 11. q. 1. cap. fin. de consuetud.* consuetudo enim facit valere dispensationem quæ aliàs non valeret, arg. *c. fin. de transact. & c. perniciosus, de celebrat. Missar.* Casus autem in quibus consuetudine dispensare possunt Episcopi, sunt qui in iis consistere videntur, quæ sunt merè iuris positiui, secundùm Caietan. *in verb. Matrimonium, §. secundum verò cap. in fine.*

Quartò, quòd in multis casibus arbitrio Episco- 76
porum dimittitur an debeant dispensare nec ne, vt patet *in cap. fin. quæst. 5. & in cap. Presbyteros qui 50. dist. & in c. cum de tua, & in cap. significauit, & ferè per tot. de corp. vitiat.* in dubio autem facultatis dispensandi debent ad Papam remittere.

Quintò, in dispensando distinguere debent de re- 77
bus, seu casibus dispensandis: nam ad beneficium

cum parte fructuum illiteratis, & Imperitis Rectoribus parochialium, si aliàs honestæ sint vitæ, quod & ante fuit constitutom de coadiutore Episcoporum eadem auctoritate deputando, *in cap. vnico, de clerico agr. in 6.* de quo *alleg.* 118.

93 *Nonò*, in visitandis monasteriis, & beneficiis commendatis etiam exemptis, io quibus non viget Regularis obseruantia, sed & vbi in similibus vigeret Regolaris obseruantia, si eorum superiores admooiti intra sex menses non visitauerint, aut correxerint, Concil. Trideot. *sess.* 21. *de reformat. cap.* 8. *in princ. & in fine.*

94 *Decimò*, io visitandis beneficiis exemptis nullius diœcesis, si sit proximior Episcopus, aut à Coocilio Prouinciali ad hoc deputatus, Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 9.

95 *Vndecimò*, in probibendis, & ordioandis quæ in Missarum celebratione, vel euitanda, vel seruandæ sunt, Conc. Trid. *sess.* 22. *in decreto de obseruandis & vitand. in Miss.*

96 *Duodecimò*, in examioandis Notariis Iudicum Ecclesiasticorum, & si idonei non sint ab officio cobibendis, Concil. Trident. *sess.* 22. *de reform. cap.* 10.

97 *Decimotertiò* io his omnibos ordinandis, & moderandis, quæ ad visitationem, & morum correctionem subditorum suorum spectant. Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 10.

98 *Decimoquartò*, in restituenda & seroandæ clausuræ Monialium in monasteriis etiam exemptis, *cap. vnic. in fine, de statu Regular. lib.* 6. Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 5. & in regendis monasteriis Monialium sedi Apost. immediatè subiectis, *Clem. attendentes, de statu Monach.* Conc. Trid. *sess.* 15. *de Regular. cap.* 99.

99 *Decimoquintò*, in cognoscendo de patronatibus de qoibuscumque beneficiis, & dignitatibos minus legitimè coostitutis, & acquisitis, Cooc. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 9.

100 *Decimosextò*, in Clericis concubinariis quibuscumqoe à beneficiorum administratione suspendendis, Conc. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 14.

101 Delegati verò an Ordinarij Iudices sint censendi Episcopi in illis casibus, in quibos etiam tanquam sedis Apost. delegati proceduot, ostendam *alleg.* 92.

102 Et generaliter negligentiam exemptorum supplent Episcopi in multis tanquam sedis Apost. delegati, *Clem. quia contingat, de relig. domib. Clem.* 1. *de iurepatron.* Negligentiam verò delegati Papæ supplent auctoritate Ordinaria, non delegata, vt est casus notabilis *in cap. significant, de offic. Ordin.* aliàs regulariter ei cedit Episcopus in causa delegata. *cap. sanè, de offic. deleg.* immo eius sententiam quamuis iniustam exequi tenetur, si sibi exequutio illa committatur, *cap. pastoralis* §. *quia verò, illo tit. de offic. deleg.* non tamen tenetur eius iossa exequi, nisi litteras suæ delegationis ostenderit, *cap. cùm in iure, de officio deleg.* Notandum est autem, qoòd si quandoque Papa mandet Episcopo, vt subditos suos corrigat taoquam eum excitans ad correctionem debitam exercendam, non intelligitur per hoc eum facere sedis Apost. delegatum io hac parte cap. licèt in corrigendis, *c. graue gerimus, de officio Ordin.* nec ei iorisdictionem concedere in exemptos, nisi hoc exprimat, *Clem. fin. de priuil.*

103 Quamuis enim Episcopi maximam habeant auctoritatem & iurisdictionem, vt vidimus, limitatur tamen in plotibus, & in hoc specialiter quòd exemptos corrigere, aut iudicare de iorisdictione ordinaria non possunt, nec debent. *cap. pen. de officio Ordin.* *cap. sanè, de excess. Prælat.* Priuilegia enim subditorum seruare tenentur, *cap. dilecti, de priuileg.* aliàs potest eis imponè obedientia à priuilegiatis, vel exemptis denegari. *cap. sanè, & cap. cùm quorundam, eod. tit. de priuileg.* Nam Episcoporum auctoritas (& respectu Romani Pont. & aliorum Prælatorum, qui super illos sunt) dicitur semiplena, & in partem tantum solicitudinis vocari dicuntur, non in plenitudinem potestatis, vt dicitur *in cap. decreto, & in cap. qui se scit* 2. *quæst.* 6. *cap. ad honorem, de auctor. & vsu pallij, cum similibus.* Vnde vtuntur baculo pastorali desuper recoruo, per quod eorum potestas limitata ostenditur, & depressa, *cap. vnic. in fine, & ibi* glos. & *Doct. de sacra Vnct.* Quare multa sunt quæ facere prohibentur Episcopi, sunt autem illa omnia, quæ Papæ reseruata sunt, de quibus *alleg.* 50. videbimus. Item & ea, quæ ad Patriarcharum atque Archiepiscoporum tantùm spectat officium, de quibus vidimus *sup. p.* 1. *tit.* 3. & 4.

NVNC VERO qoædam alia specialiter & expressè eis denegata breuiter referemus, quæ videlicet si facta fuerint oon sunt valida; alia verò sunt multa, quæ facere oon debent, sed si fierent, certè valerent, ex tameo colligere superuacaneum visom est.

Episcopi igitur, *primò* iurisdictionem in priuilegiatos & exemptos exercere, & manus in his, quæ superiori reseruantur, apponere prohibentur, vt suprà diximus. 104

Secundò, Ecclesiam alteri sobiectam ab eius subiectione sine causa liberare non possunt. *cap.* 2. *de excess. Prælat.* glos. *verb. obuentiones in cap. ad audientiam, de Eccles. ædific.* glos. *verb. pleno iure in cap.* 1. 12. *quæst.* 2. 105

Tertiò à multis grauamioibus Religiosorum cessare iubentur, qoæ in Canonibus exprimuntur. *cap. nimis* 1. & 2. *de excess. Prælat.* 106

Quartò, subditis suis interdicere oon possunt, ne suis superioribus statum suarum Ecclesiarum denuncient. *cap. quia plerumque, de Officio Ordin. in* 6. 107

Quintò, quemquam excommunicare non possunt pro iniuria propria, nisi talis iniuria magis Ecclesiam, quàm se ipsos lædere videretur. *cap. inter querelas, & cap. Guilisarius* 23. *quæst* 4 vel nisi pro tuendis iuribus propriis cootra potestatem temporalem, vbi aliàs temporalis defensio non sufficit, vide *cap. dilecto, de sentent. excom. lib.* 6. 108

Sextò, exactiones, & taleas, & alia similia Clericis, aut Monachis imponere probibentur, ne videantor in Ecclesia Dei exactores potius, quàm Pontifices, inquiunt Patres in Toletano Concil. relato *in cap. quia cognouimus* 10. *q.* 3. & vide *cap. nulli Episcoporum cum seq.* 16. *q.* 1. & *cap. de excess. Prælat.* & *cap. cum Apostolus* §. *prohibemus, de censib.* 109

Septimò, Episcopalia in aliena diœcesi exercere non possunt sine proprij Episcopi liceotia, nec similiter alienos Clericos ordinare. *cap. Episcopus in* 1. 7. *quæst.* 1. Concil. Trident. *sess.* 6. *de reform. cap. fin.* & *sess.* 13. *etiam de reform. cap.* 2. de quo diximus *allegat.* 6. & 8. 110

Octauò, non possunt sibi successorem eligere. *cap.* 2. *cum seqq.* 8. *q.* 1. de quo diximos suprà *p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *à num.* 39. 111

Denique pleraqoe eis prohibentur absque sedis Apost. licentia, vt est Episcopatui renunciare, *c. nisi cum pridem, de renunc.* & *cap.* 2. *de translat. Episcop.* & infrà dicemus *alleg.* 113. Religionem intrare, vt probabimus *alleg.* 53. *num.* 23. longam peregrinationem atripere, iotelligendo cum Suar. *de Relig. tract. de voto lib.* 3. *cap.* 4. *à n.* 4. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig.* 112

*lig.lib.1.q.337.*Sanch.*in præcepta decalogi,tom.1. lib.4. cap.25. num.39. cum sequentibus*, & metipso *in collect. ad cap magna 7.de Vrbe num.11.*

Electus autem Episcopus non potest ante confirmationem administrationi Ecclesiæ se immiscere. *cap. nosti, cap. transmissam, in fine, & cap. nihil, in fine, de elect. cap. auaritia, eod. tit. in 6.* de qua confirmatione diximus *part.1. tit.1. cap.4.* nec ante consecrationem Episcopalia exercere, de qua *eod. tit.1. cap.5.* quia nec ante Episcopus nominatur, vnde si nomen non habet, nec habere officium potest, vt inquit Damasus Pont. *in cap. Chorepiscopi, in fine, 68. distinct.*

Allegatio Prima.

Episcopatus an sit dignitas & Ordo, & quæ in illius assequutione requirantur; & quot priuilegia habeant Episcopi?

SVMMARIVM.

1 *Clericatus ordo nobilitat, & est maior quacumque alia dignitate, & honore sæculari.*
2 *Sacerdotibus propter dignitatem sacerdotalem, semper & vbique summa reuerentia debetur.*
3 *Sacerdotes personis illustribus comparantur.*
4 *Episcopatus culmen est omnium dignitatum, & n.12.*
5 *Episcopi Angelis præcellunt quatenus Ecclesiam regere scientia diuinitus communicata datum est.*
6 *Episcopi per suas diœceses liberam habent potestatem, & tribunal ordinarium.*
7 *Matrimonialium causarum cognitio pertinet ad solos Episcopos.*
8 *Absoluere ab omni censura legis non reseruata pertinet ad Episcopos*
9 *Dispensare possunt Episcopi quoties dispensandi facultas conceditur.*
10 *Episcopi appellantur nonnunquam Præsules, interdum Antistites.*
11 *Episcopatus dignitas est, & num.12.*
13 *Papa quare Episcopum se appellet.*
14 Cap. qui Episcopatum 8.q.1.*declaratur.*
15 *Episcopus dicitur a verbo Græco* ἐπισκοπεῖν, *& significat eum qui speculatur, & inspicit.*
16 *Dignitatis appellatione in iuris, vel hominis dispositione Episcopalis continetur, quando materia est fauorabilis.*
17 *Dispensatio ad omnes, seu quascumque dignitates, non extenditur ad Episcopalem propter eius excellentiam.*
Episcopalis dignitas non venit sub amplissimis verbis quorumcunque beneficiorum in odiosis, ibid.
18 *Episcopatus est ordo à Sacerdotio distinctus.*
19 *Episcopatus est de per se, & seiunctum Sacramentum.*
Cardinalatus an sit verus Ordo? ibid.
20 *Episcopalis dignitas ius patriæ potestatis soluit.*
21 *Nobilitas filij non prodest patri.*
22 *Pater filium habens Episcopum ob eius dignitatem gaudet nobilitatis prærogatiua.*
23 *Episcopalis dignitas, eiusque iurisdictio considerata in generali, & in communi est instituta de iure diuino.*
24 *Episcopatus dignitate qui præfulgere cupit, debet alicuius Academiæ, & Gymnasij publ. suffragio, & auctoritate Magister, aut Doctor, vel Licentiatus in sacra Theologia, aut iure Canonico creari.*
Illiteratus in Episcopum promotus ab Episcopatu est remouendus.
25 *Examinantur ad Episcopatus munus euchendi coram Sanctissimo in Curia, aut eius Nuntiis in partibus iuxta nouam Constit. Clemens VIII.*
26 *Ætas 30. annorum requiritur in promouendo ad Episcopatum.*
27 *Francia in Regno idoneus ad Episcopatum iudicatur qui in 27. constitutus anno reperitur.*
28 *Ætas 30. annorum ad Episcopatum requisita debet esse completa.*
29 *Infans si consecretur Episcopus recipit characterem.*
Episcopus ante 30. annum consecratus non fit irregularis, ibid.
30 *Canonista Theologo præferendus est in assequutione Episcopatus, si doctus & prudens sit, & vbi hæreses non pullulant.*
31 *Theologi præferuntur Canonistis in his, quæ pertinent ad forum conscientiæ, in aliis verò pertinentibus ad forum iudiciale & censuras, ac pœnas Ecclesiasticas Canonistæ Theologis præferre debent.*
32 *Episcopus ex legitimo matrimonio natus esse debet.*
33 *Legitimati per subsequens matrimonium ad Episcopatum habiles dicuntur.*
34 *Legitimatio quæ fit per subsequens matrimonium iuris fictione retrotrahitur ad tempus natiuitatis.*
35 Cap. innotuit, de elect. *declaratur.*
Cardinalatus ad celsitudinem legitimati per subsequens matrimonium non possunt ascendere. ibid.
36 *Ad Episcopatum promouendus in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatium constitutus esse debet de iure Concil. Trid.*
37 *Promouendus ad Episcopatum in omnibus sacris Ordinibus debet esse constitutus iuxta Bullam Gregorij XIV.*
38 *Episcopalis Ordinis collatio ante Sacerdotium valida est.*
39 *Consecrationis munus Episcopi suscipere tenentur infra tres menses.*
40 *Prædictum trimestre tempus exorditur à die confirmationis.*
41 Cap. Ordinationes il 1.§. tempus 75. distinct. *declaratur.*
42 *Episcoporum consecratio die Dominica est facienda.*
43 Cap. quod die 75. dist. *declaratur.*
44 *Ecclesia est locus idoneus pro consecratione Episcoporum, nisi consuetudo aliud haberet.*
45 *Consecratio Episcoporum à minori numero, quàm aliorum trium fieri minime debet.*
46 *Promotus ex dispensatione Papæ ad Sacerdotium die Dominica, non potest eadem die consecrari Episcopus.*



I Clericatus Ordo nobilitat. & est 1
maior quacumque alia dignitate,
& honore sæculari, *cap. denique 4.
dist. cap.1. in fine 17. dist. cap. quis
dubitet 96. dist. cap. duo sunt 12. quæst.
1. cap. 1. quia verò, de sacra Vnction.*
Tiraquell. *de nobilitat cap.9. num.4.* Petrus Gregorius
syntagm. iuris, lib.4. tit.8. cap.6. gloss.5. Fulu. Pacian.
de probation. lib.2. cap.54. num.5. Bellet. *disquisit. clerical. p.1. tit. de disciplina clericali, §.1. à n.1.* Brunor.
à Sole *in locis communibus, verb. clericus 1.* Thom. Valasc. *allegat. super diuersas materias, tom.1. alleg.6. num.
1. & 2.* Phœb. *Lusit. decis.162. num.35.* † Et Sacerdoti- 2
bus propter dignitatem sacerdotalem semper, &
vbique summa reuerentia debetur, quia † personis 3
illustribus clerici æquiparantur, *l. apud similitudinem,*

nem,*C.de Episc.& cleric.l.3. C. de sum. Trinit.* Socin. *reg.321.in 8.limit.* Farin. *in praxi crimin part.3. q.99. num.*118. Quid erit in Episcopis, quibus excellentiora debentur, vt dicit text. *in cap. 1. de priuileg.* ibi, *cui debet excellentiora*; ea ratione, quia † Episcopatus
4 culmen est omnium dignitatum, *cap. venerabilis, de prabend.* ibi, *ad culmina dignitatum*, vbi omnes explicant, id est, ad Episcopatum, vt per gloss. *verb dignitatum in c.2. eod.tit.6.* cum similibus, quibus exornant Cassan. *in catal. gloria mundi, part.4. consid.25.* Paul. Fusc. *de visitat.lib.1.cap.2.num.12.* Vnde Episcopatus non dicitur dignitas, sed Dignitatum culmen, Ioseph. Ludou. *Perus.decis.74. num.11.* Anastas. Germon. *de sacror.immun.lib.3.cap.9.num.9.* Camill. Borrel. *in summ. decis. tom.1. tit.6. n.6.* Mastrill. *de magistrat.lib.5.cap.10.num.12.* Lotter. *de re benef.lib.1.q.9. num. 68. & q.26. num. 29.* Alxedo *de Episcopat. orig. cap.1.num. 39.*

5 In Conc. igitur Trid. *sess.25. de reformat.cap.6.vers. praterea*, præcipitur vt Episcopis vbique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est, & à Canonicis exemptis, vt scilicet eis in choro, & in Capitulo, in processionibus, & aliis actibus publicis sit prima sedes & locus, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. Iam enim ab Arelatensi Conc. sancitum fuerat ipsos Præfectos prouinciarum Episcopis subiici, vt habet Cardin. Baron. *annal. Ecclesia anno 324. num. 8.* Nam quoscumque Barones, siue Duces, siue Marchiones, siue alio quocumque titulo decoratos præcellere debent, Marc Anton. Burg. *de offic. Prafecti Prator. lib. 1. cap. 27. num. 31.* Ioan. Francisc. à Ponte *de potest. Proreg. tit. de elect. official. num.34.* Et pruprio id exemplo longè prius patefecerat Maximus Imperator: is enim cùm anno 386. B. Martinum Episcopum conuiuio excepisset, simul discumbentibus Euodio Præfecto, & Consule, eodemque ipsius Maximi fratre, ac duobus Comitibus summa potestate præditis, & medio inter ipsos Presbytero ipsius Martini, iussit Pocillatori, qui sibi auream pateram, tanquam omnium, qui aderant, longè excelso, obtulerat, eandem ipsi Episcopo, veluti digniori offerre gestiens, cùm ille bibisset, ex eius Sanctis manibus poculum sumere: quod neque ex sententia ei successit; nam vir sanctissimus suæ non immemor dignitatis, primus bibere non recusauit, mox verò non Maximo, sed Presbytero suo pateram tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se biberet, neque integrum sibi fore: si autem Cæsarem, aut eos, qui à Cæsare erant proximi, prætulisset Presbytero, vt recenset *in vita S. Martini* Seuerus *cap.23.* cuius verba rescripsit Card. Baron. *d. anno 386. num.32.* & ex Sulpitio *in eadem vita*, refert etiam ad demonstrandum istud ius prælationis Episcoporum, Cardin. Bellarm. *controu.tom.1.de Romano Pontifice, lib.1.cap.7. in 2. col. vers. denique Maximus.* Vnde Innoc. III. *in cap. solita, de maior. & obed.* grauiter reprehendit Constantinopolitanum Imper. eo quòd eiusdem Vrbis Patriarcham ad scabellum pedum suorum in parte sinistra sedere permitteret, latè ostendens quàm dignior sit potestas Ecclesiastica temporali, & seculares Principes Ecclesiasticis submitti debere Principibus; quod & in multis sacrorum Canonum locis *69. dist. per tot.* & Sanctorum Doctorum sententiis comprobatur, specialiter ex B. Gregor. & Gelas. *in cap. quis dubitet, cum seqq. ead. dist.* vbi habetur Sacerdotes Christi Regum & Principum, & omnium fidelium Patres, & magistros censeri, & Ioannes Papa *in c. si Imperator, ead. dist.* dicit Imperatorem Catholicum filium Ecclesiæ, non Præsulem, & quod ad Religionem competit, dicere ei conuenit, non docere, & post multa: *Imperatores Christiani*, inquit, *subdere debent executiones suas Ecclesiasticis Prasulibus, non praferre*; vnde in quolibet loco suæ iurisdictionis non exempto pro tribunali sedere, & iurisdictionem exercere posse ait tex. *in cap. cùm Episcopus, de officio Ordin. in 6.* de quo latè *alleg.* 80. & per suas diœceses liberam habere potestatem, & tribunal Ordinarium ex aliis comprobat Corn. *de absolut. iuramenti part.3. quast.13. à num.9.* & Angelis præcellere quatenus Ecclesiam regere scientia diuinitus communicata datum est, obseruat Thom. Bossi. *de signis Ecclesia tom.1.lib.16.cap.9.* Eius igitur dignitas amplissima est, Menoch. *cons.202.num.133.* omnémque tollit infamiam, idem Menoch. *consil.1137.n.36.* itavt in Ecclesia patri exhibere reuerentiam non teneatur, secùs verò in domo. idem Menoch. *cons.52. num.101. & cons.257.num. 68.* Nec dubium est quin magna sit huius gradus excellentia, & profectò si Ordinem, & Ordinis potestatem spectemus, maior est Episcopus, quàm Cardinalis: ille enim Sacerdotes consecrat, baptizatos confirmat, & alia huiusmodi facit, quæ Cardinalis non potest: idémque sentiendum si attendatur iurisdictio ferendi leges, puniendi, dispensandi, indulgendi, quæ nullatenus licent Cardinali, quoniam diœcesi caret, Augost. de Ancona *de potestate Eccles. quast.102. art.1.* Plat. *de Cardin.cap.3.* licèt Cardinalatus sit culmen dignitatum, Lotter. *de re benefic.lib.1.quast.8.num.81.*

Vnde nostri, & Theologi deducunt vulgare axi- 6
oma, quòd Episcopi in suis diœcesibus omnia possunt, quæ potest Summus Pontifex in vniuerso Orbe, exceptis specialiter reseruatis, argum. text. *in cap. ad honorem, de auctoritat. & vsu pallij, & in cap. nouis, ad finem de iudiciis*, & post Sot. *de Iustit. lib. 10. quast.1.art.3.concl.1.* & aliis locis, quæ commemorat Henriq. *in sum. lib.10. cap.35.§.2. in commento lit. D.* Ludou. Gomez *in rep. cap.1. num.33. de constit. lib.6.* Steph. de Gaëta *in repet.cap.ad limina 30.q.1.princ.n.6.* intelligendo, vt per Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erect.c.17. à num.54.* infinitos refert Sanch. *de Matrim.lib.1.disp.9.num.3.* quibus adde Suar. *tom.4.de pœnit.disp.25.sect.1. & de legib. lib.6. cap.14.num 6.*

Ex quibus consequens fit Episcopos in sua diœ- 7
cesi debere honorari ab Archiepiscopo, dum est in illa, Capr. *decis.27.num.24. & 25.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.203.num.3.vers.8.* Habent eadem priuilegia circa officium Inquisitionis, quæ habet Inquisitor delegatus, & maximè absentibus Inquisitoribus, vel vbi illi non adsunt, Peña *in direct. Inquis. part. 3. schol.112.* Aloys. Ricc. *d.resol.203.num.4.vers.12.* procedunt enim simul, vnde quærit Diana *resol. moral. p.4. tract.7. resol.37.* quid faciendum in imponendis pœnis quando discrepant Inquisitores, & Ordinarij? Et ciuitas occidens suum Episcopum priuatur in posterum tali dignitate, *c. ita 25.q.2.* Cou. *lib.2.var. c.8.in fine*, Aloys. Ricc. *d.resol. 203.n.4. vers.13.* de quo
infrà *all.57.n.237.* † Hinc pariter infertur Episcopos 8
in suis Diœcesibus plenissimam exercere iurisdictionem puniendi quæcunque & omnia crimina, *c.1.de offic.ordin.* censuras proferre potest contra Sacerdotem, nisi iurisdictionem habeat, *c.cùm ab Ecclesiarum, de officio Ordin.* Indulgentias concedere valet, *cap quod autem, cap.cùm ex eo, c.pen.de pœnit. & infrà alleg.88.* necnon cognoscere de causis matrimonialibus, *infr alleg.84.* dispensare in omnibus casibus minoribus adulterio, *cap. at si clerici, §. de adulteriis, de iudic.* & in irregularitatibus occultis. Concil. Trident. *sess.24. de reformat. cap.6.* vt infrà *alleg. 39. & 40.*

& 40. Absoluere ab omni censura legis non seruata, *cap. nuper, de sentent. excommun.* post Nauar. Couar. Vgolin. & alios Suar. *de censur. lib. 2. cap. 19.* Suar. *eodem tract. tom. 5. disp. 7. sect. 3.* latè *alleg. 50. num. 171.*
9 *cum seqq.* ac demum † dispensare quoties dispensandi facultas conceditur, vt notant omnes *in c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs, & in cap. dilectus, de tempor. ordin.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 3. concl. 176.* Suar. *de legib. lib. 6. cap. 14. num. 3. & 8.* vide infrà *alleg. 33.*

Quare ex his omnibus colligitur Episcopos, tam in potestate iurisdictionis, quàm in potestate Ordinis, Sacerdotibus, seu Presbyteris superiores esse: constat enim tam Ordinis, quàm iurisdictionis potestatem competere Episcopis in suis diœcesibus; Sacerdotibus verò esse communem Ordinis potestatem cum Episcopis, exceptis ordinandi, confirmandi, nonnullisque aliis ministeriis: ergo fit consequens manifestissimum quoad potestatem iurisdictionis Episcopos superiores esse Presbyteris, cùm ex dictis constet hos nullam, illos plenam in suis diœcesibus habere iurisdictionem. Quoad potestatem Ordinis idem ostenditur, siquidem Sacramentum Confirmationis conficere, Ordines conferre, multaque alia Ordinis ministeria solis Episcopis fuere reseruata, & Presbyteris omnino denegantur. Quare hanc veritatem multis docent Card. Bellarm. *tom. 1. contron. 5. lib. 1. cap. 14.* Petr. Sot. *de instit. Sacerd.* vbi *de sacram. Ordinis, sect. 1.* & alij, quos plenè refert Henriq *in summ lib. 10. cap. 7. §. 5. lit. L,* latè nouissimè Philibert. Marchin. *de sacram. Ordinis, tract. 2. p. 8. cap. 4. per tot.* qui post nonnullas huius tractatus impressiones in lucem prodiit, ideò nil mirum si adinuicem nos citemus: & de Fide definiuit Conc. Trid. *sess. 23. c. 4. & can. 6. & 7.* Non obstant illa, quibus impij hæretici hanc Episcoporum, & Presbyterorum distinctionem & pulcherrimam Catholicæ Ecclesiæ hierarchiam conantur euertere, quem errorem iam olim excitauit Aërius, qui cùm Episcopatum frustrà & impotenter ambiisset, ab Ecclesia diuertit, eam impugnans dignitatem, quam consequi non potuit: quem deinde errorem ex eadem causa promotus suscitauit VVicleph, cùm Episcopatum Vigorniensem impotenter appeteret, adducentes auctoritates Pauli *1. ad Philipp. ibi, cum Episcopis & Diaconibus;* quasi nomen *Episcopus,* pro Presbyteris ponatur; aliàs enim de Presbyteris quoque Paulus fecisset mentionem, & deinde, quia in plurali numero dicit, *Episcopis,* qui tamen in eadem ciuitate plures esse non possunt, iuxta ea, quæ notantur *in cap. quoniam, de officio Ordin.* Adducunt deinde Paul. *s. ad Titum cap. 1.* ibi, *constituas per ciuitates Presbyteros,* & inferiùs, *oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse,* &c. quasi illi, quos superiùs Presbyteri nomine significabat, iidem sint atque illi, quos modò Episcopos appellat. Denique expendunt auctoritatem Hieron. *in cap. legimus 93. dist. & in cap. olim 95. distinct.* vbi expressè inquit, *eosdem esse Episcopos, atque Presbyteros.* In primis enim pro solutione difficultatum, quas suprà ex locis Apostoli adduximus, aduertendum vniuersum clerum, omnésque Ordines ad duo primaria genera reuocari; ad Sacerdotes scilicet, & ministros, quorum priores, videlicet Sacerdotes subdiuiduntur in maiores, & minores; posteriores verò, scilicet ministri, in sex alias species, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Lectores Exorcistas, & Ostiarios, quibus nostri addunt Psalmistas, habetur *in c. cleros. 21. dist.* quamuis nomen, *Episcopi,* principalibus tantùm Sacerdotibus tribui soleat, & nomen Diaconi principaliori tantùm Ministro, vtrumque tamen suo modo aliis conuenit, nam etiam Presbyteri superintendunt populo. Volens igitur Paulus vniuersum populum salutare, seu magis Clerum, ne cogeretur singulos Ordines numerare, generatim id fecit, nomine Episcopi comprehendens omnes Sacerdotes, nomine Diaconi omnes ministros. Ad secundum ex Paulo *ad Titum,* respondetur Paulum illis verbis vsum fuisse tanquam generalibus, non verò tanquam distinctis, ex modò dicta ratione. Ad auctoritatem verò S. Hieronymi responsum est suprà *part. 1. tit. 1. cap. 2. num. 36.*

Vnde omnibus Clericis, & cunctis etiam fidelibus Ecclesia præcipit, vt Episcopos suos diligant, eisque obedientiam debitam exhibeant, sic etenim docet Clemens Papa *in cap Sacerdotes 2. quæst. 7. Sacerdotes,* inquit, *& reliqui Ecclesiæ ministri, omnesque plebes Episcopos suos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiamsi ipsi aliter, quod absit, agant, nisi in Fide errauerint* Et B. Apostolus Petrus hortabatur, dicens: *Obedite præpositis vestris, non solùm bonis, & modestis, sed etiam dyscolis.* Euaristus quoque Papa *in cap. sicut vir, in fine 7. q. 1.* dicit *Ecclesiam cum tanta reuerentia Episcopi sui doctrinam suscipere debere, eamque amare, & diligere, vt legatum Dei, & præconem veritatis;* si quis autem Episcopo non obedierit, siue sit Sacerdos, siue alius clericus, siue etiam Princeps, Canonum sententia pronunciatur infamis, & à liminibus Ecclesiæ est reiiciendus, vt dicit idem Clemens *in cap. si autem 11. quæst. 3* excommunicandos esse dicit Anterus Papa *in cap. absit, eadem causa, & quæst.* ita & *in cap. si quis, & in cap. omnes, de maior. & obed.* Nec potest subditus contra Prælatum suum præscribere obedientiam, *cap. cùm non liceat, de præscript.* vbi in collect. plures Doctores citauimus, & infrà *alleg. 128.* latiùs agemus.

Episcopi igitur multis nominibus appellantur, 10
nonnumquam Præsules, interdum Antistites, aliquando summi Sacerdotes, vt per text. *in cap. cleros, vers. Episcopus, cum seqq. 21. dist. cap. quod translationem, de tempor. ordinat. cap. 1. §. per frontis, in princip. de sacra Vnct.* tradunt, & explicant sigillatim post alios, Card. Bellar. *tom. 1. de controuers. Christ. fidei lib. 3. de Rom. Pont. c. 24. & lib. 2. de Concil. auct. c. 1. ad fin.* Azor. *p. 2. lib. 3. cap. 22. q. 1.* Henriq. *in sum lib. 10. de Ordinis Sacramento cap. 12. num. 1.* Durand. *in rationali diuinorum lib. 2. cap. 21. à princ. vsque ad num. 5.* & quòd Episcopi dicantur summi Sacerdotes, nuncupatim tradunt Ioseph Lud. *Perus. decis. 74. n. 11.* Azor. *instit. mor. p. 2. lib. 3. cap. 18. col. 299.* ita & Pontifices multoties nuncupantur, vt *in cap. Pontifices 7. q. 1. cap. Massana, de elect. d. cap. quod translationem, cap. quia periculosum,* ibi, *Pontificalis officij, de sentent. excomm. lib. 6.* Imò Isidor. *in d. cap. cleros, vers. Pontifex,* vocat eos maximos Pontifices, hoc est, maximos Sacerdotes, & *in vers. Presbyter,* addit eosdem Pontificatus apicem habere, notant Gom. *in cap. 1. num. 18. de constit. lib. 6.* Aloys. Ric. *in praxi aurea resolut. 203. num. 2.* Azor. *dict. q. 1. vers. quæres etiam,* Durand. *num. 3. vbi proximè;* cuius nominis deriuationem idem Isidor. *in dict. vers. Pontifex,* explicare videtur dum ait, *vel dicitur, & quasi via sequentium,* &c. quæ etymologia ex eo declaratur, & confirmatur, quia siue sequamur Quinti Mutij Scæuolæ sententiam, qui à *posse, & facere* Pontifices dictos putauit, & quòd illis potestas fuisset sacrificandi, id est, Sacra faciendi, *l. 2.* ibi, *Pontificem dum Sacra facit, ff. de in ius vocando,* (*facere* enim apud veteres sacrificare est.) sequuntur multi, cum quibus Alcia. *lib. 2. Parerg. cap. 6.* indeque Pontificium dictum pro iure, & potestate aliquid faciendi: siue sequamur aliam eiusdem nominis rationem,

quæ

quæ Marco Vat. placoit, de qua Nouiotes *in l. 2. §. deinde ex his legibus*, ibi, *apud collegium Pontificum erant*, vbi Corraſ. *num.* 16. & 17. Cagnol. *num.* 96. *ff. de origine iuris*, Lexicographi intis *verb. Pontifices*: in vtroque ſenſu Epiſcopi rectè Pontifices appellantur, vel quòd ſacra faciant, *dict. cap. cleros, verſ. Presbyter*, vel quia viam aliis conſtruant & oſtendant, exemplo vitæ, & doctrinæ, ex regula text. *in cap. inter cætera, de officio Ordin.* cum ſimilibus, tradit Corraſ. *lib.* 3. *miſcellan. cap.* 22. *num.* 6. & 8. quo pacto declarandus erit text. *in dict. cap. cleros, verſ. Pontifex*, ibi, *quaſi via ſequentium*, intendit Durand. *d. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. Vocantur Principes Eccleſiæ, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.* 203. *num.* 2. Dicuntur etiam perſonæ egregiæ, itaut ad eos domi mittatur pro iuramento accipiendo ſi quandoque in teſtem vocantur volentes, gloſ. *in l. ad egregias ff. de iureiur.* Bald. *in Auth. ſed iudex, C. de Epiſcopis & Cleric.* Gambar. *de officio & poteſt. Legati de latere lib.* 2. *tit. de variis Ordinariorum nomin. n.* 38. Item dicuntur illoſtres, ſecundùm Bart. *in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur.* Gambar. *citato loco num.* 39. & comitari debent à ſuis Canonicis in publicis proceſſionibus, vt latè probat Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 51. & dicuntur habere paſtoralem curam, & dignitatis faſtigium, *cap. ordinatos* 59. *diſt. cap. moramur, verſ. principatus, diſt.* 6. *c. principatus* 1. *q.* 1. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 203. *num* 2.

11 Epiſcopatus, dignitas eſt, Epiſcopoſque dignitatis, & poteſtatis nomen habet, non officij tantum, vt probant text. *in cap.* 2. *de officio deleg. lib.* 6. ibi, *Pontificali dignitate*, &c. & *Clement.* 1. ibi, *Pontificali, de renun. Clem in pleriſque*, ibi, *Pontificalis dignitas, de elect. Extrauag.* 1. *verſ. non volentes, Ne Sede vacante, Ioannes XXII* cum multis aliis, ex quibus ita poſt Ioan. Andr. notant Franch. & Dominic. *in d. cap.* 2. *num.* 1. Axor. *inſtit. moral tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *quæſ.* 2. Henriq. *in ſum. lib.* 10. *de Ordinis Sacramento cap.* 32.
12 *num.* 1. Quinimo † Epiſcopatum non tantùm dignitatem, ſed culmen eſſe dignitatum videtur probare text. *in cap. pen.* ibi, *ad culmina dignitatum, de præbendis*, quem ad hoc notat gloſ. *verb. dignitatum in cap.* 2. *eodem tit. lib.* 6. & ſingularem dicit Barbatia *in cap. dilectus, colum. pen. de officio Legati*, & ad notabilem caſum applicat Ripa *lib.* 2. *reſponſorum cap.* 16. maioremque eſſe Ordinem, quam ſit in Eccleſia Dei, aſſerit gloſ. *verb. Epiſcopus, in proœmio libri Sexti*, gloſ. *verb. de Epiſcopis, in cap. quia periculoſum, de ſententia excommunicat. eodem lib.* 6. Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi part.* 4. *conſiderat.* 25. inde afferentes rationem
13 † quare Summus Pontifex ſe Epiſcopum appellet, et cæteros Epiſcopos vocet fratres; quaſi ſibi æquales, Cardinales verò & Reges filios, iuxta text. *in c. quam grauis* 6. *de crimine falſi*, tradunt Felin. *in proœmio Gregoriano, num.* 1. Dec. *in cap. cùm venerabilis, n.* 2. *de except.* Coſm. *in pragmatica tit. de numero Cardinalium, gloſ. Cardinales.*

14 Neque obſtat text. *in cap. qui Epiſcopatum*, ibi, *quia nomen eſt operis, non honoris*, 8. *q.* 1. ex quo nonnulli huius temporis hæretici concedunt Epiſcopi nomen ſolùm eſſe functionis, muneris, ſeu officij, non verò poteſtatis, ſeu dignitatis, refert Cardin. Bellarm. *de controuerſ. Chriſtianæ fidei tom.* 1. *lib.* 3. *de Rom. Pontif. cap.* 24. Axor. *d. cap.* 27. *quæſ.* 2. Reſpondetur enim hæreticos manifeſte decipi ex nominis etymologia, quam ſolùm voluit deſignare D. Auguſt.
15 *in d. cap. qui Epiſcopatum*: nam etſi nomen † *Epiſcopus*, ſumptum à verbo Græco ἐπισκοπεῖν, quoad nominis etymologiam ſignificet eum, qui ſpeculatur, & inſpicit, quaſi Epiſcopus in Eccleſia Dei ſpeculator ſit, & inſpiciens ſubditorum mores, *cap. Cleros §. Epiſcopus* 21. *diſtinct.* Azor. *dict. cap.* 27. *quæſ.* 1. Durand. *in rationali Diuinor. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. & 2. Attamen reipſa, ſicut olim apud Ethnicos nomen erat Magiſtratus & præfecturæ, nimirum Prætoris, ita & hodie ſumptum etiam eſt ad deſignandam poteſtatem, & dignitatem, & præfecturam, quæ eſt in Epiſcopo: ita vt Epiſcopatus non ſit ſimplex officium prædicandi, & inſpiciendi ſubditorum vitas: ſed etiam vera dignitas, & præfectura Eccleſiaſtica, cum poteſtate & vi coactiua regendi eoſdem ſubditos in rebus ſpiritualibus, ac diuinis, & imperandi, ac puniendi, vt bene deducitur ex illo D. Paul. 2. *ad Corinth. cap.* 13. ibi, *ſecundùm poteſtatem, quam dedit mihi Dominus*, &c. & ex aliis locis intendit vtrumque text. *in dict. cap.* 2. ibi, *Pontificali dignitate*, &c. iuncto ibi, *ſacri officij, quod exercent*, &c. *cap. quia periculoſum*, ibi, *Pontificalis officij, de ſentent. excommunicat. lib.* 6. & ex variis Scripturæ teſtimoniis, & ſimilitudine nominis, *Rex*, ex quo etiam hæretici arguebant, oſtendit idem Illuſtriſſ. Cardin. Bellarm. *d. cap.* 24. notant Henriq. & Axor. *dictis locis.*

Ex eo autem quòd Epiſcopatus dignitas ſit, in- 16
ferunt DD. ſub appellatione dignitatis in iuris, vel hominis diſpoſitione etiam Epiſcopalem venire, vt per Dominic. & Franch. *d. cap.* 2. *num.* 1. de quo tamen videri poteſt gloſ. *verb. dignitatum*, & *ibi* communiter omnes, *in cap.* 2. *de præbendis lib.* 6. Simonet. *de reſeruat. quæſt.* 11. *per totam*, Mandoſ. *reg.* 32. *Cancel. quæſt.* 15. Gambar. *de poteſtate legati lib.* 2. *num.* 41. *cum ſeqq. & lib.* 7 *à num.* 222. Hoieda *de incompatibilitate benefic.* 1. *cap. part.* 24. *num.* 64. qui magis communiter diſtinguunt inter materiam fauorabilem, & odioſam, ita vt in illa, non verò in iſta ſub appellatione dignitatis, Epiſcopalis comprehendatur, iuxta deciſionem text. *in cap. dilectus* 12. *de conceſſ. præbendæ, cap. Inquiſitores* 16. & ibi gloſ. *verb. expreſsè, de hæreticis lib.* 6. *cap. ſi compromiſſarius* 37. *verſ. huiuſmodi, de elect. lib.* 6. *d. cap. periculoſum, de ſentent. excommunicat. eodem lib.* Marc. Anton. Genuen. *in practi. cap. eccleſ. quæſt.* 9. *num.* 3. & ad diſpenſationes vide doctrinam Abbat *in d. c. dilectus n.* 1. & *in c. cum*
VVinton. de elect. vbi docet † diſpenſationem etiam ad 17
omnes, ſeu quaſcunque dignitates, non extendi ad Epiſcopalem, propter excellentiam, & culmen illius, ex regula *c.* 1. *§. vltim. de filiis Presbyter lib.* 6. ſequuntur Peregrin. *de fideicomm. art.* 23. *num.* 8. Hoieda *de incomp. benef. p.* 2. *c. vltim. num.* 77. Maurit. Alzed *d. p.* 1. *c.* 3. *n.* 19. Nicol. Garcia *de beneficiis p.* 1. *cap.* 6. *num.* 66. Sic etiam Epiſcopi non ligantur ſuſpenſione, ſiue interdicto, niſi de illis mentio fiat, *d. c. quia periculoſum*, Sayr. *de cenſuris lib.* 1. *c.* 8. *num.* 25. Bellet. *diſquiſit. Cleric p.* 1. *tit. de diſciplina clericali §.* 2. *n.* 47. Nec etiam ſub diſpoſitione generaliter loquente de perſonis, venit perſona Epiſcopi, *c. Inquiſitores de hæret in* 6. vbi gloſ. *verb. expreſsè*. Lotter. *de re benef lib.* 1. *q.* 8. *n.* 82. Nec denique Epiſcopalis dignitas venit ſub ampliſſimis verbis quorumcunque beneficiorum in odioſis, *c.* 2. vbi gloſ. *verb. dignitatum, de præbendis in* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. *in princip. num.* 36. Bellet. *d. §. n.* 43.

Sed an Epiſcopatus Ordo ſit, controuertitur in- 18
ter Theologos, & Canoniſtas. Theologi enim in Eccleſia ſeptem tantùm Ordines ponunt, quatuor videlicet minores, & tres maiores, & ſic negant Epiſcopatum eſſe ordinem diſtinctum, ſed eundem cum Sacerdotio, & per conſecrationem in dignitate Epiſcopali recipere Epiſcopum non ordinem diſtinctum, vt eſt Sacramentum, ſed potiùs diſtinctum officium

fictum, & nouam dignitatem ac præeminentiam exercendi ex officio plures Ecclesiasticas functiones, quas ex officio certum est nec simplices Sacerdotes, nec alios inferiores exercere posse. Ita tenent ipsi in 4. Sentent. distinct. 24. S. Thom. in addit. ad 3. p. quæst. 40. art. 5. in corpore, vbi Nugnus, Henriq. in sum. lib. 10. cap. 2. in princip. Cosm. Piliarch. lib. 1. cap. 10. Paul. Comitol. resp. moral. lib. 1. quæst. 98. sub num. 11. Sanch. in opuscul. moralib. lib. 7. c. 1. dub. 8. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 35. à num. 32. Alzed. d. part. 1. cap. 4. n. 8. Molfes. in summ. moralis Theolog. tract. 2. cap. 1. num. 31. Homobon. de Bonis de humana vita statibus, part. 1. cap. 20. in princ. Filliuc. tom. 1. tract. 9. num. 12. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 1. num. 5. Bonacina de Sacramentis disp. 8. quæst. vnic. punct. 1. num. 3. Verior tamen est sententia Canonistarum asserentium Episcopatum esse Ordinem à Sacerdotio distinctum, vt probat expressè Tridentini locus (cui se nescire, nec posse bona fide respondere asserit Nauarr. in loco infrà citando) sess. 23. de sacram. Ordin. cap. 4. ibi, Episcopos, qui in Apostolorum locis successerunt ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, &c. text. in cap. illud 77. distinct. & in cap. 1. iuncta gloss. verb. à cap. 32. distinct. Quòd autem imprimat characterem probatur, quia Episcopalis ordinatio non potest repeti, & est indelebilis, & Episcopus ex sua ordinatione potest duo Sacramenta conferre, scilicet Ordinem, & Confirmationem, quæ non possunt Sacerdotes inferiores ministrare, Fr. Eman. in sum. tom. 4. cap. 67. num. 21. Alzed. d. part. 1. cap. 4. num. 7. Denique confirmatur optimè ex eo, quia Episcopi multò magis, quàm alij inferiores ad sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum ordinantur: ipsi enim & Sacerdotium conferunt, ac Altaria, & vasa ad vsum eiusdem Sacramenti consecrant. Ex quibus ita ex nostris, & Theologorum pluribus hanc sententiam defendunt in effectu gloss. verb. Episcopus, in proœmio, lib. 6. & gloss. 1. vbi Doct. in cap. quoties 3. de purgat. canonic. Durand in 4. dist. 24. quæst. 6. & ibi Palud. quæst. 7. VValdens. tom. 2. de Sacram cap. 116. Nauarr. in manual. cap. 22. num. 18. Petrus Sot. de instit. Sacerd lect. 1. & 4. de sacram. Ordin. Viuald in candelabro aureo, tit de sacram. Ordinis, num. 10. Emanuel Sà verb. Ordo, num. 7. Valent. tom. 4. disput 9 quæst. 1. punct. 4. Martin. Fornar. cap. 1. de Ordine, Cardin. Bellarmin. de sacramento Ordin. cap 5. Vasq. part. 3. tom. 3. disp. 240. c. 3. Conioch de Sacram. tom. 2. disput. 2. dub. 2. num. 9. Medina lib. 1. de cœlibatu cap 16. Domit. Chamerot. de Sacrament. tract. 11. de Ordine sacro, cap. 1. dub. 3. Laym. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 4. num. 3. & cap. 7. in fine. Rendina in promptuar. receptarum sent. tit. 38. de Episcopis & Prælatis, num. 15. Campanil. in diuers. Iuris Canonici rub. 2. num. 7. Vasconcel. in harmonia rub. ad tit. de translat. Episcopi, num. vlt. Franc. Leo in thesauro fori Eccl part. 1. cap. 4. num. 17. nouissimè me citato in hoc loco, Torreblanca in practicab. Iuris spiritualis lib. 2. cap. 12. num. 16. Quicquid aliter distinguat Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 27. quæs. 3. & Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 9. à num. 75.

19 An autem ordinatio Episcopalis verè, & propriè sit Sacramentum? Vide Balduin. Iunium super opera controuersiarum Cardin. Bellarm. part. 2. lib. 6. cap. 3. vers. primum ergo, post Michaëlem Medinam, Petr. Sot. Valent. & Vasq. tractat Coninch d. disp. 10. n. 43. inter quos receptior tenet opinio Episcopatum esse de per se, & seiunctim Sacramentum, & vltra eos docent Card. Bellarm. de Sacrament. lib. 1. c. 5. & Gregor. de Valentia tom. 4. disp. 9 q. 1. puncto 4. vers secundò controuersum, quos refert & sequitur Campan. rub. 2. n. 7. ante vers. Episcopatum, Filliuc. d. tract. 9. num. 14.

Vtrùm autem Cardinalatus sit verus Ordo, non videtur ab instituto nostro alienum disputare. Quidam inter Ecclesiasticos Ordines Cardinalatũ enumerant, ex quorum numero sunt Turrec. lib. 2. sum. c. 80. Card. Alban. in tract. de Cardinalib. quæst. 5. circa med. Anton. Barbat. tract. de potest. Cardinal. part. 1. quæst. 1. num. 10. vsque ad 38. Villadieg. de origine, dignitate, & potest. Cardinal. q. 1. Cardin. Iacobat. tract. de Concil. lib. 1. art. 12. August. Triumph. tract. de potest. Eccles. q. 102. S. Antonin. 3. part. sum. tit. 21. cap. 1. & 2. Sed alij multò meliùs tenent Cardinalatum non esse Ordinem sacrum, nec imprimere characterem, nec fuisse è Christo Domino institutum, vt per Cardin. Zabarel. in Clem. ne Romam, § porrò, de elect. Sot. in 4. dist. 24. quæst. 2. art. 4. Card. Bellarm. lib. 1. de cleric. cap. 16. controu. 5. Domit. Chamerot. de Sacram. tract. 11. cap. 1 dub. 2. Sanch. in opuscul. moralib. lib 7. c. 1. dub. 11. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 4. c. 1. quæs. 3. vers. secunda opinio, Monet. de commut. vltim. volunt cap. 12. num. 75. vers tamen primum; ex ea potissimum ratione, quia Cardinalatus non habet consecrationem aliquam, nec materiam, nec formam. Vnde similiter Papatum non constituere Ordinem distinctum ab Episcopatu, nec imprimere distinctum characterem, resoluunt Sot. d. q. 2. art. 4. concl. 2. Bonacin. de Sacram. disp. 8. q. vnica, puncto 1. num. 5. quia etsi Papa habeat maiorem potestatem iurisdictionis, quàm habeat Episcopus; tamen in potestate conficiendi corpus Christi consecrandi Episcopos, confirmandi, & ordinandi, sunt æquales.

In honorem tantæ dignitatis multa priuilegia 20 Episcopis conceduntur, & plures prærogatiuæ eis competunt de Iure. Primò enim electus Episcopus eximitur à patria potestate, ex lege Canonica in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & lege Imper. in auth. sed Episcopalis dignitas, C. de Episcopis & cler. obseruant Cou. in cap. quia nos, num. 5. de testam. Bernard. & Salzed. reg. 235. Gate. Falcon. reg. 198. Cort. in memorabilib. verb. Episcopalis dignitas, Viui. tom. 2. com. opinion. lib. 8. tit. 19. de patria potestate, num. 4. p. 403. Menoch. remed. 15. recuperanda, num. 321. Alcan. de patria potestate, cap fin. num. 49. Pinel. in l. 1. p. 1. n. 42. C. de bonis matern. Gutier. in repet. §. sui, num. 10. & 11. Inst. de hered qual. Valdes. ad Xuar. part. 2. pag. 62. Molin. de Iust. tract. 2. disp. 229. vers. 6. Rebell. de oblig. Iust. p. 2. lib 1. q. 8. num. 6 vers. 8. Milis verb. filius, vers. filius eximitur, Sà eod. verb. num. 11. Anton. Gom. var. tom. 1. cap. 9. num. 11. Alzed. p. 1. c. 12. num. 10. vbi num. 19. dicit quòd filij Episcopi antea vxorati per consecrationem patris non liberantur à patria potestate. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 19. num. 79. Mart. de Iurisd. p. 4. cent. 1. casu 27. num. 4. nouissimè Balth. de Angelis ad d. auth. sed Episcopalis, n. 1. pag. 81. Marc. Anton. Genuens. in pract. Eccles. q. 374. n. 1. in princ. Idem in Cardinalibus in his, quæ ipsis sunt commoda, non ita tamen vt omittant ius suorum hæredum, Cuch. in Instit. canon. lib. 1. tit. 4. n. 87. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 229. num. 8. Læl. Zecch. de Repub. Eccles. tom. 3. de Cardinal. num. 9. priuil. 8. nouissimè amicus meus sapientissimus P. Diana moral. resol. part. 5. tract. 2. resol. 32. Secundò, in signum dignitatis Episcopalis, & spiritualis quoque Matrimonij cum Ecclesia sua annulum portare potest in digito, & Mitra, seu infula, & aliis Episcopalibus ornamentis atque insigniis decoratur, c. clerici officia, de vita, & honest. cleric. Tertiò in Altari, in quo Episcopus Missam cantauit, nullus eadem die potest Missam celebrare, c. in altari, de consec. dist. 2. & infrà dicemus alleg. 24. in princip. Possunt autem ipsi Episcopi cum Altari portatili

vbique locorum,& extra Ecclesias celebrare, per se, vel per alium in præsentia sua, *cap. fin. de priuileg. in 6.* quod an sublatum fuerit per Concil. Trid. *sess. 22. in decreto de obseruandis, & euit. in sacrificio Missæ*, dicemus infrà *alleg. 23. num. 5.* Et in suis diœcesibus populo solemniter benedicere. *Clem. fin. de priuil.* de quo aliqua notabimus *alleg. 27. num. 63.* Audire diuina Officia etiam tempore interdicti,& celebrare, & in sua præsentia facere celebrari, *cap. quod nonnullis, de priuileg.* & possunt sibi quem volunt eligere Confessorem, *c. fin. de pœnit. & remiss.* de quo tamen vide quæ dicemus infrà *allegat. 25. num. 20. Quartò*, habent Cathedraticum exactionem, & Canonicam portionem,& alia similia, quæ ad legem diœcesanam pertinere dicuntur, de quibus tractabimus *allegat. 86. Quintò* non potest Episcopus ad testimonium dicendum flagitari: nam, inquit *l. nec honore. C. de Episcopis & cleric. & auth. de sanctiss. Episcopis §. nulli verò iudicum*, & persona inhonoratur, & dignitas Sacerdotis excepta confunditur, de quo vide quæ diximus in nostro *tract. de Iure eccles. lib. 1. c. 12. num. 30.* quòd si quandoque eius necessaria sit attestatio, non iureiurando, sed Euangeliis tantùm coram positis testimonium eius est accipiendum, *cap. testimonium, cum seq. 11. quæst. 1. Sextò*, cuicumque licitum est iudicium Episcopi in quacumque causa eligere, & eius sententia non est retractanda, & testimonium ipsius tantùm est recipiendum, vt Theodosius Imp. decreuit *in c. quicumque, cum seqq. 11. q. 1.* nisi de præiudicio famæ alterius ageretur, vt *in cap. fin. 6. quæst. 2.* hæc enim sic quoque intelliguntur cum sententia ab Episcopo secundùm ius legitimè fuerit prolata; dicit enim Imper. illud veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum habeatur quod à sacrosancto homine secundùm scientiam mentis illibatæ fuerit prolatum, *in cap. omnes, in fine, ead. causa & quæst.* Episcopi quoque tantùm, vel alij in Ecclesiastica dignitate constituti, Conseruatores Iudices dantur, *c. hac constitutione, de officio deleg. in 6. Septimò*, si Episcopi à quoquam rebus propriis spolientur, vel à suis sedibus eiiciantur, sunt statim in omnibus restituendi, & cuncta eis redintegranda, antequam vllum crimen obiici possit, *cap. si quis ordinatus, cum seq. 92. dist. Clem. vnic. de foro compet.* Nec sunt Episcopatu priuandi propter quamcumque ægritudinem, aut corporis infirmitatem, *cap. 1. cum seqq. 7. q. 1. Octauò*, Episcopus potest assistere Inquisitoribus in negotio Fidei, Alex IV. *Bulla* XIII. & habet eadem priuilegia circa officium Inquisitionis, quæ habet Inquisitor delegatus, & maximè absentibus Inquisitoribus, & vbi Inquisitores non adsunt, Penia *in 3. part. direct. Inquisit. schol.* 1ta. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 203. vers. duodecimò. Nonò*, Episcopi non citantur ad Curiam ab Auditore Cameræ absque mandato summi Pontif. Pius IV. *Bulla* 74. Aloysius Riccius *dict. resolut. 203. num. 1. Decimò*, Episcopi præcedunt Protonotarios, etiamsi sint de numero participantes tam in Vrbe, quàm extra, Pius II. *Bulla* 2. Aloys. Ricc. *d. resol. 203. vers. sexto. Vndecimò*, Episcopus in sua diœcesi debet honorari ab Archiepiscopo dum est in illa, Capyc. *decis. 17. n. 28. & 25.* Aloys. Ricc. *dict. resol. 203. n. 3. vers. octauo. Duodecimò*, Episcopus potest esse Iudex in causa propria suæ Ecclesiæ, vt dicemus *alleg. 87. num. 6. Decimotertiò*, Ciuitas occidens suum Episcopum priuatur in posterum tali dignitate, *cap. ita nos 25. q. 2.* Cou. *lib. 2. var. cap. 8. in fine*, Aloys. Ricc. *d. resol. 203. num. 4.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 30. num. 11.* Alzedo *dict. part. 1. cap. 7. num. 17.* vbi *num. 18.* id intelligit, si Episcopus iam erat consecratus: qui autem Episcopum personaliter offenderit, non potest nisi per Papam absolui, quamuis sit leuis iniuria, cùm in aliis ex leui iniuria id alteri demandetur, *cap. peruenit, de sentent. excommun. Decimoquartò* potest Episcopus sententiam suam per alium legere, Vgolin. *de officio Episc. part. 1. cap. 2. §. 2. num. 4.* Alzed. *d. part. 1. cap. 12. num. 45.* vbi *num. 46.* intelligit de Episcopo consecrato. *Decimoquintò* dum iurat non tenetur tangere librum, sed sat est quòd pectus suum tangat, vel à longè manus eleuet versùs illum. *cap. in causa, de iuram. cal.* gloss. *in cap. quoties 1. quæst. 7.* Vgolin. *d. part. 1. cap. 2. §. 2. num. 4.* Hieron. Vecero *de exam. Episcop. lib. 4. cap. 17. num. 19.* Alzed. *d. c. 12. num. 38.* vbi *numeris seqq.* id limitat quando Episcopus consecratur, dum fidelitatem, & alia Papæ promittit, vt *in cap. Ego N. in fine, de iureiur.* vel quando specialiter est statutum quòd Episcopus Scripturam tangat. Immo Episcopo sine iuramento credi in causis ciuibus resoluunt Aggia *de exhib. auxil. concl. 4.* Bobadil. *in politic. lib. 2. cap. 17. num. 15. Decimosextò*, Episcopus accusatus non debet stare, sed sedere simul cum Iudice aliquantulum inferiùs, Selo. *de benef. p. 1. q. 3. num. 12. in fine*, Anton. Corset. *de potest. Regia part. 4. num. 22.* Alzed. *d. cap. 12. num. 36. Decimoseptimò*, non potest cogi ad tutelam cuiuscunque personæ suscipiendam, *auth. de sanctiss. Episc. §. Deo autem, collat. 9. l. 95. tit. 5. p. 1.* Paul. Montan. *de tutel. c. 35. reg. 1. n. 194.* Galganet. *eod. tract. lib. 1. tit. 6. n. 36.* Alzedo *d. cap. 12. num. 31.*

Quamuis Tiraq. *de nobilit. cap. 16.* latè disputet an nobilitas liberorum ascendat ad parentes? & affirmatiuam partem tueatur Melch. Phœbus *Lusit. decis. 155. per tot. tom. 2. per auth. constitutio quæ de dignit. §. generaliter*, illud certo certius est quòd † Dignitas Episcopalis filij prodest patri, ita quòd parens filium habens Episcopum, ob eius dignitatem gaudeat nobilitatis prærogatiua, vt non reputetur plebeius. Ita Gam. *Lusitan. decis. 112.* vbi Flores de Mena, bene Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis. 545. in 1. impress. & resolut. 467. per totam in 2. impress. &* faciunt quæ Farinac. *in praxi criminali part. 1. lib. 1. tit. 5. q. 41. n. 60.* me citato *in hoc loco* Alzed. *p. 1. c. 12. num. 17.* 21 22

Episcopalis dignitas, eiusque iurisdictio considerata in generali, & in communi est instituta de Iure diuino, vt constat ex D. Paulo *ad Ephes. 4. & 1. ad Corinth. 12.* quem post alios exponit Suarez *tom. 4. de Pœnit. p. 2. disp. 25. sect. 1. à num. 7.* & ex loco *Act. 20.* quem in idem adducit Cardin. Bellarmin. *d. tom. 1. controuers. 5. generali lib. 4. cap. 25.* Henriq. *in sum. lib. 6. cap. 5. num. 5.* Si verò iurisdictio Episcopalis sumatur in particulari, est instituta de Iure humano. Suarez *dict. sect. 1. num. 10. cum seqq.* iuncto *num. 3.* Card. Bellarm. *d. lib. 4. cap. 24.* Valent. *tom. 4. dispens. 7. quæst. 10. punct. 2. pag. 2. col. 1.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 30. q. 15.* Camill. Borrellus *d. tit. 6. à n. 1.* Ludouic. Miranda *de ordine iudiciario q. 2. art. 5.* 23

Ad cunctis formidandum Episcopale munus coehendum, singulari tum diuinarum, tum etiam humanarum rerum scientia sunt commendandi, *cap. cùm in cunctis, de elect.* Quamobrem is, qui dignitate Episcopatus præfulgere cupit, debet alicuius Academiæ & Gymnasij publici suffragio, & auctoritate Magister, aut Doctor, vel Licentiatus in sacra Theologia, aut in Iure Canonico creari: quòd si ad nullum litterarum gradum promotus sit, sufficit si alicuius Academiæ testimonio publico probetur idoneus ad alios docendos: ita disponit Sac. Concil. Trident. *sess. 22. de reformat. cap. 2.* & tenent Menoch. *de arbitrar. casu 425. num. 35.* Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 16. §. 2. in comment. littera B*, *& cap. 33. §. 2. & lib. 18. cap.* 24

cap.9. §. 1. versic.gradus, Petr. Alphous. de Vasconc. *in harmonia rubricar. Iuris Canon.tit. de ætate & qualitate num.4.* Axor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. q.9.col.306.& lib.6.cap.6. quæs.1. col.683.* Less. *de Iustit.lib.2. cap.34. dub.24.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloss.4.num.67.* Reginald. *in praxi fori pænitent.lib.30. tract.3. num. 171.* plures alios refert Cened. *ad Decretum collect. 51. num. 4. in fin.* Campanil. *in diuer. Iuris Canon rubr.3.cap.4. num.1.cum sequentib.* Beller. *disquisit. clericali. part. 1. tit. de clericali discipl. §. 4. à num. 33.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico part.1.tract.1.cap.9.quæs.52.* vbi *quæs.53.* an ignarus promotus ad Episcopatum sit tutus in conscientia, & collatio valeat? quorum plures refero Ego ipse *in collect. ad cap. cum in cunctis, num. 20. de elect.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tractat. 2. cap. 13. num.6.*

25 Hodie cum priuilegium Doctoratus non faciat Doctorem, sed requiratur doctrina, Clemens VIII. statuit, vt non solum habentes priuilegium, sed docti viri ad Cathedrales assumantur, quoad Episcopatus in Italia sumendi in Vrbe coram ipso, & Sacra Congr. Illustrissimorum Cardin. aliorumque grauium, & peritorum Prælatorum, & virorum. In Gallia verò, & Hispania coram S.R.E. Cardin. Legatis ibi existentibus, & Legatis deficientibus coram S. Sedis Apostolicæ Nunciis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, de speciali Papæ mandato, assistentibus aliis Prælatis, ac peritis Viris, vt huiusmodi negotij grauitas requirit, se examini subiiciant, qui approbati, & non aliàs ad Ecclesiæ regimina admittantur, referunt Franc. Leo *in Thesau fori Ecclesiastici part.1. cap. 3. num. 10. & 11.* Campan. *d. cap. 4. num. 4.* Maurit. Alzed. *d. part. 1. cap. 3. num. 24.* idiomate nostro vulgari solemus dicere, *Pralado sem letras, Nao sem leme, Religio sem pezos, Galinha sem azas*, latinè. *Prælatus sine litteris, nauis sine clauo, horologium sine æquilibrys, gallina sine alis.* Nam si omninò illiteratus in Episcopum promoueretur, sanè ab Episcopatu amouendus esset, quemadmodum amotus fuit Episcopus Calinen. ab Honorio III. de quo *in cap. fin. de ætate, & qualit.* toleraretur tamen si ex longo vsu & rerum experientia sciat rectè exercere omnia ad Episcopatum necessaria, vel si charitatis perfectio scientiæ defectum suppleat, vt per Hoiedan. *de incomp. benef.p.1.c.24.n.32. & 33.* Maiol. *de irreg.c.32. num.4. & 10.*

26 Ad Episcopatus culmen ex Concil. Agathensi *c.16. & 17.* nemo promoueri potest ante annum trigesimum, habetur *in cap. quicumque 77. dist.* Postmodum verò ex Constit. Alexandri III. in Concil. Lateranensi superadditum fuit vt exegerit 30. *in cap. cum in cunctis, de elect.* Ita Cosmus *in pragmatic. sanction tit. de elect. cap. sicut §. deinde, verb. legn. pag. 99. versa*, Petr. Gregor. *syntag. Iuris part.1. lib. 17. cap. 6. num.12.* Menoch. *de arbitr. cas. 427. num. 24.* Rebuff. *tract. de pacificis possessorib. num. 184.* Armend *in additionibus ad recopil. legum Nauarra ad lib. 1. tit. 2. l. 1. de ætatibus num.18.* Franc. Leo *dict. cap.3. num.7.* Henriq. *in sum. lib.10. cap.19. §.3. & lib.14. cap.9. in princ. vers. ad Episcopatum*, Azor. *institut. moral pag. 2. lib. 6. cap.5. in princip.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 28. num. 39.* Cardos. *in praxi Iudicum, verb. Episcopus num. 2.* Ludouic. Miranda *de ordin. iudic quæst.4. art.2. concl.3.* Less. *de iustit. tit. 2. cap. 34. dub. 20. num. 103.* Reginald. *in praxi fori pænitent. lib. 30. tract. 3. num. 163. versic. 1.* Viuian. *in praxi Iuris patronatus part.2. lib.6. cap.7. num 4.* Marsobr. *in sua praxi habendi concursum reg.10. dub. 11. à num. 19.* me citato *in hoc loco* Castr. Palao *in opere morali tom. 2. tract.13. disputat. 4. punct. 3. num. 1.* Molfes. *in summ. Theologia moralis tractat. 2. cap.11. num.4. & 5.* Filliuc. *tom.3. tract.41. cap.5. n.32.* nouissimè Balthas. ab Angelis *ad authent. Presbyterum C. de Episcopis & cleric. num. 1. pag. 51.* Stephan. VVeyms *ad Constitutiones 24. Iuris communis per Concil. Trident. innouatas, Const. 2. num. 3.* nouissimè Alxad. *d. p.1. cap.3. num.22.* Campanil. *in diuers. Iuris Canonici rub.7. cap.3. num.3. & rub.7. cap.6. num. 44.* vbi ex Rebuff. *d. tract. de pacificis possessoribus, n. 184.* asserit † in Regno Franciæ (quod in omnibus Gal- 27 licanis Episcopatibus non habere locum credit) idoneum ad Episcopatum iudicari, qui in vigesimoseptimo constitutus anno reperitur, ita commonentibus concordatis inter Leonem X. & Galliæ Regem: & Petr. Gregor. *syntag. Iuris part. 2. lib. 17. cap. 6. num 16.* addit Regem Franciæ posse virum ætatis 27. annorum nominare summo Pont. ad Prælaturam obtinendam, dummodo aliæ qualitates desideratæ adsint. Itaque non amplius satis est † at- 28 tigisse prædictos triginta annos, nisi expleuisse pateat, ex Rebuff. *in praxi beneficiali, rubr. requisita ad collationem bonam num.37. & dict. tract. de pacific. possessorib. num. 184.* licèt glos. *in cap. vnico, vers. compleuerint, de ætate & qualit. in 6.* dixerit Episcopum esse posse qui trigesimum ingressus est annum, ad id ducta auctoritate *d. cap. cum in cunctis*, cuius quidem verbum, *exegerit*, non perpendisse insinuat, quòd sine dubio perfectum indicat tempus, idque tandem Constitutione sua Gregorius XIV. 15. *Martij* 1591. expressis declarauit verbis, ibi. *annum trigesimum expleuisse*, &c.

29 Impubes autem si consecraretur Episcopus, nihil ageret, ex D. Thom. *ad 3. part. sum. q. 39. art. 2.* Henriq. *in sum. lib.1. cap.21. §.4. & lib.10. cap.14. §. 3.* Syluest. *verb. ordo 4. num.1.* Menoch. *de arbitr. cent. 5. casu 427. num. 10.* eo quòd in Episcopatu conferatur potestas vera circa Corpus mysticum Christi, & consequenter requiratur actus ipsius suscipientis talem potestatem. Contrarium tamen resoluit Bonacina *de Sacram. disp. 8. q. vni. p. 5. n. 5.* ex eo, quia multi sunt Episcopi titulares, qui nullam habent curam animarum, aut Ecclesiæ administrationem; vnde si Episcopus ante annum trigesimum consecretur, non fieret irregularis, ex citatis per Suar. *tom. 5. disp. 31. sect.1. num.29.* Campan *rub.7. c.4. num.17.* Mari. Alter. *de censur. tom.2. disp.10. c.1. dub.3.* Bonacin. *de censur. extra Bullam disp.3. q. 1. puncto 2. num. 10.* & quod plus est, Sanch. *in opusc. moral. lib.7. c.1. dub.32. n.4.* resoluit quòd si puer in cunis consecretur Episcopus, tenebit factum.

30 Adderem supradictis de scientia Episcopi, quòd in assecutione Episcopatus, Canonista Theologo præferendus est, si doctus & prudens sit, habeatque quamdam Theologiæ peritiam, præcipuè vbi hæreses non pullulant. Ita Henriq. *in sum. lib. 10. c. 33. §.2. in com. littera E*, Axor. *inst. moral. p. 2. lib. 3. cap.28. q.10.* Fr. Eman. *quæst. Regularium tom.1. q.11. art.4.* Bobadil. *in sua politica lib. 1. c.6. n 14.* plures refert *Cened. ad decretum collect. 51. n. 5.* Quintil. Mandos. *ad l. 16. Cancel. q.16. sub n. 5. vers. contrarium tamen, cum seq.* optimè Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 7. n. 96. cum seqq.* Alxed. *d. p. 1. c. 3. n. 25.*

31 Seu in his quæ pertinent ad forum conscientiæ, Theologi præferuntur Canonistis, in aliis verò pertinentibus ad forum iudiciale, & censuras, ac pœnas ecclesiasticas, Canonistæ Theologis præferre debent, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 71. n. 49.* Fr. Eman. *d. art. 4.* Axor *instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 17. q. 3. & p. 3. lib. 1. cap. 3. q. 4.* nam, vt dicit Lotter. *d. q. 7. num. 97.*

num.97. Theologus non est tanti, vt fine Iuris Canonici faculiate possit Ius diuinum, qoantum perrinet ad mortalitatem, ioterpretari, & in hoc præstantiot est Iuria Canonici Doctot.

32 Requiritur deinde vt Episcopus legitimo sit Mattrimonio natus, vt decidit Concil. Trident. sess. de reform. cap. 1. illegitimum namque fine Papæ speciali dispensatione (quam vix ad Episeopatus obtinendos concedit) inhabilem esse vt ad Episcopatum assumatur, probaot textus in cap. cùm VVitemen. Ecclesia, de elect. glos. in cap. grandi, verb. legitimo, de supplen. neglig. Prælator. lib. 6. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici p. 1. c. 3. num. 8. Bertachin. de Episcopo lib. 2. de causa mater. Episcop. num. 81. Vgolio. de officio Episcopi p. 1. c. 1. §. 1. n. 5. Iacob. de Graff. in aureis decis. lib. 3. c. 2. n. 12. Maurit. de Alzed. de præcellentia Episcop. dignit. p. 1. c. 3. n. 16.

35 Legitimatos verò per subsequens mattimonium ad Episcopatus absque aliqua dispensatione promoueri posse, argum. text. in cap. tanta, qui filij sint legitimi, tenent Peregrin. de fideicom. art. 24. num. 12. Couar. de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 24. Menoch. cons. 16. num. 5. & 17. & cons. 799. num. 12. Ftaoc. Leo d. p. 1. cap. 9. n. 14. Fr. Eman. in sum. tom. 1. cap. 67. num. 6. me citato in hoc loco Maurit. Alzed. d. p. 1. cap. 3. n. 18. Suar. tom. 5. de censur disp. 50. sect. 5. à num. 10. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 2. num. 18. Azor. instit. moral part. 3. lib. 2. cap. 14. q. 14. Campan. in diuers. Iuris Canonici rub. 12. cap. 13. num. 127. Basil. Pont. de Matrim. lib. 1. cap. 11. num. 5. Sanctarel. var. resolut quæst. 42. num. 18. Ego ipse in collectan. ad cap. tanta num. 24. qui filij sint leg. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastice tract. 12. cap. 3. q. 11. suppos. 4. Defectus enim naralium tollitur per subsequeos mattimonium, vt latè probat Matchin. post hæc sctipta, & non semel impressa, in lucem editus, in tract. de sacram. Ordinis tract. 1. part. 10. cap. 1. à num. 20. Ioan. Baptist. Lup. de illegitimis, & natur. comment. 4. §. 3. num. 8. Matiens. l. 10. glos. 3. n. 3. & 11. tit. 8. lib. 5. noua Recop. Montealegte de exercit. pract. action lib. 2. cap. 1. §. 3. num. 6. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 70. Trentacin. var. resolut. lib. 1. tit. de legitim. resolut. 1. num. 18. Gall. de except. tit. 1. part. 1. except. 2. num. 22. & 23. Paschal. de viribus patria potest p. 2. cap. 4. num. 58. Ratio est, quia legitimati per subseqoens mattimonium ea omnia consequi possunt, quæ sunt Iutis Ciuilis, vt per text. in l. cum ex oratione. ff. de excusat. tutor. & in l. 4. & fin. tit. 13. part. 4. resoluunt Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 21. num. 11. Ioan. Botcholt in tract. de feudis cap. 1. n. 19. post med. Franc. Ferter. ad constit. de los impuberes, sub rub. de substit. gloss. 6. num. 80. & 93. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 243. num. 72. & cap. 751. num. 12. & cap. 754. num. 15. & 16. cùm huiusmodi legitimatio naturam imitetur, Surd. de aliment. tit. 2. q. 15. num. 32. & tit. 8. priuil. 67. num. 5. & 10. & sic legitimati primordia babeant naturalia, idem Surd. tit 1 q. 111. n. 7. Vnde eos iure esse legitimos tenent Surd. d. q. 111. n. 10. & tit. 8. priuil. 67. n. 8. Annel. Gall. d. except. 2. p. 1. n. 1. & 14. Mieres de maior. p. 2. q. 1. n. 12. ad med. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 21. n. 62. Fr. Basil. de matrim. lib. 11. c. 11. n. 2. & 3.

Neque obstar argumentum, ex quo contrarium tenuit Raymund. quem refert Abb. in cap. ad extirpandas, in fine, de filijs Presbyter. & sequitur Maiol. de irregularit. lib. 1. c. 4. num. 13. scilicet ex text. in d. c. cum in cunctis, in princ. de elect. vbi requiritur vt quis fiat Episcopus, quòd ex legitimo mattimonio natus sit: nam ex d. c. tanta, in princ. ibi, post contractum Matrimonium legitimi habeantur, iunctis verbis præcedentibus, notant Doctores communiter † legitimationem, quæ fit per subsequens mattimonium, Iuris fictione retrotrahi ad tempus natiuitatis, itavt qui antea illegitimè nati sunt, per Matrimonium postea subsequutum non solùm ex tunc legitimi fiant, sed ante, & tempore natiuiraris babeantur legitimi, vt norant Anton. num. 2. & 4. Card. num. 2. Abb. 7. Anchar. 10. in d. cap. tanta, idem Anchar. cons. 223. Deci. in d. cap. cùm in cunctis, num. 11. de elect. quòd ex Legistis docuit Bart. in l. 2. num. 10. ff. de vulgari, quoa refert Tiraquel. de primogen. q. 34. num 34. & post Fortun. Garciam in §. & quid si tantum, n. 17. tenent Couar de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 20. num. 26. Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 12. num. 18. Roland. à Valle cons. 10. num. 14. volum 2. Surd. cons. 309, n. 24. Campanil. d. num. 127. Bellet. d. §. 3. num. 20. Et, quod magis est, in legitimatione per subsequens mattimonium illud tempus attendendum est, quod magis proli prodesse poterit, siue illud sit conceptionis, siue natiuitatis, vt per l. nuper, C. de natural. liber. resoluunt Fachin. controuers. lib. 3. cap 50. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 10. num. 29. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 7. num. 19. & disp. 34. num. 47. Basil. Pont. in simili tractatu lib. 11. cap. 3. Marchin. d. tract. 1. p. 10. cap. 1. num. 37. cum seqq. Ioan. Borcholt in tract. de feudis, cap. 7. n. 19. à num. 52. ad fin. Paschal. d. part. 2. c. 4. num. 57. & 58. Ceuall. commun. contra commun. q. 606. num. 6. qui plura fuodamenta pro hac parte addocunt; licèt contrarium defendant Peregrin. de fideicom. art. 24. n. 34. & Fachin. controuers. lib. 4. c. 54. 34

Magis fortasse obstat text. in cap. innotuit, de elect. ex quo constat M. de quo ibi, susceptum fuisse ex soluto & soluta, & ex integra textus apparet post quadrienoium inter parentes mattimonium fuisse subsequutum, vt refert Anton. August. collect. ad Decretal. tit. 6. cap. 5. & colligi videtot ex corpore Iuris Canonici siue glossis Venetiis, & alibi impresso post annum 1587. vbi post illa verba, quasi furtim, legitur, quo facto cum ipsa infra quadriennium à natiuitate ipsius matrimonium contraxit. Sed respondebis ea verba in Gregor. IX. compilatione non reperiri; ex antiqua verò fidem non facere, iuxta eiusdem Gregor. prooemium, nec originalia, quæ referuntur, inter se consonaot; nam apud Anton. August. legitur, & ipsam infra quadriennium à natiuitate ipsius Matrimonium contraxit, quæ Grammatica vitiosa est, & legendum videbatur, hac ipsa, & tunc nihil nobiscum pugnat: non enim concludit eam contraxisse matrimonium cum milite, ex quo M. filium susceperat, in integra verò apposita in corpore Iutis Canonici legitur, cum qua postea Matrimonium contraxit, quæ si vera esset, nostram resolutionem destrueret: sed non probator vnde sumpta fuerit, & videtur cum verbis præcedentibus, quæ in textu remanserunt, ex diametro pugnare, ibi. idem quoque M. adiicit quòd nunquam pater eius habuit vxorem, vnde fit ea verba omissa fuisse in nostra compilatione, quia à parte allegabantur: sed tamen minimè sunt probata. Potuit enim Pontifex in decisione ea commemorare ad dispensationem, petitam iustificandam inter alias causas, quas adduxit: verosimilior est littera Anton. August. si, ipsa, legas, non ipsam, quia consonat verbis versiculi præced. & nostram resolutionem non offendit. Ad Cardinalatus tamen celsitudinem filij legitimati per subsequens matrimonium non posse ascendere statuit Sixtus V. in sua Const. 50 quæ incip. Postquam, de qua Sayr. de censur. lib. 6. c. 10. n. 13. & 14. Bellet. d. §. 3. n. 22. Heotiq. lib. 11. c. 20. n. 2. Campan. d. c. 13. n. 128. ad fin. Fusar. de substit. q. 409. n. 8. 3

36 Oportet etiam promouendum ad Episcopatum
in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio
constitutum fuisse, ex Concil. Trid. *sess. 21. de reform.
cap. 2.* tradunt Francisc. Leo *in thesauro fori eccles. p. 1.
cap. 3. num. 9.* Camp. *in diuers. Iuris Canon. rub. 7. cap.
6. num. 45.* Vgolin. *de officio Episcopi, part. 1. cap. 1. § 2.
num. 1.* Maurit. Alzed. *d. part. 1. cap. 3. num. 28. & cap. 4.
num. 3.* Didac. de Arroyo *de Sacram. cap. de Episcop.*
37 *num. 6.* † Sed per Bullam Gregorij XIV. publicam
15. Maij 1590. cùm plurali numero vtatur, sicuti etiam
vtitur text. *in cap. à multis, de ætate & qualit.* oporteret
omnibus Sacris initiatum fuisse ante sex menses;
quemadmodum & ante Concilium disposuerat tex.
in c. Osius 61. dist. ibi, *sed non eligitur aliquis, nisi in sa-
cris Ordinibus constitutus,* ita Campan. *d. tract. rub. 11.
cap. 7. num. 8.*

38 Si verò Sacerdotium non præcesserit, valida ta-
men erit Ordinis Episcopalis collatio; etenim præ-
posteratio in collatione Ordinum non vitiat, licèt
executionem impediat; ita post Ioan. Andr. Anchar.
& alios Rendina *prompt. recept. sent. rub. 38. num. 6.*
Fornar. *de sacram. Ordinis, num. 5. cap. 6.* Campan. *d.
tract. rub. 10. cap. vnic. num. 3.* Cou. *lib. 1. var. cap. 10.
num. 16.* me citato *in hoc loco* Alzed. *d. part. 1. cap. 4.
num. 4.* post gloss. & Doctores *in cap. solicitudo 52.
dist.* Quamuis contrarium, imò Episcopalem Ordi-
nem non suscipere, qui Sacerdotio caret, teneant
gloss. fin. in cap. vnic. de clerico per saltum promoto, D.
Thom. *in 4. sent. dist. 24.* Borg. *de irregul. par. 5. d. rub.
de clerico per saltum prom. num. 5.* Syluest. *verb. Ordo
2. num. 8.* Emm. Sà *eod. verb. num. 25.* Maiol. *de ir-
reg. lib. 4. cap. 12. num. 3.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 7.
§ 1.* Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 30. quæs. 9.* Salzed. *ad
Bern. cap. 24. addit. 1.* Suar. *d. loco num. 53.* Bonacin.
de censur. extra Bull. disp. 3. q. 1. puncto 2. num. 7.

39 Deinde consecrationis munus Episcopi suscipe-
re tenentur infra tres menses sub pœna amissionis
fructuum, & negligentes per alios tres menses Ec-
clesiis sunt ipso iure priuati, *cap. quoniam 75. dist. cap.
quoniam, 100. dist.* Concil. Trid. *sess. 23. de reformat.
cap. 2.* de quo Nauar. *in man. cap. 25. num. 118. vers. 8.*
Bertachio. *de Episcopo, tract. 2. lib. 3. quæst. 1. fol. 82.*
Rendina *in prompt. recept. sent. tit. 38. num 13.* Iacob. de
Graffiis *in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 97. num. 52.* Ze-
tolà *in praxi Episcop. part. 1. verb. consecratio Prælato-
rum, pag. 89.* Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 1.
cap. 3. num. 22.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit.
C, conclus. 743.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 24. num.
141.* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num.
58.* Campan. *in diuersorio Iuris Canonici, rub. 6. cap. 6.
num. 9.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap. 2. in princ. à num.
2.* Sanch. *in opuscul moral. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 13.*
Cardos. *in praxi iudicum, verb. consecratio, num. 3. &
verb. Episcopus, num. 6.* me citato *in hoc loco* Alzed. *d.
part. 1. cap. 4. num. 2.* Galgan. *de Iure publico, l. 3. tit. 108.*
Suar. *de legib. lib. 5. cap. 8. num. 13.* Vasq. *in opusculo de
benefic. cap. 3. § 3. num. 27.* Molfes. *in sum. Moralis Theo-
logiæ, tract. 6. cap. 7. num. 4.*

40 Illudque trimestre tempus exorditur à die confir-
mationis, iuxta gloss. *in cap. cùm in cunctis, § cùm verò,
vers. tempore, de elect.* & resoluta per Flamin. *de resi-
gnat. lib. 7. quæst. 1. num. 92.* in terminis Sanch. *d. lib. 7.
cap. 1. dub. 15. num. 13.* vbi in puncto tradit tres istos
menses non esse computandos à die electionis, sed à
die confirmationis, nisi negligens fuerit ad peten-
dam confirmationem; quia tunc computandi erunt
à die electionis, & post Turrect. *in cap. quoniam dist.
100.* intelligit nisi necessitas cogat amplius differre,
veluti propter morbum Episcopi consecrandi, vel
41 si impediatur ab hoste. Nec obstat text. † *in cap. Or-
dinationes il 1. § tempus 75. dist.* dum præcipit ne con-
secratio vltra tres menses post electionem protraha-
tur, quia intelligitur de electione confirmata, iuxta
ea, quæ ibi tradunt Archid. & Gemin. aut de electio-
ne Papæ, cuius prouisio electionis, & confirmationis
locum habet, vt per Abb. *in cap. cùm in cunctis, § cùm
verò, num. 3. & in cap. eam te, num. 3. de rescript. & in
cap. nosti, num. 4. de elect.* Francisc. Marc. *Delphin. decis.
1394. & decis. 1395. etiam num. 3.* Cætera de confir-
matione habes suprà hac *part. 1. tit. 1. c. 4.*

Consecrationi Episcoporum Canones constitue- 42
runt peculiare tempus, scilicet Diem Dominicam,
cap. qui in aliquo 51. dist. Sanch. *d. dub. 15. num. 14.*
Petr. Gregor. *syntagm. iuris, p. 2. lib. 17. cap. 14. num. 10.*
Alzed. *d. part. 1. cap. 4. num 9.* Suar. *de cens. disp. 31. sect.
1. num. 30.* Bonacin. *d. quæst. 1. part. 3. num. 3.* Nec ob-
stat † *cap. quo die 75. dist.* dum præcipit benedictio- 43
nem consecrandis non nisi in die Dominica Resur-
rectionis tribui, quia respondetur quòd Dominicam
diem ob venerabilem Resurrectionem Domini no-
stri Iesu Christi non solùm in Paschate celebramus,
verùm etiam per singulas hebdomadas ipsius diei
imaginem frequentamus, *cap. sabbato, de consecrat.
dist. 3.* & propterea visum est Dominicam celebrari
in memoriam continuam Paschæ, Henriq. *in sum.
lib. 9. cap. 25. § 1. in commento lit. D.* Hinc videtur quòd
si die Sabbato factus sit Sacerdos, die Dominico im-
mediatè sequenti in Episcopum consecrari potest,
gloss. *in cap. quod à Patribus, in fine dist. 75.* Syluest.
verb. Ordo 2. quæst. 6. dicto 2. Sanch. *d. dub. 15. num. 15.*
Vnde si ex dispensatione, vel aliàs liceret die Domi-
nica consecrari Sacerdotem, non est alicubi vetitum
eadem die consecrari Episcopum, vt firmat idem
Sanch. *d. num. 15. in fine.* Quicquid dicat Campan. *in
diuers. iuris Canon. rub. 6. cap. 4. num. 5.*

Locus autem idoneus pro illorum consecratione 44
est Ecclesia, quam Metropolitano placet eligere,
cap. fin. 51. dist. Concil. Trident. *dict. cap. 2.* nisi con-
suetudo probata aliud haberet in vsu, Syluest.
verb. Consecratio 1. num 3. Henriq. *in sum. lib. 10. cap.
23. § 5. in princip.* Less. *de instit. lib. 2. cap. 34. num. 103.*
Vgolin. *de officio Episcopi cap. 2. in princ. num. 4.*

Hæc tamen consecratio à minori numero, quàm 45
trium Episcoporum fieri minimè debet, saltem ne-
cessitate præcepti, *cap. Archiepiscopus, de tempor. ordin.
cap. 1. 64. dist.* Henriq. *d. lib. 10. cap. 24. § 1.* Paul. Comi-
tol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 48. num. 13.* Marc. Anton.
Genuens. *in praxi curia Archiep. Neapol. cap. 70. n. 26.*
vbi *num. 27.* resoluit etiam per text. *in d. cap. Archie-
piscopus,* vocatos suffraganeos ab Archiepiscopo pro
consecratione alterius Suffraganei teneri accedere.
Vgolin. *part. 1. cap. 2. num. 5.* Alzed. *d. part. 1. cap. 4.
num. 11.* Sanchez *d. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 10.* vbi
num. 17. subdit quòd † vnus Episcopus principaliter 46
totam consecrationem perficit, & alij sunt quasi
coadiutores: & *à n. 25.* disputat an sit de essentia, &
necessitate Sacramenti quòd consecratio fiat à tri-
bus Episcopis.

De consecratione Episcopi latè diximus suprà
tit. 1. cap. 5.

Circa vestes, quibus Episcopi vti possunt, est ad- 47
uertendum in omni loco vti posse vestimentis vio-
lacei coloris, rubeis transuersis, Cæterem. Episc. *lib. 1.
cap. 1. & 2.* Lancel. *in templo omnium Iudicum lib. 2. cap.
5. § 3. num. 14.* Ioan. Garc. *de nobilit. glos. 48. § 3. num. 52.*
Hieron. Venero *de examine Episcop. lib. 4. cap. 17. n. 1.*
ac Rochetto, quod est indumentum lineum & al-
bum, *cap. clerici, de vita, & honest. cleric. l. 39. tit. 5. part. 1.*
Ioan. Trull. *in reg. Canonic. Regular. lib. 1. cap. 3.* Lan-
cell. *vbi suprà n. 21.* cum hoc tamen temperamento
quòd

quòd in propria diœcesi incedunt Rochetto discooperto, extra diœcesim verò, vel in præsentia Legati de latere portant Manteletum ad Rochettum cooperiendum; nam loco Manteleti in propria diœcesi vtuntur Mozzetta supra Rochetum, Cærem. Episcop. *lib.* 1. *cap.* 1. & 2. Vgolin. *de officio Episcopi p.* 1. *cap.* 3. *num.* 6.

48 Galero nigro, laneo serico viridi suffulto vti possunt cum chordulis, ac floccis sericis, viridibusque, quamuis Episcopus sit Regularis, Cærem. Episcop. *d. loco*, Hieron. Veneto *d. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 1. & infrà *alleg.* 6. *num.* 9. aduerto quòd debent habere galerum duplicis formæ, vnum quo in solemnibus equitationibus vtatur, alterum simpliciorem; vtrumque tamen ex lana, & serico viridi exornatum. Et possunt portare annulum gemmatum in quarto digito à pollice manus sinistræ, *cap. clerici, de vita & honest. cleric.* Lancel. *d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 14. Pett. Greg. *syntag. Iuris part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 39.

49 Extra diœcesim igitur, sine licentia Ordinarij loci poterit Episcopus portare Rochettum coopertum cum Manteleto, Mozetam, galerum cum chordulis, ac floccis viridibus, & sericis, annulum gemmatum, & cappam longam, & facere sibi deferri à capellano caudam; ista enim non superioritatem, sed grauitatem denotant, vt ex eis, & tam ac moderato gressu grauitatem ostendat mentis, Lancel. *d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 467. *num. fin. tom.* 3.

50 Quid autem dicendum sit de Episcopis Regularibus. Vide quæ dixi *part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 16. *cum seqq.*

ALLEGATIO II.

Episcopus circa Ordinis Sacramentum in communi quæ considerare debeat?

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur, qui de Sacramento Ordinis scripserunt.*
2 *Ordinis Sacramentum à Christo Domino institutum.*
3 *Ordinis Sacramentum gratiam confert, vt reliqua Sacramenta.*
4 *Characterem imprimit sicut Baptismus, & Confirmatio.*
5 *Ordinatus absoluta coactione compulsus non recipit characterem.*
6 *Ordinatus conditionali adductus coactione, permittens sibi ordines conferri, characterem recipit.*
7 *Excommunicatus si ordinetur characterem recipit.*
Ad ordinis sacramentum cogi nemo potest, ibidem.
8 *Ordinis Sacramentum nequit accipere, qui aqua Baptismi regeneratus non fuerit.*
9 *Baptizatum se credens cum re vera non fuerat, si Ordines procurauerit an eos recipiat, Christiue corpus celebrando conficiat? & num.* 10.
11 *Inhabilitas procedens de Iure diuino suppleri non potest.*
12 *Absolutio Sacramentalis præstita à non Sacerdote, qui tamen communiter pro Sacerdote habebatur, nulla est.*
13 *Absolutio Sacramentalis etiam in mortis articulo à non Sacerdote validè præstari non potest, etiamsi desit Sacerdos.*
14 *Ordinis Sacramentum non confirmato dari prohibet Concil. Trid. procedit tamen de necessitate præcepti, non de necessitate Sacramenti.*
15 *Ordinis Sacramentum recipiens non præmissa Confirmatione extra negligentiam & citra contemptum, non peccat mortaliter, nec aliquam incurrit irregularitatem.*
Puer ante vsum rationis, vel amens, an validè possit ordinari? ibidem.
Hermaphroditus an ordinari valeat? ibidem.
16 *Gradus, quos continet Ordo, sunt nouem secundum Canonistas.*
17 *Clericum prima Tonsura percutiens incurrit excommunicationem* can. si quis suadente 17. q. 4.
18 *Prima Tonsura propriè Ordo non dicitur, sicut reliqui.*
19 *Ordines singuli an sint Sacramenta? ostenditur, &* num. 20. & 21.
22 *Ordines Sacri qui, & quare sic dicantur?*
23 *Ordines minores quare sacri non dicantur?*
24 *Ordines maiores, & minores in quibus differant?*



E Sacramento Ordinis, eiusque materia agunt Theologi *in* 4. *dist.* 24. vbi D. Sot. Durand. Bonau. Palud. Richard. & alij, ac Summistæ *verb. Ordo*, & ex modernis Barthol. à Ledesma *in sum. de Sacramen.* vbi *de sacramento Ordinis*, Viuald. *in Candelabro aureo, tit. de sacramento Ordinis*, Martio. Fornarius *de Ordine*, Zerola *in praxi Episc. p.* 1. & 2. *verb. Ordo*, Henriq. *in sum. p.* 2. *lib.* 10. *de Ordinis sacramento*, Stephan. Quaranta *in summa Bullary verb. Ordo*, Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. O, conclus.* 189. Petr. de Ledesma *in sum. p.* 1. *vbi de sacramento Ordinis*, Vasquez *in* 3. *parte D. Thomæ tom.* 3. *disp.* 235. *cum seqq.* Valent. *tom.* 4. *disput.* 9. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 30. Ægid. de Coninch *de Sacramentis & censuris tom.* 2. *disp.* 20. Balduin. iun. *super opera controuers. Bellarm. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. & 4. Thom. Valasc. *tom.* 1. *allegat. super varias materias, alleg.* 2. *cum seqq.* nouissimè post aliquas huius tract. impressiones à me visus Philibert. Marchio. *de sacram. Ordinis.* Bonacina *de Sacramen. disp.* 8. Piasec. *in praxi noua Episcop. part.* 2. *cap.* 1. *de conferendis Ordinibus*, vnum pro omnibus studioso commendo lectori, Reuerendiss. scilicet D. Hieronymum Campanilli Episcopum Laquedonensem, qui in laborioso, ac doctissimo opere suo inscripto, *Diuersorium Iuris Canonici*, multa ad Ordines, beneficiaque pertinentia subtiliter & eleganter melius, quàm omnes tractauit, Miranda *in manuali Prælator. part.* 1. *quæst.* 38. *cum seq.* Fernandez *in examine Theologia moralis part.* 3. *cap.* 11. Vgolin. *de officio, & potest. Episcopi cap.* 26. Vincent. Filliuc. *quæst. mor. tract.* 9. nouissimè Torreblanca *in practicab. Iuris spiritualis lib.* 2. *cap.* 12. *cum seqq.*

Ordinis sacramentum fuit institutum à Christo Domino Saluatore nostro, vt de Fide definiuit Concil. Trident. *sess.* 23. *de sacram. Ordinis cap.* 1. tradunt Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. Viuald. *in candel. aureo, tit. de sacram. Ordinis num.* 5. Thom. Valasc. *d. tom.* 1. *alleg.* 2. *num.* 3. Sayr. *de Sacramentis in genere lib.* 2. *quæst.* 3. *art.* 1. *vers. de Sacram. Ordinis*, Victoria *de Sacramentis num.* 226 *ad fin.* Henriq. *in sum. libr.* 10. *in proœm.* §. 2. *littera M, & cap.* 2. *num.* 6. Piasec. *in praxi noua Episcopali part.* 1. *cap.* 1. *de conferendis Ordinibus num.* 1. *pag.* 25. Valent. *tom.* 4. *disp.* 9. *quæst.* 1. *punct.* 4. Vasq. *tom.* 3. *disp.* 239. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *à num.* 3. Coninch *de Sacram. & censur. tom.* 1. *quæst.* 83. *num.* 106. Bonacina *de Sacram. disp.* 8. *quæst. vnica punct.* 1. *num.* 7. 2

Torreblanca *d. lib. 2. cap. 12. num* 4. Filliuc. *tom. 1. tract. 9. cap. 1. num.* 3. Institutum est autem Ordinis Sacramentum præcipuè propter Sacerdotium: Sacrificium enim & Sacramentum ita Dei ordinatione coniuncta sunt, vt vtrumque in omni lege semper extiterit, Concil. Trident. *sess. 23. de Sacram Ordinis cap.* 1. Vnde Christus Dominus in nouo Testamento cum Eucharistiæ sacrificio etiam Sacerdotium instituit quando Apostolis, & eorum successoribus potestatem tradidit consecrandi Corpus, & Sanguinem suum, necnon & peccata dimittendi, ac retinendi. Cùm autem diuina res tanti Sacerdotij ministerium, vt inquit Concil. Trident. *d. cap.* 2. consentaneum fuit quò dignius, ac maiori cum veneratione exerceri posset, vt in Ecclesia plures & diuersi essent ministrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deseruirent, ita videlicet distincti, vt qui iam clericali Tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent. Hinc namque Diaconorum, & aliorum ministrorum exorta sunt nomina, de quorum officiis, ac ministerio infra tractabimus *alleg.* 11. & Dionysius Papa *in epist. ad Seuerum Episcopum*, relatus *in cap. fin. 89. dist.* licèt Gregorio, & Bonifacio adscribatur, inquit, *ad hoc diuina dispensatione constitutum esse gradus diuersos, & ordines esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, ac potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordia fieret ex diuersitate contentio, & rectè officiorum generaretur administratio singulorum; neque vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentia ordo seruaret, sicut in cælesti Angelorum militia aduertere possumus.* Hæc ille. *Si quis enim* (inquit Concil. Trident. *d. sess. 21. de Sacramento Ordinis cap.* 4.) *omnes Christianos promiscuè noui Testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quàm Ecclesiasticam Hierarchiam, quæ est vt castrorum acies ordinata, confundere.* Sacerdotium igitur ipsum à Christo Domino originem, & institutionem trahit, vt diximus. Diaconatus verò ab Apostolis *Actor.* 6. fuit institutus, Subdiaconatus quoque, & alij minores Ordines ab ipsis Apost. & ab eorum primis successoribus introducti fuerunt, *cap.* 1. & ibi glos. *verb. Subdiaconos 15. distinct.* Concil. Trident. *d. sess. 23. de Sacramento Ordinis cap* 2. Omnes verò Ordines à Christo instituti dicuntur, quia omnium Ordinum officia in se ipsos quodammodo gessisse probatur.

3 Hoc sacramentum Ordinis gratiam confert, vt reliqua Sacramenta, probat Apost. 1. *ad Timoth.* 4. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetam cum impositione manuum Presbyterij*, & alibi, *admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ in te est per impositionem manuum mearum*, definiuit Concil. Trid. *sess. 23. de Sacram. Ordinis cap.* 3. ibi, *gratiam conferre dubitare nemo potest.* Sayr. *de Sacram. in genere lib. 5. cap. 1. quæst. vnic. artic. 2. vers. de Sacram. Ordinis*, Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 1. §. 3. lit. R, & c. 14. in princip.* Valer. Reginald. *d. lib. 30. tract. 1. num.* 16. nouissimè Marchin. *de sacram Ordinis tract. 1. p. 3. cap.* 1. Gaëta *in cap. ad limina 30. q. 1. ex n.* 10. nouissimè Torreblanca *d. lib. 2. cap. 9. num.* 19.

4 Præterea imprimit characterem sicut Baptismus, & Confirmatio in singulis Ordinibus in anima suscipientis; id est, quandam spiritualem animæ qualitatem, quod quidem fit in susceptione illius signi exterioris, ad quod concurrunt aliquius instrumenti traditio, & expressio verborum, vt infrà *alleg.* 11. Vnde duplex signum clericorum notatur, interius, & exterius: interius est character, exterius est censura: vide Concil. Trident. *d. sess. 23. cap.* 4. Victor. *de sacram. Ordinis num.* 132. Magist. *in 4. dist. quæst. 1. cum sequentib.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 7. in princ. & cap. 14. §. 2. lit. P*, Beller. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 3. num.* 2. Piasec. *in praxi noua Episcopali part. 1. num. 52. pag.* 60. Vasq. *in 3. partem D. Thom. tom. 3. disp. 243. à num. 2. & disp. 244. num.* 17. Bellarm. *part. 1. lib. 4. cap. 10. vers. septimò Ordo Sacerdotum est, & tom. 2. lib. vnico de sacram. Ordin. c.* 10. Balduin. iuo. *super opera controu. Bellarmin. part. 1. lib. 3. cap. 11. vers.* 7. Reginald. *d. lib. 30. num. 3. vers. quod attinet, & num. 16. vers. & idem*, Bonacina *d. quæst. vnica punct. 6. num.* 3. Filliuc. *tract. 9. num.* 54. me citato *in hoc loco* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 12. num.* 18. nouissimè Philibert. Marchin. *de sacram. Ordinis tract. 1. part. 3. cap. 4. cum seq.* nouissimè etiam Sanch. *in opuscul. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 1. num.* 4. hinc Cardos. *in praxi iudicum verb. Sacramentum Ordinis num.* 50. tenet clericum resuscitatum etiam remanere ordinatum (quamuis aliud sit in Religioso, & vxorato) quoniam ille character, qui in anima imprimitur ordinato, est indelebilis, & nunquam extinguitur, nec post mortem anima relinquit effectum consecrationis.

Qui tamen absoluta coactione compulsus pro- 5
mouetur, nempè si vi teneatur, & ordinetur, is vtique Ordinem minimè recipit, eiusque animæ talia ordinatio non relinquit indelebile signum, glos. *in c. vnico verb. discretione, in fine, de clerico per saltum promoto*, Angel. *verb. coactio num.* 1. Syluest. *verb. Ordo 4. num. 1. vers. secunda.*

Promotus tamen conditionali adductus coactio- 6
ne, scilicet, qui vt mortem vitaret, aut ne aliam sibi comminatam pœnam patiatur, Ordines sibi conferri permisit, vtique recipit characterem, quod omnes affirmant, & concludit glos. *verb. vel aliquod, in Clem. in plerisque, de elect.* Paul. Comitol. *respons. moralium lib. 1. quæst. 45. post num.* 1.

Excommunicatum, si Ordinem susceperit, chara- 7.
cterem quoque recipere resoluit Campanil. *in diuers. Iuris Canonici rub. 11. c. 15. num.* 140.

Sacramentum Ordinis esse sacramentum voluntatis, neminémque ad illud cogi posse probant text. *in cap. gesta 74. dist. & in cap. quamuis. de ætat. & qual.* Lambert. *de iurepatr. part. 1. lib. 2. art. 18. quæst. 7. princip. num.* 4. nisi in casu necessitatis, cùm v. g. in Rep. Christiana defecerint clerici, qui Sacramenta administrent, quia tunc poterunt compelli laici prudentes & digni ab Ordinariis ecclesiasticis vt ordinentur, & ministri fiant Sacramentorum, Hojeda *de incomp. benef. part. 2. cap. 9. num. vlt.* Lambert. *vbi proximè num. 6. vers. fallit.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 5. §. 3.*

Ad hoc sacramentum Ordinis nequit ascendere, 8
qui aqua Baptismi regeneratus non fuerit, quique si promoueri tentauerit, nihil profectò agit, ac nec Ordinem quidem accipit, *cap. 1. de Presbyt. non baptizato*, Cardos. *in praxi iudicum, verb. Sacramentum Ordinis num.* 8. nouissimè Marchin. *de sacram. Ordin. tract. 1. p. 4. cap.* 3. Sed ille, qui natus est inter Christianos, & inter eosdem conuersatus, non dubitandum illum esse baptizatum, quousque euidentissimis argumentis contrarium appareat, ex tex. *in cap. fin. de Presbyt. non baptiz.* etiamsi sit expositus, dummodo viginti, vel plures dies natus appareat habere, vt tradit Henriq. *in sum. lib. 2. cap. 31. §. 1.*

Qui verò non baptizatus, se tamen baptizatum 9
credens, Ordines procurauit assumere, dubitatur an illos receperit, Christive corpus celebrando conficiat, quod sibi, aliisque prosit tanquam Sacramentum?

tum? Et hunc Sacerdotio insignitum conficete non in virtote soa, sed Ecclesiæ, puiat Angel. *verb. baptismus 7. num. 12. Glos.* verò *final. in cap. Apostol. de Presbyt. non bapt.* arbitratur istum non esse Sacerdoiem, neqoe conficere, sed bene quoad se, qui credebat conficete, & quoad alios idem etedentes tanquam verom Sacramentum conficere, sibique, & recipientibus prodesse. At verò D. Thom. *in 4. sentent. distinct.* 24. affirmat Otdinem non recipete, neqne eonficere, nec etiam absoluere, piè tamen eredendum censet sommum Sacerdotem quoad effectus Sacramentorum supplere, neque fore permissurum hoc ita latere, cùm inde maximum Ecclesiæ possit imminere periculum.

10 Ego tamen dicendum poto (salua semper S. Romanæ Ecclesiæ correctione) istum de facto non suscepisse, quamuis commoni errore haberetur baptizatus: nec in contrarium me potest indocere gLossa *verb. decepta, in cap. dudum 54. de elect.* propter instantiam, qoam facit de Baptismo; quia respondetur quòd licèt Baptismus flaminis (sic per quamdam metaphoricam tantom, non autem specificam significationem nuncupatus) ministretur à Spiritu sancto inuisibiliter ei, qui dum non habet facultatem suscipiendi verum Baptismi sacramentum, concipit tamen interiorem contritionem, cum proposito suscipiendi illud; sicqoe huiosmodi Baptismus flaminis ex sola dispositione operantis cum diuino auxilio secum afferat gratiam sanctificantem, & remissionem peccati, itaut sic baptizatus nullum interim pariatur animæ dispendium, inxta tradita per Suar. *tom. 3. de Sacram. quæst. 66. disp. 22. sect. 1. ante finem*; tamen id contingeret oon ex eo capite quòd communiter babebatur baptizatus, nec ex permissione Ecclesiæ, sed ex vi prædictæ contritionis, prout etiam in terminis *d. cap. dudum*, dicendum est, pœnitentem ibi animæ dispendiom non pati, imò gratiam sanctificantem obtinere, non ex vi absolotionis nullæ de facto præstitæ eletieo, de qoo in eo textu; sed ex vi prædictæ contritionis, nec communis error, ac titulus putatiuus concurrens potest efficere, vt prædictus clericus validos Ordines accipiat,
11 † cùm habilitas hæc procedat de iure diuino, quæ suppleri non potest etiam interueniente communi errore, de qoo *in l. Barbarius ff. de officio præsidis*, ibi, *cùm etiam potuit Populus Rom. seruo decernere hanc potestatem*; hi enim Legislatores non possunt supplete defectus Iuris diuini, aut naturalis, ex reg. text. *in cap. cùm inferior, de maiorit. & obed.* & ex text. *in cap. sunt quidam 25. q. 1.* & tenent Abb *in cap. 2. in fine, de Presbyt. non baptizato*, & alij, quos refert, & sequitur Mascard. *de probation. concl. 649. num. 98. & 99.* Sanch.
12 *de Matrim. lib. 3. disp. 22. sub num. 27.* † Sic etiam nulla erit absolutio Sacramentalis præstita à non Sacerdote, quamois communiter existimetur Sacerdos, nam is patitur inhabilitatem de Iute diuino, secundùm quod soli Ordini Sacerdotali annexa est iurisdictio necessaria ad eam absolutionem ministrandam, ex text. *in cap. verbum, de Pœnit. distinct. 1.* Trident. *sess. 14. de Sacramen. Pœnitentia cap. 10.* adeò vt
13 † nec in mortis articulo possit hoiusmodi absolutio iustè, & validè præstari à non Sacerdote, etiamsi desit Sacerdos, vt post glossam *verb. mortis in fine, in cap. pastoralis § præterea, de officio ordinarij*, obseruant Sot. *in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 1. concl. 2. & 3.* Nauar. *in cap. 1. in princ. à num 74. de Pœnit. dist. 6.* Viuald. *in candelabro aur. part. 1. tit. de absolutione num. 74. & tit. de Confessione à num. 30.* plures, vt per Cened. *ad Decretum collect. 42. num. 3.*

14 Interdicitur quoque piomotio cuicumque non Confirmato in Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 4.* ibi, *prima tonsura non initientur, qui Confirmationem non susceperint*, Piasec. *in praxi Episcop. part. 1. cap. 1. num. 24. vers. ad minores*, Molfes. *in sum. moralis Theolog. tract. 2. cap. 3. num. 25.* Homob. de Bonis *de examine Ecclesiastico tract. 3. quæst. 1.* Marchin. *d. tract. 1. part. 4. cap. 3.* Zambran. *de casibus in artic. mortis cap. 2. dub. 3. num. 1.* Ordo enim characterem Confirmationis præsupponit de necessitate præcepti, non autem de necessitate Sacramenti. Ita Nauar. *in man. cap. 22. num. 9.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. post resolut. 276. in notabilib. de materia sacramenti Ordinis*, Henriq. *lib. 10. cap. 14. num. 2.* Fr. Emman. *in sum. part. 2. cap. 17. sub num. 10.* ac proinde Ordinis sacramentum validè, sed non licitè conferri posse illi, qui non est confirmatus, docent Sot. *in 4. dist. 22. quæst. 2. art. 4. prope fin.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 14. § 2. in com. lit. P*, Valer. Reginald. *lib. 28. num. 24.* Bonacin. *de sacram. disp. 8. quæst. vnic. puncto 5. num. 9. in princip.* nouissimè Lautet. de Franchis *in controuers. inter Episcop. & Regul. pag. 78. in resp. ad 15.*

Quinimò † si ex negligentia, & citra contemptum prætermitteret quis Confirmationem recipere ante Ordioes, hunc non peccare mortaliter, nec aliquam incurrere irregularitatem, obseruant Nauar. *d. num. 9.* Vict. *de sacram. Ordin. num. 232.* Viuald. *in candelab. aureo tit. de Confirmat. num. 4.* Piasec. *in praxi noua Episcopali part. 1. cap. 1. num. 24. vers. ad minores*, Gregor. de Valent. *ad 3. partem D. Thom. disp. 5. quæst. 2. punct. 2. vers. characterem*, Henriq. *de irregularit. lib. 14. cap. 6. num. 3.* Suar. *tom. 3. disp. 38. sect. 1. & tom. 5. disp. 41. sect. 3. num. 14.* Fornar. *de Ordine cap. 8. § 7.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 48. quæs. 1.* Molfes. *in sum. Theologia moral. tract. 2. cap. 11. num. 7.* Zambran. *d. cap. 2. dub. 3. num. 3.* Lautet. de Franchis *in d. resp. ad 15. in fine.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 3. § 5.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici resol. 269.* Galat. *in margarita casuum conscientia verb. Ordo, pag. 194. col. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 28. num. 24.* Coninch *de Sacram. tom. 1. quæst. 72. art. 9. num. 90.* Bonacina *de Sacrament. disp. 8. quæst. vnica punct. 5. num. 8. cum sequentibus*, me citato *in hoc loco* Homobon. *de examine Ecclesiast. tract. 12. cap. 3. quæs. 15. supp. 1.* Antonin. Diana *moral. resol. tom. 1. tract. 16. miscel. resol. 4. in fine, & part. 4. tract. 2. resol. 55. vers. nota etiam.* 15

An poer aote vsum rationis, vel amens possit validè ordinari? Quæstio est ad præsens institutum non contemnenda: in qua communis sententia obtinuit illos verè characterem accipere, ac proinde postquam puer ad annos discretionis peruenerit, vel postquam amens ad mentem venitet, non esse repetendam ordinationem. Ita colligitur ex *cap. vnic. de clerico per saltum prom.* vbi ordinatus ante annos discretionis, permittitur ad Diaconatum eleuari absque inferiorum Ordinum repetitione, S. Thom. *in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 1. & 3.* Valent. *tom. 4. disp. 9. q. 4. puncto 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tract. 30. sub n. 30.* Vasq. *tom. 3. in 3. p. disp. 246. 3.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract. 2. cap. 12. num. 1.* Marchio. *d. tract. 1. part. 4. cap. 4.*

De Hermaprodito die quòd si præualeat in fœmineo sexu, non potest validè ordinari, quia, vt fœmina est habendus, *l. quæritur 20. ff. de statu homin.* Idem si æquè vtrumque sexum participaret, Syluest. *in sum. verb. hermaphroditus*, Nau. *cons. 8. de ætate, & qualit. Ordin.* Aoila *de censur. p. 7. disp. 3. dub. 5.* Et in his casibus cùm hermaphroditus sit irregularis, vel ordinetur, opus est Apost. dispensatione, Nau. *in man. c. 27. num. 203.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 8. num. 25.*

Sayr.

Suar. de cenſur.diſp.52.ſect.3.Vaſq. tom.3. in 3.p. diſp. 245.cap.2.num.3.Molfeſ.d.tract.2.cap.1.num.48.Marchin.d.tract.1.part.4.cap.2.

16 Gradus autem, quos continet Ordo, ſunt nouem ſecundùm noſtros Canoniſtas, videlicet Pſalmiſtatus, ſeu prima Tonſura, Oſtiaratus, Lectoratus, Exorciſtatus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, & Epiſcopatus. Ita illi in cap. cum contingat, de ætate, & qualitate, gloſ. in proœmio Sexti Decretalium verb. Epiſcopus, gloſſ final. in ſum.32. diſt. Couarr. in cap. quia nos, num.3. de teſtament. & hæc eſt verior opinio, vt dixi ſup.alleg.1.num.18. quo ſuppoſito dico primam Tonſuram eſſe clericatum, & Ordinem, vt probare videtur text. in dicto c.cum contin-
17 gat, inquiens† per primam Tonſuram iuxta ordinem Eccleſiæ datum à talibus clericalem Ordinem conferri; & confirmatur ratione illa, quia conſtitutione cap non dubium, de ſentent.excommun. & can ſi quis ſuadente, 17. q 4. probatur manus violentas in clericos iniicientes incurrere ſententiam excommunicationis, ligatur etiam percutiens clericum tonſuratum, gloſ finali in d. cap. cùm contingat, Cou. Bellug. Gonzal. & pluresalij, quos refert & ſequitur Torreblanc. de magia lib 4.cap.6. de los Clerigos de Corona, num.50. Rainer. de excommunicat. extra Bullam Cœnæ Domini cap.9. verſ. nota ſecundò. Deinde Concil. Trident.ſeſſ. 7.de reformat. cap.10. quoad principalem diſpoſitionem comprehendere primam Tonſuram, tenent Marc.Anton.Genuen.in praxi Archiep. Neapolit. cap. 85.num.15.Maiol. de irregularit.lib.4.cap.2.num.3.Nicol.Garcia de benefic.p.5.cap.7. num. 95. vbi in additione dicit ita accepiſſe à D. Fagnano Sacrario Sacræ Congreg.Concilij Tridentini; prætetea ſub verbo, Ordo, ſeu Ordines, & Ordinare. generaliter, & abſolutè prolato, venire Tonſuram, tam in Iure, quàm in Concil.Trident. vt in cap.1.ſeſſ.21. de reformat. & cap.37 & 9.cap.8 ſeſſ.23. verſ. vnuſquiſque autem, refert Garcia de benefic.p.7. cap.1. num.7. Et ſic Tonſurati appellatione clericorum comprehenduntur, & gaudent omnibus priuilegiis, quæ clericis in Sacris conſtitutis conceduntur, Aufrer.in Clem.1.de offic.ordin. reg.1. fallent.11. ex num.11. Olan. in concord. lit.C, num 41.Gregor.Lop.l.54 .gloſſ.12. ex num.7. tit.6.p.1. Perez in l.1. tit.3. lib.1. Ordin. ita vt omnia Iura quæ loquuntur in clericis, locum habeant ſimpliciter in Tonſuratis, Roland. à Valle conſ. 61. num. 4. latè Torreblanca de magia, lib. 4. cap. 6. de los clerigos de Corona, à num. 41. Quod demum ſequenti confirmatur ſyllogiſmo. Laici ſunt incapaces beneficiorum, quia non habent Ordinem, cap. ex literis, de tranſaction. cap.2. de inſtitution. vbi Abb. & alij; ſed ſic eſt quòd clerici ſaltem primæ Tonſuræ poſſunt habere beneficia, Torreblanc. d. cap. 6. num. 56. ergo illos non eſſe laicos, ſed Ordinem habere dicendum eſt. Quibus & aliis fundamentis hanc partem tenent noſtri in d. cap. cum contingat, Couar. in d. cap. quia nos, num.4. Gregor. Lopez in proœmio tit. 6. partita 1. M. Anton. Cuch. inſtit. canon.min. lib. 1. tit. 3. Ioan. Lopez in tract. de libert. eccleſ. part. 2. quæſt. 5. num. 3. Nicol. Plouæ. in tract. de Sacram. part.6. cap. 1. num. 3. Iul. Cæſ. Madius de ſacris Ordin. cap. 2. num. 8. Viualdus in candelabro aureo, tit. de ſacram. Ordinis, num 10. Fulu. Pacian. de probat. lib.2. cap 34. num. 8. Cardoſ. in praxi iudicum, verb. Sacramentum Ordinis, num. 3. latè Torreblanc. de magia, lib 4. cap. 6. de los clerigos de Corona, à num. 15. Piaſec. in praxi nom Epiſcopali, part. 1. cap. 1. num. 3. pag.26. Viuian. in praxi iurispatronatus, part.2. lib.6. cap. 1. num 3. Mendez Caſtro in l. cùm oportet, num. 166. C. de bonis, quæ liberis, Cald. Pereira in l. curatorem, verb. læſis, num.103. optimè Nicol. Garcia de benefic. part. 7. cap. 1. num. 1. Rendina in prompt. recept. ſent. tom.1. tit.34. de Epiſcopis, num.15. Fornar. de Ordine, cap.1. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. part. 1. cap.4. num.17. Thom. Valaſc. tom. 1. alleg. 3. num. 8. Campan. in diuerſ. Iuris Canonici, rub. 2. num.7. Vaſconcel. in harmonia rubric. ſub tit. de tranſlat. Epiſcopi, num. vlt. Marta voto 14. à num.2. Rota in Ferrarien. penſionis 14. Iunij 1624. coram bonæ mem. Remboldo, & deciſ.731. num.5.& 6. part.1. diuerſ. vbi apertè docet quòd prima Tonſura, quæ aliàs dicitur Pſalmiſtatus, eſt Ordo, & hinc infert num.16. familiaritatem ſolam ſine beneficio non ſufficere in prima Tonſura.

Quamuis hæc Canoniſtarum opinio ſit vera in 18
ſe, tamen non poſſumus negare primam Tonſuram ſemper, & quoad certos effectus propriè Ordinem non dici, ſeu ſaltem diſtingui à minoribus Ordinibus, & eorum appellatione aliquando non venire, vt colligitur ex Concil. Trident. ſeſſ.23. de reformat. cap. 6. dum inquit: nullus prima Tonſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus; nec non in c. 10. eadem ſeſſ. in illis verbis, Tonſuram, vel minores Ordines conferre, & in hoc euentu poſſumus accipere Theologorum opinionem aſſerentium indiſtinctè primam Tonſuram non eſſe Ordinem, ſed tantùm præambulum, ſeu diſpoſitionem ad Ordines, ſicut nouitiatum ad Religionem. Ita cum D.Thom. 3.p. q.40.art.2. Epiſcop. de Elna in ſuo direct. de ſacram. Ordin.§.2. S.Raymund. lib.3. ſua ſum. ſub tit. de ætate, §.3. Martin. de Ledeſma 2.4. q. 39. art. 2. Iacob. de Graff. d.cap.9. à num.5. Vaſq. tom.3. diſp.236. cap.2. num.9.& diſp.237.cap.2.Fr.Emman. in ſum.part.2.c.13. num.2.Sayr. de cenſur.lib.4.cap.4.num.7.& lib.6. cap.1. num.19.Card.Bellarm.lib.1.de cleric. cap.13. Suar. de Sacram. diſp.1.ſect.2.& tom.2. de Relig. lib.4. de Horis Canonic.cap.9.num.5. Homobon. de Bonis de humana vita ſtatib.p.1.cap.20.& tract. de exam. Eccleſ.quæſt.4. Domit.Chameror. de Sacram.tract.11. de ſacro Ordine.cap.1.dub.1.verſ prima verò Tonſura. Paul. Layman in Theolog.moral. lib.5. tract.11. cap.13. num.3. Sanch. in opuſc.moral.lib.7.cap.1. dub.6. nouiſſimè Marchin. d.tract.1.p.1.cap.5.cum ſeqq. nouiſſimè etiam Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccleſiaſt.cap.7. num. vlt. verſ. ſunt autem. Bonac. de Sacram. diſp.8.q. vnica. punct.1. num. 6. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract.1.num.5. Fernandez in examine Theologiæ moralis, part.3.c.11.§.1.num.3. Molfeſ in ſum. moralis Theolog. tract.1.cap.1. num.31. & c.3. à num.14. Filiuc. tom.1. tract. 9. num. 13. & alij relati per Nicol. Garciam d.cap.1. n.5. Vel generaliùs loquendo cum D. Thoma in ſupplem.ad 3.p.q.57. art.2. & in 4.ſent. diſt.24. art.2. ſi aliquis voluerit ſequi Theologorum doctrinam, & Canoniſtarum non improbare ſententiam, dicere poterit Ordines eſſe ſeptem propriè ſumptos, & pertinentes ad conſecrationem Hoſtiæ: nouem autem impropriè ratione quarundam actionum. Vnde Canoniſtæ rectè ſentiunt Tonſuram conferre Ordinem, id eſt, gradum aliquem, & ſtatum, & imprimere characterem, ideſt, ſignum extrinſecum, Lap. alleg.138. num. 11. & 12. Mandoſ. ad reg.24. Cancel.1.num.7. Neuix conſ.59. num.5. Surd. conſ.259.num.4.& 22. Lotter. de re benef. lib 2. q.35. à num.22. Quoad Epiſcopatum, vide dicta ſuprà alleg.1.num.18.

Quæſtio controuerſa eſt, an ſinguli Ordines ſint 19
Sacramenta? In qua quæſtione Doctores in varias diuiſi ſunt ſententias.

Prima tenet, ex ipſis Ordinibus non niſi ſacerdotalem eſſe Sacramentum, ita Durand. in 4. ſentent. diſt.24.

dist. 24. *q.* 2. *num.* 6. & probabilissimam dicit Victoria *de sacram. Ordinis n.* 227. ex ea ratione, quia difficilè intelligi potest, quomodo ab Ecclesia numeretur Ordo tanquam vnum Sacramentum, si concedamus omnes esse Sacramenta; hæc ratio nihil euincit, quia facilè poterit responderi, Ordines ab Ecclesia numerari tanquam vnum Sacramentum propter respectum, quem singuli Ordines ducunt ad Sacerdotium, quod est præcipuum Sacramentum.

20 *Secunda* verò sententia tenet tres Ordines maiores esse Sacramenta, minores verò esse sacramentalia, ita Sot. *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 1. *art.* 2. *rat.* 4. *& art.* 4. *vers. dubium ergo*, Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 18. *vers. quare probabilis*, Mich. Medina *in lib. de sacrorum Ordinum contin. cap.* 46. Vasquez 3. *part. tom.* 3. *disp.* 237. *cap.* 2. *in princ.* ex ea ratione, quia si minores Ordines essent Sacramenta, sequeretur eos peccare, qui accedunt ad illos suscipiendos cum conscientia peccati mortalis, aut qui illos exercent in peccato mortali, quod videtur nimis durum & rigorosum. Sed nec hæc ratio concludens est, prout sentit Nau. *d. loco*, cum accedens ad Ordines cum peccato mortali, peccet mortaliter, quia ponit obicem ad gratiam, quam conferunt singuli Ordines, cum sint Sacramentum.

21 *Tertia* igitur, & verior sententia asserit omnes sum maiores, tum minores Ordines esse sacramentum, characteremque imprimere, & gratiam conferre; ex eo, quia Florentinū & Tridentinū Concilia nes indefinita propositione concludunt Ordinem esse Sacramentum: Florentinum etenim hoc explicat his verbis, *sextum nouæ legis Sacramentum esse Ordinem*, & Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 3. postquam recensuit nomina singulorum Ordinum, absolutè dicit Ordinem esse Sacramentum, & ita omnes Ordines licet sint per se singuli Sacramentum, tamen vnum Sacramentum censentur, quia vnum sunt vel genere, vel quia ad vnum ad finem omnes referuntur. Ita D. Thom. *in supplem. ad* 3. *p. quæst.* 37. *art.* 3. *in med. & q.* 22. *art.* 2. *quæst.* 4. vbi Palud. *quæst.* 1. & Riccard. *art.* 3. Emman. Sà *verb. Ordo. num.* 1. Card. Bellarm. *lib.* 1. *de sacram. Ordinis cap.* 8. Petr. Suto *de instit. Sacerd. lect.* 4. *de Ordine*, Valen. *tom.* 4. *disp.* 9. *quæst.* 1. *punct.* 4. Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 2. Coninch *de Sacrament. tom.* 2. *disp.* 28. *dub.* 6. Bonacina *de Sacram. disp.* 8. *q. vnica puncto* 2. *num.* 2. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *quæst.* 38. *art.* 10. Fernandez *d. cap.* 1. §. 3. Homob. de Bonis *de examine Ecclesiast. part.* 1. *tract.* 3. *cap.* 8. *quæst.* 69. *in princip.* Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 9. *num.* 15. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 2. *num.* 9. Torreblanca *d. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. nouissimè Sanch. *in opusc. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 1. *num.* 7. *& dub.* 7. Quæ quidem in hac quæst. resoluenda à me tradita mansere condum cum ad solutionem alterius quæstionis, vtrùm scilicet Episcopus conferens minores Ordines in se shali, peccatum mortiferum committat? Si minores Ordines non sunt Sacramenta, sed sacramentalia, vt secunda tenet opinio, certum erat Episcopum conferentem minores in mortali in nullam culpam lethalem incidere.

22 Ex his porrò Ordinibus tres sacri & maiores dicuntur, quatuor verò minores, & non sacri propriè appellantur: Sacri sunt & maiores, Sacerdotium, seu Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus: huiusmodi enim personæ ad Altaris ministerium accedunt, *cap. à multis, de ætate, & qualitat.* & sacra contingunt, atque ob id votum Castitatis emittunt, *cap.* 1. 31. *dist.* Et dicuntur sacri, quia ordinati in eis, aut habent sacra tangere, aut Sacramentum prospicere, Aluarez *in speculo Iuris Pontif. c.* 81. *vers. circa istum articulum*, sed Flamin. Paris. *de resignat benef. lib.* 5. *quæst.* 6. aliam ponit rationem, quia scilicet in eis est annexum votum castitatis, non vt essentialiter, sed accidentaliter ex statuto Ecclesiæ, refert Marcell. Vulpe *d cap.* 7. *num.* 28. *vers. & hi postremi.* Olim verò Subdiaconatus inter sacros Ordines non numerabitur, vt dicitur *in d. cap. à multis*, quamuis esset antiquitus institutus, cùm de eo meminerit Anaclet. *in cap. Episcopus Deo, de consec. dist.* 1. præter can. Apost. vt *in cap.* 1. 35. *dist.* Sed Gregorius Pontifex, atque Vrbanus II. eum inter sacros retulerunt, vt Innoc. III. testatur *in c. miramur, de seruis non ordin.* Gregorius namque constituit vt is castitatem voueset, *d. c.* 1. 31. *dist.* Vrbanus verò eum Ordinem expressè in sacrorum numerum retulit, vt *in cap. erubescant.* 32. *dist. & in cap. fin.* 60. *dist.* de quo aliqua dixi *alleg.* 14. *num.* 1.

Reliqui verò quatuor Ordines, minores dicuntur, nec sacri propriè nominantur, eo quòd eorum officium ad sacra contingenda non pertingat, Concil. Trid. *sess.* 23. *de Sacram. Ordinis cap.* 2. Etsi omnes septem sacri, propter Sacramentum, dicantur *in c.* 5. *de filiis Presbyt. lib.* 6. Sunt autem quædam inter sacros, & minores Ordines differentiæ. *Primò* enim in maioribus maior ætas requiritur, & scientia, vt dixi *alleg.* 16. *Secundò*, officia sacrorum Ordinum à non ordinatis exerceri non possunt impunè, *cap.* 1. *&* 2. & *ibi* gloss. & Doct. *de clerico non ordinato minist.* Minorum verò officia quamuis ab his, qui ordinati non fuerint, prohibeantur exerceri, non tamen pœna aliqua, vel censura imponitur, & facilius permittuntur, nam minores clerici assistentes dicuntur, maiores verò ministri, *cap.* 1. *distinct.* 24. *c.* 1. §. deseruientes 33. *dist.* *Tertiò*, vbi dispensatio circa Ordines Papæ est reseruata, de maioribus tantùm intelligitur, veluti ex extra statuta tempora, & irregularibus conferatur, vt *alleg.* 50. *à num.* 15. videbimus. *Quartò*, in degradatione cum ab Ordinibus sacris solus Episcopus degradare non possit, à minoribus verò id solus cum consilio Capituli potest, vt *alleg.* 110. *num.* 22. dicemus. *Quintò*, differunt in voti emissione, vt *alleg.* 15. ostendemus: in minoribus namque Ordinibus tantummodo constituti possunt contrahere Matrimonium, vt probant Doctores ei tali *alleg.* 57. *num.* 102. *Sextò*, in Horarum Canonicarum recitatione, cùm ad id non teneatur, qui in Sacris non sunt constituti, nisi beneficium obtineant, vt docent per me citati *in collect. ad cap. dolentes num.* 2. *de celebrat. Missar. Septimò*, in beneficiorum acquisitione, cùm aliqua sint beneficia, quæ maiores Ordines requirunt, vt suo loco dicemus. *Octauò*, in potestate conferendi, nam maiores Ordines solus Episcopus confert, minores verò etiam non Episcopus ex priuilegio potest conferre, vt *alleg. seq.* ostendemus. 23

ALLEGATIO III.

Episcopus an solummodo verus sit Sacramenti Ordinis Minister?

SVMMARIVM.

1. *Ordinis Sacramenti verè, & propriè est Episcopus minister.*
2. *Episcopi in Apostolorum locum successerunt in Ecclesia.*
3. *Potestas conferendi Ordines penes Episcopum resi-det,*

det, etiamsi excommunicatus, hæreticus, aut degradatus, suspensus, vel interdictus sit.

4 *Minores Ordines ex facultate Summi Pontificis possunt etiam à simplici Sacerdote conferri, non sic maiores.*

5 *Primam Tonsuram, & minores cæteros Ordines de Iure communi possunt conferre Abbates non solum Monachis suis, sed etiam secularibus in quos ordinariam habent iurisdictionem.*

6 *Abbates vt Ordines minores conferre valeant quot requisita habere debeant?*

7 *Abbates hodie ex noua Tridentini dispositione non possunt Ordines minores conferre nisi illis, qui Regulares sibi subditi sunt.*

8 *Abbates nouitios in propriiis monasteriis degentes ordinare non possunt.*

9 *Nisi priuilegium habeant concludi suis Monachis dimissorias litteras ad quemcumque Episcopum.*

10 *Abbates facultatem non habent Tonsuram & minores Ordines conferendi aliis Regularibus sibi non subditis, vel clericis suorum superiorum & Ordinariorum dimissorias afferentibus.*

11 *Ordinatio Abbatis Ordines minores conferentis sibi non subditis Regularibus, est irrita & inualida.*

12 *Abbati ordinanti suos subditos Regulares fas est dispensare in interstitiis.*

13 *Episcopus carens minoribus Ordinibus potest validè eosdem aliis conferre.*

14 *Chorepiscopi an sint veri Episcopi? remissiuè.*

15 *Cardinales Presbyteri ex consuetudine possunt Ordines minores suis familiaribus tradere.*

16 *Parochi primam Tonsuram suis subditis conferre non possunt.*

17 *Episcopus qualitercumque excommunicatus occultus validè Ordines confert, veramque dat eorum executionem.*

18 Cap. 1. de ordinatis ab Episcopo qu ren. Episc. *declaratur.*

19 *Episcopus licet ab ordinante ignoretur excommunicatus, si publicè pro tali habebatur non liberat suscipientem a suspensione ordinis suscepti.*

20 *Episcopus Sacramentum conferens licèt iniquus sit, tamen gratiam, qua caret, largitur.*

1 ACRAMENTI Ordinis verè & propriè Episcopum esse dispensatorem de fide definitum est Concil. Trid. *sess.* 23. *de sacram. Ordinis can.* 7. & latè probant D.Thom. 3. *p. q.* 65. *art.* 3. *arg.* 2. Bonau. *in* 2 *dist.* 25. *art.* 1. *q.* 1. vbi Ric. *art.* 1. *q.* 1. & Palud. *q.* 1. *art.* 2. Victor. *de sacram. Ordinis num.* 2. 3. & 4. Pasec. *in praxi noua Episcop. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *pag.* 16. Card. Bellarm. *tom.* 2. *lib.* 9. *c.* 11. Iodoc. Cucc. *in thesauro Catholico lib.* 7. *art.* 18. Bonacina *de Sacram disp.* 8 *q vni puncto* 5. *num* 1. Henriq. *in sum. lib.* 10 *c.* 21. Vasquez *in* 3 *par. D. Thom. tom.* 1. *disp.* 243. & 145. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 1. *n.* 23. Petr. Gregor *syntag. lib.* 16. *cap.* 9. *num.* 1. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 9. *à num.* 91. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico p* 1. *tract.* 3. *cap.* 8. *q.* 71. Molfes. *in sum moralis Theologiæ tract.* 6. *c.* 16. *num.* 63. Anguian. *de legibus lib.* 2. *contron.* 1. *num.* 70. Sanch. *in opuscul moral. lib.* 7. *c.* 1. *dub* 18 *à n.* 1. Cardos. *in praxi Iudicum verb. Sacramentum Ordinis num.* 6. nouissimè Marchin. post aliquas impressiones huius tractatus in lucem editus, *de sacram. Ordinis. tract.* 1. *p.* 2. *c.* 1. *cum seqq.* me citato *in hoc loco* Alzedo *de præcellent. Episc. dignit. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 1. nouissimè etiam me citato *in hoc loco* Torreblanca *in practicab. Iuris spirit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 4. Nam Christus Dominus cùm duo haberet Discipulorum genera, alios in numero duodeno, alios verò in numero septuaginta duorum, illos Apostolos nominauit, istos simplices Discipulos nuncupauit; illis fuit data potestas imponendi manus & consecrandi, non autem Discipulis simpliciter, vt constat ex *c.* 8. *Actuum Apost.* sed Apostolis decedentibus † successerunt Episcopi in eorum locum, Discipulorum verò septuaginta duorum typum gerunt Presbyteri, & in eorum locum sunt constituti in Ecclesia, iuxta *cap. in nouo* 21. *distinct.* Euidenter igitur patet ex hoc, quòd auctoritas ordinandi secundùm formam Ecclesiæ primitiuæ congruit Episcopis: huius autem diuinæ institutionis ratio congruens fuit illa, quod sicut ad summum Principem spectat non solùm ordinare viros bellatores in exercitu, verùm etiam & multò conuenientius Duces exercitus; ita ad solos Episcopos (qui sunt in Ecclesia Principes) non tantùm pertinet ordinare homines ad certandum cum persecutoribus fidei, vt confiteantur audaciter Christi fidem (quod fit per sacramentum Confirmationis,) sed etiam constituere Duces Ecclesiastici exercitus per collationem sacramenti Ordinis, vt inquiunt Bonauentura *in* 4. *sent. dist.* 25. *q.* 1. *art.* 1. & ibi Richard. 2

Hæc igitur potestas conferendi Ordines Episcopo tantùm regulariter competit, & penes eum Iure directo & proprio residet, etiamsi sit excommunicatus, hæreticus, aut degradatus, suspensus, vel interdictus; adhuc enim retinet characterem, & potestatem conferendi Ordines, & formam Ecclesiæ seruans alium studeat ordinare, validè characterem imprimit, & validè Ordines confert, licèt minus id faciat, & ordinatus propterea executione careat. Ita text. *in c. secundum* 19. *dist.* & *in c. Dominus* §. *memento* 1. *q.* 1. *cap. quomodo, de consecr. dist.* 4. Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 1. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 21. *in princip.* Rodoan. *de simon p.* 2. *c.* 23. *n.* 21. Franc. Leo *in thesauro fori ecclesi. p.* 3. *c.* 8. *n.* 37. Anton. Raguc. *in lucerna Paroch. tit. de sacram Ordin. quæst.* 18. Gregor. de Valentia *ad D. Thom. disp.* 9. *q.* 3. *puncto* 2. *vers. pen. tom.* 4. Fornar. *de sacram Ordinis cap.* 4. *n.* 2 *ad finem.* Ægid. de Coninch *de Sacram. tom.* 1. *disp.* 20. *dub.* 9. Bonacina *d. puncto* 4. *num.* 2. Bellet. *disquisit. clerical p.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 1. *num.* 25. Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *disp.* 243. *c.* 1. & 2. Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tract.* 2. *cap.* 17. *n.* 11. & 12. Filliuc. *d. tract.* 9. *num.* 91. Hieron. Veneto *de examine Episcop lib.* 1. *c.* 12. *n.* 27. me citato *in hoc loco* Alzedo *d. p.* 2. *c.* 5. *n.* 1. Marchin. *d. tract.* 1. *p.* 2. *cap.* 15. vide infrà *n.* 17. & 18. 3

Respectu tantùm minorum Ordinum etiam non Episcopis potest auctoritas illa conuenire, non quidem Episcoporum delegatione, sed Apostolicæ tantùm Sedis priuilegio. Ita Victor. *de Sacram. n.* 234. Cou. *lib.* 1. *var. c.* 10. *n.* 10. Petr. Sot. *lect.* 5. *de Ordine,* Henriq. *d. cap.* 23 §. 1. Bellarm *lib.* 3. *de clericis cap.* 17. Valen. *d. disp.* 9 *q.* 2. *puncto* 1. Did. Nugnus *in* 3. *par. D. Thom. quæst.* 38. *art.* 1. Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 3. Filliuc. *d. tract.* 9. *num.* 93. *cum seqq.* Anguian. *d. lib.* 2. *contron.* 1. *n* 70. Sanch. *d. lib.* 7. *cap.* 1. *dub* 18. *num.* 5. Azedo *d p.* 2. *c.* 5. *num* 8. & 10. Maiores verò neque vigore delegationis factæ à Papa possunt ab aliis conferri, quàm ab Episcopis: & ita firmat D. Thom. *in supplem. ad* 3. *par. quæst.* 38. *art.* 1. *ad* 3. *argum.* & *in* 4. *sentent. dist.* 7. *q. vni art.* 5. *vers. talsa verò in* 2. *scripto,* vbi Sot. *art.* 11. *ad* 4. & *distinct.* 25. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 8. Cou. *var. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 10. Fornar. *in tract. de Ordine cap.* 5. *in* 3. *dicto, n.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 2. *cap.* 48. *q.* 16. Sayr. *de censur. lib.* 6 *cap.* 6. *num.* 8. Molfes. *loco proximè citato,* Nau. *cons.* 14. *à num.* 1. *de* 4

priuileg.

priuileg. Card. Bellarm. *de Ordin. cap.*7. Suar. *de Sacram disp.* 11. *sect.* 3. §. *solùm posset.* Fr. Emman. *in sum. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. Cuch. *lib.* 4. *institut. canon. tit.* 11. *n.* 8. Domin. Camerot. *de Sacram. tract.* 11. *c.* 4. *dub.* 1. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 6. *cap.* 2. *num.* 13. Sanch. *d. dub.* 18. *num.* 9. *cum seq.* Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 2. *cap.* 13. Alzedo *d. p.* 0. *cap.* 5. *num.* 6. Quamuis Abb. *in cap. quanto, num.* 9 *de consuet. glos. fin. in cap manus, de consecrat. dist. & in c. peruenit* 95. *distinct.* & ex nouioribus Anguian. *citato loco*, Vasq. *in* 3. *p. disp.* 243. *c.* 4. *tom.* 3. acriter faueant, opitulenturque sententiæ contra D. Thom. eiusque sequaces, & concludant Papam posse indistinctè concedere potestatem Sacerdoti conferendi Ordines sacros, & alios promouendi ad Ordinem, quem ipse habet; nam se decipiunt ex rationibus allegatis à supra citatis; vnde non facilè crederem Victor. *in summa n.* 237. quem sequitur Viuald. *in Candelabro aureo p.* 1. *tit. de sacram. Ordinis n.* 17. *in fine*, asserenti se vidisse quandam Bullam Papæ concedentem facultatem Sacerdoti conferendi Diaconatum, & Subdiaconatum; nisi tamen dicere velimus opinionem Abb. & glos. sustineri posse in casibus necessitatis, vt in vltramarinis, &c.

5 Ex delegata igitur generica, vel specifica potestate ab Apost. Sede emanata etiam non Episcopis, vt dixi, potest conuenire auctoritas conferendi Ordines minores, prout illos præter Episcopos nonnunquam conferunt Abbates, inferiores Prælati, aliique Sacerdotes. Nam de Abbatibus quòd possint primam Tonsuram, & cæteros minores Ordines conferre non solùm Monachis, sed etiam laicis, in quos Ordinariam habent iurisdictionem, de Iure communi probant c. 1. *dist.* 69. c. *quoniam, de ætat & qual. c. cùm contingat, c. Abbates, de priuil. in* 6. qui text. probat eos posse etiam laicos, in quos iurisdictionem habebant, ordinare, c. 1. vbi gloss. *verb. à non Episcopis, de ordinat. ab Episcop qui renunt. Episcop. cap.* 1. vbi gloss. *verb. alia, de suppl. negl. Prælat.* Bellarm. *cùm contingat. q.* 1. vbi Cardin. *not.* 1. Abb. *num.* 2. & Butr. *n.* 13. Nau. *cons.* 13. incip. *Abbatibus num.* 13. *de priuil.* Azor. *instit. moral part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 48. *q.* 15. Fornat. *in tract. de Ordine cap.* 5. §. 2. *vers. Abbatibus*, Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *p. disp.* 243. *num.* 53. Molfes. *d. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 18. Fr. Ludou. Mirand *in man. Prælat q.* 38. *art.* 9. *concl.* 1. *tom.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 791. *n.* 1. Sanch *in opuscul. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 19. *num.* 5. *cum seqq.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom.* 1. *verb. Abbas, concl.* 9. *num.* 5. Seraphin. *decis.* 985. *num.* 1. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect* 955. Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 24. *num.* 4. Sic etiam Abbatem, qui datus sit administrator in Ecclesia Cathedrali vacante, eosdem minores Ordines subditis illius Episcopatus dare posse tenent Gemin. *in cap. is cui, num.* 6. *vers. vidi dubitari, de elect. in* 6. Felin. *in cap. eam te, num.* 8. *de rescript.* & commendat Seloa *de benef p.* 0. *q.* 6. *post n.* 3. vbi dicit quòd eodem modo poterit, qui potest inuitatus in claustris aliorum exemptorum iure suo conferre Tonsuram, & minores Ordines, prout tenent ex plurimorum auctoritatibus idem Gemin. *in d. c. Abbates, num.* 6. *de priuil. in* 6. Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 12. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 13. *post n.* 15.

6 Tres autem conditiones requiruntur in talibus Abbatibus, vt hos Ordines conferre valeant. *Prima*, quòd sint Sacerdotes. *Secunda*, quòd benedictionem acceperint, aut saltem ex priuilegio Pontificio habeant, vt Pontificalia exercere possint, quia tunc idem est ac si essent benedicti. *Tertia*, quòd sint Mitrati, seu habeant ius ferendi annulum, Mitram, & Baculum pastoralem; ita vt si vna earum deesset, ordinatio irrita foret, *dict. cap. Abbates, de priu. in* 6. Vide Franc. Marc. *Delphin. decis.* 1082. *n.* 2. *lib.* 1. Ricc. *in praxi Episc. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *pag.* 26. D. Acuña *ad cap.* 1. *num.* 6. *dist.* 95. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 845.

Hodie ex noua dispositione Conc. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 10. non licet Abbatibus, & aliis quibuscumque quantumuis exemptis in posterum intra fines alicuius diœcesis existentibus, etiamsi nullius diœcesis, vel exempta esse dicantur, cuiquam, qui regularis sibi subditus non sit, Tonsuram, & minores Ordines conferre. Ita Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *c.* 791. *n.* 2. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 3. *n.* 6. Ludou. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 9 *concl.* 2. Portel. *in dub. Regul. verb. Abbas* 2. Scip. de Rubeis *in aphor. Episc. eod. tit.* 13. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. c.* 7. *n.* 8. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 29. *n.* 19. Tambur. *de iure Abbatum, tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 7. *n.* 1. D. Acuña *ad c.* 1. *n.* 6. *dist.* 95. Et licèt Thom. Sanch. *in opusc. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 19. *n.* 20. existimauerit hanc facultatem ordinandi non subditos minimè per Trid. fuisse reuocatam, nihilominus tamen eiusmodi opinio (salua tanti viri pace) omni probabilitate destituitur; nam si Tridentinum hanc facultatem non reuocauit Abbatibus, quid disposuit, dum ad subditos Abbatum hanc illis facultatem restrinxit? certè illa verba essent frustratoria: & ideò hanc partem sustinent Henriq. *in sum. lib.* 14. *c.* 18. *n.* 2. Maurit. Alzed. *in praxi Episc. p.* 2. *c.* 5. *num.* 78. Gauant. *in man. Episcop. verb. Abbas n.* 31. Diana *moral. resol. p.* 4. *tract.* 4. *miscel. resol.* 147. 7

Ex qua conciliari dispositione *primò* infertur per illa verba, *Regularibus suis*, intelligi professos sui Ordinis, & excludi Nouitios, quos Abbates ante professionem ordinare non posse tenent Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 03. §. 3. *in comment. lit. G.* F. Emman *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 23. *art.* 2. *in fine.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap.* 26. §. 19. *num.* 2. *&* §. 00. *num.* 7. Aloys. Ricc. *p.* 2. *decis.* 253. *num.* 5. Sayr. *de censur. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 5. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 9. *concl.* 2. *in fine.* Marcel. Vulpe *d. c.* 7. *num.* 9. Nald. *in sum. verb. Nouitius, n.* 9. Card. Tusc. *pract. concl. tom.* 1. *lit. A, concl.* 9. Stephan. Gratian. *d. c.* 741. *n.* 6. Marchin. *d. tract.* 1. *p.* 2. *c.* 10. *à num.* 10. Tamburin. *d. tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 27. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis, disp.* 9. *q.* 8. *num.* 4. Quicquid aliter sentiat Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 12. † At verò 8
si Abbates huiusmodi, aut alij Religionum Prælati habeant speciale priuilegium concedendi suis Monachis dimissorias litteras ad quemcumque Episcopum, licèt in illo non exprimatur, quòd illud valeant nouitiis communicare, poterunt tamen etiam nouitiis illas, vt à quocumque Episcopo ordinentur, sicut cæteris Monachis professis concedere, vt bene resoluunt Ioan. Bapt. Tiber. *in instruct. pro ordinandis, cap.* 7. *q.* 5. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 10. *in fine*, Barthol. de Vecchis *d. q.* 8. *n.* 3. *vers si verò*, Tamburin. *d. q.* 27. *n.* 2. Nouitios enim Religionum priuilegiis gaudere resoluunt Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 138. *vers. præter hoc.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib* 12. *cap.* 2. *q.* 2. Ego ipse *de appellatiua verbor. vtriusque Iuris signif. appell.* 232. *num.* 16. 9

Secundò infertur Abbates huiusmodi facultatem non habere Tonsuram, & minores Ordines conferendi aliis Regularibus sibi non subditis, qui dimissorias speciales suorum Superiorum, & specialem licentiam Episcopi loci habuerint, nec etiam aliis secularibus suorum Superiorum dimissorias afferentibus. Ita resoluunt Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub.* 6. *cap.* 2. *ante n.* 7. Scipio 10

de Rubeis d.verb. Abbas, num. 13. Lodou. Miranda d. art. 9. concl. 2. & voto Rotæ de mandato ſanctæ mem. Clementis VIII. reſolutum fuiſſe refert Seraphin. deciſ. 985. p. 1. & Epiſcopo Eugubino reſcripſiſſe ſacram Congreg. negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam ſub die 3. Nouembris 1593. retuli de Iure eccleſ. vniuerſo lib. 1. cap. 18. num. 67. Quamuis contrarium exiſtimauerint Lezana in ſum. quæſt. Regalar. cap. 14. num. 13. & cap. 18. num. 65. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 20. quæſ. 7. Paul. Laymann in ſum. Theologia moralis, lib. 5. tract. 9. cap. 9. num. 2. Alxed. d. part. 2. cap. 5. n. 78. Quarant. in ſum. Bullarij, verb. Ordo, prope fin. verſ. Abbatibus. Grilenxon. conſ. 142. num. 52. Marcel. Vulpe in praxi iudiciali fori eccleſ. cap. 7. num. 8. Vgolin. de officio Epiſc. cap. 26. §. 19. Bonacin. de Sacrament. diſp. 8. quæſt. vnic. puncto 4. num. 3. Marchin. d. tract. 1. part. 2. cap. 10. num. 15. cum ſeq. Ioan. Baptiſta Tiber. inſtruct. Ordinand. cap. 7. quæſt. 48. in fine. Sanch. in opuſc. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 21. à num. 5. Tamburin. de iure Abbatum, tom. 2. diſp. 2. quæſt. 7. ex num. 3. Diana part. 2. tract. 4. reſol. 147. in fine, quorum plures aſſerunt ſacram Congreg. Concilij cenſuiſſe quòd Abbates Regulares habentes ius Baculum deferendi, & Mitram, poſtquam Sacerdotalem Ordinem, & munus benedictionis ſuſceperint, poſſe Tonſuram, & minores Ordines ſæcularibus Epiſcopi iuriſdictioni ſubiectis conferre, ſi modò ipſius Epiſcopi conſenſus accedat, & à dicto Epiſcopo quiſque litteras dimiſſorias impetrauerit, itavt ſatis non ſit id generatim ab Epiſcopo conceſſum eſſe, ſed hac conceſſione ſemper opus ſit ſingulis, &c.

11 Tertiò infertur ordinationem Abbatis priuilegiati Ordines minores conferentis non ſubditis abſque litteris dimiſſoriis, vel cum illis, ſeu ſubditis ſuis non Regularibus, eſſe irritam, & inualidam, ac proinde repetendam defectu poteſtatis in ordinante, ex illis verbis Concil. Trid. in d. cap. 10. Non liceat Abbatibus, &c. quæ irritant actum quoad valorem ſubſtantialem; & nihil refert quod in Epiſcopis poteſtas ordinandi ſe extendat etiam ad non ſubditos quoad valorem ordinationis, quia poteſtas ordinandi conceſſa Abbatibus priuilegiatis, non eſt ad modum poteſtatis Epiſcopalis, nam illa procedit ex vi priuilegij, hæc autem deriuatur ratione Ordinis. Quare ita videtur ſentire Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 19. num. 8. & 22. Laurent. de Peirinis de Prælato Regulari tom. 2. q. 3. c. 7. n. 23. & colligitur ex quadam deciſione ſacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, Eminentiſſimo Card. Gyptio referente ſub die 27. Iunij 1631. in qua fuit reſolutum Thoman Narducinm Camplen. promotum ab Abbate de Carropoli Ordinis Celeſtin. cum litteris dimiſſorialibus Vicarij Generalis Camplen. vidẽm Abbati directis, eſſe malè promotum, atque ideò indigere noua promotione. Quicquid teneant Sanch. d. lib. 7. cap. 1. dub. 19. n. 17. Fr. Emman. Moiſeſ. Tamburin. Præpoſ. & Ludou. de San Iuan, quos refert & ſequitur Diana moral. reſolut. p. 5. tract. 13. reſol. 93. & diſtinguat Marcel. Vulpe d. cap. 7. num 10.

12 Quartò infertur Abbati ordinanti ſuos ſubditos Regulares fas eſſe diſpenſare in interſtitiis, non tamen id conuenire Epiſcopo, qui facultatem habet diſpenſandi etiam quoad Regulares, vt dicemos infrà alleg. 18. num. 10. Illationem probant Hieron. à Sorbo in compendio priuileg. Mendicantium, verb. Ordines ſacri, verſ. quando verò Abbates, & Miranda in manu. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 7. concl. 3. Campanil. in diuerſ. Iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 42. & ſic non ab Epiſcopis, ſed ab Abbatibus examinandos eſſe, non obſtante Concilio concludit Nau. conſ. 13. incip. Abbas cuiuſdam, aliàs conſ. 14. id nouis, n. 1. de priuileg.

Dubitari non abs re poterit, an Epiſcopus carens minoribus Ordinibus poſſet validè eoſdem Ordines aliis conferre? Suar. de cenſur. tom. 5. diſp. 31. ſect. 1. & Homobon. de Bonis de examine eccleſ. tract. 5. q. 61. in fine, exiſtimant ordinationem huiuſmodi eſſe inualidam, quia nemo dat quod non habet, & nullus plus Iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe teneat, l. filiusfam. ff. de donat. tum etiam, quia Epiſcopus non Sacerdos non poteſt alios Sacerdotio inſignire. Sed his non obſtantibus ordinationem factam ab Epiſcopo carente minoribus eſſe validam, quoad minores collatos, licet mortaliter peccaret, tenent Gabr. Vaſq. tom. 3. in 3. part. diſp. 2450. num. 14. Molfeſ. in ſum. Theologia moralis, tract. 2. cap. 17. num. 5. quia Epiſcopus ordinatus per ſaltum eſt verus Epiſcopus, & habet characterem Epiſcopalem; ergo poterit habere actum ſecundum ſibi proprium, nempe ordinationem ſicut maiorum, ita & minorum Ordinum: tum quia collatio actiua minorum non fundatur eſſentialiter in paſſiua receptione minorum, nec eſt actus ſecundus illius, aut effectus, ſed ſolùm præſupponitur ex Eccleſiæ conſuetudine & ſtatuto, vnde nec abrogat ſubſequentem ordinationem; ergo erat valida cùm ſit ab illa independens: tum denique, quia hoc non eſt plus iuris transferre in alium, quàm ipſe teneat, aut dare aliquid quod ipſe priùs non habeat, licèt enim Epiſcopus carens minoribus non habeat formaliter minores, habeat tamen poteſtatem ſuperiorem, & eminentiorem, ſcilicet characterem Epiſcopalem. Et non eſt ſimile quod de Sacerdotio, reſpectu Epiſcopatus, dicebatur, ſi quidem Epiſcopatus claudit intrinſecè characterem ſacerdotalem, itavt non Sacerdos Epiſcopus eſſe non poſſit, vt fuit aliquorum opinio, quos ſuprà retulimus alleg. 1. num. 38. quod tamen quatenus in iure non ſubſiſtat, vt eo in loco probauimus, magis ſecura manet hæc noſtra opinio, quam veriorem eſſe iudicamus de Epiſcopo qui renunciauit loco tantùm, & loco & dignitati, vide infrà alleg. 113. num. 1. 13

De Chorepiſcopis, an ſint veri Epiſcopi, & vel tales potuerint Ordines minores, Subdiaconatum, & cæteros maiores conferre, egimus ſuprà tit. 1. cap. 6. num. 22. & ibi citatis addo Marchin. d. tract. 1. part. 2. cap. 9. 14

Preſbyteri Cardinales ex conſuetudine poſſunt Tonſuram, & minores Ordines ſuis familiaribus conferre; ita Ioan. Andr. quem alij ſequuntur in c. 1. n. 14. de ſuppl. Prælat. negl. Victor. de Ordine, n. 234. Sylu. in ſum. verb. Ordo 5. q. 2. Martin. Laudenſ. in tract. de Cardinal. q. 20. Maiol. de irregal. lib. 4. cap. 20. n. 8. Aizedo d. p. 1. c. 5. n. 9. Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 4. q. 2. n. 88. Moner. de Conſeruator. c. 5. n. 31. Squiliante de priuileg. cleric. c. 4. n. 273. Sanch. in opuſcul. moralib. lib. 7. c. 1. dub. 19. num. 4. Marchin. d. tract. 1. p. 2. c. 10. num. 1. Sebaſt. Cæſar in relect. de eccleſ. hierarchia p. 1. diſp. 2. §. 5. n. 8. Rota deciſ. 731. n. 10. p. 1. diuerſor. Quiquid dubitent Anaſtaſ. Germon. in tract. de indultis Cardinal. verb. tamen ratione, n. 10. & ſeqq. Azori. inſtitut. moral. p. 2. lib. 4. c. 3. q. 2. verſ. quæret aliquis. Familiaris autem vt quis ad hunc, & ſimilem effectum dicatur, duo requiruntur; primum, vt habeat victum; ſecundum vt fuerit deſtinatus ad aliquod certum ſeruitium; ita Rota deciſ. 584. n. 3. p. 1. recentior. vbi à n. 7. diſputat an familiaritas probetur ex libris, in quibus ſunt deſcripti familiares alicuius domini: & deciſ. 464. n. 2. p. 1. recentiſſim. in poſthum. docet familiaritatem cum Cardinali cenſeri probatam per teſtes deponentes quem habuiſſe à Cardinale partem panis, & vini cum Iolio vno in ſingulos dies, & etiam ſalarium in domo Cardinalis illi actu inſeruiendo per triennium, vbi 15

citat

citat Mandos. *super reg. 3. q. 19. n. 2.* Simonet. *de reser-uat. q. 35. n. 1. & 2.* vide infrà *alleg. 5. num. 19.*

16 Parochos primam Tonsuram suis subditis conferre posse non pauci scriptum reliquere, Archidiacon. *in cap. nullus Episcopus, de temporib. ordinat.* Panormit. *in cap. quanto, num. 9. vers. quinimo dico, de consuetud.* Immo licera cuicumque simplici Sacerdoti illam conferre docent glos. *verb. lectoris, in cap. quoniam 69. dist.* Atchid. *in cap. Psalmista, num. 2. in fine 23. distinct.* Innoc. *in cap. cùm contingat, num. 1.* vbi Hostiens. *num. 1. de atate & qual.* & stante consuetudine admittit Molfes. *in summ. Theologia moralis tract. 2. cap. 2. num. 19.* Verùm vsus Ecclesiæ restitit, & propterea eorum sententia non est admittenda, imò eam iustè refellit Sot. *in 4. sent. distinct. 25. quæst. 1. art. 1. ad 2. argum.* & Sanch. *d. lib. 7. c. 1. dub. 19. num. 1.* Marchin. *d. tract. 1. p. 2. c. 10. n. 3. & 4.* Sic etiam videtur reiicienda opinio Francisci Marc. *d. decis.* 1085. *num. 3.* asserentis Guardianos, & Priores de Iure primam clericalem Tonsuram suis subditis conferre posse, quia numquam audiui hoc ab aliquo factum fuisse, ideo miror cur contra Concilium Trid. ita pronuntiauerit.

17 Potestatem conferendi Ordines regulariter Episcopo tantùm competere, etiamsi sit excommunicatus, suspensus, vel interdictus, suprà diximus *sub n. 3.* & validè Ordines conferre, licèt id minus faciat, & Ordinatus propterea executione careat. Attamen si huiusmodi Episcopus hæreticus, schismaticus, simoniacus, & qualitercumque excommunicatus occultus sit, validè Ordines confert, veramque dat Ordinis executionem, ita vt recipiens non solùm recipiat Sacramentum, sed eiusdem, absque vlla suspensione, executionem, ac proinde quoad omnes actus spirituales. Ita Innocent. *in cap. 1. num. 3. de schismatic.* Panorm. *in cap. veritatis num. 46. de dolo. & in cap. ad probandum num. 7. de re iudic.* Cou. *in cap. Alma mater, p. 1. §. 6. num. 7.* & alij per Garc. *de benefic. p. 11. cap. 10. num. 160.* & circa beneficiorum collationem *p. 5. c. 4. num 276. cum seqq.* plures, quorum sententiam vt communem sequitur Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 1. num. 81. & 89.* eandem communem esse testatur Mascard. *de probat. concl. 649. sub num. 45.* resoluunt Sot. *in 4. dist. 25. q. 1. art. 3. vers. in ordinatione*, Henriq. *in sum. lib. 13. de excommun. cap. 39. §. 1.* & alij plures, quos refert, & sequitur Sanch. *lib. 3. de Matrim. disput. 22. sub num. 35.* Idem multò certius profitentes post *Extra-uag. Ad euitanda scandala,* ita vt post illam idem locum habeat in omnibus excommunicatis, dum non fuerint denunciati, aut notorij clericorum percussores; éstque verissima eorum sententia, quoad quoslibet actus, etiam spirituales: quamuis oppositum quoad omnes tenuerint absque bono fundamento Anton. Bald. & alij relati à Sanch. *d. num. 35. in princip.* & aliter distinguentes crediderint in his, in quibus imprimitur character, vt in Sacramento Ordinis, Innoc. sibi contrarius *in cap. nihil num. 3. de elect.* & alij communiter, vt per Mascard. eosdem sequutum, & per Sanch. *vbi proximè.*

18 Pro quibus non facit text. quo nituntur, *in cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunt. Episcop.* dum habet necessariam esse dispensationem, vt ordinatus etiam ignoranter ab Episcopo excommunicato possit in Ordinibus sic susceptis ministrare, & ita data etiam ignorantia excommunicationis excommunicatum verum, non conferre Ordinis exequutionem, respondetur enim ex dictis per Sanchez *sub num. 35.* illum text. non bene adduci ad hoc propositum de conferente excommunicato occulto, & communiter ignorato, & tolerato; quia intelligendus est non de hoc, sed de illo, qui † licèt priuatim 19
ignoretur, à recipiente tamen publicè pro excommunicato habebatur, in his etenim longè diuersis terminis in eo textu ignorantia etiam probabilis, de qua ipse loquitur, non liberat recipientem à suspensione Ordinis suscepti; & quidem meritò; cùm enim talis Episcopus non habeat vsum Ordinum, nec illum dare permittitur, iuxta regul. text. *in c. Daybertum 1. quæst. 7.* quam pro ratione decidendi ad *d. cap. 1.* contra Innocent. *in d. cap. 1. de schismat.* & Panorm. Felin. & alios relatos per Couarr. *in cap. Alma p. 1. §. 6. num. 6.* considerauit glos. *in d. cap. 2. verb. ignoranter,* resoluunt gloss. *in cap. si qui à simoniacis 1. quæst. 1. & in cap. ab excommunicatis 9. quæst. 1.* & alij, quorum sententiam, vt communem & tutiorem refert, & sequitur Couarr. *vbi proximè*, & Suar. *de censur. disput. 31. sub num. 61.* maturè considerans id procedere, non quidem ex eo quòd prædicta ratio idem concludat intrinsecè, & ex natura rei; illa enim regula, vt nos ex dictis per Sanch. *sub d. num. 35.* addendum putamus, concludit solùm vbi actum fuerit de causa principali, non autem de instrumentali, qualis est Episcopus Sacramentum conferens, qui proinde † licèt 20
iniquus sit, tamen gratiam, qua caret, largitur: sed ex eo quod eandem rationem etiam in huiusmodi Episcopo, vt instrumento, considerauerint Iura, quæ irritant, vt possunt, prædictam ordinationem, non ob culpam ordinati, sed in iniuriam ordinantis; vnde nihil mirum si ordinati ignorantia non conducat ad illum ab huiusmodi suspensione liberandum: licèt fatendum sit plurimum conducere ad faciliorem dispensationem, iuxta text. *in d. cap. 2.* iuncto *cap. 1. eodem tit.* & Iura sic intelligenda *in d. cap. si qui à simoniacis*, ibi, *misericorditer sustinemus, & cap. ordinationes 9. quæst. 1.* qui text. dum admittit ordinationem ordinati ignoranter ab hæretico, intelligendus est, mediante scilicet dispensatione, ex quibus facilè soluuntur fundamenta, Innoc. Panormit. Felini, & aliorum *vbi proximè.* Quis autem possit dispensare cum Ordinatis ab Episcopo excommunicato, hæretico, vel schismatico? Vide infrà *alleg. 48.* Quæ verò sint substantialia Sacramenti Ordinis, quorum vnico deficiente non suscipitur, nec character imprimitur? Ostendimus *alleg. 11. num. 9. in fine.*

ALLEGATIO IV.

Episcopus proprius ad Ordines conferendos quis dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Subditus, & diœcesanus Episcopi tripliciter quis fieri potest, ratione scilicet originis, vel domicilij, vel beneficij.*

2 *Originis Episcopus est Episcopus loci in cuius diœcesi ordinandus natus est.*

3 *Originarius, seu oriundus dicitur à propria origine.*

4 *Origo patris etiam inspicitur ad Ordines suscipiendos, ita vt quis ratione paterna originis poterit Ordines suscipere ab Episcopo loci in quo eius pater natus est.*

5 *Originis locus secundùm ius ciuile etiam dicitur ille in quo pater natus est.*

6 *Oriundus dicitur a natiuitate propria, vel paterna.*

7 *Originarius vt quis dicatur non solùm requiritur, vt quis natus sit in loco, sed quod parentes ibi domicilium contraxerint.*

8 *Littera Apostol. dispensationis, vel beneficij, non*

ſint ſubreptitia in quibus diceret quis ſe oriundum ex ciuitate Neapolitana, cùm re vera eſſet oriundus ex ciuitate Vrbeueteri, ſi eius pater in dicta ciuitate Neapolitana natus fuit.

9 *Dictio, de, naturalitatem, ſeu originem importat.*

10 *Dictio, ex, naturalitatem exigit, nec eſt ciuili contenta.*

11 *Habitatio ſolum facit incolam, ſeu domiciliarium, non tamen ortum, ſeu oriundum.*

12 *Filius dicitur oriundus, ſeu originarius loci in quo pater eius natus eſt, ſuccoditque in honoribus, ſeu muneribus, tam perſonalibus, quam realibus, non modo in temporalibus, verùm etiam in ſpiritualibus.*

13 *Nepos ex origine aui non dicitur originarius illius loci in quo auus natus eſt ad Ordines ſuſcipiendos.*

14 *Originem patris, & non matris ſequitur filius.*

15 *Filius non poterit ordinari ab Epiſcopo originis matris, niſi ſit naturalis.*

16 *Domicilium maternum eſt ſequendum, quando deeſt paternum.*

17 *Expoſitus cuius parentes ignorantur, non ſolùm iudicabitur municeps, & eius loci, in quo natus eſt, ſed etiam loci in quo eſt expoſitus, & num. 37.*

18 *Natus fortuito in aliquo loco non poteſt dici ex illo oriundus.*

19 *Natus in mari originem habere dicitur vbi pater domicilium habet.*

20 *Origini domicilium eſt immutabile, nec poteſt renuntiari.*

21 *Eiectus ab aliqua religione ob delicta Ord. & habitus exutus, ab Epiſcopo originis eſt ordinandus, dummodo habilis ſit.*

22 *Domicilij ratione efficitur quis ſubditus & diœceſanus Epiſcopi, vbi illud contraxit.*

23 *Domicilium eſt habitatio animi deſtinatione perpetua, in qua quis rerum ſuarum magnam ſummam conſtituit.*

24 *Domicilium & habitatio in quo differant?*

25 *Domicilium non contrahitur etiam per mille annos, dum quis habet animum recedendi.*

26 *Domicilium ad Ordines capiendos contrahit quis etiam non longo tempore in aliquo loco degens, ſi habuerit animum perpetuò in eo permanendi.*

27 *Animus perpetuò manendi in aliquo loco colligitur ſi verbo, vel facto volens domicilium contrahere, ſuam declarauit voluntatem, vel ibi emit domum, aut aliam poſſeſſionem, cum tranſlatione maioris partis bonorum.*

28 *Decennalis habitatio facit præſumi domicilium, quando aliter non conſtat de voluntate habitantium.*

29 *Scholares & Caſtellani etiam decennali habitatione domicilium non contrahunt, quia ſemper cogitant de redeundo ad patriam, niſi finito ſtudio decennali tempore, & maiori commorati ſint, & num. 30.*

Animus recedendi à ciuitate non habet ille, qui in ea relinquit filios. ibid.

31 *Abſentes ſi ex ſtatuto non potiantur priuilegiis ciuitatis, ſatis eſt patrem eſſe in ciuitate vt filius abſens priuilegiis potiatur.*

32 *Baro aſſumi poteſt ad Ordines ab eo præſule in cuius diœceſi habet feudum.*

33 *Baronum filij adipiſcuntur domicilium in eo loco, in quo genitor propter dictum feudum contraxit.*

34 *Senator, aut alter quiuis officialis perpetuus alicuius Principis, domicilium acquirit in eo loco in quo ſenatoriam exercet dignitatem, & ab illius Epiſcopo poteſt ordinari, & per conſequens eius filius.*

Relegatus domicilium retinet in eo loco vnde trahit originem, & in eo in quem relegatus eſt. ibid.

35 L. filij liberorum, §. relegatus, & l. eius qui manumiſſus, §. 1. ff. ad municip. *componuntur.*

36 *Libertus ſi promoueri petat, ab illo Præſule erit aſſumendus ad Ordines, qui eſt ſuperior eius loci vnde patronus trahit originem.*

37 *Expoſiti ab eo ſunt ordinandi Antiſtite, qui eius eſt loci ordinarius in quo expoſiti ſunt, quia illius effecti ſunt ciues.*

38 *Domicilium contrahi poteſt in pluribus locis, & ab vno Epiſcoporum ordinari.*

39 *Domicilia quando non ſunt æquè principaliter, ſemper inſpiciendum eſt principalius.*

40 *Propoſitus aliò migrandi, & non redeundi præſumitur ex eo quod quis recedit ab aliquo loco cum ſupellectili, vel familia ſua.*

41 *Epiſcopi conſenſus non requiritur in domicilio mutando, tenetur tamen mutandus ſi ordinari velit portare teſtimonium circa probationem qualitatis, mores, & ſufficientiam ab Epiſcopo loci vnde digreſſus fuit.*

42 *Epiſcopo diœceſis ſubiectus quis efficitur quoad Ordines ſuſcipiendos, in qua beneficium habet.*

43 *Clericus habet domicilium, & eſt ciuis illius diœceſis in qua ſitum eſt eius beneficium, dum illud poſſidet.*

44 *Ratione beneficij etiam tenuis, efficitur beneficiatus ſubditus illius Epiſcopi, in cuius Epiſcopatu illud extat.*

45 *Beneficium etiam tenue poſſidens gaudet priuilegio clericali.*

46 *Occaſione beneficij requirentis reſidentiam acquirit beneficiatus domicilium in loco, vbi illud poſſidet.*

47 *Domicilium contrahitur, quoad Ordines ſuſcipiendos, in loco beneficij, etiamſi reſidentiam non requirat.*

48 *Præſtimonium poſſidens inibi domicilium habere dicitur, & ab Epiſcopo loci, vbi eſt ſitum præſtimonium, ordinari poteſt.*

49 *Præſtimonia inter Eccleſiaſtica beneficia commemorantur.*

50 *Beneficium habens in commendam, maximè perpetuam, poteſt ordinari ab Epiſcopo loci, vbi ſitum eſt.*

51 *Beneficia plura habens in diuerſis diœceſibus, ab vnoquoque illarum Antiſtite promoueri poteſt.*

52 *Epiſcopus in cuius diœceſi eſt beneficium, poteſt ordinare, vel dare litteras dimiſſorias, etiamſi beneficium quoad prouiſionem ſubiectum eſſet alteri Epiſcopo.*

53 *Beneficij vnius diœceſis vniti alteri diuerſæ diœceſis ratione efficitur quis ſubditus Epiſcopi, vbi extaret beneficium principale.*

54 *Epiſcopus ratione beneficij ſibi ſubditos non ſolùm poteſt ordinare, ſed etiam diſpenſare cum illis in interſtitiis, & etiam in illegitimitate ad minor. Ord.*

55 *Collationis, ſeu tituli beneficij ratione non efficitur quis ſubditus Epiſcopi, non habita illius poſſeſſione.*

56 *Penſionis cauſa nullus ſubiicitur Præſuli, vt ab eo promoueatur.*

57 *Beneficium obtentum in fraudem non iuuat quoad ſuſceptionem Ordinum.*

58 *Religioſi vetantur Ordines ſuſcipere ab alio Antiſtite, quam ab Epiſcopo illius loci, cui a Superiori regulari deputati fuerunt.*

59 *Religioſi a propriis regularibus Superioribus dimiſſorias obtinentes, ordinari debent ab Ordinario loci, in quo ſitum eſt monaſterium.*

60 *Patres*

60 *Patres Societatis Iesu à quocumque Antistite Ca-*
tholico ordinari possunt.
61 *Regulares non possunt hodie ab Episcopis ordinari,*
etiam in suis domibus sine licentia diœcesanorum,
in quorum districtu eorum monasteria sita sint.
62 *Iura loquentia de ingredientibus monasteria, in-*
telliguntur cum effectu, & sequuta scilicet profes-
sione.
63 *Nouitius infra annum probationis Ordinari potest*
ab Episc. in cuius diœcesi moratur, quamuis alibi
natus sit.
64 *Episcopus faciens Ordines in aliqua diœcesi de li-*
centia diœcesani, ordinare potest non solùm per-
sonas eidem Ordinario subiectas, verum etiam
clericos, & Fratres aliarum diœcesium legitimas
licentias atque dimissorias habentes.
65 *Fratres sacri Ordinis Sancti Ioannis Hierosolymita-*
ni à quocumque Catholico Antistite, sub Rom. Se-
dis obedientia constitute, sacros Ordines etiam ex-
tra tempora, tribus diebus festiuis, & in quibusuis
tam secularium, quam Regularium Ecclesiis, abs-
que alicuius licentia, suscipere possunt.
66 *Ordines denegare non potest Episcopus ei, qui obti-*
net beneficium, aut Ecclesiasticam dignitatem.
67 *Ordinare non potest Episcopus quemquam inui-*
tum.

1 
RIPLICITER quis quoad Ordines
suscipiendos, efficitur subditus Epi-
scopi, ratione scilicet originis, do-
micilij, & beneficij, *cap. cum nullus,*
de tempor. ordinat. lib. 6. Fr. Emman.
quæst. Regul. tom. 1. *quæst.* 18. *art.* 4.
Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 6. *quæst.* 46. Fornar. *de*
sacram. Ordinis cap. 5. *num.* 6. Piasec. *in praxi noua Epi-*
scop. part. 1. *cap.* 1. *à num.* 8. *pag.* 27. Henriq. *in sum.*
lib. 10. *cap.* 24. *num.* 1. Quaranta *in summa Bullarij*
verb. Ordo, Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 2.
lib. 3. *cap.* 12. *n.* 6. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 5. *à num.* 16.
Coninch. *de sacram disp* 20. *dub.* 9. *n.* 93. me citato *in*
hoc loco Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. p.* 2. *cap.* 5. *n.*
42. *cum seqq.* Leon. Lessi. *de iustitia lib.* 2. *cap.* 44. *dub.*
18. *num.* 91. Aloys. Ric. *in praxi fori Eccles. decis.* 298.
in 1. *edit. & resol.* 257. *in* 1. *edit. & in decis. Curiæ Ar-*
chiep. Neapol. decis. 317. *p.* 4. Vgolin. *de officio, & potest.*
Episcopi cap. 26. §. 1. Molfes. *in sum. Theologiæ moralis*
tract. 2. *cap.* 2. *num.* 5. Campanil. *in diuersorio Iuris Ca-*
nonici rub. 9. *cap.* 8. *num.* 8. *cum seqq.* nouissimè Tor-
reblanca *in practicab. Iuris spirit. lib.* 2. *c.* 13. *cum seqq.*
Bonacina *de Sacrament. disp.* 8. *quæst. vnic. puncto* 4. *à*
num. 8. Alphons. Narbona *lib.* 20. *glos.* 2. *n.* 130. *tit.* 1.
lib. 4. *noua Recopil pag.* 409. Sanch. *in opuscul. moralib.*
lib. 7. *c.* 1. *dub.* 22. Cardus. *in praxi iudicum verb. Sacra-*
mentum Ordinis n. 25. latè Marchin. *de sacram. Ordinis*
tract. 1. *p.* 2. *c.* 1. *cum seqq. & p.* 5. *c.* 5. 6. 7. *&* 8. nouissi-
mè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. c.* 7. *n.* 24.
Addunt aliqui quartum modum, scilicet ratione fa-
miliaritatis, de quo nihil in præsentiarum, sed *alleg.*
seqq. commodiùs dicemus. Illud in hac materia est
valde notandum quòd si subditus aliquo ex prædi-
ctis tribus modis semel elegisset vnum Episcopum
à quo aliquem Ordinem suscepisset, non posset va-
riare, & assumere alios Ordines ab alio ex dictis
Episcopis, nisi Episcopus, qui priùs illum ordinauit,
iudicasset cessare causam ordinationis, & remitteret
Ordinatum ad alium ex dictis Episcopis: ita post
Archid. *in cap. nec captanda, de concess. præb.* Achil. de
Grassis *decis.* 13. *de pensionib.* Quarantam, & Riccium
obseruat Molfes. *d. cap.* 2. *num.* 10. reddens rationem,
quia si semel factus est subditus Episcopi ordinan-
tis, cuius est onus prouidere illi de beneficio, & sic
aliis iuribus Episcopalibus, non potest talis subdi-
tus eligere alium Episcopum in præiudicium electi
per primam ordinationem.

Episcopus originis est Episcopus loci, in cuius 2
diœcesi natus est is, qui ordinandus est, glos. *in cap.*
1. *de vsuris lib.* 6. *verb. alienigenas*, *l. qui ex vice ff. ad*
municip. Ioan. And. *in d. cap. cum nullus, num.* 3. Henriq.
d. lib. 10. *cap.* 22. §. 1. Campan. *d. cap.* 8. *num.* 9. Piasec. *in*
in praxi noua Episcop. d. cap. 1. *num.* 9. Bonacina *d. pun-*
cto 4. *num.* 13. Vgolin. *de potest. Episcop. cap.* 26. §. 1. *n.* 3.
Homobon. *de examine Ecclesiastico tract.* 2. *cap.* 1. *quæst.*
5. *num.* 1. latè Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 5. *c.* 6. D. Acuña
in comment. ad princ. dist. 71. *n.* 2. † Originarius enim, 3
seu oriundus dicitur à sua propria origine, vt pro-
bant text. *in l.* 4. *C. de incolis lib.* 10. *& l.* 1. *ff. ad municip.*
Boër. *decis.* 272. Ioseph. Ludon. *Perus. decis.* 3. *num.* 15.
Aloys. Ricc. *d. resolut.* 257. *num.* 2. Thom. Valasc. *d.*
alleg. 5. *n.* 17. D. Acuña *d. princ. dist.* 71. *num.* 4. *in fine*,
vbi etiam quis baptizatus est, inde trahere origi-
nem dicitur, & per librum Baptismi probari potest
origo, Rebuff. *in tract. de pacificis possess. num.* 217.
Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 9. §. 1. *à num.* 105. Greg.
per text. *ibi in l.* 2. *verb. Christiano eit.* 24. *par.* 4.
Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *c.* 75. *à num.* 16.
latè Alphons. Narbona *dict. loco num.* 148. *cum seqq.*
pag. 413.

Origo etiam patris inspicitur ad Ordines susci- 4
piendos, itaut quis ratione paternæ originis possit
Ordines suscipere ab Episcopo loci, in quo eius pa-
ter natus est. Ita Thom. Valasc. *d. alleg.* 5. *num.* 21.
Marcel. Vulpe *d. c.* 7. *sub n.* 24. Zerola *in praxi Epist.*
p. 2. *verb. dimissoria pag.* 40. Paul. Comitol. *d. lib.* 6. *quæst.*
45. *glos. in d. cap. cum nullus, verb. alienigenas.* Bonacina
d. puncto 4. *num.* 13. Vgolin. *d. cap.* 16. §. 1. *num.* 4. Gu-
tier. *de matrim. cap.* 63. *num.* 29. Campan. *d. c.* 8. *n.* 9.
Aloys. Ricc. *d. resol.* 257. *num.* 4. *& d. Neapol. decis.* 317.
num. 2. *p.* 4 Molfes. *d. num.* 5. Prosper de Augustino *ad*
Quarant. in summa Bullarij verb. Ordo, vers. quoad ter-
tium, Nau. *cons.* 19. *incip N. filiusfam. de tempore ordinat.*
in nouis; Ioan. Franc. Suar. *in suo enchirid. casuum*
verb. Ordo, vers. ordinari nemo potest, Antonin. Diana
moral. resol. p. 4. *tract.* 4. *resol.* 148. Marchin. *d. tract. part.*
5. *c.* 6. *n.* 1. 14. *&* 15. me citato *in hoc loco* Alzed. *d. p.* 2.
cap. 5. *n.* 44. † Ius enim ciuile indicat locum originis 5
eum esse, in quo eius pater natus est, ex *l. assumptio* §.
1. *ff. ad municip. & l. si vt proponis C. de incolis lib.* 10.
Alciat. *in l.* 147. *num.* 4 *ff. de verbor. signif.* Petr. Gregor.
in tract. de vsuris lib. 3. *cap.* 1. *num.* 15. Campan. *d. cap.* 8.
num. 8. Et oriundus dicitur à natiuitate propria, vel 6
paterna, Ias. *in l huiusmodi* §. *legatum n.* 18. *ff. de lega-*
tis 1. Mandos. *ad regul. Cancel. reg.* 16. *quæst.* 40. Ioseph.
Gonzal. Flores *var. cap.* 36. *à num.* 3. Ioseph. de Sesse
Aragonia decis. 30. Lexicon Iuris *verb. oriundus*,
Sichard. *eod. verbo.* Garcia Toletan. *in lucerna rubrica-*
rum trium librorum Codicis super d. rub. de incolis lib.
10. *num.* 2. Marchin. *d. c.* 6. *n.* 13. Imò † vt quis origi- 7
narius dicatur, non solùm requiritur, vt sit natus in
loco; sed quòd parentes ibi domicilium contraxe-
rint, Doctores *in cap. Rodulphus, de rescript.* Rot. Rom.
decis. 327. *n.* 3. *p.* 1. *diuers.*

Ex quibus infero subreptitias non esse litteras 8
Apostolicas dispensationis, vel beneficij, in quibus
diceret quis se oriundum ex ciuitate Neapolitana,
cùm re vera esset oriundus ex ciuitate Vibeueteri,
si eius pater in dicta ciuitate Neapol. natus sit, vt te-
net Mari. Ant. *variarum resolut. lib.* 1. *resol. vlt. casu* 33.
me citato *in isto loco* Marchin. *d. tract.* 1. *p.* 5. *c.* 6. *n.* 23.
cum seqq. quamuis Nicol. Garcia *de benefic. q.* 7. *c.* 9.
n. 25. asserat particula, *oriundus*, ex stylo accipi pro-

orto, nam de tali stylo non constas, nec de eo testatur Mandos. *dict. quæst.* 4. *num.* 3. quem ad hoc refert.

9 Hinc etiam sequitur pariter subreptitias non censeri Apostolicas litteras, si aliquis dicat se esse de tali loco, cùm in illo non fuisset natus, sed tantùm eius parens, quia etiamsi dictio, *de*, naturalitatem, seu originem importet, vt probat text. *in l.* 1. *ff. ad municip.* Surd. *decis.*129. *num.* 15. sub nomine *origo*, non tantùm intelligitur propria, sed etiam paterna, vt dictum est: ita etiam dicerem quando addita fue-
10 rit dictio, † *ex*, quæ etiamsi naturalitatem exigat, nec sit ciuili contenta: vt post multos probat Cald. Pereira *de potestate eligendi cap.*13. *num.*21. quia prædictæ dictiones verificari possunt data in illo loco origine paterna; non tamen ad illarum verificationem sufficere ibi beneficium, seu domicilium habere, & etiamsi illud habitum sit per decem annos,
11 & vltra; illa enim † habitatio solum facit incolam, seu domiciliarium, non tamen ortum seu oriundum, ex *l.* 1. *cum sequentibus*, *C. de municip. l.* 1. *C. de incolis lib.* 10. tenet Gregor. Lopez *l.* 2. *verb. maguer, vers. aduerte tamen, tit.* 24. *partita* 4.

12 Quamuis ex origine patris filius dicatur oriundus, seu originarius illius loci, in quo pater natus est, vt suprà diximus, succedatque in honoribus & muneribus tam personalibus, quàm realibus, non modò temporalibus, sed etiam spiritualibus, quemadmodum notant Boër. *decis.*13. *num.* 13. *&* 15. & Gu-
13 tier. *cons.* 7. *n.* 1. † tamen ex origine aui non dicitur nepos originarius illius loci, in quo auus natus est ad Ordines suscipiendos: ita Cou. *de sponsalibus p.* 2. *c.* 7. *§.* 1. *n.* 25. quem refert, & sequitur Aluys. Ricc. *d. resol.* 257. *num.* 5. Marchin. *d. tract.* 1. *p.* 5. *cap.* 6. *num.* 2. Vgolin. *d. cap.* 26. *§.* 1. *post n.* 4. *vers. excipitur*, vbi agens de libertinis, seu libertis, dicit illos posse Ordines suscipere non solùm ab Episcopo suæ originis, sed dominorum; nam illorum originem sequuntur, & non patris, vt probat tex. *in d. l. assumptio, in fine*, iuncta *l. seq ff ad municip.*

14 Cùm filius originem patris, & non matris sequatur, vt probat text. *l.* 3. *C. de municip. & originar. lib.* 10. cum latè traditis per Pichard. *de nobilitate commu-*
15 *nicatiua, num.* 9. *cum sequentib.* † non poterit ordinandus apud Episcopum originis suæ matris Ordines accipere, nisi pater non esset legitimus, quia tunc non eius origo, sed matris, quoad illegitimum filium inspicitur. *l.* 1. *in fine, ff ad municip. & l. eius qui, ff. eodem*, vbi Neratius inquit. *Eius, qui iustum patrem non habet, prima origo à matre, atque eo die quo ex ea editus est, numerari debet*, Thom. Valasc. *d. alleg.* 5. *n.* 21. Marchin. *d. tract.* 1. *p.* 5. *c.* 6. *n.* 3. Marcel. Vulpe *d. cap.* 71. *n.* 24. *in fine.* Alzedo *d p.* 2. *cap.* 5. *num.* 45. Sic etiam dicendum de vulgò quæsito; talis enim matrem sequi-
16 tur, *l. cum legitimè ff. de statu hominum.* Ita etiam † quando deest patris domicilium, maternum est sequendum, iuxta resoluta per Gonzal. *dict. §.* 1. *à num.* 24. & Piasec. *in praxi noua Episcopali d. cap.* 1. *num.* 19. *vers. ratione.*

17 Expositus tamen, cuius parentes ignorantur, non solùm iudicabitur municeps, & ciuis loci, in quo natus est, sed etiam loci, in quo est expositus, Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 75. *num.* 12. Mandos. *de ætate minori cap.* 1. *à n.* 21. Parens meus *in remiss. ad Ordin. Reg. Lusit. lib.* 2. *tit.* 55. *in princ. n.* 2. Alphons. Narbona *d. loco n.* 156. *cum seqq. pag.* 414.

18 Qui verò fortuitò natus est aliquo in loco, per quem mater pertransibat, aut illuc non animo permanendi iuerit; aut pater ad matrem accesserit absque animo ibi permanendi, & interim filium peperisset, quem postea absque eo quòd contraheret domicilium, eius parens cum tota familia extraxerat ad locum vnde digressus fuerat, talis filius non diceretur ciuis illius loci, in quo sic per transennam natus fuit, neque ratione originis sequeretur forum dicti loci, sed patris originem: ita Panorm. *in c. Rodulphus, n.* 9. vbi Felin. *num.* 13. *de rescriptis*, Gutier. *d. consil.* 7. *num.* 7. Cauall. *communium contra commun. q.* 458. *n.* 17. non enim inspicitur quod per accidens est, sed quod per se, iuxta vulgaria iura, resoluit Vgolin. *d. §.* 1. *n.* 5. vbi etiam asserit originem habere filium in domicilio patris, † si in mari natus sit; quare non 19
ab illius ciuitatis Antistite, vbi sic per transennam natus fuit, nec ab alio de ipsius licentia promoueri posse tenent Nauar. *consil.* 31. *de temporibus ordin.* Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 22. *§.* 1. Campan. *d. cap.* 8. *num.* 10. Thom. Valasc. *d. alleg.* 5. *num.* 19. Alia plura ad hanc materiam spectantia videbis apud Mascard. *de probation. concl.* 1141. *num.* 6. *cum sequentib.* Rebuff. *de priuilegiis schol. priuil.* 75. *in fine*, Stephan. Gratian. *d. cap.* 75. Cauall. *d. quæst.* 458. Cald. Pereira *in responso pro Ioanne Tasso n.* 13. D. Barbos. *in l. hæres absens §. proinde, in art. de foro ratione originis, n.* 9. *cum sequentibus, ff. de iudic.*

Domicilium originis est immutabile, ex text. *in* 20
l. assumptio ff. ad municipalem, Nauar. *comment.* 2. *de regularibus num.* 34. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disput.* 23. *num.* 4. Marchin. *d. c.* 6. *num.* 9. nonquam enim censetur mutatum, ex Mascard. *de probat. concl.* 534. nec illi potest renunciari, vt per Bernard. Græuæ, *ad practic. Cameræ Imperialis lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 2. Steph. Gratian. *d. c.* 75. *num.* 10.

At quid de professis in aliqua Religione à qua 21
eiecti ob delicta fuerunt Ordine, & habitu exuti? Dicendum est ab Episcopos suæ originis esse ordinandos, dummodo habiles sint. Ita tenent Portel. *in dubiis Regul. verb. Ordines num.* 11. Vgolin. *d. §.* 1. *num.* 6. *& cap.* 20. *num.* 9. *in fine*, Aloys. Ricc. *d. resolut.* 257. *num.* 4. *in fine, & in praxi aurea resol.* 185. Nauar. *cons.* 84. *de Regularib. in nouis, aliàs* 9. *de ætate & qual. in antiq.* Sayr. *in floribus decis. sub illo tit. de ætate decis.* 9. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.* 6. *quæst.* 185. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 15. *num.* 7. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prel. tom.* 1. *quæst.* 52. *art.* 4. *concl.* 2. Sanch. *in opusc. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 24. *n.* 3. Lauret. de Franchis *de controu. inter Episc. & Regul pag* 110. *in resp. ad* 7. Ego ipse *in collect. ad cap. vlt. num.* 11. *de Regular.* Marta *de Iurisdict. p.* 4. *casu* 182. *num.* 4. Contra Fr. Emman. Azor. Molin. & Lessium, quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 29. asserentes hos minimè teneri Episcopo alicui certo obedire, sed tantùm instar aliorum clericorum Episcopo subiici, in cuius diœcesi habitauerint. Sed aduerte hodie ex Bulla S.D.N. Vrbani VIII. hos eiectos esse suspensos, ac proinde ordinari non posse; quam Constitutionem habes in fine huius tractatus, & per illam sic docet Lauret. de Franchis *vbi suprà*, qui etiam *in resp. ad* 1. *pag.* 219. monet Regulares per suos Superiores à Religione seruata forma dictæ Bullæ Vrbani VIII. eiectos præsentare se debere coram Episcopo loci, & subdere se illius obedientiæ, & ab eo expectare quid agere debeat, & *in resp. ad* 3. subdit pertinere ad Episcopum perquirere an iustè, vel iniustè fuerint eiecti?

Secundo modo efficitur quis subditus & diœce- 22
sanus Episcopi, ratione scilicet domicilij. Quod quidem contrahitur si quis transferat se ad habitandum in aliquo loco, & declarat expressè se habere animum ibi contrahendi domicilium. Est enim

23 enim † habitatio animi destinatione perpetua, in
qua quis rerum suarum magnam summam consti-
tuit l.1.vbi Bart.num.11.l.assumptio §.Iurisprudentibus,
vbique idem Bart.num.2.ff.ad munic.l.ciues. C.de in-
colis lib.10.cap.cùm nullus,vbi glos.verb. domicilium,de
tempor.ordinat.lib.6. Rebuff.tom. 3. ad leges Galliæ, in
tract.de domicilij elect.in præf.num.9.Menoch.de arbitr.
casu 86.à num.6. & lib.6. de præsumpt.quæst.42.num.2.
Ceual.commun. contra commun. quæst. 604. à num. 54.
Decian.tractat.crim. lib. 4. cap.16. num. 8. Mascar. de
prob.concl.535.num.13. Sanch.de matrim.lib.3.disp.23.
à princip. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 181.
num.10.cum sequentibus,D. Didacus de Britto in consil.
in causa maioratus Regiæ coronæ,quæst.3.à num.1.Matta
in votis nouissimar.decis. voto 5. Fario. fragment.crimin.
p.1.littera D.num.208.Gutier.in tract.de gabellis q.114.
num.7. nouissimè Torrebl.d.lib.2.c. 13.n.10 .Rot. in
Granaten. Capellaniæ 1. Decembr. 1606. coram Card.
Marquemont. impressa per Farin. decis. 188. num. 1.
& 2.p. 2. recent. vbi asserit tantùm domicilium pro-
bari ex animo habitandi, & permanendi, quando
scilicet quis cum tota familia mobilia bona trans-
24 portauit,& habuit domum apertam;& in eo † dif-
ferunt domicilium,& habitatio;quia domicilium est
locus originis, vel perpetuæ habitationis: habitatio
verò est commoratio in loco per accidens,& animo
aliò se transferendi. Vnde ad habitationem sufficit
habitare pro aliquo tempore ex aliqua causa, putà
litis, vel studiorum: at vt aliquis in aliquo loco do-
micilium habere dicatur, requiritur animus perpe-
tuò permanendi, sine quo non contrahitur domici-
lium,l.ciues C.de incol.lib.10.Menoch.de præs. 42. n.2.
& de arbitr. casu 86.Sanch. d. disp. 23. n.1. Vbi enim
constat de animo & voluntate absque aliquo lapsu
temporis,acquiritur domicilium,Bald.cons.313. n. 1.
lib. 4. Sim .de Brettis cons.119.n.8.lib.1.Rota decis.150.
n.7.p.2.diuers.& decis.188.n.3.p.2.recent.
25 Quando enim quis habet animum recedendi, li-
cèt stet per mille annos,non contrahit domicilium,
Ioseph.Lud.Perusina decis.76. num.1. cum sequentibus,
Menoch. de arbitr. casu 86. n. 7. Marchio. de sacram.
Ordinis tract.1.p.5.c.7.n.1.
26 Ex quibus quoad nostrum propositum sequitur
illum,qui non longo tempore degit in aliquo loco,
dum tamen habuerit animum perpetuò in eo per-
manendi, quamuis illum statum mutet dum actu
non mutauerit habitationem,posse ab illius Antisti-
te, aut ciua accedente consensu ab alio ordinati. Ita
Nauar. consil.10. in antiq. & consil.2.in nouis,de tempo-
ribus ordinat. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici
resol. 263. Bonacina d. puncto 4. n. 4. cum sequentibus,
Vgolin.d.cap.26.§.2. Campan.d.cap.8. num.18. Hen-
riq.in sum.lib.10. cap.27. §. 1. Maiol.de irregular.lib.4.
cap.2. Iacob.de Graff.in aureis decis.p.1. lib. 3. cap. 2.
num.2. vers.sextum. Cened. canon.quæst.lib.1. quæst.38.
num.38.Alphons. Narbona ad l.10. glos.2. num.6.cum
seqq. tit.1. lib. 4.noua Recop.pag. 388. & seq. Marchin.
de sacram. Ordinis tract.1.p.5. cap.7. Nald. verb. Ordo
num. 2. Homobon.de Bonis de examine Ecclesiastico
tract.2. cap.1. quæs.5. num.2. Molfes. in sum. Theologiæ
moralis tract.2. cap. 2. n. 6. optimè Fagundez in quin-
que Ecclesiæ præcepta lib. 1.cap.8.num.12. vbi totus est
in ostendendo domicilium huiusmodi animo,& fa-
cto semel acquisitum,non posse deseri solo animo,
27 sed animo,& facto. † Qui in Vrbe,siue alibi per de-
cem annos resederit, potest ibi à Vicario Sanctissi-
mi ordinari,vt testantur decisum Armend.in add. ad
recop legum Nauarræ lib.1.tit.18.l.7.num.49. Molfes.in
sum. Theologiæ moralis tract.2.cap. 2.n.32.Breuiori tem-
pore domicilium contrahere intendens animum
ibi perpetuò manendi,suamque voluntatem verbo,
vel facto declarare debet, ex Bald. consil.393. incip.
Punctus talis n. 2. lib.1. atque ideò si vltra verba emit
illic domum, aut aliam possessionem, vel eam con-
duxerit, vt per Rotam Roman. decis. 150. incip. Do-
mini dixerunt,num.8. p.2. diuers. Prosp. de Augustino
in addit. ad Stephan. Quarant. in summa Bullary verb.
Ordo,vers.circa tertium,Vgolin. d. §.2. n.2. Campan.
d.num.18.Marchio.d.tract.1.p.5.cap.7.n.6. & hoc in-
telligitur cùm quis in locum aliquem maiorem par-
tem bonorum transfert,& ibi contrahit, dies festos
celebrat: aliter enim sola emptio domus, vel alicu-
ius partis bonorum domicilium non facit,cap. dile-
ctus, de rescript. cap. si Episcopus,de parochis, dict. cap.
cùm nullus;ita Piasec.d.cap.1.num.9. vers.vel fui,Aloys.
Ricc.d.resol. 263. n. 2. Præcipua enim coniectura,&
præsumptio propensi animi ad acquirendum domi-
cilium ea est,si quis non solùm habitationem trans-
tulerit,sed & simul secum familiam,& omnia bona
sua,vel eorum maiorem partem tulerit; nam ex illa
rerum suarum translatione coniecturatur, & præsu-
mitur animus alicubi permanendi,& ibidem domi-
cilium, & vicinitatem acquirendi,d. l. ciues C.de in-
colis lib.10.l.2. C.vbi senat.vel clariss. Vgolin. de officio
Episcopi part. 2. cap. 26. §. 2. num. 2. D. Barbos. in l.
hæres absens §. fin. num. 80. ff. de iudic. Narbona dict.
loco num.64.Marchin.d.tract.1.§.5. cap.7. num.7. vers.
secundò.
Quòd si dubitetur de animo, quem nusquam 28
verbis vel facto insinuauit,ad coniecturas recurren-
dum est, & in primis si assidua probetur habitatio
in aliquo loco non minori tempore decennij,vt te-
nent Doctores per text. ibi in d.l.1. C.de incol lib.10.
resoluunt Mascar.de probat.concl.534. num.7. Piasec.
vbi proximè,Surd.cons.346. num. 4. Rot. d. decis. 188.
n.3.p.2.recent.Vgol.d.c.26.§.2.n.2.Narbona citato loco
n.68. Marchin.d.c.7.n.3. Rot. in Ariminen.gabellæ 19.
April. 1627. coram Card. Virili Aloys. Ricc. d. loco
Bonacina d.puncto 4.n.12.Campan.d.n.18.vers.quod si,
Menoch.de arbitr.casu 86.num.13.vbi obseruat quòd
quando sumus in dubio ex cursu decem annorum,
dummodò sint continui, præsumitur quòd ille no-
luerit recedere, nisi adsit aliquod indicium illum
non habere animum permanendi ibidem.
Quod accidit in scholaribus, & Castellanis, qui 29
semper cogitant de redeundo ad patriam; vt per
Steph.Gratian. discept. forens. cap. 181. num. 4. & 5.
Farinac.fragment.criminal. p. 1. littera D,num.215. &
222. Piasec. in praxi noua Episcop. vbi proximè, Al-
phons. Narbona vbi suprà n. 23. vers. sic & scholaris,
Ignat.de Villar.in sylua responsorum lib.1.resp.7.part.5.
n.21. vbi n. 24. idem dicit de famulo,qui ad tempus
domino seruit;quamuis credit scholarem decennio,
aut longiori tempore ciuitatem habitantem studij
causa inibi acquisiuisse domicilium propter hoc
temporis spatium,Ioan.And. in cap. quod clericis post
n.4.vbi Aretin.n. 7. de foro comp. Bart.in l.ex Cornelio
§.si tamen n.1 ff.de iniur.Menoch.de casu 86. sub n.22.
Quos quidem Doctores intelligerem quando hu-
iusmodi scholaris studio finito, decennali tempore,
& maiori commoratus sit,ex quo deduci possit ma-
gis habere animum domicilium contrahendi,quàm
studendi,vt ex Stephano Gratian.d. cap. 181. num.6.
& 7.resoluit Alphons. Narbona loco proximè citato.† 30
Animum autem recedendi à ciuitate non habet ille,
qui in ea relinquit filios,ex Tiraq. in l. si vnquam, in
princip. C. de reuocat. donat. vbi etiam resoluit,quòd 31
† si ex statuto absentes non potiantur priuilegiis
Ciuitatis, satis est patrem esse in ciuitate, vt filius
absens priuilegiis potiatur.

32 Baro an possit assumi ad Ordines ab eo Præsule in cuius diœcesi habet feudum? Et posse resoluit Campanil. *d.c.*8. *num.*20. vbi ampliat etiamsi in feudo non habitet Baro, alibique retineat domicilium, me citato *in hoc loco* Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 7. *num.* 15.

33 Sic etiam filij horum Baronum adipiscuntur domicilium in eodem loco, in quo genitor propter dictum feudum contraxit, argumento tex. *in d.l. assumptio §. filius, & in l. libertus §. patris domicilium ff. ad municip.* nam vt originarius quis dicatur, non solùm requiritur, vt si natus in loco, sed quòd parentes etiam domicilium ibi contraxerint, Rota Rom. *diuers. decis.* 327. *num.* 3. *p.* 1. Mari. Antonin. *variar. resol. lib.* 1. *resol. final. casu* 33. *in fine*; quibus fundamentis hanc partem sequitur Campan. *dict. cap.* 8. *num.* 21. quamuis ipse in inuestiganda huius quæstionis veritate diu moratum esse asserat, me citato *in hoc loco* Marcel. Vulpe *d.c.* 7. *n.* 26.

34 Senator etiam, aut alter quiuis officialis perpetuus alicuius Principis, quamuis eius loci, in quo Senatoriam exercet dignitatem, minimè sit ciuis, ex text. *in l. ciues C. de incolis lib.* 10. domicilium tamen illic acquirere tenet Anna filius, rescribens votum ternum *in obseruat* 7. *incip. Placuit*, per text. *in l. Senatores, eodem tit. de incol.* & per consequens ordinari posse ab Episcopo loci in quo huiusmodi domicilium contraxit, resoluit Campan. *d.c.* 8. *n.* 22. *& n.* 23. aduertens ad illorum filios hoc extendi, latè in terminis Thom. Valasc. *d. alleg.* 5. *n.* 38. *cum seqq.* & Marchin. *d c.* 7. *n.* 16.

35 Relegatus retinet domicilium in eo loco, vbi habitat relegationis causa, ex tex. quem ad hoc clarum suspicor, *in l. filij librorum §. relegatus ff. ad municip.* cuius verba sunt. *Relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet*; ad quod dicendum impellor dict. illa, *interim*, verboque illo, *necessarium*; nam quamuis post quæsitum domicilium mutari possit, attamen dum quæritur & retinetur, abesse debet animus ab eo discedendi, & ideo destinatus animus, illicque permanendi adesse dicitur, prout requiritur ad quærendum domicilium, vt suprà dicitur. Non tamen obliuiscor Vlpiani auctoritatem *in l. eius qui manumissus, §. final. ff. ad municip.* qua probatur relegatum domicilium eo loci vnde arcetur, habere vbi *gloss. vltim.* exponendo illa verba, *vnde arcetur*, dicit, id est, in quo; sed huiusmodi Vlpiani responsio nullam affert contrarietatem cum Paulo Iurisconsulto *in dict. §. relegatus*; reiecta enim glossæ distinctione dicentis in perpetuo relegato planum esse, quod *in dicto §. relegatum*, asserit Paulus Iurisconsultus, aliàs non ita, quasi insinuet tunc procedere Vlpiani dictum; tenendum igitur est relegatum domicilium habere eo loci vnde arcetur, scilicet ab eo vnde trahit originem, & in eo loco in quem relegatus est; exclusa denique intelligentia de exulato in perpetuum, propter dictionem, *interim*, de qua *in d. §. relegatus*; de quo tamen vide Petr. Gregor. *in tract. de beneficijs cap.* 36. *num.* 20. Campan. *d. cap.* 8. *num.* 25. licèt superfluam hanc quæstionem putem, cùm relegatum ordinari non posse certum sit, tanquam subiectum pœnæ, quoad filios tamen non dubitatur, nisi aliud Canonicum obstet impedimentum.

36 Libertus insuper si promoueri petat, in illis casibus, quibus potest, ab illo Præsule erit assumendus
ad Ordines, qui est superior eius loci, vnde trahit
originem patronus; quia eius loci est ipse libertus
municeps, non vbi patronus habet domicilium; ita
37 Campan. *d. cap.* 8. *num.* 24. vbi etiam asserit † expositos ab eo posse ordinari Antistite, qui eius, est loci Ordinarius in quo expositi sunt, cùm parentes ignorentur, quia illius sine dubietate effecti sunt ciues, ex Bart. *in l.* 1. *num.* 21. *ff. ad municip.* Hippol. *in l. infans num.* 10. *ff. ad legem Cornel. de sicar.* Mandos. *in tract. de minori ætate cap.* 1. *num.* 34. Stephan. Gratian. *d.c.* 75. *num.* 12.

Duobus in locis domicilium habitationis habere 38
quis potest, si æquè is in duobus locis habitaret, *l.*
habeo, l. assumptio, l. eius §. Celsus, ff. ad municip. cap. 2. *de*
sepultur. lib. 6. *gloss. verb. domicilium, in cap. pen. de temp.*
ordin. eod. lib. Socin. *in cap. fin. num.* 21. *de foro compet.*
Alphons. Narbona *vbi sup. num.* 58. Marchin. *d. tract.* 1.
p. 5. *cap.* 7. *n.* 10. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 24. *num.* 2.
Vgolin. *d.c.* 26. §. 2. *n.* 3. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 20.
à n. 48. Rot. *d. decis.* 188. *num.* 4. *p.* 2. *recent.* & ita apud
Episcopum vnius ex locis poterit ordinandus Ordines suscipere, vt videtur insinuare Vgolin. *d.c.* 26.
§. 2. *num.* 3. Torreblanca *d. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 15. Quando
verò † huiusmodi domicilia non sunt æquè princi- 39
paliter contracta, & illis scilicet circumstantiis, quæ
requiruntur ad illud verè contrahendum, principalius semper inspiciendum est, Menoch. *consil.* 398.
num. 23. Ioseph. Ludouic. *Perusin. decis.* 85. *num.* 5. nec
illo priuatur si iusta ex causa ad alias migrasset ciuitates, & prouincias; propositum tamen habuerit redeundi, vt tenent Roman. *consil.* 264. *num.* 3. Campan.
d. cap. 8. *num.* 18. *vers. cum itaque*; † propositum verò 40
aliò migrandi, & non redeundi, præsumitur ex eo quòd quia recedit ab aliquo loco cum supellectili, ex Mascard. *concl.* 99. *num.* 6. vel familia sua, Farinac. *fragment. crimin. p.* 1. *lit. D, num.* 214. Hinc si quis duo domicilia sub diuersis Episcopis haberet, in quibus si non æquis Mathematicis temporibus, saltem propè æqualitatem habitaret, posset indifferenter à quocunque ex his duobus Episcopis ad Ordines promoueri, quia ratione vtriusque domicilij fit singulis subditus, Molfes. *in sum. tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 6. Marchin. *d. tract.* 1. *p.* 5. *c.* 7. *n.* 13.

Quæsito iam domicilio ex supradictis causis, potest Episcopus domiciliario prædicto Ordines conferre, Vgolin. *dict. cap.* 26. §. 2. *per tot.* Piasec. *dict. cap.* 1. *num.* 9. *vers. vel suo*, Alphons. Narbona *vbi suprà num.* 131.

Nullus tamen ratione domicilij ordinari potest, 41
nisi priùs consulto priore Episcopo, cùm locum suum primum illo inconsulto deserere non possit, Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 16. Zerola *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. dimissoria §.* 1. Alphons. Narbona *d. loco num.* 132. Piasec. *d. cap.* 1. *num.* 10. *vers. ampliatur* 2. Sed in hoc omninò falluntur, nec prædictum Trident. decretum, quod referunt, suam probant intentionem; verius enim est non requiri Episcopi licentiam in domicilio mutando, vt habetur *in cap. fin.* vbi notat Abb. *num.* 1. *de paroch.* & obseruant Vgolin. *d. cap.* 26. §. 2. *num.* 2. Campan. *dict. cap.* 8. *num.* 25. tenetur tamen portare veritatis testimonium circa mores, sufficientiam, ac natalia, nisi à teneris annis domicilium fuerit translatum, & illic habitatio continuata, vsque ad tempus promotionis, in quo potest tunc seruari quod disponit Conc. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 5. circa diligentias ordinandorum præmittendas.

Illud tamen consideratione dignum existimauimus in hac materia, quòd scilicet Episcopus ratione domicilij tantummodo potest aliquem prima Tonsura, vel minoribus Ordinibus initiare, non verò alijs ordinibus, vbi Episcopus originis eundem ordinasset ad titulum beneficij requirentis residentiam, vel ad titulum patrimonij pro vtilitate & necessitate

cessitate suæ Ecclesiæ; tunc enim etsi dictus clericus
domicilium ad alium Episcopatum transferret, non
posset ab eo Episcopo ratione domicilij contracti
promoueri ad Diaconatum, vel Presbyteratum; quia
tunc remitti debet ad priorem Episcopum, vt inser-
uiat Ecclesiæ, cui prius fuit adscriptus. Ita tenent
Quarant. *in sum. Bullarij, verb. Ordo, vers. circa tertium,*
Piasec. *d. p. 1. c. 1. n. 9. vers. ampliant secundò*, Iulius Cæ-
sar Madius *de sacris Ordinibus c. 8. num. 11. vers. quod
de clerico*, quos refert, & sequitur Marchin. *d. tract. 1.
p. 5. cap. 7. num. 14.*

42 Tertio modo, habito respectu ad Ordines susci-
piendos, quis subiectus est Episcopo Diœcesis, in
qua beneficium ipse habet, & potest ab illo ordi-
nari, seu ab alio de eius licentia, quamuis aliàs ei alio
modo subditus non sit, probat text. *in cap. cum nullus,
de tempor. ordinat. lib. 6.* tenent Borg. de Paz *l. 3. Tauri
num. 398. cum pluribus seqq.* Alphons. Narbona *d. loco
num. 204. cum seqq. pag. 410. & seq.* Piasec. *in praxi noua
Episcop. p. 1. cap. 1. num. 10. vers. ratione beneficij*, Mari.
Antonin. *var. lib. 1. resolut. fin. casu 28.* Campan. *in di-
uersor. Iuris Canon. rub. 9. cap. 8. num. 11.* Armendar. *in
addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. lib. 7. in de-
clar. num. 61.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol. 258.
in 2. edit. & in praxi aurea resol. 49.* Vgolin. *de potestate
Episcopi cap. 26. §. 3.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 2.
cap. 4. à num. 1.* Bonacina *de Sacramen. disputat. 8. quæst.
vnic. puncto 4. num. 14.* Homobon de Bonis *de examine
Ecclesiast. tract. 2. cap. 1. quæs. 5. num. 3.* Mossес. *in sum.
Theologia moralis tract. 2. cap. 2. num. 7.* Squillante *de
priuileg. cleric. cap. 4. num. 237. cum seqq.* Scip. de Rubeis
in suis aphorism. Episcopalib. verb. Ordo, sub num. 18.
Thom. Valasc. *alleg. 5. à num. 26.* Sanchez *dict. lib. 7.
cap. 1. dub. 23.* vbi *num. 15.* subdit domicilium compa-
ratum ex beneficio finiri beneficio dimisso, latè
Marchin. *d. tract. 1. part. 5. cap. 8. per tot.* nouissimè Mar-
cel. Vulpe *d. cap. 7. n. 27.* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 13.*
43 *num. 12.* † Clericus enim habet domicilium, & est
ciuis illius Diœcesis, in qua situm est eius benefi-
cium, dum illud possidet, Bart. *in l. hæres absens §. pro-
inde num. 5. ff. de iudic. & in l. 1. num. 13. ff. ad municip.*
Palat. *in repet. rub. §. 39. num. 1.* Boer. *decis. 260. incip.
Præsuppositio num. 20.* Cardos. *in praxi iudicum &
aduoc. verb. domicilium n. 6.* Thom. Valasc. *d. alleg. 5.
num. 29.*

44 Amplia *primò* procedere in beneficio tenui, ra-
tione cuius sit beneficiatus subditus illius Episcopi,
in cuius Episcopatu extat, quia *d. c. cum nullus*, & alia
huiusmodi, non explicant valorem & qualitatem
beneficij, sed simpliciter, ac generaliter loquuntur;
tum quia multi Canones de beneficio verba facien-
tes, locum habent in beneficio etiam tenui, putà tex.
Concil. Trid. *in cap. 6. sess. 23. de reformat.* concedens
45 tonsurato, † vel possidenti beneficium gaudere
priuilegio clericali nedum in ciuili, sed in capitali
etiam causa; qui intelligitur, si quodcumque quam-
uis exiguum possideat beneficium, vt per Nauar. *in
tract. de horis canon. cap. 21. num. 11.* Azor. *institut.
moral. part. 1. lib. 10. cap. 3. vers. secunda opinio*, Nicol.
Garcia *de benefic. part. 1. cap. 6. num. 37. & p. 2. cap. 2.
num. 3.* Quibus fundamentis hanc ampliationem te-
nent idem Garcia *d. part. 2. cap. 4. num. 8.* Henriq. *in
sum lib. 10. cap. 22. §. 1. iuncto commento lit. C, & cap. 17.
in commento lit. Q.* Campanil. *dict. cap. 8. num. 12. &
rub. 8. cap. 5. num. 19.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.
49. num. 1.* Diana *moral. resol. p. 4. tract. 4. resol. 51.* Mar-
chin. *d. p. 5. cap. 8. num. 14.* vbi secus dicit si beneficium
sit tenuissimum, Volpe *d. cap. 7. num. 27.* Quamuis
contrarium, imò præfatum Episcopum ratione be-
neficij tenuis sacros Ordines conferre non posse te-
neant Piasec. *dict. cap. 1. num. 10. vers. ratione beneficij*,
Prosper de August. *addit. ad Quarantam in summa
Bullarij, verb. Ordo*, Vgolin. *d. cap. 26. §. 3. in fine.* Aloys.
Ricc. *in praxi fori Eccles. resol. 260. & part. 3. decis. 77.*
Squillante *de priuil. cleric. cap. 4. dub. 18. num. 238.*
quorum opinionem illo tantum casu reciperem,
quando scilicet beneficium esset tenuissimum, ratio-
ne præsumptæ fraudis, veluti in reddente quatuor
ducata in anno, vt exemplificat Zerola *in praxi
Episcop. part. 1. verb. beneficia, §. 3.* vel ad summum in
reddente septem ducata, ex Soto *de Iustitia lib. 1. r.
quæst. 5.*

Secundò amplia etiamsi beneficium residentiam 46
non requirat, nec in illo, aut Diœcesi resideat, ex
generalitate *d. cap. cùm nullus*; quamuis enim ob be-
neficium requirens residentiam requirat beneficia-
tus domicilium in loco, vbi illud possidet, prout re-
soluunt Innoc. *in cap. ex ore, post num. 2. vers. item in
casibus, de priuileg.* vbi Butr. *num. 10.* Rebuff. *in praxi
benefic. tit. de dispensat. de non resid. num. 74. vers. ad hæc
clericus.* Vgolin. *d. cap. 26. §. 3.* Mari. Antonin. *var. resol.
lib. 1. resol. vlt. casu 28. vers. secundò, tam ratione beneficij*,
D. Acuña *ad princip. dist. 71. num. 8.* Mascard. *concl. 534.
num. 5.* Cardin. Tusc. *verb. domicilium concl. 596. à n. 1.*
Farin. *fragment. crimin. part. 1. lit. D, num. 226.* † Quo- 47
ad capiendos tamen Ordines etiam domicilium
contrahitur in loco beneficij simplicis, & residen-
tiam non requirentis, Henriq. *in sum. lib. 10. de sacram.
Ordinis cap. 22. §. 1.* Piasec. *d. cap. 1. num. 10. vers. secun-
do.* Campanil. *d. cap. 8. num. 12.* Aloys. Ricc. *in praxi
aurea resol. 49. num. 1.* Thom. Valasc. *tom. 1. allegat. 5.
num. 30. cum seqq.* Vgolin. *d. cap. 26. §. 3. vers. secundò
locum habet*, Alphons. Narbona *d. loco num. 214. pag.
421.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 1. dub. 23. num. 7.* Marchin. *d.
tract. 1. part. 5. cap. 8. num. 3. & 4.* Quamuis Marc. An-
ton. Genuens. *in sua praxi cap. 48. num. 3.* asserat seruari
in Curia Neapolit. vt aliquis non ordinetur absque
dimissoriis ratione beneficij simplicis. nam huius-
modi praxis non est iuri consona; si enim text. *in d.
cap. cùm nullus*, eiusque conditor comprehendere tan-
tùm voluisset obtinentem beneficia cum residentia,
non vtique adiunxisset verba illa, *de beneficio Eccle-
siastico*, sed domicilij dumtaxat, & originis memi-
nisset; quia sub domicilio comprehenderet obti-
nentem beneficium cum residentia, vt suprà proba-
uimus.

Tertiò amplia in possidente præstimonium, quia 48
ibi domicilium habere dicitur, ac proinde ab Epi-
scopo loci, vbi est situm præstimonium, vel Ordi-
nes, vel dimissorias obtinere potest; vt resoluunt
Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 22. §. in commento lit. H*,
Campanil. *d. cap. 8. num. 19. vers. & qui*, Marchin. *dict.
cap. 8. n. 5.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol. 258. in
fine*, † Præstimonia enim inter Ecclesiastica bene- 49
ficia connumerantur, *cap. fin. de concess. præbendæ in 6.*
cum citatis à Nicol. Garcia, qui plures Doctores re-
fert, *de benefic. p. 1. cap. 2. n. 117.* Idem dicendum in
Capellania, quæ est perpetua, & in titulum collata,
Aloys. Ricc. *p. 2. decis. 190.* Alphons. Narbona *d. loco
n. 215. pag. 422.*

Quartò amplia, vt procedat etiamsi non habeat 50
beneficium in titulum, sed in commendam, si est
ad vtilitatem commendatarij, maximè perpetuam,
quia ista reputatur titulus canonicus, seu habet
vim tituli, vt resoluit Nicol. Garcia *part. 4. de benefic.
c. 4.* & in nostris terminis hoc fundamento ita tenet
p. 2. cap. 4. num. 10. vbi *num. 12.* ampliat principalem
resolutionem procedere, siue istud sit beneficium
propter quod Ordinem recepit, siue non, Aloys.
Ricc. *in praxi aurea resolut. 49. num. 2.* Sanch. *dict.*

lib.

lib.7.cap.1.dub.25.num. 8. Marchin.*dict.part.* 5. *cap.*8. *num* 16.

51 *Quintò* ampliat, vbi plura beneficia habet in diuerſis Diœceſibus, quia ab vnoquoque illarum Antiſtite promoueri ſine dubio poſſet; ita Anchar. *d. c. cùm nullus num.* 1. *verſ.circa ſecundum*, Campanil. *d. c.* 8.*num.*14.Sanch.*d.lib.*7.*c.*1.*dub.*23.*num.*17. Marchin. *d.p.*5.*c.*8.*n.*8.Nic.Garc.*de benef.p.*2.*c.*4.*n.*2. D. Acuña *in comment. ad princip. diſt.* 72. *num.*7. *in initio*; exploſa diſtinctione Felin. *in cap.dilectus il* 2.*num.*3. *de reſcriptis*, commendata à Bernard.*in pract.cap.*10.*ſub n.*1.& Vgolin.*d.c.*26.§.3.*verſ.quarto loco habet.*

52 Aduertendum tamen eſt, quòd Epiſcopus, in cuius Diœceſi eſt beneficium, poterit ordinare beneficiatum, etiamſi beneficium eſſet ſubiectum alteri Epiſcopo quoad prouiſionem, id eſt, etiamſi ſpectaret ad prouiſionem alterius Epiſcopi, ſecus ſi etiam quoad Iura Epiſcopalia, vt per Proſper. de Auguſtino *in addit.ad Quarantam verb.Ordo, verſ. circa ſecundum*, Campanil.*d.cap.*8.*n.*15. Nicol. Garcia *d. part.*2. *cap.*4.*num.*15. Sanch.*d.dub.*23. *num.*12. Quamobrem
53 † ſi beneficium vnius Diœceſis vnitum fuerit alteri, vel præbendæ diſtinctæ Diœceſis, non niſi Epiſcopo ſubeſſet, in cuius Diœceſi exitaret beneficium, vel præbenda, cui annectitur. Ita Campanil. *d. num.* 15.

54 *Sextò* amplia, vt non ſolùm poſſet eum ordinare Epiſcopus beneficij, ſed etiam cum eo diſpenſare in interſtitiis, & etiam in illegitimitate ad minores Ordines; nam cùm ratione beneficij ſit ſubditus illius quoad Ordines, eſt etiam ſubditus quoad omnia concernentia Ordines, & illis annexa, per *l.* 2. *ff. de iuriſd.omn.iud.* Ita Nicol.Garcia *d.p.*2. *cap.*4.*num.*14. Aloyſ. Ricc.*in praxi aurea, reſol.* 49. *num.*3. D. Acuña *in princ.diſt.*71.*n.*7.*verſ.*3.

55 *Septimò* amplia ſupradicta procedere habita beneficij poſſeſſione, ita vt non ſufficiat ſola collatio, ſeu titulus, ad hoc vt efficiatur de eius foro. Ita D. Acuña *vbi ſup.num.*7.*verſ* 4. Nic. Garc.*d.part.*2.*cap.*4. *n.*16.vbi *n.*17.reſoluit ſolam poſſeſſionem ſine titulo iuſto ſufficere. Quicquid teneat Aloyſ.Ricc. *part.* 2. *deciſ.*189.

56 *Octauò* amplia etiamſi beneficium habeat certum Ordinem annexum, putà Subdiaconatum, vel Diaconatum: tunc enim poterit ratione talis beneficij ordinari ab illo Epiſcopo, etiam ad alios Ordines, vt per Domin.*num* 9. & Franch. *num.* 3. *in dict. cap. cùm nullus.* Aloyſ. Ricc. *in dict. praxi aurea, reſol.* 49. *num.* 3. Marchin. *dict. tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 8. *num.* 6. D. Acuña *in comment.ad princ.diſt.* 71. *num.* 7. vbi tenet quòd licèt beneficium non requirat niſi primam Tonſuram, adhuc Epiſcopus beneficij poterit omnes Ordines tam minores, quàm maiores conferre beneficiario.

57 Limitatur tamen *primò* ex cauſa penſionis, quia illius ratione nulli ſubiicitur Præſuli, & promoueri ab eo non vtique poteſt. Ita Aloyſ.Ricc.*in praxi fori Eccleſ. deciſ.*302. *in* 1. *impreſſ.& reſolut.* 261. *in* 2. *impreſſ.* Vgol.*de poteſtate Epiſcopi,cap.*26.§.3.*verſ.excipitur tamen primò*, Campan.*in diuerſ. Iuris Canon. lib.*9. *cap.*8.*num.*17.*verſ.ex cauſa*.Marchin.*d.tract.*1.*part.*5. *cap.*8.*num.*10.D.Acuña *in princ.diſt.*71.*n.*9.

58 *Secundò* limita, ſi beneficium obtentum fuerit in fraudem, quia tunc non iuuat, quoad ſuſceptionem Ordinum, ex gloſſ.*in cap.eos qui.verſ. figmento, in fine, de tempor. ord.* Franch.*in dict.cap. cùm nullus, prope n.*4. Piaſec.*in praxi noua Epiſc. part.*1. *cap.*1. Aloyſ. Ricc. *reſolut* 262. quamuis dubitet Campanil. *vbi ſuprà num.*17.

Tertiò limita ratione patrimonij, non enim poteſt quis ordinari ab Epiſcopo, in cuius diœceſi patrimonium habet, ſi ratione originis, aut alia de cauſa ſubditus non ſit, Hieron. Venero *de exam. Epiſcop. lib.*1.*c.*12. *n.*44. Campan.*d.rub.*9.*c.*8. *n.*17. Alzedo *d. p.*2.*c.*5.*n.*61.

Quartò limita in habente præbendam temporalem, ratione cuius non poteſt quis ordinari ab Epiſcopo Diœceſis, in qua eam habet, vt in terminis reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 49. *num.* 3. eo quòd nihil ſpiritualitatis habeat, cùm æquiparetur prædio, & commoditati temporali pro ſoluendis ſalariis Aduocati, Procuratoris, muſicorum, & ſimilium, vt obſeruat Gonzal. *ad regul.* 7. *Cancell. gloſſ.*5. §.1.*num.*9. 59

Sicut poteſt quis ordinari ab Epiſcopo originis, vel domicilij, ſeu beneficij, ita etiam à quolibet eorum litteras dimiſſorias accipere poterit, vt ab alio valeat ordinari, vt notat Molfeſ.*in ſum.Theologiæ moralis tract.*2.*c.*2. *num.*21. obſeruans *ſacram Congr.* cenſuiſſe, vt ſemper in hoc præferatur Epiſcopus loci, in quo quis habet beneficium.

Non modò ſeculares clerici, ſed Religioſi præterea vetantur Ordines ſuſcipere ab alio Antiſte, quàm ab Epiſcopo illius loci, cui à Superiore Regulari deputati fuerunt, Anchar. *in cap. cùm nullus, num.* 5. *verſ. quartò, de tempor. ordin. in* 6. vbi Franch. *poſt n.*5.Sylueſt.*verb. Ordo* 3. *num.*3. Miranda *in man. Præl.q.*38. *art.*2. *tom.*1. Sanch.*in opuſcul.moralib.lib.*7. *cap.*1.*dub.*20. *num.* 44. *&* 45. & quamuis text. *in dict. cap. cùm nullus*, §. *religioſi*, videatur per argumentum à contrario ſenſu probare, vt hoc procedat in Religioſis non exemptis, ſecus verò in exemptis; nihilominus in exemptis hoc verum eſſe dicit ibi gloſſ. & Anchar. Franch. ac Gemin. Ipſi tamen licèt dimiſſorias à propriis Regularibus Superioribus obtinuerint, ordinari debent ab Ordinario loci, in quo ſitum eſt monaſterium, licèt in eis non requirantur alij modi quæſitæ Diœceſis, vt ex *decreto Sacræ Congreg.* conſtat, & ordinatum fuit à Leone X. in Concilio Lateranenſi in Bulla moderationis priuilegiorum Religioſorum, refert Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. part.*1.*cap.*1. *num.*10. *verſ.quartò extende*, vbi etiam dicit ab hac obligatione exemptos eſſe Patres Societatis IESV, quibus Gregor.XIII.indulſit, vt à quocumque Antiſtite Catholico ordinari poſſint, refert Fr.Eman.*quæſt.regul.tom.*1. *quæſt.* 18. *art.* 6. & ita alij 60
† Regulares, ad quos prædicta exemptio non extenditur, promoueri debent ab Epiſcopo loci, vbi degunt, vel ab alio eius accedente conſenſu, Henriq. *lib.*10.*cap.*23.§.1.Thom. Valaſc.*d.alleg.*5.*num.*84. *cum ſeqq.* accedentibus tamen litteris dimiſſoriis ſuorum Regularium Superiorum, Maiol.*de irregul.lib.*4.*c.*10. *num.*2.Nauar.*conſ* 22.*in antiq.aliàs* 36.*in nouis de tempor.ordin.* Sayr.*in floribus deciſ.ſub illo tit.deciſ.*24.Campan.*rub.*12. *cap.*15. *à num.*33. Fr. Ludou. Miranda *in man.Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 39. *art.* 2. Campan. *rub.* 9. *cap.*3.*& rub.*12.*cap.*13.*à num.*33.Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, part.*1. *cap.*4. *num.*36. Homobon. *d. tract.*2.*c.*1.*q.*2.*in fine*, Aloyſ.Ricc.*Neap.deciſ.*118.*n.*3. *part.*4.Lezana *in ſum.quæſt.Regul.cap.*14.*n.*12.per tex. *in cap. nullus* 58. *diſt.* iuxta modum & formam traditam à Clem.Papa VIII.in ſua ordinatione, quam refero *alleg.*7.*n.*18. 61

Si autem Regulares degant in monaſteriis ſitis in locis nullius diœceſis, debent ordinari ab Epiſcopo viciniori, vt ſuprà Nald. *in ſum. verb. Ordo,n.* 26. Lezana *d.c.*14.*n.*12.*in fine.* 62

Quamuis Pius V. *Conſtitutione ſua* 37. Incip. *Etſi Mendicantium Ordo*, decreuiſſet Fratres huiuſmodi etiam ſacros Ordines à quolibet Antiſtite, gratiam

&

& communinnem Apostol. Sedis habente, Ordinarij loci minimè requisita licentia, in locis, siue domibus Fratrum huiusmodi, siue alibi, recipere posse: hæc tamen Constitutio reuocata fuit per Greg. XIII. felicis mem. *in sua Constit.* 15. incip. *In tanta rerum*, vbi dispositionem præfatæ Bullæ Pij V. reducit ad terminos Iuris communis, ac Concil. Trid. quo attento hodie Regulares non possunt ab Episcopis ordinari etiam in suis domibus sine licentia Diœcesanorum; in quorum districtu eorum monasteria sita sunt, refert Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 3. Lezana *d. c.* 14. *n.* 11.

63 An Episcopus valeat infra annum probationis ordinare nouitium alibi natum, si tamen in eius Diœcesi moretur, & probationem faciat? Et licèt videatur dicendum non posse, cùm non sit Religiosus, indeque exire valeat, ita quòd Iura loquentia de ingredientibus monasteria intelligantur cum effectu, sequuta scilicet possessione, vt per text. *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles.* resoluunt Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 20. Peregr. *var. lib.* 6. *num.* 69. Petr. Cened. *pract. & Canon qq. lib* 1. *q.* 6. *num.* 17. Attamen Anchar *in cap cùm nullus num.* 4. *de tempor ordin. lib.* 6. ibique Franch *in finalibus verbis*, affirmatiuam tuentur partem in hoc specifico casu, cùm satis sit posse inibi perperoò moram trahere, atque ideo de ipso tanquam de perpetuo iudicari debeat, sequitur Campan. *d. tract. rub.* 9. *cap.* 3. *num.* 3. & nouissimè Aloys. Ricc. *in decis. curiæ Archiep. Neapol decis.* 118. *n.* 6 *p.* 4. Lezana *in sum. quæst. Regul cap.* 14. *num* 6. vide *alleg.* 7. *n.* 33. non posse tamen huiusmodi nouitios minoribus insigniri Ordinibus ab Abbatibus suis dixi *alleg.* 3. *num.* 8.

64 Difficultas insurgit, an Episcopus faciens Ordines in aliqua Diœcesi de licentia Diœcesani, ordinare possit non solùm personas eidem Ordinatio subiectas, verùm etiam clericos, & Fratres aliarum Diœcesum legitimas licentias, atque dimissorias portantes? Affirmatiuam partem tenent Fr. Emman. *in sum. p.* 2. *cap.* 14. *n.* 7. Miranda *in man. prælator. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 3. *concl. vn. in fine*, asserentes Concilij verba *sess.* 6. *de reformat. cap.* 5. ibi, *in personas eidem Ordinario subiectas tantùm*, ad hunc sensum esse intelligenda, quòd prædicti Episcopi ordinare non possunt eos, qui Episcopo Diœcesano non sunt subiecti, nisi etiam ipsi à suis propriis Ordinariis litteras dimissorias habeant legitimas ad recipiendos Ordines, illasque repræsentent ante Episcopum Ordinatium, refert Alaedo *dict. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 31. vbi declarat Vide Diana *part.* 4. *tractat.* 4. *resol.* 144.

65 Circa Ordinum susceptionem magna sunt à Summis Pontificibus priuilegia concessa sacræ Religioni Sancti Ioannis Hierosolymitani, quæ omnia cum statutis prædictæ Religionis accepi in hac Romana Curia à perillustri, & Nobili D. meo Emmanuele Barbosa, consanguineo meo, eiusdem sacræ religionis Equite dignissimo, ac Sancti Iacobi de Fontes Commendatori meritissimo, & inter alia inueni Pij IV. Bullam incip. *Circumspecta*, *sub Dat. Romæ* 24. *Martij anno* 1561. vbi quoad hoc propositum sic habetur. *Necnon exemptionem, & liberationem prædictas, ita quòd Magistri Bauliuorum, Priorum, Præceptorum, & dicti Hospitalis Fratres Capellani, à quocumque Catholico Antistite sub Romana Sedis obedientia constitutos sacros Ordines etiam extra tempora à Iure statuta tribus diebus festiuis suscipere, & in quibusuis tam secularium, quàm Regularium Ecclesiis, absque alicuius licentia, etiam Altari portatili celebrare possint*; quæ quidem Pij IV. Bulla, ac aliorum prædecessorum Constitutiones, & priuilegia illis concessa, confirmata fuerunt per Pium V. *in sua Constit.* incip. *Etsi cuncta*, *sub Dat. Romæ* 29. *Nouembris anno* 1568. & per Greg. XIII. *in sua Constit.* incip. *Quo magis*, *sub Dat. Romæ* 23. *Martij* 1580. ac per Sixtum V. *in sua Constit.* incip. *Etsi*, *sub Dat. Romæ* 20. *Septembris an.* 1586. & per Gregor. XIV. *in sua Constit. incip. Quanta Christiana*, *sub Dat. Romæ vltimo Aprilis* 1591. & per Clement. VIII. *in sua Constit.* incip. *Pastoralis*, *sub Dat. Romæ* 27. *Iunij* 1592. Quibus Constitutionibus plura in gratiam huius Sacræ Religionis concessa inuenies, vltra alia priuilegia sibi à sancta Sede Apostolica liberalissimè concessa, quæ in eius seruitiis asseruantur. Nequit Episcopus illum ordinare, qui Diaconatum, aut Subdiaconatum suscepit à Papa sine eius expressa licentia, *cap. filium* 1. *quæst.* 1. *cap. in distribuendis, de tempor ordin. l.* 1. *tit.* 5. *part.* 1. Gambar. *de potest. legati à latere lib.* 2. *n.* 267. Alzed. *de præcellent. Episcop dignit. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 29.

Denique illud notare oportet, denegare Ordi- 66
nes, aut dimissorias non posse Episcopum ei, qui obtinet beneficium, vel est in dignitate Ecclesiastica constitutus, vt probat *cap. ex tenore*, & ibi gloss. *de tempor. ordinat.* nisi desint in eo debitæ qualitates, aut aliquod habeat Canonicum impedimentum. Aliis verò non tenetur Ordinas conferre Episcopus, *c. ad aures, eod tit.* maximè stante dispositione Concil. Trid. *sess.* 21. *de reform. c.* 2. ibi, *nisi illis quos Episcopus iudicauerit assumendos*. quæ verba cùm denotent boni viri arbitrium, hoc est voluntatem rationi submissam, *l. fideicommissaria* 2. *ff. de fideicommiss. libert.* gloss. *verb. visum in c.* 2. *de corpore vit.* Lap. *alleg.* 60. *n.* 3. ideo si Episcopus legitimè non interponat arbitrium, Deum solummodo Iudicem habebit, gloss. *verb. relinquitur, in cap. statutum § accessorem, de rescript. in* 6. Calcan. *cons.* 38. *n.* 7. ac proinde non dabitur appellatio; quia Superior non potest animum, & conscientiam inferioris immutare, Bald. *in l.* 1. *n.* 10. *vers. scias tamen. C. de sent. ex breuicul. recit.* Cou. *var. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 3. *vers & ab eo*, ex quibus nullum posse contra prohibitionem sui Prælati ordinari, aut ab illo conqueri, seu ab eo appellare, eo quòd illum ordinare nolit, resoluit Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol.* 587. *in* 2. *edit.* aliàs *decis.* 693. *in* 1. *edit.* & censuit Rot. *in Elboren. Ordinum* 24. *Iunij* 1618. coram *R. P. D. Remboldo, &* 18. *Februarij* 1619. coram *Reuerendiss. D. meo Decano.*

Vnde fit non posse Episcopum quemquam ordi- 67
nare inuitum, *princip.* 74. *dist. & ibi gloss.* 1. quamuis cogere ad suscipiendos voluntariè Ordines possit eum, qui beneficium Ecclesiasticum obtinet, aut ratione Ordinis eidem beneficio annexi, aut propter necessitatem Ecclesiæ, *cap.* 1. *de ætate, & qualit. c. quæris*, vbi glos. & Doctores, *eod. tit.* nisi legitimè excusetur, qui si promoueri contempserit, erit ab Ordine, quem habet, suspendendus, aut à beneficio deponendus *cap. si qui clerico* 74. *dist. d. cap. quæris.* Cæterùm si inuito velit Ordines conferre, suspensus ipse esset à celebratione Missarum per annum, & ab Ordinum collatione, *cap.* 1. & 274. *dist.* & citati infrà *alleg.* 111. *num.* 3. & ille esset deponendus, *cap. denunciamus* 25. *quæst.* 2. imprimitur siquidem character inuito, si adsit voluntas, quamuis coacta, secus si nullatenus præstaret assensum, iuxta ea, quæ resoluimus suprà *alleg.* 2. *n.* 5. & 6.

ALLEGATIO V.

Epiſcopus familiarem ſuum triennalem quando ordinare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus familiarem ſuum ordinare poteſt, ſi per triennium ſecum fuerat commoratus, & beneficium quacunque fraude ceſſante ſtatim re ipſa illi conferat.*

2 *Familiarium nomine intelligi debent illi, qui vel patria poteſtati ſubijciuntur, vel dominica, & expenſis domini continuò aluntur, indeque commenſales dicuntur.*

3 *Familiaritas rectè probari poteſt per libros tinelli.*

4 *& per fidem Architriclini, ſeu Magiſtri domus, vel calculatoris.*

5 *Item per fidẽ quòd ſit deſcriptus in rotulo familiarium.*

6 *Familiaris ad effectum de quo in præſenti, dicitur qui cum Epiſcopo fuerit commoratus, & præſens ſeruierit, non tamen ſi abſens fuerit, & ſi ſumptibus Epiſcopi vixerit.*

7 *Mens ac ratio finalis Concilij Trid fuit, vt cognoſcerentur ab Epiſcopo ordinandi mores, dum per tale tempus ei inſeruierit, cum illoque intra domum commoratus & præſens ſit.*

Familiares, vel famuli familiarium Epiſcopi, qui expenſis Epiſcopi aluntur, dicuntur eius familiares. ibid.

8 *Triennium in quo familiares ſunt commorandi cum Epiſcopo, ad effectum de quo in præſenti, ſufficit quod incœperit antequam fuiſſet Epiſcopus.*

9 *Triennium huiuſmodi debet eſſe continuum.*

10 *Epiſcopi verbis aſſerentis quem eſſe familiarem, non creditur.*

11 *Epiſcopus ſtatim re ipſa familiari ſuo beneficium conferre debet, ſeu paulo poſt.*

12 *Familiares triennales Epiſcoporum poſſunt etiam ordinari ad titulum patrimonij pro neceſſitate, & commoditate Eccleſiarum.*

13 *Epiſcopus ordinat familiarem ſuum ad titulum penſionis, ſi pro neceſſitate, vel vtilitate ſuarum Eccleſiarum indicat ordinandum.*

14 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum ſuo familiari triennali, aliàs non ſubdito ſuper illegitimitate, etiam ad minores Ordines, nec ſuper interſtitijs.*

15 *Epiſcopus diſpenſare poteſt quoad interſtitia cum familiari iam ordinato, cui collatũ fuit ſtatim beneficium.*

16 *Epiſcopus in caſibus in quibus poteſt ordinare familiarem, poteſt & illi dimiſſorias concedere.*

17 *Epiſcopus titularis prætextu cuiuſlibet familiaritatis, aut continuæ commenſalitatis ſuæ, aliquem abſque proprij Prælati expreſſo conſenſu, aut litteris dimiſſorijs ordinare non poteſt.*

18 *Magiſter actorum Curiæ Epiſcopalis, an poſſit vt familiaris ab Epiſcopo ordinari?*

19 *Familiares Papæ, vel Cardinalium, necnon Epiſcoporum in curia reſidentium poſt triennium ſeruitutis poſſunt à Vicario ſanctiſſimi ad quoſcunque Ordines eleuari.*

20 *Cardinalis etiam Epiſcopus familiarem ordinat, ſicut Epiſcopus non Cardinalis.*

1 EPISCOPVS ſuum familiarem ſibi non ſubditum ordinare poteſt, ſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium quacumque fraude ceſſante ſtatim re ipſa illi conferat, vt diſponit. Conc. Trid. *ſeſſ.23.de reform cap.9.* de cuius materia vide Nauarr. *conſ.10.aliàs 2.& conſ.24.aliàs 11 & conſ.27.aliàs 12. & conſ.28. aliàs 13. ſub tit. de tempor. ordinat.* Sayr. *in floribus deciſ.ſub eod.tit.deciſ.*12.26.28. & 29. Henriq. *in ſum.lib.10 cap.12.§.1.*Fr.Emman.*part.2.ſum.cap.14. num.10.*Petr.de Ledeſma *in ſum part.1.tit. de ſacram. Ordinis cap.5. concluſ.9. verſ. eſtan,*Maiol. *de irregular. lib.4.cap.2. num 5.* Salzed. *ad Bernard. cap 26. verſ. tertius caſus*, Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. part. 1. cap.1. num 15. pag. 31.* Iacob. de Graff *part. 2 deciſ. aurearum lib.3.cap.12.num.7.* Zerola *in praxi Epiſcop. part. 1. verb dimiſſoria pag. 106. & part.2. verb. Ordo, verſ.6.pag.78.*Flamin.*de reſignat.lib.4.quæſt.2.num.91.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi, cap. 26. §. 4.* Quaranta *in ſumm. Bullar verb Ordo, verſ. limita in eo. pag. 375.* Cardoſ. *in praxi Iudicum, verb. ſacramentum Ordinis, num. 26.* nouiſſimè Philibet. Marchin. poſt aliquas huius tract. impreſſiones in lucem editum, *de ſacramento Ordinis tract.1. part.4. cap.9. per tot.* & nouiſſime etiam Marcel. Vulpe *in praxi iudic.fori eccleſ. cap.7.à num.18.*Raguc.*in lucerna Parech.tit.de ſacram. Ordinis, quæſt.18.*Hieron.Venero *in examine Epiſcop. lib.1.cap.11.num.18.* Bonacio.*de cenſur. extra Bullam diſp 3.quæſt.1.puncto 11.num.7 cum ſeqq* Marc. Anton. Genuenſ.*in praxi Archiep. Neapol. cap. 81. num. 3.* Armend.*in addit. ad recopil. legum Nauarra in lib. 1. tit.18.l.7.de Epiſcopis à num.13 & num.46.cum ſequent.* Franciſc Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 1. cap.4. num.13.*Thom. Valaſc.*alleg.Iuris tom 1.alleg.5.num.2.* Nicol. Garciam *de benefic. part.1.cap.5. num.80. cum ſequent.* Aulam *de cenſur. 3. part.diſp.6. dub.7. fol.23.* Suar.*eodem tract.diſp 51 ſect.2. num.15.* Sayr. *in ſimili tract. lib.7.cap 10. verſ. 30.* Aloyſ. Rice.*in deciſ.curiæ Epiſcop.deciſ. 288. part. 2.& in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.107. cum ſeqq in 1.impreſſ. & reſolut.266. cum ſequentibus in 2.impreſſ.& in deciſ p.2.deciſ.183* Martin. Fornar *de ſacram.Ordinis cap.3.ad finem.*Cened *pract. & canon.quæſt.lib.1. q.38. à num.29.* Reginal. *in praxi fori pœnitent.lib.32. num 69.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon.rub.9.c.9.*idem Bonacin *de Sacram diſp 8.quæſt. vnica.puncto 4.n.14 cum ſequentib.*Molfeſ *tract.2.cap.2. num.8.cum ſeqq* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt.part.1.tract.1.cap.1 quæſ.5.in fine.*Nouar *in ſing. Canon concluſ.103.*Alzedo *in praxi Epiſc.p.2.c 5.n.32. cum ſeqq* Gauant. *in manuali Epiſc. verb. familiaris,* Alphonſ Narbona *l.35. gloſſ.1.num.26. cum ſeqq tit.3. lib.1. Recop.pag.8.* Sanch.*in opuſc.moral.lib.7. c.1. dub. 20. num.20. cum ſeqq.* Torreblanca *in pract ecab. Iuris ſpirit.lib.2. cap.13. num.13. cum ſeqq* Rut.*deciſ. 731. à num. 3. part. 1. diuerſor.* vbi *num.* 16. ſubdit familiaritatem ſolùm ſine beneficio non ſufficere in prima Tonſura.

Familiarium nomine intelligi debent illi, qui dominicæ poteſtati ſubiiciuntur, & expenſis Epiſcopi continuò aluntur, indeque commenſales dicuntur, *cap.vlt.de verb ſignif in 6.* Rot. Roman *diuerſ.part. 2. deciſ.303. num.2.* Maſcard. *de probat.concl.755* Card. Tuſch.*pract concl tom 3. littera F. concl.72.* Gonzal *ad reg.8.Cancel gloſſ.31.à n.16.* Chriſtoph.de Pace *ad leges ſtyli.l.32.num.26.cum ſeqq* Marc. Anton.*variar reſolut.lib.1.reſol.75.*& probat Concil.Trid.*d.cap.9.*ibi, *continua commenſalitatis.* 2

Familiaritas rectè probari poteſt per libros tinelli, quòd, ſcilicet, deſcriptus ſit in eo tanquam comedens in tinello, iuxta Rot. Rom. *diuerſ deciſ. 619. incip. Quoniam Garcias, lib.3. p.3.* licèt probatio negatiua deſumi ex eo nequeat, ſi non reperiatur in eo deſcriptus. † Item per fidem Architriclini, ſeu Magiſtri domus, vel Calculatoris, & ſimilis, eadem Rot. Rom.*d.deciſ.619. num.2.* item per teſtes, ex eadem 3 4

dem

dem Rot. Rom. *diuers.* 416. *incip. Dubitatur lib.* 3. *p.* 3.
maximè si deponant non comedisse in tinello, sed
illis persolutas fuisse annuatim pecunias pro victu
& vestitu, iuxta eandem Rot. Rom. *in decis.* 145. incip.
5 *In causa lib.* 2. *p.* 3. *diuers. & decis.* 54. *lib.* 1. *p.* 3. † Item
per fidem quòd sit descriptus in rotulo familia-
rium, iuxta *decis. Puteï* 411. incip. *Ioan. lib.* 1. qui *decis.*
234. incip. *Eadem die, lib.* 3. aliquos insimul modos,
censet.
6 Familiaris ad effectum de quo in præsenti, ille de-
bet esse, qui cum Episcopo fuerit commoratus, &
præsens inseruierit, non tamen is, qui abest, etsi sum-
ptibus Episcopi vixerit. Ita Salzed. *ad Bernard. in
pract. cap.* 26. *vers.* 3. *casus*. Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 2.
num. 5. Burgas. *eodem tract. q.* 27. *num.* 13. Vgolio. *d.* §. 4.
Piasec. *in praxi Episcop. d. cap.* 1. *num.* 15. *p.* 31. Fr. Em-
man. *in sum p.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. Prosper. de Augusti-
no *in addit. ad Quarantam in sum. Bullar. verb. Ordo
vers. limita in eo, pag.* 352. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ec-
clesiastici decis.* 307. *in* 1. *impress. & resolut.* 266. *num.* 2.
ac resolut. 267. *num.* 2. *in fine in* 2. *impress. & d. p.* 2. *decis.*
283. *à num.* 2. Bonacina *d. disp.* 8. *q. vnica punct.* 4. *n.* 18.
Molfes. *d. c.* 2. *num.* 8 *prope finem.* Sanch. *d. dub.* 20. *n.* 21.
latè Gregor. XV. & ibi Belleramin. *decis.* 166. Bonaci-
7 na *d. q.* 1. *puncto* 10. *n.* 7. *vers. prima.* † Mens enim, ac
ratio finalis Concilij fuit, vt cognosceretur ab Epi-
scopo illius clerici mores, dum per tale tempus ei
inseruierit, cum illóque intra domum commoratus
& præsens sit. Ita Maiol. *d. n.* 5. Vgol. *d.* §. 4. Henriq.
lib. 10. *c.* 22. *n.* 2. Suar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 1. *n.* 15.
Fornar. *de sacram. Ordin. cap.* 5. Piasec. *in praxi noua
Episcop. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 25. Aloys. Ricc. *d. resol.* 267.
num. 2.

Vnde etiam familiares, vel famuli familiarium
Episcopi, qui expensis Episcopi aluntur, dicuntur
familiares Episcopi, & fruuntur priuilegio Trident.
in d. cap. 9. Ita Sanch. *in opuscul. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *dub*
20 *num* 24. Diana *moral. resol. part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 145.
Marchin. *d. tract.* 1. *p.* 5. *c.* 9. *n. vlt.*
8 Huiusmodi triennium, in quo debent cum Epi-
scopis commorati familiares, ad effectum de quo
suprà, sufficit quòd inceperit antequam fuisset Epi-
scopus: ita decisum referunt Bonacina *d. q.* 1. *num.* 9.
Aloys. Ricc. *in collect. p.* 3. *collect.* 596. *ver. amplia* 5. Nic.
Garcia *d. c.* 5. *num.* 83. Gallet. *in marg. casuum conscientia,
verb. Ordo pag.* 194. *colum.* 2. Molfes. *d. c.* 2. *num.* 8. Aloys.
Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 309. *in* 1. *impress. &
resolut.* 268. *in* 2. *impress.* Marchin. *d. c.* 9. *num.* 3. Marcel.
9 Vulpe *d. c.* 7. *n.* 19. † debet tamen esse continuum, vt
per Campan. *d. rub.* 9. *cap.* 9. *num.* 12. Marchin. *d. cap.* 9.
n. 2. Bonacina *d. q.* 1. *n.* 7. *vers. tertia* Molfes. *d. cap.* 2. *n.* 8.
Aloys. *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 308. *in* 1. *impress.*
10 *& resol.* 267. *in* 2. *impress.* vbi *num.* 2. asserit † quod ver-
bis Episcopi asserentis quem esse familiarem non
creditur, & allegat Paris. *consil.* 136. *num.* 31. *vol.* 4.
de quo etiam Bonac. *num.* 8.
11 Debebit tamen Episcopus statim re ipsa familia-
ri suo beneficium conferre, prout decisum referunt
Zerol. *in prax. Episcopali p.* 1. *verb. dimissoria ad Or-
dines num.* 1. *&* 2. *verb. Ordo vers.* 5. *dubitatur*, Ar-
mend. *vbi suprà num.* 51. Farinac. *nouissima* Rot. *de-
cis* 222. Flamin. *de resignationibus lib.* 4. *quæst.* 2. *num.*
92. Nicol. Garcia *d. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 85. Quod habet
locum etiam in minoribus, & prima Tonsura, Na-
uar. *consil.* 11. *de temporibus ordinat.* Rot. Roman.
decis. 731. *p.* 1. *diuers.* Fr. Emman. *d. cap.* 14. *num.* 10. Ze-
rola *in praxi Episcop. p.* 2. *verb. Ordo vers.* 5. *dubitatur,
post med.* Cened. *d. quæst.* 38. *num.* 30. *vers. quòd decretum,*
Sayr. *decis.* 26. *sub tit. de temporib. ordinat.* Bonacina
d. puncto 11. *sub n.* 9. Alzed. *d. c.* 5. *num.* 33. Vgolin. *d.* §.
4. dicens statim, seu paulò pòst Episcopum debere
beneficium conferre: si enim conferret, ratione
beneficij conferendi potestatem haberet, & non ra-
tione termini, de quo etiam Sanch. *vbi sup. n.* 25. &
Diana *d. resol.* 145. *vers. notandum.* Quamuis Gabriel
Vasq. *p.* 3. *disp.* 243. *n.* 49. intelligat statim beneficium
aliquod sine fraude ei conferendum, nimirum quam-
primum vacauerit, ne postea mendicare cogatur; sed
beneficium quacumque fraude cessante, statim re
ipsa esse conferendum, refert decisum Armend. *d. loco*
n. 45. Vnde notat Molfes. *d. cap.* 2. *num.* 9. collationem
factam beneficij post sex menses non dici factam se-
cundùm mentem Concilij, vt ordinatus remaneat
subditus ordinantis, & eximeretur à proprio Epi-
scopo, quia tempus sex mensium est longum tempus,
& dictio, *statim*, dicitur ad summum intra decem
dies, & Aloys. Ricc. *in decis. p.* 2. *decis.* 291. *à n.* 3. post
Paris. *de resignat. benef. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 92. refert decisum,
Episcopum non satisfacere decreto Concilij, qui
ordinauit, & post lapsos vndecim menses contulit
beneficium.
Pro necessitate & commoditate Ecclesiarum ad 12
titulum patrimonij, possunt etiam ordinari familia-
res triennales Episcoporum, & debent adscribi Ec-
clesiis, pro quarum necessitate sunt ordinati, ita re-
ferunt decisum Nicol. Garcia *d cap.* 5. *num* 81. *&* 82.
Armend. *d. loco num.* 47. & me citato *in hoc loco* resol-
uit Marchin. *d. c.* 9. *n.* 13. Vnde falsum videtur, quod
ait Gabriel. Vasquez *d. disput.* 243. *num.* 49. videlicet
familiarem ab Episcopo ordinari posse, etiamsi pa-
trimonium non habeat, nec vllius Ecclesiæ necessi-
tas vigeat, obseruans solùm concedi licentiam Epi-
scopo eum ordinandi, quatenus melius seruitio eius
vti possit, prout eum reprobat Narbona *dict. loco
num.* 29.
Deinde Episcopus ordinat familiarem suum ad 13
titulum pensionis, si pro necessitate, vel vtilitate
suarum Ecclesiarum iudicat ordinandum: ita refe-
runt decisum Garcia *d. cap.* 5. *num.* 81. Armend. *d. loco
n.* 46. *& lib.* 1. *tit.* 8. *de patrimonio clericor. num.* 20.
Bonacina *dict. punct.* 11. *num.* 11. Alzedo *dict. cap.* 5.
num. 36.
Non tamen valet Episcopus dispensare cum suo 14
familiari triennali, aliàs non subdito, super illegiti-
mitate, etiam ad minores Ordines; nec super interstî-
tiis. Ita resolutum referunt Alzed. *d. p.* 2. *c.* 5. *n.* 35. Ni-
col. Garcia *d. cap.* 5. *num.* 86. Cened. *pract. & canon. qq.
lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 31. Sayr. *decis.* 28. *&* 29. *sub tit. de
temporib. ordinat.* Vgolin. *d.* §. *prope finem*, Nauar.
consil. 12. *&* 13. *sub tit. de temporib. ordinat. in nouis*, Ze-
rola *d. vers.* 5. *dubitatur, & vers.* 6. Galet. *in margarita
casuum conscientia*, *verb. Ordo pag.* 194. *colum.* 1. Ar-
mendar. *d. loco num.* 48. Bonacin. *de suspension. in parti-
cul disp.* 3. *q.* 1. *puncto* 11. *num.* 13. Sanch. *in opusc. moral.
lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 27. *n.* 3. March. *d. c.* 9. *n.* 11. *&* 12. *& tract.*
1. *p.* 7. *c.* 4. Aloys. Ricc. *d. resol.* 266. *in fine*, Piasec. *d.
cap.* 1. *num.* 15. *vers. sublimari*, vbi quòd † cùm 15
familiari iam ordinato collatum est statim benefi-
cium, poterit postea Episcopus quoad interstitia di-
spensare, quia ratione beneficij collati, illi iam est
subditus, quod etiam refert decisum Armend. *n.* 50.
& sentit March. *d. c.* 4. *n.* 10. & Campan. *diuers. Iuris Ca-
nonici, rub.* 9. *cap.* 9. *num.* 3. *&* 4. vbi etiam *num.* 6. quod
† vbicunque Antistes potest suum ordinare fami- 16
liarem, potest etiam litteras dimissorias eidem con-
cedere, vt ab alio suscipiat Ordines; me citato *in
hoc loco* Alzedo *d. p.* 2. *c.* 5. *num.* 39. & in terminis quod
Episcopus non possit cum familiari suo triennali
non subdito in interstitiis dispensare, præter plu-
res ea citatis, resoluunt Vgolin. *d. c.* 26. §. 4. Stephan.

Quarant. verb. Ordo, vers. quintò limita, Nicol. Garc. d. c. 5. n. 87. Mari. Antunin. var. resol. lib. 1. resol. 112. casu 28. Iul. Cæsar Med. de sacris Ordinib. cap. 19. Alphuns. Narbuna citato loco ante n. 32. pag. 8. Bunacina d. q. 1. puncto 11. n. 13. quamuis præter eitatos Mulfes. d. n. 8. in fine, Iuan. de la Cruz in direct. conscient. p. 2. de sacram. Ordinis dub. 4. Diana moral. resolut. p. 1. tract. 4. resolut. 190. & Sanch. de matrimon. lib. 8. disp. 1. num. 15. in fine, existiment posse Episcopum cum familiari quoad interstitia dispensare. Aduertit pust Mari. Alter. Bunacina d. qu. puncto 11. n. 12. quòd familiaris bona fide cum spe beneficij statim obtinendi ordinatus ab Episcopu, cuius est familiaris, non manet suspensus ab Ordinis executiune, si Episcopus beneficium ei statim non eunferat, aut si Episcopus mutiatur nondum collatu beneficio.

17 Episcopus titularis prætextu cuiuslibet familiaritatis, aut continuæ commeosalitatis suæ aliquem absque proprij Prælati expressu consensu, aut litteris dimissoriis, ad aliquus sacrus, aut minores Ordines, vel primam Tunsuram promouere, seu urdinare nun valet; quia ei qui tantum est titularis, talis prumotio est interdicta, per Cuncil. Trid. sess. 14. de reform. cap. 2. Ita Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 596. & d. resol. 266. num. 2. vers. limita 2. Campanil. d. cap. 9. num. 6. Piasec. in praxi noua Episcop. part. 1. cap. 1. num. 15. in fine. Seraph. de Freitas in addit. ad tract. de Confessoribus sollicitantibus mulieres in Confessione Illustrissimi D. mei Roderici à Cunha quæst. 12. n. 27. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 69. vers. sunt autem aliquot. Alphons. Narbona d. loco num. 32. pag. 8. in fine. Cardos. d. verb. sacramentum Ordinis, num. 26. Marchin. d. cap. 9. n. 16. Marcel. Vulpe d. c. 7. num. 18. in fine, Franc. Leu in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 4. num. 24. & part. 3. cap. 8. num. 16. Hierun. Venetu in examine eccles. lib. 1. cap. 12. n. 28. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 48. q. 6. me citatu in hoc loco Azed. d. p. 2. cap. 5. num. 40. Turreblanca d. lib. 2. cap. 13. num. 14.

18 Vtrùm autem magister actorum Curiæ Episcopalis, vt familiaris possit ab Episcopu ordinari? Posse tenent Aloys. Ricc. collect. 596. vers. amplia 4. & in praxi fori Ecclesiastici resolut. 471. in 2. impress. Stephan. Gratian. March. decis. 133. Mari. Anton. variar. resolut. lib. 75. Campan. d. cap. 9. num. 14. Marchin. d. cap. 9. num. 17.

19 Familiares etiam, seu officiales Papæ, ac familiares Cardinalium (etsi Cardinales habitassent Romæ) atque etiam Episcoporum in Curia residentium, qui saltem per triennium habitauerint in Vrbe, possunt de licentia ipsorum à Vicario Sanctissimi promoueri, dum tamen supradicti umnes Sufficientem titulum habeant, & alia à Iure requisita; refert decisum Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarra, l. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, in declar. num. 49. Mulfes. in sum. Theologia moralis, tract. 2. cap. 2. num. 32. in fine, me citato in hoc loco Marchin. d. c. 9. post n. 15. vers. sexto. De Cardinalibus autem Presbyteris quòd possint ex consuetudine Tonsuram, cæterósque minores Ordines suis familiaribus conferre, dixi suprà allegat. 3. num. 15. nam ratiune familiaritatis videtur quòd Cardinalis etiam Episcopus suum familiarem ordinare non pussit, nisi in modu, quu potest quilibet Episcopus nun Cardinalis, huc est, si huiusmodi familiaris per triennium secum cummoratus fuerit, & beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi Cardinalis conferat. Ita colligi videtur ex Rota decis. 731. ferè per tot p. 1. diuers. sed scio contrarium decidisse sacram Congreg. Concilij, vt dixi in collect. ad Trid. sess. 23. de reform. cap. 9. num. 5. Familiaris vt quis dicatur ad effectum vt Cardinales Presbyteri Tonsuram, & minores Ordines suis familiaribus conferre valeant? Vide eadem alleg. 3. num. 15. Cuch. in instit. canon. lib. 2. tit. 4. num. 66. Lorich. in thesauro, verb. Cardinalis, §. 7. Hieron. Lalmas in summ. part. 3. §. 3. Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 6. cap. 2. num. 11. Sebast. Cæsar in relect. de ecclesiast. hirarch. part. 1. disp. 2. §. 5. n. 2. Granad. de Sacram. in 2. part. contr. 9. tract. 2. disp. 2. num. 1. Mæratr. tom. 3. tract. de sacram. Ordinis, disp. 8. sect. 1. num. 8. Pintus de Ordine quæst. 6. art. 1. num. 46. Muner. de conseruator. cap. 5. num. 35. me citatu in hoc loco, nouissimè Diana moral. resol. part. 5. tract. 2. de potest. & priuileg. S. R. E. Cardinal. resol. 5. vers. notandum, vbi reprobat Ledesmam, & Sanch. contrarium tenentes, & in principiu illius resolut. tenet Cardinales cunferre pusse primam Tunsuram, & minores Ordines in suis titulis.

ALLEGATIO VI.

Episcopi titulares, aliique extra suam diœcesim, an sine Episcopi proprij licentia vllum ordinare possint?

SVMMARIVM.

1 *Episcopi titulares, si aliquem promoueant ad quemcumque Ordinem, sine licentia proprij Episcopi, sunt ab exercitio Pontificalium per annum suspensi.*

2 *Pius V. summus Pontifex constitutionem edidit super creandis huiusmodi titularibus Episcopis.*

3 *Suspensus à Pontificalibus prohibetur etiam ab his, quæ sunt sibi aliàs, vt Pontifici permissa, & à dependentibus ab eis.*

4 *Suspensus à Pontificalibus potest baptizare, Confessiones audire, Missæ sacrum facere.*

5 *Suspensus à Pontificalibus Missam priuatim celebrare non prohibetur.*

6 *Missam cum Mitra, & Baculo celebrare non potest Episcopus suspensus à Pontificalibus.*

7 *Episcopus si in aliena diœcesi inaduertenter Calices, vel corporalia benedicat, à suspensione non excusatur.*

8 *Pontificalia insignia quæ sint? ostenditur.*

9 *Episcopus ordinarius ordines conferens, seu Pontificalia exercens in aliena diœcesi absque licentia Ordinarij loci, aut in personas eidem Ordinario subiectas, suspenditur ipso iure ab exercitio eorundem Pontificalium.*

10 *Episcopi si contra prohibitionem aliquem ad Ordines promoueant, validè eos conferunt, licet puniri possint.*

11 *Dimissoriis si concedatur tantùm licentia, & facultas promouendi à quocumque Catholico Antistite in propria diœcesi residente, non tamen additum sit,* vel ab aliu pro eo ibi Pontificalia exercente, *an possit is, cui talis facultas conceditur, promoueri ab Episcopo in alterius diœcesi de licentia Episcopi illius diœcesis Pontificalia exercente.*

12 *Episcopus alienus volens conferre Ordines in loco exempto, non solùm debet habere licentiam superioris loci exempti, sed etiam illius Episcopi intra cuius fines locus exemptus constitutus est.*

13 *Episcopus Pontificalia exercere non potest in loco exemptò etiam vocatus, nisi accederet licentia Episcopi diœcesis, vbi locus est constitutus.*

14 *Episcopus alienus non potest à Patriarcha induci ad*

subeunda

subeunda munera Pontificalia in diœcesi alicuius Episcopi Suffraganei, nisi de ipsius licentia.

15 *Prima clericalis Tonsura secundum aliquos potest conferri ab Episcopo suis subditis in aliena diœcesi.*

16 *Episcopus, & Vicarius habent facultatem faciendi actus voluntariæ iurisdictionis extra territorium, possuntque concedere dimissorias.*

17 *Excommunicare, & absoluere potest subditum suum Episcopus extra territorium existens.*

18 *Episcopus extra suam diœcesim quando possit exercere contentiosam iurisdictionem?*

19 *Suspensus à Pontificalibus in illis celebrando, an fiat irregularis?*

1 PISCOPI Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui Titulares vocantur, de quibus egimus suprà *p.1.tit.1.c.6.num.15.cum seqq.* in quocunque loco etiam quantumcumque exempto, & nullius diœcesis, si quem promoueant ad quemcunque Ordinem, etiam primam Tonsuram, cuiusuis priuilegij, etiam familiaritatis prætextu, sine licentia ipsius proprij Ordinarij, sunt ab exercitio Pontificalium per annum suspensi, vt docet Concil. Trident. *sess.14. de reform.cap.2.* & per illud tenent Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici p.3.cap.8. num.16. & p.1. cap.4. num.24.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.3. cap.48. quæst.6.* Henriq. *in sum.lib.14.cap.17.§.3.in fine littera A*, Galett. *in marg. casuum conscientiæ, verb. Episcopus pag.100. colum.1.* Campan. *in diuers.rub.9.cap.5.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici resolut.495. in notabilibus de materia Episcoporum num.1. in 2. edit.* Vasq. *tom.3. in 3.p. disp.243.num.45.cum sequentib.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tract.2.cap.2.num.25.prope fin.* Nauar. *in singularib. Canon. concl.106. & 107.* Narbona *l.35.glos.1. n.32.tit.3.lib.1.nouæ Recol.* Hieron. Veneto *in examine Episcop.lib.1.c.13.n.38.* Alzed. *de præcellent. Episcop.* 2 *dignit.p.2.c.5. num.40.* † Pius V. decreto suo Consistoriali sanciuit huiusmodi Episcopos titulares non esse creandos, neque suffraganeos dandos nisi Ecclesiis Cardinalium, & illis, quæ eos solent habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureorum de Camera super fructibus illius Ecclesiæ, qui propria auctoritate ab ipso percipi possint.

Quid autem sub nomine Pontificalium in præsenti materia intelligatur, est indagandum. In primis glos. *verb. à Pontificalibus, in extrauagant. suscepti re-* 3 *giminis, de elect.* docet † suspensum à Pontificalibus prohiberi etiam ab his, quæ sunt sibi aliàs, vt Pontifici permissa, & dependentibus ab eis, velut ab Ordinum celebratione, frontis Chrismatione, Basilicarum, seu Virginum consecratione, & similibus, de quibus Zerol. *in praxi Episcop. p. 3. verb. Episcopus. vers.2.* Mart. Alter. *d. tom.2. disp.16.cap.3. col.6.* Bonaçin. *d.disp.2.quæst.2.puncto 12.n.2.vers. hinc sequi-* 4 *tur*, vbi *num.3.* hinc refert † Episcopum à Pontificalibus suspensum posse baptizare, Confessiones audire, Missæ sacrum facere, iuxta morem aliorum Sacerdotum inferiorum, censuras ferre, beneficia conferre, & alios iurisdictionis actus exercere, quia hæc non sunt Pontificalia, Paul. Layman. *in sum. Theolog. moral. lib.1.tract.5. part.3.c.2. n.6.* & nouissimè amicus meus doctus Diana *moral.resolut. part.5. tract.10. resol.4. in princ.* vbi tenet suspensionem ab Ordine Episcopali extendere se ad eos actus tantùm Ordinis, qui Episcopo proprij sunt, & Sacerdoti iure Ordinario competere non possunt; additque suspensionem à Pontificalibus illam esse, per quam per se directè prohibetur vsus insignium Episcopalium, videlicet, Mitræ, Baculi, & Pallij, per accidens verò & consecutiuè omnia Episcopalia solemnia officia, quę sine huiusmodi insignibus exerceri non debent, qualia sunt Ordines conferre, confirmare, Ecclesias, Altaria, Virgines consecrare, &c. Præposit. *p.3. q.3.de suspens.dub.2.n.13.*

Vnde licèt huiusmodi suspensus Missam priua- 5 tim celebrare non prohibeatur, vt ex reg. text. *in cap. significauit, de corpore vit.* post Syluest. & Nauar. docent Henriq. *lib.13.cap.32.num.2.* Auila *de censur.p.3. disput.2.dub.2.concl.10.* aut alia facere sine ornamentis Pontificalibus, quæ ei ratione Sacerdotalis officij competunt, vt baptizare, pœnitentias dare, & similia, & etiam iurisdictionem forensem exercere, vt aduertit Diana *d. resol. 4.* † Missæ tamen sacrum 6 cum Mitra & Baculo celebrare non potest; ita Aloys. Ric. *in praxi fori Ecclesiastici decis.467. in 1. impress. & resolut.440. in 2.impress.* vbi *num.3.* asserit sub hac suspensione non prohiberi exercitium iurisdictionis Episcopalis, & post alios citat Vgolin. *de censur. tab.4.cap.6. §.6. n.5.* Episcopus enim in aliena diœcesi non potest celebrare Missam in Pontificalibus cum Baculo & Mitra absque licentia Ordinarij, vt per Antonin. Diana *moral.resol part.4. tract.4. resolut. 143. vers. notandum est*, Gauant. *in enchirid. Episcop. verb. functiones Episcopales. num.11.* Quicquid teneant Paul. Laymann *in quæst. Canon. cap.17. num.224.* Mauritius de Alzedo *in praxi Episcop.p.1. c.13. n.88.* & plures ab eo citati. † Nec ab hac suspensione excusa- 7 tur Episcopus si in aliena diœcesi inaduertenter Calices, vel corporalia benedicat. Ita Zerol. *in praxi Episcop p.2. verb. Episcopi, vers secundo*, Franc. Leo *in thesauro fori Eccles.p.3.c.8. n.15.*

Pontificalia insignia, quibus Episcopi vti possunt, 8 esse Mitram, chirothecas, baculum, dalmaticas, & sandalia, testatur Isidor. Moscon. *in suo tract. de maiest. militantis Ecclesiæ, p.1.lib.1.cap.8.vers. ornamenta*, quibus doctissimus Campan. *d.cap.3.num.3.* addit muzzetam, cappam Pontificalem, galerum, quem duplicis formæ habere oportet, alterum, quo in solemnioribus equitationibus vtantur, alterum simpliciorem, vtrumque tamen ex lana, & serico viridi exornatum, iuxta modum in Cæremoniali descriptum *lib. cap.3.* de quibus indumentis, & insignibus vide *sup.alleg.1.n.46.cum seqq.* à quarum vestium vsu non repelluntur suspensus à Pontificalibus, sed ab vsu auctoritatiuo, idest, ab iis actibus, qui cum præfatis insignibus fieri consueuerunt. † Similiter Episcopus 9 Ordinarius Ordines conferens, seu Pontificalia exercens in aliena diœcesi absque licentia Ordinarij loci, aut in personas eidem Ordinario subiectas, suspenditur ipso iure ab exercitio eorumdem Pontificalium, ex Concil. Trident. *sess.6. de reform.c.5.* ibi, *Nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantùm; si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso iure suspensi*, referunt Nauar. *consil. 69. de sent.excommun. in antiq. aliàs cons.18. de clerico excom. minist. in nouis.* Cened. *ad Decretum collect.52.num.1.* Petr. Gregor. *syntag. lib.16. c.9. n.3.* Coninch. *de sacram.disp.20.dub.9.n.93.* Henriq. *in sum par.2. lib.11. cap.3. §.2. in fine, iuncto comment. littera S*, Salzed. *ad Bernard. in pract.cap.26.littera A*, Gutier. *canon. lib.1. cap.26.num.26.* Flamin. *de resig.lib.1.quæst.17. num.17.* Zerol. *in praxi Episcopali part.1. verb. Archiepiscopus num.2. pag.16. & part.2. verb. Episcopus pag.45.* Anguian.

guian. *de legib. lib.2. contr.1. num.71.* me citato *in hoc loco* Alzed. *de precell. Epiſc. dign. p. 2. cap. 5. num. 17.* Molfeſ.*in ſum. Theologia moralis tract.2.cap.2. num.12.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. p.1. de ſacram. Ordinis cap.8. concl.4. dub.4.* Bonacina *de cenſur. diſp.3. q.6. punct.3. num. 27.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarra in lib.1.tit.18.l.7. de Epiſcopis num.68.* Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. p.1. num.46. pag.35.* Campan. *rub.9. c.5. num 6.* Aloyſ.Ricc. *deciſ.188. n.10. p.2.* Epiſcopus in alterius diœceſi exiſtens, poteſt præuia licentia illius iam ſubditos proprios, quàm Epiſcopi licentiam concedentis, abſque incurſu pœnarum ordi-
10 nare, *S. Cong. Conc. 22. Febr. 1630.* † Si tamen contra prohibitionem, de qua per Concil. Trident. *in d. cap. 5.* ordinatio proprij Epiſcopi extra territorium fiat, valida erit, licèt puniri poſſit; vt reſoluunt Henriq. *lib.11. cap 3. §. 2. in fine littera S*, Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi cap.4. §.14. n.2.* Fornar. *in tract. de ordine cap.8. §.8.* Molfeſ. *d. cap. 2. num.11.* de quo ſuprà *alleg. 111. num.13.*

11 Vtrùm autem ſi in litteris dimiſſoriis concedatur licentia & facultas promouendi à quocunque Catholico Antiſtite in propria diœceſi reſidente, non tamen additum ſit, *vel ab alio pro eo ibi Pontificalia exercente*, poſſit is, cui talis facultas conceditur, promoueri ab Epiſcopo in alterius diœceſi de licentia Epiſcopi illius diœceſis Pontificalia exercente? Hanc quæſtionem ad partes diſputat Gutier. *canon. lib.1. c.26. n.25. cum ſeqq. verſ. dubitatum*, vbi eam ſequitur ſententiam quòd prædicta in ſpecie ordinari hîc non debeat, niſi iuxta tenorem dimiſſorialium, nempe à Catholico Antiſtite in propria diœceſi Pontificalia exercente, non verò ab alio, quamuis de licentia proprij Epiſcopi ibidem Ordines celebrare; itaut ſi aliter fiat, ſuſpenſus maneat donec Epiſcopo proprio ordinati iuſtum videatur, iuxta diſpoſitionem Conc. Trid. *ſeſſ.23. de reform. c.8.* ſequitur Sanch. *in opuſcul. moralib. lib.7. cap.1. dub.20. num.8.*

12 Vnde ſi maluerit Epiſcopus conferre Ordines in loco exempto, non ſolùm debet habere licentiam Superioris loci exempti, ſed etiam illius Epiſcopi, intra cuius fines locus exemptus eſt conſtitutus. Ita referunt deciſum Molfeſ. *dict. cap.2. num 12. in fine*, Aloyſ.Ricc. *in praxi fori Eccleſ. poſt reſolut.495. in notabilibus de materia Epiſcop.* Galett. *in marg. caſuum conſcientia, verſ. Epiſcopus pag.100. col.2.* Armend. *d. loco*
13 *num.35.* vbi *num.68.* refert etiam deciſum † non poſſe Epiſcopum Pontificalia exercere in loco exempto, & iuriſdictionis non Epiſcopi, ſed inferioris, vocatum tamen ab ipſo inferiore, ſine licentia Epiſcopi, intra cuius diœceſis fines eſſet locus ille, etiamſi ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Epiſcopum, quem maluerit ad miniſtrandum ſacramentum Confirmationis, dummodo locus iſtius exempti ſit infra fines diœceſis alicuius, ita vt non ſit nullius, quia tunc non poſſet. Non tamen me latent verba illa poſita *in d. cap. 3. Concil. Trident.* ibi, *Ordinarij loci*, intelligenda de Epiſcopo, in cuius diœceſi locus eſt conſtitutus, & non de Prælato inferiori etiam exempto, ſi fides adhibenda ſit Galett. ita deciſum atteſtanti *verb. verba* 1.

14 Nec etiam Epiſcopus alienus poteſt à Patriarcha induci ad ſubeunda munera Pontic. in diœceſi alicuius Epiſcopi Suffraganei, niſi de ipſius licentia, quod etiam deciſum referunt idem Galett. *d. verb. Epiſcopus*, & Aloyſ.Ricc. *vbi proximè*. Nec Archiepiſcopus hoc ipſum facere poteſt, cùm ſub eadem prohibitione, quæ Epiſcopum ligat, comprehendatur quoque Archiepiſcopus quoad materiam de qua agimus, vt reſoluit Piaſec. *in praxi Epiſcopali part.1. verb. Archiepiſcopus, verſ. ad ſecundum*, & cenſuit S. Cong. *Epiſcoporum*, cuius memini *in collect. ad Concil. Trident. in d. cap. 5. num.17.* erit autem Ordinarius loci, de cuius licentia Pontificalia in ſua diœceſi alienus facere poteſt, *primò* Epiſcopus in cuius diœceſi conſtitutus eſt locus, in quo Pontificalia exercenda ſunt. *Secundò* Capitulum ſede vacante, qui cùm ſuccedat in locum Epiſcopi demortui, exceptis quibuſdam caſibus, bene poterat concedere licentiam Epiſcopi extero exercendi Pontificalia in ſua Eccleſia, ita Bonacina *d. quaſt.2. punct. 12. num. 4.* An comprehendatur ſub hoc nomine Prælatos habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, dixi ſuprà *hac alleg. num.12.*

Primam Clericalem Tonſuram Epiſcopo in alie- 15
na diœceſi, ſine diœceſani licentia, ſuis ſubditis conferre poſſe, ac proinde non eſſe ſuſpenſum, non deſunt qui tenuerint, ex ea ratione, quia Concilium loquitur de Epiſcopo conferente Ordines, & prima Tonſura non eſt Ordo, ſed initiatus ad Ordines, & ſolet concedi ſine exercitio Pontificalium, ex quorum numero ſunt Barbar. *in c. nouit, n.18. de officio legati.* Rebuff *in tract. nominat. quaſt.14. num.29. & 65. & in praxi beneficiali rub de Eccleſiaſticis, & à quibus, & quomodo ordinentur, num.13.* Henriq. *in ſum. lib.3. cap. 6. §.6.* quem refert, & ſequitur Bonacina *de ſacram. diſp.3. quaſt. vnica p.2. num.13.* quibus addo Toler. *lib. 1. ſum. cap.49. num.4. aliàs 48. num.6.* Azor. *p.1. lib.3. cap.48. quaſ.5. verſ. quares.* Fornar. *de Ordine cap.5. §.4. in 4. notab.* Molfeſ. *d. cap.2. num.15.* Villalob. *in ſum. tom.1. tract.8. diff.7. num.17.* Maurit. Alzed. *in praxi Epiſcop p.2. c.5 num.18.* Diana *moral. reſolut p.4. tract. 4. reſol.143.* Quæ ſententia ex dictis *alleg.2. num.18.* non eſt admittenda, illamque ſibi ſummopere diſplicere aſſerit Campanil. *in diuerſ. Iuris Canonici rub. 6. cap 1. num. 2.* & ſic non licere Epiſcopo initiare ſubditum ſuum prima Tonſuram extra propriam diœceſim, & abſque diœceſani licentia reſoluunt D.Barb. *in l.1. art.3. n.118. ff. de iudic.* Narbona *l.20. gloſ.2. num.135. tit.2. lib.4. Recop.* Salxed. *ad Bernard. in pract. cap 26.* Nauar. *conſ.29. num.1. de tempor. ordin.* Garc. *de benef. p.1. cap.5. num.142.* Acuña *ad cap. illud n.2. diſt.71.* Sanch. *in opuſc. moral. tom.2. lib.7. cap.1. dub. 5. num.1.* Iul. Cæſar. Madius *de ſacris Ordinibus c.2. n. 4.* qui teſtatur de ſtylo, & conſuetudine. Vnde conferentem primam Tonſuram non ſibi ſubdito ſuſpenſionem incurrere tenent Martin. Fornar. *in add. ad Toles de ſacram. Ordin. c.6. n.3.* Azor *inſtit. moral. p.2. lib.3. cap.49. q.5.* Leſſi. *de Iuſtit. lib.2. cap.44. dub.19. num.91.* Bonacin. *de Sacrament. diſput.8. quaſt.4. puncto 4. num 26.*

Epiſcopus, & Vicarius habent facultatem facien- 16
di actus voluntariæ iuriſdictionis extra territorium, prout reſoluunt Vgolin. *d. §.14. num.4.* Card. Tuſch. *lit. I, concl.546.* Stephan. Gratian. *diſceptation. forenſ. cap. 127. à princip. & num. 6.* aſſerit quòd poſſunt concedere dimiſſorias in aliena diœceſi. † Sic etiam 17
Epiſcopus extra territorium exiſtens poteſt excommunicare, & abſoluere ſubditum ſuum, vt tenet Gonzal. *ad regulam 8. Cancel gloſ.62. num.12.* vbi *n.11.* reſoluit quòd poteſt † Epiſcopus extra ſuam diœ- 18
ceſim iuriſdictionem contentioſam exercere, quando cauſæ cognitio non vertitur, & effectus confertur in ſuam diœceſim, de quo etiam Gratian. *d. cap. 127. num.8.* me citato *in hoc loco* nouiſſimè mei amiciſſimus Diana *d. p.5. tract. 9. reſol. 34. verſ. ſecundo*, vbi ex Vgolin. *de cenſur. tab. 1. cap. 27. §. 1. num. 4.* ait Epiſcopum, vbi cauſæ cognitio non adhibetur, & pro tribunali non ſedetur, ac propterea alienum territorium non læditur, extra diœceſim poſſe iu-

riſdictio

risdictionem exercere, vel quaodo Episcopus diœcesis pesumneres, modò litiganies io id consentiant, vt post alios resoluit Vgolin. d. §14. n. 4. *vers. secundò excipitur.*

In casu notabili Marchesan. *de commission. part. 1. cap. 6. num. 84. pag. 255.* sic loquitur. *Sed pone, degit Episcopus extra suam diœcesim, ac iurisdictionem, & pro aliqua causa cognoscenda illi Breue dirigitur, putà Episcopo ciuitatis Castelli, vel alij. Quaro an illo extra suam diœcesim degente causam siue alias causas prafato modo sibi commissas cognoscere possit? & resolutiuè dico quòd non, quia cùm Episcopus ille certo sit loco deputatus, vbi dignitas electa intelligitur, cùm extra suam diœcesim illam exercere nequeat, per consequens in loco, vbi extra eam moratur, causam non valebit cognoscere. Quod declara, nisi in Breui mentio fieret de mora sua residentia extra prafatam iurisdictionem, vel diœcesim, aut si esset solitus ob aeris intemperiem extra illam residere, vel si fuerit nominata persona, & specie eius industria electa,* &c. & ibi, *Quod tamen limita, nisi de partium consensu electus fuerit, & commissio in eius personam impetrata, sicque in eum extra diœcesim, & propriam iurisdictionem manentem consentiendo.* Card. *cons. 71.* Abb. *in cap. nonnulli, num. 4. & 7. de rescript.* &c. Et idem Marchesf. *d. loco num. 118. pag. 260.* resoluit quò si caosa Episcopo demandetur trahenti moram extra suam diœcesim, neque per alium exercere ibi iurisdictionem potest, nisi in Breui apponaotur verba, *etiamsi extra diœcesim propriam moretur.*

19 Quæstio est in hac materia difficilis, an scilicet suspeosus à Pontificalibus io illis celebrando fiat irregularis? Partem negatiuam tenet gloss. *verb. Sacerdotale, vers. scias, in cap. 2. de officio deleg. lib. 6.* sequuntur Innoc. *in cap. 1. verb. à diuinis, de sentent. excomm. eod. lib.* D. Antonin. *part. 3. sum. tit. 18. cap. 4. vltra med.* Cooar. *in Clem. si furiosus, part. 1. §. 1. num. 1. vers. secundum,* Iacob. de Graffiis *in aureis decis. lib. 4. cap. 25. num. 3.* Ioan. Præpos. *in 3. part. quæst. 3. de susp. dub. 2. num. 13.* Diana *d. part. 5. tract. 10. resol. 4. vers. sed difficultas.* qui in eo præcipuè nituntur, quòd Pontificalia non suot de substantia Ordinis, celebrationis, aut officij, cum sine illis qoodlibet officium fieri possit. Contrariam verò seotentiam tenuerunt Calderin. *in tract. de interdicto, memb. 2. quæst. 5.* Nauarr. *in man. cap. 27. num. 163. vers. ex quo infertur primò,* Viuald. *in candel. de suspens. num. 146.* moti ex eo, quia cùm Episcopatus per se Ordo sit, celebrare in apparatu Episcopali, seu Pontificali est exercere actum proprium Ordinis Episcopalis, à quo Episcopus suspensus est: succeditque proinde reg. text. *in cap. 1. in fine, vers. futurus, de re iudic. lib. 6.* Inter quas tamen opiniooes elegantem distioctionem tradit Vgolin. *de censuris, tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 2.* quam melius explicat Sayr. *eod. tract. lib. 4. cap. 16. num. 17. cum duobus sequentibus,* vbi pleoè videri poterit.

20 Deniqoe aduertere oportet Episcopum, qui inuitatus accedit pro ordinandis clericis ad aliam diœcesim, debere habere expensas, vt docent Archid. *n. 2.* Turrecr. *num. vlt.* & Bellamer. *in cap. nullus Primas 9. q. 2.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 1. cap. 10. num. 3.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 5. num. 55.* vbi *num. 56.* subdit Episcopo titulares in aliena diœcesi Ordines ministraotes de consensu proprij Episcopi, & eius subditis, debere obtinere expensas.

21 Et ex eodem Cooeil. Trident. *dict. cap. 5.* suscipiens Ordines à proprio Episcopo, sed in aliena diœcesi absque licentia Episcopi, io cuius diœcesi Ordines conferuotur, pœnam suspensionis ab executione Ordinis iocurrit; vide Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 21.* Suar. *de censur. disputat. 31. sect. 1. num. 21.* Mati. Alter. *eod. tract. tom. 2. disputat. 9. cap. 4. ad fin.* Bonacin. *d. disp. 3. q. 1. puncto 12.* vbi ampliat, etiamsi Ordines recipiantur ab Archiepiscopo in diœcesi alicuius sui Episcopi Suffraganei, & procedere ait non solùm in maioribus, sed etiam io mioonbus Ordinibus, subditque in fine istam suspensiooem noo esse Papæ reseruatam, sed Iure communi posse ab Episcopo auferri.

ALLEGATIO VII.

Episcopus dimissorias litteras quibus, & quando concedat?

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur, qui agunt de materia huius allegationis.*
2 *Accedente licentia, & consensu proprij Episcopi, potest alienus non suo subdito Ordines conferre.*
3 *Dimissoriarum vsus antiquissimus.*
4 *Dimissorias concedere possunt, qui ad Ordines valent promouere.*
5 *Dimissoria ab Episcopo excommunicato, vel suspenso declarato non sunt valida, possuntque subditi se facere ordinari a viciniori Episcopo.*
6 *Inferiores Prælati dimissorias concedere nequeunt, nisi ex consuetudine legitima præscripta, aut alio peculiari iure potestatem acquisiuissent eas dandi.*
7 *Abbates, aliique exempti hodie huiusmodi dimissorias clericis sæcularibus concedere non possunt.*
8 *Ordinarius priuatiuè ad Episcopum habens ius visitandi, & congregandi Synodum, potest dimissorias concedere.*
9 *Vicarius generalis Episcopi sine speciali mandato huiusmodi dimissorias concedere non potest.*
10 *Capitulum Sede vacante, nonnisi elapso anno à die obitus Præsulis, potest dimissorias concedere, nisi arctatis beneficijs, sub certis pœnis.*
11 *Amplia etiam si Capitulum haberet territorium distinctum ob immemorialem possessionem.*
12 *Vicarius à Capitulo Sede vacante concedens dictas dimissorias non arctato, & ante elapsum annum, quas pœnas incurrat.*
13 *Vicarius Papæ non prohibetur, etiam statim post vacantem Sedem dimissorias impartiri.*
14 *Capitulum Sede vacante ante lapsum anni vacationis Sedis potest obtinenti facultatem à Sede Apostolica de suscipiendo Ordines, cum licentia sui Ordinarij, huiusmodi facultatem subordinatam concedere.*
15 *Priuilegium obtinens à Sede Apostol. ad recipiendos Ordines à quolibet Episcopo, non indiget nouis literis dimissorialibus, sed testimonialibus tantum proprij Ordinarij de vita, & moribus.*
16 *Capitulum Sede vacante potest concedere litteras testimoniales, licet concedere nequeat dimissorias.*
17 *Capitulum Sede vacante potest extero Episcopo concedere exercitium Pontificalium, & ordinationem propriorum subditorum, non tamen subditorum vacantis Sedis.*
18 *Regulares Superiores suis monachis dimissorias concedunt.*
19 *Dimissorias cum antiquitus Episcopi dabant, non eum examinabant cui concedebant, at illum Ordinario examinandum dimittebant.*

20 *Episcopo hodie præcipitur ne ordinandum dimittat, nisi examinatum & approbatum.*

21 *Episcopus ex alia legitima causa quàm ægritudinis, potest dimissoriales litteras subditis concedere ad Ordines apud alienos Episcopos recipiendos.*

22 *Episcopus cui examinatus, & approbatus ordinandus dimittitur, potest illum iterum examinare.*

23 *Dimissoria semper valent, tum viuente, tum defuncto dante Declaratur infr. num. 39.*

24 *Dimissoria data à Capitula Sede vacante per ingressum moderni Episcopi non expirant.*

25 *Episcopus nouus potest per edictum omnes, & quascumque dimissorias à prædecessoribus, siue a Capitulo Sede vacante concessas, reuocare.*

26 *Pro dimissoriis ad Ordines recipiendos, nihil recipi debet ab Episcopo eiusve ministris.*

27 *Notarius pro singulis dimissoriis, seu testimonialibus litteris decimam partem vnius auri recipere tantum potest, nisi salarium sit ei constitutum, vel consuetudo adsit nihil accipiendi.*

28 *Notarius post confecta instrumenta, & tradita partibus, potest quod ab ordinatis sponte offertur accipere.*

29 *Episcopus absens à sua diœcesi potest suis subditis dimissorias concedere.*

30 *Absoluere à suspensione eos, qui nullius diœcesis existentes sine litteris dimissoriis ordinati fuerunt, spectat ad Episcopum, ad quem ex Concil. Trid. pertinebit illis dimissorias concedere.*

31 *Dimissoria littera a quibus per Regulares obtinendæ?*

32 *Nouitius ante professionem an possit cum dimissoriis sui Prælati Regularis ordinari?*

33 *Cuius Episcopi, originis ne, an domicilij pertineat dimissorias nouitiis concedere.*

34 *Vtrùm licentia ordinandi suffraganeo concessa expiret per mortem Episcopi concedentis contingentem post descriptionem ordinandorum in matricula. Et an hoc casu res dicatur adhuc integra.*

35 *Delegatio facta personæ prohibitæ Pontificalia exercere, & in tempus ac locum prohibitum, non sortitur effectum.*

36 *Iurisdictio Episcopalis expirat morte Episcopi, & mandatum morte mandantis.*

37 *Sede vacante non licet ordines conferre subditis infra annum*, ex dispositione Trident. sess. 7. de reformat. cap. 10.

38 *Episcopus translatus non potest Pontificalia exercere in Episcopatu, à quo fuit translatus.*

39 *Littera dimissoria expedita, & subscripta manu Episcopi, ordinandis tradita, & directa Episcopis non impeditis Pontificalia exercere, semper valent, nec expirant morte concedentis.*



1 E materia huius allegat. latè agunt Vega *tom. 2. de Curis c. 14. §. 8. n. 31.* Rebuff. *resp. 2.* Fr. Emman. *in sum. p. 2. c. 14. num. 2 & quæst. Regular. tom. 1. q. 18. art. 1.* Henriq. *in sum. lib. 10. c. 23. §. 3. p. 1.* Petr. Ledesma *in sum p. 1. de sacram. Ordinis c. 8.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 20. q. 7 & part. 2. lib. 3. cap. 48. quæst. 5. vers. cæterum,* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Abbas,* Flores de Mena *var. lib. 3. quæst. 24. num. 4. & num. 32.* Thom. Valasc. *alleg. Iuris tom. 1. alleg. 3. num. 6.* Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici rub 9. cap. 7. & 8.* Piasec. *in praxi noua Episcop. part. 1. cap. 1. à num. 11.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract. 2. cap. 2. à num. 20.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. c. 7. num. 11. cum seqq.* plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect. 105.*

2 Etiamsi teneatur Episcopus per se ipsum ordinare suos clericos, vt admonet Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 3.* si tamen fuerit legitimè impeditus, de eius consensu poterit alienus subditis suis Ordines conferre, *cap. Episcopum 9. quæst. 1. & cap. 1. iuncto cap. cum nullus, de tempor. ordinat. lib. 6.* hic autem consensus litteratiè præstandus est, ex Felino *in cap. super his, vers. sexta, & vltima concl. sub n. 13. de accusat.* vbi Innoc. Rebuff. *in praxi benefic. rub. forma dimiss. litterar. num. 34.* Et litteræ, quibus ille continetinetur, dimissoriæ vocantur a Concilio Trid. *sess. 23. de reformat. cap. 10. & sess. 7. de reform. cap. 10.* vbi etiam *Reuerenda* dicuntur, quo nomine Hispani vtuntur. In his litteris debet causa exprimi rationabilis quare proprius Episcopus dimittens nolit, aut nequeat dimissum ordinare, *ex cap. 1. de tempor. ordin. lib 6.* Sanch. *in opusculis mor. lib. 7. cap. 1 dub. 20. n. 15.* & licèt in aliquibus Prouinciis sit consuetudine receptum vt nulla causa assignetur, ex Rebuff. *in praxi tit. de litter. dimissor. num. 28.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 26. verb. sine licentia, vers. oportet.* Gratian. *Marcb decis. 98. num. 21.* nihilominus tamen hodie videtur hac consuetudine non obstante dispositionem dicti *cap. 1.* esse seruandam, cùm Concil. Trid. idem videatur statuere *sess. 7. de reform. cap. 11.* ibi, *Facultates de promouendo a quocumque non suffragentur nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possunt, in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur nisi ab Episcopo in sua diœcesi recedente, aut pro eo Pontificalia exercente diligenti præmio examine,* &c. Quicquid aliter videatur intelligere Thom. Valasc. *d. alleg. 5. num. 53.*

Dimissorialium vsum antiquissimum fuisse non 3 dubitatur tempore quidem Diui Augustini eas extitisse, atque in vsu fuisse testatur ipsemet *in epistola ad clerum Hipponen. 137. vers. cum istamet causa,* & tempore Concilij Niceni *in cap. 2. distinct. 73.* Et docent Franc. Turrian. *lib. 3 pro epistolis Pontific.* F. Bernardin. Ferrer. *de antiquo Ecclesiasticarum epistolarum genere,* Cardin. Cæs. Baron. *tom. 2. anno Christi 142. num. 6. & tom. 3. anno Christi 345. num. 162.* Et ne fraus aliqua intercederet, erat olim certa dimissoriarum huiusmodi litterarum forma à Canonibus introducta *73. distinct. per totam*; quæ ab Episcopis singulis seruanda est, quamuis hodie non eadem præcisè seruetur. Exemplaria nonnulla formandi litteras dimissorias posuimus in formulario nostro in calce huius operis impresso *form. 11. cum seqq.* quæ quidem dimissorialium formulæ adeò necessariæ sunt, vt non sufficiat Episcopo promoti cognoscere, & ordinandum pro idoneo habendum, sed si absque legitima dimissoriarum forma aliquem ad Ordines promoueat, tam ipse quàm ordinatus incidunt in pœnas latas contra ordinantes non suum, vel ordinatos absque seu cum falsis dimissoriis, Cherubin. *ad Const. 40. Clement. VIII. schol. 1. & 2.* Continebant olim litteræ dimissoriæ causam propter quam non posset proprius Episcopus suos subditos ordinare, *c. 1. de temp. ordin. lib. 6.* quam consuetudinem sapientiores Episcopi etiam nunc seruant.

Dimissorias concedere possunt cuncti Episcopi, 4 quos attenta Iuris sanctione, priuilegio, vel consuetudine, ad Ordines valent assumere, ex *gloss. fin. in cap. cum nullus, de tempor. ordinat. in 6.* is enim potest dimissorias concedere, qui & ordinare valet, *cap. 1. 62. dist.* Seraph. *decis. 985. num. 3.* Campan. *rub. 6. cap. 3. num. 13. prope finem*, eo quòd potest quis per alium facere, quod per se ipsum exequi non detinetur, ex *reg. potest quis, de regulis Iuris in 6.* † Nisi fue- 5
rit excommunicatus, vel suspensus declaratus, tunc

enim

enim dimissoriæ ipsius non valerent, sed subditi possent se facere ordinari à viciniori Episcopo: incumbit tamen ipsis onus probandi Episcopum fuisse excommunicatum, vel suspensum. *cap. 2. de tempor. ordin. in 6.* Piasec. *d. cap. 1. num. 13.*

6 Inferiores autem Prælati eas nequeunt concedere, nisi à Sede Apost. fuerit eisdem specialis data potestas, ex *d. c. cùm nullus §. inferiores*, aut nisi aliquo peculiari iure potestatem acquisiuissent eas dandi, per ea, quæ scribit Panorm. *in cap. accedentibus, n. 2. de excess. Prælat.* præsertim ex consuetudine legitimè præscripta, iuxta glos. *verb. inductum in d. §. inferiores*, resoluunt Capell. Tholos. *decis.* 451. Petr Gregor *Syntagm. iuris lib.* 40. *cap. 2. n. 19.* Campanil. *d. rub. 9. c. 8. n. 2.*

7 Exemptis olim licebat huiusmodi dimissorias impartiri, ex *d. cap. cùm nullus*, vbi Ioan. Andr. *num. 2.* Anch. *ver. in exemptis, sub num. 3.* & Franch. *num. 5.* Hodie tamen iure nouiori Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 10. neque ipsi Abbates, neque alij etiam exempti, aut collegia, vel Capitula quæcunque etiam Ecclesiarum Cathedralium, litteras dimissorias clericis secularibus, vt ab aliis Ordines suscipiant, concedere valent: vnde Henriq. *in summa lib.* 10. *cap.* 22. §. 3. affirmat personas quaslibet extra Præsulem, etiam habentes iurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam & voluntariam, nequire dictam elargiri licentiam, & *in commento lit. T.* attestatur ita Romæ obtinuisse Episcopum Salmantieen. de anno 1581. contra Capitulum suæ Ec-
8 clesiæ; † nisi tamen esset Ordinarius priuatiuè ad Episcopum, iusque haberet visitandi, deputandi Vicarium, congregandi Synodum, approbandi ad Confessiones, & exequendi defunctorum voluntates, contra quem non intrare dispositionem Concilij Trident. *sess.* 23. *cap.* 10. defendit Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap.* 112. quem refert & sequitur Campan *d. c. 8. n. 4.* Grilenzon. *cons.* 142. *n.* 28. & 30. nouissime Ciarlin. *forens. lib. 1. cap. 46. num.* 19. & ad hos terminos videntur reducenda latè adducta per Flores *var. 24. per totam*, Molfes. *in sum. tract. 2. c. 2. num. 17. & 18 & c. 17. à num. 19.* Tamburin. *de Iure Abbatum tom. 2. disp. 11. q. 20.*

Nec hoc ita absolute conceptum videtur verum, sed requiritur quòd inferiori huiusmodi Prælato territorium separatum cum plena iurisdictione in omnes homines tam de Clero, quàm de populo fuerit concessum; Episcopusque omne ius, omnemque iurisdictionem, & correctionem, quæ ei competebat, à se penitus abdicauerit, nullumque ius in eis retinuerit, etiam quoad consecrationes, ordinationes, cæterasque Episcopales officij indigentias, sed eas à quocunque voluerit Episcopo recipiendi, illi tribuerit facultatem per donationes Apostolicis confirmationibus munitas; quo casu posse inferiorem dimissorias concedere censuit Rota *in nullius, seu Squillacen. iurisdictionis* 4. *May* 1616. coram *Martino Andrea.* Et nouissimè cùm Patres Ordinis Carthusien. supplicarent sacram Congreg. Eminentissimorum, & Reuerendiss. DD. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regular. præpositorum pro reuocatione cuiusdam Ordinis ab eadem sacra Congr. emanati, & directi Priori Monasterij S. Stephani de Busco ne auderet dimissorias concedere ad Ordines subditis sæcularibus eiusdem Monasterij, attento quòd decisionibus, & sententiis Rotalibus fuerat iam resolutum dictum Monasterium habere proprium territorium, & in suos subditos exercere omnimodam iurisdictionem. *Eadem igitur sacra Congr. Eminentissimo Gypsio referente censuit reuocandam, & tollendam esse, prout præsentis decreti virtute reuocatur, & tollit suspensionem, per quam prædicto Priori Carthusiensis Monastery S. Stephani de Busco ab eadem sacra Congr. prohibitum fuit sub die* 21. *Februarij* 1631. *concedere litteras dimissoriales ad Ordines subditis propriis sæcularibus, Romæ* 18. *Iunij* 1632. At casu, quo ipse Prælatus inferior dimissoriales litteras concedere nequit, tenentur ordinandi subditi eidem Prælato, Ordines, vel easdem litteras accipere ab Episcopo viciniori, vt in sequenti declaratione. *Sacra Congregatio Concilij censuit licere Episcopis vicinioribus Ordines conferre subditis sæcularibus Abbatum, & aliorum inferiorum, etiam nullius diœcesis, sine consensu, seu litteris testimonialibus eorundem Abbatum, & aliorum inferiorum. Romæ die* 22. *Februarij* 1631.

Vicarius generalis Episcopi huiusmodi dimisso- 9
rias litteras concedere non potest, cùm ad id vicariatus officium non extendatur, nisi de speciali mandato Episcopi, vel ipso Episcopo in remotis agente, *d. cap. cùm nullus*, ibi, *officiales*, & *in §. Episcopo*, vbi gloss. *verb. in remotis*, Anton. Cuch. *lib. 2. instit. maiorum, tit. 8. num.* 110. Mandos. *ad reg. 24. Cancel. quæst. 5. num. 9. &* 10. Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma vicariatus, num.* 47. Iacob. Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 2. quæst.* 41. Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 16. cap. 9. post num. 3.* Gutier. *canonic. lib. 1. cap. 17. num. 14. cum seqq.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verb. Vicarius, §. 4.* latè Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 5. à num. 7.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num* 40. Azor. *instit. part. 2. lib. 3. cap. 45. quæst 7.* Vgolin. *de officio & potestate Episcopi, cap. 4. §. 7. vers. quantò dimissorias*, Piasec. *in praxi noua Episcop. d. cap. 1. num 13. vers. concedit*, Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, part. 1. num.* 197. Campanil. *d. cap. 8. num. 3.* Molfes. *in sum, tract. 2. n. 22.* Fr. Emman. *in sum. tom. 4. cap.* 61. aliàs 62. *num. 4.* Venero *in examine Episcop. lib. 1. cap. 16. num. 12.* Stephan. Gratian. *Marchia decis.* 98. *à num.* 14. me citato *in hoc loco* Alzed. *d. part. 2. cap. 5. num.* 97. Bonacin. *de censur. extra Bull. disp. 3. q. 2. puncto 11. n. 23.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. part. 1. tract. 2. cap. 2. quæs. 6. in fine.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 18. vbi quando Episcopus dicatur agere in remotis? de quo etiam post glos. *verb. in remotis ad fin. in dict. cap. cùm nullus*, Petr. Greg. *lib. 4. partis. Iuris Canon. tit. 2. cap. 3. lit. K.* Menoch. *de arbitr. casu* 222. *num.* 26. Gutier. *dict. lib. 2. cap. 17. num.* 25. Sanch. *dict. dub. 26. num.* 42.

Capitulo Sede vacante antiquitus libera conce- 10
debatur facultas dimissorias illico concedendi, per *d. cap. cùm nullus*, quæ nouissimo iure Concil. Trident. *sess. de reformat. cap.* 10. restricta est, vt non nisi elapso anno à die obitus Præsulis numerando, queat dimissorias concedere, præterquam illi, qui alicuius beneficij recepti, vel recipiendi arctatus fuerit, aliàs Capitulum contrauenient Ecclesiastico subiaceat interdicto, & ordinati si in minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, maximè in criminalibus, gaudeant, in maioribus verò ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati sint ipso iure suspensi. Vide Emman. Sà *verb. Ordo num.* 29. Rebuff. *in praxi benef. tit. de deuolut. num.* 67. Card. Tolet. *in sum. lib. 1. cap. 49. num. 1.* Nauarr. *cons. 18. & 44. de tempor. ordinat.* Sayr. *decis. 65. eod. tit.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. cap. 14. concl. 2.* Læl. Zech. *de Repub. Eccles. c. 24. vers. non potest.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 26 verb sine licentia. vers. poterit tamen Capitulum.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Capitulum, in princip. pag.* 83. Petr. de Ledesma *in summa part. 1. de sacram. Ordinis cap. 8. concl. 3.* Henriq. *lib. 10. c. 22. num 3.* Azor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 49. quæs. 5.* Suar. *tom. 5. de censur disput. 31. sect. 1. num.* 20. Piasec. *in praxi noua Episcop. part. 1. cap. 1. num. 13. vers. Capitulum.* Fornar.

nar. de ſacram. Ordinis, cap. 5. §. 4. num. 4. Francſc. Leo in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 3. cap. 8. num. 47. cum ſeqq. Rendiua in promptuario recept. ſentent. tom. 1. tit. 10. à num. 1. Campanil. d. cap. 8. num. 5. Bonacina de Sacram. diſp 8. quaſt. vnic. puncto 4. num. 22. & dicto puncto 11. num. 24. Filliuc. tract. 41. de beneſic. cap. 2. num. 44. Homobon. de examine Eccleſiaſt tract. 2. cap. 1. quaſ. 6. prope fin. & tract. 11. in fine reſol. 3. Sanch. in opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 36. Monet. de commutat. vlt volunt. cap. 10. num. 164. cum multis ſeqq. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol. 106. & in deciſ. Curia Archiep. Neapol. deciſ. 185 part. 4. Molfeſ. in ſum. Theologia moralis tract. 2. cap. 2. num. 26. Cardoſ. in praxi iudicum, verb. Capitulum, num. 5. Moliu. de iuſtit. tract. 5. diſp. 11. num. 4. Flores var. q. 24. num. 4. Thom. Valaſc. tom. 1. alleg. 5. num. 12. Quaranta in ſumma Bullary, verb. Capitulum Sede vacante, verſ. decimò quæro, vbi ampliat
11 procedere † etiamſi Capitulum haberet territorium diſtinctum, & exemptum ob immemorialem poſſeſſionem, & ſint iudices Ordinarij, refert Aloyſ. Ricc. Neapol. deciſ. 185. part. 4. & quamuis velint ad primam Tonſuram dimiſſorias concedere, & nuncupatim, quòd non poſſit date dimiſſorias etiam ad primam Tonſuram Capitulum Sede vacante, tenent Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 3. num. 3. Nicol. Garc. de beneſic. part. 5. cap. 7. num. 95. Fr. Emman. in ſum. tom. 2. c. 14. n. 6. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol. 106. Monet. d. c. 10. n. 173.

Arctatis beneficiis tam habitis, quàm habendis poſſe Capitulum Sede vacante per Vicarium ab eo electum, intra annum literas dimiſſorias concedere, per Concil. Trid. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 10. ibi, arctatus non fuerit, obſeruant Salzed. d. cap. 26. lit. C. verſ. poterit, Zerol. in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Capitulum, in princip. & verſ. ſecundum, Quarant. d. verſ. decimò quæro. Garc. de beneſ. part. 5. cap. 7. à num. 96. Molin. d. tract. 5. diſp. 11. num. 4. verſ quamuis. Sanch. d. cap. 1. dub. 10. num. 17. Monet. de commutat vlt. volunt. cap. 10. num. 180. vbi reſoluit poſſe huiuſmodi Capitulum pro arctatis literas dimiſſorias ei concedere, qui habeat Epiſcopum à quo ratione originis, domicilij, aut alterius beneficij compatibilis ab eo recepti illas poſſe obtinere.

Arctatos occaſione beneficij recepti illos dici, qui obtinent aliquod beneficium requirens ſeruitium perſonale, ratione cuius de iure, conſuetudine, priuilegio, ſtatuto Eccleſiæ, vel fundatione intra annum tenetur ſe promoueri facere, aſſerunt Nicol. Garc. d. part. 5. cap. 7. num. 98. Vgol. de poteſt. Epiſc. cap. 26. §. 20. num. 5. verſ. & primò, Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol. 98. exemplificantes in eo, qui obtinet parochialem Eccleſiam, quòd ſit arctatus ad Sacerdotium intra annum, & in eo, qui obtinet Canonicatum ad Ordinem illi annexum, & in aliquibus beneficiis, ſeu capellaniis requirentibus ex inſtitutione ſeruitium perſonale, ſeu aliquem Ordinem, latè Monet. d. cap. 10. num. 166. cum multis ſeqq. vbi cum Garc. & Vgolin. citatis locis, idem eadem ratione dicendum putat, vbi Ordo ſuſcipiendus beneficio eſt ita annexus, vt tempore prouiſionis in eo conſtitutus eſſe debeat, qui beneficium obtinet, ſed impetrans diſpenſatus fuit, vt hoc non obſtante huiuſmodi beneficium poſſet obtinere, vel vbi in litteris contineretur illa, non obſtantibus, &c. per quæ effectus gratia noſtra impediri valeat quomodolibet, vel differri, aut ſimilis.

Arctatos occaſione beneficij recipiendi illos dici, qui habent ius, ſeu ſunt vocati ad aliquod beneficium vacans, ſeu capellaniam, quod tamen requirit actu certum Ordinem, quo illi carent: vel illos dici, qui cùm ſint ordinati prima Tonſura, ſunt præſentati ad beneficia maiorem Ordinem actu requirentia, atteſtantur Aloyſ. Ricc. d. reſol. 98. Monet. d. cap. 10. num. 173. & 176. Nicol. Garc. d. cap. 7. à num. 99. obſeruantes etiam electum in concurſu ad beneficium Curatum, cuius collatio facienda eſt à Papa, non poſſe interim dici arctatum tam occaſione beneficij recepti, quàm recipiendi, necnon minimè dici arctatum occaſione beneficij recipiendi illum, cui aliquis vult reſignare aliquod beneficium requirens actu Ordinem, quo ille caret.

Vicarius autem à Capitulo deputatus concedens 12
prædictas dimiſſorias non arctato, & ante elapſum annum, ſi fuerit impetrans promotus ad Ordines vigore dictarum litterarum, vltra pœnas eodem Capitulo ſupra relatas imponendas, expreſſaſque in d. cap. cùm nullus, ab officio, & beneficio per annum eſt ipſo iure ſuſpenſus, vt habetur in Concilio Trident. ſeſſ. 23. cap. 10. etiamſi is, cui conceſſit, vſus non fuerit, prout refert deciſum Nicol. Garc. in addit. ad d. cap. 7. num. 92. ſed poſt annum non impeditur, vt demonſtrant aperta verba eiuſdem Conc. ſeſſ. 7. de reform. cap. 10.

Vicarius tamen Papæ ab hac reſolutione excipi- 13
tur, qui non prohibetur etiam ſtatim poſt vacantem Sedem dictas dimiſſorias impartiri, eo quòd Concil. minimè reſtringit iuriſdictionem Sedis Apoſtol. quamuis vacantis. Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 6. Henriq. lib. 10. cap. 11. §. 3. Campan. d. cap. 8. num. 6. Salzed. d. cap. 26. lit. C. verſ poterit; & nuncupatim de his Vicariis Papæ in Vrbe, ac de Vicariis Epiſcoporum deputatis per Papam, quos Apoſtolicos vocamus, reſoluunt Mandoſ. ad reg. 24. Cancel. cap. 3. de malè promotis quaſt. 6. num. 13. Iacob. de Graff. in aur. deciſ. part. 2. lib. 3. cap. 13. de cleric. circa Ordines, quos refert, & ſequitur Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccleſ. c. 7. num. 15.

Capitulum Sede vacante, ante lapſum anni va- 14
cationis Sedis, obtinenti facultatem à Sede Apoſt. de ſuſcipiendo Ordines cum licentia ſui Ordinarij, poteſt huiuſmodi facultatem ſubordinatam concedere; ita Nauarr. conſ. 19. de tempor. ordinat. quam refert Piaſec. in praxi noua Epiſcop. dict. cap. 1. num. 13. verſ. capitulum, me citato in hoc loco nouiſſimè doctus Diana moral reſolut. part. 5 tract. 10. reſol. 46. verſ. tertiò. Sanch. in opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 26. vbi reſoluit Capitulum Sede vacante ante annum elapſum poſſe licentiam concedere alicui Epiſcopo, vt in ea diœceſi ad Ordines promoueat alienos habentes dimiſſorias proprij Epiſcopi, aut ſui Prælati Regularis, vel perſonas eiuſdem diœceſis habentes dimiſſorias Epiſcopi mortui, vel Nuncij Apoſtol. vt à quocumque Antiſtite ordinentur.

Qui enim à Sede Apoſt. priuilegium obtinuit ad 15
ſuſcipiendos Ordines à quolibet Epiſcopo, non indiget nouis litteris dimiſſoriis, indiget verò teſtimonialibus proprij Ordinarij de vita, & moribus, Bonacin. de Sacram diſp. 8. quaſt. vnica, puncto 4. num. 17. Ciarlin. contrau forenſ. lib. 1. cap. 46. num. 23. Alioquin ſi ad Ordines ſine litteris teſtimonialibus proprij Ordinarij promoueatur, remanet ſuſpenſus ab executione ſuſceptorum Ordinum, & ordinans incurrit ſuſpenſionem à Collatione Ordinum, per annum, vt patet ex Conc. Trid ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. ad finem, tenent Henriq. lib. 13 cap. 28. num. 2. Toler. lib. 1. c. 49. num. 4. Fornat. de Ordine cap. 4. num. 3. Quaranta verb. Ordo verſ. ſuſpenſionis pœnam. Rectiſſimè agunt ſupremi Pontifices cùm in Breuibus appellatis, extra tempora, aliiſque, in temporibus nominatis, mandant clauſulam apponi, & de licentia ſui Ordinarij; quæ multos

multos retinet à susceptione Ordinum, auferrque abusus complures: etenim imperiti, infames, aliave ex causa inbabiles, non valentes à propriis locorum Ordinariis Ordines suscipere, externas petunt regiones, Ordinesque fraudulenter extorquent ab alienis Episcopis, nescientibus quanta sit in hominibus peruersitas: illi verò, qui facultatem obtinent in Curia recipiendi Ordines à quocumque Antiste, per Breue, addita clausula, *absque literis dimissorialibus sui Ordinarij*, attentè videant quibus causis in suis supplicationibus relatis prædictam licentiam impetrant, quia in gratiis & priuilegiis omnis causa præsumitur impulsiua, ex Franch. *in cap. decet num. 3. de regulis iuris in 6.* Tiraq. *in tract. cessante causa lim. 1. num. 81.* quos refert Campanil. *d. rub. 9. cap. 7. num. 6.* vbi *num. 5.* resoluit quòd si postea cesset causa, qua adductus Papa licentiam elargitus est suscipiendi Ordines à quocumque sine dimissoriis proprij Episcopi, non propterea censenda est reuocata prædicta facultas, vt nequeat ampliùs impetrans ea vti, seque promoueri facere à quo maluerit.

16 Obserua tamen Capitulum Sede vacante, siue Vicarium, qui eius vices gerit, posse intra annum concedere litteras commendatitias, siue testimoniales, licèt concedere nequeat dimissorias; nam litteræ testimoniales non sunt dimissoriæ. Ita Nauar. *cons. 27. de tempor. ordinat.* quem citat Bonacina *de Sacr. disp. 8. q. vnic. puncto 4. num. 24.* Læl. Zech *d. cap. 24. num. 11. vers. non potest concedere.* Thom. Valasc. *dict. alleg. 5. num. 15.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Neapol. cap. 87. num. 15. vers. Capitulum.* Quarant. *verb. Capitulum, q. 10. vers. tertiò limita,* Tiber. *de instruct. ad Ordin. cap. 7. quæst. 51. vers. his autem,* me citato *in hoc loco.* Ciarlin. *contron. forens. lib. 1. cap. 46. num. 12.* Et potest etiam idoneitatis testimonium facere, Nauar. *cons. 17. eod. tit.* Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Capitulum 5.* Molfes. *d. tract. 2. cap. 2. num. 19.* Molin. *d. tract. 5. disp. 11. num. 4. vers. quamuis,* Bonacin. *d. puncto 11. num. 24.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 182.* vbi refert modernum Curiæ Rom. stylum habere, vt Sede Episcopali vacante ipsæ quoque testimoniales dentur ab Ordinario viciniore.

17 Item potest intra annum Episcopo extero concedere exercitium Pontificalium, & ordinationem propriorum subditorum vacantis Sedis post annum, Henriq *lib. 10. de sacram. Ordinis, cap. 22. §. 1.* Quaranta *verb. Capitulum Sede vacante q. 11.* Genuens. *in praxi Archiep. Neap. c. 87. num. 13.* Piasec. *in d. praxi noua Episcop. d. c. 1. n. 13. vers. Capitulum,* Fornat. *de Ordine c. 5. §. 4. in 4. notab.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract. 2. c. 2. n. 28.*

18 Dimissorias etiam concedunt Regulares Superiores suis Monachis, prout infrà ostendo *num. 31.* iuxta modum, & formam traditam à S. D. Clemente VIII. in hac Ordinatione, quæ sequitur. *De mandato S. D. N. Clementis diuina prouidentia Papa VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium superioribus, vt de cætero obseruent, & obseruari faciant, ea, quæ in Decreto sacræ Congreg. Concilij Trident. continentur, cuius tenor est talis: Congregatio Concilij censuit superiores regulares posse suo subdito item regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempè illius monasterij, in cuius familia ab ijs ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur, quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus quo Episcopus Diœcesanus vel abfuturus, vel nullas habiturus ordinationes esset. Verum cum à superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente, litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse, quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis actiuæ, & passiuæ priuationis, ac aliàs arbitrio eiusdem S. D. N. Papa reseruatas pœnas, incurrent. In quorum, &c. Dat. Romæ die 15. Martij an. 1596.* referunt Lauret. de Franchis *in controuers. inter Episcop. & Regul. pag. 71.* Lezana *in sum. quæst. Regul. cap. 14. num. 18.* Marcel. Vulpe *in dict. sua praxi iudic. cap. 7. num. 11.* Nald. *in sum. verb. Ordo, num. 26.* Antonin. Diana *moral. resol. tom. 1. tract. 16. aliàs 3. miscell. resol. 15. per tot.* Et aduertit Iul. Cæsar Madius *de sacris Ordinib. c. 10. n. 8.* ad ordinationem Regularium sufficere si in litteris dimissoriis Prælatus Religionis, siue Conuentus testetur de absentia Diœcesani, vel quod nolit habere ordinationes, vt possit ab alio Episcopo ordinari, nec esse necessarium habere hac de re ex Curia Episcopali instrumentum, vel fidem authenticam Piasec. *in praxi noua Episcop. p. 1. cap. 1. num. 14.* Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici, rub. 12. cap. 13. num. 57.* Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 26. §. 10. num. 8.* Capuccin. *in addit. ad compend. verb. Ordines sacri, §. in fine.* Miranda *in manual. Prælat. quæst. 28. art. 2. tom. 1.* Molfes. *in sum. Theologia moralis, tract. 2. cap. 2. num. 23.*

Has autem dimissorias, cùm Episcopi antiquitus 19
dabant, non eum examinabant, cui concedebant, at illum Ordinario examinandum dimittebant, vt colligitur ex text. *in cap. Sanctissimo 73. dist.* Postea verò *in Conc. III. Carthaginensi,* sancitum fuit ne Episcopus ordinandum dimittat, nisi examinatum, & approbatum, eiusque decretum innouauit, confirmauitque Concil. Trid. *sess. 14. de reform. c. 3. & sess. 23. de*
reform. cap. 3. † præcipiens Episcopis, vt per semet- 20
ipsos Ordines conferant, quòd si ægritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter quàm iam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant, de quo Zerola *in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria §. 10. vers. secundum,* Petr. Ledesma *in sum. part. 1. de sacram. Ordinis, cap. 5. concl. 10.* Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 5. num. 1.* Piasec. *in praxi noua Episcop. p. 1. cap. 1. num. 12.* Et licèt Concilium *d. sess. 23. cap. 3.* videatur dicere Episcopo tantùm ægritudine impedito licere litteras dimissoriales subditis concedere ad Ordines, apud alienos Episcopos recipiendos, tamen hoc ei liceret, quando alia legitima causa, quàm ægritudinis, impeditus fuerit, vt decisum referunt Armendar. *in addit. ad recop. legum,* Nauar. *ad lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcopis, in declarat. n. 42.* Vgolin. *d. §. 10. n. 11.*

Concedendæ sunt igitur dimissoriæ ex iusta causa, & priùs illo examinato, qui petit dimitti, non 21
vtique tutus erit in conscientia Antistes ille, qui suum subditum non examinatum, aut nullo præcedente scrutinio dimisisset, si ille postea reperiretur inhabilis maléque promotus, quamuis in litteris adiecisset clausulam, qua Ordinatoris conscientiam onerasset, vt adnotarunt, & iustè quidem, Viuald. *p. 3. sui candelabri cap. 8. num. 12.* Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 5. num. 4.* Quare in concedendis litteris dimissoriis quatuor seruanda sunt, & maximè attendenda requisita. *Primò* legitimum examen & approbatio, ex Trid. iuxta ea quæ dixi suprà *n. 19. & 20.* *Secundò*, vt in illis addatur causa ob quam proprius Episcopus per se ipsum Ordines conferre nequit, ex iis,

quæ

quæ adduzi suprà n.2. Tertiò exprimēdi sunt Ordioes, ad quos suscipiendos Episcopus litteras dimissotias concedit. Quartè exptimendum est, an Episcopus intendat facultatem generalem recipiendi Ordioes à quocumque Episcopo: nam si facultatem specialem tantùm ab aliquo Episcopo: nam si facultatem specialem recipiendi Otdines à tali Episcopo concedat, non possunt Oidines ab alio suscipi, alioquio pœna suspensionis incurritur. Ita aduertit Bonacio. d. punct. 11. n. 25.

22 Dubium ex dictis otitur, possit ne Præsul ille, cui examinatus, & apptobatns ordinandus dimittitur, iterum examinare dimissum? Io primis Iure communi attento negatiuè est respondendum cum gloss. vltim. cap. Episcopo 9. quæst. 2. quam ibi sequuntur Præpos. num. 3. & Gemin. num. 2. admittit Molfes. in summa Theologia moralis tract. 2. cap. 2. num. 21. post med. vbi refert Sixtum V. audita seotentia Congregat. declarasse, quòd si Episcopus litteras dimissotias coocedens subditum examioauit, & in litteris dimissorialibus hoc affirmauerit, non tenetur Episcopus ad quem ordinandus mittitur, illum examioare, nec inquirere super idoneitate, & litteratora. Verùm attentè considerato nouissimo Coocil. Trident. decreto sess. 7. de reform. cap. 11. credo ordinantem Episcopum tutius agere, si eundem denuò examini subiiceret, propter expressa verba dicti decreti disponeotis ne ab extraneo quis ordinetur nisi diligenti præuio examine, cui subsequitur alter canon sess. 23. cap. 3. & iubet nemini non examinato concedendas esse dimissotias, ex quibus ita iunctim consideratis liquet ab vtroque debere examinari ordinandum, & in propriis terminis tenent Fr. Emman. in sum. tom. 4. cap. 62. num. 5. Laur. de Fraochis dicto loco vers. 13. Piasec. in praxi noua Episcop. p. 1. n. 12. pag. 29. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 9. cap. 8. n. 31. vers. sed ne, Bonacina d. punct. 4. n. 33. Iul. Cæsar Madius de sacris Ordin. c. 4. n. 2. me citato in hoc loco Alzed. d. p. 2. c. 5. n. 72.

23 Dimissorias aotem istas semper valere, tum viuente, tum defuncto dante, resoluunt Zabar. communiter receptus in Clem. fin. post num. 9. quæst. 5. de elect. vbi Imola num. 3. & Bonif. num. 43. Villadieg. de legat. q. 16. num. 25. Bonac. d. p. 11. num. 26. Nau. in c. placuit num. 34. & 163. de pœnit. dist. 6. & cons. 5. de rescript. in nouis. Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria §. 9. Rebuff. in forma litter. dimissor. num. 43. Perez l. 2. tit. 2. lib. 2. ordin. & l. 6. tit. 12. lib. 3. Piasec. in praxi noua Episc. d. cap. 1. num. 14. in fine, Paoin. de potestate Capituli Sede vacante, p. 1. n. 9. fol. 18. Lauret. de Franchis d. loco vers. ad 12. Henriq. in summ. lib. 10. cap. 22. §. fin. Gutler. practic. lib. 3. quæst. 75. num. 5. & canon. lib. 2. cap. 17. à num. 14. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. num. 4. Stephan. Gratian. March decis. 98. num. 20. Alzed. d. cap. 5. num. 48. Fr. Emman. quæst. regular. tom. 1. q. 9. art. 1. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 26. vers. postquam, Goozal. ad reg. 8. Cancel. glos. 12. num. 36. Vgoliu. d. cap. 26. §. 20. num. 9. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 2. c. 1. q. 7. Fagundez in quin-
24 que Ecclesia præcepta part. 2. lib. 8. c. 8. n. 16. † Etiamsi
à Capitulo Sede vacante datæ fuissent, quia per ingressum moderni Episcopi non expirant. Ita Quaranta in summa Bullary verb. Capitulum Sede vacante vers. secundò dubitatur, Petr. de Ledesma in sum part. 1. de sacram. Ordinis cap. 8. concl. 4. Molina de iustitia tract. 5. disp. 11. num. 4. Gonzal. d. gloss. 12. num. 37. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 179. Bonacina d. puncto 10. num. 27. Fagundez d. num. 16. Thom. Valasc. d. alleg. 5. num. 13. Marcel. Vulpe d. c. 7. num. 13. & me citato in hoc loco Alzed. d. part. 1. cap. 5. num. 95.

Gutler. Canon. lib. 2. c. 17. num. 12. † vbi consulit Or- 25
dinatoribus, vt si tempore præsentationis dictatum litterarum eotam eis, sciuerint nouum Prælatum, atque successorem possessionem eiusdem Episcopatus cœpisse, vel in Episcopatu adesse, illas non admittant, nisi reualidatæ, vel nouiter à successore concessæ productæ fuerint, vel ab eius officiali ad id speciale mandatum habente: à nouo enim Antistite reuocari possunt per edictum omnes & quæcumque dimissoriæ à prædecessoribus Præsulibus, siue Capitulo Sede vacante concessæ, quæ nondum sortitæ fuerunt effectum, prout resoluit Rebuff. in praxi rub. de formaliter dimiss. num. 44. & intelligunt iusta subsistente causa, Campanil. d. rub. 9. cap. 8. & Gutier. d. lib. 2. c. 17. n. 10.

Pro litteris dimissoriis ad Oidines recipiendos 26
nihil recipi debere ab Episcopo, eiusve ministris, disponit Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 1. & decisum refert Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra in lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcopis in declarat. num. 35.
in resp. dub. 3. † Notarius verò pro singulis dimis- 27
sotiis, seu testimonialibus decimam partem vnius aurei recipere tantum potest, nisi salarium sit ei constitutum, vel consuetudo adsit nihil accipiendi; vt habetur in dict. cap. 1. & copiosè P. Suar. de Religione lib. 4 de simonia cap. 35. num. 6. cum sequentibus, Nauar. in man. cap. 23. num. 202. Vgolin. in tract. de simonia tab. 1. cap. 41. §. 4. Sbroz de officio vicary lib. 2. q. 42. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico p. 2. tract. 11. c. 6. quæs. 11. resol. 4. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 13. num. 200. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria §. 7. pag. 112. Lessi. de Iustitia lib. 2. c. 35. dub. 10. Piasec. in praxi noua Episc. p. 1. cap. 1. num 55. Cened.
ad Decretal. collect. 177. num. 1. vbi etiam addit, † licèt 28
dubios, post confecta instromenta, & tradita partibus posse Notarium, quod ab ordinatis spontè offertur, recipere, de quo Matien. in dialogo Relatoris p. 3. cap. 25. num. 5. Perez l. 1. gloss. 1. post med. tit. 9. lib. 2. Ordin. Sanch. de Matr. lib. 8. disp. 35. n. 44. Homob. d. c. 6. q. 12. resol. 1. in fine.

Vnum adderem quotidianum, & io praxi vtile, 29
quòd Episcopus absens à sua Diœcesi potest dare litteras dimissorias, si absentes subditi eas petierint, vt ordinati possint ab alio; potest etiam illorum examen demandare Episcopo loci, in quo degunt, si propter absentiam valdè eis incommodam voluerit examini illos ibi subiicere, ita decisum refert Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 59. Concessio enim dimissorialium est voluntariæ iurisdictionis, & ideo possunt extra diœcesim, & in alieno territorio concedi, vt multis probat Stephan. Gratian. Marchia decis. 98. per tot. quem refert Camill. Borrel. in sum. decis. tom. 1. tit. 6. n. 43.

De absolutione suspensionis contractæ suscipien- 30
do Ordines absque litteris dimissotiis, dixi allegat. seq. num. 24. Nota quòd absoluere à suspeosione eos, qui nullius Diœcesis existentes sine litteris dimissotiia ordinati fuerunt, spectat ad Episcopum, ad quem ex Concilio Tridentino pertinebat illis dimissorias concedere, vt refert decisum Armendar. d. loco n. 61.

Patentes litteræ dimissoriæ, siue commendatitiæ, 31
quibus Regulares ordinandi sunt, esse debent suorum Prælatorum Ordinariorum, non verò Episcopi Diœcesani; Concilium enim sess. 23. cap. 8. quatenus dicit quòd nullus etiam cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegy prætextu, ordinetur etiam statutis temporibus, nisi eius probitas, ac mores Ordinary sui testimonio commendentur; intelligendum est de Generalibus

libus,& Prouincialibus,seu etiam inferioribus Prælatis Regularibus, quia negari non potest, quoad hoc Prælatos esse Ordinarios, qui suorum subditorum probitatem,vitam,& mores plenè cognoscunt, & de illis attestari possunt iuxta dispositionem Concilij *dicto loco*; refert me citato *in hoc loco* Ciarlin.*controuers.forens.lib. 1. cap.46. num.* 21. non verò Episcoporum Diœcesani, qui nec respectu Regularium Ordinarij dici possunt, nec de illorum vita,& moribus testimonia ferre queunt: confirmatur deinde ex alio Concilij loco *d.sess.* 23. *cap.* 10. argumento deducto à contrario sensu,vbi Abbates,& alij quicumque Prælati, quamuis exempti,prohibentur litteras prædictas dimissorias concedere aliquibus clericis secularibus, vt ab aliis ordinentur;ergo eum propriis subditis Regularibus non id ipsum facere prohibentur,de quo vide Fr.Ludou.Miranda *in man. Prælator.tom.*1.*q.*38.*art.*2.Mol fel.*in sum.Theologia moralis tract.*2.*c.* 1. *à n.* 23. Et peculiaris declaratio super hoc edita fuit à Clemente VIII. concessa ad instantiam Regij monasterij de Alcobaca Regni Portugaliæ, & incip. *Vt ea,qua, Dat. Romæ apud Sanctum Petrum* 9. *Martij anno* 1592. *Pontificatus sui ann.* 1. vbi inter alia præcipitur, vt litteræ dimissoriæ Abbatis prædicti monasterij à quibuscumque locorum Ordinariis recipiantur, & admittantur, refert Miranda *in manuali Prælatorum,tom.*1.*quæst.*39.*art.*3.vbi *art.*4.asserit per Concil.Trident.*sess.*23.*cap.*12.huiusmodi Regulares licèt habeant patentes litteras dimissorias à propriis Prælatis,bene posse ab Episcopis nihilominus de Grammatica,& sufficientia examinari, additque quòd quamuis post d.Concilij decretum aliqua fuerint edita priuilegia Regularibus concessa, ordinari vt possint nullo præuio Episcoporum examine,vt dicitur concessisse olim Gregor. XIII. pro Religiosis Societatis Iesu, huiusmodi tamen priuilegium,& omnia alia,si quæ sunt, postmodum fuerunt reuocata per nouam Constit.quam fecit Sixtus V.contra clericos malè promotos, me citato refert Alzed.*d.p.*2.*c.*5.*n.*73.

Regularis igitur qui ab Episcopo ordinari desiderat, afferre debet litteras dimissorias à suo Superiore de ordine suscipiendo, quo eorum quispiam initiandum est:quæ litteræ, & veruftiores sint,duobus,tribusve mensibus à die sacræ ordinationis computandis, obtinendæ sunt;nisi ob absentiam Superioris,aliamve causam eas longiori tempore datas, renouatasve accipi, probative debere censuerimus; testimonium etiam scriptum à Superiore suo, qui ostendat eum vita & moribus præditum esse, qui dignus sit vt illi Ordini adscribatur, quo iis initiari vult; sit verò hoc testimonium non antiquius duobus mensibus,si verò diutius à monasterio abfuerit, hoc testatum afferat à Superiore monasterij, in quo proximè commoratus est. Testificationem item de Ordine,qui proximè præcedit iam suspecto. Si verò statutum tempus præscriptum à Concilio Trident. quod intericctum esse debet inter susceptionem vnius,& alterius Ordininis, nondum expletum est, tunc à suo Superiore scriptum afferat, quo testatum fiat vtile ac necessarium Ecclesiæ suæ monasteriove esse secum dispensari super eo interstitio: item in Religione cum laude versatum esse, loco tituli afferat testificationem præstitæ, ritèque emissæ professionis regularis,& exercitationem frequentem functionum illius Ordinis, quem proximè suscepit. Ita nouissimè Lauter.de Franchis *in controuers.inter Episcop.& Regular.pag.*73. *vers.ad primum.* Et latè de interstitiis respectu Religiosorum per Episcopum dispensandis egimus infrà *alleg.*18.*n.* 10.

Vtrùm autem nouitius ante professionem possit cum huiusmodi dimissoriis sui Prælati Regularis ad Ordines promoueri? Sermo non est de promotione ad sacros Ordines, quia illos recipere ante emissam professionem nouitiis interdicitur sub variis pœnis à Pio V.*in sua Constit.*incip.*Romanus Pontifex sacrorum, de an.* 1568. sed de Ordinibus minoribus, qui nullo iure eis prohibentur, secundùm Fr. Emmano.*quæst.Regul.tom.*1.*q.*43. *art.*4. *in fine*, Suarez *de censur.disp.*50.*sect.*13. *num.*13.*& tom.*3. *de Relig. lib.*5. *cap.*16.*num.*17. Lezana *in sum.quæst. Regul.c.*24. *n.*6. Sanch.*in præceptis Decal.tom.*2. *lib.*6. *c.*10. *n.*19. Barthol.de Vecchis *in praxi de admittendis nouitiis ad statum Religionis disp.*11.*dub.*8.*n.*1. ad quos suscipiendos non egere licentia, aut litteris dimissoriis Prælati Regularis, sed Episcopi tenent Iacob. de Graff. *in append.decis.aur.lib.*1.*c.*7.*n.*69. Fr. Emman.*quæst. Regul.tom.* 1.*q.*11. *art.*11. Vgolin. *de officio Episcop.p.*2. *cap.*35.*num.*1.Azor.*instit.moral.p.*1. *lib.*12.*cap.*2. *q.*10. Nald.*in sum. verb. Nouitij*, Miranda *in man. Prælat. tom.*2.*q.*34.*art.*16. Coriolan. *de casibus reseru.p.*1. *sect.* 3 *art.*18.*in* 1.*edit.* Aloys.Barioia *in suis aphorism. verb. Nouitij §.*15. Homob. *de casibus reseru. p.*1. *c.*11. *vers. quæ etiam sit,& p.*3. *c.*11. *in* 1. *except. vers. non incurrit verò*,Diana *moral.resol.p.*3.*tract.*2.*resol.*4.*& p.*4. *tract.* 4.*resol.*3.Quicquid dicat Barthol.de Vecchis *d.tract. disp.*9.*dub.*26. Pereg.*in addit. ad constit. sui Ordinis p.* 3.*q.*8.Poterit tamen Prælatus Regularis concedere nouitio dimissorias, si Religio priuilegium habeter mittendi suos subditos ad quoscumque Episcopos vt ordinentur;nam nomine subditorum in fauorabilibus veniren etiam Nouitij, qui gaudent professorum priuilegiis, Suar.*tom.*3. *de Relig. lib.*5. *cap.*16. *n.*17.Sanch.*d.tom.*2.*lib.*6. *c.*10. *n.*22.*in fine*, Bapt.Tibet.*in instr.Ordin.c.*7.*q.*50.Barth.de Vecchis *d.dub.*8. *n.*3.Ascan.Tambur.*d.tom.*2.*disp.*2.*q.*27.*num.*2. Diana *part.*3. *tract.*2.*de dub.Regul. resol.* 7.*tract.*4.*resol.*4.*p.*4. 32

In casu autem, quo Prælato Regulari non competit dimissorias nouitio concedere,cuius id muneris erit,an Episcopi habitationis, an originis? Pertinere ad Episcopum habitationis, seu loci, in quo manet nouitius,tenent Cuch.*lib.*3. *instit.maior. tit.*1. *de regular.n.*94.Sanch.*d.lib.*6.*cap.*10. *num.*21. Homobon.*consult. moral. p.*4. *resp.*99. *vol.*1. & alij, quos sequor sup. *alleg.*4. *n.*63. Quamuis id munus spectare ad Episcopum originis tradant Henriq. *de Ordine c.*23.*n.*3.*in com.lit.F.* Suar.*tom.*2.*de Relig.lib.*2. *cap.*12. *num.*9. *& tom.*3. *lib.*5. *cap.*16. *num.*17. & Barthol. de Vecchis *d disp.*11.*dub.*8. *n.*1. 33

Cum die 9.Februarij currentis anni 1649.hic Romæ coram sanctissimo D. N. D. Innocentio Papa & aliquibus Eminentissimis DD, S. R. E. Cardinalibus,& aliis Prælatis,ac Reuerend.Patribus, tremendum, sed tamen mihi optatissimum examen subiissem vltimo loco Eminentissimus D.Cardin. de Lugo, eminentis virtutis & scientiæ magister, me interrogare voluit de sequenti dubio. Quidam Episcopus dum viueret licentiam concessit Episcopo titulari, qui in eius Episcopatu suffraganei sui vices gerebat, ordinandi aliquos sibi subditos, qui iam examinati, & approbati in matricula descripti reperiebantur, sed antequam dies ordinationis advenisset, Episcopus, qui licentiam concesserat, è viuis discessit,& Capitulum illicò Sedis Episcopalis vacationem publicauit; quæsiuit à me an Suffraganeus ille possit dicta licentia à mortuo Episcopo sibi concessa,post dictam Sedis vacationem vti, & illius virtute, in matricula descriptos in ea diœcesi ordinare, non obstante decreto *Concilij Trid.sess.*7. *de reform.cap.*10. 34

In

35 In quo dubio respondi licentiam ordinandi prædictos in matricula descriptos expirasse morte Episcopi concedentis multis, sed his potissimum fundaméntis. Primò, quia huiusmodi licentia & mandatum quamuis dici possit perfecta respectu Suffraganei vt viuente delegatore ea vti valeat, nihilominus respectu ordinandorum est imperfecta, cum ea vti non possit post ipsius delegantis mortem nulla habita in scriptis expeditiona dum viueret; & quatenus mandatum in scriptis & cum subscriptione Episcopi expediretur, adhuc non suffragaret post eius mortem, tum quia dirigitur nominatim personæ Sede vacante Pontificalia exercere, & sic non potest transire in tempus prohibitum: tum etiam quia dirigitur in locum similiter in quo prohibetur sine Capituli Sedis vacantis licentia eadem Pontificalia exercere; tum denique quia mens & intentio Episcopi mortui fuit vt suffraganeus tanquam talis, & vti vices gerens in suo Episcopatu subditos illos ordinaret, Pontificalia exercendo, vt solebat, quæ tamen facultas suffraganeatus expirat pro tempore Sedis vacantis, vt colligitur ex quadam declaratione sacræ Cong. Concilij in vna Vilnen. 22. Februarij 1631. in qua fuit decisum suffraganeum datum Episcopo Vilnen. cum facultate exercendi Pontificalia officia in diœcesi & ciuitate Vilnen. de expresso consensu & licentia moderni, & pro tempore existentis Episcopi, non posse eadem Pontificalia exercere, vt exercuit viuente Episcopo post illius mortem, Capitulo etiam non contradicente.

36 Secundò quia totalis iurisdictio, & potestas Episcopo concessa per illius mortem expirat, itaut omnes officiales ab illo electi amplius illa exercere non valeant, cum tota in Capitulum transfusa sit, & ab eo exinde dependeat, vnde sequitur quòd non liceat Episcopo dum viuit actum aliquem iurisdictionalem delegare, vel ordinariam potestatem concedere personæ, quæ illam exercere valeat post eius obitum, quia concessio fit in tempus, quo illam non habet, tum quia redundet in præiudicium transfundendæ iurisdictionis in Capitulum Sede vacante.

37 Tertiò quia aliàs si liceret Episcopo dum viuit alicui licentiam concedere exercendi Pontificalia & Ordines celebrandi in sua diœcesi, quæ duraret post eius obitum, vtique hoc esset ex diametro contrauenire dispositioni *Conc. Trid. d. c. 10.* quod prohibet infra annum à die vacationis ordines conferre subditis, qui beneficij ecclesiastici recepti vel recipiendi occasione arctati non fuerint.

38 Quartò, quia sicut Episcopus, qui translatus est ad alium Episcopatum, aut suo renunciauit, non potest in eo à quo fuit translatus, vel in eo, cui renuntiauit, amplius Ordines conferre, aut Pontificalia exercere, *cap. 1. de ordin. ab Episcopo, qui Episcop. renunt. Abb. ibi n. 3. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 28. num. 10. Maiol de irregular. lib. 3. c. 6. n. 8. vers. isti igitur, Flamin. de resignat. lib. 1. q. 17. n. 19.* ita etiam, & à fortiori nec poterit ille, cui licentiam concessit ante translationem, vel renunciationem ad Ordinandum, videtur enim absurdum quod quis de mandato alicuius possit actum gerere, quem mandans efficere non potest.

39 Quintò quia non obstat quod dimissoriæ litteræ semper valent tum viuente, tum defuncto dante vt per citatos suprà hac *alleg. n. 23.* respondetur enim procedere in litteris expeditis & subscriptis manu Episcopi, & träditis partibus ordinandis, directis Episcopis non impeditis; ex quo non videntur oriri inconuenientia suprà memorata; nam si huiusmodi dimissorias habentes ordinentur illarum vigore ab Episcopo alienæ diœcesis, dici non potest quod iurisdictioni Sedis vacantis præiudicetur, ac proinde minimè videtur contrariari dispositioni Concilij dicto loco. Vlterius hoc casu litterarum dimissorialium concessio confertur in locum & personam non prohibitam; at vero in casu proposito executio ordinationis subditorum facienda venit tempore, quo fieri prohibetur, & delegationis ministerium confertur in personam, quæ illud tunc temporis facere non potest, cùm potestas delegantis Sede plena vrgeat, & quandiu penes Episcopum delegantem permanet, & eius vita durat. Ex his rationibus hanc sentẽtiam defendi, & ex diametro contrariam sustinebat dictus Eminentissimus D. meus Card. de Lugo ex eo quod gratia erat perfecta, & res desiderat esse integra per concessionem, exemplo licentiæ concessæ ad confitendum, ad prædicandum, & ad restandum, scio in hac Romana Curia hinc inde à pluribus plura pro vtraque parte fuisse adducta fundamenta cum de hac interrogatione mihi facta notitiam haberent; ego tamen in mea opinione semper immobilis persisto, & Deo dante latiùs de ea alio in loco agere constituo.

ALLEGATIO VIII.

Episcopus qui alterius subditis sine licentia, & dimissoriis litteris Ordines confert, quas pœnas incurrat, & de pœnis eorum, qui Ordines sic suscipiunt?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus alienum clericum sine expresso consensu, seu litteris dimissoriis sui proprij Episcopi ordinans suspensus est à collatione Ordinum.*

2 *Suspensionem incurrit Episcopus à collatione omnium Ordinum si aliquem alieno clerico sine dimissoriis contulit.*

3 *Episcopus ordinans per ignorantiam clericum alterius Diœcesis non est suspensus.*

4 *Episcopus ordinans extraneum bona fide, sub ratihabitione proprij Episcopi non est suspensus.*

5 *Episcopus Italus si aliquem Ordinem conferret clerico Vltramontano non habenti licentiam à suo Ordinario, grauiori puniretur pœna, quàm si Italo illum conferret.*

6 *Vltramontani si ab Italis in Italia Ordines susceperint sine licentia sui Ordinarij, quas pœnas incurrant.*

7 *Episcopus titularis si Ordinem aliquem, vel primam Tonsuram subdito alterius Prælati sine eius expresso consensu conferat, per annum ab exercitio Pontificalium suspensus est.*

8 *Laicus absque Summi Pontificis auctoritate, vel litteris dimissoriis sui Prælati primam Tonsuram accipiens, ad arbitrium sui Ordinarij puniri potest.*

9 *Laicus proprium habet Episcopum, tum respectu spiritualium, & annexorum; tum pro suscipiendis Ordinibus.*

10 *Ordines ab alieno Episcopo suscipientes sine proprij licentia, seu litteris dimissoriis pœnam suspensionis à susceptorum Ordinum exercitio incurrunt.*

11 *Suspensio attenta Bulla Pij II. incurritur ab eo, qui minores Ordines sine licentia proprij Episcopi suscipit.*

12 *Irregularitatem incurrit non solùm qui functiones Ordinum*

Ordinum sacrorum absque dimissoriis susceptorum exercuerit, antequam absoluatur à suspensione, sed etiam qui exercuerit solemniter actum Ordini minori sic suscepto deputatum.

13 *Suspensio non incurritur, quando qui bona fide Ordines recipit ab alieno Episcopo absque proprij licentia.*

14 *Irregularitatem non incurrit, qui Ordines sic bona fide susceptos ab alieno Episcopo exercuerit.*

15 *Irregularitatem non incurrit, qui etsi temerariè ordinatus bona fide, & ea simplicitate Ordinem exercuerit.*

16 *Regulares promoti absque dimissoriis sui Superioris Regularis quas pœnas incurrant.*

17 *Amplia ad Monachos, & Religiosos exemptos.*

18 *Episcopo attestanti se ordinasse clericum alienæ diœcesis de licentia proprij Episcopi creditur.*

19 *Fori priuilegio gaudet, qui passus est sine licentia proprij Episcopi ab alieno ordinari.*

20 *Ordinatus sine licentia proprij Episcopi est inhabilis ad beneficia consequenda, &* num. 22.

21 *Suspensus à iure ab officio, & beneficio, nequit beneficia consequi.*

23 *Beneficia ante suspensionem obtenta retinentur.*

24 *Absolutio suspensionis contractæ à suscipiente Ordines absque licentia proprij Episcopi, à quo sit obtinenda? ostenditur.*



1 EPISCOPVS alienum Clericum sine expresso consensu, seu litteris dimissorialibus sui proprij Episcopi scienter, vel affectata ignorantia ordinare præsumens, est suspensus per annum à collatione Ordinum; ita probat text. in *in cap. eos qui 2. de tempor. ordin. lib. 6.* innouatus à Concil. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 8.* ibi, *si secus fiat ordinans à collatione Ordinum per annum*, &c. me citato Alzed. *part. 2. cap. 3. num. 17.* Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 12. num. 13.* Mat. Alter. *in simili tract. tom. 2. disp. 16. c. 1. col. 3. dub. 2.* Maiol. *de irreg. lib. 4. c. 2. n. 6.* Bonacin. *de censur. extra Bull. disp. 3 q. 1. puncto 11. n. 6.* Qui tamen, si id efficiat in alia diœcesi, suspenditur etiam à Pontificalium exercitio, vt docet idem Conc. Trid. *sess. 6. de reform. cap. 5.* cuius memini suprà *alleg. 6. n. 4. cum seqq.* quo loci egi de Episcopis in aliena diœcesi Ordines conferentibus sine licentia ipsius proprij Ordinarij; hîc verò ago de ordinantibus in propria diœcesi alterius subditos sine eius licentia, & dimissoriis litteris. Vnde, vt colligitur ex *d. cap. eos qui*, si Episcopi suspensio manifesta sit, ipso iure conceditur ipsius subditis, vt ab alio Ordines recipere valeant sine licentia sui Prælati (modò reliqua seruentur, idest, modò præcedat debitum examen, scrutinium, & tempora debita.) par enim est vt in eo puniatur, in quo deliquit. Ita glos. *d. cap. eos qui*, Syluest. *verb. irregularitas*, §. 9. Suar. *de censur. disp. 31. sect. 1. num. 15.* Bonacin. *d. puncto 11. num. 6.* vbi addit opus esse, vt suspensio sit manifesta, scilicet per euidentiam facti, vel per iudicis sententiam; non verò dubia, ita vt ordinato incumbat onus probandi suspensionem Episcopi per sententiam Metropolitani, quia præsumptio non est contra Episcopum.

2 Quam quidem suspensionem incurrit Episcopus non tantùm à collatione illius Ordinis, quem sine dimissoriis alieno clerico contulit, vt existimarunt Ioan. Monach. Archid. & Gemin. *in d. cap. 1.* Nauarr. *cons. 31. & 39. de tempor. ordin.* Sayr. *in floribus decis. sub eodem tit. decis. 23. & 32.* Molfes. *in sum. tract. 2. cap. 2. num. 12.* Marchin. post hæc impressa in lucem edita, *in tract. de sacram. Ordinis. tract. 1. part. 5. cap. 10. num. 3.* sed à collatione omnium Ordinum, gloss. *verb. omnium in d. cap. 2.* Sayr. *d. lib. 4. cap. 12. num. 30.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 9. cap. 1. num. 16.*

Verùm ab huius suspensionis incursu liberatur Episcopus probabiliter ignorans clericum esse alterius diœcesis, vtpote, quia parentes eius de sua diœcesi eum esse dixerunt, vel communiter pro tali habebatur. Ita resoluunt, & *sacram Congreg.* decidisse attestantur Nauar. *consil. 40. de tempor. ordinat. in nouis, quod deest in antiq.* Vgolin. *d. §. 22. num. 2. vers. excipitur*, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis. 297. in 1. edit. & resolut. 256. num. 4. in 2. edit.* Molfes. *d. cap. 2. num. 13.* Sayr. *in floribus decis. sub tit. de temp. ordin. decis. 62.* vbi aduertit hodie consulendam esse hac de re Bullam Sixti V. incip. *Sanctum, & salutare*, vbi ordinatis minoribus, vel maioribus scienter, aut ignoranter, nisi debita diligentia adhibita iustus error, & probabilis facti ignorantia excuset à collatione quorumcumque Ordinum, atque adeò ipsius Tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipso suspensus est: cuius tamen Bullæ rigorem temperauit postea Clemens VIII. eamque quoad hanc partem reuocauit, reduxitque ad terminos Iuris, vt obseruaui *alleg. 20. num. 1.* nouissimè Laurent. de Franchis *in controuers. inter Episcopos & Regul. pag. 83. in resp. ad 25.* aduertit Episcopum hac suspensione in duobus casibus non teneri, *primò*, quando ipso probabiliter ignorante alienus clericus furtiuè, vel ex simplicitate se in multitudinem ordinandorum ingesserit; *secundò*, si deceptus esset, iuxta ignorantiam facti; potuit enim esse quòd ordinatus detulerit litteras furtim impetratas à Cancellario sui Episcopi. 3

Sic etiam Episcopus à prædicta suspensione excusatur si ordinet extraneum bona fide, sub ratihabitione proprij Episcopi, vt patet ex facto Epiphanij, qui subditum alterius in aliena Diœcesi ordinauit *in cap. fin. 9. quæst. 2.* Ita Maiol. *de irreg. lib. 4. cap. 2. num. 3.* Reginald. *d. num. 69. vers. sunt autem*, Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 48. quæs. 4. §. dubiæ quæstionis*, Fornar. *in tract. de Ordine, cap. 5. § 4. sub notab.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis, tract. 2. cap. 2. num. 14.* & alij apud Suar. *de censur. disp. 31. sect. 1. num. 16. & 17.* Iul. Madius *de sacram. Ordinis, cap. 4. num. 18.* Turrian. *de censur. lib. 5. disp. 46. dub. 1.* Cherubin. *ad Constit. 40. Clementis VIII. schol. 2.* Diana *moral. resol. tom. 2. tract. 4. resol. 191.* me citato *in hoc loco* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 13. num. 23.* Verùm ante factum debent Episcopi hoc maximè effugere; tum quia in iis, quæ sunt contra ius, & iurisdictionem alterius, non facilè præsumenda est ratihabitio; tum etiam, quia datur ansa Episcopis promouendi extraneos ad Ordines, hoc quæsito colore. Ita Mandos. Rebuff. & alij apud Quarantam *in summa Bullarij verb. Ord. vers. amplia hanc extran.* Bonac. *d. puncto 4. num. 28. vers. secundò, & d. q. 1. puncto 11. num. 14.* respondentes Epiphanium posse excusari in foro conscientiæ ratione bonæ fidei, & inaduertentiæ. 4

Episcopus Italus si aliquem Ordinem conferret clerico Vltramontano non habenti licentiam à suo Ordinario, grauiùs punitur, quia sicut à tali promotus Vltramontanus grauiori puniretur pœna de Iure, quàm si Italus ab Italo, vt statim dicam, ita & promouens, vt tenent Ioan. Monach. *in cap. 1. num. 4. de temporib. ordin. in 6.* & Ioan. Andr. *ante num. 1. vers. condigna*, quos refert Campanil. *d. rub. 9. cap. 1. n. 46.* imò arbitraria pœna puniendum, à collationeque 5

Ordinum suspeosum asse tenet Vgolin. *d. §. 22. n. 3.* † Vltramontani enim si ab Italis in Italia Ordinea susceperint à non suo sine dimissoriis proprij Superiotis, ex decreto Clementis *in d. cap. 1.* declarantur suspensi ipso iure, eorumque dispensatio est reseruata Papæ, qua innodati celebrantes fierent irregulares, vt per gloss. *verb. suspensus in d. cap. 1.* Nauarr. *cons. 36. num. 1. de tempor. ordin.* Campan. *d. cap. 1. num. 8.* vbi *num. 9.* asserit illius Canonis suspensionem non ligate eos, qui non propriè Vltramontani, aut Citramontani appellantur, sed medij; veluti, qui in montibus ipsis degunt, & *n. 10.* cum Ioan. Monach. *n. 3. vers. sed quaro*, & Franch. *n. 11 in fine in d. c. 1.* contra alios tenet Vltramontanum, qui domicilium acquisiuit in Italia, posse Ordinibus donari ab eo, qui ratione domicilij eius est superior, aut ab altero de eius licentia, & *num. 13.* asserit prædictam pœnam amplecti Vltramontanos etiam minores Ordines, & primam tonsuram assumentes, in quo iam non relinquitur locus dubitationi extante Constitutione Sixti V. contra malè promotos, comprehendente laicos, ibi, *quemcumque secularem.* Quamuis contrarium teneant Nauar. *consil. de tempor. ordinat. & cons 25. & 26 eod. tit. in antiq.* Vgolin. *d. §. 22. num. 3. in fine*, nouissimè S. D. N. Vrbanus V I I I. *in sua Constitutione contra malè ordinantes, & malè ordinatos*, incip. *Secretis, sub dat. 11. Decembris* 1624. approbans & innouans dictam Clementis Bullam ac in suo valore, & efficacia permanere declarans dictam Pij II. Constitutionem, sic ait. *Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, nostra deque Apost. potestatis plenitudine venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Italia existentibus tenore præsentium prohibemus, ne quouis prætextu, & ex quacumque causa Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscumque Vltramontanos, & ex quibusuis locis extra Italiam oriundis non solùm ad sacros, sed neque etiam ad minores Ordines, vel clericalem characterem promouere audeant, seu præsumant, nisi dimissoriales suorum Ordinariorum litteras à nostris, & huius S. Sedis Nuntiis, seu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, probatas & scriptas habeant, eorúmve Nuntiorum, seu Collectorum subscriptiones à dilecto filio nostro in alma Vrbe Vicario, in spiritualibus generali similiter examinata, recognita, & probata fuerint, alias promouentes ad annum ab exercitio Pontificalium, promoti verò perpetuæ suspensionis pœnam absque spe dispensationis à Sede Apost. obtinenda incurrant eo ipso. Insuper promotos huiusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciariis patrimonij titulis scienter se ad Ordines huiusmodi promoueri fecerint, non solùm prædictis, verùm etiam maioribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pont. infligendis pœnis; Italos verò si quos in posterum clericali charactere insigniri, vel ad minores Ordines promoueri ab alieno Episcopo cum falsis dimissoriis contigerit, etiamsi qualitatibus per Concilij Trid. decretum c. 16. sess. 23. requisitis præditi sint, nihilominus, sequuta tamen priùs desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, fori priuilegio minimè gaudere, sed seculari iurisdictioni, vt ante, plenè in omnibus subiicere, & subiectos esse respectiuè volumus, sicque & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, &c.*

7 Episcopus titularis, idest, earum Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium existunt, clero carens, & populo Christiano, si Ordinem, vel primam Tonsuram subdito alterius Prælati sine expresso eius consensu, aut litteris dimissoriis conferat, etiamsi in loco exempto, vel nullius Diœcesis, vel in aliquo monasterio cuiuscumque Ordinis resideat, per annum ab exercitio Pontificalium sospensus est, vt habetur in Cōc. Trid. *sess. 14. de reform. c. 2.* latè dixi *alleg. 6. à p.*

8 Ne cuiquam laico alienus Prælatus auderet primam conferre Tonsuram, monuit gloss. *verb. clericum, in cap. cùm nullus, de temporib. ordinat. lib. 6. & verb. homini, in cap. fin. eod. tit. & libro*, Rebuff. *respons. seu cons. 1. num. 2. vers. & sic malè*, Nauar. *consil. 30. num. 1. in antiquis.* aliàs *consil. 39. in nouis, sub illo tit. de tempor. ordinat.* itavt si eam non sibi subdito conferret, suspensionem incurreret per annum à collatione Tonsuræ, vt expressè probat text. *in cap. fin. dict. tit. de tempor. ordinat. lib. 6.* Rebuff. *de litter. dimissor. num. 5.* Martin. Fornar. *in addition. ad Tolet. de Sacrament. Ordinis, cap. 5. num. 3.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 49. quæst. 4.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 44. dub. 91. num. 19.* Bonacin. *de Sacrament. disput. 8. quæst. vnic. puncto 4. num. 26. & d. quæst 1. puncto 11. num. 29.* Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rubric. 9. cap. 5. num. 16.* † Laicus enim 9 proprium habet Episcopum, tum respectu spiritualium, & annexorum, tum maximè pro suscipiendis Ordinibus; nam sicut laicum nonnisi proprius Episcopus excommunicare valet, (eo quòd nonnisi in subditos fertur excommunicatio, *cap. à nobis el 1. de sentent. excommun.* cum citatis ab Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 2. §. 11.*) ita & ordinare, cùm constet laicum suum habere Prælatum. Et hæc opinio attento Iuris rigore verior est, quamuis contrariam absque aliquo bono fundamento tenuerint Guid. Papæ *decis. 449.* Lap. *alleg. 138. num. 11.* Nauar. *cons. 25. in antiq.* aliàs *31. in nouis, incip. Hispanus, sub illo tit. de temporib. ordin.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 430. num. 8.* Vgolin. *de potest. Episc. cap. 26. §. 23. num. 1.*

Hactenus egimus de Episcopo ordinante subditos alterius Episcopi sine licentia proprij, & sine illius litteris dimissoriis, aut commendatitiis; nunc 10 verò agemus de suscipientibus Ordines ab alieno Episcopo sine proprij licentia, seu litteris dimissoriis, quos incurrere pœnam suspensionis ab executione Ordinum susceptorum probat Pius I I. *in d. sua Constitut. incip. Cum ex sacrorum*, quam ad litteram posui infrà *allegat. 17. num. 12.* ibi, *Si ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoueri, à suorum Ordinum executione ipso iure suspensi sint, & si huiusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrunt*, &c. & Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 8.* ibi, *si secus fiat ordinans à collatione Ordinum per annum & ordinatus à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus*, &c. Quorum Iurium suspensio ipso iure incurritur, vt colligitur expressè ex *dict. Constitut.* Pij I I. ibi, *ipso iure suspensi sint*, &c. & ex Concil. Tridentin. *in dict. cap. 8.* ibi, *sit suspensus*; quæ verba inducunt profectò suspensionem ipso iure, ex Felin. *in cap. Rodulphus, num. 33. de rescript.* & aliis citati per me *de dilection. vsusfreq. dict. 374.* & tenet Rota *decis. 371. in fine part. 2. diuers.*

11 Ex quo infertur quòd attenta dicta Constit. Pij II. incurritur ista suspensio ab eo, qui maiores Ordines ab alieno Episcopo absque debita facultate suscepit, nam ibi sermo est de promotis ad sacros Ordines; at verò attenta dispositione Concil. Trid. *in d. cap. 8.* generaliter loquentis, incurretur etiam ab eo, qui minoribus Ordinibus initiabitur: vt aduertit Bonacin. *d. tract. de censuris extra Bullam disp. 3. quæst. 1. punct. 12. num. 17.* Nulla habita ratione Constitutionis Sixti V. contra clericos malè promos, eo quòd in hac parte redacta sit ad terminos decretorum

facri

sacri Concilij Trid. & dictæ Constitutionis Pij II. per Clementem VIII. *in d. sua Constit.* incip. *Romanum decet Pontificem, pridie Kal. Martij ann. Incarnat. Dom.* 1595. Vnde † incurrer irregularitatem non solùm qui functiones Ordinum sacrorum absque dimissoriis susceptorum exercuerit antequam absoluatur à suspensione, vt expressè statuit Pius II. verbis suprà relatis, & referunt Suar. *de censur. disp.* 31. *sect.* 19. *num.* 19. *ad fin.* Filliuc. *tract.* 17. *cap.* 5. *quæst.* 3. Vgolin. *d.* §. 23. *vers. qui denique.* Quarant. *d. verb. Ordo, vers. quibus sic specialiter,* Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 1. *vers. ex quo sequitur*; sed etiam qui exercuerit actum Ordini minori sic suscepto deputatum proprium, & peculiarem, solemniter attenta generalitate decreti Concil. Trid. *in d. c.* 8. vt resoluunt Nauarr. *in man. c.* 27. *n.* 163. quem refert Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 5. *num.* 62. Quarant. *d. verb. Ordo, vers. secundo limita.*

13 Suspensio autem præfata non incurritur quando quis bona fide Ordines recipit ab alieno Episcopo, vt si nesciat prohibitum esse Ordines ab alieno Episcopo absque proprij licentia suscipere, aut si ignorantia inculpabili existimet Episcopum habere debitam facultatem ordinandi, seu tales litteras dimissorias esse sufficientes; quia ista suspensio lata est *in dicta Constit.* Pij II. & *in decreto Concilij* per modum censuræ, censura autem non incurritur absque lethali culpa. Ita Nauarr. *in man. c.* 27. *n.* 155. & *in cap. accepta, de restit. spoliat. prop.* 8. *num.* 32. Suar. *d. disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 15. Auila *de censur. part.* 7. *disp.* 9. *sect.* 1. *dub.* 7. Mari. Alter. *d. tom.* 2. *disp.* 9. *cap.* 6. *vers. aliqui censent,* Filliuc. *tract.* 19. *num.* 175. Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 15.

14 In dictam irregularitatem etiam non incidit, qui bona fide Ordines ab alieno Episcopo sine debita facultate suscepit, si susceptorum Ordinum functiones exerceat; quia hic, vt diximus, non detinetur vinculo censuræ, cum eam non contraxerit, excusante illum bona fide. Ita Quarant. *d. verb. Ordo, vers. quibus sic specialiter,* Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 15. *vers. ex quo.*

15 Idem dicendum videtur de eo, qui temerariè quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate, per pœnitentiam purgato peccato illius malæ susceptionis, Ordinem exercuerit, existimans id sibi licitum esse, maximè attenta dicta Constit. Pij II. quæ vtitur verbo, *præsumpserit.* Ita Nau. Quarant. & alij citati per Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 16.

16 Pœna autem aduersùs Regularem promotum absque dimissoriis sui Superioris Regularis inflicta eadem reperitur *in d. Constit.* Sixti V. qua clerici seculares puniuntur, *in vers. vt igitur*, ibi, *vel cuiusuis ordinis, seu militiæ Regularem.* Verùm cùm eius dispositio hodie cesset, ob aliam Clementis VIII. sanctionem, vt suprà dixi, recurrendum est ad decisionem text. *in cap. fin.* 58. *dist.* vbi dicitur ne valeat perseuerare in Ordine; & Episcopo eius ordinatori pœna imponitur, vt à reliquorum communione seiunctus, suæ tantummodo plebis communione sit contentus, ibi, *vt priuatus sit à communione cæterorum,* id est, *Episcoporum*, vt interpretantur Syluest. *verb. suspensio, post num.* 6. & Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 38. §. 1.

17 Vnde pœnas suspensionis, & irregularitatis cum suis declarationibus suprà relatas extendendas esse ad Monachos, & Religiosos exemptos, qui sine sui Abbatis, suorumque Superiorum licentia Ordines recipiunt ab Episcopo illius, vel alterius diœcesis, resoluunt Quarant. *d. verb. Ordo, vers. quibus sic specialiter, in princip.* Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 3. vbi *num.* 4. extendit etiam ad eos, qui ab aliquo Abbate, aut ab alio habente iura Episcopalia Ordines recipiunt, quia isti non dicuntur ordinati à proprio Episcopo, aut ab alio de licentia proprij Ordinarij, iuxta per me dicta suprà *allegat.* 3. *num.* 10.

18 Quando Episcopus ordinans clericum alienæ diœcesis in litteris clericatus attestatur de licentia proprij Episcopi ordinasse, eius attestationi standum est, vt resoluunt Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 76. *num.* 10. Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 30. plures, quos refert, & sequitur Carol. de Grassis *de effect. clerical. effectu* 1. *num.* 638.

19 Qui passus est sine licentia, aut litteris dimissorialibus proprij Episcopi ab alieno ordinari, licèt fori priuilegio gaudeat, is enim, cui Ordines à non suo Episcopo conferuntur, efficitur clericus, & ei imprimitur character, *d. cap. eos, de tempor. ordin. lib.* 6. Baiard. *ad Clar.* §. *fin. quæst.* 36. *num.* 25. Carol. de Grass. *de effectu* 1. *num.* 634. *cum seqq.* Squillante *de priuileg. Cleric cap.* 7. *dub.* 3. *num.* 29. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 26. vbi notat id hodie non procedere ex Constit. S. D. N. Vrbani VIII. *de an.* 1624. *sub die* 11. *Decembris*, secundùm quam sic ordinati non gaudent priuilegio fori, quod antea tenuerunt Mascard *de probat. concl.* 1140. *num.* 2. Flamin. *de resignat. benef. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 85. Gabr. Pereira *de manu Regn. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 18. † Nihilominus tamen fit inhabilis ad Beneficia consequenda, Hieron. Gabr. *cons.* 181. *num.* 5. & 6. *lib.* 2. Flamin. *d. lib.* 4. *q.* 2. *num.* 58. Rebuff. *cons.* 1. *incip. Ordinatus,* & *in praxi benef. tit. de litteris dimissor. num.* 12. & *de pacif. possess. num.* 127. Petr. Greg. *de re benef. cap.* 36. *num.* 12. Carol. de Grass. *de effectu* 1. *num.* 636. & *effectu* 15. *num.* 18. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 9. *cap.* 2. *num.* 1. Seraph *decis.* 742. *num.* 1. vbi tenet quòd clericatus collatus à non suo Episcopo, non est legitimè collatus, non facta mentione licentiæ tanquam solemnitatis extrinsecæ. 20

21 Ratio autem huius resolutionis ea est, quia omnis à iure suspensus tam ab officio, quàm à beneficio, nequit beneficia adipisci, sed illorum est incapax, prouisioque ei facta est nulla, *cap. cùm dilectus, vers. quia nobis, de consuet.* vbi gloss. *verb. cessauimus,* gloss. *verb. suspensi, in cap. cùm bone, de ætat. & qualit.* gloss. *verb. beneficiis, in fine in cap. cupientes,* §. *cæterùm, de elect. in* 6. Nau. *in man. cap.* 25. *num.* 133. & *cons.* 25. *num.* 5. *in antiq.* aliàs *cons.* 10. *in non. de tempor. ordin.* Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 10. Vgolin. *de censur. tab.* 4. *de suspen. c.* 6. §. 7. *n.* 4. & *cap.* 8. §. 6. *num.* 1. Flamin. *de resign. lib.* 5. *quæst.* 6. *num* 84. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæst.* 2. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 116. Planè huiusmodi promotus est suspensus, vt suprà dixi. Ergo beneficia consequi non potest.

22 Amplia hanc inhabilitatem non solùm ad eum extendi, qui absque licentia, seu litteris dimissorialibus proprij Episcopi ab alieno Ordines sacros acceperit, sed etiam ad illum, qui prima Tonsura, seu minoribus Ordinibus insignitus fuerit; illi enim prouisiones factæ non subsistunt, additio ad Nau. *cons.* 27. *sub d. tit. de tempor. ordin.* Vgolin. *d.* §. 23. *num.* 1.

23 Limita quoad beneficia ante suspensionem obtenta, quibus propter huiusmodi inhabilitatem spoliari non debet, nisi voluntariè steterit saltem per annum in ea suspensione, *d. cap. cùm bone, de ætat. & qual.* vbi Anan. *num.* 5. Si verò tali durante suspensione ministrauerit, quia factus est irregularis, etiam non expectato anno, posset illico beneficiis priuari, per dictam Constit. Pij II.

20 Epiſcopo hodie præcipitur ne ordinandum dimittat, niſi examinatum & approbatum.

21 Epiſcopus ex alia legitima cauſa quàm ægritudinis, poteſt dimiſſoriales litteras ſubditis concedere ad Ordines apud alienos Epiſcopos recipiendos.

22 Epiſcopus cui examinatus, & approbatus ordinandus dimittitur, poteſt illum iterum examinare.

23 Dimiſſoriæ ſemper valent, tum viuente, tum defuncto dante Declaratur infr. num. 39.

24 Dimiſſoria data à Capitulo Sede vacante per ingreſſum moderni Epiſcopi non expirant.

25 Epiſcopus nouus poteſt per edictum omnes, & quaſcunque dimiſſorias à prædeceſſoribus, ſiue à Capitulo Sede vacante conceſſas, reuocare.

26 Pro dimiſſoriis ad Ordines recipiendos, nihil recipi debet ab Epiſcopo, eiuſvè miniſtris.

27 Notarius pro ſingulis dimiſſoriis, ſeu teſtimonialibus litteris decimam partem vnius aurì recipere tantum poteſt, niſi ſalarium ſit ei conſtitutum, vel conſuetudo adſit nihil accipiendi.

28 Notarius poſt confecta inſtrumenta, & tradita partibus, poteſt quod ab ordinatis ſponte offertur accipere.

29 Epiſcopus abſens à ſua diœceſi poteſt ſuis ſubditis dimiſſorias concedere.

30 Abſoluere à ſuſpenſione eos, qui nullius diœceſis exiſtentes ſine litteris dimiſſoriis ordinati fuerunt, ſpectat ad Epiſcopum, ad quem ex Concil. Trid. pertinebit illis dimiſſorias concedere.

31 Dimiſſoriæ litteræ à quibus per Regulares obtinendæ?

32 Nouitius ante profeſſionem an poſſit cum dimiſſoriis ſui Prælati Regularis ordinari?

33 Cuius Epiſcopi, originis ne, an domicilij pertineat dimiſſorias nouitiis concedere.

34 Vtrùm licentia ordinandi ſuffraganeo conceſſa expiret per mortem Epiſcopi concedentis contingentem poſt deſcriptionem ordinandorum in matricula. Et an hoc caſu res dicatur adhuc integra.

35 Delegatio facta perſonæ prohibitæ Pontificalia exercere, & in tempus ac locum prohibitum, non ſortitur effectum.

36 Iuriſdictio Epiſcopalis expirat morte Epiſcopi, & mandatum morte mandantis.

37 Sede vacante non licet ordines conferre ſubditis infra annum, ex diſpoſitione Trident. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 10.

38 Epiſcopus tranſlatus non poteſt Pontificalia exercere in Epiſcopatu, à quo fuit tranſlatus.

39 Litteræ dimiſſoriæ expeditæ, & ſubſcriptæ manu Epiſcopi, ordinandis traditæ, & directæ Epiſcopis non impeditis Pontificalia exercere, ſemper valent, nec expirant morte concedentis.

1 DE materia huius allegat. latè agunt Vega tom. 2. de Curis c. 14. §. 8. n. 31. Rebuff. reſp. 2. Fr. Emman. in ſum. p. 2. c. 14. num. 2 & quæſt. Regular. tom. 1. q. 18. art. 1. Henriq. in ſum. lib. 10. c. 23. §. 3. p. 1. Petr. Ledeſma in ſum p. 1. de ſacram. Ordinis c. 8. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 20. q. 7 & part. 2. lib. 3. cap. 48. quæſ. 5. verſ. cæterum, Zerol. in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Abbas, Florea de Mena var. lib. 3. quæſt. 24. num. 4. & num. 32. Thom. Valaſc. alleg Iuris tom. 1. alleg. 3. num. 6. Campanil. in diuerſorio Iuris Canonici rub. 9. cap. 7. & 8. Piaſec. in praxi noua Epiſcop. pars. 1. cap. 1. à num. 11. Molfeſ. in ſum. Theologiæ moralis tract. 2. cap. 2. à num. 20. Marcel. Vulpe in praxi iudic. c. 7. num. 11. cum ſeqq. plurea ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal. collect. 105.

2 Etiamſi teneatur Epiſcopus per ſe ipſum ordinare ſuos clericos, vt admonet Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 3. ſi tamen fuerit legitimè impeditus, de eius conſenſu poterit alienus ſubditis ſuis Ordines conferre, cap. Epiſcopum 9. quæſt. 1. & cap. 1. iuncto cap. cum nullus, de tempor. ordinat. lib. 6. hic autem conſenſus litteratiè præſtandus eſt, ex Felino in cap. ſuper his, verſ. ſexta, & vltima concl. ſub n. 13. de accuſat. vbi Innoc. Rebuff in praxi benefic. rub. forma dimiſſ litterar. num. 34. Et litteræ, quibus ille continetur, dimiſſoriæ vocantur à Concilio Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 10. & ſeſſ. 7. de reform. cap. 10. vbi etiam Reuerendæ dicuntur, quo nomine Hiſpani vtuntur. In his litteris debet cauſa exprimi rationabilis quare proprius Epiſcopus dimittens nolit, aut nequeat dimiſſum ordinare, ex cap. 1. de tempor. ordin. lib 6. Sanch. in opuſculis mor. lib. 7. cap. 1. dub. 20. n. 15. & licèt in aliquibus Prouinciis ſit conſuetudine receptum vt nulla cauſa aſſignetur, ex Rebuff. in praxi tit. de litter. dimiſſor. num. 28. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. verb. ſine licentia, verſ. oportet. Gratian. March deciſ. 98. num. 22. nihilominus tamen hodie videtur hac conſuetudine non obſtante diſpoſitionem dicti cap. 1. eſſe ſeruandam, cùm Concil. Trid. idem videatur ſtatuere ſeſſ. 7. de reform. cap. 11. ibi, Facultates de promouendo à quocumque non ſuffragentur niſi habentibus legitimam cauſam, ob quam à propriis Epiſcopis ordinari non poſſunt, in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur niſi ab Epiſcopo in ſua diœceſi recedente, aut pro eo Pontificalia exercente diligenti præuio examine, &c. Quicquid aliter videatur intelligere Thom. Valaſc. d. alleg. 5. num. 53.

Dimiſſorialium vſum antiquiſſimum fuiſſe non 3 dubitatur tempore quidem Diui Auguſtini eas eatitiſſe, atque in vſu fuiſſe teſtatur ipſemet in epiſtola ad clerum Hipponen. 137. verſ. cum iſta net cauſa, & tempore Concilij Niceni in cap. 2. diſtinct. 73. Et docent Franc. Turrian. lib. 3 pro epiſtolis Pontific. F. Bernardin. Ferer. de antiquo Eccleſiaſticarum epiſtolarum genere, Cardin. Cæſ. Baron. tom. 2. anno Chriſti 142. num. 6. & tom. 3. anno Chriſti 345. num. 162. Et ne fraus aliqua intercederet, erat olim certa dimiſſoriarum huiuſmodi litterarum forma à Canonibus introducta 73. diſtinct. per totam; quæ ab Epiſcopis ſingulis ſeruanda eſt, quamuis hodie non eadem præciſè ſeruetur. Exemplaria nonnulla formandi litteras dimiſſorias poſuimus in formulario noſtro in calce huius operis impreſſo form. 11. cum ſeqq. quæ quidem dimiſſorialium formulæ adeò neceſſariæ ſunt, vt non ſufficiat Epiſcopo promoti cognoſcere, & ordinandum pro idoneo habendum, ſed ſi abſque legitima dimiſſoriarum forma aliquem ad Ordines promoueat, tam ipſe quàm ordinatus incidunt in pœnas latas contra ordinantes non ſuum, vel ordinatos abſque ſeu cum falſis dimiſſoriis, Cherubin. ad Conſt. 40. Clement. VIII. ſchol. 1. & 2. Continebant olim litteræ dimiſſoriæ cauſam propter quam non poſſet proprius Epiſcopus ſuos ſubditos ordinare, c. 1. de temp. ordin. lib. 6. quam conſuetudinem ſapientiores Epiſcopi etiam nunc ſeruant.

Dimiſſorias concedere poſſunt cuncti Epiſcopi, 4 quos attenta Iuris ſanctione, priuilegio, vel conſuetudine, ad Ordines valent aſſumere, ex gloſſ. fin. in cap cùm nullus, de tempor. ordinat. in 6. is enim poteſt dimiſſorias concedere, qui & ordinare valet, cap. 1. 62. diſt. Seraph. deciſ. 985. num. 3. Campan. rub. 6. cap. 3. num. 13. prope finem, eo quòd poteſt quis per alium facere, quod per ſe ipſum exequi non detinetur, ex reg. poteſt quis, de regulis Iuris in 6. † Niſi fue- 5 rit excommunicatus, vel ſuſpenſus declaratus, tunc enim

enim dimissoriæ ipsius non valerent, sed subditi possent se facere ordinari à viciniori Episcopo: incumbit tamen ipsis onus probandi Episcopum fuisse excommunicatum, vel suspensum. *cap. 2. de tempor. ordin. in 6.* Piasec. *d. cap. 1. num. 13.*

6 Inferiores autem Prælati eas nequeunt concedere, nisi à Sede Apost. fuerit eisdem specialis data potestas, ex *d. c. cùm nullus §. inferiores*, aut nisi aliquo peculiari iure potestatem acquisiuissent eas dandi, per ea, quæ scribit Panorm. *in cap. accedentibus, n. 5. de excess. Prælat.* præsertim ex consuetudine legitimè præscripta, iuxta glos. *verb. inductum in d. §. inferiores*, resoluunt Capell. Tholos. *decis. 451.* Petr Gregor. *Syntagm. iuris lib. 40. cap. 2. n. 19.* Campanil. *d. rub. 9. c. 8. n. 5.*

7 Exemptis olim licebat huiusmodi dimissorias impartiri, ex *d. cap. cùm nullus*, vbi Ioan. Andr. *num. 5.* Anch. *ver. in exemptus, sub num. 3.* & Franch *num. 5.* Hodie tamen Iure nouiori Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 10.* neque ipsi Abbates, neque alij etiam exempti, aut collegia, vel Capitula quæcunque etiam Ecclesiarum Cathedralium, litteras dimissorias clericis secularibus, vt ab aliis Ordines suscipiant, concedere valent: vnde Henriq. *in summa lib. 10. cap. 52. §. 3.* affirmat personas quaslibet extra Præsulem, etiam habentes iurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam & voluntariam, nequire dictam elargiri licentiam, & *in commento lit. T.* attestatur ita Romæ obtinuisse Episcopum Salmanticen. de anno 1581. contra Capitulum suæ Ec-
8 clesiæ; † nisi tamen esset Ordinarius priuatiuè ad Episcopum, iusque haberet visitandi, deputandi Vicarium, congregandi Synodum, approbandi ad Confessiones, & exequendi defunctorum voluntates, contra quem non intrare dispositionem Concilij Trident. *sess. 23. cap. 10.* defendit Stephan. Grasian. *discept. forens. tom. 2. cap. 112.* quem refert & sequitur Campan *d. c. 8. n. 4.* Grilenzon. *cons. 145. n. 28. & 30.* nouissime Ciarlin. *forens. lib. 1. cap. 46. num. 19.* & ad hos terminos videntur reducenda latè adducta per Flores *var. 24. per totam*, Moises. *in sum. tract. 2. c. 2. num. 17. & 18. & c. 17. à num. 19.* Tamburin. *de Iure Abbatum tom 2. disp. 11. q. 20.*

Nec hoc ita absolutè conceptum videtur verum, sed requiritur quòd inferiori huiusmodi Prælato territorium separatum cum plena iurisdictione in omnes homines tam de Clero, quàm de populo fuerit concessum; Episcopusque omne ius, omnemque iurisdictionem, & correctionem, quæ ei competebat, à se penitus abdicauerit, nullumque ius in eis retinuerit, etiam quoad consecrationes, ordinationes, cæterasque Episcopales officij indigentias, sed eas à quocunque voluerit Episcopo recipiendi, illi tribuerit facultatem per donationes Apostolicis confirmationibus munitas; quo casu posse inferiorem dimissorias concedere censuit Rota *in nullius, seu Squillacen. iurisdictionis 4. Maij 1616.* coram *Martino Andrea.* Et nouissimè cùm Patres Ordinis Carthusien. supplicarent sacram Congreg. Eminentissimorum, & Reuerendiss. DD. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regular. præpositorum pro reuocatione cuiusdam Ordinis ab eadem sacra Congr. emanati, & directi Priori Monasterij S. Stephani de Busco ne auderet dimissorias concedere ad Ordines subditis sæcularibus eiusdem Monasterij, attento quòd decisionibus, & sententiis Rotalibus fuerat iam resolutum dictum Monasterium habere proprium territorium, & in suos subditos exercere omnimodam iurisdictionem. *Eadem igitur sacra Congr. Eminentissimo Gypsio referente censuit reuocandam, & tollendam esse, prout præsentis decreti virtute reuocatur, & tollit suspensionem, per quam prædicto Priori Carthusiensis Monasterij S. Stephani de Busco ab eadem sacra Congr. prohibitum fuit sub die 21. Februarij 1631. concedere litteras dimissoriales ad Ordines subditis propriis sæcularibus, Romæ 18. Iunij 1632.* At casu, quo ipse Prælatus inferior dimissoriales litteras concedere nequit, tenentur ordinandi subditi eidem Prælato, Ordines, vel easdem litteras accipere ab Episcopo viciniori, vt in sequenti declaratione. *Sacra Congregatio Concilij censuit licere Episcopis vicinioribus Ordines conferre subditis sæcularibus Abbatum, & aliorum inferiorum, etiam nullius diœcesis, sine consensu, seu litteris testimonialibus eorundem Abbatum, & aliorum inferiorum. Romæ die 22. Februarij 1631.*

Vicarius generalis Episcopi huiusmodi dimisso- 9
rias litteras concedere non potest, cùm ad id vicariatus officium non extendatur, nisi de speciali mandato Episcopi, vel ipso Episcopo in remotis agente, *d. cap. cùm nullus*, ibi, *officialis*, & *in §. Episcopo*, vbi gloss. *verb. in remotis*, Anton. Cuch. *lib. 2. instit. maiorum, tit. 8. num. 110.* Mandos. *ad reg. 24. Cancel. quæst. 5. num. 9. & 10.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma vicariatus, num. 47.* Iacob. Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 2. quæst. 41.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 16. cap. 9. post num. 3.* Gutier. *canonic. lib. 2. cap. 17. num. 14. cum seqq.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verb. Vicarius, §. 4.* latè Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 5. à num. 7.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num 40.* Azor. *instit. part. 2. lib. 3. cap. 45. quæs. 7.* Vgolin. *de officio & potestate Episcopi, cap. 4. §. 7. vers. quintò dimissorias*, Piasec. *in praxi noua Episcop. d. cap. 1. num 13. vers. concedit*, Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, part. 1. num. 197.* Campanil. *d. cap. 8. num. 3.* Molfes. *in sum, tract. 5. n. 22.* Fr. Emman. *in sum. tom. 4. cap. 61.* aliàs 62. *num. 4.* Veneto *in examine Episcop. lib. 1. cap. 16. num. 15.* Stephan. Gratian. *Marchia decis. 98. à num. 14.* me citato *in hoc loco* Alzed. *d. part. 2. cap. 5. num. 97.* Bonacin. *de censur. extra Bull. disp. 3. q. 2. puncto 11. n. 23.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. part. 1. tract. 2. cap. 2. quæs. 6. in fine.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 18.* vbi quando Episcopus dicatur agere in remotis: de quo etiam post glos. *verb. in remotis ad fin. in dict. cap. cùm nullus*, Petr. Greg. *lib. 4. partit. Iuris Canon. tit. 2. cap. 3. lit. K.* Menoch. *de arbitr. casu 222. num. 26.* Gutier. *dict. lib. 2. cap. 17. num. 25.* Sanch. *dict. dub. 26. num. 45.*

Capitolo Sede vacante antiquitus libera conce- 10
debatur facultas dimissorias illico concedendi, per *d. cap. cùm nullus*, quæ nouissimo iure Concil. Trident. *sess. de reformat. cap. 10.* restricta est, vt non nisi elapso anno à die obitus Præsulis numerando, queat dimissorias concedere, præterquam illi, qui alicuius beneficij recepti, vel recipiendi arctatus fuerit, aliàs Capitulum contraueniens Ecclesiastico subiaceat interdicto, & ordinati si in minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, maximè in criminalibus, gaudeant, in maioribus verò ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati sint ipso iure suspensi. Vide Emman. Sà *verb. Ordo num. 29.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de deuolut. num. 67.* Card. Tolet. *in sum. lib. 1. cap. 49. num. 1.* Nauarr. *cons. 18. & 44. de temper. ordinat.* Sayr. *decis. 65. eod. tit.* Fr. Emman. *in sum. tom. 5. cap. 14. concl. 2.* Læl. Zech. *de Repub. Ecclesf. c. 54. vers. non potest.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap 26 verb sine licentia. vers. poterit tamen Capitulum.* Zerol. *in praxi Episcop part. 1. verb. Capitulum, in princip. pag. 83.* Petr. de Ledesma *in summa part. 1. de sacram. Ordinis cap. 8. concl. 3.* Henriq. *lib. 10. c. 52. num. 3.* Azor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 49. quæs. 5.* Suar. *tom. 5. de censur. disput. 31. sect. 1. num. 20.* Piasec. *in praxi noua Episcop part. 1. cap. 1. num. 13. vers. Capitulum.* For-

nat. *de sacram. Ordinis, cap. 5. §. 4. num. 4.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 3. cap. 8. num. 47. cum seqq.* Rendina *in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 10. à num. 1.* Campanil. *d. cap. 8. num. 5.* Bonacina *de Sacram. disp. 8. quæst. vnic. puncto 4. num. 22. & dicto puncto 11. num. 24.* Filliuc. *tract. 41. de benefic. cap. 2. num. 44.* Homobon. *de examine Ecclesiast tract. 2. cap. 1. quæst. 6. prope fin. & tract. 11. in fine resol. 3.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 36.* Monet. *de commutat. vlt. volunt. cap. 10. num. 164. cum multis seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 106. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 185. part. 4.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tract. 2. cap. 2. num. 26.* Cardos. *in praxi iudicum, verb. Capitulum, num. 5.* Molin. *de iustit. tract. 5. disp. 11. num. 4.* Flores *var. q. 14. num. 4.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 5. num. 12.* Quaranta *in summa Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, vers. decimò quæro*, vbi ampliat
11 procedere † etiamsi Capitulum haberet territorium distinctum, & exemptum ob immemorialem possessionem, & sint iudices Ordinarij, refert Aloys. Ricc. *Neapol. decis. 185. part. 4.* & quamuis velint ad primam Tonsuram dimissorias concedere, & nuncupatim, quòd non possit dare dimissorias etiam ad primam Tonsuram Capitulum Sede vacante, tenent Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 3. num. 3.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 7. num. 95.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. c. 14. n. 6.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 106.* Monet. *d. c. 10. n. 173.*

Arctatis beneficiis tam habitis, quàm habendis posse Capitulum Sede vacante per Vicarium ab eo electum, intra annum literas dimissorias concedere, per Concil. Trid. *sess. 7. de reformat. cap. 10.* ibi, *arctatus non fuerit*, obseruant Salzed. *d. cap. 26. lit. C. vers. poterit*, Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Capitulum, in princip. & vers. secundum*, Quarant. *d. vers. decimò quære.* Garc. *de benef. part. 5. cap. 7. à num. 96.* Molin. *d. tract. 5. disp. 11. num. 4. vers. quamuis.* Sanch. *d. cap. 1. dub. 20. num. 37.* Monet. *de commutat. vlt. volunt. cap. 10. num. 180.* vbi resoluit posse huiusmodi Capitulum pro arctatis litteras dimissorias ei concedere, qui habeat Episcopum à quo ratione originis, domicilij, aut alterius beneficij compatibilis ab eo recepti illas posse obtinere.

Arctatos occasione beneficij recepti illos dici, qui obtinent aliquod beneficium requirens seruitium personale, ratione cuius de iure, consuetudine, priuilegio, statuto Ecclesiæ, vel fundatione intra annum tenetur se promoueri facere, asserunt Nicol. Garc. *d. part. 5. cap. 7. num. 98.* Vgol. *de potest. Episc. cap. 26. §. 10. num. 5. vers. & primò*, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 98.* exemplificantes in eo, qui obtinet parochialem Ecclesiam, quòd sit arctatus ad Sacerdotium intra annum, & in eo, qui obtinet Canonicatum ad Ordinem illi annexum, & in aliquibus beneficiis, seu capellaniis requirentibus ex institutione seruitium personale, seu aliquem Ordinem, latè Monet. *d. cap. 10. num. 166. cum multis seqq.* vbi cum Garc. & Vgolin. *citatis locis*, idem eadem ratione dicendum putat, vbi Ordo suscipiendus beneficio est ita annexus, vt tempore prouisionis in eo constitutus esse debeat, qui beneficium obtinet, sed impetrans dispensatus fuit, vt hoc non obstante huiusmodi beneficium posset obtinere, vel vbi in litteris contineretur illa, *non obstantibus, &c. per quæ effectus gratiæ nostræ impediri valeat quomodolibet, vel differri*, aut similis.

Arctatos occasione beneficij recipiendi illos dici, qui habent ius, seu sunt vocati ad aliquod beneficium vacans, seu capellaniam, quod tamen requirit actu certum Ordinem, quo illi carent: vel illos dici, qui cùm sint ordinati prima Tonsura, sunt præsentati ad beneficia maiorem Ordinem actu requirentia, attestantur Aloys. Ricc. *d. resol. 98.* Monet. *d. cap. 10. num. 173. & 176.* Nicol. Garc. *d. cap. 7. à num. 99.* obseruantes etiam electum in concursu ad beneficium Curatum, cuius collatio facienda est à Papa, non posse interim dici arctatum tam occasione beneficij recepti, quàm recipiendi; necnon minimè dici arctatum occasione beneficij recipiendi illum, cui aliquis vult resignare aliquod beneficium requirens actu Ordinem, quo ille caret.

Vicarius autem à Capitulo deputatus concedens 12
prædictas dimissorias non arctato, & ante elapsum annum, si fuerit impetrans promotus ad Ordines vigore dictarum litterarum, vltra pœnas eodem Capitulo supra relatas imponendas, expressasque *in d. cap. cùm nullus*, ab officio, & beneficio per annum est ipso iure suspensus, vt habetur in Concilio Trident. *sess. 23. cap. 10.* etiamsi is, cui concessit, vsus non fuerit, prout refert decisum Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap. 7. num. 92.* sed post annum non impeditur, vt demonstrant aperta verba eiusdem Conc. *sess. 7. de reform. cap. 10.*

Vicarius tamen Papæ ab hac resolutione excipi- 13
tur, qui non prohibetur etiam statim post vacantem Sedem dictas dimissorias impartiri, eo quòd Concil. minimè restringit iurisdictionem Sedis Apostol. quamuis vacantis. Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 6.* Henriq. *lib. 10. cap. 22. §. 3.* Campan. *d. cap. 8. num. 6.* Salzed. *d. cap. 26. lit. C. vers. poterit*; & nuncupatim de his Vicariis Papæ in Vrbe, ac de Vicariis Episcoporum deputatis per Papam, quos Apostolicos vocamus, resoluunt Mandos. *ad reg. 24. Cancel. cap. 3. de malè promotis quæst. 6. num. 13.* Iacob. de Graff. *in aur. decis. part. 2. lib. 3. cap. 13. de cleric. circa Ordines*, quos refert, & sequitur Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori ecclesi. c. 7. num. 15.*

Capitulum Sede vacante, ante lapsum anni va- 14
cationis Sedis, obtinenti facultatem à Sede Apost. de suscipiendo Ordines cum licentia sui Ordinarij, potest huiusmodi facultatem subordinatam concedere; ita Nauarr. *cons. 19. de tempor. ordinat.* quam refert Piasec. *in praxi noua Episcop. dict. cap. 1. num. 13. vers. capitulum*, me citato *in hoc loco* nouissimè doctus Diana *moral resolut. part. 5. tract. 10. resol. 46. vers. tertiò.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 26.* vbi resoluit Capitulum Sede vacante ante annum elapsum posse licentiam concedere alicui Episcopo, vt in ea diœcesi ad Ordines promoueat alienos habentes dimissorias proprij Episcopi, aut sui Prælati Regularis, vel personas eiusdem diœcesis habentes dimissorias Episcopi mortui, vel Nuncij Apostol. vt à quocumque Antistite ordinentur.

Qui enim à Sede Apost. priuilegium obtinuit ad 15
suscipiendos Ordines à quolibet Episcopo, non indiget nouis litteris dimissoriis, indiget verò testimonialibus proprij Ordinarij de vita, & moribus, Bonacin. *de Sacram. disp. 8. quæst. vnica, puncto 4. num. 17.* Ciarlin. *controu. forens. lib. 1. cap. 46. num. 13.* Alioquin si ad Ordines sine litteris testimonialibus proprij Ordinarij promoueatur, remanet suspensus ab executione susceptorum Ordinum, & ordinans incurrit suspensionem à Collatione Ordinum, per annum, vt patet ex Conc. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 8. ad finem*, tenent Henriq. *lib. 13. cap. 28. num. 1.* Tolet. *lib. 1. c. 49. num. 4.* Fornar. *de Ordine cap. 4. num. 3.* Quaranta *verb. Ordo vers. suspensionis pœnam.* Rectissimè agunt supremi Pontifices cùm in Breuibus appellatis, *extra tempora*, aliisque, *in temporibus* nominatis, mandant clausulam apponi, *& de licentia sui Ordinarij*; quæ

muitos

moltos retinet à susceptione Ordinum, aufertque abusus complures: etenim imperiti, infames, aliave ex causa inhabiles, non valentes à proptiis locorum Ordinatiis Ordioes suscipere, externas petunt regiones, Ordinesque fraudulenter extorqueot ab alienis Episcopis, nescientibus quanta sit in hominibus peruersitas: illi verò, qui facultatem obtinent in Curia recipiendi Ordines à quocumque Antiste, per Breue, addita clausula, *absque literis dimissorialibus sui Ordinarij*, attentè videant quibus causis in suis supplicationibus relatis prædictam licentiam impetrant, qoia in gratiis & priuilegiis omnis causa præsumitur impulsiua, ex Franch. *in cap. decet num. 3. de regulis iuris in 6.* Tiraq. *in tract. cessante causa lim. 1. num. 81.* quos refert Campanil. *d. rub. 9. cap. 7. num. 6.* vbi *num. 5.* resoluit quòd si postea cesset causa, qua adductus Papa licentiam elargitus est suscipiendi Ordines à quocumque sine dimissoriis proprij Episcopi, non propterea censenda est reuocata prædicta facultas, vt nequeat ampliùs impetrans ea vti, seque promoueri facere à quo maluerit.

16 Obserua tamen Capitulum Sede vacante, siue Vicarium, qui eius vices gerit, posse intra annum concedere litteras commendatitias, siue testimoniales, licèt concedere nequeat dimissorias; nam litteræ testimoniales non sunt dimissoriæ. Ita Nauar. *cons. 27. de tempor. ordinat.* quem citat Bonacina *de Sacr. disp. 8. q. vnic puncto 4. num. 24.* Læl Zech *d. cap. 24. num. 11. vers. non potest concedere.* Thom. Valasc. *dict. alleg. 5. num 15.* Marc. Anton. Genueos. *in praxi Neapol. cap. 87. num 15. vers. Capitulum.* Quarant. *verb. Capitulum, q. 10. vers. tertio limita,* Tiber. *de instruct. ad Ordin. cap. 7. quas. 51. vers. his autem,* me citato *in hoc loco.* Ciarlin. *controu. forens. lib. 1. cap. 46. num. 12.* Et potest etiam idoneitatis testimonium facere, Nauar. *cons. 17. eod. tit.* Galet. *in margarita casuum, conscientia, verb. Capitulum 5.* Molfes. *d. tract. 2. cap. 2. num. 29.* Molio. *d. tract. 5. disp. 11. num. 4. vers. quamuis,* Bonacin. *d. puncto 11. num. 24.* Moner. *de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 182.* vbi refert modernum Curiæ Rom. stylum habere, vt Sede Episcopali vacante ipsæ quoque testimoniales dentur ab Ordinario viciniore.

17 Item potest intra annum Episcopo extero concedere exercitium Pontificalium, & ordinationem propriorum subditorum vacantis Sedis post annum, Henriq *lib. 10 de sacram Ordinis, cap. 22. §. 1.* Quaranta *verb Capitulum Sede vacante q. 11.* Genuens. *in praxi Archiep. Neap. c. 87. num. 13.* Piasec. *in d. praxi noua Episcop d. c. 1. n. 13. vers. Capitulum,* Fornar. *de Ordine c. 5. §. 4. in 4. notab.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract. 2. c. 2. n. 28.*

18 Dimissorias etiam concedunt Regulares Superiores suis Monachis, prout infrà ostendo *num. 31.* iuxta modum, & formam traditam à S.D. Clemente VIII. in hac Ordinatione, quæ sequitur. *De mandato S.D. N. Clementis diuina prouidentia Papa VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium superioribus, vt de cætero obseruent, & obseruari faciant, ea, quæ in Decreto sacræ Congreg. Concilij Trident. continentur, cuius tenor est talis: Congregatio Concilij censuit superiores regulares posse suo subdito item regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempè illius monasterij, in cuius familia ab ijs ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur, quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus quo Episcopus Diœcesanus vel absfuturus, vel nullas habiturus ordinationes esset. Verum cum à superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente, littera dimissoria dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentia Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse, quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis actiua, & passiua priuationis, ac aliàs arbitrio eiusdem S. D. N. Papa reseruatas pœnas, incurrent. In quorum, &c. Dat. Romæ die 15. Martij an. 1596.* referunt Lauret. de Franchis *in controuers. inter Episcop. & Regul. pag. 71.* Lezana *in sum. quæst. Regul. cap. 14. num. 18.* Marcel. Vulpe *in dict. sua praxi iudic. cap. 7. num. 11.* Nald. *in sum. verb. Ordo, num. 26.* Antonin. Diana *moral. resol. tom. 1. tract. 16. alias 3. miscell. resol. 15. per tot.* Et aduertit Iul. Cæsar Madius *de sacris Ordinib. c. 10. n. 8.* ad ordinationem Regularium sufficere si in litteris dimissoriis Prælatus Religionis, siue Conuentus testetur de absentia Diœcesani, vel quod nolit habere ordinationes, vt possit ab alio Episcopo ordinari, nec esse necessarium habere hac de re ex Curia Episcopali instromentum, vel fidem authenticam Piasec. *in praxi noua Episcop. p. 1. cap. 1. num. 14.* Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici, rub. 12. cap. 13. num. 37.* Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 26. §. 20. num. 8.* Capuccin. *in addit. ad compend. verb. Ordines sacri, §. in fine.* Miranda *in manual. Prælat. quæst. 28. art. 2. tom. 1.* Molfes. *in sum. Theologia moralis, tract. 2. cap. 2. num. 23.*

Has autem dimissorias, cùm Episcopi antiquitus dabant, non eum examinabant, cui concedebant, at illum Ordinario examinandum dimittebant, vt colligitur ex text. *in cap. Sanctissimo 73. dist.* Postea verò *in Conc. III. Carthaginensi*, sancitum fuit ne Episcopus ordinandum dimittat, nisi examinatum, & approbatum, eiusque decretum innouauit, confirmauitque Concil. Trid. *sess. 14. de reform. c. 3. & sess. 23. de reform. cap. 3.* † præcipiens Episcopis, vt per semetipsos Ordines conferant, quòd si ægritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter quàm iam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant, de quo Zerola *in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria §. 10. vers. secundum,* Petr. Ledesma *in sum. part. 1. de sacram. Ordinis, cap. 5. concl. 10.* Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom 1. alleg. 5. num. 1.* Piasec. *in praxi noua Episcop. p. 1. cap. 1. num. 12.* Et licèt Concilium *d. sess. 23. cap. 3.* videatur dicere Episcopo tantùm ægritudine impedito licere litteras dimissoriales subditis concedere ad Ordines, apud alienos Episcopos recipiendos, tamen hoc ei liceret, quando alia legitima causa, quàm ægritudinis, impeditus fuerit, vt decisum referunt Armendar. *in addit. ad recop. legum.* Nauar. *ad lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcopis, in declarat. n. 42.* Vgolin. *d. §. 20. n. 11.* 19 20

21 Concedendæ sunt igitur dimissoriæ ex iusta causa, & priùs illo examinato, qui petit dimitti, non vtique tutus erit in conscientia Antistes ille, qui suum subditum non examinatum, aut nullo præcedente scrutinio dimisisset, si ille postea reperiretur inhabilis maléque promotus, quamuis in litteris adiecisset clausulam, qua Ordinatoris conscientiam onerasset, vt adnotarunt, & instè quidem, Viuald. *p. 3. sui candelabri cap 8. num. 12.* Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 5. num. 4.* Quare in concedendis litteris dimissoriis quatuor seruanda sunt, & maximè attendenda requisita. *Primò* legitimum examen & approbatio, ex Trid. iuxta ea quæ dixi suprà *n. 19. & 20.* *Secundò*, vt in illis addatur causa ob quam proprius Episcopus per se ipsum Ordines conferre nequit, ex iis,

quæ

quæ adduxi suprà *n.2.* *Tertiò* exprimēdi sunt Ordines, ad quos suscipiendos Episcopus litteras dimissorias concedit. *Quartò* exprimendum est, an Episcopus intendat facultatem generalem recipiendi Ordines à quocumque Episcopo: nam si facultatem specialem tantùm ab aliquo Episcopo; nam si facultatem specialem recipiendi Ordines à tali Episcopo concedat, non possunt Ordines ab alio suscipi, alioquin pœna suspensionis incurritur. Ita aduertit Bonacin. *d. punct. 11. n. 25.*

22 Dubium ex dictis oritur, possit ne Præsul ille, cui examinatus, & approbatus ordinandus dimittitur, iterum examinare dimissum? In primis Iure communi attento negatiuè est respondendum cum *gloss. vltim. cap. Episcopo 9. quæst. 2.* quam ibi sequuntur Præpos. *num. 3.* & Gemin. *num. 2.* admittit Molfes. *in summa Theologia moralis tract. 2. cap. 2. num. 21. post med.* vbi refert Sixtum V. audita sententia Congregat. declarasse, quòd si Episcopus litteras dimissorias concedens subditum examinauit, & in litteris dimissorialibus hoc affirmauerit, non tenetur Episcopus ad quem ordinandus mittitur, illum examinare, nec inquirere super idoneitate, & litteratura. Verùm attentè considerato nouissimo Concil. Trident. decreto *sess. 7. de reform. cap. 11.* credo ordinantem Episcopum tutius agere, si eundem denuò examini subiiceret, propter expressa verba dicti decreti disponentis ne ab extraneo quis ordinetur nisi diligenti præuio examine, cui subsequitur alter canon *sess. 23. cap. 3.* & iubet nemini non examinato concedendas esse dimissorias, ex quibus ita iunctim consideratis liquet ab vtroque debere examinari ordinandum, & in propriis terminis tenent Fr. Emman. *in sum. tom. 4. cap. 62. num. 5.* Lanr. de Franchis dicto loco *vers. 13.* Piasec. *in praxi noua Episcop. p. 1. n. 12. pag. 29.* Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 9. cap. 8. n. 31. vers. sed ne,* Bonacina *d. punct. 4. n. 33.* Iul. Cæsar Madius *de sacris Ordin. c. 4. n. 2.* me citato *in hoc loco* Alzed. *d. p. 2. c. 5. n. 72.*

23 Dimissorias autem istas semper valere, tum viuente, tum defuncto dante, resoluunt Zabar. communiter receptus *in Clem. fin. post num. 9. quæst. 5. de elect.* vbi Imola *num. 3.* & Bonif. *num. 43.* Villadieg. *de legat. q. 16. num. 25.* Bonac. *d. p. 11. num. 26.* Nau. *in c. placuit num. 34. & 163. de pœnit. dist. 6. & cons. 5. de rescript. in nouis.* Zerola *in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria § 9.* Rebuff. *in forma litter. dimissor. num. 43.* Perez *l. 2. tit. 2. lib. 2. ordin. & l. 6. tit. 12. lib. 3.* Piasec. *in praxi noua Episc. d. cap. 1. num. 14. in fine,* Paoin. *de potestate Capituli Sede vacante, p. 1. n. 9. fol. 18.* Laurer. de Franchis *d. loco vers. ad 12.* Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 22. § fin.* Gutier. *practic. lib. 3. quæst. 75. num. 5. & canon. lib. 2. cap. 17. à num. 14.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 5. num. 4.* Stephan. Gratian. *March. decis. 98. num. 20.* Alzed. *d. cap. 5. num 48.* Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 1. q. 9. art. 1.* Salzed. *ad Bernard. in practic. cap. 26. vers. postquam,* Gozal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 12. num. 36.* Vgolin. *d. cap. 26. § 20. num. 9.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract. 2. c. 1. q. 7.* Fagundez *in quin-*
24 *que Ecclesiæ præcepta part. 2. lib. 8. c. 8. n. 16.* † Etiamsi à Capitulo Sede vacante datæ fuissent, quia per ingressum moderni Episcopi non expirant. Ita Quaranta *in summa Bullary verb. Capitulum Sede vacante vers. secundò dubitatur,* Petr. de Ledesma *in sum part. 1. de sacram. Ordinis cap. 8. concl. 4.* Molina *de iustitia tract. 5. disp. 11. num. 4.* Gonzal. *d. gloss. 12. num. 37.* Moner. *de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 179.* Bonacina *d. puncto 10. num. 27.* Fagundez *d. num. 16.* Thom. Valasc. *d. alleg. 5. num. 13.* Marcel. Vulpe *d. c. 7. num. 13.* & me citato *in hoc loco* Alzed. *d. part. 1. cap. 5. num. 95.* Gutier. *Canon. lib. 2. c. 17. num. 12.* † vbi consulit Or- 25
dinatoribus, vt si tempore præsentationis dictarum litterarum coram eis, sciuerint nouum Prælatum, atque successorem possessionem eiusdem Episcopatus cœpisse, vel in Episcopatu adesse, illas non admittant, nisi reualidatæ, vel nouiter à successore concessæ productæ fuerint, vel ab eius officiali ad id speciale mandatum habente: à nouo enim Antistite reuocari possunt per edictum omnes & quæcumque dimissoriæ à prædecessoribus Præsulibus, siue Capitulo Sede vacante concessæ, quæ nondum sortitæ fuerunt effectum, prout resoluit Rebuff. *in praxi rub. de formaliter dimiss. num. 44.* & intelligunt iusta subsistente causa, Campanil. *d. rub. 9. cap. 8.* & Gutier. *d. lib. 2. c. 17. n. 10.*

26 Pro litteris dimissoriis ad Ordines recipiendos nihil recipi debere ab Episcopo, eiusve ministris, disponit Concil. Trid. *sess. 21. de reform. cap. 1.* & decisum refert Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra in lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcopis in declarat. num. 35. in resp. dub. 3.* † Notarius verò pro singulis dimis- 27
soriis, seu testimonialibus decimam partem vnius aurei recipere tantum potest, nisi salarium sit ei constitutum, vel consuetudo adsit nihil accipiendi; vt habetur *in dict. cap. 1.* & copiosè P. Suar. *de Religione lib. 4 de simonia cap. 35. num. 6. cum sequentibus,* Nauar. *in man. cap. 23. num. 202.* Vgolin. *in tract. de simonia tab. 1. cap. 41. § 4.* Sbroz *de officio vicary lib. 2. q. 42.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico p. 2. tract. 11. c. 6. quæs. 11. resol. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 200.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria § 7. pag. 112.* Lessi. *de Iustitia lib. 2. c. 35. dub. 10.* Piasec. *in praxi noua Episc. p. 1. cap. 1. num. 55.* Cened. *ad Decretal. collect. 177. num. 1.* vbi etiam addit, † licèt 28
dubius, post confecta instrumenta, & tradita partibus posse, Notarium, quod ab ordinariis spontè offertur, recipere, de quo Marien. *in dialogo Relatoris p. 3. cap. 25. num. 5.* Perez *l. 1. gloss. 1. post med. tit. 9. lib. 2. Ordin.* Sanch. *de Matr. lib. 8. disp. 35. n. 24.* Homob. *d. c. 6. q. 12. resol. 1. in fine.*

Vnum adderem quotidianum, & in praxi vtile, 29
quòd Episcopus absens à sua Diœcesi potest dare litteras dimissorias, si absentes subditi eas petierint, vt ordinari possint ab alio; potest etiam illorum examen demandare Episcopo loci, in quo degunt, si propter absentiam valdè eis incommodam voluerit examini illos ibi subiicere, ita decisum refert Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 59.* Concessio enim dimissorialium est voluntariæ iurisdictionis, & ideo possunt extra diœcesim, & in alieno territorio concedi, vt multis probat Stephan. Gratian. *Marchia decis. 98. per tot.* quem refert Camill. Borrel. *in sum. decis. tom. 1. tit. 6. n. 43.*

De absolutione suspensionis contractæ suscipien- 30
do Ordines absque litteris dimissoriis, dixi *allegat. seq. num. 24.* Nota quòd absoluere à suspensione eos, qui nullius Diœcesis existentes sine litteris dimissoriis ordinati fuerunt, spectat ad Episcopum, ad quem ex Concilio Tridentino pertinebat illis dimissorias concedere, vt refert decisum Armendar. *d. loco n. 61.*

Patentes litteræ dimissoriæ, siue commendatitiæ, 31
quibus Regulares ordinandi sunt, esse debent suorum Prælatorum Ordinariorum, non verò Episcopi Diœcesani; Concilium enim *sess. 23. cap. 8.* quatenus dicit quòd *nullus etiam cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegy prætextu, ordinetur etiam statutis temporibus, nisi eius probitas, ac mores Ordinary sui testimonio commendentur;* intelligendum est de Generalibus

libus,& Prouincialibus,seu etiam inferioribus Prælatis Regularibus, quia negari non potest, quoad hoc Prælatos esse Ordinarios, qui suorum subditorum probitatem,vitam,& mores plenè cognoscunt, & de illis attestari possunt iuxta dispositionem Concilij *dicto loco*; refert me citato *in hoc loco* Ciarlin.*controuers.forens. lib.* 1. *cap*.46.*num*.21. non verò Episcoporum Diœcesani, qui nec respectu Regularium Ordinarij dici possunt, nec de illorum vita,& moribus testimonia ferre queunt: confirmatur deinde ex alio Concilij loco *d.sess.* 23.*cap*. 10. argumento deducto à contrario sensu,vbi Abbates,& alij quicumque Prælati, quamuis exempti,prohibentur litteras prædictas dimissorias concedere aliquibus clericis secularibus, vt ab aliis ordinentur;ergo cum propriis subditis Regularibus non id ipsum facere prohibentur,de quo vide Fr.Ludou.Miranda *in man. Prælator.tom*.1.*q*.38.*art*.2.Mol fes.*in sum.Theologia moralis tract*.5.*c*. 2. *à n*. 23. Et peculiaris declaratio super hoc edita fuit à Clemente VIII. concessa ad instantiam Regij monasterij de Alcobaca Regni Portugaliæ, & incip. *Vt ea,quæ, Dat. Romæ apud Sanctum Petrum* 9. *Martij anno* 1592. *Pontificatus sui ann*. 1. vbi inter alia præcipitur, vt litteræ dimissoriæ Abbatis prædicti monasterij à quibuscumque locorum Ordinariis recipiantur, & admittantur, refert Miranda *in manuali Prælatorum,tom*.1.*quæst*.39.*art*.3.vbi *art*.4.asserit per Concil.Trident.*sess*.23.*cap*.12.huiusmodi Regulares licèt habeant patentes litteras dimissorias à propriis Prælatis,bene posse ab Episcopis nihilominus de Grammatica,& sufficientia examinari, additque quòd quamuis post d.Concilij decretum aliqua fuerint edita priuilegia Regularibus concessa, ordinari vt possint nullo præuio Episcoporum examine,vt dicitur concessisse olim Gregor. XIII. pro Religiosis Societatis Iesu, huiusmodi tamen priuilegium,& omnia alia,si quæ sunt, postmodum fuerunt reuocata per nouam Constit.quam fecit Sixtus V.contra clericos malè promotos, me citato refert Alzed.*d.p*.2.*c*.5.*n*.73.

Regularis igitur qui ab Episcopo ordinari desiderat, afferre debet litteras dimissorias à suo Superiore de ordine suscipiendo, quo eorum quispiam initiandum est:quæ litteræ,ne vetustiores sint,duobus,tribusve mensibus à die sacræ ordinationis computandis, obtinendæ sunt;nisi ob absentiam Superioris,aliamve causam eas longiori tempore datas, renouatasve accipi, probarive debere censuerimus; testimonium etiam scriptum à Superiore suo, qui ostendat eum vita & moribus præditum esse, qui dignus sit vt illi Ordini adscribatur, quo iis initiari vult; sit verò hoc testimonium non antiquius duobus mensibus,si verò diutius à monasterio abfuerit, hoc testatum afferat à Superiore monasterij, in quo proximè commoratus est. Testificationem item de Ordine,qui proximè præcedit iam suspecto. Si verò statutum tempus præscriptum à Concilio Trident. quod interiectum esse debet inter susceptionem vnius,& alterius Ordininis, nondum expletum est, tunc à suo Superiore scriptum afferat, quo testatum fiat vtile ac necessarium Ecclesiæ suæ monasteriove esse secum dispensari super eo interstitio: item in Religione cum laude versatum esse, loco simili afferat testificationem præstitæ, ritéque emissæ professionis regularis,& exercitationem frequentem functionum illius Ordinis, quem proximè suscepit. Ita nouissimè Laurei.de Franchis *in controuers.inter Episcop.& Regular.pag*.73. *vers.ad primum*. Et latè de interstitiis respectu Religiosorum per Episcopum dispensandis egimus infrà *alleg*.18.*n*.10.

Vtrùm autem nouitius ante professionem possit cum huiusmodi dimissoriis sui Prælati Regularis ad Ordines promoueri? Sermo non est de promotione ad sacros Ordines, quia illos recipere ante emissam professionem nouitiis interdicitur sub variis pœnis à Pio V.*in sua Constit*.incip.*Romanus Pontifex sacrorum, de an*. 1568. sed de Ordinibus minoribus, qui nullo iure eis prohibentur, secundùm Fr. Emman.*quæst.Regul.tom*.1.*q*.43.*art*.4. *in fine*, Suarez *de censur.disp*.50.*sect*.15. *num*.13.& *tom*.3. *de Relig. lib*.5. *cap*.16.*num*.17. Lezana *in sum.quæst. Regul. c*.14. *n*.6. Sanch.*in præcepta Decal.tom*.2. *lib*.6. *c*.10. *n*.19. Bartbol.de Vecchis *in praxi de admittendis nouitiis ad statum Religionis disp*.11.*dub*.8.*n*.1. ad quos suscipiendos non egere licentia, aut litteris dimissoriis Prælati Regularis, sed Episcopi tenent Iacob. de Graff. *in append.decis.aur.lib*.1.*c*.7.*n*.69. Fr. Emman.*quæst. Regul.tom*. 1.*q*.51.*art*.11. Vgolin. *de officio Episcopi p*. 2. *cap*.35.*num*.1.Azor.*instit moral.p*.1. *lib*.13.*cap*.2. *q*.10. Nald.*in sum. verb. Nouitij*, Miranda *in man. Prælat. tom*.2.*q*.34.*art*.16. Coriolan. *de casibus reseru.p*.1. *sect*. 3. *art*.18.*in* 2.*edit*.Aloys.Bariola *in suis aphorism. verb. Nouitij* §.15. Homob. *de casibus reseru. p*.1. *c*.11. *vers. quo etiam fit,& p*.3.*c*.15.*in* 1. *except. vers. non incurrit verò*,Diana *moral.resol.p*.3.*tract*.2.*resol*.4.& *p*.4. *tract*. 4.*resol*.3.Quicquid dicat Barthol.de Vecchis *d.tract. disp*.9.*dub*.26. Pereg.*in addit. ad constit. sui Ordinis p*. 3.*q*.8.Poterit tamen Prælatus Regularis concedere nouitio dimissorias, si Religio priuilegium haberet mittendi suos subditos ad quoscumque Episcopos vt ordinentur;nam nomine subditorum in fauorabilibus venirent etiam Nouitij, qui gaudent professorum priuilegiis, Suar.*tom*.3. *de Relig. lib*.5. *cap*.16. *n*.17.Sanch.*d.tom*.2.*lib*.6. *c*.10. *n*.55. *in fine*, Bapt.Tibet.*in instr.Ordin.c*.7.*q*.50.Barth.de Vecchis *d.dub*.8. *n*.3.Ascan.Tambur.*d.tom*.2.*disp*.3.*q*.27.*num*.2. Diana *part*.3. *tract*.2.*de dub.Regul. resol*. 7.*tract*.4.*resol*.4.*p*.4. 32

In casu autem, quo Prælato Regulari non competit dimissorias nouitio concedere,cuius id muneris erit,an Episcopi habitationis, an originis? Pertinere ad Episcopum habitationis, seu loci, in quo manet nouitius,tenent Cuch.*lib*.3. *instit.maior. tit*.1. *de regular.n*.94.Sanch.*d.lib*.6.*cap*.10. *num*.21. Homoboo.*consult. moral. p*.4. *resp*.99. *vol*.1. & alij, quos sequor sup. *alleg*.4. *n*.63. Quamuis id munus spectare ad Episcopum originis tradant Henriq. *de Ordine c*.23.*n*.3.*in com.lit.F*.Suar.*tom*.2.*de Relig.lib*.2. *cap*.12. *num*.9. & *tom*.3. *lib*.5. *cap*.16. *num*.17. & Barthol. de Vecchis *d.disp*.11.*dub*.8.*n*.5. 33

Cum die 9.Februarij currentis anni 1649.hic Romæ coram sanctissimo D. N. D. Innocentio Papa & aliquibus Eminentissimis DD. S.R.E. Cardinalibus,& aliis Prælatis,ac Reuerend.Patribus, tremendum, sed tamen mihi optatissimum examen subiissem vltimo loco Eminentissimus D.Cardin. de Lugo, eminentis virtutis & scientiæ magister, me interrogare voluit de sequenti dubio. Quidam Episcopus dum viueret licentiam concessit Episcopo titulari, qui in eius Episcopatu suffraganei sui vices gerebat, ordinandi aliquos sibi subditos, qui iam examinati, & approbati in matricula descripti reperiebantur, sed antequam dies ordinationis aduenisset, Episcopus, qui licentiam concesserat, è viuis discessit,& Capitulum illico Sedis Episcopalis vacationem publicauit; quæsiuit à me an Suffraganeus ille possit dicta licentia à mortuo Episcopo sibi concessa,post dictam Sedis vacationem vti, & illius vigore, in matricula descriptos in ea diœcesi ordinare, non obstante decreto *Concilij Trid.sess*.7. *de reform.cap*.10. 34

35 In quo dubio respondi licentiam ordinandi prædictos in matricula descriptos expirasse morte Episcopi concedentis multis, sed his potissimum fundamentis. Primò, quia huiusmodi licentia & mandatum quamuis dici possit perfecta respectu Suffraganei vt viuente delegante ea vti valeat, nihilominus respectu ordinandorum est imperfecta, cum ea vti non possint post ipsius delegantis mortem nulla habita in scriptis expeditione dum viueret; & quatenus mandatum in scriptis & cum subscriptione Episcopi expediretur, adhuc non suffragaret post eius mortem, tum quia dirigitur nominatim personæ Sede vacante Pontificalia exercere, & sic non potest transire in tempus prohibitum; tum etiam quia dirigitur in locum similiter in quo prohibetur sine Capituli Sedis vacantis licentia eadem Pontificalia exercere; tum denique quia mens & intentio Episcopi mortui fuit vt suffraganeus tanquam talis, & vti vices gerens in suo Episcopatu subditos illos ordinaret, Pontificalia exercendo, vt solebat, quæ tamen facultas suffraganeatus expirat pro tempore Sedis vacantis, vt colligitur ex quadam declaratione sacræ Cong. Concilij in vna Vilnen. 21. Februarij 1631. in qua fuit decisum suffraganeum datum Episcopo Vilnen. cum facultate exercandi Pontificalia officia in diœcesi & ciuitate Vilnen. de expresso consensu & licentia moderni, & pro tempore existentis Episcopi, non posse eadem Pontificalia exercere, vt exercuit viuente Episcopo post illius mortem, Capitulo etiam non contradicente.

36 Secundò quia totalis iurisdictio, & potestas Episcopo concessa per illius mortem expirat, itaut omnes officiales ab illo electi amplius illa exercere non valeant, cum tota in Capitulum transfusa sit, & ab eo exinde dependeat, vnde sequitur quòd non licet Episcopo dum viuit actum aliquem iurisdictionalem delegare, vel ordinariam potestatem concedere personæ, quæ illam exercere valeat post eius obitum, quia concessio fit in tempus, quo illam non habet, tum quia redundet in præiudicium transfundendæ iurisdictionis in Capitulum Sede vacante.

37 Tertiò quia aliàs si liceret Episcopo dum viuit alicui licentiam concedere exercendi Pontificalia & Ordines celebrandi in sua diœcesi, quæ duraret post eius obitum, vtique hoc esset ex diametro contrauenire dispositioni *Conc. Trid. d. c. 10.* quod prohibet infra annum à die vacationis ordines conferre subditis, qui beneficij ecclesiastici recepti vel recipiendi occasione arctati non fuerint.

38 Quartò, quia sicut Episcopus, qui translatus est ad alium Episcopatum, aut suo renunciauit, non potest in eo à quo fuit translatus, vel in eo, cui renuntiauit, amplius Ordines conferre, aut Pontificalia exercere, *cap. 1. de ordin. ab Episcopo, qui Episcop. renunt. Abb. ibi n. 3. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 28. num. 10. Maiol de irregular. lib. 3. c. 6. n. 8. vers. isti igitur, Flamin. de resignat. lib. 1. q. 17. n. 19.* ita etiam, & à fortiori nec poterit ille, cui licentiam concessit ante translationem, vel renunciationem ad Ordinandum, videtur enim absurdum quod quis de mandato alicuius possit actum gerere, quem mandans efficere non potest.

39 Quintò quia non obstat quod dimissoriæ literæ semper valent tum viuente, tum defuncto dante vt per citatos suprà hac *alleg. n. 23.* respondetur enim procedere in litteris expeditis & subscriptis manu Episcopi, & traditis partibus ordinandis, directis Episcopis non impeditis; ex quo non videntur oriri inconuenientia suprà memorata; nam si huiusmodi dimissorias habentes ordinentur illarum vigore ab Episcopo alienæ diœcesis, dici non potest quod iurisdictioni Sedis vacantis præiudicetur, ac proinde minimè videtur contrariari dispositioni Concilij dicto loco. Vlterius hoc casu litterarum dimissorialium concessio confertur in locum & personam non prohibitam; at vero in casu proposito executio ordinationis subditorum facienda venit tempore, quo fieri prohibetur, & delegationis ministerium confertur in personam, quæ illud tunc temporis facere non potest, cùm potestas delegantis Sede plena vigeat, & quamdiu penes Episcopum delegantem permanet, & eius vita durat. Ex his rationibus hanc sententiam defendi, & ex diametro contrariam sustinebat dictus Eminentissimus D. meus Card. de Lugo ex eo quod gratia erat perfecta, & res desiderat esse integra per concessionem, exemplo licentiæ concessæ ad confitendum, ad prædicandum, & ad testandum, scio in hac Romana Curia hinc inde à pluribus plura pro vtraque parte fuisse adducta fundamenta cum de hac interrogatione mihi facta notitiam haberent; ego tamen in mea opinione semper immobilis persisto, & Deo dante latiùs de ea alio in loco agere constituo.

ALLEGATIO VIII.

Episcopus qui alterius subditis sine licentia, & dimissoriis litteris Ordines confert, quas pœnas incurrat, & de pœnis eorum, qui Ordines sic suscipiunt?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus alienum clericum sine expresso consensu, seu litteris dimissoriis sui proprij Episcopi ordinans suspensus est à collatione Ordinum.*

2 *Suspensionem incurrit Episcopus à collatione omnium Ordinum si aliquem alieno clerico sine dimissoriis contulit.*

3 *Episcopus ordinans per ignorantiam clericum alterius Diœcesis non est suspensus.*

4 *Episcopus ordinans extraneum bona fide, sub ratihabitione proprij Episcopi non est suspensus.*

5 *Episcopus Italus si aliquem Ordinem conferret clerico Vltramontano non habenti licentiam à suo Ordinario, grauiori puniretur pœna, quàm si Italo illum conferret.*

6 *Vltramontani si ab Italis in Italia Ordines susceperint sine licentia sui Ordinarij, quas pœnas incurrant.*

7 *Episcopus titularis si Ordinem aliquem, vel primam Tonsuram subdito alterius Prælati sine eius expresso consensu conferat, per annum ab exercitio Pontificalium suspensus est.*

8 *Laicus absque Summi Pontificis auctoritate, vel litteris dimissoriis sui Prælati primam Tonsuram accipiens, ad arbitrium sui Ordinarij puniri potest.*

9 *Laicus proprium habet Episcopum, tum respectu spiritualium, & annexorum; tum pro suscipiendis Ordinibus.*

10 *Ordines ab alieno Episcopo suscipientes sine proprij licentia, seu litteris dimissoriis pœnam suspensionis à susceptorum Ordinum exercitio incurrunt.*

11 *Suspensio attenta Bulla Pij II. incurritur ab eo, qui minores Ordines sine licentia proprij Episcopi suscipit.*

12 *Irregularitatem incurrit non solùm qui functiones* Ordinum

Ordinum sacrorum absque dimissoriis susceptorum exercuerit, antequam absoluatur à suspensione, sed etiam qui exercuerit solemniter actum Ordini minori sic suscepto deputatum.

13 *Suspensio non incurritur, quando qui bona fide Ordines recipit ab alieno Episcopo absque propriy licentia.*

14 *Irregularitatem non incurrit, qui Ordines sic bona fide susceptos ab alieno Episcopo exercuerit.*

15 *Irregularitatem non incurrit, qui etsi temerariè ordinatus bona fide, & ea simplicitate Ordinem exercuerit.*

16 *Regulares promoti absque dimissoriis sui Superioris Regularis quas pœnas incurrant.*

17 *Amplia ad Monachos, & Religiosos exemptos.*

18 *Episcopo attestanti se ordinasse clericum alienæ diœcesis de licentia propriy Episcopi creditur.*

19 *Fori priuilegio gaudet, qui passus est sine licentia propriy Episcopi ab alieno ordinari.*

20 *Ordinatus sine licentia propriy Episcopi est inhabilis ad beneficia consequenda, &* num. 22.

21 *Suspensus à iure ab officio, & beneficio, nequit beneficia consequi.*

23 *Beneficia ante suspensionem obtenta retinentur.*

24 *Absolutio suspensionis contractæ à suscipiente Ordines absque licentia propriy Episcopi, à quo sit obtinenda? ostenditur.*

1 

PISCOPVS alienum Clericum sine expresso consensu, seu litteris dimissorialibus sui proprij Episcopi scienter, vel affectata ignorantia ordinare præsumens, est suspensus per annum à collatione Ordinum; ita probat text. in *in cap. eos qui 2. de tempor. ordin. lib. 6.* innouatus à Concil. Trid. *sess. 23. de reform. cap.* 8. ibi, *si secus fiat ordinans à collatione Ordinum per annum*, &c. me citato Alzed. *part. 2. cap. 3. num.* 17. Sayr. *de censur. lib. 4. cap.* 12. *num.* 13. Mat. Alter. *in simili tract. tom. 2. disp.* 16. *c. 1. col. 3. dub. 2.* Maiol. *de irreg. lib. 4. c. 2. n.* 6. Bonacin. *de censur. extra Bull. disp. 3 q. 1. puncto* 11. *n.* 6. Qui tamen, si id efficiat in alia diœcesi, suspenditur etiam à Pontificalium exercitio, vt docet idem Conc. Trid. *sess 6. de reform. cap. 5.* cuius memini suprà *alleg. 6. n. 4. cum seqq.* quo loci egi de Episcopis in aliena diœcesi Ordines conferentibus sine licentia ipsius proprij Ordinarij; hîc verò ago de ordinantibus in propria diœcesi alterius subditos sine eius licentia, & dimissoriis litteris. Vnde, vt colligitur ex *d. cap eos qui*, si Episcopi suspensio manifesta sit, ipso iure conceditur ipsius subditis, vt ab alio Ordines recipere valeant sine licentia sui Prælati (modò reliqua seruentur, idest, modò præcedat debitum examen, scrutinium, & tempora debita.) par enim est vt in eo puniatur, in quo deliquit. Ita glos. *d. cap. eos qui*, Syluest. *verb. irregularitas*, §. 9. Suar. *de censur. disp. 31. sect. 1. num.* 15. Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 6. vbi addit opus esse, vt suspensio sit manifesta, scilicet per euidentiam facti, vel per iudicis sententiam; non verò dubia, ita vt ordinato incumbat onus probandi suspensionem Episcopi per sententiam Metropolitani, quia præsumptio non est contra Episcopum.

2 Quam quidem suspensionem incurrit Episcopus non tantùm à collatione illius Ordinis, quem sine dimissoriis alieno clerico contulit, vt existimarunt Ioan. Monach. Archid. & Gemin. *in d. cap.* 1. Nauarr. *cons.* 31. & 39. *de tempor. ordin.* Sayr. *in floribus decis. sub eodem tit. decis.* 23. & 32. Molfes. *in sum. tract. 2. cap. 2. num.* 12. Marchin. post hæc impressa in lucem editus, *in tract. de sacram, Ordinis. tract. 2. part. 5. cap.* 10. *num.* 3. sed à collatione omnium Ordinum, gloss. *verb. omnium in d. cap.* 2. Sayr. *d. lib. 4. cap. 12. num.* 30. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 9. cap. 1. num.* 16.

Verùm ab huius suspensionis incursu liberatur Episcopus probabiliter ignorans clericum esse alterius diœcesis, vtpote, quia parentes eius de sua diœcesi eum esse dixerunt, vel communiter pro tali habebatur. Ita resoluunt, & *sacram Congreg.* decidisse attestantur Nauar. *consil. 40. de tempor. ordinat. in nouis, quod deest in antiq.* Vgolin. *d.* §. 22. *num. 2. vers. excipitur*, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 297. *in 1. edit. & resolut.* 256. *num. 4. in 2. edit.* Molfes. *d. cap. 2. num.* 13. Sayr. *in floribus decis. sub tit. de temp. ordin. decis.* 62. vbi aduertit hodie consulendam esse hac de re Bullam Sixti V. incip. *Sanctum, & salutare*, vbi ordinatis minoribus, vel maioribus scienter, aut ignoranter, nisi debita diligentia adhibita iustus error, & probabilis facti ignorantia excuset à collatione quorumcumque Ordinum, atque adeò ipsius Tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipso suspensus est: cuius tamen Bullæ rigorem temperauit postea Clemens VIII. eamque quoad hanc partem reuocauit, reduxitque ad terminos Iuris, vt obseruaui *alleg. 20. num.* 1. nouissimè Laurent. de Franchis *in controuers. inter Episcopos & Regul. pag. 83. in resp. ad* 25. aduertit Episcopum hac suspensione in duobus casibus non teneri, *primò*, quando ipso probabiliter ignorante alienus clericus furtiuè, vel ex simplicitate se in multitudinem ordinandorum ingesserit; *secundò*, si deceptus esset, iuxta ignorantiam facti; potuit enim esse quòd ordinarus detulerit litteras furtim impetratas à Cancellario sui Episcopi. 3

Sic etiam Episcopus à prædicta suspensione excusatur si ordinet extraneum bona fide, sub ratihabitione proprij Episcopi, vt patet ex facto Epiphanij, qui subditum alterius in aliena Diœcesi ordinauit *in cap. fin. 9. quæst.* 2. Ita Maiol. *de irreg. lib. 4. cap. 2. num.* 3. Reginald. *d. num. 69. vers. sunt autem*, Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap.* 48. *quæs. 4. 5. dubia quæstionis*, Fornar. *in tract. de Ordine, cap. 5. §. 4. sub notab.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis, tract. 2. cap. 2. num.* 14. & alij apud Suar. *de censur. disp. 31. sect. 1. num.* 16. & 17. Iul. Madius *de sacram. Ordinis, cap. 4. num.* 18. Turrian. *de censur. lib. 5. disp. 46. dub.* 1. Cherubin. *ad Constit.* 40. *Clementis VIII. schol.* 2. Diana *moral. resol. tom. 2. tract. 4. resol.* 191. me citato *in hoc loco* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 13. num.* 23. Verùm ante factum debent Episcopi hoc maximè effugere; tum quia in iis, quæ sunt contra ius, & iurisdictionem alterius, non facilè præsumenda est ratihabitio; tum etiam, quia datur ansa Episcopis promouendi extraneos ad Ordines, hoc quæsito colore. Ita Mandos. Rebuff. & alij apud Quarantam *in summa Bullarij verb. Ordo, vers. amplia hanc extran.* Bonac. *d. puncto 4. num. 28. vers. secundò, & d q. 1. puncto* 11. *num.* 14. respondentes Epiphanium posse excusari in foro conscientiæ ratione bonæ fidei, & inaduertentiæ. 4

Episcopus Italus si aliquem Ordinem conferret clerico Vltramontano non habenti licentiam à suo Ordinario, grauiùs punitur, quia sicut à tali promotus Vltramontanus grauiori puniretur pœna de Iure, quàm si Italus ab Italo, vt statim dicam, ita & promouens, vt tenent Ioan. Monach. *in cap. 1. num. 4. de temporib. ordin. in 6.* & Ioan. Andr. *ante num. 1. vers. condigna*, quos refert Campanil. *d. rub. 9. cap. 1. n.* 46. imò arbitraria pœna puniendum, à collationeque 5

facri Concilij Trid. & dictæ Constitutionis Pij II. per Clementem VIII. *in d. sua Constit.* incip. *Romanum decet Pontificem, pridie Kal. Martij ann. Incar-*
12 *nat. Dom.* 1595. Vnde † incurrent irregularitatem non solùm qui functiones Ordinum sacrorum absque dimissoriis susceptorum exercuerit antequam absoluatur à suspensione, vt expresse statuit Pius II. verbis suprà relatis, & referunt Suar. *de censur. disp.* 31. *sect.* 19. *num.* 19. *ad fin.* Filliuc. *tract.* 17. *cap.* 5. *quæst.* 3. Vgolin. *d.* §. 23. *vers. qui denique.* Quarant. *d. verb. Ordo, vers. quibus sic specialiter,* Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 1. *vers. ex quo sequitur*; sed etiam qui exercuerit actum Ordini minori sic suscepto deputatum proprium, & peculiarem, solemniter attenta generalitate decreti Cocil. Trid. *in d. c.* 8. vt resoluunt Nauarr. *in man. c.* 27. *n.* 163. quem refert Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 5. *num.* 62. Quarant. *d. verb. Ordo, vers. secundo limita.*

13 Suspensio autem præfata non incurritur quando quis bona fide Ordines recipit ab alieno Episcopo, vt si nesciat prohibitum esse Ordines ab alieno Episcopo absque proprij licentia suscipere, aut si ignorantia inculpabili existimet Episcopum habere debitam facultatem ordinandi, seu tales litteras dimissorias esse sufficientes; quia ista suspensio lata est *in dicta Constit.* Pij II. & *in decreto Concilij* per modum censuræ, censura autem non incurritur absque lethali culpa. Ita Nauarr. *in man. c.* 27. *n.* 155. *& in cap. accepta, de restit. spoliat. prop.* 8. *num.* 32. Suar. *d. disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 15. Auila *de censur. part.* 7. *disp.* 9. *sect.* 1. *dub.* 7. Mari. Alter. *d. tom.* 2. *disp.* 9. *cap.* 6. *vers. aliqui censent,* Filliuc. *tract.* 19. *num.* 175. Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 15.

14 In dictam irregularitatem etiam non incidit, qui bona fide Ordines ab alieno Episcopo sine debita facultate suscepit, si susceptorum Ordinum functiones exerceat; quia hic, vt diximus, non detinetur vinculo censuræ, cum eam non contraxerit, excusante illum bona fide. Ita Quarant. *d. verb. Ordo, vers. quibus sic specialiter,* Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 15. *vers. ex quo.*

15 Idem dicendum videtur de eo, qui temerariè quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate, per pœnitentiam purgato peccato illius malæ susceptionis, Ordinem exercuerit, existimans id sibi licitum esse, maximè attenta dicta Constit. Pij II. quæ vtitur verbo, *præsumpserit.* Ita Nau. Quarant. & alij citati per Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 16.

16 Pœna autem aduersùs Regularem promotum absque dimissoriis sui Superioris Regularis inflicta eadem reperitur *in d. Constit.* Sixti V. qua clerici seculares puniuntur, *in vers. vt igitur*, ibi, *vel cuiusuis ordinis, seu militiæ Regularem.* Verùm cum eius dispositio hodie cesset, ob aliam Clementis VIII. sanctionem, vt suprà dixi, recurrendum est ad decisionem text. *in cap. fin.* 58. *dist.* vbi dicitur ne valeat perseuerare in Ordine; & Episcopo eius ordinatori pœna imponitur, vt à reliquorum communione seiunctus, suæ tantummodo plebis communione sit contentus, ibi, *vt priuatus sit à communione cæterorum,* id est, *Episcoporum*, vt interpretantur Syluest. *verb. suspensio, post num.* 6. & Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 38. §. 1.

17 Vnde pœnas suspensionis, & irregularitatis cum suis declarationibus suprà relatas extendendas esse ad Monachos, & Religiosos exemptos, qui sine sui Abbatis, suorumque Superiorum licentia Ordines recipiunt ab Episcopo illius, vel alterius diœcesis, resoluunt Quarant. *d. verb. Ordo, vers. quibus sic specia-*

liter, in princip. Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 3. vbi *num.* 4. extendit etiam ad eos, qui ab aliquo Abbate, aut ab alio habente iura Episcopalia Ordines recipiunt, quia isti non dicuntur ordinati à proprio Episcopo, aut ab alio de licentia proprij Ordinarij, iuxta per me dicta suprà *allegat.* 5. *num.* 10.

Quando Episcopus ordinans clericum alienæ diœcesis in litteris clericatus attestatur de licentia proprij Episcopi ordinasse, eius attestationi standum est, vt resoluunt Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 76. *num.* 10. Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 30. plures, quos refert, & sequitur Carol. de Graffis *de effect. ib. clerical. effectu* 1. *num.* 638. 18

Qui passus est sine licentia, aut litteris dimissorialibus proprij Episcopi ab alieno ordinari, licèt fori priuilegio gaudeat, is enim, cui Ordines à non suo Episcopo conferuntur, efficitur clericus, & ei imprimitur character, *d. cap. eos, de tempor. ordin. lib.* 6. Baiard. *ad Clar.* §. *fin. quæst.* 36. *num.* 25. Carol. de Graff. *de effectu* 1. *num* 634. *cum seqq.* Squillante *de priuileg. Cleric. cap.* 7. *dub.* 3. *num.* 29. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 26. vbi notat id hodie non procedere ex Constit. S. D. N. Vrbani VIII. *de an.* 1624. *sub die* 11. *Decembris*, secundùm quam sic ordinati non gaudent priuilegio fori, quod antea tenuerunt Mascard *de probat. concl.* 1140. *num.* 2. Flamin. *de resignat. benef. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 85. Gabr. Pereira *de manu Regn. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 18. † Nihilominus tamen fit inhabilis ad Beneficia consequenda, Hieron. Gabr. *cons.* 181. *num.* 5. & 6. *lib.* 2. Flamin. *d. lib.* 4. *q.* 2. *num.* 58. Rebuff. *cons.* 1 *incip. Ordinatus, & in praxi benef. tit. de litteris dimissor. num.* 22. *& de pacif. possess. num.* 127. Pett. Greg. *de re benef. cap.* 36. *num.* 12. Carol. de Graff. *de effectu* 1. *num.* 636. *& effectu* 15. *num.* 18. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 9. *cap.* 2. *num.* 1. Seraph *decis.* 741. *num.* 1. vbi tenet quòd clericatus collatus à non suo Episcopo, non est legitimè collatus, non facta mentione licentiæ tanquam solemnitatis extrinsecæ. 19 20

Ratio autem huius resolutionis ea est, quia omnis à iure suspensus tam ab officio, quàm à beneficio, nequit beneficia adipisci, sed illorum est incapax, prouisioque ei facta est nulla, *cap. cum dilectus, vers. quia nobis, de consuet.* vbi gloss. *verb. cessauimus,* gloss. *verb. suspensi, in cap. cum bona, de atat. & qualit.* gloss. *verb. beneficiis, in fine in cap. cupientes,* §. *caterùm, de elect. in* 6. Nau. *in man. cap.* 25 *num.* 133. *& cons.* 25. *num.* 5. *in antiq. aliàs cons.* 10. *in nou. de tempor. ordin.* Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 10. Vgolin. *de censur. tab.* 4. *de suspen. c.* 6. §. 7. *n.* 4. *& cap.* 8. §. 6. *num.* 1. Flamin. *de resign. lib.* 5. *quæst.* 6. *num* 84. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæst.* 2. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 116. Planè huiusmodi promotus est suspensus, vt suprà dixi. Ergo beneficia consequi non potest. 21

Amplia hanc inhabilitatem non solùm ad eum extendi, qui absque licentia, seu litteris dimissorialibus proprij Episcopi ab alieno Ordines sacros acceperit, sed etiam ad illum, qui prima Tonsura, seu minoribus Ordinibus insignitus fuerit; illi enim prouisiones factæ non subsistunt, addito ad Nau. *cons.* 27. *sub d. tit. de tempor. ordin.* Vgolin. *d.* §. 23. *num.* 1. 22

Limita quoad beneficia ante suspensionem obtenta, quibus propter huiusmodi inhabilitatem spoliari non debet, nisi voluntariè steterit saltem per annum in ea suspensione, *d. cap. cum bona, de atat. & qual.* vbi Anan. *num.* 5. Si verò tali durante suspensione ministrauerit, quia factus est irregularis, etiam non expectato anno, posset illico beneficiis priuari, per dictam Constit. Pij II. 23

24 Absolutio suspensionis contractæ à suscipiente Ordines absque litteris dimissoriis, obtineri potest ab Episcopo; ratio est, quia *in d. Constit.* Pij II. non reseruauit absolutionem suspensionis, immo neque dispensationem irregularitatis; tum quia licèt Sixtus V. absolutionem sibi reseruauerit, nihilominus ea Constitutio non attenditur tanquam reuocata, & ad terminos Iuris communis redacta, per Clementem VIII. vt suprà notaui: tum denique quia hæc facultas datur Episcopo in Concil. Trid. *d. cap. 8. ad fin.* ibi, *quandiu proprio Ordinario videbitur expedire*, idest, *quando suo placuerit Ordinario, vel futuro successori*, Suar. *dicta disp. 31. sect. 1. n. 20.* Petr. de Ledesm. *in sum.* vbi *de sacram. Ordinis c. 8. concl. 3.* Tiber. *de instruct. ad Ordines c. 7. q. 5. vers. tertio*, Marcel. Vulpe *in praxi c. 8. n. 1.* me citato *in hoc loco* Ciarlin. *controu. forens. lib. 1. c. 46. n. 27.* & sic ad hoc vt talis fiat capax, & possit beneficium retinere, sufficit ratihabitio proprij Episcopi, Maiol. *de irreg. lib. 1. c. 10. num. 1.* Bonacin. *de sacram. disp. 8. quæst. vnic. puncto 4. num. 15.* Ciarlin. *d. lib. 2. c. 46. num. 26.*

ALLEGATIO IX.

Episcopus quam honestatem in vestibus à clericis seruandam constituere debeat?

SVMMARIVM.

1 *Habitus clericorum proprius quis sit, nullibi determinatur.*
2 *Honestas vestium clericalium ponderabitur ex consuetudine, & vsu vniuscuiusque regionis.*
3 *Clerici coniugati debent vti illis vestibus, quibus clerici coniugati eiusdem regionis vtuntur.*
4 *Vestes clericales maioribus Ordinibus congruentes apud nostros Lusitanos censentur talares.*
5 *Concilium Bracharense describit modum, & formam vestium clericorum.*
6 *Pilei quadrati sanctæ Crucis signum denotant; rotundi verò virtutum omnium perfectionem indicant.*
7 *Clerici in minoribus de consuetudine totius Hispaniæ debent habere vestes, quæ cooperiant tota genua.*
8 *Clerici debent semper deferre vestes proprio Ordini congruentes.*
9 *Honestas in vestium colore maximè requiritur.*
10 *Coronæ vsus antiquissimus est in Ecclesia.*
11 *Clericus in maioribus, aut beneficium habens, si Coronam, vel habitum ad longum tempus absque iusta causa non deferat, peccabit mortaliter.*
12 *Contra non deferentes habitum clericalem, quæ pœna imponatur, ostenditur.*
13 *Clerici non recipientes pensionem, & fructus Ecclesiasticos valorem annuum 60. ducatorum aurei de Camera non excedentes, non tenentur deferre habitum clericalem.*
14 *Parapharnarij, & similes in inferioribus ministeriis Palatio Apostolico inseruientes, & pensiones obtinentes, non tenentur deferre habitum clericalem.*
15 *Pœnam constitutionis Sixti V. euadunt deferentes pallium talare, quamuis toga non sit talis, nec genua tangat.*
16 *Clerici, qui ratione paupertatis habitum proprio Ordini congruentem gestare non valuerint, nullam pœnam incurrunt.*
17 *Clerici propter infirmitatem, tonsuram non deferentes, à pœnis excusantur latis contra habitum non deferentes.*
18 *Transformari coactus propter aliquod verisimile periculum, ab habitu decenti excusatur.*
19 *Domi suæ, & occultè clericales vestes non deferens, nullam pœnam incurrit.*
20 *Habitum semel dimittens, non est priuandus beneficio, vel fori priuilegio.*
21 *Ex necessitate itineris, vel Peregrinationis licitum est clericis habere vestes breuiores.*



Vt is proprius sit clericorum habitus nullibi determinari referunt *glos. pen. in Clement. 1. de elect.* Farinac. *in praxi crimin. p. 1. quæst. 8. num. 69.* Mari. Antonin. *var. resol. lib. 3. resolut. 49. n. 1.* nouissime doctiss. Sperell. *decis. 17. num. 44.* nisi quòd nimia breuitas, & longitudo reprobatur *in cap. clerici, de vita, & honest. cleric.* Quare † & honestas vestium clericalium ponderabitur ex consuetudine, & vsu vniuscuiusque regionis, vt notauit glos. *in cap. si quis virorum, 20. distinct.* glos. similis *verb. deauratis, in cap. penult. de vita, & honest. cleric.* glos. *verb. deauratis in d. Clem. 1. de elect.* quas commendant, & communiter receptas post antiquiores testantur Couar. *pract. c. 31. num. 7. ver. 4.* Salzed. *ad Bernaard. cap. 78.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 8. num. 69.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 46. num. 5.* & alij de quibus Sperel, *d. decis. 17. num. 44. & decis. 66. num. 8.* Thom. Valasc. *alleg. Iuris tom. 1. alleg. 11. per totam*, Camill. Borrell. *in addit. ad Bellug. in speculo Princip. rub. 16. §. videamus, lit. B*, Roland. *cons. 4. num. 27. lib. 1.* Viuald. *in candelabro aureo part. 3. ad finem in explicatione Bullæ Sixti V. de habitu, & tonsura num. 9. vers. tertia assertio*, Rendin. *in promptuario Iuris tom. 1. tit. 17. num. 15.* Zerula *in praxi Episcopali part. 1. verb. Clericus §. 14.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 14. & 15.* Piasec. *in praxi noua Episcop. part. 2. cap. 3. num. 14. pag. 129.* Scacc. *in tract. de iudic. p. 1. c. 11. n. 84. & 87.* Fr. Paulin. *in praxi crimin. Regul. tit. 4. c. 33. n. 10. cum sequentib.* Cened. *pract. & canonic. quæst. lib. 1. q. 4. n. 30.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 16. à num. 12. & 16.* Viuian. *in praxi iurispatronatus p. 3. lib. 15. cap. 4. à num. 9.* Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 96.* Carol. de Grassis *de effectibus cleric. n. 271. in prælud* Filliuc. *tract. 41. de benefic. cap. 6. n. 14.* nouissimè Sanch. *in opusc. moralibus lib. 7. c. 1. dub. 49. n. 2.* Vnde † in clericis coniugatis est obseruandum, quòd vtantur illis vestibus, quibus clerici coniugati eiusdem regionis vtuntur, & suo statui conueniunt, neque etiam oportere, quòd illis vtantur, quibus vtuntur clerici in sacris, vel beneficiarij, vel aliàs soluti, vt bene aduertunt Cou. Farin. Sanch. & alij, quos ipsi referunt *proximè citatis locis.*

Ambigendum tamen non est vestes clericales maioribus Ordinibus congruentes censeri talares, dimissas scilicet vsque ad talos, vt expressit Sixt. V. *in sua Constit.* incip. *Cùm sacrosanctum*, infrà citanda, & notant Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib. 2. cap. 34. num. 38. & 39.* Carol. de Grassis *vbi sup. num. 271.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 3. cap. 3.* Guid. Pancirol. *var. lect. lib. 1. cap. 21. per totum*, Bellet. *disquisit clerical. part. 1. tit. de disciplina clerical. §. 16. num. 13.* Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 96. & 97.* Moscon. *in tract. de maiest. milit. Eccles. lib. 1. part. 2. cap. 2. vers. de habitu autem.* Camill. Borrell. *in sum. omnium decis. tom. 1. tit. 11. de vita & honestate clericorum, num. 39. cum seq.*

Pro consuetudinis verò in minoribus egregiè etiam modum, & formam istarum vestium describit Concil. Bracharen. vltim. *part. 2. actione 4. cap. 8.* his verbis: *Hortatur sancta Synodus eos, qui sunt in minoribus Ordinibus*

diribus constituti, præsertim in via ad maiores Ordines, talarem vestem portent, rotundo pileo, cæterisque, & interioribus, & exterioribus indumentis modestius vtantur, & ad Ecclesiasticum cultum accommodatis, &c. Nec
6 miteris quod † in regione illa iubeatur clericis pileos rotondos portare, quia licèt multi per quadrati pilei figuram Sanctæ Crucis signum voluerior denotari, secuodùm Paocirol. *citato loco*; rotundi tamen oon ignotum habent mysterium, sed statui, quem profiteotur, sunt maximè conuenientes: iodicant enim virturom omnium perfectionem, secuodùm eundem Pancirol. quibus clerici Lusitaniæ, & vniuersitatis Conimbricensis scholares sempet
7 vtuntur. Igitur † Clerici io minoribus Ordioibus constituti, debent deferre vestes, de consuetudine, & statutis totius Hispaniæ, quæ saltem tegant tota genua, vt ex Pij II. Constit. refert, Coronæ etiam magnitudinem depiogens *Extranagans Regni Lusitama 5. tit. 4. part. 2.* his verbis. *e quo o vestido clerical que eran obrigados à trazer hauia de ser que lhes cobrisse de todos os giolhos o que à Corona auia de ser*, &c. Apud Hispanos verò *in l. 1. tit. 4. lib. noua recopil.* ita cautum est. *T assi mesmo sean las vestiduras, y bonete como las que costumbran traher los clerigos de Missa, y que de otra manera no gozon del priuilegio del fuero.* refert Thom. Valasc. *d. allega. 11. num. 4. & 5.* Qui quidem habitus, & tonsura clericalis ne à laicis deferatur, potest Episcopus, ac quilibet Prælatos prohibere, vt obseruat Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. cap. 53. n. 4.* quem refert, & sequitur Carol. de Grassis *d. effectu 1. num. 1290.*

8 Ad honestatem vitæ clericorum spectat, vt ipsi condecenti habitu vtantur, & sic qui dignitati, professioni, atque ætati conueniat: oon enim vestibus, aut calceamentis decorem quærere debeot, sed eorum professionem habitu, & iocessu probare, *cap. clericus, 41. dist.* inquit enim Bald. *in rub. num. 9. de vita & honest. cleric.* quem refert Bened. Ægid. *in tract. de priuileg. honestatis, art. 11. num. 1. vers. circa vestes*, quod à sordibus abstineant, quia vestes sordidæ inducunt pudorem, *l. vestem sordidam ff. de iniur.* & è contra quòd debeot abstinere à vestibus nimis pretiosis, sed mediocribus indui debeot. Nam quamuis habitus noo faciat monachum, attamen clericos oportet semper deferre vestes proprio Ordini congruentes, vt per deceotiam habitus extrinseci, morum intrinsecam honestatem præferaot, Conc. Trident. *sess. 14. de reform. cap. 6.* & faciunt tradita per Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 11. §. 1.* Bened. Ægid. *de priuil. honestatis art. 11. num. 1.* Quamuis autem Concilium *eo loco* præcipiat, vt clerici vestes conguentes proprio Ordini semper deferant; saoo tamen modo hoc debet intelligi, noo de continua sine iotermissione habitus, & Tonsuræ delatione, sed pro tempore, & loco, quemadmodum de omnibus affirmatiuis præceptis dicendum est, & nisi iusta subsit causa, vt explicat Viuald. *dict. loco num. 10.*

9 Requiritur præterea hooestas in vestium colore, viridem enim, aut rubrum exprèssè improbat text. *in d. cap. penult. vers. per annos, de vita & honest. cler. & in Clement. 2. in fine, eodem tit.* vbi per totum text. Clemens V. multa de hac vestium honestate tradit, & oe clerici virgata & partita veste vtantur, explicat Bernard. & alij, de quibus Salzed. *d. loco*, & Viuald. *vers. quinta assertio*, ac Thom. Valasc. *d. alleg. 11. num. 7. citatis locis*; rubeus enim color permittitur solùm Cardinalibus, & viridis Episcopis tantùm Menoch. *de arbitrar. casu 392. num. 12.* Pacian. *in tract. cui incumbat negat. lib. 2. cap. 34. num. 39.* Scacc. *de iudic. part. 1. c. 11. num. 85. & 86.* quos refert Carol. de Grassis *de effectibus cleric. in prælud. num. 272.* Cùm ergo non sit Iore determinatum quales in colore debeot esse clericorum vestes, ideò relinqoendum est consuetudini regionis, glos. *in sum. 21. q. 4.* Fulu. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 34. num. 38.* Thom. Valasc. *d. allegat. 11. num. 7.*

Coronæ vsus antiquissimos est in Ecclesia, vt 10
multorum Auctorum referendo verba, & loca probant Gregor. Valent. *tom. 4. disp. 9. quæst. 5. punct. 3.* & optimè Carol. de Grassis *de effectib. Clericalib. in prælud. num. 281.* quin Beda *in lib. 5. de historia Anglorum, cap. 22.* asserit S. Petrum in memoriam spineæ Coronæ Christi, coronam capillorum gestasse, toto reliquo capite detonso, & id alios clericos fuisse imitatos: additque vniuersum Clerum honoris causa ob reuerentiam illius rasuræ in capite S. Petri à Iudæis contumeliosè factæ, coronam deferre, vt referunt Durand. *in rationali Diuinorum, lib. 2. c. 1. n. 31.* Polydor. Virgil. *de inuentorib. rerum, lib. 4. cap. 8.* Dionys. Paul. *in flosculo de clericorum excellent. p. 1. num. 133. & de quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap. 15. num. 7.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 42. num. 2.* & latè D. Acuna *in historia Episcoporum Portugalens. part. 1. cap. 7. pag. 82. cum seqq.* Vnde S. Isidor. verè Apostolorum institutum esse inquit *lib. 2. de officio, cap. 4.* sequuntur Bonacina *de Sacramentis disp. 8. quæst. vnic. puncto vlt. num. 4.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 17. num. 19.* Nihilominus io Ecclesia Tonsura prima fuit ordinata ab Aniceto Summo Pontif. vt habetur *in cap. prohibitio 23. dist. & in cap. clericus 5. de vita, & honest. cleric.* referunt Platina *in vitis Pontif. in eiusdem Aniceti vita* Illesc. *in historia Pontif. p. 1. lib. 1. cap. 7. & cap. 14.* Menoch. *de arbitr. casu 392. num. 26.* & latiùs de hac coosuetudine toodendi clericis barbam, & coronam, agunt Ioan. Bernatt. *ad Statium lib. 4. Theb. pag. 106.* Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 5. an. Christi 398. pag. 48.* Ioan. Pineda *in Iob. cap. 1. vers. 2. pag. 86.* Fr. Bernard. de Britto *in monarchia Lusit. part. 2. lib. 5. cap. 2. fol. 39. verso.*

Quam quidem Tonsuram, vel habitum clericus 11
In maioribus, aut beneficium habens, non deferat ad longum tempus sine iusta causa, peccabit mortaliter, provt resoluunt Abb. *in cap. si quis num. 1. de vita, & honest. Cleric.* Nauarr. *commento 4. de Regularib. num. 27.* Henriq. *lib. 13. cap. 39. num. 3.* Vasq. *3. part. tom. 3. disp. 250. cap. 3.* Reginald. *lib. 30. num. 10.* Bonacina *d. punct. vlt. num. 3.* me citato *in hoc loco* Sperell. *decis. 66. num. 12.* quicquid teneant Heoriq. *in sum. lib. 10. cap. 11. lit. M.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 11. diffic. 16. num. 5.* Diana *part. 2. tract. 4. de Sacram. resol. 183.* & necessitas ista portandi Coronam intelligitur in eo, qui crines habet, non in eo, qui crinibus caret, quia vel caniciem caluam habet, vel ex aliquo morbo capilli de capite ceciderunt, Iul. Clar. *in pract. §. fin. quæst. 36. num. 17.* Hippol. Bonacos. *inter communes opin. verb. clericus*, Nicol. Vigel. *lib. 3. methodi Iuris controu. cap. 2. de priuil. & rebus cleric. reg. 25. quinta replicatio est*, Thom. Valasc. *d. alleg. 11. num. 16.* Iacob. Granad. *de sacram. in 3. part. contron. 9. tract. 4. disp. 3. num. 8.* quem refert & sequitur P. Diana *moral. resol. part. 5. resol. 60.* ibi, *Vsus Coronæ tanquam rei magni momenti est antiquissimus, & in his, qui Ordinem sacrum receperunt, vsu receptissimum gestare Tonsuram, adeò vt vix sine graui scandalo omitti possit, quæ sanè indicant rem hanc non esse leuis momenti, nec solum obligare sub veniali, non tamen indicari debet lethale peccatum si per vnum, aut paucos dies non gestaretur Corona*, &c.

12 Contra non deferentes habitum clericalem disponit Concil. Trident. *d. cap.* 6. quòd si postquam ab Episcopo suo etiam per edictum publicum moniti fuerint honestum habitum clericalem illorum Ordini, & dignitati congruentem deferre, & iuxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab Ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, & redditibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum, necnon si semel correcti denuo in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, & beneficiorum huiusmodi coërceri possint, & debeant; postea verò contra non deferentes habitum clericalem emanauit Constitutio Sixti V. incip. *Cum sacrosanctam*, *die* 5. *Ianuarij* 1586. vbi clericis & Militibus, qui in hac Vrbe præsentes, in habitu clericali & tonsura, ac Militibus in militari non incederent, mandatisque super id editis sub certo termino non obedierint, præter alias pœnas contra eos inflictas, sine vlla alia monitione, ipso facto priuatos declarat quibuscunque dignitatibus, administrationibus, officiis, Canonicatibus, & Præbendis, ac beneficiis etiam simplicibus, & præstimoniis per eorum quemlibet in titulum, Commendam, vel aliàs pro tempore obtentis, necnon pensionibus, & fructibus, ac prædiis, bonisque Ecclesiasticis huiusmodi, quocunque modo ex reseruatis, vel reseruandis, omnique iure sibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, de quo vide Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 15. *num* 56. Stephan. Gratian. *Marsilia decis.* 158. *num.* 5. & quòd talis non incesserit in habitu, debet concludentissimè probari, quia est materia obiectiua inferens ad pœnam priuationis, Rot. *decis.* 8. & 9. *de except. in nouis*, Gregor. X V. *decis.* 20. *num.* 3. vbi *num.* 4. resoluit quòd pensionarius non amittit pensionem ex eo, quia non incedat in habitu, nisi constet de exactione pensionis, quia Bulla Sixti V. priuat tantùm illos pensionatios, qui pensiones exigunt, vel per quos stat quominus exigant.

13 Postea verò idem Sixtus V. per aliam suam Constitut. eiusdem anni *pridie Kalendas Februar.* incip. *Pastoralis*, declarauit habitum clericalem non teneri deferre clericos non recipientes pensiones, fructus, aut prædia, vel bona Ecclesiastica sibi in vna, vel pluribus vicibus reseruata, & concessa, summam, seu valorem annuum 60. ducatorum auri de Camera insimul non excedentes, seu excedentia. † Et insuper

14 declarat non teneri in habitu, & Tonsura clericali incedere inseruientes Palatio Apostolico in inferioribus ministeriis, vt sunt paraphernarij, credentiarij, & similes, qui pensiones, aut fructus, bonave Ecclesiastica loco pensionum, vsque ad quamcunque summam, & valorem percipiunt. Declarat etiam eos Clericos, aut Milites, quibus pensiones, aut fructus, bonave, aut prædia Ecclesiastica ad quamcunque summam reseruata, aut reseruari concessa sunt, non aliter ad gerendum militarem habitum teneri, postquam pensiones, fructus, aut alia præfata eum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos steterit quominus exigant, vel percipiant; quarum Constitutionum tenorem referunt Piasec. *in praxi noua Episcop. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 13. *pag.* 129. & 130. Quaranta *in summa Bullary verb. habitus clericalis*, *in princip.* & de ea meminerunt Viuian. *in praxi iurispatronatus p.* 3. *lib.* 5. *cap* 4. *num.* 4. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb habitus*, Bellet. *d.* §. 16. *num.* 13. Sed Constitutionem illam Sixti V. de habitu & tonsura disponentem cum pœna priuationis ipso iure beneficij, hoc respectu & parte, non esse vsu receptam in Hispania, probat Nicol. Garcia *de benefic. p.* 7. *cap.* 1. *num.* 14. quem refert nouissimè Salgado *de supplicat. ad Sanctissim. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 137. *vers. item constitutionem.*

Vtrùm autem ad euadendam pœnam priuationis 15 ipso iure beneficiorum contra non deferentes vestes talares statutam in dicta Constit. Sixti V. requiratur, quòd plures, & omnes vestes tales sint, pallium scilicet, & toga? In dubium reuocari solet à Doctoribus, in quo partem affirmatiuam suadere videtur supradicta Constitut. vtens verbis pluralis numeri, ibi, *vestes talares*, iuncta reg. *cap pluralis loquutio, de reg. iur. lib.* 6. & ideo hanc partem sustinent Moscon. *de maiest. militantis Eccles. lib.* 1. *p.* 2. Capol. *consil.* 11. *num.* 30. Venet. *in examine Episcop. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 2. Thom. Valasc. *alleg.* 42. *num.* 4. Sed contrarium, nempè sufficere quod pallium perueniat ad talos, toga verò tegat genua, tenent Iacob. de Graff. *in decis. aureis p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. Viuald. *vbi supra*, *vers.* 4. *assertio*, Petr. de Ledesma *in sum. p.* 1. *tract.* 7. *cap.* 2. *prope* 14. *conclus. circa finem*, Nauar. *de nouo Iure Pontif. concl.* 117. *num.* 6. Diana *part.* 4. *tract.* 1 *resol.* 91. Non est enim necessarium portare duas vestes longas, vt ex Viuald. receptum dicit Nicol. Garcia *de benefic. p.* 7. *c.* 1. *n.* 23. imò sufficit, quòd vestis superior clericalis sit, & cooperiat interiorem, quamuis laicalem, vt ex Franch. & Sigism. Scaccia resoluit Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 1186.

Primò limita prædictam Sixti V. Constitutionem, 16 & dispositionem text. *in d. Clement.* 2. non procedere in clericis, qui ratione paupertatis habitum proprio Ordini congruentem gestare non valuerint, vt decisum referunt Aloys. Ricc. *in decis. curiæ Archiepisc. Neapolitan. decis.* 129. Vgolin. *de potestate Episcopi c.* 12. *num.* 5. *vers.* 5. Carol. de Graffis *de effectu* 1. *num.* 1175. Decian. *tractat. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. vbi exemplificat quando clericus esset ita pauper, vt non posset propter paupertatem alias vestes inuenire, nisi laicales sibi donatas.

Secundò limita si non posset propter infirmitatem 17 Tonsuram deferre, quod etiam refert decisum Capella Tholos. *decis.* 104. quam citant, & sequuntur Vgolin. *d. cap* 12. *num.* 3. *vers. quoad Tonsuram*, Viuian. *in praxi iurispatron. p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 8. Beller. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de disciplina clerical.* §. 17. *n.* 9. Thom. Acti. *in tract. de infirm. p.* 2. *in verb. clerici n.* 12. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 1171. Thom. Valasc. *d. alleg.* 11. *n.* 9.

Tertiò limita, & declara excusari clericum ab habitu decenti, si propter aliquod verosimile periculum transformati cogeretur; ita Piasec. *in praxi noua Episc. d. c.* 3. *n.* 14. *vers. excusaretur*, Viuian. *d. praxi iurispatronat. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 10. *n.* 6. & 7. & *p.* 5. *lib.* 15. *cap.* 4. *num.* 5. & 6. 18

Quartò limita, si domi suæ, & per consequens in 19 occultò dimitteret, quia *dicta Clement.* 2. de deferente publicè alienas vestes loquitur: ergo secus si occultè; tum quia iste talis non dimittit habitum ne deferat, sed vt paulò pòst assumat; quo casu non dicitur dimisisse; sicut etiam abesse non dicitur, qui statim est reuersurus, *l. postliminium* §. *captiuis*, & *l. nihil. ff. de captiuis*, & *postlimin. reuersis*, cum traditis à Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 43. *num.* 5. & ita in proposito hanc opinionem tenet Vgolin. *d. cap.* 12. *n.* 3. *vers.* 4.

Quintò limita in illo, qui semel habitum dimisit, 20 qui non est priuandus beneficio, vel fori priuilegio, prout ordinat dicta Constitut. Sixti V. propter vnam habitus dimissionem, qua etiam attenta requiritur vt tantum perseueret, quòd publicè pro laico existimetur, ita Piasec. *in dicto cap.* 3. *num.* 14. *vers. excusaretur*, Farin. *in praxi crimin. q.* 8. *num.* 68. Præter de

Augustino

Augustino *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarij verb. habitus clericalis*, Vgolin. *d. cap. 12. num. 3. §. 6.* Viuian. *d. cap. 4. num. 7.*

21 *Sextò* limita ex necessitate itineris, vel peregrinationis propter quam licitum est clericis habere vestes breuiores, *cap. Episcopi 21. q. 4.* Addit. *ad Capell. Tholosan. q. 256.* Beller. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 16. num. 14. ibi n. 15.* etiam tenet licitum esse habitum mutare, ac etiam deponere, si ex delatione habitus clericalis iusta esset causa timoris, per *d. Clem. 2. vers. nisi causa rationabilis*, Hieron. de Laurent. *Auen. decis. 125. n. 9.* Iacob. Massul. *in add. ad Capyc. decis. 181. in vltimis verbis*, Carol. de Grassis *d. effectu 1. n. 1174.*

ALLEGATIO X.

Episcopi quarum rerum examini subiicient ordinandos?

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum munus est ordinationi faciendæ diligens scrutinium ordinandorum proponere.*
2 *Ordinandi quo tempore debent conueniri.*
3 *Episcopi, aut ab ipsis deputati prudentes viri, ordinandi genus, natalitia, personam, institutionem, patriam, vitam, mores, doctrinam, & fidem scrutari debent.*
4 *Genus ordinandorum scrutari debet, an scilicet ex Catholicis parentibus, vel proditione damnatis, aut de matre serua nati sint.*
5 *Verbum*, genus, *de quo in Concil. Trident.* sess. 23. de form. cap. 7. *idem significat quod legitimus, vel liber, & non refertur ad descendentes ex genere Hebræorum.*
6 *Descendentes è Iudæi an sint ab ordinatione excludendi.*
7 *Neophytus, qui recenter suscepit habitum Ecclesiasticum, ad Ordines admittendus non est.*
8 *Neophytos intendens ordinare, quæ perquirere debet.*
9 *Natalitia perscrutari debent, id est, an legitimi, vel illegitimi sint.*
10 *Personam, id est, an sint corpore vitiati, quia truncum, aut vitiatum corpus habens ad Ordines non admittendus.*
11 *In lege veteri maculam aliquam corporalem habentibus hostias offerre Dominus prohibuit.*
12 *Apud Ethnicos, & Gentiles preceptum erat, vt Sacerdos integer esset.*
13 *Institutio accipitur pro titulo.*
14 *Vita in materia de qua agitur accipitur pro actu viuendi irreprehensibiliter iusto, & recto.*
15 *Parochianorum simplici assertioni testificanti de fama bona statur.*
16 *Dignum quemlibet præsumimus, quem nescimus indignum.*
17 *Doctrina cum sit quid extrinsecum homini inesse alicui non præsumitur.*
18 *Doctrina non per testes, & famam, sed ex actuli examine probari debet.*
19 *Episcopus inquirere debet intentionem ordinandi, an illi adsit, vel desit intentio ascendendi ad altiores Ordines.*
20 *Suscipiens minores Ordines sine intentione ascendendi ad Superiores non peccat.*
21 *Examinis alter modus an seruetur?*
22 *Ordinatus nullo præmisso examine quam pœnam incurrat?*
23 *Ordinatus contra prohibitionem Episcopi habentem ne quis ad Ordinationem accedat sub pœna excommunicationis non examinatus, vel approbatus, contraheret suspensionem, non nisi à Papa dispensandam.*
24 *Ordo si de facto mulieri conferretur, non reciperet charakterem impediente sexu.*
25 *Clauium potestas fœminis non competit.*
26 *Fœminæ Iure diuino incapaces sunt eorum, quæ sunt Ordinis.*
27 Cap. Diaconissæ 27. quæst. 1. & in c. sacratas 23. dist. *declaratur.*
28 *Hermaphroditus, qui habet vtrumque sexum parilem, aut præualeret in fœmineo, ordinari non potest.*
29 *Ætas quæ in ordinandis requiratur? remissiuè.*
30 *Illiterati prohibentur ordinari.*
31 *Episcopus quæ inquirere debeat antequam aliquem ordinet?*
32 *Homicida, vel mutilator membrorum principalium ordinari non potest.*
33 *Infideles, & hæretici ab Ordinibus repelluntur.*
34 *Hæretici sunt irregulares.*
35 *Irregularitas, quam contrahunt hæretici, an duret postquam per pœnitentiam reuertuntur.*
36 *Hæreticorum fautores, credentes, & defensores clericatu habentur indigni.*
37 *Filij hæreticorum quando excludantur à clericatu? ostenditur.*
38 *Neophyti à clericatu non simpliciter repelluntur.*
39 *Excommunicati, suspensi, vel interdicti ab Ordinibus sunt repellendi.*
40 *Infames infamia Iuris omnino ordinari non debent.*
41 *Criminosi ordinandi non sunt.*
42 *Pœnitentes solemniter ordinari prohibentur.*
43 *Bigami non possunt ordinari, quod multipliciter declaratur.*
44 *Coniugati non sunt ad Ordines promouendi.*
45 *Serui ordinari non possunt, nisi plenæ libertati fuerint restituti.*
46 *Cardinales non sunt ordinandi, & declaratur latè.*
47 *Obligati ad reddendas rationes non possunt fieri clerici, multipliciter declaratur.*
48 *Corpore vitiati ordinari non debent.*
49 *Arreptitij prohibentur ordinari.*
50 *Illegitimi non possunt fieri Clerici.*
51 *Ordinandus non est qui beneficium Ecclesiasticum non obtinet, aut aliud vnde commode viuere possit.*
52 *Peregrini, & ignoti ordinari non debent.*



T in Ecclesia Dei ministri adsint vitæ integritate, moribus, & doctrina insignes, nullóque impedimento adstricti, munus est Episcoporum ordinationi faciendæ diligens scrutinium ordinandorum præponere: 1
constitutum est enim *in cap. 2. Episcopus 24. distinct. & in cap. placuit, in fine, in cap. estote 1. quæst. 1. cap. aurea, & cap. vt nostrum, de officio Archid. cap. nihil, §. Episcopi, de elect. cap. vnic. de scrutin. in Ordine fac.* vt clericorum ordinationem scrutinium, seu examen per Archidiaconum, & ipsum Episcopum faciendum præcedere debeat. Oporter igitur ordinantem Episcopum illud Apost. *ad Timoth. 5.* meminisse, *nemini citò manum imposueris*, refertur *in cap. quid est 78. dist.* & illud animaduertere quòd sanctus Pontifex Clemens, vt refertur *in cap. tales 23. dist.* præcipiebat dicens; *Tales ad ministerium eligantur clerici, qui dignè possint dominica Sacramenta tractare, cap. cum sit, de ætate & qualit. cap. quibusdam, in fine 1. quæst. 1. c. ex*

multis,verſ.nec eligatur 1.q.1. melius eſt enim in Domini Sacerdotio paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè opus Dei exercere; quàm multos inutiles qui onus graue ordinatori adducant, Zoſimus quoque Pontifex relatus *in cap.ſi officia* 59. *diſt.* hac de re loquens,poſt multa ſic ait:*Facit hoc nimia remiſſio conſacerdotum noſtrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid dignitatis acquiri, & poſt pauca, quibus aliud præſtare non poſſunt, diuinos Ordines largiuntur, quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicij.* Concil. Hiſpalen. *c.*2. *rarum eſt enim omne quod magnum eſt.* Et Hieronym. in *Michaam* relatus *in cap. hi quoſcumque*, 1. *quæſt.*1. *Hi quoſcunque*, inquit, *de affeclis ſuis ordinantes, & vitam eorum in ſcandalum populi exponentes, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizantur.* Cum igitur Epiſcopus diſponit ordinationes facere, omnes volentes accedere ad
2 ſacrum miniſterium † debent conuenire feria quarta præcedenti ad examinationem coram eo, qui Viros prudentes diuinæque legis gnaros, & exercitatos in Eccleſiaſticis ſanctionibus eliget, vt illa inueſtigent, quæ inferiùs dicam, *cap. quando* 24. *diſt.* Concilium verò Trid. requirit, vt per menſem antea adeant Epiſcopum, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt de nominibus, ac deſiderio eorum, qui velint promoueri, publicè in Eccleſia propoſitis requiſitis diligenter inquirat, & literas teſtimoniales ipſam inquiſitionem factam continentes ad ipſum Epiſcopum quamprimum tranſmittat, iuxta *cap.*5. *ſeſſ.*13. *de reformat.* & de materia latè Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.*26. §.18. *à num.*1. Sanch. *in opuſc. moralib. lib.* 7. *cap.*1.*dub.*46.*num.*7. Marchin.*de ſacram. Ordin. tract.* 2.*part.*6. *cap.*11. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico tract.*2.*cap.*3.*quæſ.*26. Salzed.*ad Bernard. in pract.cap.*25.*lit. A, verſ. hoc autem*, cuius diſpoſitio in Brachatenſi Prouincia ad vnguem obſeruatur, vt conſtat ex eius Concil.Prouinc.vltim. *actione* 4.

3 Debent igitur Epiſcopi, aut ab ipſis deputati prudentes viri, *ordinandi genus, natalitia, perſonam, inſtitutionem patriam, vitam, mores, doctrinam, & fidem ſcrutari*, vt ſtatuit Concil.Trid. *ſeſſ.*23. *de reform. cap.* 5. *&* 7. & antè *cap. quando* 24. *diſt.* & rigoroſè hoc examen inſtitui debet, *cap. inſtitutus, de purgat. canon.cap.cum in cunctis,de elect.* Epiſcopi enim intereſt ne indigni ordinentur, & ille tenetur ex culpa examinatorum,*cap ad hæc, iuncta gloſſ.verb.examinentur,de officio Archid.* & probat latè Carol. de Graffis *de effectibus clerical. in prælud. à num.* 345. *cum multis ſeqq.* & præcipuè *num.*358. Peccabit namque mortaliter ſi ordinauerit ſcienter indignos, ideſt, non habentes ſufficientiam ſcientiæ, & bonitatis, quia infideliter in re grauiſſima agit officium diſpenſatoris, S. Thom. *in* 4. *diſt.*24. *quæſt.* 1. *art.*3. *quæſtiunc.* 4. Syluеſt. *in ſum. verb. Ordo* 3. *quæſt.*8. Sanch. *in opuſcul. moral. lib.* 7. *cap.*1. *dub.* 46. *num.* 2. itavt non ſatis ſit quòd neſciat Epiſcopus ordinandum eſſe malum; ſed quando ordinandus eſt ignotus, tenetur Epiſcopus adhibere diligentiam & examen, vt habeatur certitudo moralis de ſufficientia, vita, ac moribus ordinandi. Ita Sanch. *d. dub.*46.*num.*3.

4 *Genus* namque primo loco relatum requiſitum declaratur, an ex Catholicis parentibus, vel proditione damnatis, aut de matre ſerua nati ſint, iuxta expoſitionem Maioli *de irregularit. lib.* 4. *cap.* 2. Henriq. *in ſumma lib.*10. *cap.* 17. §. 2. *in commento littera G.* Auila *de cenſur. part.*7. *diſp.* 4. *dub* 4. latè & benè Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.*5. *cap.* 28. *num.*15. vbi ait citatis ſupradictis Doctoribus Concilium Trid. *d. cap.* 7. ſolùm voluiſſe vt Epiſcopi inquirant an promouendus ſit ex filiis, aut nepotibus hæreticorum,fautorum,defenſorum,receptatorum, quos Ius à ſuſcipiendis Ordinibus excludit, vſque ad ſecundum gradum via maſculina, vel vſque ad
primam via fœminina? † Verbum enim, *genus*, de 5
quo *in d. cap.*7. *Concil. Trid.* propriè idem ſignificat, quod legitimus, vel liber; non autem refertur ad deſcendentes ex genere Hebræorum; prout tenet Cened. *ad decretal. collect.* 77. *n.* 20. quem refert D. Acuña *in cap. quando num.*6. *diſt.* 24. & videtur tenere Sahagun. *in cap. cam te, num.* 23.*de reſcriptis.* Ideò
† non ſunt illi ab ordinatione excludendi (niſi 6
aliud Canonicum obeſſet impedimentum) qui à Iudæis originem trahunt, vel quorum Maiores, etſi hæretici fuerint, emendatos tamen eſſe conſtat, & reincorporatos Eccleſiæ vnitati,& pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam vel perfecerunt, vel perfectioni eius inſiſtunt, aut paratos fuiſſe ad recipiendam eandem, iuxta Conſtit. Bonifac. VIII. *in cap. ſtatutum, de hæret. lib.*6. ita poſt alios deciſum refert Armend. *in additionibus ad recopil. leg. Nauarra lib.* 1. *tit.*21 *l.vnica,num.*6. vbi id intelligendum dicit,niſi aliquo priuilegio Apoſtolico, aut confirmatione aliud caueretur: & nouiſſimè Lauret. de Franchis *in controu. inter Epiſcop. & Regul. pag.* 78. *verſ. ad* 14. aduertit Concilium Catholicum non induxiſſe circa hoc nouum Ordinis impedimentum, ſed dumtaxat quæ antiquo Iure ſtatuta erant, ſeruari ad vnguem præcepiſſe, additque, *quod non vulgariter notandum cenſeo, quia multi circa hoc hallucinantur?* Vide multa, quæ ad dictorum comprobationem ſuprà diximus *part.*1. *tit.*2. *gloſſ.*17. *num.*5. *cum ſeq.*

Neophytus tamen, qui recenter ſuſcipit habitum 7
Eccleſiaſticum, ad Ordines admittendus non eſt. *cap.ſicut,*48.*diſt.* ea ſcilicet ratione, ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli, vt dicit Apoſt. 1. *ad Timoth.* 3. fortaſsè credens fidem Chriſtianam eius auxilio indigere, ac ſine eo regi minimè poſſe, vt ſuper eadem Epiſtola gloſſauit Lyrenſis, & gloſſ. *in ſum.*48.*diſt.* quod non procedit in eo, qui diu antea, aut etiam ex ipſa natiuitate iam baptizatus eſt, quamuis genus ex Iudæorum gente deduxerit: hi enim non ſunt incapaces Ordinum, etiamſi parentes ipſorum in Iudaiſmo, vel Mauriſmo adhuc perſiſterent, vt per Couar. *in Clement. ſi furioſus p.* 1. §. 2.*num.*7. *verſ.*1.*concluſ.* Nauar.*in man. cap.*27. *n.*205. *verſ.*3. *dico*, Gregor.de Valent. *tom.*4. *diſp.*7. *punct.*3. §.3.Sayr. *de cenſur.lib.*6.*cap.*13. *ſub num.*11. Sanch. *d. cap.*28. *num.*11. Suar.*de cenſur. diſp.*43.*ſect.*3. *num.* 8. Auila *eod.tract.p.*7. *diſp.*4. *dub.*4. nouiſſimè poſt hæc impreſſa in lucem editus Marchin. *de ſacram. ordinis tract.* 1. *p.* 10. *cap.* 2. *num.*6. ideò promotos legimus Diuos Seuerum,Nicolaum, & Ambroſium, *in cap. ſtatuimus*, §. *fin.*61. *diſtinct.* ipſeque Ambroſius comprobat, inquiens ordinationem ſuam occidentales iudicio Epiſcopos, orientales verò exemplo probaſſe *in cap neophytus* 61.*diſtinct.* vbi gloſſa, tum in figuratione caſus,tum in fine addit exemplo probaſſe, qui multos tales elegerunt: & nos legimus de Iudæis conuerſis Eccleſiam fundatam eſſe, iuxta
gloſ.final in cap. cam te,de reſcript. exemplo Beati Pe- 8
tri,& aliorum *in c.*9.71. *diſtinct.* † Igitur qui eos intendunt ordinare (quorum arbitrio ſunt inferiùs relata conſideranda,non expectata ad hoc vlla Pontificis diſpenſatione, ex adductis per Sanch. *d. cap.* 28.*num.*12.) debent perquirere,& diligenter inueſtigare,quamplura circa illorum vitam,& vſum,atque ea præſertim, quæ illi ad primæuam ſectam mente

&

& secretè conuersi nonnunquam obseruant, & ex quibus dignoscit Ecclesia eos iterum reuersos ad illa; signa autem huiusmodi nonnulla recenset Eymeric. quoad neophytos ex Iudaica gente prognatos *in 3. par. directorij, num.* 114. vbi subscripsit Pegna quamplura, & notabilia adduceus *in comment. num.* 25.

Superest vt videamus quamdiu hoc impedimentum permanere videatur, & an Episcopus cum verè neophyto dispensare valeat? Quoad *primum* multi multa dixerunt; nonnulli existimaruot satis esse lapsum vnius anni, vt quis desinat dici nouus Christianus, sicut miles nouus is dicitur, qui anno completo non militauit, post annum inter veteraoos enumeratur, *l. qui cum vno §. fin. ff. de re milit.* Chrisma dicitor nouum quod annum non excedit, quo elapso fit antiquum, & est renouandum, *c. litteris, de consec. dist.* 3. Vinum vetus dicitur post annum, *l. vetus ff. de tritico, vino, & oleo leg.* Alij requirunt lapsum bieonij, Romam. *sing.* 421. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 7. *num.* 4. & 5. Ricciul. *in tract. de Neophytis cap.* 16. *n.* 9. Spatiom saltem decem annorum à susceprto Baptismo ad sacram Ordinationem requirit Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 205. Verius tamen est durationem huius impedimenti arbitrio Episcopi diiudicandum relinqui, vt dixi *sup. p.* 1. *tit.* 2. *glos.* 11. *num.* 8. Quoad *secundum* verò dubium dic neuphytum posse ab Episcopo admitti ad minores Ordines, quia huiusmodi ordinatio nullo textu cauetur, cùm solum sacri Canones loquantur de maioribus Ordioibus, Decian. *in cap. cam te, num.* 32. *de rescript.* Felin. *in cap. cùm sit, in princ. de Iuda.* Romau. *d. sing.* 422. Marcard. *de Iuda. p.* 3. *cap.* 5. *sub num.* 8. Ricciul. *d. tract. cap.* 2. *num.* 12. Bellet. *disquisit. cleric. par.* 1. §. 12. *num.* 9. Quicquid contradicaor Cou. *in d. Clem. si furiosus par.* 1. §. 2. *num.* 7. *concl.* 2. Hoied. *de incompatib. par.* 1. *cap.* 24. *num.* 3. Campan. *dict. rub.* 11. *cap.* 7. *num.* 1.

9 *Natalia*, hoc est, an legitimi, vel illegitimi sint, glos. *in cap. quando* 24. *distinct.* filij enim Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati, ad Ordines promoueri prohibentur *in cap.* 1. *de filiis Presbyterorum*, sanxerunt etiam Gregor. IX. *in cap. fin. eodem tit.* & Alexander III. *in cap. cùm in cunctis, de elect.* necnon Piis V. abundè *in sua Constit.* 120. incip. *Quæ ordini*, ac Sixtus etiam V. *in Constit.* contra clericos malè promotos, incip. *Sanctum, & salutare*; & antea recensuerat Catechesis Rom. *sub tit. de sacramento Ordinis §. sequitur*, his verbis. *Spurij quoque, & ij omnes, qui ex legitimis nuptiis non sunt procreati, excipiuntur à susceptione Ordinum.* Patriam ordinandorum esse inuestigandam, vt sciatur quibus ipsi sint imbuti moribus, probat *d. cap. quando dist.* 24. Tiraq. *l.* 7. *connub. glos.* 1. *num.* 17. nam propter natiuitatem, vel patriam præsumitur quis bonus, vel malus, Simanch. *de Cathol. cap.* 50. *num.* 8. & 9.

10 *Personam*, idest, an sint corpore vitiati, ex glos. *in d. cap. quando*; Canonicis enim sanctionibus constitutum est, ne truncum, aut vitiatum corpus habentes, auderent Ordines suscipere Ecclesiasticos, *cap. præcipimus* 34 *distinct. c.* 1. 55. *distinct. c.* 2. vbi glos. *verb. deformitatem*, & notant Doctores *in cap.* 1. & 2. *de corpore vitiat.* & Albert. Trot. *de vero, & perfecto cler. lib.*
11 2. *cap.* 16. Sic etiam † in lege veteri Dominus alloquens Moysen *Leuit. cap.* 21. maculam aliqoam corporalem habentibus hostias offerre Domino in hæc verba prohibet: *Omnis, qui habuerit maculam à semine Aaron Sacerdotis, non accedat hostias offerre Domino*, cuius seriem morali interpretatione prosequi-
12 tur D. Gregor. relatus *in c. hinc etenim* 49. *dist.* † Apud Ethnicos, & Gentiles præceptom etiam erat, vt Sacerdos integer esset, tanquam mali ominis res vitanda, si non integri corporis erat, vt refert Plinius *lib.* 7. *naturalis historiæ cap.* 28. Sic etiam Romani, qui de Vestali virgine capienda scripserunt, negarunt fas capi esse, quæ lingua debili, sensuve aurium diminuta, aliave quauis corporis labe intincta esset, cuius historiæ relator est Aulus Gel. *lib.* 1. *noctium Atticarum cap.* 12. illiusqoe auctoritate adductus D. ille Hieronymus *ad Demetriadem virginem* scribens, grauissimè inuehitur contra parentes, deformes filias virginitati dicantes, *solent etenim* (inquit ille) *miseri parentes, & non plena fidei Christiani deformes filias, aliquo membro debiles, quia dignos generos non inueniunt virginitati tradere.*

Institutionem, idest, titolum, iuxta glos. *in dict. cap.* 13
quando, prout resuluit Campanil. *in diuers. iuris Canonici rub.* 8. *cap.* 1. *num.* 3. vbi etiam refert, munus Episcoporum esse in scrutinio faciendo circa personã ipromouendam præ cæteris in titulum ordinandi nquirere, de quo latè dicemus *alleg.* 19. *cum sequenti.*

Vitam, moresque. Vita propriè hîc accipitur pro 14
actu viuendi irreprehensibiliter iusto, & recto, ex interpretatione Luc. de Pen. *in l. neque furiosi C. de dignitatibus lib.* 12. quamuis aliquando ad interiorem animi virtutem pertinere videator, si honestas ei iungatur, quæ magis ad exteriorem conuersationem spectat, ex sententia D. Thom. 2. 2. *quæst.* 145. *art.* 1, *in* 3. *arg.* Bonitas vitæ, quæ in promouendo ad Ordines requiritur, non desiderauit generalis, idest, vt careat peccato mortali; hoc enim necessarium est ad omnia Sacramenta; sed requiritur morum honestas, hoc est, vt sit sobrius, castus, &c. de quo *in tit. de vita, & honest. cleric.* Ita Sot. *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 1. *art.* 4. Sanch. *d. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 46. *num.* 1. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1. *n.* 32. *vers. quarto*, vbi ait in Ordinando requiri morum probitatem, qua conscientiæ testimonio non agnoscat se in peccato publico, aut in infamia publica, ac de reliquo proponat vitæ emendationem. Boni enim mores sont necessarij in Ordinatis, & beneficiariis, vt per Cosm. *in pragm. sanct. tit. de elect. cap. sicut §. deinde, verbo, moribus fol.* 99. *verso*, Selu. *de benef. p.* 3. *q.* 5. *n.* 35. Nau. *in cap. si quando, except.* 11. *num.* 2. *de rescript.* Flamin. Paris. *de resign. lib.* 4. *q.* 11. *à num.* 15. Qui autem dicantur boni mores, & qui praui? Vide Plat. *de legib. Dial.* 2. & 3. Aristot. *in problem. sect.* 14. *n.* 1. Ioan. Pic. Mirandula *in Astrolog. lib.* 3. *c.* 12.

Inquirendum èst igitur si ordinandus sit castus, 32. *dist. vsque ad* 35. *per tot.* Si prudens, 36. *distinct. vsque ad* 40. *per tot.* Si ornatus virtutibus, 40. *dist. vsque ad* 41. *per tot.* Si hospitalis, 42. *distinct.* & 86. *per tot.* & domui suæ bene præpositus, 66. *dist.* & 81. 86. & 91. *dist. per tot.* Ne etiam sit ebriosus, aut litigiosus, vel maledictus, non calumniator, neqoe adulator, vel proditor, scurrilis, aut ioculator, nec inuidens fratrum profectibus, aut iniuriarum suarum vltor. Præterea ne sit cupidus, aut vsurarũ exactor *c. peruenit* 86. *dist. cap. seditionarios*, *cum seqq.* 46. *dist.* Sed neque nimium simplex, *cap. Episcoporum.* vbi glos. & Doctores, & *cap. Petrus*, 74. *dist.* & aliis huiusmodi careat, & ideo olim, qui erat Ordines suscepturus, prius se victurum secundum Canoicas regulas promittere tenebatur, vt habetur *in cap. quamquam* 23. *dist.* qood hodie in Sacerdotis ordinatione, & in obtinentibus Ecclesiasticam dignitatem, vel curam animarom seruatur, vt in Pontificali; hi verò, qui bonum habent testimonium & famam, examinatione non indigent, vt decreto

Conci

Goocilij Carthaginensis III.colligere licet,de quo
15 *in c.2.cum glos.24.dist.* † Simplici verò assertioni parochianorum restificantium de fama bona statur, quia
16 nimirum cum istis concurrit Iuris præsumptio; † illum enim præsumere debemus dignum, quem nescimus indignum, *cap.cùm deputati, de iudic.c. dudum, de præsumpt.l. cùm pater §. rogo. ff. de legat.2.* ex ea ratione secundùm Host. *in sum. tit. de scrutinio in Ordine faciendo, in fine*, quia virtutes naturaliter homini debent inesse, maximè post Baptismum. *cap.2. de consecrat. dist.* 4. & ita testimonia morum, quæ solent exhiberi tempore scrutinij, requiruntur ad licitè suscipiendos Ordines, quod ex Conc.Trid. *sess.23.cap.3.* communi praxi dicit receptum Bonacina *de Sacram. disp.8.q.vnica puncto 5.num.17.*

17. *Doctrinam.* Cuius materiam interpretor agens de singulibus Orditibus in particulari, veluti *alleg.11.n.4.& alleg.14. post num 9.* quæ cùm sit quid extrinsecum, & accidentale homini inesse alicui non præsumitur; uemini enim doctrina inesse creditur, nisi
18 labore quæratur; vnde † non per testes & famam, sed ex actuali examine probari debet, ita quòd nec Regulares excusantur quominus de doctrina possint examinari, vt habetur in Concil. Trid. *sess. 23. de reform. cap.12.* Sunt igitur singuli examinandi de qualitatibus & requisitis Ordinum singulorum, & de cuiusque Ordinis officio, quem sunt suscepturi, vt in *sequentibus allegat.* ostendimus, quod etiam respectu Regularium Ordines suscipere volentium, lucum habet, vt dixi infrà *alleg.11.ante num.7.*

Quoad Archiepiscopos,& Episcopos Regni Neapolitani, & obligationem eis incumbentem conferendi Ordines benemeritis extra decretum *S. Congregationis Cardinalium negotiis iurisdictionalibus Regni Neapol. præpositorum, quæ iustis, grauibusque adductis causis, de S.D.N Gregorij XV. speciali ordine viua vocis oraculo desuper habito, expressè præcipit, & mandat omnibus, & singulis eiusdem Regni Archiepiscopis, & aliis inferioribus legitimam facultatem habentibus, vel antequam primam Tonsuram, siue ad minores Ordines aliquem promoueant, Parocho, seu alteri, cui magis expedire videbitur, committant vt nominibus, & desiderio eorum, qui volunt promoueri publicè in Ecclesia propositis de ipsorum ordinandorum notabilibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum committentem quam primum transmittat, ad hoc vt tam ab iis,& aliis ex sacri Conc. Trid. præscripto* in c.7. sess.3. de reform. *adhibendis diligentiis sibi constet promouendos illis esse qualitatibus prædictas, quæ per sacros Canones, idemque Concilium requiruntur, quod & obseruent, & in litteris dimissoriis concedendis, in quibus exprimatur præfatas diligentias præcessisse: dictæ autem litteræ dimissoriæ vni tantùm & certo Ordinario ad electionem concedentis inposterum dirigantur, & pluribus directæ sint nullæ, prædictaque valt inuiolabiliter obseruari, donec aliud fuerit ordinatum: si qui verò contra formam præsentis decreti fuerit ad primam Tonsuram, siue ad minores Ordines, & ab exequutione collati Ordinis, & à susceptione superioris perpetuò suspensus sit, & vlterius condignis pœnis puniatur. Ordinans verò, vel dimissorias concedens vltra diuinam vltionem, quam incurret, à collatione Ordinum per annum suspensus sit eo ipso. Romæ 10. Kal. Iuly 1633. Octau.Card.Bandinus. Laurent. Campegi Secret.*

19 Episcopi, seu ab ipsis deputati inquirere debent intentionem ordinandi, hoc est, an illi adsit, vel desit intentio ascendendi ad altiores Ordines cùm ap-
20 tos fuerit; † si enim ea careret intentione non debeat ordinari, vt tenet Henriq. *sum. lib. 10. cap. 17. n.2.* quia aliter faciendo peccare mortaliter, præcipuè si eo tantùm fine faciat vt frueretur exemptione fori, & eximeretur à solutione tributorum, & vectigalium, de quo vide infra *alleg.11. num.16.*

Eaameo circa mores Clerici secularis volentes ad ordines promoueri, sic debet fieri: Si ad Ordines minores est promouendus, bonum à Parocho, & Magistro scholæ, in qua educatur, testimonium habeat, vt definitur in Concil. Trid. *sess.23.de reform.cap.5.* si verò ad sacros Ordines est promouendus, per mensem ante ordinationem Episcopum adeat, qui Parocho, vel alteri, cùm magis expedire videbatur, committat, vt nomen, & desiderium promouendi publicè in Ecclesia proponat, & de illius natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & testimoniales litteras de inquisitione facta ad Episcopum mittat, vt habetur in Trid. *d. c. 5.* & iam diximus suprà *n.2. in fine.* Aliud verò scrutinium habetur feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, vocatis peritis, & probis, ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, qui diligenter inuestigent, & examinent ordinandorum genus, personam, ætatem, mores, fidem, sicut docet idem Trid. *sess.13. de reform.c.7.* de quibus omnibus iam supra egimus à *num.4.*

Alter verò examinis modus seruatur ipso die or- 21
dinationis, dum prior Diaconorum, seu maior Diaconus, aut Archidaconus, ordinandos repræsentat Episcopo, & examinat iuxta *cap. nostrum, de officio Archid.* quod tunc sanè euenit cùm prædictus clara, & intelligibili voce monet adstantem populum, vt si quis contra ordinandorum aliquem sciens impedimentum, quod illum ab Ordinibos impediret, proponat, & ibidem Episcopus interrogat Archidiaconum nom sciat ordinandos esse dignos? ipse verò respondet, & scio, & testificor quantum humana fragilitas nosse sinit ipsos esse dignos, *cap. vnic. de scrutinio in Ordine faciendo*: in qua responsione noo peccat, licèt ipse non examinauerit, dummodo ab aliis examinatoribus deputatis sciat fuisse approbatos, & dummodo contra conscientiam non loquatur. Si verò sciret aliquod impedimentum, illud deberet Episcopo secretò nuntiare, dummodo malitiosè nihil faciat, Hostien. *d. loco num. 1.* Est tamen verissimum hoc minimè seruari ab omnibus Episcopis tantummodo destinatibus personas sibi beneuolas, & non ipsos Archidiaconos, & qua adducti ratione id faciant me latet, eo quòd eorum vsus contradicit Iuri communi, & potiùs abusus, seu corruptela dici possit.

Ad Regulares minimè extendi dispositionem 22
Concilij *d.c.5.* cùm in illis satis sit Episcopo testimonium habere ab ordinandorum Superioribus Regularibus affirmantibus, & attestantibus prædictos nullo requisitorum indigere, eiusque fidei standum sit, præterquam circa doctrinam pro qua subiiciuntur Episcoporum examini, referunt decisum Fr.Emman. *quæst.Regular.tom.3.q.24.art.1.* Sanch. *d.dub.46. num.5.* Vgolin. *d.§.18. num.2. vers. tertio, excipiuntur Regulares.* Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rubr.12. cap.13.num.35.*

Peracto præmisso examine, nullaque præhabita inquisitione, si quis fuerit ordinatus, si ignotus est, quamuis dignus, deponendus est, ex Syluest. *verb. Ordo 1.num.2.* vel si cognitus, sed inhabilis, etiamsi impedimentum nouerit ordinans, nec dispensauerit expressè, *cap. si qui sine examinatione 81. distinct.* Henriq. *d. lib.10. cap.18. §. 1. in ultimo commento lit. B.* Attamen si esset cognitus, & dignus, nec peccaret, nec deponetur si absque præcedenti scrutinio fuerit Ordinibus

Ordinibus Insignitus,vt probat text.innda gloss. *in cap. nullus*,24.*dist.* Syluest.*d.num.*1.Maiol.*de irregular. lib.*4.*c.*9.*n.*6.

23 Et quidem si ab Episcopo ante inceptam ordinationem inhibitum fuerit,vt solet,ne quis ad ordinationem accedat non examinatus,nec approbatus,vel sine litteris dimissoriis,& aliis requisitis, sub excommunicationis pœna ; ordinatus contra huiusmodi prohibitionem contrahetet suspensionem non nisi à Papa dispensandam,iuxta *cap.*1. *&* 3. *de eo qui furtiuè Ordines suscep.* Quæ quidem excommunicatio afficit omnes etiam Regulares,quia in illo actu subduntur Episcopo,Nauar.*in man.c.*25. *n.*72. Laurent. de Peirinis *tom.* 1. *priuil. Minimor. constit.* 1. *Iuly II.* §.16.*num.*39. Lezana *in sum quæst.Regul.c.*14. *num.*22. Monet. tamen Hostiens. *d. tit. de scrutinio in Ordine faciendo,in fine*,vt Episcopi ab huiusmodi excommunicationibus se abstineant ne laqueos pareant ; sed alias pœnas inhibendo committere debent. Verùm si postea Episcopus eum sic contra dictam inhibitionem malè ordinatum absoluat,& dispenset, an talis dispensatio valeat? Vide Lauret. de Franchis *in controuers.inter Episcop.& Regul.pag.*84.*in resp.ad* 29.vbi *in resp.ad* 28. ait quòd si Episcopus eo tempore, quo confert Ordines, his verbis vtatur: *Non intendimus ordinare non examinatos & approbatos*,tunc qui se ingessit,non erit ordinatus, ideò oporteret dennò ordinari,iniungendaque priùs illi erit pœnitentia,quia valde deliquit se ingerendo Ordinum susceptioni ante approbationem. Aduertit Ioan.Præpos.*in* 3.*p. D. Thomæ q. vnic.de sacram. Ordinis,dub.* 17. *num.*171. quòd hæc excommunicatio comprehendit etiam extraneos aliàs Episcopo non subiectos ; additque quòd si Episcopus dicat, *non intendo, vel nolo ordinare excommunicatos,irregulares*,&c.intelligitur si aliquem talem esse cognoscat,non verò si sit ignotus, vel occultus,latè Ioan. de Lugo *de Sacram. disp.* 8. *sect.*7. *n.* 119.Diana *resol.moral.p.*5.*tract.*15.*res.*66.

De qualitatibus Ordinandorum.

Ex his , quæ suprà diximus , colligere licet quod non omnes personæ ad Ordines sunt promouendæ, & plerique diuersis de causis ordinari non possunt, de quibus omnibus est in præsenti loco tractandum.

24 *Primum*,igitur,& præcipuum,quod in ordinandis personis requiritur, & est de essentia Sacramenti,est sexus virilis , ac proinde mares tantummodo sunt promouendi,fœminæ verò minimè omnino,& si de facto mulieri Ordo aliquis conferretur,non reciperet charactetem impediente sexu,*cap.* 1. *circa princ.* 15. *q.* 3. *cap. vxoratus,in fine,de conuers. coniug.gloss.fin. in c. Diaconissam* 27.*q.*1.S.Thom.*in* 4.*dist.*25.*q.*2.*art.*1. *&* 2. Suar.*de censur.dist.*51. *sect.*2.*in princ.* Bellet. *disquisit.clerical.part* 1.*tit.de disciplina clericali*,§.8.*num.*5. Thom. Valasc.*tom.* 1. *alleg.*45. *n.*22. & Sanch.*in opusculis moral lib.*7. *c.*1. *dub.*30. Marchin.*d. tract.*1. *p.*4. *cap.* 1.ex eo,quia susceptio Ordinum tacitè coninngit clericum Ecclesiæ tanquam sponsæ,*cap.feriatim, in fine,ibi, vt fiat de carnali* 32. *dist. cap.* 2. *iuncta gloss. fin.de pœnit.* Abb. *in cap.inter corporalia,num.*31. & *ibi* Butr.*in* 2. *notab.col.*2.*de translat. Prel.*quod mysticum cadere non potest in fœminam:tum quia clerici nemini debent subiici,*c.*1. *&* 54. *dist.*mulieres autem sunt subditæ viris.*Genes.*3.D. Paul.*ad Timoth.*2.*cap.manifestum,cap.est orde,cap.hæc imago*.& ibi Archid.*num.*3.

25 cum aliis pluribus 33.*q.*5.† Vnde Clauium potestatem fœminis minimè competere probat Innoc.III. *in cap. in noua,de pœnit. & remiss.* vbi reprobans e onsuetudinem,secundùm quam Abbatissa audebat benedicere Moniales, Confessiones audire, & publicè prædicare;subiungit rationem,quia licèt Beatissima Virgo Maria dignior fuerit Apostolis vniuersis,non tamen illi , sed istis Dominus Claues Regni Cœlorum commisit,docent S.Thom.*in addit.ad* 3.*p.q.*39. *art.*1. Victor.*relect.*2.*de potest.Eccles.q.*2.*n.*3.Sot.*in* 4. *dist.* 25. *q.*1. *art.*2. *concl.* 1. Angles *in floribus Theolog. q.de Clauibus art.*1.*diffic.*5.& alij,quos refert Henriq. *in sum.lib.*1.*cap.*21.§.2.*lit.N,& lib.*6.*c.*2.§.3.*& lib.*10. *cap.*16.§.1.*lit.A*,Suar.*tem.*5. *disp.*2.*sect.*3.*n.*5.hinc notantes † fœminas ipso iure diuino incapaces esse 26 eorum,quæ sunt Ordinis,& per consequens irregulares non esse ratione sexus,vel etiam ob quamcumque causam superuenientem, quæ esset sufficiens in viris ad irregularitatem contrahendam; est enim irregolaritas impedimentum Canonicum,id est, legis Canonicæ,& dicuntur irregulates,quia excipiuntur à regula,secundùm quam omnes,qui capaces erant, attenta lege diuina poterant promoueri:at verò sexus fœmineus ipsa lege diuina impeditur,& incapax est suscipiendi Ordines , & per consequens in eum irregularitas non cadit, vt aduertit Sot. *vbi proximè art.*2. *in princ.*& multis adductis latè Henriq. *lib.* 14. *cap.*2.*in princip.*eleganter Suar.*d.tom.*5.*disp.*40. *sect.*7. multiplicique ratione confirmat Viuald. *in candel. aureo p.*3.*c.*3.*à princ.*† Quod autem de Presbytera,& 27 Diaconissa, ac de sacratis fœminis dicitur in *c. Presbyterorum* 23.*dist.& in cap. Diaconissam* 27. *quæst* 1. *& in cap. sacratas* 23.*dist.* est intelligendum, non quòd Ordinem , vel characterem sacramentalem susciperant , sed propter officium quod gerebant , legendi, v.g.homilias,vel Euangelia in choro,ad quod destinabantur certis quibusdam benedictionibus , non autem quòd fuerint speciali ritu consecratæ,quemadmodum in Presbyteris , & Diaconis obseruatur, nam propter officium Presbyteræ dicebantur , quia seniores,& aliis præfectæ, notant ex S. Thom. Sor. *vbi suprà*,Castr. & plures alij,quos refert Henriq. *d.* § 2. *lit.P,& seq.* Verùm non ineleganter intelligebat VValdens.*de Sacram. tit.*7.*cap.*58. *n.*7. quòd Diaconissæ *in dict. cap. Diaconissam*,dicantur vxores viduæ Diaconorum , quemadmodum constat Presbyteras dici vxores Presbyterorum,vt apertè probat text. *in cap.vlt.*32.*dist.*

Hermaphroditus verò,id est,qui habet vtrumque 28 sexum,ordinari nequaquam potest,nisi in eo præualeat sexus virilis , non autem si fœmineus præualeret,aut esset pariltas,glos.*verb.testimonium in c.testis, § hermaphroditus*,vbi Card. Præp. & Turrect. 4. *q.* 5. Syluest.*verb.hermaphroditus*,Sot.*in* 4.*dist.*25.*q.*1.*art.*5. Bellet.*d.tit.de disciplina cleric.* §. 8. *à princ.* Sanch. *d. lib.*7.*c.*1.*dub.*31.Marchin.*d tract.*1.*p.*4. *c.*2. De Eunuchis verò paulo infrà videbimus.

Non autem omnes masculini sexus sunt indifferenter ad Ordines promouendi , quoniam in ordinandis qualitates quædam requiruntur,& vitia, seu maculæ quædam deesse debent eisdem , vt ritè valeant, secundùm statuta Canonum ordinari, de quibus omnibus summariè habetur *in c.maritum* 33.*dist.& in c.præcipimus* 34.*dist.& in c.non confidat* 50.*dist.& de ætate,& qualit.per tot.*

Et *in primis*,vt à qualitatibus requisitis sumamus 29 exordium,sciendum est certam in ordinandis personis ætatem requiri, vt sacri Canones statuerunt, & nos sigillatim de ordinibus minoribus agentes diximus *alleg.* 1 *à princip.*& de Ordinibus maioribus *alleg.*16.

Secundò,sciendum non solam sufficere ætatem in 30 iis , qui sunt ordinandi , nisi aliæ adsint qualitates, *cap. quicumque* , ibi, *si tamen per hac tempora* 77. *dist.* Conr.

Conc.Trid.*ſeſſ.23.de reform.cap.*12.quarum præcipua litterarum ſcientia exigitur; illiterati enim prohibentur ad Ordines promoueri, prout diximus *alleg.* 46.*à n.*5. Hæc ſunt duo quæ præcipuè in ordinandis requiruntur in ſexu virili, ſcilicet ætas, *cap. fin. cum gloſſ.de tempor.ordin. lib.* 6. & litterarum ſcientia,*cap. illiteratos* 36.*diſt.*

31 Aliæ autem ſunt qualitates, & requiſita quoad vitam & mores,quæ arbitrio,& inquiſitioni Epiſcopi relinquuntur, qui in ſcrutinio, ſeu examine faciendo de huiuſmodi inquirere debet; vt videlicet ſint continentes,ſobrij, prudentes, modeſti, pudici, hoſpitales,miſericordes,ac liberales, pacifici, domui ſuæ bene præpoſiti,& virtutibus ornati,vt ſupra innuimus. Vitia verò, vel maculæ, aut impedimenta, quibus carere debent, qui ſunt ad Ordines promouendi, ſunt plura, quæ irregularitatem inducunt; hoc tamen in loco ea, quæ præcipuè laicos ab omni Ordine ſuſcipiendo repellunt, breuiter referemus.

32 *Primò* ergo ordinandus non eſt homicida, qui videlicet homicidium per ſe,vel per alium etiam conſilio tantum,vel auxilio, aut quouis modo voluntariè, præterquam ad ſui defenſionem commiſerit, de quo diximus latè *alleg.* 39.*num.*60. *&* *alleg.*51. *num.*4. nouiſſimè Torreblanca *in pract. Iuris ſpirit.lib.*2 *c.*13. *num.*38.vbi *num.*39. idem de iudice dicit ſententiam ſanguinis proferente,quæ ſuum ſortita eſt effectum, de aduocato,procuratore,ſcriba,lictore, vel teſte, & de Medico, cuius negligentia, vel imperitia eius infirmus mortuus eſt, quamuis in arte fuiſſet peritus. Idem quoque cenſetur de mutilatione membrorum principalium, aut debilitatione notabili, quia hoc quantum ad irregularitatem homicidio comparatur,ſecundùm gloſſ. *in Clement. vnica.de homicidio.*

33 *Secundò.* Infideles, & hæretici ab Ordinibus repelluntur.*cap. Arrianos* 1.*quæſt.* 1. Penia *in direct. Inquiſit.part.*3. *commento* 163. *verſ. ob has rationes*,Beller. *d.tit. de diſciplina clericali*,§ 10. *num.* 28. Efficiuntur
34 enim † irregulares illa irregularitate, quæ prouenit ex defectu animæ,& eſt ſecundùm ſe annexa hæreſi. Ita Nauarr *in man. cap.* 27. *num* 205. *verſ.* 3. Valent. *tom.*4.*diſp.* 19.*punct.* 3.*in* 3. *ſpecie irregularitatis*,Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.*2.*cap.* 15. *num.* 2. quos refert, & ſequitur Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſten. lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 2. Vgolin.*de irregul.cap.*36.*num.*6. Suar.*tom.*5. *de cenſur. diſp.*43.*ſect.*1. *num* 4. Azor. *inſtit.moral.part.*1. *lib.*8. *cap.*11. *quæſ.*13. Farin. *de hæreſi q.*192. *num.*78. Diana *moral.reſol.tom.*1. *tract.*15.*reſol.*24. Sanch.*in opere morali lib.*2.*c.*25.*n.*2. Contra Perez *l.*3.*tit.*4. *lib.*8. *ordin. fol.*98. *ad finem.* Henriq.*in ſum.lib.*14.*de irreg.c.*4. §.6. *&* *c.*5.§.2.Sayr.*de cenſur.lib.*7.*cap.*12.*num.*16.& Auil. *in ſimili tract.part.*7.*diſp.*14.*dub.*2.Garc.*de benef.p.*11. *c.*10.*num.*85. exiſtimantes hanc irregularitatem non eſſe annexam hæreſi, ſed prouenire ex notorietate delicti. Vnde fit hæreticum etiam occultum eſſe irregularem,vt docent Sanch.*d.c.*25.*num.*2.& Ricciul. *d.c.*17.*n.*6.dummodo non ſit merè mentalis,ſed quæ proceſſerit ad actum viſibilem, ſiue cognoſcibilem, vt rectè obſeruant Azor. *inſtit.moral.p.*1. *lib.*8. *cap.*11. *quæſ.*13.*&* *cap.*21. *quæſ.*8. Suar. *tom.*5. *diſp.* 43.*ſect.* 1. *n* 4.Sanch.*d.c.*25.*ſub num.*2. *ad finem.* Quod quidem impedimentum extenditur ad illos, qui de hæreſi formaliter ſunt ſuſpecti ante abiurationem, & purgationem, non tamen comprehendit abiurantes de leui,vel de vehementi, quia iſti non habentur pro hæreticis formalibus.Ita contra Azor reſoluunt Farin.*de hæreſi q.*192.*n.*80. Vinc. Filliuc.*tom.*1. *tract.*20. *cap.*9.*num.*235. Ant. Diana *moral.reſol.tom.*1. *tract.*15. *miſcel.reſ.*24.*in fine*,Sanch.*in opere morali lib.*2.*cap.*25. *n* 12.

Verùm autem huiuſmodi irregularitas duret poſtquam per pœnitentiam hæretici reuertuntur? Vide Sanch.*d.c.*25.*n.*2. latè Ricciul.*d.lib.*5. *c.*18. *per totum.* 35
36 † Hæreticorum item fautores, credentes, & defenſores clericatu habentur indigni, *d. c. ſtatutum* 2. *de hæret.lib.*6.
37 †Neque hæreticorum,eorumdemque fautorum,& defenſorum filij poſſunt fieri clerici vſque ad ſecundam generationem lineæ paternæ, etiamſi crimina parentum non fuerint imitati.*c. quicumque*, §. *hæreticis*,*&* *d.c. ſtatutum* 2. & *ibi* gloſſ.*verb.inane*,*de hæret. in* 6. Penia *d.commento* 163. *verſ. rurſus textus.* Quando autem mater eſt hæretica,vel fautrix hæreticorum, excluduntur tantùm filij à clericatu, non autem nepotes,gloſſ.*verb.inane,in d.c.ſtatutum.*Penia *d.verſ.rurſus textus*,Beller.*d. tit. n.* 27. *&* 28. Suar.*de cenſur.d.diſp.*43.*ſect.*3.*n.*1.Coſm.Philiarch *de offic. Sacerd part.*1.*lib.*4.*cap.*9.Auila *de cenſur.p.*7.*diſp.*4.*dub.*3. Sanch.*d.lib.*2. *c.*28. *quæſ.*2. *n.*1.
38 † Neophyti verò,id eſt,qui noui ad Chriſtianam fidem venerunt,quamuis non facilè ſint ordinandi,non tamen à clericatu ſimpliciter repelluntur, intelligendo iuxta ea, quæ diximus ſuprà hac *alleg.n.*7.

39 *Tertiò.* Excommunicati,ſuſpenſi, vel interdicti ab Ordinibus ſunt repellendi,81.*diſt.per tot.*& ſi de facto ordinentur,licèt characterem recipiant,vt dixi *alleg.* 2. *num.* 7. ſuſpenſi ſunt eo ipſo ab Ordinum executione,præſertim excommunicati; immo ſi tales ſint ſeculares,& ſcienter id egerint,ſunt deponendi,*cap. cum illorum,de ſentent excom.* Cardoſ.*in praxi iudicum, verb.ſacramentum Ordinis,n.*21. Torreblanca *d. lib.* 2. *c.*13.*n.*44.

40 *Quartò.* Infames infamia Iuris,quorum ſtatus ſcilicet vita, & moribus eſt reprobatus, aut qui de crimine fuerint accuſati,omnino ordinari non debent. *cap.omnipotens Deus,de accuſat.c.fin.de teſtib.cap.tantis Daniel.*81.*diſt.*& idem dicitur de infamia facti,id eſt, hominum,quæ ex mortali tantùm crimine prouenit, ſpecialiter autem illi exprimuntur,qui in ſcena luſerunt,vel qui vxores meretrices,aut adulteras,ſeu infames habuerunt,*c.maritum* 33. *diſt.* Cardoſ. *in praxi iudicum,verb.ſacram.Ordinis,n.*20.de his vide *alleg.*43.

41 *Quintò.* Quilibet criminoſus,& qui notoriè permanet in peccato mortali.*cap. ex tuarum,& c. ad aures,de tempor. ordinat.* Cardoſ. *vbi ſuprà num.*20.Torreblanca *dict.lib.*2. *cap.*13. *num.*42. *&* 43. Sed ſi peccatum eſt occultum, non debet talis ab Ordinibus repelli, ſi publicè petierit ordinari, ne crimen occultum publicum fiat; monendus autem erit ne ad ordinationem accedat, ſed pœnitentiam agat, niſi ſit homicidium voluntarium, quia quantumuis ſit occultum,talis non debet vllatenus ordinari,*c.fin.de tempor. ordinat.* Cardoſ. *citato loco.* Specialiter autem qui crimen vſuræ commiſerint,*d.cap.maritum*;aut ſimoniaci, præſertim in petendo Ordine fuerint, aut in beneficio acquirendo, prohibentur ad Ordines promoueri.*cap.ſancitum* 7. *q.*1. & qui publicè concubinarij,vel fornicarij extiterint,*cap.præter hoc diſt.*32. *cap. fin. de cohabit. cleric.* quæ Iura videtur innouare Conc.Trid.*ſeſſ.*25.*de reform.c.*14& latè multis relatis Marchin.*de ſacram. Ordinis,tract.*1.*p.*8.*c.*3.*per tot.*Vel obſcœniſſimo ſodomiæ crimine coinquinati,de quo infrà *alleg.*44.

42 *Sextò.* Solemniter pœnitentes, id eſt, qui publicam & ſolemnem pœnitentiam pro graui & publico delicto egerunt,ordinari prohibentur,*cap. ex pœnitentibus,cap.illud,cap.maritum*,cum ſimilibus 33.*diſt.* Maiol.*de irreg.lib.*3.*cap.*2.*ſub num.*4. Sebaſt. Medices *in ſum.part.*2.*tit.*9.*quæſt.*31. *verſ.*1. Sayr.*de cenſur.lib.*7.

cap.

de censur. lib. 7. cap. 11. num. 19. & 20. Cardos. *d. verb. sacramentum Ordinis num.* 20. Bonac. *de censur. extra Bull. disp. 3. quæst. 2. puncto 6. num.* 4. propter Ordinis dignitatem, cùm tales infamiæ nota laborent, vt diximus *alleg.* 43. *num.* 6. tum quia reputantur faciles ad crimina perpetranda, nec sine populi offensione in tali ministerio deseruiunt, nec alios redarguere possunt, *cap fin.* 23. *distinct. cap. de his verò* 50. *distinct.* Intellige etiam pœnitentia peracta, iuxta ea, quæ adduximus *d. alleg* 43. *num.* 7. Et ideo scienter ordinans peragentem solemnem pœnitentiam, incurrit suspensionem per annum à celebratione, prout adnotauimus *alleg.* 111. *num.* 15.

43 *Septimò.* Bigami, seu digami, id est, qui plures habuerunt vxores, siue diuersis temporibus, siue eodem tempore, non poterunt ordinari, *c. Acutius* 26. *dist. cap.* 1. & 2. 33. *dist. cap. curandum, cum seqq.* 34. *dist. & per totum, de bigamis non ord.* nouissimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccles. cap.* 45. *à n.* 1. & Trasmiera *de Polygamia quæst.* 2. *num.* 3. Torreblanca *d. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 56. *cum seqq.* quod & de bigamia etiam ex parte vxoris intelligitur, quæ videlicet alium virum habuerit, *d. cap. curandum, cap. si quis viduam* 50. *distinct. cap. tam litteris, de testib.* Quòd si tales de facto ordinentur, nomen quidem cum charactere habebunt, officium verò minimè, vt dicit Agathense Concilium, nec gaudent priuilegio clericali, *cap.* 1. *de bigamis lib.* 6. nec deferre possunt tonsuram, & habitum clericalem nisi dispensationem à Sede Apost obtineant. Hæc autem constituta fuerunt propter continentiæ, & honestatis legem ministris Altaris impositam, *cap. lex continentiæ* 31. *dist. cum similibus*, vide quæ latè diximus infrà *alleg.* 49. Vnde circa hoc sunt quædam notanda. *Primo* quòd inter bigamus reputatur quoad Ordines non recipiendos, qui virginitatem professam fuerit præuaricatus. *cap. quotquot* 27. *quæst.* 1. expresse enim prohibetur Monachus ordinari, qui vxorem post factam continentiæ professionem ducere ausus fuerit. *cap. monacho, ead. causa & quæst.* nouissimè Trasmiera *de Polygamia quæst.* 3. *num.* 8. *lib.* 1. Ita & clericus, qui in Sacris constitutus vxorem duxerit, quamuis re vera bigamus non dicatur, pro bigamo tamen ad recipiendos maiores Ordines reputatur. *cap. nuper, de bigamis*, Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 11. *c.* 6. *n.* 12. Flamin. *de resignat lib.* 5. *q.* 3. *num.* 190. Transmiera *d. p.* 3. *n.* 6. *Secundò* quòd qui plures habuit concubinas, esse bigamus non censetur, nec tanquam bigamus ab Ordinibus repelletur, *cap. quocirca, de bigamis*, qui enim vinculo matrimonij iterum alligatur in carnis commixtione vitam ducere velle tacitè protestatur, arg. *cap. nuper, eod. tit.* quod in concubinatio solo non præsumitur, quamuis nec talis facile sit ordinandus. Vnde *tertiò* est notandum, quòd is, qui post mortem vxoris fuerit fornicatus, non est facilè ordinandus, *cap. si quis de laicis*, 34. *dist.* qui verò longam continentiam post mortem vxoris, aut post incontinentiæ vitia seruasse probatur, poterit arbitrio Episcopi ordinari, arg. *cap. priusquam* 28. *dist. & cap. fraternitatis* 34. *dist.* *Quartò* quòd qui vxorem habuerit meretricem, aut ancillam, aut spectaculis publicis mancipatam, aut etiam simpliciter viduam, non est ordinandus, *cap. maritum* 33. *dist. cap. si quis viduam* 1. & 2. & ferè per tot. 34. *dist.* Sic nec ille, cuius vxor commiserit adulterium, *cap. si quis vxorem, cum seq.* 34. *dist.* *Quintò* quòd clericus in minoribus Ordinibus constitutus, qui incontinenter viuit, poterit arbitrio Episcopi, (vt continentiæ vinculo alligetur) ad sacros Ordines promoueri; præsertim si eius ætatis sit, quæ futuræ incontinentiæ auferat suspicionem, *cap. fraternitatis.* 34. *dist.*

Octauò. Coniugati non sunt ad Ordines promouendi, *per tot.* 31. 32. 33. & 34. *dist. c. coniugatus, de conuers. coniug. cap. fin. de tempor. ordin. lib.* 6. Doctores *in cap. quod à te, de clericis coniug.* Ministris enim Altaris, quibus quotidiana necessitas orandi, & sacrificandi incumbit, nunquam coniugali officio vacare permittitur, *cap. si laicus, cap. ante, in fine, cap. Sacerdotibus, cap. nam sicut, & per tot.* 31. *dist.* cum citatis à Beller. *d. tit. de disciplina clericali* §. 9. *à princ.* nisi Religionem intrauerint de consensu coniugis, aut de eius consensu clerici velint in seculo fieri, *c. coniugatus, de conuers. coniug. cap.* 2. *de clericis coniug. c. assumimus* 28. *dist. c. fin. de tempor. ordin. in* 6. Beller. *d.* §. 9. *à num.* 18. Nam si vxor est senex, non suspecta de incontinentia, sufficit votum continentiæ ipsius in seculo; si verò sit iuuenis, desiderabitur ingressus ipsius in Religionem, vt colligitur ex text. *in c. vxoratus, & in cap. ad Apostolicam, de conuers. coniug.* & iuxta hæc intelligendus est text. *in d. c. coniugatus*, dum solius voti castitatis vxoris meminit ad viri promotionem, vt scilicet procedat quando vxor est senex, nec de incontinentia suspecta: ita docent Nau. *in man. cap.* 22. *num.* 52. Cou. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *q.* 7. Cald. Pereira *de empt. cap.* 30. *num.* 16. Gutier. *de matrim. c.* 96. *in princip.* Sanch. *in simili tract. lib.* 7. *disput.* 39. *num.* 6. vbi *num.* 8. resoluit Sacris initiatum ex legitima vxoris licentia manentis in seculo cum voto castitatis posse simul habitare cum ea, si suspecti minimè sint; secus si suspecti sint, tunc enim nullatenus sunt permittendi simul habitare. Hoc autem locum habet præcipuè in his, qui volunt ad sacros, & maiores Ordines promoueri, qui continentiam profiteri tenentur, vt infrà ostendimus *alleg.* 15. Sed neque minores Ordines, neque clericalis Tonsura est conferenda alicui coniugato, *d. cap. fin. de tempor. ordinat.* quamuis in his Ordinibus constituti possint contrahere matrimonium, *cap. si quis eorum, cap. lectores, cap. seriatim.* 32. *distinct. cap à multis, de ætate & qual.* Bellet. *d.* §. 9. *num.* 3. Si verò coniugatus de facto ordinetur in Sacris, & non seruata forma supra posita, erit perpetuò ab Ordinum executione suspensus. *Extrauag. antiqua, de voto, Ioan. XXII.* etiam matrimonio soluto, & fit inhabilis ad maiores Ordines suscipiendos, & ad quodcunque beneficium, aut officium Ecclesiasticum consequendum; sed in minoribus Ordinibus, aut in clericali Tonsura, durante coniugio ordinatus, est tantùm ab Ordinis executione suspensus, *d. c. fin. de temp. ordin. lib.* 6. & ordinator illius est ipso iure ab eius Ordinis collatione suspensus, vt diximus *alleg.* 11. *n.* 10. 44

Nonò. Serui, vel mancipia ordinari non possunt, 45 nisi plenè libertati fuerint restituti, toto *tit. de seruis non ordin. & 34. distinct. per tot.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 19 *in nouiss edit.* Bellet. *d. tit. de disciplina clericali* §. 14. *à princip.* Bonacin. *de censur. disp.* 7. *quæst.* 2. *puncto* 4. *num.* 2. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 8 *à princ.* Cardos. *in praxi Iudicum, verb. sacramentum Ordinis num.* 45. latè Marchin. *d. tract.* 1. *part.* tot. *c.* 3. Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ est aggregandus, vt à castris dominicis, quibus adscribitur, nomen eius nullius necessitatis vinculis abstrahatur, vt inquit Leo Papa *in cap.* 1. 54. *distinct.* Si autem de facto seruus aliquis ordinetur, quid iuris sit sub hac distinctione est sciendum; si ordinans sciebat illum esse seruum, & eum ordinauit domino sciente, nec contradicente ad quoscunque Ordines, statim fit liber, *cap. si seruus sciente.*

54. *distinct.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 1. cap. 4. §. si passus vers. item si seruus*; si verò domino id ignorante, vel contradicente, sciente verò ordinatione, vel præsentatore, similiter fit liber, sed illi tenentur duos seruos æquè bonos eius domino tradere, *cap. si seruus absente, ead. dist.* ipsis verò ignorantibus, sed sciente, & contradicente domino, vel ignorante, tunc distinguitur de Ordinibus; scilicet quòd si ad minores tantum Ordines est promotus, redigitur in pristinam seruitutem, domino volente, & deponetur, *cap. ex antiquis, cum seqq. dist. 54. cap. 2.* vbi glos. *de seruis non ord.* Gam. *de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis q. 5. num. 9.* Sed si ad Subdiaconatum, vel etiam Diaconatum fuerit ordinatus, ipse dabit domino suo pro se vicarium. *cap. mirantur, de seruis non ordin.* vel pretium si potest, alioquin ipse quoque domino volente deponetur, & seruituti restituetur, secus si ad Presbyteratum ascenderit, in eodem namque Ordine permanebit peculij sui amissione mulctatus, eo quòd sciens se seruum passus est ordinari, *d. cap. ex antiquis*; quòd si peculium non habebit, seruiet domino in Diuinis tantùm officiis, *cap. frequenter 54. distinct. cap. nullus, de seruis non ordin.* Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 8. §. 7. in princip.* Verùm si dominus eius post annum ab illius promotione tacuerit, eum de cætero repetere non valebit, sed is liber erit. *d. cap. si seruus sciente.* Hæc autem de illis seruis intelliguntur, qui ex vtroque parente seruo sunt nati: cæterùm natus ex patre seruo, matre verò libera, liber est, & licitè poterit ordinari, *cap. fin.* vbi glos. Doct. *de seruis non ordin.* Paleoth. *de nothis & spuriis cap. 15. num. 4.* Læl. de Zanchis *de priuileg. Eccles. priuileg. 34. num. 24.* quos refert, & sequitur Campan. *d. cap. 8. num. 10. vers. vt tamen.* Hæc eadem, quæ de seruis sunt dicta, de originariis quoque, adscriptitiis, & colonis, qui terræ colendæ perpetuo sunt adscripti, intelligenda videntur; secundùm Raym. & Angel. *in sum. verb. seruitus*, propter eandem rationem, quæ & in ipsis videtur existere, de qua *in d. cap. 1. 54. dist.* Sed & liberti sine patronorum consensu ordinari non debent, quamuis non tanta in eis sicut in seruis esse videatur circa hoc obseruatio, *cap. fin. 54. dist.*

46 *Decimò* Curiales, id est, qui propter aliquod officium curiæ sunt addicti, non sunt ordinandi, *cap. 1. c. 2. & per tot. 51. distinct. c. vnic. 53. dist. c. si quis 77. dist. c. infames 6. quæst. 1.* Bellet. *d. tit. de disciplina cleric. §. 11. num. 6.* vbi hoc intelligendum esse existimat de his Curialibus, qui exercuerunt sæua, vel turpia, siue vilia; vt sunt nuntij, lictores, & id genus similia, seu qui fuerunt officiales in causa sanguinis, &c. Vnde nec poterant tales ad armatam militiam assumi. *l. omnes, C. qui militare possunt lib. 12.* Qui ergo oblati sunt Curiæ alicuius publicæ potestatis, siue sint milites, siue Aduocati, aut Iudices, vel aliud officium gerentes, siue honestum, siue inhonestum, vel indecens, præsertim verò in causa sanguinis, non sunt ad Ordines promouendi, quandiu in huiusmodi perdurant officiis, aut sunt in his Curiæ obligati, nec à Curia absoluuntur; *cap. Osius 61. distinct.* qui nec eo casu poterunt ordinari, si inde irregularitatem aliquam, vel infamiam traxerint, nisi cum eis fuerit dispensatum, vt infrà videbimus, sed & adeò debent à Curia esse soluti, vt reperi omnino non possint, *c. 2. & 3. 51. dist.*

47 *Vndecimò.* Obligati ad reddendas rationes alicuius administrationis publicæ per ipsos gestæ non possunt fieri clerici, nisi priùs deposito onere, & ratione reddita, *cap. non fidat. 50. dist. cap. legem 53. dist. cap. magnus 54. dist. c. 1.* vbi Doct. *de obligatis ad ratiocin.* docent Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 20.* Nauar. *cons. 1. aliàs 4. num. 7. de Regular.* Henriq. *lib. 14. cap. 5. §. 5.* Escobar. *de ratiocin. cap. 4. num. 1. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 65. cum seq.* Curi. Philip. *p. 2. lib. 2. cap. 9. num. 7. cum seqq.* Bellet. *tit. de disciplina cleric. §. 11. à princip.* Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 9. num. 2. & 3.* Bonac. *de censur. disput. 7. quæst. 2. puncto 5. num. 2. vers. quarto.* Amplia vt ratiociniis implicati propter administrationem rerum etiam sigulariu m personarum, non solùm promoueri nequeant dum gerunt, exercentque officium, sed etiam expleta administratione, & officio, si de dolo in administratione, vel redditione computorum perpetrato lis aliqua mota esset, vel in procinctu esset vt moueretur, tunc enim ante litis exitum promoueri non potest, immo si de facto promoueretur, dignus esset depositione, etiamsi postea in causa vinceret. glos. *verb. obrepsit in cap. sanctis. Daniel.* & ibi Archid. *81. dist.* Maiol. *de irregul. lib. 2. cap. 11. num. 4. vers. in priuatus.* Salzed. *d. cap. 20. num. 3.* Campan. *d. cap. 9. num. 3.* & eum huiusmodi obligatus, qui scilicet administrationis susceptæ rationem non præstiterint, vt ad sacros Ordines promoueantur, vel in Religione suscipiantur, non dispensat Episcopus, *l. 4. tit. 5. part. 1.* Muños de Escobar *de ratiocin. cap. 4. num. 4.* Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p. 2. cap. 8. num. 58.* Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. par. 2. cap. 6. num. 65.* Limita *primò* in eo, qui grauatus est debito sine aliqua administratione contracto, veluti ex mutuo, locatione, vel emptione, aut similibus aliis contractibus; nam obligatione, vel lite pendente ab Ordinibus sacris minimè arcetur, vt per Abb. *in d. cap. 1. quæst. antepen.* Salzed. *d. cap. 20. num. 4. vers. inter*, nisi maximo ære alieno grauatus in bonis non habeat, vt debitis satisfaciat. Campan. *d. cap. 9. num. 9.* *Secundò* limita in eo, qui rerum Ecclesiasticarum, aut miserabiliu m personarum, vel cuiuslibet alterius piæ causæ, vel priuatæ administrator fuerit, quia administratione pendente Ordinibus initiari non prohibetur, *cap. vlt. 86. distinct. cap. iudicatum 89. dist.* Salzed. *d. cap. 20. num. 5. vers. item*, Bellet. *d. §. 11. num. 5.* Campan. *d. cap. 9. vers. prædicta autem prohibitio.* *Tertiò* limita in eo, qui publicis ratiociniis adstrictus fideiussores præstiterit, vt per Abb. *num. 10. in d. c. 10. de oblig. ad ratioc.* Maiol. *d. cap. 11. num. 14.* subdens hoc procedere si fideiussor constituat se principalem, ita vt possit ante principalem debitorem conueniri, Campan. *d. cap. 9 num. 12.* vbi *num. 13.* resoluit hæredem obligatum ad reddendas rationes detineri Ordinibus insigniri. *Quartò* limita in eo, qui in aliquo licet minori constitutus ordine, alicuius etiamsi liberalis personæ tutor, curator, aut generalis quomodolibet fuerit administrator, tametsi nondum cœptum sit de administratione ratiocinari, ad altiores enim Ordinum gradus ascendere poterit, vt per Ioan. Fabr. *in l. quisquis, num. 8. C. de Episcopis & Clericis*, Campanil. *d. cap. 9. num. 11.*

Duodecimò corpore vitiati, vel imminuti ordina- 48
ri non debent, *cap. illiteratos 36. dist.* Doctores citati *alleg. 42. num. 11.* quibus addo Cardos. *in praxi iudicum, verb. Sacramentum. Ordinis, num. 12.* nouissimè Torreblanca *d. lib. 2. cap. 13. num. 47. cum seqq.* bi autem sunt, qui membro aliquo carent, vel debiles parte aliqua corporis sunt, vel infirmi, vt toto *tit. de corpore vit. cap. maritum 33. dist.* veluti si quis digito careat, vel manum habeat aridam, aut si claudus, vel adeo debilis sit, aut deformis, vt vel ministrare non possit, vel nonnisi cum scandalo, aut horrore ob turpitudinem, vel deformitatem id possit

effi cere:

efficere: sic namque & in lege veteri *Leuit. 21.* præcepit Deus *ne homo, qui haberet maculam, offerret panes Deo, aut accederet ad ministerium eius, si cæcus fuisset, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore*, (id est, morbum squammosum corpus dehonestantem vt scabios) *si sit herniosus*, id est, cuius intestina labuntur, vel deorsum confluunt, quæ omnia, & similia moraliter explicat S. Gregor. *in Pastorali*, & habetur *in cap. hinc etenim 49. distinct.* & infrà sigillatim percurremus *d. alleg. 42.* & sunt ab Episcopo in ordinandis animaduertenda, etsi non omnia de Iure Canonico impediant Ordines. Illi verò præsertim non sunt ordinandi, qui se sponte in quacumque parte corporis quauis de causa vitiarunt, & si non essent propriè deformati, aut debiles effecti, vt in Canonibus Apostolorum habetur expressum, & refertur *in cap. si quis abscissione 55. dist. & cap. qui partem, & d. cap. maritum 33. distinct.* quod tamen de vitio notabili est accipiendum. Eunuchi verò, siue castrati, aut spadones non prohibentur ordinari, si non sponte, sed casu, vel ab alio inuiti castrati fuerint, *cap. eunuchus*, & ibi gloss. *in verb. in persecutione 54. distinct.* quæ dicit non requiri vt carnem illam, vel puluerem seruent, Bellet. *dict. tit. de disciplina clericali, §. 7. num. 16. cum seqq.* Quòd si corpore vitiatus de facto fuerit ordinatus, erit (si magnum fuerit vitium) deponendus, *cap. pœnitentes 55. distinct.* Romanus tamen Pontif. secundùm glos. notabilem *verb. corpore vitiati, in princip. 55. distinct.* dispensat in casibus, quibus non omnino aliquis esset inutilis ad ministrandum, etiamsi seipsum abscidisset, & nisi maxima esset deformitas, ex causa tamen necessitatis, aut vtilitatis Ecclesiæ, vel meritorum personæ. In leuibus verò maculis poterit Episcopus dispensare, *cap. 1. & 2. de corpore vit.* & resoluimus *d. alleg. 42. n. 5. cum seqq.*

49 *Decimotertiò* arreptitij, siue à dæmone obsessi prohibentur ad Ordines promoueri, *cap. maritum, cap. communiter, cap. clerici, 43. dist.* plures Doctores, quos citauimus infrà *alleg. 62. n. 51. cum seqq.*

50 *Decimoquartò* illegitimi non possunt fieri clerici, sed ad clericatum promouendi debent esse ex legitimo coniugio, legitimisque natalibus orti, *cap. Presbyterorum, & cap. seq. 56. dist. cap. cum in cunctis, de elect. cap. per venerabilem, in fine, qui filij sint leg. cap. 1. & ibi* Abb. *num. 1. de filijs Presbyt.* Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 5.* Bellet. *d. tit. de disciplina clericali, §. 3. à princip.* Cardus. *d. verb. sacramentum Ordinis, num. 11.* Marchin. *d. tract. 1. part. 10. cap. 1. cum seqq.* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 13. num. 42.* Et an, & quando cum illis ad Ordines, & beneficia possit Episcopus dispensare, egimus *alleg. 45.*

51 *Decimoquintò* Ordinandus non est, qui beneficium Ecclesiasticum non obtinet, vel aliud vnde commodè viuere, ac sustentari possit, ne clerici mendicare, aut aliud vile opus exercere cogantur, *cap. 2. & cap. Episcopus, de præbend.* Concil. Trident. *sess. 21. de reformat. cap. 2.* Sub quo autem beneficij, vel patrimonij titulo Episcopus ordinare possit? latè egimus infrà *alleg. 19.*

52 *Decimosextò.* Peregrini, & ignoti ordinari non debent, nisi bonum habeant plurium Episcoporum testimonium, *per tot. 98. dist.* & per totum tit. *de clericis peregrin.* nec statim eorum iuramento, nisi litteras testimoniales habeant, aut per alia argumenta probent non habere Canonicum impedimentum, *cap. inter quatuor, de clericis peregrinis*: sunt autem peregrini in hoc quidem proposito, qui non sunt subditi Episcopo à quo petunt ordinari, *cap. cum nullus, de ætate & qual. lib. 6.* Ignoti verò dicuntur, quorum origo, & vita, & regularitas Episcopo non est nota, *c. Episcopus 24. dist. cap. quærendum 2. q. 7.* Conc. Trid. *sess. 6. de reform. c. 5.*

Hæc sunt, quæ de Ordinibus suscipiendis impediunt, & quæ præcipuè sunt animaduertenda in admittendis personis ad Clerum; vnde & in omnibus Ordinibus etiam prima Tonsura locum habet; alia verò sunt, quæ in irregularitate illa continentur, quæ præcipuè à ministerio susceptorum Ordinum repellit, de quibus suo loco tractabimus, nec enim omnia hæc, quæ supra exposuimus, à susceptorum ministerio expellunt, vt infrà dicemus. 53

Omnium igitur impedimentorum, quæ hactenus vidimus, aliqua sunt perpetua, cætera verò temporalia. Perpetuum impedimentum habent bigami, solemniter pœnitentes, & infames, Neophyti, corpore vitiati, illegitimi, & hermaphroditi. Hæc *perpetua* appellamus quia semper durant, nisi per dispensationem, aut per Religionis ingressum tollantur; vt ex dictis per discursum huius tractatus apparebit. Cætera impedimenta temporalia dicuntur, quia quandoque etiam sine dispensatione tolluntur, vel in eis facilius dispensatur. Vnde notandum est prædicta impedimenta in omnibus Ordinibus locum habere, vno excepto, quod in sacris tantùm Ordinibus obseruatur, & est defectus tituli, vel patrimonij, quamuis in aliis quoque ad minores Ordines facilius dispensetur, præterquam in ætate, & cum illiteratis, & coniugatis, & peregrinis, & seruis domino non volente. Deinde aduertendum diximus nullum esse impedimentum irritans ipso iure ordinationem, id est, quod characterem impediat præter impedimentum sexus, vt suprà exposuimus, modò in aliis seruata sint substantialia Sacramenti, quæ suprà innuimus *alleg. 11. n. 9. in fine.* 54

ALLEGATIO XI.

Episcopus primam Tonsuram, & minores Ordines quando, quomodo & quibus conferre possit?

SVMMARIVM.

1 *Prima Tonsura non confertur, nisi habenti ætatem septem annorum.*
2 *Ostiarius, Lector, & exorcista debent habere ætatem annorum duodecim, Acolytus verò quatuordecimum attingere.*
3 *Primam Tonsuram recipiens ante septennium non peccat mort. si nondum peruenit ad vsum rationis, Episcopus tamen sic; nullam verò suspensionem incurrit suscipiens Ordines minores ante prædictam ætatem.*
4 *Sciens non præsumitur quis, nisi probetur.*
5 *Prima Tonsura non danda nisi ostendens se legere, & scribere scire, in lingua saltem vulgari, & minores Ordines conferuntur his, qui saltem linguam Latinam intelligunt.*
6 *Confirmationis sacramentum suscipere prius debet qui ordinari vult.*
7 *Materia remota sacramenti Ordinis est res illa, quæ traditur illum suscipienti, traditio verò est materia prima.*
Clericus prima Tonsura quæ priuilegia nanciscatur.
8 *Psalmista officium, forma, & materia quæ?*

9 *Oſtiarius quis dicatur,& quæ ſit forma,materia, & officium huius Ordinis,oſtenditur.*

10 *Lector quis dicatur,& quæ ſit eius forma,materia,& officium oſtenditur?*

11 *Exorciſta quis dicatur, & de eius officio,forma, & materia?*

Exorciſta munus exorcizandi exercere poteſt præſente aliquo in ſupremo Ordine conſtituto.

12 *Acolytus quis dicatur,& de eius forma, materia, & officio?*

Acolytatus Ordinis character quo nam actu imprimatur.

13 *Contactus materia an ſit de eſſentia?*

14 *Minores Ordines poſſunt abſque Miſſa conferri.*

15 *Maiores Ordines de neceſſitate præcepti, non verò Sacramenti ſunt in Miſſa conferendi.*

16 *Ordinandorum intentio quomodo inquirenda, & ſi initiandus primam Tonſuram recipiat, eo tantùm fine, vt gaudeat exemptione fori, non peccat mortaliter.*

17 *Minores Ordines vno die omnes poſſunt conferri, laudabilius tamen erit ſi fiat cum neceſſitate, vel alia vrgenti cauſa bene viſa Epiſcopo.*

18 *Interſtitia temporum inter vnum, & alterum Ordinem minorem,quæ debeant concurrere.*

19 *Minores Ordines,& prima Tonſura vna die conferri poſſunt, vbi adeſt conſuetudo.*

20 *Minores Ordines, & primam Tonſuram vna die recipiens, vbi non adeſt conſuetudo, nullam incurreret irregularitatem.*

Ordines minores cum Subdiaconatu an vnica die conferantur ſi conſuetudo vigeat.

21 *Tempus idoneum ad conferendum minores Ordines quod ſit.*

22 *Dies Dominici, & feſtiui in quibus Epiſcopi minores Ordines conferre poſſunt,ſunt omnes dies feſtiui de præcepto.*

23 *Prima Tonſura in omni tempore poteſt conferri.*

24 *Minores Ordines poſſunt conferri in qualibet Eccleſia,tametſi non Cathedrali,& in Domo Epiſcopali, vel alia non Epiſcopali,de conſuetudine.*

25 *Ordinis ſacramentum in loco interdicto, vel perſonis interdictis conferri non poteſt.*

26 *Populo generaliter interdicto clerici etiam prima Tonſura ſicus & laici alterius populi in eodem,vel alio loco Ordines ſuſcipere non prohibentur.*

27 *Sabbato ſancto vbi eſt locus interdictus an Ordines conferri poſſint.*

28 *Ordinandi miniſtros ſi immineat neceſſitas, nec exiſtat locus in quo poſſint Ordines conferri, niſi in loco interdicto an in eo licitè conferantur, oſtenditur.*

a RIMA Tonſura,quæ ex minoribus primus Ordo eſt,non confertur niſi habenti ætatem ſeptem annorum completorum,*cap. nullus, de tempor. ordin.in 6.l.17.tit.6.par.1.* nouiſſimè Balthaſ.de Angelis *ad auth. Presbyterum C.de Epiſcop.& cleric.n.4.pag.51.* Thom.Valaſc. *tom.1.alleg.7.n.5.& alleg.9.n.1.* Lauret.de Franchis *in controuerſ.inter Epiſcop.& Regul.pag.79. in reſp.ad* 10. quæ ætas etiam in aliis tribus primis minoribus videtur ſufficiens, vt habetur *in cap. in ſingulis* 77. *diſtinct.* quem ibi ſic intelligunt gloſſa & Doctores; & in hoc nihil reperiiſſe immutatum dicit Moneta *de diſtrib quotid.p.2.quæſt.19.num* 11. licèt inueniatur *in cap. nemo* 78. *diſt.* Lectorem non minorem 18.annis eſſe aſſumendum, quod accipi poteſt non quidem de Ordine,ſed de legendi officio, ad quod minores, quamuis ordinati, non ſunt aſſumendi; nam in ſecundo Toletano Concil. relato *in cap. de his* 28. *diſtinct.* in minori ætate ſtatuitur poſſe ordinari Lectores. Ad Acolytatus verò Ordinem duodecimum annum completum requirit *d. c. ſingulis.* Vide gloſſ. *verb.infanti in c.cùm nullus,de temporib.ordin.lib.6. gloſſ. fin in Clem fin.de ætate,& qualit.* Sylueſt.*verb.ætas n.2. verſ. tertiò quantum ad Ordines,*Bertachin. *in tract. de Epiſcopo lib.2.p.1.cap.31. num.56.* Gambar.*in tract.de poteſt.leg. lib. 7. n. 432.* Viuald.*in candelab.aureo tit.de ſacram.Ordinis n.* 27. Card. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.1.cap.25.num.15.* Henriq.*in ſum.lib.10. cap.19.§.1.* Vgolin.*de poteſtate Epiſcopi cap.16.§.7.n.2.* Rebuff. *conſil.2. num.3.* Flamin.*de reſignat lib.4.quæſt.9. num.* Bonacin. *de Sacram.diſp.* 8. *q.vnic. puncto 5. num.* 12. Thom. Valaſc.*d.alleg.9.num.1. in fine* Gutier. *Canon. lib.1. cap.26. à princip.* Sanch.*in opuſcul. moralib. lib.7. cap.1.dub.33. num.11, cum ſequentib.*D. Acuña *in comment.ad cap.in ſingulis num.3. cum ſeqq.diſt.77.*Marcel. Vulpe nouiſſimè *in praxi iudic. fori eccleſiaſt. cap.* 8. *num.* 4. idem Bonacin. *de cenſur. extra Bullam diſp.* 3. *quæſt.* 1. *puncto* 1. *num.* 4. Carol. de Graſſis *de effectibus clericalib. in prælud. num.* 284. Molfeſ. *in ſumma Theolog.moralis tract.2.cap.12. num.2.* Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub. 7. cap.1. per totum,& cap. 2. vbi in fine* dicit † promouendos ad Oſtiariatum, & 2
Exorciſtatum ætatem annorum 13. habere debere, ad Acolytatum verò quartumdecimum attingere; ſed cùm hæc ætas non ſit præſtituta à Sacro Concilio Tridentino, attendenda eſt, quæ à Canone præſcribitur, prout deciſum referunt Armendar. *in addit.ad recopilat. legum Nauar.lib.1.tit.20.l.1.n.3.* Piaſec.*in praxi noua Epiſcop.part. 1.cap. 1.num.22.in fine.*

Primam Tonſuram recipiens ante ſeptennium 3
non peccat mortaliter,ſi nondum peruenit ad vſum rationis, quia nullibi præceptum hoc grauiter prohibens inuenio,Sayr.*de cenſur. lib.6. cap.12. num.*10. D. Acuña *ad d.cap. in ſingulis num.* 5. Epiſcopus verò conferens Tonſuram ante ſeptennium mortaliter peccat, cùm videatur facere contra prohibitionem Eccleſiæ in re graui, vt tenet Bonacina *de cenſur. diſp.3. quæſt.6. puncto 5. num.7. verſ.neque.* Sayr.*citato loco,*D. Acuña *ad d. cap. in ſingulis num.* 7. Nec etiam fit ſuſpenſus, aut aliquam irregularitatem incurrit, qui alios minores Ordines ante legitimam ætatem ſuſcipit,Suar.*tom.5.diſp.31.num.23.ſect.4.*vbi *num.*29. idem ſubdit in Epiſcopis. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 19. *num.1. in comm.lit.B.*D. Acuña *in d.cap.in ſingulis n.6.* Nec Bulla Sixti V. incip. *Sanctum,& ſalutare,*obſtat, quia in hac parte reuocata fuit per Clement.VIII. vt aſſerit Bonacina *d.punct.5.n.6.*

Prima clericalis Tonſura (verba ſunt Concilij) *non* 4
initientur,qui Fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere,& ſcribere ſciant.cap.4.ſeſſ.23. de reformat. Vnde cùm non præſumatur quis ſciens,niſi probetur, *cap. ſi fortè,*iuncta gloſ.*verb.ſcientia,de elect.in* 6.Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſ.91. num.* 18. Piaſec.*in praxi noua Epiſcopali p.1.cap.1. num* 40. *in fine.* Flamin.*de reſignat.lib.10.quæſt.3. num.64.* Gonzal.*ad reg.8.Cancell. gloſſ.4. num.*105. † ad primam Tonſuram non debet 5
admitti, qui non oſtenderit ſe legere, & ſcribere ſcire,vt obſeruant Franciſc. Leo *in theſau. fori Eccleſiaſtici p.3.cap.8.num.6.*Bonacina *de Sacrament.diſp.*8. *quæſt.vnica punct.5.num.16.* Molfeſ. *d.tract.2. cap.13. num.2.* Thom. Valaſc.*tom.1. alleg.9. à num.2.* Sanch. *in opuſc.moral.lib.7.cap.1. dub.45. num 9.* Marchin.*d. tract.1.p.5.cap.1.num.4.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ.cap.7.num.1.* Laurent.de Franchis *vbi ſup.in reſp. ad 19. verſ. & vt'à primo.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori*

fori Ecclesiastici decis. 390. in 1. edit. & resol. 329. num. 6. in 2. edit. vbi etiam asserit ad beneficium simplex requiri, quòd sciat legere & construere, de quo etiam Nauar. in cap. si quando, except. 13. num. 13. de rescript. Piasec. dict. num. 40. Cùm autem dicta verba Concilij Trident. non exprimant in qua lingua; videntur intellexisse linguam vulgarem, seu maternam, ita quòd valeat Tonsura insigniri quisquis, si in sua lingua materna legere & scribere sciat: sic Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 6. quæst. 2. quem refert Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 5. cap. 2. num. 2. & multis nouissimè comprobat Sanch. d. cap. 1. dub. 45. num. 11. me citato in hoc loco nouissimè Diana moral. resol. p. 5. tract. 14. resol. 27. Minores verò Ordines iis, qui saltem linguam Latinam intelligant, conferri debent, vt habetur in Concil. Trident. d. sess. 23. cap. 11. & sigillatim scientiam vnicuique Ordini requisitam explicant Sot. in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 4. vers. tertia conclusio, Azor. d. cap. 6. Molfes. d. tract. 2. cap. 13. num. 3. Sanch. d. dub. 45. ferè per tot. Marchin. d. p. 5. cap. 1. Aduertit tamen Menoch. de arbitrar. casu 425. num. 58. arbitrari Episcopum posse magis expedire Ecclesiæ si Ordines conferat ei, qui, etsi adhuc Latinam linguam non intelligat, est tamen bonæ indolis, & pro ætate docilis, nam illiteratus puer dici non debet, qui pro ætate didicit, quique ostendit proficere se posse. Vide infrà alleg. 46. num. 9. cum seqq. De scientia singulis Ordinibus maioribus conueniente dixi infrà alleg. 14. ante num. 10. Et notandum est quòd examen de scientia & doctrina Regularium Ordines suscipere volentium debet fieri ab Episcopo, vt per Vasq. in 3. p. tom. 5. disp. 246. cap. 6. n. 55. Miranda in man. Prælat. tom. 1. q. 39. art. 2. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. dub. 14. n. 5. Portel. in addit. ad dubia Regul. verb. Ordines sacri, n. 1. Diana moral. resol. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 31. in fine.

6 Neminem quoque debere illum Ordinem, immo nec primam Tonsuram suscipere, qui non sit confirmatus, docet Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 4. & resoluunt Piasec. in praxi Episcop. p. 1. c. 1. num. 24. vers. ad minores, Molfes. in sum. Theolog. moral. tract. 2. c. 3. num. 26. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 28. n. 24. Homobon. de Bonis de examine ecclef. tract. 3. q. 1. qui secus tamen faceret (secluso contemptu) non peccaret mortaliter; quia nec Concilium ipsum Trid. id prohibet sub alia censura, aut alia forma, quæ obligationem ad mortale indicet, solumque est indecentia quædam. Ita Nauar. in man. cap. 22. num. 9. Henriq. in sum. lib. 14. c. 6. §. 3. Suar. tom. 3. disp. 38. sect. 1. Auil. de censur. p. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 1. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclef. resol. 269. Galet. in margar. casuum Conscient. verb. Ordo pag. 194. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q. 1. Coninch. de Sacram. tom. 1. q. 72. art. 8. num. 90. Fernand. in exam. Theolog. moral. p. 3. cap. 3. §. 5. Valer. Regin. citato loco, Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 1. n. 26. Diana resol. moral. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 4. latius sup. alleg. 2. n. 14.

7 Materia remota sacramenti Ordinis est res illa, quæ traditur eum suscipienti, traditio verò est materia proxima, vt per Henriq. in sum lib. 10. cap. 8. §. 2. Card. Bellarm. tom. 3. de Ordine c. 9. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 1. num. 7. cum seqq. Vasq. part. 3. tom. 3. disp. 239. cap. 3. Ægid. de Coninch. tom. 2. disp. 20. dub. 7. concl. 3. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 1. num. 10. vbi ait quòd cùm forma sit imperatoria, Accipe potestatem, applicatio materiæ debet esse traditio vasorum & instrumentorum, quibus vsus eiusdem potestatis designatur: quæ vt meliùs percipiatur, de vnoquoque ex minoribus Ordinibus à nobis specialiter agendum est.

Et quidem, vt ab inferiori gradu incipiamus, 8
sciendum Psalmistam, seu Cantorem eum dici, qui primam clericalem Tonsuram tantummodo suscepit; ideo sic dictus, quia Psalmos & cæteras laudes in Ecclesia cantat, cap. cleros 21. distinct. Thom. Valasc. alleg. 3. num. 7. Cuius officium imperitum inuenitur; est enim, qui vocem præmittit, & qui canendo subsequitur, & qui consonat, primus dicitur præcentor, secundus succentor, tertius concentor appellatur. Proprium autem Psalmistæ officium est canere benedictiones, & laudes, atque Antiphonas cap. 1. 25. distinct. dict. cap. cleros, Nauar in man. cap. 25. num. 108. & de orat. cap. 7. num. 14. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. cap. 1. num. 6. In eius ordinatione fit capillorum tonsura in modum coronæ, & veste linea induitur, vt in Pontificali. Potest tamen quisque sola iussione Presbyteri officium psallendi exercere. cap. Psalmista 23. distinct. Tonsuram verò deferre nullus debet, nisi eam prius ab Episcopo acceperit, prout constitutum fuit in septima Synodo relata in cap. 1. 69. distinct. Et quamuis primam Tonsuram minimè habere materiam & formam essentialem, ac proinde sine prolatione aliquorum verborum validam esse tonsurationem teneant illi, qui affirmant eam non esse Ordinem, & præcipuè Nau. cons. 4. de sacrament. non iterand. in nouis, Fornar. in tract. de Ordine cap. 7. Molfes. in sum. Theologia moralis tract. 2. cap. 3. num. 20. Ego tamen iuxta meam sententiam contrarium libenter amplector, eo maximè, quia Episcopus in eius collatione dicit in persona clerici initiandi, vt habetur in Pontificali: Dominus pars hæreditatis meæ, & Calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Vnde minus bene aliqui existimarunt Psalmistatum idem esse cum Lectoratu, inter quos est VValdens. de sacram. Ordinis cap. 46. num. 6. tom. 2. sum. De prima Tonsura vide quæ dixi de Iure ecclef. lib. 1. cap. 38. num. 31. cum seqq.

Priuilegia, quæ clericus primæ Tonsuræ nanciscitur, hæc sunt. Primum quòd in Religiosam Domini sortem cooptari certum est, atque ex laicis, & profanis personas fieri sacras. Secundum, quòd Sacerdotij, seu beneficij ecclesiastici capaces euadunt. Tertium, quòd Ecclesiæ iurisdictionis participes sunt, id est, potestatis excommunicandi, interdicendi, suspendendi. Quartum, quòd in eos imperium, & ius Magistratus secularis non habet, quod priuilegium dicitur fori. Quintum quòd nemo iis violentas manus potest inferre quin in censuram incidat excommunicationis. Sextum, est priuilegium immunitatis suorum bonorum omnium, siue illa iure patrimonij siue beneficij ecclesiastici possideant. Ita Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 54. Diana resol. moral. part. 4. tract. 1. resol. 20.

Ostiarius, siue ianitor est is, qui præest ostiis, vel 9
ianuis templi; de quo meminerunt S. Dionys. Areop. cap. 3. ecclef. hierarch. Tertul. in lib. aduersùs hæretic. & de eo scripserunt Ouupht. lib. de offic. ecclef. Raban. de instit. cleric. cap. 12. Alcuin. lib. de diuin. offic. cap. 35. Troil. lib. 1. de perf. cleric. c. 19. Marcel. Vulpe d. c. 7. n. 10. vers. ostiarius. cuius officium est bonos, & fideles in Ecclesia recipere, infideles verò, & criminosos, atque excommunicatos repellere; non quidem suo iudicio, sed superioris iussu, & auctoritate, cap. ostiarius 23. dist. S. Thom. in addit. ad 3. p. q. 37. art. 2. in corpore, & alij, quos sequitur Valer. Reginald. d. lib. 30. tract. 1. num. 11. Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 236. cap. 2. num. 17. & 18. & Sanch. d. lib. 7. c. 1. dub. 17. num. 3. Materia huius Sacramenti sunt claues, quæ cùm ordinatur ei porriguntur; & forma sunt verba prolata per Episcopum in traditione clauium, videlicet: Accipe

poteſtatem aperiendi Eccleſiam, & ſacrarium, & claudendum infidelibus. Vel: *Sic age quaſi Deo redditurus rationem pro his rebus, quæ his Clauibus recluduntur*, vt in Pontificali referunt Molfeſ. *d. tract. 2. cap. 4.* Filliuc. *tract. 9. n. 22. & 51.* Sanch. *in opuſc. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 12. num. 4.* Marchin. *de ſacram. Ordinis, tract. 2. part. 2. cap. 1. cum ſeqq.* Hic vocatur etiam Sacriſta, cùm ei cura committitur ſacrorum vaſorum, & theſauri Eccleſiæ, *cap. vnic. de officio Sacriſtæ.* Vnde & Theſaurarius appellatur, qui Græcè Cimeliarcha nominatur, *cap. 1. in fine, 25. diſt.* Et ad eius officium ſpectat etiam Baſilicarum ordinatio, vel ornatio, & incenſi præparatio, cura Chriſmatis conficiendi, ac baptiſterij ordinandi, præparatio luminariorum, id eſt, ceræ, & olei pro ipſis luminaribus, & huiuſmodi. *d. cap. vnic. de officio Sacriſtæ.* Cuſtos verò eſt quaſi miniſter Sacriſtæ, ad cuius officium pertinet ea cuſtodire, quibus in dies Eccleſia vtitur, vt linteamina Altaris, materiam Sacramentorum, lampades in Eccleſia accendere, campanas, & tintinnabula ſuis horis ad iuſſum Archidiaconi pulſare, & his ſimilia, vt habetur *toto tit. de officio Cuſtodis.*

10 Lector, qui poſt Oſtiarium ſequitur, eſt is, qui poteſtatem habet legendi lectiones veteris Teſtamenti in Eccleſia: eius namque officium eſt lectiones illas clarè, & diſtinctè pronuntiare, & ea, quæ Prophetæ prædixerunt, populis enunciare, *cap. 1. 25. diſt. cap. cleros 21. diſt.* S. Thom. & alij apud Vaſq. *d. diſp. 236. c. 2. num. 19. cum ſequentib.* Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacram part. 3. cap. 6.* Vnde S. Iſidor. *in epiſt. ad Ludifridum*, quæ refertur *in cap. perfectis diſt. 25.* tradit Lectoris officium eſſe vaticinia Prophetarum populo prædicare; fortaſſis autem pro prædicatione accipitur ipſa recitatio Prophetarum alta, clara, & diſtincta voce prolata, vt *ibi* exponit Cardin. Turrecr. & ideò qui non fuerint ordinati Lectores, hoc officium in pulpito exercere prohibentur, *cap. non liceat 22. diſt. cap. 1. 69. diſt.* Huius etiam Lectoris munus erat baptizandis Chriſtianæ religionis rudimenta tradere. Catechiſm. Roman. *de ſacram. Ordin. num. 16.* Sot. *in 4. diſt. 24. q. 1. art. 3. verſ. 2.* Quare in eius ordinatione pro materia porrigitur ei liber lectionum de Prophetis *cap. lector. 23. diſtinct.* & ſic materia remota eſt liber continens prophetias veteris & noui Teſtamenti, proxima eſt traditio eiuſdem libri. Diſcrimen autem eſt inter materiam Lectoratus, & Subdiaconatus quia Subdiaconi eſt legere vtriuſque Teſtamenti Epiſtolas in ſolemni Miſſæ ſacrificio: Lectoris autem extra Miſſam inter nocturna Pſalmodia, vt ſcribit Amalar. Fortunat. *lib. 4. de officiis eccleſ. cap. 3.* Forma autem ſunt illa verba Epiſcopi: *Accipe, & eſto verbi Dei relator, habiturus, ſi fideliter, & vtiliter impleueris officium tuum, partem cum his, qui verbum Dei bene miniſtrauerunt*, vt in Pontificali, referunt Clemens Papa *lib. 8. conſtit. c. 22.* Molfeſ. *d. tract. 2. cap. 5.* Filliuc. *tract. 9. n. 21. & 51.* Sanch. *d. lib. 7. c. 1. dub. 12. n. 5.* Marcel. Vulpe *d. c. 7. n. 28. verſ. Lector.* Vide dicta *d. c. 38. n. 23. cum ſeqq.*

11 Exorciſta Græca voce ſic dictus, qui Latinè Adiurans dicitur, ſiue increpans, *d. c. cleros*, in cuius ordinatione pro materia traditur liber exorciſmorum, *cap. exorciſta 23. diſt.* Forma autem ſunt illa verba Epiſcopi: *Accipe, & commenda memoriæ, & habe poteſtatem manus imponendi ſuper energumenos*, vt in Pontificali referunt Sanch. *in opuſcul. moralib. lib. 7. c. 1. dub. 12. n. 6.* Marchin. *d. tract. 2. p. 3. c. 2.* Rodulph. Cupers *in c. oportebat. 79. diſt. tit. de Exorciſtis*, Marcel. Vulpe *d. c. 7. num. 28.* Molfeſ. *d. tract. 2. cap. 6.* Filliuc. *d. tract. 9. n. 20. & 51.* Huius enim officium eſt, vt habetur *in cap. 1. 25. diſt.* manus ſuper energumenos, id eſt, lunaticos, ſeu à dæmonibus obſeſſos cum inuocatione nominis Ieſu imponere; ſpecialiter autem ſuper baptizandos, in eo videlicet actu, qui dicitur exorciſmus *d. c. 1. nec quemquam, ad fin. verſ. nec autem, de conſec. diſt. 4.* Hug. *lib. 1. de ſacram. p. 3. c. 8.* Stephanus Eduenſ. *tract. de ſacram. Altaris c. 3.* Eſt enim exorciſmus, vt inquit tex. *in c. ante viginti. ead. diſt. 4.* adiuratio contra dæmones, quæ non ſolùm circa corpora obſeſſa, verùm etiam circa obſeſſas animas per peccatum, vel infidelitatem exercetur, arctat enim eorum poteſtas, vt minus officiant, aut nocere valeant animabus. *cap. ſicut nobis eadem diſt. 4.* Sed exorcizare quidem dæmones in baptizandis officium eſt Sacerdotis. *cap. Sacerdotes, ead. diſtinct.* quamuis & ſimplex Exorciſta id valeret efficere, ſicut in obſeſſis corporibus poteſt. *d. cap. 1. 25. diſtinct.* qui verò non eſt in hoc Ordine conſtitutus exorcizare, nec in Eccleſia, nec in domibus poteſt. *cap. fin. 69. diſt.* Laodicen. Conc. *cap. 25.* Aquiſgran. *cap. 79.* Victor. *de Magia num. 23.* Sanch. *in opere morali, lib. 2. cap. 42. num. 18.* Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 4. de abiurat. cap. 2. num. 11.*

Præſente aliquo in ſupremo Ordine conſtituto non debet clericus exorciſta munus iſtud exorcizandi exercere, ſed id relinquere Sacerdotibus, qui ſoli hac noſtra ætate officium iſtud pellendi dæmones præſtant: munus autem exorcizandi in Eccleſiæ primordiis remittebatur clericis Exorciſtis, quia tunc tanta erat energumenorum copia, vt quaſi greges ad Eccleſiam accederent, teſte Greg. de Valentia *tom. 4. diſp. 9. q. 1. puncto 3.* licèt regulariter Epiſcopo minimè liceat prohibere clericis Exorciſtis, vel Sacerdotibus ne ſine illius facultate energumenos exorcizent; poteſt tamen videre quam exorcizandi formam ſeruet Exorciſta, an ab Eccleſia inſtitutam, & receptam, vel an vtatur ſuperſtitionibus, vel aliquod cùm dæmone pactum habeat; & ſi videat eum his in rebus deficere, tunc integrum Epiſcopo erit eundem ab officio exorcizandi remouere. Ita Nau. *conſ. 6. de offic. Ordin.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 47. num. 6.* Licet Exorciſtæ, quando dæmon eſt ligatus aliquo ſigno, alia ſigna à dæmone reuelata perquirere, frangere, & deſtruere, vt iis ablatis maleficiatus incolumitatem conſequatur. Nau. *in man. cap. 11. num. 29.* Petr. Binsfeld. *in tit. de malefic. & mathemat. lib. 4. quæſt. 5. concl. 4.* Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 2. de ſuperſtit. cap. 17.* latè Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 96.* cum quibus declara & intellige. Non licet tamen Exorciſtæ rogare magum, vt tollat maleficium per aliud maleficium, vbi alia via maleficiatus ſanari non poteſt; quia hoc nihil aliud eſt, quàm dæmonis auxilium per magum inuocare, Syueſt. *in ſum. verb. maleficium quæſt. 8.* Nau. *d. num. 29.* Petr. Binsfeld. *d. q. 5. concl. 3.* Martin. Delri. *diſquiſ. magic. lib. 6. cap. 2. ſect. 1. quæſt. 2.* Suar. *vbi ſuprà cap. 18.* Sanch. *d. diſput. 95. num. 7.*

Acolytus, qui Græco vocabulo ſic appellatus, 12
Latinè Sequens poteſt intelligi, eo quòd Subdiaconum ſequitur, aliter verò Ceroferarius dicitur à cereis deportandis, *cap. cleros 21. diſt.* in eius ordinatione pro forma porrigitur candelabrum, vt ſciat ſe ad accendenda Eccleſiæ lumina mancipari, *cap. Acolytus 23. diſt.* Aliqui verò dicunt materiam huius Sacramenti eſſe cereum extinctum ſimul cum vrceolis vacuis: alij tenent ſolùm eſſe vrceolos vacuos; in Pontificali tamen videtur ſignificari vtramque ſimul eſſe materiam, prout ex eo colligere videtur Vaſq. *d. diſput. 236. num. 29. & 30. & diſp. 237. ſub num. 32. verſ. cæterùm*, Molfeſ. *d. tract. 2. cap. 7. num. 10.* Filliuc. *d. tract. 9. num. 19. & 51.* Vide dicta *de iure Eccleſ. lib. 1. c. 38. num. 13. cum ſeqq.* Forma autem ſunt verba

ab

ab Episcopo prolata in traditione materiæ, videlicet quando traditur cereus extinctus: *Accipe ceroferarium cum cereo, vt scias te ad accendendum Ecclesiæ luminaria mancipatum in nomine Domini.* Et quando traditur vrceolus vacuus, Episcopus hanc profert verborum formam: *Accipe vrceolos ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi ex nomine Domini*, vt in Pontificali. Sed dubitari potest in quo nam actu imprimatur character huius Ordinis, an in traditione cerei & prolatione suæ formæ, vel in traditione vrceoli, & prolatione formæ? Vna sententia tenet ordinationem fieri, & characterem imprimi in traditione candelabri, & prolatione suæ formæ. Ita Bonauent. *in 4. dist. 24. 2. p. distinctionis dub 5.* Angel. *in sum. verb. Ordo 1. n. 4.* Alia sententia tradit characterem hunc imprimi in traditione vrceolorum, quia per istos Acolytus principalius, & immediatius, quam per candelabrum, quod defert, Eucharistiæ deseruit. Sic S.Thom. *in 4. distinct. 24. quæst. 2. ad cap. 3. ad 6.* Palud. *ibid. art. 2. n. 15.* Henriq. *lib. 10. cap. 9. num. 1.* Syluest. *in sum. verb. Ordo 2. quæst. 4.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 1. dub. 12. num. 7.* *Tertia*, cui magis adhæreo, habet characterem imprimi in vtriusque materiæ traditione simultanea, quam ex nouioribus amplectuntur Viguer. *in sum. Theologica cap. 16. §. 6.* Vasq. *tom. 3. in 3. part. disp. 237. c. 3. num. 36.* Eius est officium luminaria parare, & ad Altare deferre, quando legendum est Euangelium, aut Sacrificium offerendum ad signum lætitiæ demonstrandum, & ipse suggesta pro Eucharistia Subdiaconis præparat, & vini & aquæ vrceolos, *d. c. cleros, cap. 1. 25. distinct. cap. 1. §. deseruientes 23. distinct. c. Acolytus 23. distinct.* Sanch. *d. c. 1. dub. 17. n. 6.* Quos etiam funalia deferre solitos tradit Durant. *de ritibus Eccles. lib. 1. cap. 13.* Vide circa hunc Ordinem quæ dixi *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 38. num. 3. cum seqq.*

13 Contactus materiæ est de essentia, itaut non censeatur Ordinatus, qui illam realiter, & physicè non contigit, vt docent S. Thom. *part. 3. quæst. 38. art. 14.* Syluest. *verb. Ordo 1. q. 5.* Ægid. de Coninch. *disput. 20. dub. 7. num. 7.* Sanch. *in opusc. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 2. num. 2.* Martin. Fornar. *de Ordine cap. 2. num. 4.* Valent. *tom. 4. disp. 9. quæst. 1. puncto 4. ad 1. argum.* Quamuis hunc materiæ contactum non esse de essentia teneant Henriq. *lib. 10. cap. 9. num. 1. lit. D*, Vasq. *d. disp. 246. num. 19.* Piasec. *in praxi Episcop. part. 1. cap. 1. num. 51. pag. 59.* Sed in Ordine Presbyteratus suscipiendo aliter resoluimus *in alleg. 14. num. 8.* Non opus esse contingere materiam quando verba proferuntur, itaut sint simul contactus, & verba, seu forma, sed sufficere, vt fiat simul moraliter, idest, sine mora interposita, obseruant Emman. Sà *verb. Ordo n. 5.* Nugo *part. 3. quæst. 34. art. 5. diffic. 2.* Henriq. *d. cap. 10. §. 1.* Valer. Reginald. *d. tract. 5. num. 9.* Granado *in 3. part. de sacram. controu. 9. tract. 1. disp. 6. num. 16.* Diana *moral. resolut. part. 5. tract. 13. resol. 48.* vbi tenet in Sacramento Ordinis sufficere simultatem materiæ moralem, & formæ. Et in minoribus Ordinibus sufficit si prædicta instrumenta tradantur per Archidiaconum Episcopo traditionis verba proferente, & ex *d. cap. Acolytus*, docent Syluest. *verb. Ordo 2. quæst. 5.* Viuald. *in candel. tit. de Sacramento Ordinis num. 14.* Nauar. *cons. 3. de Sacram. non iter.* Est autem notandum sex esse substantialia huius Sacramenti, quorum vno deficiente non suscipitur, nec character imprimitur. *Primum* est, potestas ordinantis, de qua *alleg. 3.* *Secundum* materia, idest, instrumenta tangenda, & in Presbyteris vnctio, de quibus egimus numeris præcedentibus, *& alleg. 14.* *Tertium* forma verborum, vt diximus *locis proximè citatis.* *Quartum* sexus virilis, quia fœmina non suscipit characterem, vt obseruauimus *alleg. 10. num. 25.* *Quintum* intentio recta. *Sextum* Baptismus in ordinato, vt probauimus *alleg. 2. à num. 8.*

Minores Ordines possunt absque Missa conferri, etiam à non ieiuno, Armil. *verb. Ordo num. 9.* Angel. *verb. Ordo 4. num. 5.* decet tamen conferri intra Missam & ab Episcopo ieiuno, Madius *de sacram. Ordin. cap. 5. num. 9.* † Maiores verò non nisi in Missa conferuntur; *cap. quod sicut, de elect.* & consulit Concil. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 8.* de necessitate videlicet præcepti, non de necessitate Sacramenti, glos. *verb. dimidatur in d. cap. quod sicut*, Campanil. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 2. num. 36. & rub. 6. cap. 2. num. 19.* 14 15

Quamuis Episcopi, seu ab ipsis deputati debeant inquirere intentionem ordinandi, hoc est, an illi adsit, vel desit intentio ascendendi ad alios Ordines, vt suprà dictum est; si tamen initiandus suam non aperiens mentem, primam Tonsuram recipiat, eo tantùm fine, vt fruatur priuilegio clericali, vel vt gaudeat exemptione fori, non peccabit mortaliter, prout resoluunt Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 31. vers. 16. & 17.* Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Ordo pag. 194. col. 2.* Conioch. *de Sacrament. tom. 2. disp. 20. num. 104. & 105.* Bonacina *eod. tract. disp. 8. quæst. vni. puncto vlt. in fine*, Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico part. 1. tract. 3. quæst. 2. & 3.* Villalob. *in sum. tract. 11. diffic. 14. num. 2.* Anton. Diana *Moral. resolut. part. 1. tract 16. resol. 10.* ex Conc. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 4.* ibi, *Tonsura non initientur, &c. de quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse, &c.* Contrarium verò tutius mihi semper visum fuit, ex citato Tridentini decreto, quòd hanc appellat fraudem secularis iudicii, & sic videtur crimen esse mortiferum, cùm in maximum Reipublicæ detrimentum, necnon in grauem Ecclesiæ iniuriam vergat; & ideò hanc partem sustinent Victor. *in sum. tit. de sacram. Ordinis, num. 240.* Bañes *2. 2. quæst. 12 art. 1. concl. vlt.* Fr. Emman. *in summ. part. 2. cap. 17. num. 2.* Petr. de Ledesm. etiam *in sum. part. 1. de Sacram.* vbi *de sacram. Ordinis dub. 5. concl. 2.* Molfes. etiam *in sum. Theolog. moral. tract. 2. cap. 18. num. 1.* nouissimè Marchin. *de sacram. Ordinis, tract. 1. part. 8. cap. 1. à num. 2.* vbi *à num. 9.* disputat an secluso contemptu, & alia praua intentione, lethalis sit Tonsura, & minorum Ordinum receptio absque voluntate ascendendi ad sacros Ordines, & *à n. 22.* an retrocessio à Clericatu sit lethalis, vel venialis. 16

Ordines minores licèt vno die omnes voi possint conferri, secundùm gloss. *verb. minores in cap. 2. de eo, qui furtiuè Ordines suscepit*, Mandos. *super reg. Cancel. 24. de malè promotis, quæst. 1. num 9.* Rebuff. *super reg. 13. Cancel. vers. item cupiens*, Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 26. num. 31. & 32.* Henriq. *lib. 10. cap. 11. n. 4.* Bonacina *de Sacram. disp. 8. quæst. vnic. puncto 5. num. 36.* Sanch. *in opusc. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 53. n. 11.* Alzedo *d. p. 2. c. 5. n. 21.* Nihilominus propter verba Concil. Trid. *sess. 23. de reform cap. 11.* ibi, *Atque ita de gradu in gradum ascendant, vt in eis, cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accrescat*; † laudabilius erit abstinere, nisi immineret necessitas, vel alia vrgens causa bene visa Episcopo, vt in specie post Azorium firmant Mitanda *in man. Prælat. tom. 1. quæst. 38. art. 5. concl. 2.* Mati. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. fin. casu 16.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico p. 1. tract. 2. cap. 2. q. 14.* Marchin. *d. tract. 1. p. 7. c. 1. à num. 6.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. cap. 7. n. 7. vers. quatenus*, vbi quòd Episcopus potest dispensare super interstitiis in minoribus 17

noribus ob quamlibet leuem causam; & in Concil. Brachat. vlt. art. 2. p. 1. reliquitur prudentiæ Episcoporum an simul, vel per interstitia temporum debeant conferre Ordines minores. Inter vnum igitur, & alterum minorem Ordinem poterit esse interuallum, quod datetur de vno die festo, ad alium proximum, cùm singulis diebus festis conferri possint, vt diximus. Ita Sorbus *in comp. Mendic. verb. Ordo, vers. & sic bene.* Campanil. *rub. 6. c. 3. num. 13.* quod verum iudico: vel tutius interueniente interuallo, de vno ex temporibus generalium ordinationum, ad aliud, vt tenent Vgolin. *de potestate Episcopi cap. 26. §. 27. num. 4.* & Maiol. *de irregular. lib. 3. cap. 24. n. 13.*

19 Si consuetudo tamen adesset, (qualis in aliquibus locis Germaniæ, & Hispaniæ vigere constat) quæ permitteret minores Ordines, & primam Tonsuram vnica die conferri, seruandam esse asserunt Alzed. *d. cap. 1. num. 22.* Syluest. *verb. ordo 2. num. 7. vers. tertium,* Rebuff. *vbi proximè,* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 3. n. 1.* Henriq. *d. §. 4.* Campan. *diuers. iuris Canonici rub. 6. cap. 2. num. 20.* & decisum refert Armendar. *ad recept. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. lib. 7. num. 57.* Et etiam, illa 20 non stante, † si quis vno, eodemque die omnes Ordines minores, vel primam Tonsuram cum minoribus receperit, nullam incurrere irregularitatem asserunt Auila *de censuris part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 4.* Sayt. *eod. tract. lib. 7. cap. 10. num. 22.* Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst. 19. puncto 3.* Bonac. *de censur. disp. 7. quæst. 3. puncto 5. num. 35.* An idem dicendum, si consuetudo vigeat in eisdem locis, vt vnica die minores Ordines cum Subdiaconatu conferantur? Vna sententia tenet consuetudinem non excusare, quia hæc fuit sublata à Trident. *sess. 23. de reform. cap. 11. & 13.* Ita Syluest. *in sum. verb. Ordo 2. quæst. 7.* Maiol. *de irreg. lib. 4. cap. 11. num. 1.* Hieron. Veneto *in exam. Episc. lib. 1. cap. 18. num. 13.* Card. Tolet. *lib. 1. cap. 71. num. 1.* Salzed. *ad Bernard in pract. cap. 25. vers vna & eadem die.* Alzedo *d. part. 2. cap. 5. num. 24.* Menoch. *de arbitr. cent. 6. casu 564. num. 8.* Altera sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, tenet ex iustissima causa id licere Episcopis in iis locis, in quibus ista viget consuetudo; quia consuetudines ambiguæ non tolluntur à Tridentino *sess. 23. de reform cap. 6. & 9.* Sic Hieron. Sorbo *verb. Ordines sacri.* Nau. *in man. cap. 25. num. 71.* Fr. Emman. *in sum. part. 2. cap. 16. num. 3.* Gutiert. *canon. lib. 1. cap. 26. num. 34.* Sayt. *de censur. lib. 4. cap. 14. num. 25. & lib. 7. cap. 10. num. 26.* Suar. *in simili tract. disp. 31. sect. 1. num. 41.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 53. num. 7. cum seqq.* Miranda *in man. Prælat. part. 1. quæst. 38. art. 8. concl. 2.* Fornar. *de Ordine cap. 8. num. 3.* Quamuis alij seclusa consuetudine existimauerint nostra iam tempestate licere Episcopo eadem die ex causa iusta minores omnes, & simul Subdiaconatum conferre, ex quorum numero sunt Molfes. *in sum tract. 2. cap 8. num. 17. & cap. 14. num. 3.* Vasq. *tom. 3. in 3. part. disp. 246. cap. 5. num. 48.* Diana *tom. 1. tract. 16. resol. 28.*

21 Tempus idoneum ad conferendum minores Ordines illud idem esse, quod ad maiores requiri constat, necnon quamlibet Dominicam, aut festiuam diem, dummodo non fiat generalis ordinatio. Alex. III *in cap. de eo, de temp. ordin.* Syluest. *verb. ordo 2. n. 6.* Rebuff. *in praxi benefic. part. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis, num. 2. & 3.* Viuald. *in candelabro aureo, tit de sacram. Ordinis, num. 36. vers. tertia conclusio.* Cardos. *in praxi iudicum, verb. sacramentum Ordinis, num. 42.* Valer. Reginald. *d. lib. 30. tract. 1. num. 26.* Marchin. *d. tract. 1. part. 7. cap. 5. num. 2.* Bonacin. *de censur. extra Bullam disp. 3. quæst. 1. punct. 3. num. 1.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. cap. 16. num. 3.* Henriq. *lib. 10. cap. 12. §. 2.* Iacob. de Graffiis *in decis. aureis, lib. 3. part. 2. cap. 12. num. 26.* Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 4. num. 4.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico, tract. 3. cap 8. quæst. 69. vers item minores,* Monet. *de commut. vlt. volum. cap. 10. num 184.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 52. num. 1.* vbi *num. 8.* subdit posse Episcopum diebus Dominicis, & festis Ordines minores conferre multis, non tamen ita quòd videatur Ordines generales celebrare, Ochagau. *de sacramem. Ordinis quæst. 9. num. 8.* Castald. *in praxi carem. lib. 2. sect. 15. cap. 3. num. 3.* Paul. Laymann *lib. 6. tract. 10. cap. 8. num. 1.* Madi. *de sacram. Ordinis, cap. 3. num 4.* Ioan. Suar. *in enchirid. casuum consc. lib. 5. verb. Ordo, §. datur prima Tonsura,* nouissimè mei amicissimus Diana *moral. resol. part. 5. tract. 13. resol. 97. in princ.* Concedit etiam consuetudo recepta vt feria sexta vespere præcedente Sabbatum, in quo de iure Ordines sacri conferuntur, Episcopis fas esse Ordines minores dare, quasi in hoc officio censeatur incipere dies Sabbati pridie vesperi, Henriq. *d. lib. 10. cap. 12. §. 2.* vbi reddit rationem huius consuetudinis permittentis Episcopis in die Veneris vesperi conferre minores Ordines, vt scilicet ipsi ea cura vacarent, potiorque in Sabbato maiori cum solemnitate sacros Ordines dare, refert Molfes. *in sum. Theologia moralis tract. 2. cap. 14. num. 7.* & idem Henriq. *in d. §. 2.* ex communi praxi, & consuetudine attestatur Episcopos habere potestatem promouendi ad minores Ordines feria quarta quatuor temporum, refert Sanch. *d. dub. 52. num. 3.*

22 Dubitari potest, quinam sint isti dies Dominici, & festiui, in quibus Episcopi minores Ordines conferre possunt: etenim gloss. *verb. ad sacros in cap. sanè, de temp. ordinat.* dicit diebus solemnibus. Syluester verò *verb. Ordo 2. num. 6. vers. secundùm,* dicit præcipuis diebus, prout etiam vtitur text. *in cap. de feriis,* ibi, *diebus autem Dominicis, & aliis præcipuis festiuitatibus.* Alij tandem intelligunt de omnibus festiuitatibus expressis *in cap. fin. de feriis.* Ego tamen semper intellexi hos dies festiuos debere esse de præcepto, prout reperi tenuisse Viuald. *in candelabro aureo part. 1. tit. de sacram. Ordinis, num. 35. vers. tertia conclusio,* & me citato *in hoc loco* Ferentil. *ad Buratt. decis. 758. num. 14.* Nald. *in sum. verb. Ordo, num. 15.* Syluest. *in sum. verb. Ordo 2. q. 2.* Zanard. *in direct. p. 1. de sacram. Ordinis, cap. 3.* Barthol. à Ledesma *de sacram. Ordinis, dub. 15.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 11. diffic. 13. num. 4.* & non contradicit Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 1. cap. 27. vers. vlt.* Et sufficit si in Diœcesi sua sit solemnitas diei festi, licèt vbique non celebretur, ex traditis per Henriq. *lib. 9. cap. 28. §. 1.* Quamuis supradicta sententia securior sit, non desunt tamen plures summæ auctoritatis viri, qui contrarium, nempe dictos dies festiuos tam in Ordinibus minoribus, quàm in minoribus ex priuilegio sumendis sufficere, vt sint de festo duplici, licèt non seruetur Ecclesiæ præcepto, neque in illis abstineatur ab operibus seruilibus, vt per Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1. lib. 1. cap. 2. num. 15.* vbi hoc probabilis asserit, Homobon. de Bonis *in resp. casuum conscient. vol. 2. p. 5. resp. 207.* Gauant. *in Enchir. Episcop. verb Ordines minores, num. 15.* Tanner. *tom. 4. disp. 7. q. 3. dub. 2. num. 44.* Franc. Halliet *de sacris Ordinib. p. 2. sect. 7. cap. 1. art. 1. num. 2.* Ioan. Præposit. *in 3. part. D. Thomæ q. vnic. de sacram. Ordinis dub. 15. num. 150.* vbi aduertit dispositionem *cap. de eo, de tempor. ordinat.* dum minores Ordines diebus festis dandos esse ait, non tantùm intelligendum de festo quod seruatur in populo, sed etiam de eo quod seruatur in choro, tetigi suprà *alleg. 17. sub n. 7.*

Pro prima Tonsura non designatur certum tem- 23
pus.

pus, sed in omni potest conferri, prout resoluunt Armil. *verb. Ordo, num.* 8. Tabien. *eod. verbo*, §. 2. Barthol. à Ledesma *dub.* 15. *de ordine*, Sanch. *in opusc. moralib. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 52. *num.* 1. Valer. Regin. *d. lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 26. *vers. certum est*. Lauter. de Franchis *d. pag.* 79. *in resp. ad* 17. Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 12. §. 1. Thom. Valasc. *d. alleg.* 4. *num.* 3. Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 7. *cap.* 5. *num.* 1.

24 Ad ritum pertinet locus vbi ordinatio fieri debet, & est quælibet Ecclesia, tametsi non Cathedralis, Tabien. *verb. Ordo* 5. §. 1. Syluest. *eod. verbo* 2. *n.* 8. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 27. nouissimè Lauter. de Franchis *in controuers. inter Episcop. & Regul. pag.* 79. *in resp. ad* 18. Licebit tamen Episcopo eos dare vbi libuerit, dummodo sit in sua Diœcesi, vel in aliena de Episcopi consensu, iuxta *gloss. fin. in cap. ordinationes* il 2. 75. *dist.* per text. *in cap. quando, ea dist.* etiam in domo, dummodo Episcopalis sit, Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 11. §. 8. Aloys. Rice. *in praxi aurea, resol.* 274. imò & in domu non Episcopali de consuetudine licere, & se non semel seruari vidisse refert Campan. *d. rubr.* 6. *cap.* 2. *n.* 17. Sanch. *in opusc. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 50. *num.* 1.

25 In loco verò interdicto, & personis interdictis Ordinis Sacramentum conferri non potest: tum quia interdictum prohibet vsum omnium Sacramentorum, exceptis specialiter à Iure concessis, in quo nullibi repetitur concessum, vt in loco interdicto Ordines conferantur; tum quia hoc Sacramentum non de necessariis ad salutem; ita meritò resoluunt nostri per text. ibi *in cap. non est, de sponsalib.* & Theologi *in* 4. *dist.* 18. Post Palud. *ibi q.* 8. *art.* 2. *concl.* 2. D. Antonin. 3. *part. tit.* 16. *c.* 24. *ad medium*, Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 179. *in fine*, Cou. *in cap. alma mater p.* 2. §. 3. *num.* 6. Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 45. §. 4. Vgolin. *de censur. tab.* 5. *cap.* 7. §. 2. Auil. *eod tract. part.* 5. *disp.* 4. *sect.* 1. *dub.* 8. Suar. *eod. tract. disp.* 33. *sect.* 1. *à n.* 44. Sayr. *eod. tract. lib.* 5. *c.* 7. *à num.* 34. Bonacin. *eod. tract. disp.* 5. *punct.* 2. §. 3. *num.* 3. Benzon. *de Iustitia Pontificij interdicti, c.* 6. *vers. nec Episcopo, cum seqq.* vbi resoluit non licere Episcopo tempore interdicti conferre Ordines maiores, seu minores, etiam primam Tonsuram quibuscumque etiam Regularibus. Quamuis autem necessaria non sit in hoc proposito distinctio inter generale, vel speciale interdictum, vt ostendit Suar. *vbi proximè*, quia quocumque modo ponamus personas, vel loca interdicta, ita vt interdictio ligentur, nunquam ab eis, vel in eis Ordines suscipi, aut conferri possunt. Contemnendus tamen non est ad maiorem explicationem discursus, quem latè prosequitur Sayr. *d. cap.* 7. *à num.* 36. & ante eum Abb. *in d. cap. non est, num.* 8. *vers. dubitatur*, & latiùs Alexand.

26 de Neuo *ibi à num.* 23. nam † si generaliter interdicatur populus, clerici etiam primæ Tonsuræ, sicut & laici alterius populi, in eodem, vel alio loco Ordines suscipere non prohibentur, sicut etiam, interdicto generaliter loco, laici, & clerici eius loci alibi Ordines suscipere non prohibentur, quia omnes isti eo interdicto non ligantur, iuxta receptissimas traditiones, desumptas ex text. *in cap. si sententia, de sentent. excommunic. lib.* 6. quando autem personæ personaliter interdictæ sunt, & specialiter, certum est & indubitatum, eis & ab eis Ordines conferri non posse, sicut nec in loco interdicto specialiter.

27 An in Sabbato sancto, vbi est locus interdictus, Ordines conferri possint? Dubitant nonnulli, quia videtur festum Paschatis à Missa eius Sabbati inchoari, & consequenter iuxta concessionem *cap. alma mater*, §. *in festiuitatibus, de sentent. excommunicat. lib.* 6. Diuina omnia in eo prohibita non esse. Sed quicquid sit in ea quæstione, vnde festum Paschale incipiat, in proposito negatiuè est resoluendum; quia *in d. cap. alma mater. in princip.* regula negatiua constituitur circa Sacramenta, & diuina Officia: deinde *d. §. in festiuitatibus*, solùm concedit Missæ sacrificium, & diuina Officia, atque ita vsum Sacramentorum denegare videtur, iuxta reg. *cap. nónne, de præsumpt.* cum vulgar. Quo fundamento sic post Palud. communiter receptum resoluit Couar. §. 3. *n.* 4. *vers. tertium d. loco.*

Vtrùm autem si immineat necessitas ordinandi ministros, veluti si tempore pestis non adsit copia ministrorum, qui Sacramenta administrent, quæ interdicti tempore permittuntur, nec existat locus, præter illud interdictum, in quo possint Ordines conferri, controuertunt Doctores, an in eo licitè conferantur? Negatiuam partem tenent Sylu. *verb. interdictum* 5. *quæst.* 7. quem dubitans magis sequi videtur Couar. *d.* §. 3. *num.* 4. *vers. tertium*, & Vgolin. *d. cap.* 7. §. 2. *in fine*, fundatus in nimia clericorum abundantia. Affirmatiuam tamen partem securè tuentur Abb. *in d. cap. non est, num.* 8. *in fine*, & alij, quos refert Henriq. *d. cap.* 45. §. 4. & data vera necessitate Ministrorum fatentur Sayr. *d. cap.* 7. *num.* 38. Auil. *d. dub.* 8. *concl.* 2. Fr. Emman. *quæst. regular. tom.* 1. *q.* 109. *art.* 1. & ad hæc reducendus est Villad. *de irregul. c.* 5. *n.* 3. licèt generaliùs loquatur. 28

ALLEGATIO XII.

Episcopus quæ efficere debet vt Clerici in minoribus fori priuilegio gaudere valeant?

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus, si coniugati non sint, Iure communi attento, fori priuilegio gaudebant, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, sicut & clerici in maioribus.*

2 *Clerici in minoribus hodierno iure Concilij Trid. quando gaudeant fori priuilegio.*

3 *Clerici primæ Tonsuræ, seu minorum Ordinum beneficium habentes gaudent priuilegio fori in ciuilibus & criminalibus.*

4 *Beneficiatus ad effectum, vt effugiat forum seculare non sufficit probare titulum beneficij, nisi etiam probet illius possessionem.*

5 *Beneficiatus, qui propter intrusum non fuit adeptus possessionem si collatio beneficij sit valida, fori priuilegio gaudet.*

6 *Beneficiatus gaudet priuilegio fori in ciuilibus, & criminalibus, etiamsi habitum clericalem, & Tonsuram non deferat.*

7 *Beneficiatus gaudet fori priuilegio etiamsi beneficium sit modici valoris.*

8 *Pensionem habens solitam concedi clerico, fori priuilegio gaudet.*

9 *Coadiutor positus per Papam, qui est primæ tonsuræ, vel minorum Ordinum gaudet eodem fori priuilegio.*

10 *Capellanus, cui capella in perpetuum, vel in titulum fuerit assignata per Papam, aut Episcopum, gaudet fori priuilegio.*

11 *Præstimonium, vel fratantium habens gaudet eodem fori priuilegio.*

12 *Clericus non beneficiatus, sed in prima, vel in minoribus tantum Ordinibus constitutus, quæ habere debet vt hodie fori priuilegio gaudeat.*

13 *Licen*

13 *Licentia danda per Episcopum clerico, vt in certa Ecclesia inseruiat ad effectum gaudendi fori priuilegio, debet esse expressa, sufficit tamen, quòd fuerit oretenus concessa.*

14 *Ecclesia non sufficit inseruire ad hunc effectum bis vel ter, sed requiritur perseuerantia, saltem pro maiori parte temporis.*

15 *Clericus in minoribus ad hoc, vt priuilegio fori gaudeat debet, portare habitum, & Tonsuram tempore capturæ.*

16 *Iudex Ecclesiasticus cognoscit an scilicet habitus, in quo fuit repertus, sit conueniens.*
Inuentus dicitur, qui fuit inuentus & captus, ibid.

17 *Clericus qui tempore delicti commissi habitum, & tonsuram non deferebat, si postea reassumpsit tempore capturæ, vel purgationis fori priuilegio gaudet.*

18 *Clericus in minoribus ad hoc, vt fori priuilegio gaudeat debet, habitum clericalem, & tonsuram deferre, vtrumque simul.*

19 *Monitio trina non requiritur, vt clericus non incedens in habitu, & Tonsura, amittat clericale priuilegium.*

20 *Clericus portans vestes laicales aliqua rationabili causa, vel captus cum illis solitus Tonsuram, & clericalem habitum deferre, gaudet fori priuilegio.*

21 *Clerici in minoribus attento iure communi fori priuilegio gaudebant, etiamsi neque habitum, neque tonsuram deferrent.*

22 *Ordinatio Regni Lusitaniæ quid super hoc disponat, ostenditur.*

23 *Clericus enormia committens sine habitu, & tonsura incidens non præcedente trina monitione poterat iure communi à iudice seculari puniri.*

24 *Iuri communi requirenti prædictam trinam monitionem, vt fori priuilegium amittatur, derogatum est per Concil. Trident.*

25 *Clerici in minoribus coniugati solum in criminalibus, non autem in ciuilibus fori priuilegio gaudent.*

26 *Clerici in minoribus coniugati, vt fori priuilegio gaudeant, necesse est quod cum vnica virgine contraxerint, vestes deferant & tonsuram.*

27 *Ordin. Reg. Lusitanorum attenta vt huiusmodi clerici in minoribus coniugati gaudeant fori priuilegio, requiritur quod tempore delicti, & capturæ habitum, & Tonsuram deferant.*

28 *Clericus coniugatus incedens sine habitu, & tonsura si pro crimine capiatur, deinde è carcere fugiens habitum, & tonsuram reassumat, an fori priuilegio gaudeat.*

29 *Clerici coniugati negotiis secularibus se immiscentes, an fori priuilegio gaudeant.*

30 *Clerici in casibus in quibus priuilegio clericali priuantur, an possint puniri à iudice seculari nulla præcedente degradatione.*

31 *Clerici qui decreto Concilij Trid. fori priuilegio priuantur, priuilegio etiam Canonis an censeantur priuati, disputatur.*

32 *Cognitio, & decisio dubij circa clericatum ad quem iudicem pertineant, Ecclesiasticum ne, an secularem? discutitur.*

33 *Remissio clerici facienda est sine eius dedecore, ob reuerentiam clericalis dignitatis.*

34 *In flagranti quis deprehedi dicitur, quando incarcerandus, nec fugere, neque inficiari potuerit.*

35 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui, & sententiæ Iudicis secularis in clerico remisso.*

36 *Clericus coniugatus an ex dispensatione Episcopi capax sit beneficij Ecclesiastici, remissiuè.*

37 *Nouitij sunt Ecclesiasticæ personæ, & priuilegio fori gaudent.*

38 *Conuersi veri religiosi sunt, & priuilegio fori, ac Canonis gaudent.*

39 *Oblati qui se, & sua in totum Religioni tradiderunt, gaudent priuilegio fori.*

40 *Deputati auctoritate Prælati ad aliquod Hospitale erectum auctoritate Ordinarij, gaudent fori priuilegio.*

41 *Fratres tertij Ordinis Sancti Francisci, quando gaudeant fori priuilegio?*

42 *Eremitæ, qui nullam profitentur Religionem, exempti non sunt à potestate seculari, nec priuilegio Canonis gaudent.*

43 *Eremitæ professionem emittentes priuilegio fori, & Canonicis gaudent.*

44 *Pœnitentes seculari iudicio sunt subiecti, neque aliquo fori priuilegio gaudent.*

45 *Militares Religiosi fori priuilegio gaudent, etiamsi professi non sint.*

46 *Militares ex Ordinibus Christi Domini, Diui Iacobi, & similibus, an veri Religiosi sint.*



LERICI in minoribus, si coniugati non sint, attento Iure communi fori priuilegio gaudebant, sicut & clerici in maioribus, etiam quoad cætera exemptionis priuilegia à potestate seculari. Appellatione enim clericorum ex verbi proprietate continentur etiam clerici in minoribus. Patet, quia cleros idem est, quòd sors, *cap. cleros 21. dist.* & ideo cùm omnes clerici etiam in minoribus in sortem Domini, diuinaque ministeria exercenda, vocentur, *d. cap. cleros, cap. perlectis 21. dist. c. cùm secundùm, de præbend.* ibi. *etiam in minoribus propriè clericos nuncupari*, sequitur eisdem priuilegiis, & exemptionibus frui debere, quibus & alij fruuntur in maioribus, & probat text. *in cap. 2. de foro comp.* ibi, *aut clericum vllum*, si intelligas ampliatiuè, ad clericos in Sacris, de quibus immediatè egerat, & insuper consideres vniuersalem affirmatiuam, quæ in prædictis verbis inuoluitur, & quæ resultat ex vniuersali negatiua, quæ in textu formaliter exprimitur, *ex hac enim nullus iudicum secularium, neque Presbyterum, Diaconum, aut clericum vllum destringere, aut condemnare præsumat*, sequitur vniuersalis affirmatiua, *omnis clericus, tam in maioribus, quàm in minoribus potitur priuilegio fori, ne à seculari iudice distringi valeat aut condemnari*; quamuis aliter prædicta verba intelligat Gutier. *de iuram. confir. p. 1. c. 17. n. 12.* & ita clarum est de iure clericos prima Tonsura, vel in minoribus constitutos, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, gaudere fori priuilegio, & à seculari potestate exemptos esse, vt probant text. *in cap. clerici, & in cap. cùm non ab homine, de iudic. & in d. cap. 2. de foro comp.* cum similibus, resoluunt Nau. *in man. cap. 27. num. 79.* Aym. *cons. 616. num. 13. lib. 4.* Suar. de Paz *in pract. tom. 2. pral. 2. n. 26.* Menoch. *de arbitr. casu 246. num. 1.* Camill. Borrel, *cons. 15. n. 23.* Ioan. Garcian. *reg. 9.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 10. n. 1.* Cou. *pract. cap. 31. num. 5. in fine*, Farin. *in praxi crimin. quæst. 8. num. 5.* me citato sæpissimè *in hoc loco* Castr. Palao *in opere moral. tract. 12. quæst. vnica puncto 2. in princip.* Perez de Lara *de Capellan. cap. 5. n. 8.* nouissimè me citato *in hoc loco* Torreblanca *in Practicab. Iuris spirit. lib. 15. c. 5. n. 19.* 1

2 Hodie tamen ex decreto Concilij Trident. *sess. 23. de reform. cap. 6.* propter multitudinem forsan clericorum, huiusmodi clerici in minoribus non gaudent fori priuilegio, nec in ciuilibus, nec in criminalibus,

nalibus, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant; aut clericalem habitum, & Tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiant, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versentur: consonat apud nostros Lusitanos Ordinatio Regia *lib.2. tit.1. §.27.* & apud Hispanos *l.1. tit.4. lib. 1. noua recopil.* tradunt Salzed. *ad Bernard. cap.62. num.9.* Garcia *de nobilitate glos.9. num.50.* Henriq. *in sum. lib.10. cap.15. §.2. & lib. 14. cap. 49. §.1. in fine,* Suar. de Pace *in praxi tom.2. praeludio 2. num.6. & 7.* Morl. *in emporio Iuris part.1. tit.2. in praeludiis num.138.* Ceuall. *commun. contra commun. quaest.496. num.579. tom.4.* Curi. Philip *part.3. §.1. n.3.* Garcia Mastrillo *Siciliae decis.119.* D. Barbos. *in l. Titia num.36. ff. soluto matrim.* Valasc. *consult.131. num.32.* Fr. Emman. *quaest. Regularium tom.2. quaest.139. art.2.* Carol. de Grassis *de effectibus cleric. effectu 1. à num.167.* Nicol. Garcia *de beneficiis part.2. cap.2. num.2.* Thom. Valasc. *alleg. Iuris tom.1. alleg.10. num. 2. & alleg. 14. num.1.* Marc. Anton. Genuens. *in prax. Neap. cap.7.* Leo *in thesauro fori Eccles. part.1. cap.11. num. 2. & 3.* Farin. *in praxi crimin. quaest. 8. num. 5. & à num. 60.* Vgolin. *de potest. Episcopi cap.12. num.3.* Aloys. Ricc. *Neap. decis.111. part.4.* Molfes. *in sum. Theologiae moralis tract.2. cap.3. n.17.* nouissimè Spercil. *decis.26. per tot.* Ciarlio *controu. forens. c.10. à n.2.* Bonac. *in 8. praecepto. Decal. disput.20. quaest.2. par.1. §.4. num. 10. cum seqq.* me citato *in hoc loco* Torreblanca *dict. lib. 15. cap. 5. à num.2.*

3 Clerici igitur primæ Tonsuræ, seu minorum Ordinum beneficium habentes, gaudent priuilegio fori in ciuilibus, & criminalibus, vt probatur ex Concil. Trident. *d. cap.6.* & tradunt Mascard. *de probat. concl.302. num.14.* Gutier. *practic. lib.1. quaest.7.* Mari. Antonin. *var. lib.1. resol.48. num.22.* à Ponte *lib.1. cons. 24.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 18. num.102. in glos. lit. E.* Diana *resol. moral. part.1. tract.2. de immunit. resol.28.* Garcia *d. cap.2. num.3.* vbi ampliat, & decisum refert, etiamsi clericatui renuntiauerint, Molfes. *in sum. lib.2. lib.3. num.17.* Duard. *in Bullam Cœnae d. Canon.15. quaest.15. num.64.* Thom. Valasc. *d. alleg.10. num.9.*

4 Et beneficiatus ad effectum vt effugiat forum secularem, non sufficit probare titulum beneficij, nisi etiam probet illius possessionem, vt disponit Ordin. Reg. Lusitan. *lib.2. tit.1. §.25.* & ita resoluunt Clar. *in §. finali quaest.37. num.21. vers. hac autem, in fine, & vers. Regulariter autem,* vbi Baiard. *num.14.* Menoch. *cons.350. num. 6. cum seq.* Sigismond. Scacc. *de iudic. causar. ciuil. lib.1. cap.11. num.82.* Mascard. *de probat. concl.302. num.16. & 17.* Farin. *d. quaest.8. num.45. & 70.* Carol. de Grassis *d. effectu 1. num.1187.* Card. Tusch. *in pract. concl. lit. B, concl. 78. num. 8.* Thom. Valasc. *d. alleg. 10. ex num. 10.* me citato *in hoc loco* Marchin. *de sacram. Ordinis p.2. tract.1. cap.15. diffic.3.* Castr. Palao *vbi suprà num.5.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis.388. in 1. edit. & resolut.327. num.1. in 2. edit.*

5 & limitat † vbi collatio beneficij esset valida, & propterea beneficiatus non fuit adeptus possessionem, quia mouit litem contra intrusum; & ita decisum fuisse referunt Marc. Anton. Genuens. *in praxi Arch. Neapol. cap.7. num.6.* Flamin. *de resignat. lib. 7. quaest. 1. num. 47.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici part.1. cap.11. num 2.* Nicol. Garcia *d. cap.2. num.14.* Quamuis contrarium, imò collationem beneficij obtinentem, etiamsi possessionem non habeat, priuilegio fori gaudere resoluant Mil. *in suo repertor. in verb. obtinere dicitur quis beneficium,* Flamin. *d. q.1. num.47.* Gig. *de pensionib. q.94. num.12.* Cened. *practic. & Canon. quaestionum lib.1. quaest. 4. num. 21.* Vilar. *del Patronado de Calatajud. 4. p. in princ. num.10.* Diana *moral. resol. p.1. tract. de immun. eccles. resol.29.* Bonacin. *d. disp.10. quaest.2. puncto 1. §.4. num.13.* Quæ quidem opinio potest procedere in incedente in habitu, in quo sufficit collatio beneficij, vt gaudeat priuilegio fori, nec opus erit constare de validitate illius, sed satis erit esse coloratam, & apparenter validam, cùm non agatur de ea principaliter.

6 Amplia *primò* huiusmodi clericum primæ Tonsuræ, seu minorum Ordinum Beneficium habentem gaudere priuilegio fori in ciuilibus, etiamsi habitum clericalem, & Tonsuram non deferat, nam in habente beneficium id non requirit Concilium: sed solùm in inseruiente alicui Ecclesiæ, vel in Seminario, aut in schola, vel vniuersitate versante, vt constat ex ipso contextu Concilij, & illa disiunctiua, aut, quæ disiungit. Ita in his terminis resoluunt Clar. *§. final. quaest.96. num.16. & 19.* Lælius Zecchius *de Repub. Ecclesiastica, tit. de clericis, vers. ad hoc,* de Ponte *cons.24. vol.1.* Fr. Emman. *in sum. part.1. cap.155. conclus.1.* Salzed. *ad Bernard. d. cap.61. num.9. vers. si tamen,* me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d. disp. unica punct.2. n.6.* Curia Philipp. *p.3. §.1. num.3. ad finem,* Azeued. *l.1. num.9. vers. sed si beneficium tit.4. lib.1. noua recopil.* Carol. de Grassis *de effectu 1. num.1195. cum seqq.* Farin. *d. q.8. num.7.* Gonzal. *ad regul.8. Cancellariae glos.5. §.5. num.6.* Ceuall. *q.563. num.3.* Nouar. *in nouo Iure Pontif. concl.117. n.6.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 7. dub.1. num.23.* Diana *part.4. tract.1. resol.89.* Thom. Valasc. *d. alleg.10. n.9.* Marchin. me citato *in hoc loco, de sacram. Ordinis tract.2. part.1. c.15. diffic.1.* Bonacin. *in d. 8. praec. Decalogi disp.10. q.2. pun.1. §.4. n.11.* Bobadil. *in sua politica lib.2. cap.18. num.102. lit. E.* Cened. *d. quaest.4. n.29.* Bellet. *disquisit. cleric. p.1. tit. de fauore clericor. person. §.8. num.7. vers. distinguendo,* Garcia *d. cap.2. num.4.* vbi *num.5.* dicit procedere etiam stante hodie *constit. 30. Sexti V. de habitu, & tonsura,* latè multos referens Torreblanca *lib. 15. cap. 6. à princ.* Inueni tamen decisum fuisse clericos in minoribus beneficium habentes eo ipso priuari priuilegio fori, si se immisceant enormitatibus, & seditiosi sint, refert Bellet. *disquisit. cleri. tit. de fauore cleric. personali, §. 8. num.7. in fine part.1.* Et nota quòd si tempore commissi delicti erat beneficiatus, proindeque de foro Ecclesiastico, etiamsi postea ducat vxorem, causa est tractanda coram Iudice Ecclesiastico, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.224. per tot.* Squillacente *de priuileg. cleric. cap.10. num.38.* Bonacin. *in Bullar. Cœnae disp.1. quaest.16. sect.1. puncto 3. num.14.* Gauant. *in enchirid. Episcop. verb. fori priuilegium n.31.* Sanch. *in opuscul. tom.2 lib 6. c.1. dub.3. num.1.* Diana *resolut. moral. part. 4. tract.1. resol.6.* Quicquid contrarium teneat Pereira *de manu Regia part.2. c.41. n.8.*

Secundò amplia procedere etiamsi beneficium sit 7 modici valoris, quia ad effectum gaudendi fori priuilegio sufficit solus titulus absque redditibus. Ita Marc. Anton. Genuens. *d. cap.7. in fine,* Aloys. Ricc. *in decis. Curiae Archiep. Neap. decis.7. & in praxi fori Ecclesiast. resol.327. vers. sufficere 3.* Campanil. *in diuers. Iuris Canonici rub. 8. cap.5. num.19.* Nicol. Garcia *de benefic. par.1. cap.6. num.37. & p.2. cap.2. num.3.* Carol. de Grassis *d. effectu 1. num. 1224.* vbi idem resoluit de clerico habente beneficium sine redditibus, de quo etiam Aloys. Ricc. *in decision. Curiae Archiep. Neapol. part. 2. decis. 189. & part. 4. decis. 28.* Diana *resol. moral. 1. tract. 3. resol. 29.* Squill. *de priu. cler. cap. 7. num.17.*

Tertiò amplia in habente pensionem solitam con- 8 cedi clerico, prout resoluunt Salzed. *ad Bernard. cap.*

67.num.

67. num. 10. alias 64. incip. *Coram secularibus*, num. etiam 11. Lazarte *de Alcanala cap.* 19. *n.* 24. Crescent. *decis.* 14. *de sent. & re iudicata*, Vilat. *del Patronado de Calatajud p.* 4. §. 3. *n.* 12. Portel. *in tract. de competencias de las iurisdiciones quaest.* 3. *num.* 10. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 155. *num.* 11. Zesol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. clericus* §. 2. *dub.* 2. me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d. disp. unic. puncto* 2. *num.* 4. Torrebianca *d. lib.* 15. *cap.* 6. *n.* 10. Et pro hac opinione scio *sacram Congreg.* decidisse obtinentem pensionem haberi pro clerico beneficiato ad effectum priuilegij fori, vt refert Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 19. *de foro comp. num.* 3. & 7. & vide nouissimam eiusdem Cong. decisionem, de qua *infrà alleg.* 57. *num.* 151. sequitur etiam nouissime Stephanus VVeyms *ad Const.* 24. *Iuris communis per Concil. Trident. innouatas, Const.* 9. *n.* 15. Marchin. me citato *d. tract.* 2. *p.* 1. *cap.* 15. *diffic.* 2. Diana *moral. resol. p.* 1. *tit. de immun. eccles. resol.* 1. *tit. de immun. eccles. resol.* 30. Sed non obstante veriori hac opinione, quam sequimur, alij contrariam tenent, & receptiorem affirmant, attestantes etiam pro hac parte fuisse decisum, ex quorum numero sunt Azeued. *l.* 1. *num.* 5. *vers. sed an pensio tit.* 4. *lib.* 1. *noua recopil.* Flamin. *de resignationib. lib.* 1. *q.* 11. *num.* 70. & *lib.* 2. *q.* 15. *n.* 15. latè, & eleganter Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 1198. *cum multis seqq.* vbi plura adducit, contrarijsque respondet, Gonzales *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 5. *num.* 6. Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiepisc. Neapol. p.* 2. *decis.* 71. *num.* 11. & *decis.* 192. *num.* 10. *ad fin* Bonacin. *d.* §. 4. *num.* 10. Nicol. Garcia *de benefic. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 70. Cened. *d. q.* 4. *num.* 32. *cum seqq.* quam intelligerem de pensionarijs non excedentibus pensionem sexaginta ducatorum auri de Camera, vt in Bulla Sixti V. quæ incip. *Pastoralis. de anno* 1580. cum Bellet. *in loco suprà citato* §. 8. *n.* 31. Duard. *d. can.* 15. *q.* 11. *n.* 64.

9 *Quartò* amplia in coadiutore posito per Papam, qui est primæ Tonsuræ, seu minorum Ordinum. Ita Nicol. Garcia *de benefic. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 98. Armendar. *vbi proximè num.* 26. Sebast. Cæsar. *de eccles. hierarch. disp.* 14. §. 9. *num.* 8. Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 7. *n.* 21. Castr. Palao *d. punct.* 2. *n.* 3. *in fine*, me citato *in hoc loco* Torreblanca *d. lib.* 15. *c.* 6. *n.* 7.

10 *Quintò* amplia in Capellano, cui capella in perpetuum, vel in titulum fuerit assignata per Papam; aut Episcopum. Ita Salzed. *ad Bernard. cap.* 64. *incip. Coram secularibus, num.* 11. & 12. Armendar. *vbi proximè num.* 26. Cened. *d. q.* 4. *num.* 37. me citato *in hoc loco* Torreblanca *d. lib.* 15. *cap.* 6. *num.* 6. Squillante *d. cap.* 7. *num.* 18. Aloys. Ricc. *p.* 1. *decis.* 190. *num.* 10. Diana *vbi suprà resol.* 31. Castro Palao *d. puncto* 2. *n.* 3. *vers secundò*.

11 *Sextò* amplia in clerico habente præstimonium, vel fratantiam, & ita resoluit Aloys. Ricc. *d. resol.* 317. *vers. sufficeret tertiò*, Marc. Anton. Genuens. *in tract. cap.* 7. *num.* 7. & me citato *in hoc loco* Squillante *d. cap.* 7. *num.* 19. Diana *d. p.* 1. *tit. de immun. Eccles. resol.* 31. me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d. puncto* 2. *num.* 3. *in princip.* Torreblanca *d. lib.* 15. *cap.* 6. *num.* 8. Præstimonia enim, quæ in titulum perpetuum dantur, & habent annexum aliquod obsequium spirituale, beneficia nominantur, Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quaest.* 1. *num.* 123. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 2. *num.* 11. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *q.* 1. Nicol. Garcia *de benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 117.

12 Clericus verò non beneficiatus, sed in prima Tonsura, vel minoribus Ordinibus tantùm constitutus, vt fori priuilegio gaudere debeat, necesse est vt clericalem habitum, & Tonsuram deferens, per Episcopum seruitio alicuius Ecclesiæ deputetur, vel in seminario clericorum, vel aliqua schola, aut vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines versetur, vt habetur in Concil. Trident. *d. c.* 6. & suprà iam innuimus *n.* 2.

Hæc licentia danda per Episcopum clerico vt ad 13 hunc effectum in Ecclesia inseruiat, sufficit quòd fuerit oretenus concessa, ita decisum refert Aloys. Ricc. *in praxi fori eccles. decis.* 601. *in* 1. *edit.* & *resol* 515. *in* 2. *edit.* me citato *in hoc loco* Castr. Palao *in opere moral. tom.* 1. *tract.* 12. *q. unic puncto* 2. *n.* 8. *vers. hoc tamen mandatum*, Diana *d. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 34. Debet tamen esse expressa, vt resoluunt Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *q.* 76. *n.* 41. Cened. *Canon. lib.* 1. *q.* 4. *num.* 24. & 26. Marchin. *d. cap.* 16. *diffic* 7. non verò requiritur specialis Episcopi assignatio ad certum ministerium in Ecclesia obeundum, sed sufficit generalis, vt contra Pereiram *de manu Regia p.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. tenent Diana *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 2. *in princ.* me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d. n.* 8. *in fine*.

Non sufficit verò quod tonsuratus virtute prædi- 14 ctæ licentiæ bis, vel ter inseruiat Ecclesiæ, quia verba Concilij *d. cap.* 6. ibi, *alicui Ecclesiæ inseruiat*, sunt significantia actum perseueratiuum, quo requiritur frequentia, & perseuerantia in seruitij præstatione, Bonacin. *d.* §. 4. *num.* 14. Cened. *d. q.* 4. *num.* 25. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 1183. me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d. num.* 8. *in princ.* Non verò omni tempore, sed pro maiori parte ipsius, quia verba Concilij non sunt intelligenda, ita litteraliter, & rigidè. Ita Capibl. *in tract. de officio Baron. pragm.* 8. *p.* 3. *n.* 30. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 440. *num.* 6. Aloys. Ricc. *p.* 4. *decis.* 154. *n.* 5. Diana *moral. resol. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 34. *vers. notandum est.* Quare si aliquo impedimento necessario interpellatum fuerit huiusmodi seruitium, non propterea diceretur priuilegio fori carere, prout decisum refert Galett. *in margarita casuum conscientiæ verb. clericus, pag.* 42. *col.* 2. Et huiusmodi seruitium debet præstari de præsenti, cùm Concil. *d. cap.* 6. loquatur per verba temporis præsentis, ibi *inseruit*, & ibi, *versetur*, Menoch. *cons.* 912. *num.* 27. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *num.* 1179. vbi *num.* 1177. resoluit quòd huiusmodi seruitium debet omnino consistere in spiritualibus, & non sufficere in temporalibus, & *num.* 1170. tenet non sufficere si seruitium præstetur alteri Ecclesiæ, quàm illi, in qua mandauit Episcopus, quod etiam resoluit Bonacin. *in Bullam Cœnæ disp.* 1. *q.* 16. *lib.* 1. *sect.* 1. *puncto* 5. *n.* 34. & *d.* §. 4. *n.* 21. Sed contrarium, immo sufficere quòd clericus inseruiat in Diuinis etiam alteri Ecclesiæ quàm illi, cui fuit per Episcopum adscriptus, tenent Nouar. *de Iure Pontif. tit. de foro compet. concl.* 6. *aliàs* 92. *num.* 5. Anton. de Marinis *quotid. qq. cap.* 58. *num.* 12. Marius Anton. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 48. & Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 111. *num.* 5. & *decis.* 154. *num.* 2. *part.* 4. Ricciul. *de iure person. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 15. Squillante *d. cap.* 7. *num.* 13. & 14. Diana *resolut. moral. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 34. quorum opinio in hac vltima impressione magis placet, prout diximus *de iure Eccles. lib.* 1. *c.* 59. §. 2. *a num.* 34. & refert me citato *in vtroque loco* idem Diana *p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 2.

Requiritur igitur, quod clericus in minoribus ha- 15 bitum, & Tonsuram deferat, nec sufficit semel, aut bis deferre, (debet enim esse actus successiuus, & frequentatiuus,) ex dictis per Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 78. *n.* 18. *vers. requirit plura copulatiuè Concil.* Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *num.* 183. *vers. sic pariter est dicendum*, Farin. *d. quæst.* 8. *num.* 68. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 172. *conclus.* 2. Bonacina *d.* §. 4. *n.* 15. Et ideò si delinquat, requiritur vt habitum & Tonsuram prædictam tempore capturæ portet, vt dispo-

nit

nit Ordinatio Regia Lusitanorum *lib. 2. tit. 1. §. 27.* ibi, *E for achade em habito, è tonsura*, notant Go nez *tom. 3. variarum cap. 10. num. 5.* Barbos. *in l. Titia, num. 35. vers. secunda principalis conclusio, & vers. ex quo infertur, ff. soluto matrim.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 10.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 190. num. 10.*

16 Si controuersia fuerit orta super probatione habitus clericalis, an scilicet ille in quo fuit repertus, sit conueniens, tunc iudex Ecclesiasticus debet cognoscere, vt firmant Stephan. Gratian. *d. c. 190. n. 13.* Farin. *in praxi criminali q. 8. num. 34.* Caualc. *decis. 10. num. 12. cum seq. & decis. 21. num. 18. & 21. p. 5.* Cened. *d. q. 40. num. 32.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. clericus, num. 3.* Laymann *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 7. num. 6.* Diana *resol. moral. p. 1. tract. 2. resol. 27.* latius infrà *num. 33.* Bonacin. *d. §. 4. num. 19.* latè & eleganter Mat. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resolut. 48. n. 1. & 2.* refert decisum Armendar. *d. l. 1. de foro comp. num. 2. in fine.*

17 Hæc suprà relata procedunt dato casu, quòd huiusmodi clericus captus sit, quia tunc ad hoc, vt fori priuilegio gaudeat, debet esse inuentus, & captus in habitu, & tonsura, & licèt Ordinatio nostra *d. §. 27.* loquatur solùm per verbum, *inuentus*, ibi *for achado*, intelligitur de inuento, & capto; quia ille dicitur inuentus, qui fuit inuentus, & captus, vt probat text. *in l. si Barsatorem, C. de fideiuss. & mandator.* cum latè resolutis per Viu. *tom. 1. com. opin. lib. 1. tit. 17. num. 218. p. 229.* Mex. *in tract. tassa panis, concl. 1. num. 31. cum seqq.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 12. num. 9. cum seq.* Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom. 1. allegat. 14. num. 10. & 11.*

18 Quando tamen clericus non captus, sed tempore delicti commissi habitum, & Tonsuram non deferebat, sed eam postea reassumpsit, eum fori priuilegio gaudere resoluunt Clar. *d. quæst. 36. vers. sed hic quæro,* Farin. *d. quæst. 8. num. 66. vers. item quid,* Mati. Antonin. *d. resol. 48. num. 8.* Thom. Valasc. *alleg. 44. n. 5.* vbi contrarium firmat de Iure Lusitano, vt infrà ostenditur *num. 28.* Si verò captus sit, & eo tempore Tonsuram, & vestes clericales non deferebat, tunc inquirendum est, an illas detulerit tempore delicti commissi, & hoc sufficit vt fori priuilegio gaudeat, sicut resoluunt Sanch. & plures ab eo citati *de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 10.* Mati. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resol. 48. num. 7.* Diana *moral. resol. part. 1. tract. 2. de immun. Eccles. resol. 32. vers. notandum est etiam.*

19 In tantum verum est clericum in minoribus, ad hoc vt priuilegio fori gaudeat, teneri habitum clericalem, & Tonsuram deferre, vt non sufficiat gestatio habitus, vel coronæ, sed vtrumque necessarium sit, ex regula *l. hac verba 124. ff. de verbor. significat.* docent Bellet. *disquisit. cler. p. 1. tit. de fauore cleric. person. §. 8. num. 7.* me citato Castro Palao *d. puncto 2. num. 7.* D. Barbosa *in d. l. Titia n. 35. vers. vltima concl.* Aloys. Ricc. *d. Neapolit. decis. 154. p. 4.* Armendar. *dicto loco num. 13.* Aloys. Ricc *tom. 4. decis. 154.* & Gauant. *in enchirid. Episcop. verb. fori priuilegium n. 8.* Quicquid dicant Mati. Antonin. *var. lib. 3. resol. 48. num. 9. & 10.* Diana *part. 4. tract. 1. resol. 93. & part. 1. tract. 1. resolut. 32.* itavt si huiusmodi clerici, vel habitum clericalem, vel tonsuram dimittant, priuilegium fori amittant, etiamsi priùs eos Episcopus non admoneat, vt habitum, Tonsuramve sumat trina enim monitio ad effectum, vt clericus non incedens in habitu, & Tonsura amittat clericale priuilegium, attenta dispositione Concil. *dict. cap. 6.* necessaria non est, prout tenent Cuc. *in instit. maior. lib. 3. tit. 6. de priuileg.* *cleric. num. 66.* Lælius Zechius *de Republica Ecclesiast. tit. de clericis, num. 6. vers. amittitur autem,* Nauar. *consil. final. num. 6. de priuileg.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 190. num. 11. vers. licet, & cap. 440. num. 7.* Giurba *cons. 41. n. 28.* Alderan. Mascard. *de statut. interpr. concl. 1. num. 108.* Bellet. *disquisition. clerical. perfen. §. 8. n. 6. vers. propterea,* nouissimè Ciarlin. *controuers. forens. cap. 20. n. 3. & cap. 36. num. 49.* Diana *d. p. 1. tract. 2. resol. 33.* & ita pluries fuisse decisum testantur Marius Antonin. *d. resolut. 48. num. 7.* Aloys. *in praxi fori Ecclesiastici, decis. 606. in 1. edit. & resolut. 530. num. 4. in 2. edit.* Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 12. num. 3. vers. 3.* vbi limitat † in Ecclesiastico 20 portante vestes laicales aliqua rationabili causa: sicut etiam limitarem in clerico etiam capto sine habitu, & Tonsura, solito illam deferre, quia tunc fori priuilegio gaudere decisum referunt & resoluunt Mat. Anton. *d. loco n. 7.* Carol. de Graffis *de effectibus 1. num 910.* Tapia *in constit. Regni de personis, num. 37.* Donat. Anton. de Marinis *resolut. quotid. c. 30. num. 3.* Diana *resol. moral. part. 1. tract. 3. resol. 23. & part. 4. tract. 1. resol. 18.* Nam sola perseuerantia incedendi in habitu laicali vt publicè existimetur laicus, priuilegium clericale amittere facit, ex resolutis per Farin. *d. quæst. 8. num. 66.* Prosp. de Augustinu *in additionib. ad Quarant. in sum. Bullar. verb. habitus clericorum, limit. 3.*

Licèt iure communi attento clerici soluti in 21 minoribus fori priuilegio gauderent, etiamsi neque habitum deferant, neque Tonsuram, D. Barbosa *in d. l. Titia num. 35. vers. & ideo,* & nunc attendat Concil. Trident. *d. cap. 6.* constitutum sit, vt in minoribus constituti fori priuilegio non gaudeant, nisi beneficium habeant Ecclesiasticum, aut clericalem habitum, & Tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiant, &c. vt suprà *hac ead. alleg. n. 1. & 2.* ostendimus; nihilominus quoad nostros Lusitanos sciendum est plus disponere Tridentinum, quàm concedebat Pij II. Constitutio Regibus Portugaliæ, à temporibus Alphonsi V. quòd scilicet clerici in minoribus non beneficiati, si non gestarent habitum, & Tonsuram, à seculari Iudice capi & puniri possent; similesque concessiones Hispaniæ, & Galliæ Regibus ab Alexandro VI. & Leone X. factas refert D. Barbos. *d. num. 35. ad finem*; quibus iam hodie non suffragantibus secundùm Concilij decisionem iudicandum est, cùm in vltimis verbis *d. cap. 6.* abrogentur omnes consuetudines, & priuilegia in contrarium, vt aduertit Thom. Valasc. *allegat. 11. n. 5. & 11.* & innuunt Bobadil. *in sua politica lib. 2. c. 19. n. 15.* & Suar. *aduersus Anglicanæ sectæ errores lib. 4. c. 27. n. 13.*

Sic etiam licèt attento Iure communi clericus 22 incedens sine habitu, & Tonsura non esset clericali priuilegio priuandus, nisi ter monitus fuisset, *cap. fin. de vita, & honest. cleric. cap. in audientia, cap. contingit 2. de sentent. excommunic.* attamen post Concilium Trident. *sess. 23. de reform. cap. 6.* propter dict. *nisi*, quæ excipit, iuxta *l. actione, C. de action.* nihilominus si non incedat clericus in habitu, & Tonsura, vt priuetur, non requiritur alia monitio, ex Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de fauore cleric. pers. §. 8. num. 6.* Thom. Valasc. *alleg. 14. n. 15.* Marchin. *d. tract. 2. p. 1. c. 25. diffic. 5.* Bonacina *d. §. 4. num. 16.* & suprà dixi *n. 19.*

Clericus verò enormia crimina committens sine 23 habitu, & Tonsura incedens de Iure communi poterat à Iudice seculari non præcedente trina monitione puniri, ex text. *in cap. ex parte il 2. tu ordin. 27. de priuil.* post Abb. Roland. Foler. & Clarum, commu-

nem dicit Farin. in d.q.8. n.56. ac de ea testantut Decixn. tract.crimin.tom.1 lib.4.cap.9.n.90. Couat pract. c.32.n.2.vers.3. Clat.d.q.36. vers. quinto modo, Marius Antooio.d.resol.48.n.6. vers. limitatur 2. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 172. num. 2. me citato in hoc loco Toireblanca d.lib.15.cap.5.num.33. adducentes etiam tex.in cap.1.de apostat.ibi, relicto Ordine clericali, & habitu, iuucto fine, ibi, per censuram Ecclesiasticam non pracipimus liberari, id est, non iuuari beneficio Canonis excommunicationem statuentis contra eos, qui violentas manus in clericos iniiciunt, sed potiùs eo non obstaote capi posse à iudice iaico, omnique priuilegio clericali priuxti; vt interpretantur ibi omnes, atque Betnard. in pract. cap.111. & meliùs ad nostrum propositum ex eodem texto communem esse, ac consuetudioe receptam, post alios, quos tefert, fatetur Salzed. in addit. ad eundem Bernard. c.139. lit. B, quiomnes, & præcipuè Farin. hanc differentiam inter istum casum, & aliom de cletico deprehenso in crimine non enormi sine habitu & Toosora notaot iotetesse; nam quando crimen enotme non est, trina requiritor mooitio, vt clericus, qui monitos habitum, & Tonsutam non teassumit, amittat priuilegium clericale. At verò quando crimen enorme est absque vlia monitione amitiit priuilegium, ex text. quem sic interpretantur in cap. perpendamus, de sent.excommun. Intelliguot præterea hanc sententiam procedere, vbi clericus non vlium, sed plura commisit crimina, ita vt quasi inueteratus in illis perseueret, extendentes omnis Iurx in hac materia loqui in oomero plurali. Ex quibus ita esse intelligenda iuxta mentem Doctorum, quos latè referunt, comprobant Farin. d. quæst. 8. num.55. Caball. resol. criminal.casu 60.n.17. Alexand. de Neno cons.59.n.21. & 22. Beilet. d. tit. de fauore clericorum personali §. 7. n. 3. vers. secundum.

24 Sed supradicta communis sententia nimis dura videtur, & contra eam tenent Couar. d. vers.3. Salzed. d. lit. B, Capic. decis.161. n.2. Boër. decis.69. n.17. Beilet. disquis. cler. p.1. tit. de fauore clericorum personali §.7. num. 3. ex eo, quia nullibi expressum reperitur, quod non præcedente trinx monitione, & non data incorrigibilitate, priuetur clericus priuilegio fori, vt à iudice seculari valeant carcerari: imò videtur expressus io contrarium ordo scriptus à Pontifice in cap. cùm non ab homine, de iudic. & fundameotis quibus communis nititur, bene respondent Cou. & Salzed. dictis locis: ad praxim tamen, quam solùm intendimus demonstrare, satisfit pro comperto haberi Iuri communi, (saltem, vt non requirxtur trina monitio,) per Concil. Trident. fuisse derogatum, vt diximus, & ita pluries fuisse decisum refert Marius Antonin. d. resol.48.n.17.

25 Quoad clericos in minoribus coniugatos Concil. Trident. dict. sess.23. cap.6. iubet obseruari Constitutiooem Bonifacij VIII. in cap. vnico, de clericis coniugatis lib. 6. vbi statuitur quòd si clericus coniugatus cum vnica, & virgine, deferat habitum, & Tonsurxm clericalem, gaudet priuilegio clericali, Borg. de Paz cons.22. num.1. Garc. de nobilit. glos.9. num.50. Decian. in tract. crimin. tom.1. lib.4. cap.9. num.40. Cur. Philip. part.3.n.7. Soar. de Paz in pract. tom.5. cap.22. num.6. Sanch. de matrim lib.7. disp.46. num.1. Ciarlin. contrauers forens. lib.1. cap.53. num.10. cum seqq. Farin. in praxi crimin. part.1. quæst.8. num.8. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol.172. in princip. Hispan.35. tit.5. part.1. Ordin. Regia Lusit. lib.2. tit.1. §.27. Tridentioum autem statuit d. loco & exigit vt huiusmodi clerici alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & Tonsura vtantor, nouissimè materiam prosequitur, Steph. VVeyms ad Constit.25. Iuris communis per Concil. Tridens. innouatas, Constit.9. super textum in d. cap. vnic. & Concil. Trident. in d. c.6. latè Camill. Borreil. in sum. decis. tom.1. tit.8. Marta de iurisdict. part.2. cap. 32. num. 29. Quæ qoidem Constitutio Bonif. VIII. in d.c. vnico priuilegium hoc multis modis restrinxit.

Primò, vt eo gaudeant clerici coniogati solùm in criminalibus, non ita in ciuilibus, vt constat ex eodem text. ibi, pro commissis ab eo excessibus, vel delictis, iuncto fine, ibi, in cateris autem eos gaudere nolumus priuilegio, &c. Farin. d.q.8. n.6. Azeu. l.2. tit.4. lib.1. Recopil. Cened. dict. lib.1. quæst.4. num.18. & 19. Ludou. Cotrea in repet. cap. inter alia, de immun. Ecclesiast. part.2. num.32. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib.4. tract.9. cap.8. n.5. Dooat. Anton. de Marin. quotid. resolut. c.58. Gabt. Pereirs de manu Reg. part.2. c.x6. num.10. Thom. Valasc. tom.1. alleg.39.n.4. & alleg.43. n.1. Ratio aotem iustissima fuit, propter multitudinem clericorum prima Tonsura, & minoribus Ordinibus initiatorum, qoi si priuilegio fori gauderent, maxima ex parte minueretur Principum seculatium iurisdictio, explicat latissimè confirmans Couarr. d. cap.31.n.6. & alij, de quibus Farin. d. quæst.8. num.7. Neque obstat argum. quo contrariam sententiam, quòd scilicet in ciuilibus eo gaudeant priuilegio, tenuit Lapus & alij, de quibus proximè citati, & in d. tract. de iure Eccles. lib.1. cap.39. §.2. n.38. & nouissimè Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 320. p.4. Marcel. Vulpe in praxi c.40. num.7. ex verbis text in d. cap. unico, ibi, criminaliter: nam debet intelligi secundùm eosdem de criminibos inteotatis crimioaliter, aot ciuiliter, iuxta præcedentia verba, ibi, pro commissis ab eis excessibus, &c.

Quamuis supradicta hæc nostra sententia procedat attento Iuris communis rigore, nihilominos tamen hodie post Concil. Trid. de sess.23. de reform. c.6. videtur probabile clericos coniugatos habentes necessarix requisita gaodere simpliciter priuilegio fori, tam in causis criminalibos, quàm merè cioiiibus, & pecuniatiis: nam hanc partem sequitur etiam communis Doctorum in Iure nostro multæ auctoritatis, videlicet Lap. alleg.40. n.1. & alleg.118. n.2. vbi Mandos. in addit. lit. A, Burg. de Paz cons.22. per tot. Ioan. Garc. d. glos.9. num.90. Marta de Iurisdict.4. p. casu 153. n.1. & 15. Carol. de Grass. de effect. clericali, effectu 1. num. 81. Duard. in Bullam Cœn. 15. quæst. 4. à num.1x. Ciarlin. d. lib.1. cap.53. num.34. idem Aloys. Ricc. p.3. decis.170. num.1. Squillante de priuileg. cleric. c.7. dub.2. n.27. Diana p.4. tract.1. resol.78. & antea p.1. tract.2. resol.50. me citato in hoc loco Castr. Palao d. p. 1. n.1. vers. de tertia. Quorum sententiam sequota fuit sacra Cong. controuersiis Iurisdictionalibus praposita in vna Regien. 17. Iunij 1631. sequenti declaratiooe. Sacra Cong. Eminentiss. Card. Iurisdict. controuersiis prapositorum censuit Oratorem gaudere debere priuilegio fori etiam in causis ciuilibus, si habet requisita cap. vnic. de cleric. coniug. lib.6. Vnde de mandato eiusdem sacra Cong. eodem die Eminentissimus D. Cardin. Gipsius scripsit litteras Reuerend. D. Paulo Coccapanio tunc Episcopo Regien. quibus id idem ei enuntiabatur, qoarum tenorem refert Ciarlin. d. c.53. n.38. per hæc verba. Illustr. & multo Reuerendo Monsignore come fratello. Sé il clerico coniugato Giacomo Gian Massetti dalla Mirandola ha tutti li requisiti di clerico coniugate espressi da sacri Canoni, senza dubio egli deue poder goder il priuilegio del fuero in tutte le sue cause ancorche ciuili, conforme l'opinione di questa sacra Congregatione, sopra le controuersie giurisditionali, che be quanto accorre dir à V.S.

à V.S. in questo particolare, alla quale mi offero, e prego ogni prosperità. Roma 17. di Giugno 1631. Di V.S. come fratello. Il Cardinal. Gessi. Francesco Paulucci Secretario. Extrà, *All' Illustre & molto Reuerendo Monsignore come fratello il Vescouo di Regio.*

26 *Secundo* restringitur dictum priuilegium ad clericus, qui cum vnica & virgine contraxerint, quod etiam disponit Ordinatio Regia *Lusitanorum lib.* 2. *tit.*1.§.27. & apud Hispan. *l.*35. *tit.*5. *part.*1. & notant Aut. Gomez *tom.*3. *variarum cap.*10. *n.*4. Alphonsus Aluarez *in speculo iuris Pontificij c.*35. *vers. si verò clericus*, Curia Philipp. *part.* 3. §.1. *num.*6. Farin. *d. quæst.*8. *n.*8. Sanch. *de matr. lib.*7. *disp.*46. *num.*1. Carol. de Grassis *d. effectu* 1. *n.*8. Steph. VVeyms *ad d. constit.*9. *n.*10. Ciarlin *forens. controu. lib.*1. *c.*53. *n.*12. nouissimè Marcel. Vulpe *in praxi Iudic. fori Eccles. c.*40. *num.*1. Camill. Borrell. *in sum. omnium decisionum tom.*1. *tit.*8. *de clericis coniug. num.*24. vbi ampliat etiamsi postea ipsa adulterium committat. Quoad hanc materiam reputabitur virgo ea; quam priùs huiusmodi clerici coniugati deflorauerunt, nec fuit ab alio cognita, nisi ab eo ipso, quoniam non diuisit carnem suam in plures, & est vnus vnius, & illa est vnica vnius. Ita Nau. *in man. cap.*27. *num.*195. Clar. *in pract.* §. *fin. q.*36. *vers. quæro an clericus*. Farin. *d. q.*8. *num.*8. Sanch. *d. lib.*7. *disp* 46. *num.* 3. & *disput.*84. *n.*13. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.*41. *n.*3. & 4. *l. Hispan.*35. *tit.*35. *tit.* 5. *part.*1. ibi, *fuera si el mismo la hubiere antes virgen*. Reputabitur quoque virgo quoad propositum vidua relicta ab alio, non tamen ab eo cognita, vtpote quia propter viri impotentiam fuit matrimonium dissolutum, vel quia primus vir mortuus est antequam carnaliter illam cognouisset. Ita Decian. *d. lib.*4. *c.*9. *n.*135. Sanch. *d. disp.*83. *n.*4. Thom. Valasc. *d. alleg.* 41. *num.*6. In dubio autem, nisi aliud probetur, præsumitur virgo ea, cum qua quis contrahit, quoniam mulieres omnes nascuntur cum habitu virginitatis, & in eo durare præsumuntur quousque deflorentur, Cou. *pract. c.*33. *n.*7. *vers. septimò*, Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 2. *n.*3. Farin. *d. q.*8. *n.*8. vbi subdit quòd etiam præsumitur vnicum matrimonium, refert Thom. Valasc. *d. alleg.*41. *num.*2. Ciarlin. *d. c.*53. *n.*14. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini lib.*2. *can.*15. *q.*4. *n.*8.

27 *Tertiò* restringitur priuilegium *d. c. vnici*, vt tunc demum eo fruantur coniugati, si vestes deferant, & Tonsuram, explicant Couar. Suar. Bobadil. Barbos. *à n* 33. Carol. de Grassis *d. effect.* 1. *n.*84. latè Farin. *à n.* 64. *d. locis*, Scacc. *in tract. de iudic. p.*1. *cap.*11. *num.*20. & 81. Thom. Valasc. *alleg.*44. *à princ.* benè Ciarlin. *d. c.* 53. vbi quòd non sufficit quælibet habitus dimissio, nisi sit continuata. Marcel. Vulpe *citato loco*, Steph.
28 VVeyms *d. constit.* 9. *num.*5.

Dubitari tamen potest, an huiusmodi clerici coniugati, si sine habitu, & Tonsura incedentes delictum committant, & habitum, ac Tonsuram postea reassumant, priuilegium retineant clericale? In qua quæstione communis sententia tenet huiusmodi clericum priuilegium retinere clericale, vt notant ex textu, iuncta glos. *verb. quamdiu, in Clem.* 1. *de vita, & honest. clericor.* recepta ex multis, de quibus Couar. *d. cap.* 31. *num.*7. D. Barbosa *num.* 33. *vers. quinimò*, Farin. *n.*66. *d. locis*. Marta *de iurisdiction. part.* 2. *cap.* 32. *num.*41. Diana *d. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 79. Thom. Valasc. *alleg.* 43. *à num.* 3. vbi post alios resoluit quòd si vir cum virgine, & vnica contraxerit nuptias de præsenti, habitumque & Tonsuram deposuerit, & mortua eum & illum reassumat, recuperabit priuilegia clericis concessa initiatis prima Tonsura, vel in minoribus Ordinibus constitutis, & Armendar. *d. loco num.*13. Ciarlin. *d. c.* 53. *num.*21. alios ex antiquioribus refert Carol. de Grassis *de effectibus cleric. effectu* 1. *num.*84. Sicut etiam priuilegio gaudere dicendum est, quamuis per aliquod tempus ante, vel post delictum, habitum, & Tonsuram dimiserint, si tamen vtroque illo tempore, & delicti, & capturæ in eo reperiantur. Ita ex mente tex. *in d. cap. vnico*, & ex Alex. Hipp. & Claro *in d.* §. *finali quæst.* 36. *n.* 15. magis receptum ex Ordin. Lusit. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 15. concludit D. Barbosa *d. l. Titia num.* 33. *vers. & per contrarium*, & post eum Thom. Valasc. *d. alleg.* 44. *num.* 4. Ratio videtur esse, quia Iure communi, ac etiam Regio Lusitanorum, quod Pontificum auctoritate firmatum innuimus *sup. num.* 22. habitus, & Tonsura illis duobus tantùm temporibus requiritur, nec in aliqua Iuris parte cautum reperitur, vt propter dimissum habitum, & Tonsuram statim priuilegium amittatur, vt constat ex supradictis. At de Iure communi verius est quod suprà diximus *n.*18.

29 Quæstio non leuiter controuersa est in hac materia, vtrum scilicet si clericus coniugatus pro crimine capiatur incedens sine habitu, & Tonsura, & deinde è carcere fugiens, habitum, & Tonsuram reassumat, & in ea iterum capiatur, gaudere possit priuilegio clericali, itaut prima captura, an verò posterior sit attendenda? In qua quæstione, quòd priuilegio non gaudeat, non raro accipi testatur Cabed. *part.* 1. *decis.* 58. *num.*8. asserens pro hac parte esse expressum text. *in d. cap. ex parte, de priuil.* dum probat clericos deprehensos in crimine sine habitu, & tonsura, à seculari potestate puniri posse, licèt postea eam reassumant, quem etiam ad hoc propositum adducit Marta *de Iurisdict. p.* 3. *cap.* 32. *num.*41. aliaque tradit Bellet. *d.* §. 8. *à num.* 12. Sed parum facit, si aduertas non agere textum de clericis coniugatis, & deinde attento tempore, & iure Decretalium, tam istos, quàm solutos, non amittere priuilegium ante trinam monitionem: sicut etiam attento Iure communi non concludit ratio, quam ex Imol. adducit idem Cabed. & ex plurium auctoritate probat Farin. *d. quæst.* 8. *num.* 66. *vers. dummodo tamen*, quòd scilicet per capturam præuenta videtur iurisdictio, & per præuentionem secularis factus est competens, vnde reassumptio Tonsuræ censetur facta in fraudem Iurisdictionis secularis. Nam stando in Iure communi dimissio habitus satis non erat, vt iudex secularis contra clericum fiat competens, non præmissa prædicta trina monitione, & consequenter cum omnino sit incompetens, non potest Ecclesiasticum præuenire, ex his, qui notantur *in cap. proposuisti, de foro comp.* maximè quia absfugiens dedit se in naturalem libertatem, adeò vt per primam capturam non possit dici facta præuentio: vnde hanc Cabedi decisionem reprobat Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 46. *per tot.*

30 Adduut multi ad hoc, vt clerici coniugati gaudeant priuilegio clericali, requiri quòd nullatenus negotiis secularibus se immisceant, quia his se immiscentes eo redduntur indigni, iuxta text. *in cap. Ioannes, in fine, de clericis coniug.* Ita Ioannes Andr. & infiniti, quos refert Sanch. *d. disp.* 46. *num.* 25. sequuntur Thom. Valasc. *alleg.* 44. *num.* 13. Camil. de Curte *in diuersorio, seu comprehensorio iuris feud. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 81. *circa finem*, Camill. Borell. *ad Bellug. in speculo Principum rub.* 12. §. *videamus num.* 1. *lit. A, vers. & tunc demum*. Scacc. *in tract. de iudic. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. *vers. tertio*. Sed melius contrarium probant Couarru. *pract. cap.* 31. *num.* 8. *vers.* 6. pluresque alij, quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp.* 46. *num.* 26. me citato *in hoc loco* Ciarlin. *d. cap.* 53. *num.* 27. optima quidem ratione, quia huiusmodi

clericis coniugatis licita eſt negotiatio, honeſta victus cauſa, vt bene probat textus in d.cap Ioannes, in fine,& conſequenter priuilegio à iure conceſſo priuari non debent,ex eo quòd licitam, honeſtam, & neceſſariam, ſecundum ſuæ perſonæ qualitatem,exercent negotiationem, Carol. de Graſſis de effectu 1. num.87.

31 Vtrùm in illis caſibus, in quibus clerici in minoribus priuantur priuilegio clericali, puniri poſſint à iudice ſeculari nulla præcedente degradatione, de qua in cap.2. de pœnis in 6. Vide Couar. pract. cap. 32. num.6. Farinac. d. quæſt.8. num.57. Thom. Valaſc. alleg. 51. per totam, affirmatiuè reſpondentes, quod ſine degradatione, ex recepta conſuetudine, à ſeculari iudice puniri poſſunt, præuia tamen declaratione ſui Ordinarij amiſſionis priuilegiorum, vt ex infrà dicendis apparebit, me citato in hoc loco nouiſſimè Torreblanca in practicab. Iuris ſpirit. lib.15. cap.4. num.12.& cap.5.num.17.

32 An autem clerici, qui in prædicti Concilij Trident. decreto fori priuilegio priuantur, priuilegio, etiam Canonis intelligantur priuati? In qua quæſtione negatiuam partem tenent, & ſecundùm illam decretum fuiſſe teſtantur, Bellet. diſquiſit. clerical. p.1. tit. de fauore cleric. perſ.§.8.num.19. Gonzal ad reg.8.Cancell gloſ.5. num.7. Nicol. Garcia de benefic. p.2. cap.2. n.20. Aloyſ Ricc. in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.607. in 1.edit & reſolut.531.num.7.in 2.edit. Molfeſ.in ſumma Theologia moralis tract.2.cap.4.n.18.me citato in hoc loco Torreblanc.d.lib.15.c.6.num 22.Contra Felician. de cenſib.lib.2.c.vltimo num.14. Sic etiam clericus primæ Tonſuræ, etiamſi non gaudeat fori priuilegio, gaudere tamen poteſt priuilegio cap Odoardus,de ſolution. vt reſoluit Galettus in margarita caſuum conſcientiæ, verb. clericus pag.40. col. 2. & referunt deciſum Armendar in addit.ad recop.legum Nauarra lib.2. tit.19.de foro compet.num.2.pag.93. & Molfeſ.loco pridem citato. Marchin.d tract.2. part. 1. cap.15. diffic.8. me citato in hoc loco Torreblanca d. lib. 15. cap.6. num.11.

33 Quæſtio denique in hac materia controuerſa, difficilis, & quotidiana eſt, ad quem ſcilicet iudicem, Eccleſiaſticum ne, an ſecularem, pertineat cognitio,& deciſio dubij circa clericatum, quando ſcilicet deprehenſus in crimine à ſeculari iudice clericum ſe eſſe dicit, & ad iudicem Eccleſiaſticum remitti petit? Vel ſi dubium ſit an habitum, & Tonſuram deferat, cæteraſque habeat qualitates neceſſarias, vt priuilegio clericali gaudere debeat? In quo dubio eam defendi ſemper ſententiam, ad Eccleſiaſticum iudicem pertinere cognitionem huiuſmodi per expreſſum text. in cap. ſi iudex laicus, de ſent. excommunic. lib.6.vbi reddit rationem ſummus Pontifex,quia de ſpirituali, & Eccleſiaſtica agitur: de ſpiritualibus autem nulla ratione laicos cognoſcere poſſe generalis eſt iuris regula conſtituta in cap.2. de iudiciis,cum vulgaribus; atque ita noſtram hanc ſententiam firmant, ac latè probant poſt antiquiores Couar.pract.cap.33.n.1.& poſt Ripam Salaed.ad Bernar.cap.61.n.14. Nau.in cap.nouit, de iudic. notab. 66. n. 4.Marc.Anton,Genuenſ. in pract.Neapol.c.38. num.6. in fine, Mulin. de Iuſtitia tract. 3. diſput. 19. num.11. Suar. de Paz in practic. tom.1. prol. 2. num. 6. Seraph. deciſ. 742. num. 5. Ioſeph. Seſſe de inhibitionibus cap. 5.§.6. num. 78. Bellet. d. tit. de fauore clericor. perſon. §.14. à princip. D.Barboſ. in d. l. Titia num.28. & 27. Cur.Philip p.3.§ 1. num.11. latè & eleganter Anaſt. Germon. de ſacrorum immun. lib. 3. cap. 15. à num. 55. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap.190.à num 13. Marius Antonin. variar. reſol. lib.3. reſol. 48. à principio, Farin. d.quæſt.8. num.33. vbi num.34. ampliat procedere non ſolùm quando quæſtio eſt ſuper clericatu, ſed etiam quando eſt ſuper veſtibus, an ſcilicet in habitu inceſſerit, & Tonſura; Ambroſin. de immunit. Eccleſ.c.23.num.15. Melch Lotter.de re benef lib.3. q.16. n.69. Caſtr.Palaus in opere moral tom.2. tract.12. diſp vnic.punct.4. num.7. Duard.in Bullam Cœna lib.2. can.19 q.8.num.19. Bonac. in eand. Bull. diſp.1. q. 16. ſect.1.punct.6.n.31.Sanch.in opere mor.tom.1.lib.6.cap.1. dub.3.

Verior tamen in hac quæſtione reſolutio habet, 34
quòd coram iudice Eccleſiaſtico de clericatu,& aliis neceſſariis cognitio ſemper eſt habenda, citatis tamen iudice, & fiſco ſecularis Curiæ, nam verificatis verificandis iudex Eccleſiaſticus poterit declarare N. eſſe clericum, & gaudere priuilegio fori, & deinde eſt petenda remiſſio, cum intimatione dicti decreti, iuxta d.cap ſi iudex; ita refert ex Farinac. & aliis Marin. Anton. d. reſolut. 48.num.24. me citato in hoc loco Ciarlin. d.cap.53. num. 19. Quæ remiſſio facienda eſt ſine clerici dedecore, ob reuerentiam clericalis dignitatis, vt ex Clarn d. q. 36. verſ. quæro quomodo,dicit Mari.Anton.d.loco num.25.& intra certum terminum,nempe 20.horarum, aliàs iudex clericum retinens vltra prædictum tempus incurreret excommunicationem Papalem,d.cap ſi iudex,cap.nuper, de ſent.excomm. Sicut etiam clericus notorius in Sacris,vel beneficiatus repertus in flagranti delicto à iudice ſeculari,debet ſtatim,& incontinenti, ante cognitionem de Clericatu,Eccleſiaſticæ Curiæ reddi,d.cap ſi iudex. In flagranti verò deprehendere dicitur,quando nec fugere, nec inficiari potuerit,Menoch.conſ.82 num.179.Ant.Monach. Lucenſi deciſ.38. n.2. † Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſ- 35
ſui, & ſententiæ iudicis ſecularis in clerico remiſſo, Cur. Philipp.part.3.§.1.n.11.Decian.tract. crim tom.1. lib.4.cap.19.n.21. Suar.de Paz in praxi tom.2. Præl. 2. num.11 & 12.Valaſc.conſ.48.n.9.

Vtrùm clericus coniugatus ex diſpenſatione Epi- 36
ſcopi capax ſit beneficij Eccleſiaſtici? Vide infrà alleg. 72.poſt num.78.

Vltra clericos in minoribus, de quibus hucuſque egimus, qui iuxta formam Concil.Trident.fori priuilegio gaudere poſſunt, ſunt & alij, qui huiuſmodi priuilegio capaces exiſtunt, ac proinde à tributis, & ſeculari poteſtate exempti, quamuis clericali tonſura,vel minoribus Ordinibus inſigniti non ſint.

Nouitij, quamuis dici nequeant Religioſi, vt re- 37
ſoluit Angel. verb.relig.num.24.rectè tamen & validè nominantur Eccleſiaſticæ perſonæ, per gloſſ.in cap. relig.§.quamuis non poſſit, de ſent.excom.in 6.& priuilegio fori gaudent, vt non poſſint conueniri coram iudice ſeculari. Ita Iaſ.in auth ſi qua mulier,num.59.C. de ſacroſ. Eccleſ. Brunor. à Sole in locis com. verb.nouitius,Galet. in margarita caſuum conſcientiæ, verb.nouitius 2. me citato in hoc loco Caſtro Palao d. punct.1. num.10.verſ ſecundo,Marta de iuriſdict.part.4.caſu 121. num.24.Curia Philipp part.3. §.1. num.12. Sayr.in florib. deciſ.lib.2.tit.2.deciſ.3. Ceual. commun. contra com. tom.4 q.897.num.1026. Azor. inſt. mor. part.1. lib.12. cap.2.q.2.Gut. de gabell.q.95.n.22.cum ſeqq.Franc.Emman.qq.reg tom.3.q.51.art.12.Campanil. in diuerſ. Iuris Canonici rub.12. cap.3. n.27. nouiſſimè Tamburin. de iure Abbatiſſarum,diſp 17.dub.6.n.1.etiam nouiſſimè Lezana in ſum. quæſt Regular.tom.1.cap.24.num.4. Mari. Giurba conſ. deciſiuo 15.n.8. Farin. in praxi criminal.q.8.n.46.ampl.16.Bonacin. in Bullam Cœna diſp 1. q.16.ſect.1.puncto 3.à num.11.Gazzin. de defenſ. reorum tom.1.defenſ.10.cap.19.n.22.Sanch.in præcepta Decalogi lib.6. cap.10. n.10.cum ſeqq. Lauter.de Franchis in

contro

controuers. inter Episcopos, & Regulares q. 46. vbi quid si extra claustra delinquant, an possint ab Episcopo puniri? affirmatiuè resoluit, & quæst. 47. tenet nouitium admissum ad Religionem ante pubertatis annos fori, & Canonis priuilegio gaudere, nisi iuxta Religionis institutiones impubes admitti nequeat, Aloys. Ricc. part. 2. decis. 121. Nouar. de variat. fori sect. 2. quæst. 46. per tot. in vlt. impress. & ex eadem ratione gaudent exemptione à tributis, & gabellis à Principe impositis, Bertachin. de gabell. p. 7. princ. n. 56. Flores de Mena var. lib. 2. q. 21. num. 198. Molin. dict. tom. 3. tract. 2. disp. 671. num. 2. Malder. in 2. 2. tract. 1. cap. 6. dub. 8. Turrian. in 2. 2. tom. 1. disp. 44. dub. 4. Bartbol. à S. Fausto in specul. confess. disp. 33. quæst. 14. n. 2. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 10. n. 10. Diana resol. moral. p. 1. tract. 2. resol. 37. Nouar. d. q. 46. n. 10. Lauret. de Franchis vbi suprà q. 48.

38 Conuersi, qui veri religiosi sunt, eo quòd etia illa vota paupertatis, castitatis & obedientiæ emittunt; priuilegio fori, & exemptionis à potestate seculari, & à tributis gaudent, prout resoluit Flores de Mena var. lib. 2. q. 21. num. 194. Hi vulgò dicuntur Fratres laici, non quòd Ecclesiasticæ personæ, & Religiosi non sint, sed quia Ordinibus carent, & clerici non fiunt, sicut alij monachi, & Religiosi. Ita Peregr. variar. lib. 6. num. 70. Bellug. in speculo Princip. rub. 11. §. videndam num. 6. vers. item comprehendi, me citato in hoc loco Castro Palao d. num. 10. in princ. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 28. Eugen. cons. 26. num. 10. Lezana in summ. quæst. regular. cap. 2. num 4. Camill. de Curte in diuersorio, seu comprehens. iuris feud. p. 2. cap. 2. num. 92. Carol. de Grass. d. effectu 1. num. 96. Nicol. Garcia de benef. part. 1. cap. 4. num. 11. Nouar. d. sect. 2. q. 65. Miranda in man. Prælat. tom. 1. quæst. 29. art. 1. concl. 1. Sic etiam huiusmodi Conuersos gaudere priuilegio Canon. si quis suadente 18. quæst. 4. per cap. Parochian. 9. de sentent. excomm. resoluunt Nauar. in man. cap. 77. num. 79. Suar. de censur. disp. 22. sect. 1. à num. 19. Paolin. Berti Lucens. in praxi crim. regular. tit. 1. cap. 3. num. 2. Bonacin. de censuris disp. 2. quæst. 4. punct. 1. n. 6. Miranda d. q. 29. art. 2.

39 Oblati, qui se, & sua in totum Religioni tradiderunt, gaudent priuilegio fori, Marta de iurisdict. p. 4. casu 113. num. 37. Nouar. d. sect. 2. q. 64. Card. Tusch. pract. concl. lit. O, concl. 16. Peregr. variar. lib. 6. num. 71. Fr. Paulin. d. cap. 3. num 3. Castr. Palao me citato in hoc loco, d. num. 10. vers. tertiò. Duard. in Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 15. q. 7. concl. 3. Sqnillaore de priuileg. cleric. cap. 7. num 43. Ricc. p. 2. decis. 88. Anton. de Marinis quotid. resol. cap. 114 num. 6. Diana p. 4. tract. 1. resol. 31. Alphons. Narbona l. 8. gloss. vnic. n. 17. tit. 5. lib. 1. Recop. Tamburin. de iure Abbatiss. disp. 74. De his latissimè in meo tract. de iure Eccles. vniuersæ lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 44. cum seqq.

40 Deputati auctoritate Prælati ad aliquod Hospitale erectum auctoritate Ordinarij, etiam fori priuilegio gaudent, vt resoluunt Valasc. consult. 105. n. 32. Carol. de Graffis d. effectu 1. n. 117. diximus d. tract. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 51. vbi num. 52. cum seqq. de inseruientibus Ecclesiæ, me citato in hoc loco Castr. Palao d. n. 10 in fine, vers. quarto.

41 Fratres tertij Ordinis S. Francisci in communitate viuentes, sunt personæ Ecclesiasticæ, gaudéntque fori priuilegio, vt disponit Ordinatio Regia Lusitan. lib. 2. tit. 2. §. 1. ibi. Porem se alguns da terceira Ordem viuerem em communidade, &c. resoluunt Graffis in decis. vineis lib. 2. cap. 49. num. 27. Curia Philipp. p. 3. §. 1. num. 15. Suar. d. sect. 1. num. 20. Mirand. in manuali Præl. tom. 1. q. 36. concl. 2. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 50. num. 4. in princip. Fr. Paulin. d. tit. 4. cap. 30. num. 6. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 663. in 1. edit. me citato in hoc loco Castro Palao d. num. 10. vers. quinto. Donat. Anton. de Marinis resol. quotid. cap. 114. num. 11. Nouar. de elect. fori sect. 2. q 66 num. 13. in vlt. edit. Diana p. 1. tract. 2. resol. 84. & p. 4. tract. 1. resol. 31. in fine, Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. clericali, §. 2. num 19. & 20. me citato in hoc loco nouissimè Ciarlin. controuers. forens. cap. 18. num. 16. & me etiam citato in hoc loco Bussi. de triplici Iubilæi priuilegio, sect. 3. casu 22. §. 6. num. 59. Bonacin. in Bull. Cœnæ disp. 1. q. 16. sect. 1. puncto 3. num 17. nouissimè Tamburin. de iure Abbatiss. disp. 7 q. 3. & disp. 17. q vlt. n. 2.

Controuersum autem est an prædicti Fratres, si in communitate non viuant, sed suæ quisque domi, fori priuilegio potiantur? Affirmatiuam opinionem, quòd scilicet tunc verè sint Religiosi, & priuilegio exemptionis gaudeant, tenent Fr. Emman. quæst. regul. tom. 2 quæst. 65. art. 4. Marc. Anton. Eugen. cons. 26. num. 1. tom. 1. Petr. de Vbald. de portion. Canon. q. 17. num. 13. & alij, quos refert ad vtramque partem Card. Tusc. tom. 4. lit. F, concl. 470. Matta de Iurisd. p. 4. cent. 2. cap. 113. num. 36. & latius quàm omnes, ex professo 20. conferens argumenta pro hac parte Beatus Ioan. Capistr. in tract. quem scripsit, defensorium tertij Ordinis Diui Francisci. Negatiua verò pars, immò prædictos Fratres non esse exemptos à potestate seculari, nec priuilegio exemptionis à tributis gaudere, ex eo suadetur, quia regulam non habent propriè, quoad tria vota substantialia, secundum modum viuendi approbatum per Sedem Apostolicam, vt ait glos. verb. obedientiam in Clement. 1. de religiosis domib. glos. similis verb. tertio in Clement. 3. de sentent. excomm. quas communiter receptas pluribus adductis testantur Duen. regul. 100. limitat. 18. Azeued. ad l. 1. num. 4. tit. 14. lib. 6. nouæ recopil. Et facit optimè text. in d. Clement. 3. quatenus decidit huiusmodi Fratres tertij ordinis, tanquam cæteros laicos admitti non posse à Fratribus Minoribus ad Diuina tempore interdicti. Quibus & alijs fundamentis hanc negatiuam sententiam tenentur Duen. reg. 100. limit. vlt. Calderin. consil 4. de Regularib. & cons. 7. de foro comp. Abb. in cap. 2. num. 12. & Felin. n. 10. de foro comp Marian. in cap. 1. num. 12. eodem tit. Decian. tract. criminal. lib. 4. cap. 9. num. 34. Bologn. cons. 22. num. 12. Vulpell. de libertate Eccles. p. 3. num. 29. Intrigl decis. 30. num. 4. Francisc. Viu. Neapol. decis. 49. num. 10. Masc. de probat. conclus. 957. num. 6. Nicol. Festas. in tract. de extimo. p. 4. cap. 1. à num. 10. Grilenz. cons. 49. num. 2. & 3. Giurba ad statata Messanen cap. 3. glos. 4. num. 25. vers. contra, & num. 26. & 27. Hering. de fideiuss. cap. 7. num. 148. nouissimè me citato Ciarlin. controuers. forens. cap. 18. à num. 3. Mol. dict. disp. 50. num 4. vers de his, Camill. Borell. in sum. omnium decis. tit. 43. de foro competenti num. 139. latè Carol. de Graffis dict. effectu 1. à num. 92. Miranda d. q. 36. concl. 2. vers. tantum ergo, Casarub. in compend. priuileg. mendicant. verb. Tertiary, Rota in Vlixbonen. iuris conferendi habitum 23. Iunij 1636. coram R. P. D. Merlino, impressa per Tamburin. post tract. de iure Abbatissar. decis. 9. num. 2. Vnde exemptionem à tributis consequi non posse decidit apud Hispanos l. 19. tit. 4. lib. 4. Ordin. & l. 2. tit. 14. lib. 6. nouæ recopil. vbi Azeued. Lazarte de decim. venditiou. cap. 19. à num. 90. Auendan. de exequen. mandatis lib. 2. cap 14. n. 28. de gabell q. 95. num. 5. & 6. Flores de Mena d. q. 21. n. 197. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 224. num. 34. & cap. 363. num. 29. De his latè dict. tract. de Iure ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 41. & 42.

Eremitæ, qui nullam profitentur Religionem, nullóque Ordine clericali sunt insigniti, nec habent 42

certum viuendi modum ab Ecclesia approbatum, exempti non sunt à potestate seculari, nec priuilegio fori gaudere possunt. Ita Duen. *reg.* 100. *limit. fin.* Armendar. *in addit. ad recepil. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 29. *l.* 1. Couar. *pract. cap.* 34. *num.* 4. *vers.* 2. *intellige*, Curia Philip *part.* 3. §. 1. *num.* 15. Boër. *in tract. de statu, & vita Eremit. num.* 13. & 14. Carol. de Grassis *d. effectu* 1. *à num.* 102. Fr. Emman. *d. tom.* 2. *quæst.* 62. *art.* 2. Flores *d. quæst.* 21. *à num.* 194. Mol. *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 2. *in prælud. num.* 141. Mol. *de inst. tract.* 2. *disput.* 141. *vers. eremita, & d. tract.* 3. *disput.* 50. *num.* 4. *in fine*, Ceual. *commun. contra commun. tom.* 4. *qu.* 896. *num.* 585. *cum seq.* Camil. de Curt. *d. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 93. Zerola *in praxi Episc. verb. Eremita*, Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 10. Fr. Paulin. *d. tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 2. *num.* 25. nouissimè Nouar. *d. praxi de variat. fori sect.* 2. *q.* 67. Bonac. *d. punct.* 3. *num.* 18. me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d. num.* 10. *vers. septimo.* Sic etiam priuilegio *Canon. si quis suadente*, minimè gaudere resoluunt Iacob. de Graffiis *in aureis decis. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 27. *p.* 1. Suar. *d. sect.* 1. *num.* 11. Molin. *d. disp.* 39. *num.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. tom.* 5. *lib.* 1. *num.* 214. Et à collectis, & gabellis immunes non esse tenent Auendan. *d. cap.* 14. *num.* 24. Gutier. *de gabell. quæst.* 95. *num.* 7. Flores *d. quæst.* 21. *à num.* 192. & *num.* 204. Fr. Emman. *quæst. regular. tom.* 3. *quæst.* 74.

43 *art.* 11. † Si tamen huiusmodi Eremitæ professionem emittant, vel votum aliquod apud Prælatum ecclesiasticum, prout in aliquibus Prouinciis extant multa illorum monasteria, tunc priuilegio fori, & exemptionis à tributis eos gaudere disponit Ordinatio Regia Lusitanorum *lib.* 2. *tit.* 11. *in princip.* & fatentur omnes ferè suprà relati, quibus addo Layman *in Theolog. mor. lib.* 1. *tract.* 5 *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. Duar. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *q.* 6. *n.* 2. Bonac. *in eandem Bull. disp.* 1. *q.* 19. *sect.* 1. *puncto* 3. *n.* 18. Squillan. *de priuil. cleric. c.* 7. *n.* 44. Donat. Anton. de Marinis *resol. quotid. c.* 114. *n.* 8. Laurer. de Franchis *in suis controu. p.* 1. *q.* 41. *pag.* 355. nouissimè me citato *in hoc loco* Bossi. *de triplici Iubilæi priuilegio sect.* 3. *casu* 22. §. 6. *n.* 60. In quo euentu credo accipiendas esse resolutiones præstitas à Marta *de Iurisdictione d. casu* 113. *n.* 1. Vide quæ dixi *d. c.* 39. §. 2. *n.* 45.

44 Pœnitentes seculari iudicio esse subiectos, nec aliquo fori priuilegio gaudere resoluunt Couar. *d. cap.* 34. *num.* 4. Decian. *tract. criminal. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 35. Morl. *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 2. *in præludys num.* 143. Carol. de Grassis *d. effectu* 1. *num.* 127. post Simanch. Roia, & Azeued. Cened. *ad Decretum collectan.* 34. Et in eo genere mulierum, quas Lusitani vocant *Beatas*, & Itali *Pinzocchere*, idem resoluunt Parlad. *lib.* 3. *rerum quotid. diff.* 9. §. 1. *num.* 5. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 8. *num.* 46. Bobadill. *in sua politica lib.* 2. *c.* 18. *n.* 199.

45 Militares Religiosos ex Ordinibus Militaribus Christi Domini, Diui Iacobi, & Diui Benedicti, Sancti Stephani, & S. Lazari, ac aliis similibus, fori priuilegio gaudere resoluunt Nauar. *cons.* 12. & 13. & 22. *de Regularibus.* Carol. de Grassis *d. effectu à n.* 109. Mendos. à Castro *in praxi Lusitana lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 12. Curia Philipp. *p.* 1. §. 1. *num.* 13. Ioan. Sancius *in select. disp.* 49. *num.* 13. Diana *p.* 3. *tract.* 2. *resol.* 61. & *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 86. Bonacin. *in Bullam Cœnæ disp.* 1. *q.* 16. *sect.* 1. *puncto* 3. *n.* 16. Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *quæst.* 62. *art.* 13. *cum seqq.* Petr. Gambacurta *de immunit. Eccles. lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 2. Leonard. Duar. *ad Bullam Cœnæ Domini can.* 15. *quæst.* 28. *num.* 5. *quæst.* 5. *concl.* 5. & *q.* 27. *num.* 50. Menoch. *illust. cap.* 105. *num.* 46. Cæs. de Grassis *decis.* 47. *à num.* 16. Menoch. *de arbitr. casu* 135. *num.* 31. *in addit.* Ioan. Maria Nouar. *de elect. & variat fori quæst.* 37. *num.* 2. *alias sect.* 2. *q.* 69. *num.* 31. *in vlt. impress.* Caball. *in criminal. resol. casu* 56. *num.* 9. & 10. & *casu* 225. *à num.* 11. adde per me citatos *d. cap.* 39. §. 2. *num.* 46. me citato *in hoc loco* nouissimè Sperell. *in decis. fori ecclesiast. decis.* 2. *num.* 97. vbi *n.* 120. refert *Sacram Congreg. immunitatis ecclesiasticæ* in *Mantuana sub die* 25. *Septembris* 1627. sic censuisse. *Sacra Congregatio censuit Equitem inquisitum & carceratum à ministris ducalibus consignari Episcopo Mantuano, vna cum originali processu facto, quamuis nullo, qui vt delegatus causam cognoscat audito procuratore Ducali, & facta consignatione vt supra, absoluatur Dux, & omnes complices ab Episcopo.* Et confirmatur ex quibusdam litteris à Rege Catholico *de anno* 1618. bonæ mem. Cardinali Carrafæ olim Archiepiscopo Neapolitano transcriptis, quibus ei mandabatur, vt horum Equitum in illo Regno degentium Iudex esset, quarum litterarum exemplum conscripsit idem Sperell. vir sanè doctus, & diligens, *d. decis.* 2. *num.* 134. vbi *num.* 125. refert Hispaniæ Reges per litteras in forma Breuis Clementis Papæ VIII. *sub dat.* 31. *Ianuary* 1600. & à Paulo V. confirmatur *die* 5. *Ianuarij* 1608. priuilegium obtinere vt in posterum causæ criminales & mixtæ cuiuscunque generis Equitum Ordinum Militarium sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ in prima instantia cognoscantur à suis Iudicibus, in secunda à duobus de Consilio dictorum Ordinum, & ab aliis duobus de Consilio Status in tertia instantia ad Maiestatem suam deuoluantur à deputandis ab ea terminandæ; quo verò ad causas ciuiles Philippus III. Rex Catholicus mandauit seruari cuiuscunque loci stylum & consuetudinem in suo diplomate Regio, quod registrauit Mastrill. *decis.* 290. *post n.* 165. Cui quidem fori priuilegio renuntiare, & se submittere iurisdictioni alterius Iudicis non possunt, Crescent. *decis.* 3. *de foro comp.* Camill. Borell. *in sum. decis. tom.* 1. *tit. de iurisdict. & imper. n.* 132. qui loquitur de Equitibus S. Iacobi, Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 216. *vers. infero sextò*, vbi de Equitibus S. Ioannis, Gazzin. *in tr. de defensione reorum defens.* 20. *num.* 17. Caball. *resolut. crimin. tom.* 3. *casu* 225. *num.* 11. *cum sequentib.* Felician. *de censib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 13.

Amplia procedere in nouitiis Ordinum Militarium huiusmodi, per text. *in cap. Religiosæ* §. 1. vbi Archid. *de sent. excomm. lib.* 6. me citato *in hoc loco* doctissimus Sperell. *d. decis.* 2. *num.* 130. *vers. contrarium tamen*, vbi attestatur hanc nostram sententiam esse verissimam, seque accepisse esse de mente Sacræ Congregationis Valenz *cons.* 95. *n.* 53. cum aliis per me citatis *d. c.* 39. §. 2. *num.* 48. quibus addo Ambros. Marchin. *in resol. pro nouitiis Ordinum Militar. in fine*, ibi. *de todo loqual consta que todos los Nouicios de todas las tres dichas Ordines Militares sin diferencia ni distincion alguna, en todos y qualesquiera delictos, sin exception alguna dellos, gozan del priuileg. del fuero*, &c. latè Thom. Carleualius *de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 3. *à n.* 139. *vsque ad num.* 445. nouissimè Diana *moral. resol. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 49. *in fine*, & *p.* 3. *tract.* 2. *resol.* 30. *n.* 4. & *p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 36. *vers. sed hos milites*, & *p.* 5. *tract.* 1. *resol.* 18. & eosdem Equites gaudere etiam priuilegio Canonis, etiamsi professionem non emiserint, post eundem Marchin. tenent Bonacin. *tom.* 3. *in Bullam Cœnæ disp.* 1. *q.* 19. *puncto* 3. §. 3. *num.* 3. Duar. *in eand. Bullam lib.* 2. *can.* 28. *q.* 8. Turrian. 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 59. *dub.* 1. Castr. Palao *tom.* 2. *tract.* 12. *disp. vnic. puncto* 9. nouissimè Diana *resolut. moral. p.* 5. *tract.* 1. *resol.* 27. & *tract.* 13. *resol.* 44. & faciunt quæ Ias. *in l. cum quedam, num.* 13. *ff. de iurisdict. omnium iud.* Tiraquell. *de re-*

tract

tract.lig.§.1.glos.8.num.32. Curia Philip.*p.3.§.1. n.13.* & quæ suprà notaoimus *num.37.* Quo fundamento in Senatu Regio ciuitatis Portugaleosis fuit indicatum præfatos nouitios fori priuilegio gaudere, vt refert Patens meus *ad Ordin. Lusit.lib.2.tit.12.§.1.n.2.* Quamois hos Equites nooitios minimè priuilegio fori gaodere teneant Cened. *canonic. q.4. num.40.* Giurba *in consil.criminal. cons.77. num.21.* Bobadil. *in sua polatica lib.2.cap.18. num.86. & in cap.19. num.17. in fine,* Fr.Emman *d.quæst.62. art.14.* Gabr. Pereira *de manu Reg.p.2.c.58.n 27.vers.illud semper.*

47 In nostro Regno Portugaliæ Milites trium Ordinum Militarium non potiuntur priuilegio exemptionis, nisi habuerint præceptoriam Militarem, vulgo, *Comenda,* aut aliquam teoentiam, seu panem ciuilem, cum habitu illius Ordinis, vulgò *tença.* Ita attestantur Valasc.*consult.131. num.5.* Meleh. Phœbos *Lusit.decis.85.num.6.cum seqq tom.1.* per Ordin. Reg. *lib.2.tit.12.§.2.* vbi refertur ita fuisse concessom Regibus Lusitaniæ per Bullam Leonis X. summi Pont. quæ quidem Bulla de solis Ordinibus Militaribus S. Iacobi & S. Benedicti de Auis loqoitor; vnde Ordinatio præfata extendens hoc priuilegium ad militiam D.N. Iesu Christi refereos se ad dictam Bullam quæ id non dicit, in hac parte dubia redditur ex defectu potestatis in legislatore, vt modò obseruatunt

48 aliqui Lositani Senatores.

De his Militibus controuertuot Doctores, an veri dicantur Religiosi? In ea semper fui opinione illos verè dici Religiosos, quam quidem tenetur Couar. Nauar. Auend. Meneh. Fortun. Garc. Bellug. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi lib.4.cap.4.cap.16.num.11.& lib.7. cap.29. n.105.* alios citat Cened. *ad Decretal. collect.29. n.4.* Iol. Cæs. Imbrian.*in tract.de iudic. Regni in præf. num.42.* Motta *in tract.de confirmat. Ordinis diui Iacobi lib.2.per totum, & præcipuè cap.2.§.19.* Bambacat. *in repet.cap.1.§.qui clericus quæst.2. n.31.cum seqq. si de fondo def. contr. fuer.* Gutier.*practic.lib.2. quæst.111. num.2.* Lezana *in sum. quæst.Regul cap.2.num.2.* Diana *moral. resol. p.1. tract. de immun resol.49.* nouissimè Trasmiera *in tract.de polygamia lib.3.quæst.12. num.26.* Bobadil. *in sua Politica lib.2.cap.19.n.11.* latè Carol. de Grassis *d. effectu 1. n. 110.cum seqq.* Fr.Emman.*quæst. Regular. tom.1. quæst.1. art.6. & quæst.13.art.2.* Ioan. Ramirez *in tract. de fundat. Ordinis S. Iacobi cap.1.fol.18.num.20.* Ayala *en la declaracion de la orden de Santiago, per tot.* & præcipuè *cap.1.& 2.* Ioan. Sanc.*in selectis disp.49.à n.11.* Rebel. *de obligat.Iustit. par.2.lib.3.quæst.4. num.13.* nooissimè Mendez à Castro *in praxi Lusitania lib. 2. cap.1. n.10.* & vide pro hac parte responsum D. Equitis Ioannis Sanctinij in Romana Curia Aduocati, quod ad me misit, doctissimis sanè fundamentis refertum. Vtrum huiusmodi Milites non esse verè Religiosos, sed secundùm quid, non improbabiliter Sarm. *de reddit. Ecclesiast part., cap.1.num.13.* Lazarte *de decim. vend. cap 19.num.92.* Girond.*de gabell. par.7. in princip. n.47.* Burg.de Paec *cons.17.num.2.* Arag.*2.2. quæst.88. art.1. pag.138.ad vlt argum.* Valent. *tom.3. in 2.2. disput.10. quæst.4. puncto 2.* Molin. *de Iustit. tractat.2. disp.141. vers est verò rigida, & dispus. 623. à num. 5. & tom. 4. tract. 3. disp.30.num.5.* Fr. Ludou. à Cruce *in expos. Bullæ disp.1.cap.6.dub.111.num 5.* Azor.*instit.moral part.2. lib.13.cap.4.quæst.4.* Azeued.*l.14.num.3.tit.5.lib.3. nouæ recopil.* Marta *de iurisdict p.2.cap.32.num.15. & n.4. casu 113. num.33.* Nicol. Garcia *de benefic. p.4. num.15. cum seqq.* Iacob. de Graffiis *tom.1.consil.lib.3.tit.de Regularib.consil.11.num.8. & 15.* quorum sententiam sequitur Rota, vt coram Seraph.*decis.583.*& apud Posti.*in tract.mandati de manut. decis.326.num.3.* Sed ex cuiusque Ordinis regulis, & Apost. confirmationibus dignoscere facilè est, qui sint veri Religiosi.

ALLEGATIO XIII.

Episcopus quæ efficere & considerare debet, vt Clerici in minoribus gaudere possint exemptione à gabellis & tributis?

SVMMARIVM.

1 *Clerici etiam primæ Tonsuræ non coniugati sunt immunes, & exempti à gabellis, & exactionibus, tributis, ac aliis similibus oneribus.*

2 *Clerici in minoribus apud Castellanos non sunt immunes à tributis, nisi actualiter habuerint beneficium Ecclesiasticum.*

3 *Idem in Regno Portugaliæ.*

4 *Leges prædictæ Hispaniæ, & Lusitaniæ nullitati subiici videntur.*

5 *Lusitaniæ Ordinationes supra hominum memoriam sciente & patiente summo Pontifice fuerunt semper obseruatæ, confirmatæque in concordatis factis inter Clerum, & Regem.*

6 *Clerici huiusmodi dicto priuilegio immunitatis gaudentes, sunt etiam exempti quoad exactiones pro necessitatibus publicis.*

7 *Murorum, & pontium ad reparationem non sunt tributa imponenda clericis absque summi Pontificis auctoritate.*

8 *Clerici negotiatores non sunt immunes à solutione gabellæ.*

9 *Clerici per viam negotiationis quando dicantur mercatores fieri.*

10 *Negotiator non dicitur, qui vendit granum, aut vinum ex redditibus sui beneficij.*

11 *Negotiari non dicitur qui vendit fructus suorum fundorum.*

12 *Negotiari dicitur clericus vendens fructus ex suo semine, suáque industria collectos ex alieno agro conducto.*

13 *Domum emens clericus ad suum vsum non soluit gabellam, secus si ad locandum.*

14 *Regulares, & Equites ex Ordinibus militaribus Christi Domini, Diui Iacobi etiam eximuntur à gabellis, & tributis.*

15 *Exemptio à tributis an concedatur vxoribus viduis prædictorum militum?*

16 *Clericus in Regnis Hispaniæ, & aliis Prouinciis tenetur denuntiare gabellariis res, quas portat.*

17 *Clerico non manifestante tenebitur mulio eius res portans denuntiare, vel damnum resarcire.*

18 *Clerici tenentur iurare in manifestatione rerum eas portare ad suum vsum, & illius iuramento statur, ita vt contrarium non possit probari, nec de eo querelari, quamuis falsum iurauerint.*



CLERRICI etiam primæ Tonsuræ, 1
seu minorum Ordinom non coniugati, de Iure communi sunt immunes, & exempti à gabellis, exactionibus, & tributis, ac aliis similibos oneribus, vt probant text.*in cap. non minus, & in cap. aduersus, de immunit. Eccles. & in cap. quamquam, de censibus lib.6.l.Presbyteros, C. de Episc. & cler.* resoluunt Coo.*pract.cap.31.* Bertach. *de gabellis part.6.num.12.* Guid. Papæ *decis.385.* Remig. *de cha-*

ritatiuo subsidio quaest.64.& 65. Ioseph. Ludouic. tom. 5. comm.opinion tit.de gabellis,concl.vnica,vers. infertur. pag.479.Auend.de exequend.mand.par.2. cap.14. n.30. Girond. de gabellis p.7. num.4. Matienz l. 11. gloss. 1. num.4 tit.4.lib.5 nouae recopil.Alexand.Trentacinq.variar.resolut.lib.1.tit.de iure fisci,resolut.5.num.7. cum sequentib.Molin.de iustit.tom.3.disp.671.num.5. me citato in hoc loco Castr.Palao in opere moral.tom.2.tract.12. disp. vnica puncto 9.num.13. me etiam citato nouissimè Trulench. in exposit. Decalogi lib.7. cap. 12. dub.5. num.11.Torteblanca in practicab. Iuris spir. lib. 15. c.6. num.43.Thom.Valasc.tom.1.alleg.28.num.1. Molin.de Iust.tom.3.tract.2.disp.270.num.5. Malder in 2.2.tract. cap.6.dub.8.Lessi.de iustit.lib.2.cap.33.dub.5. num.39. Alderan. Mascard.de statut. interp.concl.1. num.73. & 105. Grilena cons. 53. num. 16. me citato in hoc loco nouissimè Ciatlin. controu.forens.cap. 22. num. 1. nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccles.c. 27. à princ.

2 Verùm apud Hispanos attenta l.2.tit.4.lib.5.nouae recop.huiusmodi clerici non sunt exempti à praedictis,sed contribuere debent,sicut laici,nisi actualiter habuerint beneficium Ecclesiasticum, & ita per illam legem tradunt Olan.in antinomia Iuris verb.clerici num 23.Humada ad Greg.l.49.glos.3.n.4. & l.54.glos. 2.num 10.tit.6.part.1.Gutier. pract. lib. 1. q. 8. Parlad. quotid p.1.cap.3.n.16. Flores de Mena variar. lib. 2. q. 21.num.199.Don Christoph. de Pace in scholiis ad leges styli l. 212. num.2. & 3. Felician. Solis de censibus lib. 2. cap. fin.n. 13. Gutier de gabellis q. 91. Sanch. de matrim.lib.7.disp 46.num.16.Azor.instiut. moral. p. 1. lib.3.cap.vnic. q.fin.Toreblanca d lib. 15. cap. 6. n. 45. Cardoso in praxi Iudicum,verb.clericus num.74. Vasq. in opusc.de restitut c.6.§.1. dub.2. num.33. Thom. Valasc.d alleg.28.num. 3.cum seqq.Ioan.de la Crua in direct.Conscient.p.1.prec.7.q. 7. art. 3. dub. 1.concl.1. Bobadil.in sum politica lib 2.c.18.n.263.& 282.Villalob. in sum. tom.2. tract.8. diffic.14. num.5. me citato in hoc loco Trulench. dict. lib. 7. dub. 5. num. 12. Molfes. in summa Theologia moralis tract.6.c. 10. n.65. in fine, vbi tamen refert in Regno Neapol. iam esse immunes,
3 vt est notoria praxis in Regia Camera.† Idem quod in Castella, statutum est in regno Portugaliae per Ordinationem Reg. lib.2. tit.11. in princ. vt referunt Mol.d. disp.671. num.5. Aluar. Valasc. consult.131. & Thom.Valasc.d. alleg.28. num.5. me citato in hoc loco Castr.Palao d.puncto 9.n.14.

4 Quae leges,tam Hispaniae, quàm Lusitaniae Apostolicam dispensationem, siue tacitam, siue expressam praesupponunt, alioquin militari subiicerentur, quatenus praedictos clericos non habentes beneficium astringunt ad solutionem gabellae, & tributorum, maximè eos qui gaudent priuilegio fori, iuxta decretum Conc.Trid.sess.23.de refor.cap.6. Castr.Palao tom.2.tract.12 disp.vnic.pun.9.n.4. & n.14. vers.hae tamen leges.me citato Trulench.d. dub.5. n.12. in fine, & sic easdem leges, & consuetudinem, quam à Romano Pont. scitam & toleratam dicunt, defendunt Vasq.in opusc.de restit. cap.6.§.1. num.33. Lessi. de iustit.lib.2.cap.33.dub.5.n.39.Molin.de iustit.tract.2.tom. 3.disp.270.num.5.Salas de legib.q.96.tract.14. disp.14. sect.11.n.121.Turrian.2.2. tom.2. disp.44. dub.4. n.12. Gutier. de gabell. q.91. à n.5. Torrebl. de magia lib. 4. cap. 6. num. 71. sed eam clarè aduersari summorum Pont. decretis, de quibus suprà, asserunt illam damnantes Nicol.Garc.de benef.p.2.cap.3.à n.1.Megala in p.2.lib.2.cap.17.q.6.n.101. Diana moral. resolut. part. 1. tract. 2. resol. 35. referens talem consuetudinem in Regno Siciliae non extare, plures citat Doctores Ciatlin.d.cap.2.n.2.

Quoad Ordinationem tamen Lusitanam possum 5 attestari ea antiquorum relationibus, ita supra hominum memoriam semper fuisse obseruatum,sciente, & patiente Summo Pontifice, ea Valasc. consult. 141.n.11. & etiam ante illam per antiquiores leges, & Extrauagantes hoc idem dispositum, & obseruatum erat,prout constat ex Articulis gabellarum c. 11. & ex l.12.tit.3.p.5.Extrauagantium: quae quidem leges confirmatae fuerunt in concordatis factis in Romana Curia, ipso Summo Pontifice approbante,inter Clerum, & Regem Dionysium, prout referunt Anast. Germon. in asser. libertatis eccles. cap. 7. vers. maior,cum seqq. D. Barbos.in priuatis scholis ad l.filiusfamilias ff. de legatis 1. quem citat Bened. Ægid. in repet.l.1.C.de sacros. Eccles.par.5. §.2. num.12. & Cald. Pereira de empt. cap.8. num.36. & faciunt tradita per Dian.moral.4.tract.11.resol.13.

Clerici igitur gaudentes dicto priuilegio immu- 6 nitatis, & exemptionis, sunt etiam exempti quoad exactiones pro necessitatibus, & vtilitatibus publicis, & communibus, non obstantibus legibus ciuilibus,& Regiis contrarium disponentibus:nam Iure Canonico,cui in hoc standum est, ita clarè disponitur, vt in d. cap. non minus, & in cap. aduersus, de immunit. Eccles.me citato in hoc loco Castr. Palao in opere moral.tom.2.tract.12.disput. vnica puncto 9. num.3. vbi num. 7. resoluit Pontifice inconsulto Episcopi & clerici consensum non sufficere ad illas exactiones soluendas,quia ad hanc obligationem inducendam requisitus est consensus Pontificis propter imprudentiam quorumdam; ita vt etiam † ob reparatio- 7
nem murorum,pontium, viarum, &c. licitum non sit tributa illis imponere, etiam cum laicis communia sine consensu Summi Pontificis, quamuis laicorum bona ad illorum reparationem non sufficiant, nisi tanta sit necessitas,& pietas, quod sine periculo, aut scandalo ad illum recurri non possit, tunc enim sufficit Episcopi cum clericis consensus Bart.& Paul. in l. ad instructionem C.de sacros. Eccl. Angel. in sum. verb. immunitas §. 37. Syluest. eodem verbo 1. num. 20. Gregor.l.54.verb. en las calcadas tit.6. part.1. Petr. de Ledesm in sum.tom.1. tract.7. cap.2. concl.27. Gutier. pract.lib 1.q.3. D.Sahag. in c.1. de iudic. à num.25. Fr. Emman.in addit. ad explicat Bulla Crucis.§.9. num.72. Card.Tolet.in sum.lib.1.cap.19. Lancel.Gallia cons.6. num.54.& 55. Laderch.cons.145 num.4.in fine,Duard. in Bullam Coena Can.18.q.3. num.3.& q.12.num.2.& Homobon. in examine eccles.p.3. tract.15.quaest.30. in fine,nouissimè me citato in hoc loco Ciatlin d.cap.22. n.53. Molin.de iustit. tract.2.disp.672. Guid.Pancir.in thesauro var.lect.lib.3.cap.31.Ceual.commun.contra commun,q.415.& tom.4.q 896.num.617.cum seqq. Pradill. in summa leg poenalium p.2.cas.48.num.12. Azor. instit. moral p 2.lib.10. cap.7. col.1080. Flores de Mena var. lib.2.q.21.à num.213. Moll.in emporio iuris part.1. tit.1. q.16.num 22.& concessum fuisse à Clemente VIII. anno Domini 1600. quòd Ecclesiastici de mandato Ecclesiae soluant tributum, quando laicorum bona non sufficiunt,refertur Marta de iurisd.p.4. cent.1.casu 8. num.52. & latiùs casu 9. Bernard. Graeuae ad pract. Cam. Imperial.lib.2. concl.52. n.15. latè Fr. Anton. de Sousa in relect de censur. Bulla Coena cap. 10. disp.92. plures Doctores refert Ceued. ad Decretal. collect. 153.num.4.

Verùm quia haec materia periculosa est, & Rota Romana articulo maturè discusso cam certis conditionibus declarauit in vna Brudusina gabella coram Peñia, impressa per Dianam moral. resol. in fine partis quinta, Lectorem ideo ad illam remitto, verba autem decisionis, quae singularis est, subnectam.

Ad

Ad effectum enim vt clerici, seu persona ecclesiastica legitimè possint subire ista onera, & ad ea persoluenda compelli, inspecto Iure Canonico, sequentia copulatiuè requiruntur. Primò *vt adsit magna necessitas, cui aliàs facile subueniri non possit, tunc clerici cum laicis contribuant, probatur in d.c.non minus, vbi expressè notat Abb.num.5. vers.quando requiritur, & d.cap.aduersus, de immun. Eccles. vbi Abb.num. 4. & clarius apparet per Extrauag. Benedicti XI Subsistutic, de imman.eccles.* Secundò *debet concurrere communis vtilitas, vel saltem pietas, vt in d.c.non minus, & cap.aduersus, & de pietate considerauit text.in l.ad extractiones C.de sacros. Eccl.* Tertiò *oportet quòd onus illud sit reale, & ad illud sustinendum laici non sufficiant, quia clerici & Ecclesia solum teneatur cum laicis contribuere in subsidium, & vbi laicorum non supersunt facultates, vt in d. c. non minus, & cap. aduersus, quas conditiones considerationes Benedict. in d. Extrauag. de immun. Eccles. ibi, caeterum attendant solicitè Ecclesiarum Pralati & clerici Lateranen. Concilij quod in huiusmodi subuentionibus solum casum necessitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non supersunt facultates, deliberatione prouida noscitur expressisse.* Quartò *requiritur quòd ad onus huiusmodi imponendum vocetur, & consentiat clerus, nec sufficeret Episcopus cum Capitulo, quia quod omnes tangit, ab omnibus particulariter approbari debet, cap. cum omnes, de constit.cap. quod omnes, de regul. Iuris in 6. & probatur in cap.aduersus, ibi, verum si quando forte Episcopus simul cum clericis, & considerant Abb. in d.c.non minus n.4. & 5.* Quintò *& vltimo in istis oneribus imponendis, ad effectum vt clericus teneatur, potissimum requiritur vt Papa consulatur, & ipso consulto, & non aliàs clerici contribuant, d.cap.aduersus, vbi notat Abb.num.5.vers. quarto requiritur, & sic fiat expressè cautum per Benedictum XI. in d. Extr. de immun. Eccles. & meritò, quia si arbitrio Episcopi & clerici hoc relinqueretur, facile contingeret huiusmodi impositiones, & onera per ambitum, & preces Principum, & ministrorum laicorum, quibus occurrere solent Romani Pont. qui non aliter quàm causa cognita ipsas facultates, vt clerici contribuant, concedere solent, &c.*

8 Limita tamen in clericis negotiatoribus, qui non sunt immunes à solutione gabellæ, vt probat expressè text. *in cap. quamquam, de cens. lib.6.* ibi, *quas non causa negotiandi deferunt*, resoluunt Duen. *regul.* 100.*vers.fallit* 11. Ioseph.Ludou.*tom.3. commun opin. tit.de gabell.concl.vnic.vers.infertur* 10.ibi, *fallit quando*, Lazari. *de decima vendit. cap.19. num. 65. & 66.* Girond *de gabel.part.7.num.*8.Foler.*ad Marant.de ordine iudic.p.4.num.*86.*pag.*184. Matienz.*l.11.glos.1. num.1. tit.10. lib.5. recop.* Bobadil.*in sua politica lib.2. cap.*18. *num.* 123.*lit. F, & num.*124. Garcia *de nobilit. glos.9. num.* 53. Nauar. *cons. 1. de immunit. Eccles.* Mexia *in tract. tassa panis concl.5. num.*23. Cened. *ad Decretum collect.* 37. *num.2.* Marta *de iurisd. p. 4. casu 3.à num.2.* Cabed.*p.1.decis.*189.*& p.2. aresto* 45. Alex. Trentacinq. *var lib.1. tit. de iure fisci resol.5. num.*8. latè Gutier. *de gabell. quæst.* 93. me citato *in hoc loco* Castr. Palao *in opere mor. tom.2. tract.12. disp. vnica punct. 9. num.*15.& alij citati *de Iure eccles. lib.1. c.39. §.1. num.* 63. nouissimè Marcel. Volpe *in d. sua praxi cap. 17. num.*16.& Sperell. *in decision. fori eccles. decis.*94. *num.* 7. & nouissimè Trulench.*d. dub.5. num.17. cum seqq.* me etiam citato *in hoc loco* Torreblanca *dict. lib.15. cap.6.num.*46.

9 Quando dicantur clerici per viam negotiationis mercatores fieri, latè differunt Girond.*d. par.7. num.* 31. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. cap.*62. Cor. Philip. *tom.1. lib. 1. cap. 1. num.* 20. Ceoed. *d. num.2.* Molin. *de Iust.tract.2. disp.*342. *vers.2. cum seq.* latè Carol. de Graffis *de effectibus cleric. effectu* 6. Paul.Comitol.*resp.moral.lib.1. q.*53. Vgolin. *de potestate Episcopi cap.13.§.15.cum seq.*Aloys.Ricc.*in praxi fori Ecclesiast. decis.* 375. *in 1. edit. & resol.* 317. *in 2. edit.* Marcel. Vulpe *dict. cap. 15. num. 17. & cap. 35. per tot.* Camil. Borel. *in summa omnium decis. tom. 1. tit.7. de clericis num.* 68. *cum seq.* & dixi *dict.§.5. num.* 64. me citato *in hoc loco* Castro Palao *dict. part. 9. num.*16.

Non dicitur clericus negotiator, qui vendit vinum, granum, aut oleum ex redditibus sui beneficij collectum, prout resoluunt Bonacos. *commun. criminal.part.2. verb.gabella fol.* 32. *versa*, Gregor.*l.49.verb. Las franquezas tit.6. part.1.* Ioseph. Lodou.*tom.3. commun. opin. tit. de gabel.concl. vni. vers.infertur* 10. Roland.*cons.*71.*num.*10.*vol.*4.Carol.de Graffis *d. effectu* 6.*num.*33.Marcel. Vulpe *d cap.*33 *num.*10. Vgolin.*de offic. Episc. cap.13. §. 16. num. 4. in fine*, Mexi. *in tract. tassa panis, concl. 5. num.* 29. Marta *de iurisdict. part. 4. casu 3.num.9.* Cabed.*part.2.aresto* 45.Gotier.*de gabell. quæst.* 93. *num.* 24. *cum seqq. & num* 36. *vers. quo fit*, Marc. Anton. Genoens.*in pract. Archiep. Neap cap.*62. *num.* 7. Bobadil. *in sua polit. lib. 2. cap.* 18. *num.* 125. Squillante *de priuileg.cleric.cap.8.num.*38. Quod procedit etiamsi clericus fructus sui patrimonij, & Ecclesiæ transuehat, & portet aliò quàm vbi nascuntur ad vendendum; nam adhuc non dicitur negotiari, Bonacin.*in Bull. Cœna Domini, disp 1. quæst. 19. puncto 3.§.3.num.6 & de contract.disp.2. quæst.9. puncto 2.* Sooza *in Bull. Cœna cap.19. disp.92. num.4.* Vener. *in examine Episcop. in tit. de clerico negotiatore, num. 5.* me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d. num. 16. vers. 2.* & me etiam relato *in hoc loco* Torreblanca *d. lib. 15. c.6.n.49.* 10

Ita etiam clericus negotiari non dicitur, qui emeret animalia, vt illa pascat in propriis prædijs, & cum pinguia facta fuerint, vel cum partus ediderint, illa, & eorum partus vendat, me citato *in hoc loco* Castr.Palao *d.punct.9.num.16. vers.tertio.* Molin. *de Iust. tract.2. disp.*142. *num.* 14. Carol.de Graffis *d. effectu* 6.*num.*18. Rodoan.*de spol.eccles.q.2. num.1.* Iacob.de Graff.*in aureis decis.lib.2.cap.*18. *num.*8. Marcel. Vulpe *d. cap.* 33. *num.* 12. vbi *num.* 8. attestatur Eminentissimos Cardinales decidisse in hæc verba: *Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum præposita censuit Oratorem non prohiberi terras patrimoniales per laicos colere, & pro eiusdem cultura vsu animalia necessaria coemere, eorumque animalium fœtus pro sua, & familia sustentatione vendere, nec propterea illicitæ negotiationis prætextu vexari posse. Romæ* 22. *Iunij* 1629. Nec etiam qui semel tantùm emeret, aut venderet, Salzed.*ad Bernard. in pract. cap.* 55. *vers. & huius cap.* Cened.*p.1. collect.*37. *num.2. in fine*, Carol. de Graffis *d. effectu 6. num.* 19. vbi *num.* 28. dicit quòd clerici possunt exercere agriculturam. Sic etiam non dicitur negotiari ille, qui vendit fructus suorum fundorum, vt resoluunt Molin. *d.disp.*342. *num.*11. Claud. Tuti.*alleg.14 num.2.* Ioseph.Ludou.*concl.15. vers.fallit quando*, Cened. *ad Decretum collect.* 37. *num.2. in fine*, Valasc. *consult.*131. *à num.6.* Marcel.Vulpe *d.cap.*33. *num.* 10. Trulench.*d.dub.5. num.*19. Aloys. Ricc.*dict. resol.*317.*num.*8. vbi *num.*10. resoluit non dici clericum negotiatorem, vel mercatorem, licet id quod superest, de eo quod vilius ad sui, vel suorum sustentationem emit, iusto pretio tunc currente carius vendat, quàm emit, nouissimè Sperell. *dict. decis.* 94. *num.* 9. & 10. vbi resoluit quòd in fructibus ex propriis, vel Ecclesiasticis prædiis recollectis non cadit mercatum, vel negotiatio, nec lucri captandi aviditas, ita vt illos liberè possit clericus vbique locorum vendere; & *num.* 12. ex Maccabrun.*cons.* 18. 11

num.

num. 291. *& ſeq.* tenet quòd clericus deferens rem ſuam de loco ad locum cauſa vendendi, & habcodi maius pretium, non dicitur negotiator, quia ad hunc effectum requiritur, vt rem illam emeret, vel venderet,& *num.* 15. concludit ad hoc vt clericus dicatur quoad hunc effectum negotiator, duo copulatiuè requiri; prius eſt, vt rem vendat, non ex propria re ortam, ſed ab alio comparatam: alterum vt eo fine emerit, quo carius reuenderet, quorum altero deficiente, deficit quoque negotiatio.

12 Fructus clerici ex ſuo ſemine, ſuaque induſtria
collecti ex alieno agro conducto venditi, gabellam
ſoluunt, quia tunc dicitur negotiari, vt per Gu-
tier. *de gabellis*, *quaſt.* 63. *num.* 68. *&* 72. Bellet. *diſ-
quiſit. cleric. tit. de diſcipl. cleric.* §.21. *num.*31. Quic-
quid in contrarium ſentiant Maccabrun. *conſ.* 18.
num. 296. *cum ſeqq.* Sperell. *d. deciſ.* 94. *num.* 16.
13 Sic etiam † non teneretur clericus ſoluere gabellam
ex emptione ædium, quas emit ad ſuum vſum, ſecus
ſi emat ad locandum, quia ita in ſupremo Portugaliæ
Senatu iudicatum refert Cabed. *deciſ.* 189. *part.* 1.
de cuius deciſionis veritate vide Valaſc. *conſult.* 131.
num. 10. Denique quæ negotia ſint permiſſa, aut
etiam interdicta clericis, tractat diffusè Rednan.
*de ſpol. Eccleſ. quaſt.*2. *per tot.* vbi *num.* 11. tenet quòd
licet clerici non poſſint conducere terras, poſſunt in
condocta, in qua ſuccedunt, remanere, & *num.* 13.
quòd poſſunt conducere poſſeſſiones recolendas ad
ſui ſuſtentationem, & *num.* 15. quòd poſſunt emere
equum pullum nutriendum, & rem vt melioratam
vendant carius, & *num.* 49. quòd emptores pro ſuo
vſu poſſunt vendere propter aliquam neceſſitatem
pro maiori pretio.

14 Regulares quoque à dariis, gabellis, vectigalibus, & oneribus tam realibus, quàm perſonalibus ſunt exempti, ex iuris communis diſpoſitione, *cap. quanquam, de cenſib. in* 6. *Clem. præſenti, de imm. Eccleſ.* Abb. *conſ.* 13. *part.* 2. Bald. *in l.* 1. *num.* 9. *C. de contrah. empt.* Bertazz. *de gabell ſeu vectig.* §. 7. *princ. n.* 10. Rota *in Bononien. exemptionis* 25. *May* 1618. coram Card. *Veroſpio. ſen.* Equites etiam ex Ordinibus Militaribus Chriſti Domini, D. Iacobi, & D. Benedicti, & aliis ſimilibus eximi à triburis, & gabellis, diſponit apud Luſitanos Ordin. Regia *lib.* 2. *tit.* 11. §. *vlt.* & apud Hiſpanos *l.* 9. *tit.* 18. *lib.* 9. *noua recop.* reſoluunt Mench. *illuſt. cap.* 105. *num.* 45. Pallad. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. §. 1. *num.* 19. Bobadill. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 264. Diana *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 49. vbi ſaltem quoad bona commendatum admittere videtur, Gutier. *de gabellis quaſt.* 95. *à num.* 12. Nauar. *conſ.* 23. *de Regular.* vbi de Militibus Sancti Stephani, Valaſc. *conſult.* 131. *num.* 3. Truleneh. *dict. dub.* 5. *num.* 27. de his omnibus dixi *d. tract. de Iure eccleſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 26. vbi *num.* 23. 24. *&* 25. de Regularibus, Conuerſis, nouitiis, Monialibus, Tertiariis, & Eremitis, me citato *in hoc loco* Caſtr. Palan *d. punct.* 9. *num.* 18.

15 Dubium tamen eſt, an huiuſmodi exemptio à tributis concedatur vxoribus viduis horum Militum? Praxis Regni Luſitaniæ obſeruat illas hoc priuilegio non gaudere; ſed contrarium verius eſt, per ea quæ tradunt Perez *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 57. *& tit.* 2. *lib.* 4. *pag.* 795. Azeued. *l.* 9. *num.* 4. *tit.* 11. *lib.* 2. *noua recopil.* D. Barboſa *in l. quia tale, num.* 23. *ff. ſoluto matrim.* Cabed. *part.* 1. *Luſit. deciſ.* 98. *& p.* 2. *areſto* 71. me citato *in hoc loco* Caſtr. Palao *d. num.* 18. *in fine.*

16 In Regnis Hiſpaniæ, quando clericus aliquid portat, ex quo gabella debetur, ſi non fuiſſet exemptus, tenetur id ipſum denuntiare gabellariis, quod
& in aliis Prouinciis obſeruari teſtantur Ioſeph. Ludou. *tom.* 3. *commun. opinion. tit. de gabellis, concluſ. vnica,* §. *infertur* 10. *verſ. iſti etiam*, Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. gabella* 4. Stephan. Gratian. *diſcept.
forenſium, cap.* 17. *num.* 8. *cum ſeqq.* † Illo verò non ma- 17
nifeſtante muliones manifeſtabunt, & ſi hoc non fe-
cerint, tenebuntur reſarcire damnum, ex traditis per
Vez. *in tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 41. *num.* 12. *pag.*
651. Farin. *in praxi crimin. p.* 6. *q.* 72. *num.* 19. † Et ipſi 18
clerici in manifeſtatione rerum, vel mercium, quas
ſecum portauerint, tenentur iurare ſe illas ad ſuum
vſum, ac neceſſitatem emiſſe, & illius iuramento ſtã-
dum eſt, niſi per partem aduerſam contrarium pro-
baretur, vel militaret aliqua præſumptio in contra-
rium, vide Maſcard. *de probation. concl.* 953. *n.* 13. Sera-
phin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 14. *num.*.. Farin. *in pra-
xi crimin. q.* 172. *n.* 30. Marta *de iuriſd. p.* 4. *caſu* 83. *n.* 7.
me citato *in hoc loco* Ciarlio. *contron. forenſ. c.* 22. *n.* 58.
Et ſi falſum iurauerit, non poteſt de eo querelari,
Valaſc. *conſult.* 131. *n.* 11.

ALLEGATIO XIV.

Epiſcopus ſacros Ordines quomodo conferre debeat?

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconatus in primitiua Eccleſia Ordo ſacer non reputabatur.*
2 *Subdiaconatus inter Ordines ſacros numeratus fuit à conſtitutione Gregorij atque Vrbani.*
3 *Materia Subdiaconatus eſt propriè Calix vacuus etiam conſecratus cum Patena.*
4 *Subdiaconatus Ordo, & alij minores vna eademque die ſine Papæ licentia conferri non poſſunt.*
5 *Ante annum à ſuſcepto poſtremo gradu minorum Ordinum ad Sacros, quis promoueri non poteſt, niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas poſtulauerit, aut conſuetudo permitteret.*
6 *Diaconi materia eſt liber Euangeliorum.*
7 *Sacerdotalis ordinis materia remota eſt Calix cum vino, & Patena cum Hoſtia, materia verò proxima eſt illorum traditio.*
8 *Ordinatus in Presbyterum non manet, cui non traditur Patena cum Hoſtia, & Calix cum vino.*
9 *Sacerdos manet initiatus ſi Epiſcopus moriatur antequam proferat verba illa,* Accipe Spiritum ſanctum, *&c. peractis aliis.*
10 *Ordines duo ſacri eodem die etiam Regularibus dari non debent.*
11 *Ordines duos ſacros ſuſcipiens non ſolum peccat, ſed à poſteriori ſuſpenſus eſt, in quo ſolus Papa diſpenſat, niſi conſuetudo permitteret.*
12 *Locus congruus ad conferendos ſacros Ordines eſt Eccleſia Cathedralis, vel loci dignior.*
13 *Locus vbi Epiſcopus Ordines confert an in litteris ordinandorum ſit exprimendus? remiſſiuè.*
14 *Hora pro ſacrorum collatione quæ ſit? oſtenditur.*
15 *Tempus matutinum non eſt de ſubſtantia collationum Ordinum.*
16 *Miſſa cum ſacri Ordines conferuntur, non eſt de ſubſtantia.*
17 *Ordines maiores quare ſacri appellentur? oſtenditur.*

SVBDIACONATVS, qui inter Ordines ſacros primo loco numeratos eſt in primitiua Eccleſia Ordo ſacer non reputabatur, vt inquit Vrbanus Papa *in cap. nullus* 60. *diſt.* ideo legimus

mus tempore Syricij antiquissimi Pontificis Cathedram Pontificiam tenentis anno Christi 386. & in ordine 40. post Petrum, Subdiaconatum minimè esse Sacrum Ordinem *in c. quicumque*, vbi gloss. *verb. ad Diaconi 77. dist.* confirmatur etiam ea ratione, quod in Concilio Leodicen. *cap.* 21. non permittitur Subdiaconis ingressus in Sacrarium, nec contactus vasorum dominicorum, & tamen constat vasa sacra ab aliis tangi non debere, quàm à sacratis hominibus, vt dicit Stephan. I. *in epistola ad Hilarium.*

2 † Inter sacros igitur Ordines numeratum fuisse à Constitutione Gregorij atque Vrbani dixit Innoc. *in cap. miramur, de seruis non ordin.* vbi gloss. refert prædictas Constitutiones, & latiùs Marc. Anton. Capet. *in tract. de perpetua castit. Sacerd.* c.7. Vasq. *in 3. p. tom. 3. disp* 248. *cap.* 3. Molfes. *in summ. Theologia moralis tract* 2. *cap.* 2. *num.* 23. Marchin. *de sacram. Ordinis tr.* 2. *p.* 6. *cap* 1.

3 Dicitur autem Græcè Hypodiaconus, quasi subministrans Diacono, c. *cleros* 21. *dist.* In eius ordinatione pro materia porrigitur ei Calix vacuus cum Patena, cuius traditione perficitur ordinatio, cap. *Subdiaconus* 33. *dist.* Iacob. de Graffiis *in decis. aureis par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9 *num.* 6. Rodulph. Cupers. *in repet. cap. oportebat* 79. *dist. in §. Subdiaconatus Ordo art.* 1. Sanch. *in opuscul. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 12. *n.* 11. Marchin. *vbi suprà c.* 2. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccles. c.* 7. *num.* 28. *vers. subdiaconus*, Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *part. disput.* 236. *c.* 3. ac Molfes. *in summa Teologia moralis tract.* 2. *cap.* 8. *num.* 14. & 13. Carol. de Graffis *de effectibus clerical. in prælud. num.* 288. & *seq.* vbi addit onus esse pertinens ad hunc Ordinem ad Sacrificium deferre vinum & aquam in vrceolis, Diaconis administrare, & manile & manutergium tenere, & pro lauandis ante Altare manibus Sacerdotibus aquam præbere: & hoc etiam officio functus fuit Iesus Christus Dominus noster, quando linteo se præcinxit ad lauandos pedes Discipulorum: & quando de aqua in nuptiis fecit vinum. Non esse necesse Calicem esse consecratum, vt ait Sot. Ledesm. & Emman. Saa, quos refert, & sequitur Henriq. *in summ. lib.* 10. *c.* 5. *in commento littera F*, & *c.* 8. *n.* 3. Contra Syluest. *verb. ordinatio* 2. §. 4. *vers.* 3. & alios, quibus adhæret Fornarius *de Ordin. cap.* 2. §. 6. *ad finem*, & illo citato Molfes. *d. cap.* 8. *num.* 23. Homobon. *de humana vita statibus p.* 1. *cap.* 19. *vers. Subdiaconi*, ex eo, quia nullo iure constat necessariam esse Calicis consecrationem ad essentiam Sacramenti; tum quia sicut validè confici potest Sacramentum in Calice non consecrato, ita validè conferri potest character Ordinis per traditionem Calicis non consecrati: attentè tamen inuigilandum ab Episcopo, ne Calice non consecrato vtatur, cum non sine maxima causa constitutum sit, vt Calices consecrentur, & nonnisi à personis sacris tractentur, *cap. in sancta, de consecrat. dist.* 1.

4 Forma autem sunt verba prolata ab Episcopo in traditione materiæ; & iis vtitur, in traditione libri Epistolarum: *Accipe librum Epistolarum, & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei tam pro viuis, quàm pro defunctis, in nomine Patris*, &c. Et in traditione Calicis vacui cum patena, vt habetur in Pontificali hac verborum forma vtitur Episcopus: *Vide cuiusmodi ministerium vbi traditur, ideo te admoneo, vt ita te exhibeas, quod Deo placere possis*, referunt Molfes. *d. cap.* 8. *num.* 16. & Vasq. *dict. tom.* 3. *disp.* 238. *cap.* 5. *à num.* 48. Sanch. *in opusc. moral. lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 12. *num.* 1.

5 Subdiaconatus Ordo, & alij minores, vna, eademque die sine Papæ licentia conferri non possunt, *cap.* 2. *de eo, qui ordin. furtiuè suscepit.* Quinimo hodie nedum simul dari non possunt, sed nec infra annum, cum non nisi post annum à suscepto postremo gradu minorum Ordinum ad sacros quis promoueri possit, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas aliud exposcat, vt habetur in Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 11. cuius Concilij decretum arbitrio Episcopi remittit facultatem abbreuiandi interstitia, non autem promouendi, vel dispensandi, vt promoueantur vna die, ad duos sacros, vel vltimum minorum cum primo sacrorum: ita Menoch. *de arbitr. casu* 564. *num.* 6. Maiol. *de irregularit. lib.* 4. *cap.* 11. *post num.* 1. & *lib.* 3. *cap.* 14 *post num.* 13. Salzed. *ad Bernard. cap.* 25. *vers. vna eadem die.* Non tamen Concilium dicto loco aufert consuetudinem, quæ permitteret, vt possint simul minores dari cum Subdiaconatu; nam vbi ea extaret, licitè his quoque temporibus eos simul conferret Episcopus, vt tenent Nauar. *in man. cap.* 25. *num.* 71. *vers.* 8. Rebuff. *in praxi benef. tit. de clericis malè promot. gloss.* 1. *num.* 18. Soth. *in comp. priuil. mendicantium, verb. Ordines sacri, vers. & licet.* Gutier. *Canonic. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 31. & 32. Viuald. *in Candel. aureo tit. de sacramento Ordinis num.* 36. Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 11. §. 4. Suar. *tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 41. Fr. Emman. *quæst. regularium tom.* 3. *q.* 23. *art.* 4. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 8. *concl.* 2. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 4. *num.* 2. Bonacin. *de Sacrament. disp.* 8. *quæst. vnica puncto* 5. *num.* 36. Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *p. disp.* 246 *à num.* 46. Fornar. *de Ordine cap.* 8. §. 3. *in* 1. *notab.* Molfes. *d. tract.* 2. *cap.* 8. *num.* 37. Quamuis ab ipso Concil. sublatam esse omnem contrariam consuetudinem existiment Maiol. *d. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 1. Menoch. *d. casu* 564. *num.* 8. Salzed. *d. c.* 25. *vers. vna eademque die.* Reginald. *lib.* 3. *num.* 28. Cætera de hoc Ordine vide *in tract. de iure eccles. lib.* 1. *c.* 37.

Diaconus græcè, minister latinè appellatur, *cap* 6
cleros 21. *dist.* quia Sacerdoti ministrat, & aliis clericis ministeria dispensat, & res sacras populo administrat: nam alij quoque Clerici ministri existant, solus tamen Diaconus propriè sortitur hoc nomen, quia solus circa res sacras Presbytero ministrat, easque fidelibus distribuit, *cap. Diaconi sunt* 93. *dist.* Alij verò potius assistentes dicuntur, vt Syluest. Summus Pontif. docet *in cap. nullus Acolytorum.* 24. *dist.* Hic & Leuita vocatur à tribu Leui, a qua Diaconi originem ex veteri Lege traxerunt, *d. cap. cleros, cap. Diaconi sunt* 93. *dist.* Elegerunt autem Apostoli septem Diaconos *Actor.* 6. quorum primus, & sanctitate præcipuus claruit B. Stephanus, & post aliquot tempora insignis eiusdem Ordinis floruit B. Laurentius, & plures alij; sed locum quidem illorum septem tenere videntur Archidiaconi, qui ministri sunt spirituales Episcoporum, sicut illi in Apostolorum locum viduis ministrabant, atq. *cap. Diaconi Ecclesiæ* 93. *distinct.* In ordinatione Diaconi pro materia traditur ei liber Euangeliorum, & illius traditione perficitur sua ordinatio. *cap. Diaconus*, 23. *distinct.* Sanchez *d. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 12. *num.* 13. vbi aduertit hunc esse actum secundarium, & minus principalem Diaconi; nam actus principalis Diaconi, qui est porrigere Calicem, & patenam cum hostia, & vino Sacerdoti non potuit traditione alicuius materiæ explicari, quia cum Presbytero Calix cum vino, & patena cum hostia tradatur, Subdiacono verò eadem vasa vacua, modus non restabat medius, quo posset tradi Diacono: quam ob causam propter Euangeliorum dignitatem per eorum libri traditionem suscipitur Diaconatus, cuius officium est publicè legere Euangelium in Ecclesia, & ministrare in Sacrificiis, verbum

gentibus

gentibus prædicare,& Sacerdotibus in ſacris Eccleſiæ actibus deſeruire , ad quos actus omnes alij, qui attribuuntor huic officio,redduntor ; quod officium etiam Domious noſter exercuit , qoando poſt Cœnam Sacrameotum ſanguinis,& Corporis mioiſtrabat Diſcipulis, ac quando prædicabat Euangeliom, ideò eis aſſignator liber Euangelij , & Srola in modum iogi , alteri tantummodo eius humero iniecta. Creſpet.*in ſumm. Eccleſiaſt.diſcipl.verb.Diaconus*,Homoboo.de Bonis *de humana vita ſtatibus*,*part*. 1.*c*.19. *in princip*. Rodulph. Copers *in d. cap. oportebat , rub. Diaconatus inſtitutum,art*.1.*num*.38. Graffiis *d.cap*.9. *num*.7.Vulpe *d.cap*.7.*num*.28.Carol.de Graffis *d.prælud.num*.290. Marchio. *d. tract*. 2. *part*. 7. *cap*. 2. *cum ſeqq*. Vaſq.*tom*.3.*in* 3.*p.diſp*.236.*cap*.4. *cum ſeqq*.Molfeſ.*d.tract*.2. *cap*.9. Sanch.*d.lib*.7.*cap*.1. *dub*. 17.*n*. 8. Forma autem ſunt verba Epiſcopi in traditiooe materiæ,videlicet:*Accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia Dei, tam pro viuis,quàm pro defunctis in nomine Domini,Amen*,vt in Pootificali.De hoc Ordioe dixi *d.lib*.1 .*cap*.35.

7 Preſbyter græcè,latinè ſenior dicitor , *cap. cleros*, 21. *diſt*. oon tam ætate quàm moribus , & officio, qui etſi ætate plerumque ſit iunior, ſic tameo viuere , ac conuerſari debet ; vt eius probata vita ſenectus ſit,vt inquit Cooeil. Trid.*ſeſſ*.23.*de reform.c*.14. Is Sacerdos etiam dicitur , quaſi ſacrom dans. Sed Sacerdotis qoidem nomen in ſacris Caoonibus non ſolum inferiores Preſbyteros , ſed etiam Epiſcopos comprebendit. Propriè verò,& ſtrictè Preſbyter dicitur , qui curam habet animarum poſt Epiſcopum, ſed & Diaconus , & Subdiaconus Sacerdotis nomine cootinentur,*cap.ſi quiſpiam* 81. *diſt.cap. Subdiaconus*,77. *diſt. cap*.1. *in fine* 15. *quæſt*.5. *cap*.2. vbi gloſſ. *de cohab .cler*. præſertim, vbi de re fauorabili agitur, in re verò odioſa ſtrictè fier pro ſolo Preſbytero. Panormit. *in dict. cap*. 2. Ordinandus eſt Preſbyter non minor viginti qoinque anoorom ætatis , vt infrà *allegat*. 16. *num*. 1. dicitur , & qui bonum habeat teſtimonium , quique non modo in Diaconatu annum integrum miniſtrauerit(niſi aliud Epiſcopo videretur , vt dicitur *allegat*. 18.) ſed etiam ad populum docendum ea , quæ ſcire omnibus neceſſaria ſunt ad ſalutem, & ad miniſtranda Sacramenta, diligenti examioe præcedente , idoneus comprobetur, atque ita peritus, & boois moribus conſpicuos, vt præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eo poſſint expectari , vt inquit Concil. Trident. *ſeſſ*. 23. *de reformat. cap*. 14. Is qooque ex Tolerano Coocilio VIII.*cap*.9.Pſalterium,& Cantica vſualia, vel bymnos didiciſſe debet. Io eius ordioatiooe porrigitur ei pro materia remota Calix cum vino, & patena cum Hoſtia;materia verò proxima eſt traditio Calicis cum vino , & patenæ cum Hoſtia,*cap.præterea,iuncta gloſſ*.23. *diſt.cap generaliter*, §.*vtriuſque* 15. *quæſt*. 1. Et forma illa verborum adiicitor : *Accipe poteſtatem offerendi*, &c. *cap. Presbyteri, cum ſeqq*.23.*diſtinct*.Cùm ergo materia Sacerdotij ſit traditio pateoæ cum Hoſtia,& Calicis cum vioo, ſi in patena noo ſit Hoſtia triticea,& in Calice vinum vitis deſideretor, ooo manere ordinatom reſoluunt Ioan.de la Cruz *in director.conſcient.part*.2.*de ſacram. Ordin.dub*.2.*concl*.1.Tanner.*in* 3.*part. D. Thom.diſp*.7. *quæſt*.2.*dub*.4.*num*.94. Villalob.*in ſum tom*.1.*tract*.11. *diffic*.4. *num*.1. Turrian.*in ſelect. diſp. Theolog. part*. 1. *diſp*.21. *dub*.2. Campan.*in diuerſ. Iuris Canon. rub*. 2. *num*.17.quicquid dicat Henriq.*in ſumm.lib*.10. *cap*.6. §.1. cuius opinio nobis aliquando placuit , in prima ſcilicet huius tractatus impreſſione , ſed modò propter taototum dictorum auctoritatem libenter ab ea recedimos. Quamois Coninck *de Sacrament. diſp*.20. *dub*.7. *num*.71. *concl*. 6. reſoluat ordinandum de neceſſitate præcepti teneri tangere Calicem , & patenam , nihilominus tamen de neceſſitate Sacramenti non eſt neceſſarius talis contactus vt per Camer.*de Sacram. tract*.11. *cap*.3. *dub*.4. Zambran.*in deciſ.caſuum conſcient.cap*.6. *dub. vnico,num*.11. Booacin. *de Sacram. diſp*. 8. *quæſt. vnic. puncto* 3. *num*. 10. Diana *moral.reſol.part*. 2.*tract*.2 *miſcell.reſol*.3.vbi ſubdit poſt Henriq.Reginald.Vaſq.Molfeſ.& alios,non eſſe neceſſarium vt ordinandus tangat pbyſicè materiam,ſed ſufficere vt extenſione manoum oſtendat ſe eam ab ordinante acceptare,quia Concilium Florentinum de Ordine,nihil meminit de contactu,ſed tantùm de traditiooe.

Maous qooque ipſius ſacro Chriſmate ioonguntur , oleo videlicet Catechomenorum , quæ Vnctio ſolis Preſbyteris io ordinatione præſtatur , noo autem inferioribus clericis, *d. c. præterea* , & Sacerdotali veſte induitur , vt in Pontificali. Manus etiam ſuper ipſum imponit ordinator , & Preſbyteri ſtantes,*cap.Presbyter* 23.*diſt.cap.vlt.de Sacram.non iterandis*,vbi Hoſt. *num*. 10. aſſerit ſufficere † etiamſi oon 9 omnes ſtantes,ſed doo tantùm manos impooant, & ſic Sacerdos remanet initiatus Ordine Sacerdotali, ſi bis peractis moriatur Epiſcopos , anteqoam illa verba proferat,*Accipe Spiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis*,&c.licèt his verbis prætermiſſis imperfecta ſit Sacerdotalis poteſtas , cùm Sacerdos à peccatis nequeat abſolutiooem impendere prætermiſſis ab Epiſcopo præcitatis verbis. Ita Valent.*tom*.4. *diſp*.9.*q*.1.*puncto* 5. Card. Bellarm.*cap*. 9.*de Ordine*.Suar.*tom*.5.*diſp* 42. *ſect*. 4. & 13. Martin. Fornar. *de Ordine cap*. 2. *num*. 1. *ad finem*, Henriq. *in ſum.lib*.10.*c*.6. §.1. Sanch.*in opuſcul.moral.lib*.7. *cap*.1. *dub*. 12. *n*. 20. Officium Preſbyteri eſt,vt habetur *in cap. perlectis* 25. *diſtinct*. Corporis,& Sanguinis Domini Sacrameotum conficere , & Deo in Sacrificio offerre , ſuper populum orare , à peccatis abſoluere, & benedicere dona Dei; baptizare etiam, & alia Sacramenta populis miniſtrare præter Confirmationem & Ordinem, vt ſuo loco oſtendimus ; & denique verbum Dei prædicare; quæ quidem omnia,etſi in potentia in Preſbyterij charactere conſiſtant;qoia videlicet harum rerum poteſtas in Ordine traditur, non tamen omnia io actum abſque ioriſdictione, & Superioris auctoritate deducuntur,quod enim de poteſtate abſoluendi diximus , eſt à Coocilio Trid. *ſeſſ*.23.*de reform.cap*.15.conſtitutum,vt nollos Sacerdos cuiuſcumque aodiat Confeſſionem , nec abſolutionis beneficiom valeat impertiri , niſi aut parochiale beneficium obtineat , aot ab Ordinario per examen idoneus approbatus ioriſdictionem ordinariam,vel delegatam hac in re conſequator;vt latè *alleg*. 25. videbimos. Alia ſimiliter Sacramenta miniſtrare non poteſt Sacerdos,niſi ſimilem habeat ab Epiſcopo , vel Rectore Eccleſiæ auctoritatem , ſed nec Miſſæ Sacrificium eum celebrare conuenit antequam hoc ei ab Epiſcopo permittatur,Conc. Trident.*ſeſſ*.22. *de reform.cap*.2. Neque coram Epiſcopo ſoo celebrans benedictionem ſuper populum dare poteſt, non obtenta ab eo licentia, Nicol. I. *ad Michael. Imper*. & habetor *in Hiſpalen. Concilio*;& denique verbum Dei prædicare noo poteſt antequam mittator, & approbetur ,*cap. ecce* 95. *diſt*. Cæterùm ſi nihilominus in ſolo charactere confiſus prædicta omnia exercere voluerit,rata habebuntur,& valida, præter pœnitentiæ & Matrimonij Sacrameota , in qoibus cum charactere etiam iuriſdictio requiritur de eſſentia,vt ſois io locis exponitur.

De

De ſcientia autem, quæ requiritur in maioribus Ordinibus initiandis, videtur indagandum: & in primis ad Subdiaconatum, & Diaconatum requiritur, vt ioitiandus latinè ſciat,& quæ legit, intelligat:ſic Sot. *in 4. diſt.* 25. *q.*1. *art.*4. *concl.*5. Menocb. *de arbitr.caſu* 425. *num.* 5n. Sanch. *in opuſcul. moralib. lib.*7.*cap.*1. *dub.*45.*num.*15.vbi *num.*16.poſt Sot.*citato loco*,ſubdit ad Sacerdotium vltra dicta deſiderari, vt Sacrificiom illud intelligat,& ſic requiri vt benè legat contenta in Miſſa, & mediocriter intelligat, & vt babeat mediocrem ſcientiam,ſvt poſſit ſeruare ritè ea, quæ ſpectant ad Miſſam conficiendam, & quòd ſciat defectus occurrentes in Miſſa, materiam & formam coosecrationis, diſpoſitionem neceſſariam ex parte animæ, & corporis, & antea *num.* 5. dixerat peccare mortaliter Epiſcopum ordinantem eum, qui neſcit officium, & neceſſaria ad officium, & talem Ordinem, Marchin.*de ſacram.Ordinis par.*5. *tract.*2.*part.*1.*cap.*1.*num.*6. *cum ſeqq.* Quod examen de ſcientia etiam reſpectu Regularium fit ab,Epiſcopis, vide ſuprà *alleg.*11.*n.*5.

10 Duo ſacri Ordines eodem die, etiam Regularibus conferri non debent, vt de Iure probat *cap. litteras,& cap. dilectus, de tempor. ordinat.* docet Cuncil. Trid.*ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 13. & reſoluunt Henriq. *in ſum.lib.*6.*cap.*10.§.3. *lit.Q.& lib.*13. *cap.*38. *in fine*, Fr. Emman.*in explic. Bulla Cruciata fol.*238. *& quaſt. regul.tom.*3.*q.*23.*art.*4. *& q.*24. *art.*3.*&* 5. And. Gambar.*de officio,& poteſtate legati,lib.*2. *n.* 264. Rebuff.*in praxi benefic.part.* 2.*tit.de clericis ad ſacros Ordines malè promotis.gloſſ.*1.*num.*18. Sancb.*in opuſc.moral lib.*7.*c.*1. *dub.*53.*num.*1. Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici,part.*1.*cap.*4.*num.*29.*& p.*3.*cap.*8. *num.*50. Piaſec. *in praxi noua Epiſcopali p.*1.*cap.*1.*num.*50.*verſ.huc ſpectat*. Galer.*in margar.caſuum conſcientia,verb. Ordo* 3. Marcel. Vulpe *d tract.cap.*8.*num* 14. Valer.Reginald. *in praxi fori pænitent.lib.* 30. *tract.* 2. *n.* 198. Miranda *in man.Pralat.tom.*1.*q.*38. *art.*5. Molfeſ. *in ſum.tract.* 2. *cap.*14. *num.* 13. nouiſſimè Marchin.*de ſacram.Ordinis,tract.*1.*part.*7.*cap.*1.*à num.*1.& Lezana *in ſum.quaſtionum Regular.part.*1.*cap.*14 *num.*14. & dixi *alleg.*18. *num.*1.

11 Pœna autem contra recipientes vna & eadem die duos Ordines ſacros, licèt à Tridentino nulla definiatur, nihilominus Iure Canonico erat impoſita pœna ſuſpenſionis,vt *in d.cap. litteras*,ibi,*ab executione officij Sacerdotalis tamdiu volumus manere ſuſpenſum, donec de illo diſponatur*,&c. *& in cap innotuit,de eo,qui furtiuè ord. ſuſcepit*,ibi,*in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare non debeat*,&c. ex quibus poſtremis verbis rectè colligitur hanc ſuſpenſionem eſſe latæ ſententiæ, & ipſo facto,vt per illum text. reſoluunt Nau.*in man.c.*25. *num* 71. Marchin.*d.c.*1. *num.*2. Bonacin *de cenſur. extra Bullam diſp.*3.*q* 1.*punct.*4.§.17.*num.*1. Quicquid dicat Suar.*de cenſur.diſp.*31.*ſect.*1.*num.*41. Quam quidem ſuſpenſionem incurrit etiam ille, qui continuato eiuſdem diei ieiunio Dominica die ſequenti quatuor temporum recipit duos Ordines ſacros,vt aſſerunt citati infrà *alleg.* 18.*num.* 1. *in fine*, quibus addo Henriq *d lib.*13 *c.*38.§.3.*in fine*,& Salzed.*ad Bernard. cap.*25.*prope finem,pag.*104. vbi dicit etiam tunc ſuſpenſum eſſe Epiſcopum à collatione Ordinum, & ordinatum ab executione, donec Apoſtolica Sedes diſpenſationem ei indulgeat. Sed dubium eſt an ſuſcipiens vna die duos ſacros Ordines ſit ſuſpenſus ab vtroque, vel ab altero eorum? In quo dicendum mihi videtur fieri ſuſpenſum ſolùm ab vltimo Ordine ſuſcepto. Ita Suar.*de cenſur.diſp* 31. *ſect.*1. *n* 40. Sayr. *eod.tract.lib.*4 *cap.*14.*num* 23.*cum ſeqq.* Molfeſ.*in ſum. tract.*2.*c.*18.*num.*9. quos refert,& ſequitur Marchin. *d.tract.*1.*part.*7.*cap.*1.*num.*2. *in fine.* quibus adde citatos *in Collect.d.Conc.d ſeſſ* 23.*c.*13.*n.*15. Poterit tamen Summus Pontifex diſpenſare vt quis eodem die ſuſcipiat duos maiores Ordines, quia hæc prohibitio de Iure poſitiuo eſt, in quo ipſe diſpenſare poteſt, Molfeſ.*d.tract.* 2.*cap.*14 *num.*4. Fr. Emman *quaſt. Regul.tom.*3.*quaſt.*23.*art* 4 *& q* 24.*art.*5. Epiſcopo verò neque ex rationabili cauſa id licet, *cap. cùm dilectus, de tempor ordin.* Fr. Emman.*d.q* 24. *art.*5. Marchin.*d. tract.*1.*p.*7.*cap.*1. *num.* 4. Vtrum autem conferri poſſint vna die minores ordines cum Subdiaconatu in iis locis, vbi viget conſuetudo vt cooferantur. Vide ſuprà *alleg* 11.*poſt n.* an.

Locus congruus ad conferendos ſacros Ordines 12 eſt de Iure Eccleſia Cathedralis, vt aſſerit Syluest. *verb.Ordo* 2. *num* 8. Sanch.*in opuſc.moral. lib.*7.*cap.*1. *dub.* 50. *num.* 3. de conſuetudine tamen licere in ea Eccleſia eos dare, quam Epiſcopus eligere maoult, teneot D. Antonin. 3. *p ſum.tit.*14 *cap.*16. §.17. Tabiena *verb.Ordo* 5 §.1. Rebuff.*in regul.*23.*Cancellaria verſ & minores.* Vgolin.*de poteſtate Epiſcopi cap.*26. §. 24.*num.*2. Henriq *in ſum lib.*10. *cap.* 11. §.3. Piaſec.*in praxi noua Epiſcopali p.*1.*cap.*1.*num.*46.*pag.*55. Sed hodie hac in re habemus claram diſpoſitionem Conc. Trident. *d.ſeſſ.*23. *de reform.cap.* 8. vbi in hæc verba. *Ordinationes ſacrorum Ordinum in Cathedrali Eccleſia, vocatis præſentibus ad id Eccleſia Canonicis, publicè celebrantur: ſi autem in alio Diœceſis loco præſente clero, loci dignior, quantum fieri poterit, Eccleſia ſemper adeatur*, referunt Barbol. à Ledeſma *dub.* 15. *de Ordine*, Salzed.*ad Bernard. in pract. cap.* 16. *verſ.minores verò*, Sancb.*d.num.*3. Garcia *de benef p.*8. *cap.*1. *num.*17. *in fine*, Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.*18. *de Epiſcopis,verſ.ad* 10. † Dubium deinde re- 13
ſtat, an locus vbi Epiſcopus Ordines coofert, ſit in litteris ordinandorum exprimendus? De quo vide Cald.Pereira *de empt.cap.*5.*num.*10. vbi poſt Reboff. *in praxi tit.de forma litter. Tonſur.num.*7. & Meneſ.*l.*4. *C. de diuerſ. reſcript. num.* 12. reſoluit exprimendum eſſe.

Hora verò pro ſacrorum collatione eſt circa no- 14
nam, per *gloſſ.* 1. *in cap. quod à patribus*, vbi Archid. 75. *diſtinct.* Sed vſus ſeruat, vt conferantur mane quacumque hora; non eſt tamen tempus hoc de ſubſtantia collationis Ordinum, ſecundùm doctrinam Hoſtienſ.*in cap. conſultationi num.* 2. *de temp. or-*
dinat. vbi babetur,† quòd tempus,ætas, & Epiſcopi 15
qualitas, non eſt de ſubſtantia Ordinum; ideoque character imprimitur; ſi quocumque tempore, à quocumque Epiſcopo, dummodo in forma Eccleſiæ, & homini baptizato conferantur; cooferentes verò, & recipientes ideo puniuntur, quia tranſgreſſores ſunt Canonum, de quibos ſuo loco tra-
ctabimus:ſic etiam † Miſſa cum ſacri Ordines con- 16
feruntur; non eſt de eorum ſubſtantia, vt notant Doctores *in cap. quod ſicut,de elect.* Armilla *verb. Ordo, num.* 8. licet tamen requiratur de honeſtate, & vſu,vt firmat Imol.*d. cap.quod ſicut num.*16. Sot.*in* 4. *diſt.*24.*q.*2.*art.*1.*concl.*2. Sanch.*in opuſc.moral.lib.*7.*c.*2. *dub.*4.

Prædicti maiores Ordines ideo ſacri appellantur 17
à ſanctimonia, id eſt, caſtitate, & continentia, quam Inducunt *gloſſ.fin.in ſum.*32. *diſtinct.* Bellarm.*lib.*1.*de ſacram. Ordin. cap.* 8. *verſ.reſpondeo il* 1. quia illis annexum eſt caſtitatis votum,vt *alleg. ſeq.* ob idque recta ratione ſacer Ordo peculiariter in Eccleſia is dicitur, cui eſt annexum ſacrum votum continentiæ, propter quod homo dicatur & ſacratur Deo,vt inquiunt Valentia *tom.* 4. *diſp.* 9. *quaſt.* 1. *puncto* 4. *verſ.Innocentius verò*, Fornar.*de ſacram. Ordinis cap.*1.

num. 3. Bonacina *de Sacrament. disputat.* 8. *quæst. vni. puncto* 2. *num.* 2. *ad fin.* Flamin. *de resign. lib.* 5. *quæst.* 6. quamuis prædictos Maiores Ordines dici sacros, quia ordinati in eis sunt, quorum actus, aut habent sacra tangere, aut Sacramentum Altaris perficere, dicant Alphons. Aluarez *in speculo Iuris Pontificij cap.* 81. *vers. circa istum articulum*, Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus in prælud. num.* 296.

Allegatio XV.

De castitatis voto sacris Ordinibus annnexo.

Summarium.

1 *Continentia sacro Ordini quando cœpit esse annexa, ostenditur.*

2 *Continentiam antiquitus promouendi expresse cogebantur polliceri.*

3 *Continentia sacris Ordinibus Ecclesiastico præcepto fuit annexa.*

4 *Ordinibus sacris insignitus ante pubertatem an arctetur ad continentiam, ostenditur.*

5 *Ordinatus vi metúve, qui in constantem virum caderet, esto suscipiat Ordinem, an voto continentiæ teneatur, disputatur.*

6 *Ordinibus sacris insignitus tenetur in Confessione circumstantiam Ordinis sacri detegere, non solùm cum actuale peccatum carnis patrauit, sed etiam cum consensum præstitit.*

7 *Clericus fornicans ratione voti committit incestum.*

8 *Concubitum clerici sacris insigniti esse simplicem fornicationem, sunt qui teneant.*

9 Cap. quia circa, de bigamis, *declaratur.*

10 Cap. Presbyter 28. dist. *declaratur.*

11 *Fornicatio clerici cum soluta non est adulterium.*

12 *Mulier fornicans cum clerico in maioribus non committit ex parte sua incestum,* & n. 13.

Filius clerici in sacris constituti suæ matri potest succedere, ibid.

14 *Contrarium ostenditur, ad id citatis pluribus Doctoribus.*

15 *Coitus damnatus dicitur ille, cui aliqua pœna temporalis per legem, aut constitutionem iuris imponitur.*

16 *Filius vt non succedat matri, sufficit esse susceptus ex coitu damnato, vel punibili.*

17 *Componuntur opiniones hac de re adinuicem cõtrariæ.*

18 *Clericus castitatem & continentiam sacro Ordini annexam seruare debet.*

19 *Sancti qui non sunt, sancta tractare non possunt.*

20 *Continentia in clericis est de Iure positiuo.*

21 *Subdiaconatus de essentia, vt substantia non est continentia, sed tantùm accidens ex statuto Ecclesiæ.*

22 *Papa dispensare potest, vt promoti ad sacros Ordines matrimonia contrahant.*

23 *Papa potest dispensare cum Religioso, vel Moniali super voto castitatis & continentiæ vt matrimonia contrahant.*

24 Cap. cùm ad monasterium, de statu monach. *declaratur.*

1 ONTINENTIA sacro Ordini cœpit esse annexa ex institotione Siricij summi Pontificis, circa *annum* 388 *in cap. plurimos* 81. *distinct.* vt dicit gloss. *in cap. cum in præterito, verb. qui sacramentis* 84. *distinct.* eamque postea confirmauit Inoocentius I. *anno* 408. vt videtur deduci ex *cap. proposuisti* 82. *distinct.* vel florere incipit à tempore Leonis I. qui Sedem Petri occupauit anno Christi 440. vt colligitur ex quadam ipsiosmet *epist.* 83. *cap.* 4. ad Anastas. Episcop. Thessalonien sem, cuius verba refert Marchin. *de sacram Ordinis tract.* 2. a
part. 6. *cap.* 8. *diffic.* 5. Sed relicta in hoc temporum varietate, quam referunt Sot. *de inst. lib.* 7. *quæst.* 6. *art.* 2. *vers. probatur*, & Valentia *tom.* 4. *disput.* 9. *quæst.* 5. *puncto* 5. §. 2. *vers. cæterum* multis testimoniis sacrarum Scripturarum, antiquorum Conciliorum, veterum Pontificum, sanctorúmque Patrum Græcorum, & Latinorum, huiusmodi continentiæ votum sacris Ordinibus æquissimo iure annexum fuisse, illisque magnopere continentiam expedire tenent Iodoc. Clicthouæ. *de cælibatu Sacerdotum*, Claud. Spencæ. *de continentia Sacerd.* Marchin. *de Sacramento Ordin. tract.* 2. *part.* 6. *cap.* 8. Sot. *d. quæst.* 6. *art.* 1. *vers. & quoniam*, Valentia *d. puncto* 5. §. 3. Cardin. Bellarm. *lib.* 1. *de Clericis cap.* 19. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 1. *art.* 1. Azot. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 12. nouissimè Torreblanca *in pract. Iuris spirit. lib.* 2. *c.* 15 *per tot.*

2 Hanc continentiam cogebantur promouendi antiquitus expresse polliceri, *cap. nullum, cap. præterea, & cap. quando* 18. *distinct.* Postea verò ex Constitutione Martini Papæ nemo ordinandorum tenetur hanc continentiam expressis promittere verbis, sed tacitè, vt silentium ordinati pro consensu reputetur, subdens ne promoueretur asseuerans se non velle continentiæ promissione detineri, *cap. Diaconus* 27. *dist. cap. Diaconi* 28. *dist.* Et ita cum clerici ad sacros Ordines promouentur, tacitè castitatem promittere censentur, hoc est non expresse, sed facto ipso; nam licèt non voce voueant, at facto & opere profitentur castitatem per sacrorom Ordinum susceptionem, *cap. quando, cap. de his. & cap. præterea* 28. *distinct.* Decian. *in cap. at si clerici num.* 227. *de iudic.* Alphons. Cupers *in repet. cap. oportebat.* 79. *dist. vers. explicatur de Cardinalibus art.* 1. *cap.* 16. Monald. *cons.* 69. *num.* 6. *lib.* 2. quos refert Carol. de Grassis *de effectib. clerical. in prælud. num.* 41. Franc. Mendoça *in lib.* 1. *Regum. cap.* 1. me citato *in hoc loco* Torreblanca *d. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 57. quibus addo Mich. Medin. *de sacrorum vir. continent. lib.* 5. *cap.* 2. Cardin. Bellarm. *lib.* 1. *de Matrimon. cap.* 21. Azot. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 12. *quæst.* 6. Vasqoez *tom.* 3. *in* 3. *part. disp.* 249. *cap.* 2. & 3. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 27. *num.* 10. Basil. Pont. *in simili tract. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 7. Marchin. *d. tract.* 2. *part.* 6. *cap.* 8. *diffic.* 6. vbi *diffic.* 7. inquirit in quo consistat solemnitas voti continentiæ, quod in susceptione Subdiaconatus emittitur, & qua ratione differat à voto castitatis solemni in approbata Religione? Vtrùm autem Episcopi, interueniente Clerici consensu, statuere atque decernere possint, quod promoti ad minores Ordines continerent? Negatiuam partem sustinet Anguian. *de legib. lib.* 2. *controu.* 2. *num.* 26. vbi reprobat & reprehendit Archidiacon. *in cap. certe num.* 3. 12. *quæst.* 1. contrariom tenentem.

3 Ex quibus iam *primò* colliges falsam sententiam illorum, quia asserunt cælibatum sacro Ordini Iure diuino adionctum fuisse, ideóque nulla potestate humana etiam Papali dispensari posse; quia ex dictis contrariom verius esse constat, & solo præcepto Ecclesiastico sacris Ordinibus fuisse annexam cootinentiam tenent D. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 7. & 11. Antonin. Capet. *de perpetua castitate Sacer. cap.* 25. Claud. Spensæus *lib.* 1. *de contin. sacerd. cap.* 3. Sot. *in* 4. *sentent. dist.* 38. *q.* 1. *art.* 1. *vers.*

vers. dubium. Valentia d. puncto 5. §. 1. vers. sed his argumentis. Card. Bullarm. lib. 1. de Clericis cap. 18 Henriq. in sum. lib. 10. cap. 14. § 6. Azor. d. cap. 12. quaes. 1. Marchin. d. cap. 8. diffic. 6. num. 1. idem me citato in hoc loco videtur asserere eod. cap. 8. diffic. 10. n. 10.

4 Secundò colliges illum, qui ante pubertatem, Episcopi incutia, vel contemptu, Sacris est insignitus, ad continentiam non arctari, postquam peruenerit ad illam, nisi cum pubertatem attingit, promotionem ratam habuerit, tum expresse, tum tacitè non contradicendo; quia si tunc protestetur, posset ad seculum retrogredi, & vxorem ducere. Ita Abb. in cap. vnic. num. 3. de clerico per saltum promoto vbi Ioan. Andr. num. 5. & Host. num. 2. Sot. 4. dist. 25. quaest. 1. art. 2. concl. 3. vers. quod si roges, Rebuff. in praxi benef. tit. de clericis malè promotis gloss. 2. num 10. Nauar. cons. 2. num. 4. de his, quae vi, Henriq. in summ. lib. 1. cap. 22. §. 3. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 30. num. 1. & 8. Squillante de cleric. obligat. p. 1. num. 83. Bonacin. de matrimon. q. 3. puncto 9. num. 8. Basil. Ponti. eod tract. lib. 7. cap. 29. num. 15. vbi expresse tenet quòd si puer, si ad vsum rationis perueniat, non reclamet, sed conscius obligationis continentiae, statum sequatur ecclesiasticum, tunc ex ista tacita professione status sacri, censetur in praedictum onus consensisse, consequenter ab Ecclesia ad obseruantiam castitatis compelli posse, refert & sequitur Marchin. d. cap. 8. diffic. 10. num. 1. & 2. vbi tamen num. 4. cum seqq. contra Maiol. Sanch. & Squillan. tenet impuberem, qui habens plenum vsum rationis sua voluntate sacros Ordines recepit, sciens onus castitatis illis annexum, voto castitatis & Diuini Officij recitatione teneri.

5 Quaestio in hac materia controuersa est, an scilicet ordinatus vi, metúve, qui in constantem virum caderet, esto suscipiat Ordinem, continentiae voto teneatur? In qua quaestione affirmatiuam partem tuentur D. Antonin. 3. part sum. tit. 14. cap. 16. §. 18. vers. de sic coacte ordinato, Sot. de Iustit. lib. 7. quaest. 2. art. 5. vers. quapropter, Armil. verb. Ordo 8. num. 4. Tabiena eodem verbo 2. num. 17. Archid. in cap. de Iudaeis, in fine, vers. in gloss. 45. dist. Syluest. verb. Ordo 4. n. 1. & 2. Henriq. Boich. in cap. maiores n. 9. de Baptismo, vbi Butr. § fin. num. 7. & Abb. in § Item quaeritur, etiam num. 7. Alberic. in suo dictionar. verb. ordinatus, vers. virum coacte ordinatus, Rebell. de obligat. iustit par. 2. lib. 3. quaest. 12. num. 9. Petr. Ledesma de matrim. quaest. 55. art. 4. Paul. Comitol. respons. moralium lib. 1. quaest. 55. à num. 3. Basil. Pont. de matrimon. lib. 7. cap. 29. Diana moral. resol. tom. 2. tract. 4. resol. 193. Negatiua verò pars, quòd scilicet talis continentiae voto non obligetur, suadetur primò exemplo matrimonij, quod graui metu extortum irritatur in Iure, c. virum, de Regular. cap. veniens, de sponsal. Secundò exemplo voti metu tali iniecto facti, quod nullum est, cap. 1. & 2. vbi glos. verb. coactus vers. Item, & in voto, de his, quae vi, quam sequitur Abb. ibi num. 11. vers. & quarius casus Tertiò, exemplo solemnis professionis, quae pariter ipso iure est irrita, si per vim, vel metum grauem emittatur, c. insinuanti, qui cler. vel vou. c. sicut, c. qui monasterio 20. q. 1. Nec obstat quòd vi, vel metu baptizatus adhuc teneatur legibus Christianae Religionis, cap. de Iudaeis 45. dist. nam dispar est ratio, quia Baptismus est Sacramentum necessitatis, & similiter legis Christianae obseruantia. At Ordo & continentia est de consilio, & voluntate: tum quia Baptismi susceptio, & professio legis Christianae non est votum, quod natura sua petat plenam libertatem, sicut eam petit perpetuae continentiae votum. Quare ita hanc partem negatiuam tenent glos. verb. conditionaliter in d. cap. maiores §. item quaeritur, dum vltimo loco refert opinionem Ioannis, ob quod videtur in ea residere, Hieronym. Paol. in praxi Cancellaria fol. 55. Henriq. in sum. lib. 10. cap. 14. n. 3. & lib. 12. c. 5. n. 9. in com lit. Q. Nau. consil. 1. n. 8. & cons. 2. n. 2. & cons. 3. num. 8. de his quae vi, in nouis, Petr. de Ledesm in sum. p. 1. tract. de sacram. Ordin. cap. 6. diffic. 3. dicto 2. Sayr. in Claui Regia lib. 6. cap. 4. sub num. 20. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 13. num. 3. Caesar. de Graffis decis. 19. de his quae vi, & decis. 20. Rot. Rom. decis. 561. p. 1. diuers. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 29. num. 5. Bonac. de matr. quaest. 3 puncto 9. num. 14. Coninch. tom. 2. disputat. 20. dub. 14. à num. 143. Squillante de obligat. cleric. part. 1. num. 80. Marchin. loco cit. diffic. 9. Iul. Caesar. Madius de sacris Ordinibus cap. 3. num. 7. Hinc Rota decis. 105. num. 2. part. 1. in recentiss. censuit constare de metu Antonio illato antequam Sacris initiaretur, cùm aliàs solus metus reuerentialis ex praecedentibus minis, aut verberibus, etiam siue patris expresso praecepto, sufficiat in materia susceptionis Ordinis.

6 Tertiò, colliges constitutum in Sacris, quia habet praedictum castitatis votum annexum, non solùm circunstantiam Ordinis sacri debere Sacerdoti detegere, cùm actuale peccatum carnis patrauit, sed cùm mente tantùm libidinosa actui consensum praestitit, argumento tex. in cap. qui viderit 32. quaest. 5. & iuxta tradita per Sot. in 4. distinct. 18. quaest. 2. art. 4. vers. enimuero, Iacob. de Graffiis in decis. aureis lib. 1. cap. 20. num. 32. † Ratione enim voti clericus fornicans committit sacrilegium, vt per Vincent. de Franch. decis. 27. n. 2. Lusit. Soar. tom. 1. commun. opinionum lib. 1. art. 7. de clericis coniugatis num. 20 pag. 175. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quaest. 19. num. 51. cum sequent. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 12. col. 1332. & par. 3. lib. 3. cap. 17. quaes. 7. Fr. Emman. quaest. Regular. tom. 2. quaest. 29. art. 2. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 27. num. 9. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decretales, collect. 102. n. 3. 7

8 Hinc fit non esse veram sententiam Cardin. in Clement. ad nostrum vers. 7. num. 2. de haereticis, vbi Imola num. vlt. & eiusdem Imolae in cap. vt clericorum, num. 8. vers. aduertat tamen, de vita & honest. cleric. Clar. in §. fornicatio num. 4. & 18. & in §. incestus n. 1. vers. sed nunquid, Bermond. de public. concubin. rub. de sacrileg. num. 1. Paleoth. de nothis & spur. cap. 16. num. 14. cum seqq. Griland. in tract. de poena omnifar. coitus quaest. 15. num. 2. Gutier. post alios Canon. lib. 2. cap. 7. num. 44. & aliorum, quos refert Sanch. d. disp. 27. num. 21. asserentium concubitum clerici Sacris insigniti, esse simplicem fornicationem, per tex. in cap. quia circa, de bigamis, ibi, cum eis tanquam simplici fornicatione notatis, &c. & per text. in cap. Presbyter. 28. distinct. ibi, Presbyter si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit. Quae tamen opinio falsa est, & ideo contrariam, nempe talem coitum esse sacrilegum, meliùs sustinent Menoch. de arbitr. cent. 5. casu 418. num. 7. Thom. Doct. cons. 197. n. 4. Carol. de Graffis de effect. cleric. in praelud. num. 40. Azor. instit. moral p. 1. lib. 13. cap. 12. quaes. 6. ad finem. & part. 2. lib. 6. cap. 7. quaes. 12. vers. sed dubia, Petr. de Ledesma in sum p. 2. tract. 27. c. 14. concl. 2. Bened. Aegid. in tract. de priuileg. honest. art. 11. num. 10. citati à Gutier. d. cap. 7. à num. 7. cum seq Sayr. in Claui Regia lib. 8. c. 2. num. vlt. ad fin. Suar. de Relig. lib. 2. c. 6. n. 12. multi, quos refert, & sequitur Sanch. disp. 27. num. 19. asserentes teneri clericum illam circunstantiam voti annexi Ordini sacro tanquam mutantem speciem, in Confessione exprimere, & ita dicere se esse clericum in Sacris, & illam similiter declarare se peccasse cum clerico; cuius

rei ratio eſt, quia vltra fornicationem virtuti temperantiæ contrariam, peccauit contra virtutem Religionis violaos caſtitatis votum, ac per conſequens ſacrilegium committit, quod eſt rei ſacræ violatio, iuuat text. *in cap. de his*, ibi, *vt ſacrilegi*, 28. *diſtinct.* Vnde profeſſus in Religione, & Sacris initiatus, ſi caſtitatem violet, ſi votum ſacri Ordinis & Religionis differunt ſpecie, vtramque circunſtantiam tenetur confiteri, aliàs ſecus. Ita Iacob. de Graff. *in deciſ. aur. lib. 1. cap. 20. num. 21.* Ægid. de Coninch. *de ſacrament. diſp. 20. dub. 3. n. 131.* Henriq. *in ſum. lib. 5. de Pœnit. cap. 7. num. 6.* Leſſi. *de Iuſtit. lib. 2. cap. 40. dub. 6. num. 40.* Sanch. *d. diſp. 17. num. 25. cum ſeqq.* Homobon. *in exam. eccleſiaſt. tract. 4. cap. 3. quaſ. 27.* Filliuc. *in quaſt. moralib. tom. 2. tract. 40. cap. 9. num. 124.* Diana *moral. reſolut. p. 1. tract. 7. reſol. 4.*

9 Neque obſtat text. *in d. cap. quia circa*, reſpondetur enim, quòd ideo ibi dicitur fornicatio ſimplex, non quia non ſit etiam ſacrilegium, ſed vt diſtinguatur ab aliis luxuriæ peccatis ſpecialiori qualitate, & ſubſtantia affectis, in quæ indicit aliquando Presbyter, verbi gratia, ab adulterio, ſtupro, vel inceſtu. Ita Azor. *inſtit. moral. part. 3. lib. 3. cap. 17. quaſ. 7. verſ. in hac.* Sed meliùs accedendo menti & diſpoſitioni textus dicendum puto in eo vocari ſimplicem fornicationem in ordine ad bigamiam excludendam, quam non incurrit clericus concubinarius, ſuppoſito quòd non habuit animum contrahendi matrimonium de facto, & ita vocatur ſimplex fornicatio ex parte effectus, & vt diſtinguitur à copula, quæ fit cum effectus maritali, iuxta *cap. nuper, de bigamis*; non tamen vocatur ſimplex ad excludendam malitiam contra religionem, & ideo ille tex. non vocat clericum ſimplicem fornicatium, ſed tanquam ſimplici fornicatione notatum. Ad text. verò *in d. cap. Pres-*
10 *byter.* reſpondetur † nihil aliud ſignificare, niſi quod fornicatio clerici cum ſoluta non eſt dicenda adulterium, prout nonnulli affirmabant, de quibus Me-
11 noch. *d. caſu* 418. † quia videbatur dari quoddam coniugium ſpirituale inter clericum & Eccleſiam, imò dicebant dari ſtuprum cum inceſtu, vt per Menoch. *dict. loco*, Gutier. *dict. cap. 7. num. 37. cum ſequentibus.*

12 Verùm licèt communis opinio, de qua ſuprà, teneat coitum clerici dici ſacrilegium, tamen reſpectu perſonæ mulieris, cum qua fornicationem committit, vt ſimplex reputatur, Benedict. Ægid. *d. art. 11. num. 10 verſ. vtcumque*, & in hanc opinionem potius inclinatem, cui adſtipulantur Menoch. *in addit. ad tract. de arbitr. caſu 109. num. 6. verſ. tertia opinio*, Surd. *de alim. tit. 5. q. 7. n. 44.* & Steph. Gratian. *d. cap. 15. num. 24.*

13 Hinc à Doctoribus communiter reſoluitur, & vt æquius recipitur filium clerici in Sacris conſtituti ſuæ poſſe matri ſuccedere, ex eo, quia reſpectu illius talis coitus non eſt damnatus, neque punibilis; & ita hanc opinionem tenent Perez *tit. 2. lib. 6. Ordin. pag. 69.* & latiùs *tit. 8. verſ. vtrum autem, lib. 8. pag. 197.* Auend. *d. l. 9. Tauri gloſ. 5. cum ſeq.* ac proinde cum huiuſmodi fornicatio ex parte ipſius mulieris non ſit coitus damnatus, & punibilis, poteſt filios matri ſuccedere, iuxta tradita per Negreiros *in introduct. vltim. volunt. lib. 1. cap. 11. num. 5.*

14 Contrariam tamen opinionem, imò filium clerici in Sacris conſtituti non ſuccedere matri, tenent Anton. Gomez *l. 9. Tauri num. 15. in fine*, & *ibi* Fernandez *num. 34.* Matienſ. *l. 9. gloſ. 4. & num. 6. 7. 8. tit. 8. lib. 5. noua recopil.* Mench. *de ſucceſſ. creat. §. 10. num 47.* Peregr. *de iure fiſci lib. 3. tit. 8. num. 37. in medio.* Gam. *deciſ. 136.* vbi Flores, Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſput. 167. verſ. licet, aliàs num. 8.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 16. princip. num. 18. & 19. 89. & 90.* Gutier. *practicab. lib. 2. quaſt. 102. per totam*, Bernard. Graux. *ad pract. Cameræ Imp lib. 2. concluſ. 115. conſil. 1. num. 2.* Azor. *moral. inſtit. part. 2. lib. 2. cap. 6. quaſ. 5.* Leſſi. *de Iuſtit. lib. 2. cap. 19. dub. 6. num. 56.* Et ex eo confirmatur, quia non poteſt negari huioſmodi coitum etiam ex parte matris punibilem eſſe, & damnatum, cum in Iure multæ ſint contentæ pœnæ contra clericorum concubinas: dicitur enim
† coitus damnatus ille, cui aliqua pœna temporalis 15
per legem, aut conſtitutionem Iuris imponitur, vt per Berm. *de publicis concubinar. propè finem, in verb. qui etiam filios. num. 73.* Boſſ. *de coitu damnat. num. 38.* Clar. *in §. fornicatio, num. 5.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quaſt. 21. num. 16.* Steph. Gratian. *d. cap. 35. num. 10.* Molin. *de inſt. tract. 2. diſp. 167. verſ. licèt in*
concluſione. Et † vt filius non ſuccedat matri, ſufficit 16
eſſe ſuſceptus ex coitu damnato, vel punibili: itaut non requiratur vterque ſimul, ex Valaſc. *conſult. 29. num. 13.*

Quare has contrarias opiniones diſtinctionis 17
fœdere componendas duxi cum doctiſſ. D. meo Petro Barboſa *in priuatis ſchol. ad l. ex facto §. ſi quis rogatus il 1. verſ. ad Ord. ff. ad Treb.* quod ſcilicet *prima* opinio procedat in clerico, qui ſuſcepit filium ex muliere ſoluta, quam pro concubina non habebat; nam in his terminis verum eſt mulierem non puniri, nec reſpectu illius poteſt dici talis coitus damnabilis, aut punibilis. *Secunda* verò opinio habet locum in clerico, qui ſuſcepit filium ex concubina ſua, cum in noſtris Hiſpaniæ Regnis concubina clerici acriter puniatur: quæ quidem reſolutio ſemper intelligenda eſt de clericis in Sacris conſtitutis, nam filios clerici in minoribus, etiam beneficium Eccleſiaſticum habentis ſuccedere matri abſque dubio reſoluunt Azor. *d. c. 6. q. 5. verſ. accedit.* Stephan. Gratian. *d. c. 36. n. 48.*

Caſtitatem & continentiam Ordini per ſe acce- 18
pto annexam clericus obſeruare debet; cùm enim templum & vas Domini, ac ſacrarium Spiritus ſancti eſſe debeat, indignum eſt dici eum cubilibus, & immundiciis deſeruire, D. Paul. *ad Roman. 13. cap. decernimus, & per tot. 28. diſt. cap. propoſuiſti, cum ſequentib. 82. diſt. cap. 1. & per totam 15. quaſt. 8. cap. à multis, de ætate, & qualit. cap. vt clericorum, de vita & honeſt. cleric.* plura refert Bened. Ægid. *de priuil. honeſtat. art. 11.* Demoſth. *in oratione contra Timocratem* ſic ait: *Ego enim arbitror, qui ſacras ædes ingrediatur, qui curam diuinarum rerum præſit, eum non modo ad certum aliquod dierum tempus caſtum eſſe debere, ſed per omne ſpatium, ætatis ab iſtiuſmodi ſtudijs fuiſſe purum, oportere*, & Cicer. 2. *de legibus, ad Diuos*, inquit, *adeunto caſtè, qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit.* Ethnici enim immolare victimas eos prohibeant, qui minimè puri, & integri ad immolandum accederent, vnde Tibull *lib. 2.*

Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedite ab aris,
Queis dedit heſterna gaudia nocte Venus.
Caſta placent Superis, &c.

Mundamini, qui fertis vaſa Domini, *Eſai. 52.* 19
neceſſe eſt, vt munda ſtudeat eſſe manus, quæ alios mundare debet, *c. neceſſe 1. quaſt. 1.* D. Auguſt. *ſerm. 36. ad Presbyt.* D. Chryſoſt. *lib. 6. de Sacerd.* & qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt, atque alieni effici debent à miniſterio, quod viuendo illicitè polluunt, *cap. Maximianus 81. diſtinct.* circa quam clericorum caſtitatem multa ſcribunt Thom. Doct. *conſ. 147. n. 4.* Carol. de Graſſis *d. præl. ud. à n. 25.*

Continentia in clericis, quia non eſt de Iure diuino,

nino, sed dumtaxat de Iure positiuo, vt præter citatoa ssoprà *num.* 3. resoluunt Abb. *in cap. vt clericorum n.5. de vita & honest. cler. & in cap. cùm olim n.5. de cler. coniug.* Beller. *disquisit. clerical. p.1. tit. de disciplina clericali §. 15. num. 61.* Homobon. de Bonis *de humana vita statib. part.1. cap. 19. prope finem vers. quoad secun-*
21 *dum,* † non est de substantia, & assentia Ordinis Subdiaconatus, sed tantùm accidens ex statuto Ecclesiæ, D. Thom. 2. 2. *quæst.88. art.11.* Rota *diuers. part.1. decis.560. num.10. & decis.361. num.11.* Beller. *d. tit.*
23 *de disciplina clericali §. 8. num. 9.* † ideoque Papa dispensare potest, vt promoti ad sacros Ordines matrimonium contrahant. Ita Sot. *lib.7. de iustit. quæst. 4. art.2.. vers. hoc patet, & in 4. sentent. dist.38. quæst.1. art.1. vers. dubium,* Abb. *in cap. cum olim. num.5. de clericis coniug.* Henriq. *in sum. lib.10. cap.14. §.5. & §. 8.* Beller. *d. §.8. n.11.*

23 Prout etiam summum Pontificem posse dispensare com Religioso professo, vel Moniali super voto castitatis, & continentiæ, vt matrimonium contrahant, traduor D. Thom. *in 4. distinct. 38. quæst.1. art. 4. circa med.* vbi Rich. *art.9. quæst.1.* & Sot. *quæst. vnic.* Duran. *quæst.2.* Pal. *quæst.4. art.4. concl.11. & 12.* D. Antonin. *part.2. tit.11. cap.1. §.2.* Borgas *in tract. de irregul. par. 6. rub. de sponsal. & matrim. num.7. & 11.* Nauar. *com. 2. de regular. num.57. & de reddit. Eccles. quæst.1. monitu 55. num.9. & cons.5. de statu monach. num.7. & cons. 16. de sponsal.* Gama *decis.579. num.1.* Graffiis *in decis. aureis lib.2. cap.31. num.22. & 23.* Ioan. Ramirez *de confirm. Ordinis D. Iacobi cap.5. num.25.* Motta *eod. tract. lib.2. cap. 1. §.12. à num.7. & cap.2. §.7. à num. 7.* Cald. Pereira *de nominat. quæst. 20. num. 29. & 32.* Sayr. *in claui Regia lib. 6. cap. 11. num. 16. cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.1. quæst.25. art. 1. & 2. & quæst.26. art.1. & tom.3. quæst.1. art.5. & 8. & quæst, 29. art. 6.* Henriq. *lib. 10. cap. 14. §.5. in glos. lit. A, & lib.11. cap... §.11. & lib.12. cap.5. §. 7.* P. Ribaden. *in lib. pro defensione Societatis Iesu, cap. 15. 17. & 18.* Lessi. *de Iustitia lib. 2. cap. 40. dubit. 14.* Cened. *ad Decretal. collect. 124. num. 4.* latè Trasmieta *in tract. de polygamia lib. 2. quæst. 17. à num. 29.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum lib. 3. quæst. 36.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. dispensatio differ. 6. num. 5.* Basil. Pont. *de impedim. Matrim. cap. 1. §. 3.* Nicol. Garcia *de benefic. par. 7. cap. 10. num.83.* Rebel. *de obligat. iustit. part.2. lib.3. quæst. 4. num.8.* Gutier. *de Matrim. cap. 122. num.1.* Sanch. *de Matrim. lib.8. disput.8. num.6. & in præcepta Decalogi lib.5. cap.2. num.9.* Bellet. *d. §.8. num.12.* Quamuis D. Thom. ante locum suprà citatum *in 2. 2. quæst.83. art. 10. & quæst. 88. art. 11.* contrarium resoluat per
24 tex. *in cap. cum ad monasterium, de statu Regul.* † intelliguntur enim illius verba finalia, & ibi, *quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere.* in sensu composito, id est, cum monacho manente monacho; nam in sensu diuiso, id est, faciendo de monacho non monachum, & extrahendo eum à Religione, bene potest Papa dispensare, Valent. *tom.3. disp.10. quæst.4. puncto 2.* Vasquez *disp.165. num.104.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.12. cap.7.* Less. *de iustitia lib.2. cap. 41. à num.4.* Motta *lib.2. cap.2. §.7 num 10.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 397. vers. neque verò.* Basil. Pont. *d. §.3. vers. sed quamuis,* Nicol. Garc. *dict. cap.10. num.92. & 93.* Sanch. *d. lib.5. cap.1. num. 16.* Barthol. à S. Fausto *d. quæst. 36. num.12. & lib.7. quæst. 48.* Et ideo dispensatum fuisse cum Ramiro Rege Aragonum, vt relicta Religione, & Episcopatu, Regnum susciperet, & vxorem, attestantur Palud. *in 4. dist. 38. quæst. 4. art. 4.* Luc. Marinæ. Sicul. *lib.8. de mirabil. Hispania, c. vlt.* Ioan. Vasæ. *in chronica cap.18.* Barthol. à S. Fausto *d q.36. n.6.* Ac etiam cum Constantia professa in Monasterio Panormitano filia Rogerij Regis, vt Religione deserta nuberet Henrico VI. Frederici Imp. filio, dispensasse Cælestinum III. referunt Cened. *ad Decretal. collect. 124. num.5.* Pineda *in vita D. Ioannis Bapt. lib.1. art.1. c.6. pag.84.* Didac. de la Motta *in tract. de confirmat. Ordinis Militia S. Iacobi de Spata lib. 2. cap. 2. §. 7. ad 7. num 13. pag.243.* ibi, *Et quod Cælestinus Papa III. dispensauerit cum Constantia filia Rogerij Regis Henrici Sexti, quæ erat Sanctimonialis in Panormo, & natus est ex tali coniugio Fredericus XI. certum est,* & inter alios Doctores tradunt Card. Caiet. 2. 2. *quæst. 88. art. 11.* Fr. Mich. de Medina *de sacrorum hominum continent. lib.5. cap.28. 32. & 33.* Illescas *in Hist. Pontif. lib. 5. cap.31.* &c. Francis. Molin. *de ritu nupt. lib.1. comp.19. n.124.* Barthol. à S. Fausto *dict. quæst.36. num.6. in fine.* Trasmiera *vbi suprà num.33.* Et dispensatum etiam fuisse per Alexandrum III. cum Nicolao Iustiniano Sacerdote Monacho in Monasterio S. Nicolai Ordinis S. Benedicti ad instantiam Vitalis Venetorum Ducis, tradunt Barthol. à S. Fausto *d. quæst. 36. num. 5.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, lib.3. cap.5. num.7.* Pineda *in monarch. Eccles. part.3. lib.6. cap.7. §.1. pag.34.* Trasmiera *d. quæst. 17. num. 34.* & Alexandrum VI. dispensasse eum Cæsare Diacono Cardinali, vt vxorem duceret filiam Ducis Valentioiani refert Cened. *d. num.5.* & nouè dispensasse Gregorium XIII. cum fratre Illustrissimi Card. Ioyosæ Galli Sacerdote professo, & Prouinciali Ordinis Capucinorum asserunt Barthol. à S. Fausto *d. q.36. à num.8.* Trasmiera *d q.17. num.35.*

ALLEGATIO XVI.

Episcopus in qua ætate constitutis Ordines maiores conferre possit, & de pœna Ordinantis, & Ordinati ante legitimam ætatem?

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus ante 22. annum, Diaconus ante 23. inchoatos, Presbyter ante 25. per diem incœptum promoueri non debent.*

2 *Anni bissexti dies computandus non est pro legitima Ordinis ætate.*

3 *Anni an sint computandi iuxta ritum, & vsum Ecclesiæ?*

4 *Ætates pro suscipiendis sacris Ordinibus positiuo Iure sunt constitutæ.*

5 *Ordinis sacramentum si pueris, furiosis, & his, qui vsu rationis carent, administretur, characterem imprimi in eorum anima.*

6 Cap. vnicum, de clericis per saltum promotis, *declaratur.*

7 *Infanti Tonsuram conferens, quam pœnam incurrat?*

8 *Suspensio, quam contrahit promouens carentem ætate non incurritur ipso iure.*

9 *Episcopus suspensione durante si celebret, vel Ordines conferat, aut fiat irregularis? ostenditur.*

10 *Promotus ante legitimã ætatem est ipso iure suspensus, intellige de promoto ad maiores Ordines, vt n.14.*

11 *Promotus ante legitimam ætatem, & in susceptis Ordinibus ministrans, fit irregularis.*

12 *Suspensus impeditur ea exercere, quæ ab Ordine, iurisdictione,*

risdictione, vel administratione Ecclesiastica pendent.

13 *Promotus ante legitimam ætatem ascendendo ad altiorts Ordines incurrit irregularitatem. Intellige vt num. 14.*

15 *Papa solus dispensat in suspensione, quam incurrit promotus ante legitimam ætatem.*

16 *Irregularitatem contrahit, qui inexpleto anno 24. suscepit Ordinem Presbyterij, aut in tempore interdicto, vel sine titulo, vel ab alieno Episcopo, aut sine dimissorits.*

17 *Ordinatus ante legitimam ætatem inculpabiliter suspensionem non incurrit.*

18 *Verba* temerè præsumpserit, *dolum, ac temeritatem significant.*

19 *Non comprehendunt illum, qui bona fide, ignoranter, aut imprudenter aliquid facit.*

20 *Ordinatus ante legitimam ætatem bona fide testimonio suorum parentum non remanet suspensus.*

21 *Celebrans ante legitimam ætatem bona fide credens id sibi licere, irregularitatem non incurrit.*

22 *Peccat tamen mortaliter celebrando sciens se non habere legitimam ætatem.*

23 *Ordinatus ante legitimam ætatem, bona fide, illa interueniente, rectè poterit Ordines exequi sine dispensatione.*

24 *Regulares, sicut & clerici ante legitimam ætatem Ordines suscipientes sunt suspensi ipso iure.*



1 VMMVS Pontif. Clemens V. constituerat olim *in Clement. fin. de ætate, & qualit.* vt alio non obstante impedimento Canonico, posset quis liberè in decimooctauo anno ad Subdiaconatus Ordinem promoueri, in vigesimo ad Diaconatum, & vigesimoquinto ad Presbyteratum. Iure verò nouissimè Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. c. 12.* præcipitur, vt nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante 22. annum, ad Diaconatus ante 23. & ad Presbyteratum ante 25. ætatis suæ promoueatur; ac insuper statuit eadem in singulis Ordinibus tempora in Regularibus quoque personis esse attendenda, priuilegiis quoad hoc penitus exclusis, cùm olim meritis exigentibus possent in minori ætate promoueri, *in cap. monachus 71. distinct.* Prædictum verò annorum numerum in singulis Ordinibus sufficit attigisse, nisi contrarium exprimatur in Canone, sicut olim expressum erat *in d. c. 1. 78. distinct. & in cap. cum in cunctis, de elect.* & idem de ætate Acolytatus intelligendum videtur *d. cap. in singulis, cum gloss.* Ratio huius resolutionis est, quia propria significatio dictionis, *ante*, de qua *in Trid.* est excludere illud, cui præponitur, vt in his terminis diximus *de diction. vsufreq. dict. 33. num. 5.* nam quando perfectum, & consummatum annum requirit idem Concilium, hoc ipsum exprimit addendo particulam, *expletum*, prout *sess. 25. de Regular. cap. 15.* ibi, *ante decimumsextum annum expletum*, &c. tum quia si annus adimpletus requireretur, non posset quis promoueri ad Subdiaconatus Ordinem, nisi in 23. anno, & ad Diaconatum in 24. & ad Prebyteratum in 26. quod manifestè aduersatur Concilio Trident. & hoc non esset antè, sed pòst. Quare ita docent Nauarr. *in man. cap. 25. num. 69. cum sequentib. & num. 103.* Zerol. *in praxi Episcop verb. Ordo §. 1.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 8.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. par. 1. c. 4. num. 31.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 19. §. 2. & lib. 13. cap. 38. §. 2.* Petr. de Ledesm. *in sum. part. 1. tract. de sacram. Ordin. c. 7. princ.* Piasec. *in praxi noua Episcopali, p. 1. cap. 1. sub. de requisitis ætatis, num. 23. pag. 34.* Moneta *de distribut. quotid. p. 2. q. 19. num. 11.* Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 3. q. 23. artic. 6.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauar. lib. 1. tit. 2. l. 1. de ætate, in declarat. n. 4.* Bonacina *de Sacram. disp. 8. quæst. vnic. punct. 5. num. 12.* Nicol. de Garcia *de beneficiis p. 7. c. 4. num. 2.* Auila *de censur. part. 3. disput. 5. dub. 7. not. 11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. n. 166.* Coninch *de Sacram. tom. 2. disp. 20. n. 102.* Bonac. *de censur. extra Bull. disp. 3. q. 1. punct. 1. num. 4.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 12. num. 3. & 4.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis p. 1. tract. 2. cap. 12. num. 3.* Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. quæst. 39. art. 2.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. in prælud. num. 289. 291. & 295.* Zipæ. *in analytica postrem. Iuris Eccles. enarrat. sub tit. de elect. num. 11.* Vgolin. *de officio Episcopi c. 16. §. 6. num. 4. & 5.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract. 1. num. 10. q. 60. vers. ad maiores*, latè Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. num. 8. cum seqq.* Albert. Trott. *de vero & perfecto clerico c. 17. n. 2.* Philiarch. *de officio sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 1. cap. 13. in fine*, latè Philibert. Marchin. post hæc scripta & impressa in lucem ediens, *in tract. de sacram. Ordinis tract. 1. p. 5. cap. 2. per tot.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. cap. 7. num. 3. & c. 8. num. 4.* nouissimè Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 33.* D. Acuña *in commentar. ad cap. Subdiaconatus num. 1. dist. 77.* Aduertas tamen quòd sufficit ad singulos Ordines per vnum medium diem annum necessarium à Concil. Trid. inchoatum fuisse, Coninch *de Sacram. disp. 20. dub. 10. n. 102.* Bonac. etiam *de sacram. disp. 8. q. vnic. puncto 5. num. 12.* Petr. Ledesm. *in sum. tom. 1. de sacram. vbi de Ordin. c. 7.* Diana *d. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 29.* nam regula est in Iure nostro quod siue agatur de materia fauorabili, siue de materia odiosa, vel pœnali, vbicumque requiritur ætas ad aliquem actum, vel exercitium, sufficit attigisse primum diem vltimi anni, quia annus cœptus habetur pro completo, glos. *verb. decimumoctauum annum, in Clem. fin. de ætat. & qualit.* glos. *in Clem. ad nostram, de Regul.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. num. 3.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 523. post num. 4.* Gironda *in tract. de priuilegiorum, & exempt. explicat. n. 1142.* vbi *à seq.* id limitat quando pro essentiali forma requiritur annus impletus.

Regulares virtute suorum antiquorum priuilegiorum non posse ordinari ante legitimam ætatem præscriptam à Concil. Trident. *d. cap. 12.* tenent Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 23. art. 6. & 8. & in addit. ad sum. tom. 4. cap. 77. concl. 1.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 12. num. 14. & 15.* Fr. Ludou. Miranda *d. quæst. 39. art. 1.* vbi asserit se nescire de aliqua concessione, quæ id concedat Regularibus post Trid. & Sixtum, refert Portel. *in dubiis irregularib. verb. Ordines sacri num. 1.* me citato *in hoc loco* Marchin. *d. tract. 1. p. 1. cap. 3. num. 6.*

Pro legitima Ordinis ætate non est computandus dies Bissextilis, nec de illo curandum, cùm annus à Iure determinatus intelligatur ex 365. diebus continuis: ita Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 19. §. 2.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici post resol. 276. in notabilib. de materia Sacram. Ordinis vers. quoad interstitia in 2. edit.* Martin. Fornar. *de ordine cap. 3. n. 6.* Quamuis contrarium, immò diem bissextilem in ætate ordinandorum semper includendam, existimauerint Bonacin. *d. puncto 5. num. 14.* & Molfes. *d. tract. 2. c. 12. num. 8.* Marchin. *d. p. 5. cap. 4. num. 13.* & qualiter sit computandus annus ad Ordines recipiendos an more astrologico per tot menses, & dies, an verò more Ecclesiastico, iuxta quod accidit in Kalendarium? Vide infrà *alleg. 18. n. 2.* 2

Sed dubitaus an habeat legitimam ætatem ad 3 Ordines

Ordines & beneficia, vel alium actum requisitum, non potest cum huiusmodi dubio Ordines suscipere, donec constet de ætate; quia possessio est pro præcepto, & ideo illud seruare oportet; secus in eo casu, quo quis facta debita diligentia dubius adhuc est an expleuerit viginti & vnum annos ad ieiunandum; quia tunc non est possessio pro præcepto ieiunij, sed prò libertate illius dubitantis. Ita Thom. Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 41. n. 38.* Ioan. Sanch. *in select. disp. 43. n. 6. & 7.* Castro Palao *tom. 1. disp. 3. punct. 8. num. 7.* & plures, quos refert, & sequitur Antonin. Diana *Moral. resol. p. 4. tract. 3. resol. 21. per tot.* Quare si in ætate ad Ordines vnus dies aut hora desideretur, vitiatur factum, quia hìc non habet locum regula illa, quod parum distat, nihil distare videtur, sicut nec in aliis in quibus ius tempus præfinitum exigit: ita Henriq. *in sum. lib. 7. c. 20. §. 2. in glos. lit. O*, Basil. Ponti. *de matrim. lib. 7. cap. 65. num. 1.* nouissimè Diana *moral. resol. p. 5. tract. 5. resol. 17.*

4 Huiusmodi ætates pro suscipiendis Ordinibus requisitæ non alio quàm positiuo, & Canonum Iure constitutæ sunt; nec quidem de iure diuino aliqua fuit determinata ætas ad necessitatem Sacramenti Ordinis, vt bene firmat Sot. *in 4. sentent. dist. 25. q. 1.*
5 *art. 2. concl. 3.* Vnde † si huiusmodi Sacramentum pueris, furiosis, vel amentibus, qui vsu rationis carent, administretur, characterem in eorum animam imprimi certò credendum est, ex S. Bonauent. *in 4. sentent. dist. 25. q. 2. art. 2.* vbi Sot. *q. 1. art. 2. conclus. 3.* Ioan. Andr. *in cap. 1. n. 5. de clerico per saltum promoto*, Catechesis Rom. *sub tit. de sacram. Ordinis §. sequitur*, Gregor. de Valentia *tom. 4. disp. 9. q. 4. punct. 1.* Nauar. *cons. 2. n. 4. de his quæ vi metúsve causa fiunt, & cons. 7. n. 3. de temporibus ordin.* Coninch *d. disp. 20. dub. 10. n. 94. & 97.* Vasq. *3. p. tom. 3. disp. 246. cap. 1.* Bonacina *d. disp. 8 q. vnic. punct. 5. num. 1.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. n. 18.* nouissimè me citato *in hoc loco* Torreblanca *in practicab. Iuris spirit. lib. 2. c. 13. n. 36.* Ex ea ra-
6 tione, quia † *in cap. vnico, de clericis per saltum promotis*, habetur illos non esse reordinandos, qui intra, id est, ante discretionis annos, acceperunt minores Ordines; tum quia vsus rationis videtur solummodo requiri in suscipientibus Sacramenta, quæ consistunt in aliquo actu ipsius suscipientis, sicut est matrimonium, quod consistit in mutuo contrahentium consensu; & Pœnitentia, ad quam necessarius est dolor, & confessio, qui sunt actus pœnitentis: in suscipientibus verò Sacramenta, per quæ datur aliqua potestas, quæ est prior actu, non videtur necessarius vsus rationis, sed sufficit capacitas potentiæ, seu potestatis, quæ confertur; & ita colligitur ex resolutis per Doctores supra allegatos.

Vnde fit Episcopum non posse dispensare super ætate ordinandorum, sed requiri Papæ dispensationem, *c. dilectus, de temp. Ordin.* Emman. Sà *verb. Ordo num. 19.* Alzed. *de precell. Episc. dignit. p. 2. cap. 6. num. 64.*

7 Restat iam, vt videamus, quæ pœna Iure sit constituta aduersus Episcopos ordinantes aliquem nō habentem ætatem requisitam, & contra sic promotos? Et agendo prius de ordinante, adduco decisionem tex. *in cap. vel non est compos, de temporibus ordinat.* & *ibi* Abb. *num. 4.* vbi probatur infantem in Diaconum ordinans, à collatione cæterorum Ordinum suspensione dignum esse, in conferente verò infanti clericalem Tonsuram Bonifac. VIII. sanciuit ne per annum Tonsuram alteri dare posset, *in cap. final. de tempor. ordinat. lib. 6.* Sed difficultas est, quare conferens infanti clericalem Tonsuram ab illius collatione tantùm suspendantur, & conferens eidem Diaconatus Ordinem, non tantùm à collatione illius, sed etiam cæterorum suspensione dignus sit? De quo vide Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub. 7. cap. 4. num. 2.* vbi rationem reddere multis nititur.

Suspensio hæc, quam de Iure contrahit promo- 8
uens ætate carentem, non incurritur ipso iure, prout resoluunt Tabien, *verb. Ordo 3.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 9.* Vnde non incurrebat irregularitatem, si in Ordinibus, à quorum collatione erat suspensus, ministraret, ex Rebuff. *in praxi benef. tit. de clericis malè promotis gloss. 2. n. 7.* remissiuè Quarant. *in sum. Bullary verb. Ordo, in princ. vers. an.*

Si tamen prædicta suspensione durante auderet 9
alium Ordinibus initiare, fieret quidem irregularis; suspensus enim à collatione Ordinum, illos conferendo irregularitatem contrahit, ex Syluest. *verb. suspensio num. 5. vers. Si verò ab Ordine*; cum Concil. Trident. nullam in hoc casu apponat pœnam, nec Constitutio Pij II. & cum altera Sixti V. quæ in illo loquebatur, redacta sit ad terminos Iuris communis, per Clement. VIII. *in sua Constit.* incip. *Romanum Pontif. sub Dat. pridie Kalend. Martij 1595.* vt refert Sayr. *in floribus decis. sub tit. de tempor. ordinat. decis. 27.* viget tantùm suspensio *dict. cap. vel non est compos.*

Pœna verò promoti ante legitimam ætatem erat 10
suspensio de Iure communi ab illorum executione vsque ad ætatem legitimam, *d. cap. vel non est compos*, talis tamen suspensio non erat ipso facto, sed ferenda, vt per glos. *ibi*, & Nau. *cons. 23. n. 5. de tempor. ordinat. in antiq. edit.* Marchin. *d. tract. 1. p. 5. cap. 3. num. 1. & 2.* Auila *p. 3. disp. 5. dub. 7. vers. de secunda*, D. Acuña *in dict. cap. subdiaconus num. 4. dist. 77.* Per Constit. verò Pij II. *incip. Cum ex sacrorum*, relatam *alleg. seq. num. 10.* fit ipso iure perpetuò suspensus, donec absolutionis beneficium impetretur, vt per Couar. *in Clem. si furiosus part. 1. §. 1. num. 4.* Rebuff. *in praxi benefic. part. 2. tit. de cleric. ad sacr. Ordines promotis gloss. 4. num. 3.* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 61. num. 5. & 6.* Graff. *in aur. decis. part. 1. lib. 4. cap. 27. num. 23.* Maiol. *de irregular. lib. 1. cap. 30. num. 19.* Nauar. *in man. cap. 25. num. 70. & cap. 27. n. 155.* Henriq. *in sum. lib. 13. c. 38. §. 1.* Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 14. n. 11.* Auila *eod. tract. p. 3. disp. 5. dub. 7. per tot.* D. Acuña *vbi proximè num. 6.* nouissimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. c. 8. p. 2. & 3.* Lezana *in sum. quæst. Regul. cap. 14. num. 2.* Quarant. *d. verb. Ordo, vers. colligitur ex dictis*, Bonacin. *de Sacrament. disputat. 8. quæst. vnica punct. 5. num. 13.* bene Rot. *in Illerden. portionis de Bonanarre 8. Nouemb. 1613.* coram *Illustrissimo Patriarcha Mazanedo*, impressa per Farin. *decis. 481. num. 5. p. 2. recent.* Ex quibus autem probetur quis promotus ante legitimam ætatem? Vide Rot. *in Meliten. Abbatia 72. Nouemb. 1592.* coram *D. Gipsio*, impressa per Marchesan. *de commission. part. 1. pag. 140. secundum nouam impress.*

Si hac durante suspensione promotus ante le- 11
gitimam ætatem, in susceptis Ordinibus ministrare præsumpserit, fieret irregularis, ex dicta Pij II. *Constitutione*, vt per Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut. 105. num. 1.* Gutier. *dict. lib. 1. cap. 26. num. 22.* Quidquid teneat Diana *moralium resol. tom. 2. tract. 4. de Sacram. resol. 182. in fine.* nam † suspensus impe- 12
ditur ea exercere, quæ ab Ordine, iurisdictione, vel administratione Ecclesiastica pendent, ac proficiscuntur, ex traditis per Vgol. *de censur. tab. 4. c. 6. in princ. & §. 1.* Mari. Alter. *eod. tract. tom. 1. disp. 4. c. 2. vers. & statuendum est*, Suar. *tom. 5. disp. 26 sect. 1. num. 3.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de clericali discipl. §. 5. num. 53.* Monetam *de distribut. quotid. part. 2. q. 15.*

num.7.eumque prætetea tanqusm impeditum exercere Ordioes, ſi interdum ſe ingeſſeris Diuinis, itregularem fieri ſanciuit Pootifex *in cap. 1. de ſentent. & reiudic. lib.* 6. Vnde excommunicatus ſolummodo pœnam irregulatitatis ineurrit exercendo illos actus, qui ſunt ſpecialiter deputati alieuius Ordinis miniſtetin, Miranda *d. quaſt. 39. art* 9. Quioimò
13 † aſcendendo ad altiores Ordines eandem incurret irregularitatem, cùm dicatur miniſtrare in promotis, Maiol. *de irregul.lib.1.cap.2. num.11. & lib.4.c.33. num.2.*

14 Intellige de promnto ad ſactos Ordines, ante ætatem, vt pares ex *d. Bulla Pij II.* ibi, *ſe faciunt ad ſacros Ordines promoueri*; cuios pœna non cumprehendis illos, qui ante legitimam ætatem minores Ordines etiam mala fide reciperent, vt per Nanar. *conſ. 31. num. 4. de tempor. ordinat. in nouis*, Suar. *tom.5.diſputat.31. num.23.* Bonacin. *de cenſur. diſput.3. quaſt.6. puncto 5. num. 5. verſ. quintò*, Salzed. *ad Bernard.cap.26. verſ. tertiò erit*, Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 12. num.9.* Marchio. *d.cap.3. num. 9.* Bellet. *dict. §. 5. num. 6.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiep. Neapol. part.4. deciſ.93. num.5.* Diana *moral.reſol.p.5.tract.1n. reſol.30.*

15 Ordinatus igitur ante legitimam ætatem cùm remaneat ipſo iure ſuſpeoſus, ſi temerè Ordioes recepit, neceſſarinm eſt, vt priuſquam Ordinem exerceat, à ſuſpenſione abſoluatur, neque ante, etiamſi attingat ætatem per ſactos Cannnes, & S. Concil. Tridentin. requiſitam, abſque abſnlusione prædicta alium poteſt Ordinem ſuſcipere, aut in ſuſcepto miniſtrare, Miranda *d.q. 39. art.10.* Cornejo *tom 2. in 3. part.diſp.4 de ſuſpenſ.dub.1.* Lezana *in ſum quaſt.Regul. cap.14. num.2. in fine.* Nec ſufficit diſpenſatio deſumpra ex tolerantia Epiſcopi per loogum tempus, quia cum nnn prubetut illius ſcientia de huiuſmodi mala promotione, tolerantia nihil operatur, Ruman. *conſ.216.num.6. & 7.verſ.mihi autem*, Pariſ. *conſil.236. num.14.lib.4.* Gabr. *conſ.189. num.1. & 4. lib.1:* Beroi. *conſ.183.num 25.lib.3.* Vltra quòd ex diſpoſitione dictæ Bullæ Pij II. ſuſpenſin incurritur ipſo iure, & celebrans efficitut irtegularis, & à ſolo Papa abſoluendus, Couar. *d.num.4.* Nauar. *in man.c. 25. num.70. & in cap.accepta oppoſit.8.num.34.de reſtit.ſpoliat.* Rut. *d. deciſ. 481. num. 5.* ac proiode incapax ad obtinendum beoeficium, Caputaq. *deciſ.238. num.4. p.2.* Pariſ. *conſ.136. num.40. & 41.lib.4.* Rot. *d.deciſ.48t. n.3. p.2. recent.* & latiùs *alleg.ſeq.num.* 14. Poterit nihilominus per Epiſcopum diſpenſari, ſi huiuſmodi delictum prumntionis ſit occultum, licèt celebratio ſit publica, vt teſnlui *alleg. 39. poſt num. 44. verſ. decimò.* Aduerte non fieri irtegularem ante legitimam ætatem ad Sacerdotium promntum, ſi exerceat actus ſnlùm in Sacerdotio conſtituris conueniemtes, & Sacerdotali Ordini deputatos, modò non celebret, vt de Regulari dicunt Nauar. *conſ.9.de clerico excomm. miniſt.in antiq. aliàs conſ. de ætate & qualit.in nouis*, Fr. Emman. *in ſum.p.1.cap.166. conci.1. & quaſt regul.tom. 3.q.23. art.11.* Bellet. *diſquiſit.cler.p.1. tit.de diſcipl.cleric.§.5.num.58.* Marchin. *d.cap.3. num.14.* An ſuſpenſus ab aliquo Ordine, ſi aſcendit ad altiorem Ordinem abſque eo qund illos exerceat, efficiatut irregularis? Effici irregularem tenent Maiol. *de irregul. lib.4.c.34. num.1. & 2.* Con. *in cap.alma mater, part. 2. §.3. n. 3. verſ. ſeptimò*; ſed contrarium meliùs ſuſtinent Sayr. *de cenſuris, lib. 4. cap. 16. num. 22.* Marcel. Vulpe *in praxi iudiciali fori Eccleſiaſt. cap. 8. num.32.*

16 Quæſtio io hac materia difficilis eſt, an irregularitatem contrahat, qui non expleto 24. anno ſuſcepit Ordinem Preſbyterij, aut in tempore interdicto, vel ſine titulo; ſiue ab alieno Epiſcopo, aut ſine dimiſſoriis, vel extra tempus ſtatutum? In qua quæſtione verior opinio eſt affirmatiua, quam tenent Couar. *in cap. Alma mater p.2.§.3. num.5. verſ.9.* Salzed. *ad Bernard. cap.16. verſ. 5.* qui ibi atteſtatur, ſe alios, & prudeotiſſimos Viros, maximè è Societate Ieſu, alloquutum eſſe de hac re, & iſtam omnino firmaſſe reſolutionem, quamqoe tuentur Hieron. à Sorb. *in compendio priuil. Mendicantium, verb. Ordines ſacri, verſ. ſed hic aduertendo, & verſ. idem notandum ſecundò.* Nauar. *conſil. 4. in antiq. aliàs conſ. 8. de clerico excomm. miniſt.* Bonac. *de Sacr. diſp. 8. quaſt. unica punct. 5. num. 13.* tum quia huiuſmodi Sacerdos cuncelebrat hoc caſo Epiſcopo ordinanti, ex teſoluris per D. Thom. 3 *.part.quaſt.82. art.2. & in 4. ſentent.diſt. 13. quaſt.1. art.2.* vbi Palud. *quaſt.4.art.2.* Atque iden ſimul cum ipſo Antiſtite eandem Hoſtiam verè conſecrat, vt explicat Caiet. *ſuper d. art. 2. quaſt.82.* Vode bene Ludouic. Mætatius *in D. Thom. tom.3. tract.de Sacrament. Euchar. diſputat. 38. ſect.8. num. 4.* quem refert, & ſequitor nouiſſimè Diana *Moral.reſol.part. 5. tract. 14. reſolut.* 112. tenet quòd dum plores Sacerdotes ſimul conſectant, & cunſectando ſimul vnum idemque Miſſæ Sacrificium offerunt, ad eorum quemlibet petinde pertinet illius applicatio, ac ſi ſolus offerret, qoia qoilibet eſt illius totius vera cauſa per ſe iodependenter ab alio; vnde & poteſt independenter ab alterius voluntate illud iotegrè, cui voluerit, applicare; qund proinde ſic à ſingulis applicatum diuerſis perſnnis, proderit omnibus, quibus applicabitur, quia prodeſſe debet alicui: nulla autem ratio eſt, cur voi potius proſit, quàm alteri. Quare contraria npinio non eſt recipienda, neque eam ſatis confitmant rationes pro ea, cuius partes qui tuentur, in ea ſe fundane tatione, quia Eccleſia non eam reputat primam Miſſam, quam tunc vnà cum Epiſcopo ordinante celebrauit, quæ potiùs videtur vnico actio ordinationis. Sed hæc ratio non ſufficit, imò contrarium apparet ex ſupradictis, ex quibus venit reiicienda, & per conſequens Doctores, qui illa ducti negatiuam ſcilicet opinionem in hnc euentu, tenuernot, prout ſuot Medina *in ſumm.lib. 1. cap. 11. §. 8.* Quaranta *in ſumma Bullary, verb. Ordo, verſ. ampliatur illa*, Fr. Emman. *in ſum.p. 1. cap. 68. concl. 2.* Henriq. *lib.14. cap.3. § 6. in fine.* Suar. *tom.5. diſput. 31. ſect. 1. num.71.* Sayr. *de cenſur.lib.4. cap.16. num.23. & lib. 6. cap. 12. num.11.* Aoila *eodem tract.part.3. diſputat. 5. dub.7. verſ. dico 2.* Bellet. *diſquiſit. clericalium p. 1. tit. de diſcipl.clericali. §. 5. num.57. pag.60.* Portel. *in dubijs regularibus verb. Ordines ſacri num. 7.* Nald. *in ſum.verb.ſacerdos*, Homobon. *de examine Eccleſ.tract. 4. cap. 9. quaſ. 73.* Marchin. *dict. tract. 1. part. 5. cap. 3. num. 16.* Marcel. Vulp. *in praxi iudic. fori Eccleſiaſt. cap.8. num. 31.* nouiſſimè Lauret. de Franchis *in controuerſ.inter Epiſcop. & Regular. pag. 82. in reſp.ad* 22. Cornejo *d.diſp. 4. de ſuſpenſ.dub. 2.* Lezana *d.cap. 14. num.8.* Hurtad. *in tract. de ſuſpenſ.diffic.13. num. 361.* Diaoa *p.5.tract.10.reſol.37.*

Verùm ſi quia probabiliter credens ſe habere le- 17
gitimam ætatem, & igooranter ante illam ordinaretur, in dictam non incideret ſuſpenſinnem, etiam hodie poſt relatas Pij, & Sixti Conſtitutinnes; ex eo, quia ordinatus ante legitimam ætatem inculpabiliter à ſuſpenſione excuſatur. Ita Nauar. *in man. cap. 27. num.156. & in cap accepta, oppoſit. 8. num. 34. de reſtit.ſpoliat. & conſ. 9. num. 3. de temp. ordinat. & conſ. 3. num.1. de ætate, & qualitat.* Cardinal. Toler. *in ſum. lib. 1. cap. 15. num. 4.* Henriq. *in ſumm. lib. 13.*

cap.

cap. 18. *§.* 1. *in fin.* Salz. *ad Bernard. cap.* 26. *verſ.* 1. *quod diſpoſitio*, Graffis *in decif. aureis part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 22. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 22. me citato *in hoc loco* Homobon. *de examine Eccleſiaſtico tract.* 11. *cap.* 10. *quaſ.* 22. *re-* 2. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *quaſt.* 39. *art.* 6. *in fine.* Ludou. Beia *in reſponſ. caſuum conſcientia in caſuiscip. Petronius Preſbyter*, Saneh. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 30. *propè finem*: tum etiam, quia ad incurrendam hane ſuſpenſionem, opus eſt dolo, Nau. *d. cap.* 27. *num.* 154. & *d. conſ.* 3. *de at. & qual.* Bernard. *in pract. cap.* 26. *lit. C. verſ. primò quod eius*, Auila *de cenſuris part.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 7. *verſ. pro intelligentia* Soar. *d. diſput.* 31. *ſect.* 1. *num.* 26. *in fine*, D. Acuna *in d. cap. ſubdiaconus n.* 7. *diſt.* 77. Huttad. *in tract. de ſuſpenſ. diffic.* 13. *num.* 36. Villalob. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 11. *diffic.* 11. *num.* 6. nouiſſimè Diana *d. §.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 32.

18 Præpoſ. *in* 3. *part. quaſt. vnica, de ſacram. Ordinis dub.* 17. *num.* 167. tum denique quia verba illa, † *temerè præſumpſeris*, quibus vtuntur prædictæ Pij, & Sixti Conſtitutiones, dolum ac temeritatem ſignificant, iuxta *gloſ. penult. in cap. ſolet. de ſententi. excommun. in* 6. Card. Zabatell. *in Clem.* 1. *quaſt.* 38. *de priuil.* Hippolyt. *in l. de minore, in princip. num.* 39. *ff. de*

19 *quaſt.* Sanch. *de Matr. lib.* 9. *diſp.* 32. *num.* 38. & citati per me *diſt.* 278. ac ſubindo † noo comprehendere illum qui bona fide, ignoranter, aut imprudenter, ſiue inadnertenter aliquid facit, obſeruat Ceoed. *ad Decretales collect.* 45. *num.* 3. Vnde ad hanc ſuſpenſionem incurrendam requiritur præſumptio, itavt noo ſufficiat ignorantia vincibilis, modò oon ſit affectata, Nauar. *d. cap.* 37. *num.* 254. Emman. Sà *verb. ſuſpenſio num.* 2. Auila *d. diſp.* 5. *dub.* 7. & alij citati à Bunacina *de cenſur. diſput.* 3. *quaſt.* 6. *puncto* 5. *num.* 9. *verſ. aduertendum*, quamuis ipſe teneat ad hane ſuſpenſionem incurrendam noo requiri præſumptionem, vel ignorantiam affectatam, ſed ſufficere ignorantiam moraliter culpabilem: & quamuis Lezana *d. cap.* 14. *num.* 4. non ſine fundamento exiſtimauerit ad incurrendam dictam ſuſpenſionem non requiri dolum, aut malitiam. Hinc Rota *d. decif.* 481. *num.* 6. reputauit dolum ignorantiam euioſdam ante legitimam ætatem ordinanti, qui procurauit fieri informationam ab Officiali de ſua ætate, quem facile ſibi erat decipere, cum de ea poterat certiorari de facili à proprio parocho, penes quem erat liber Baptiſmi, & cum iret ad ſuſcipiendos Ordines ſacros, & admonitus eſſet ab amicis, non obſtantibus his admonitionibus voluit ordinari. Et eadem Rot. *in alia decif.* 200. *num.* 2. apud Farin. *part.* 2. *recent.* cenſuit quòd promotus ad Sacros Ordines ante legitimam ætatem, vt irregularis efficiatur, requiritur ipſum dolosè, & in contemptum ſuſcepiſſe ſacros Ordines, & miniſtraſſe, & *num.* 3. & 4. ſubdit dolum, & contemptum ceſſare in eo, qui habuit iuſtam credendi cauſam, ac proinde irregularitatem oon incurrere propter promotionem ante legitimam ætatem, ſi promotus illo credebat ſe eſſe legitimæ ætatis.

20 Sic etiam, qui teſtimonio parentum, vel ſui Superioris bona fide ordinatus eſt ante legitimam ætatem, non remanet ſuſpenſus, cùm non peccet recipiendo Ordines bona fide. Ita Quaranta *in ſum. Bullary. verb. Ordo, verſ. quibus ſic ſpecialiter*, Lauret de Franchis *d. pag.* 82. *in reſp. ad* 23. & ex Nauar. Cou. & Tolet. Bonacina *de Sacram diſp.* 8. *q. vnica puncto* 5. *num.* 13. *verſ. verum.* Bellet. *diſquiſit. cleric.* 5. *ſ. num.* 60. Iacob. de Graff. *in aureis decſ. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 22. Suàr. *de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 1. *n.* 26. Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 30. *propè fin.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap.* 26. *§.* 6. *num.* 5. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 6. Vincent. Marchin. *d. cap.* 3. *num.* 10. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 17. *cap.* 5. *num.* 84. Ratio eſt, quia Pontifex ſolùm ſcandala tollere & exceſſus teprimere intendit, aut nimiam ordinandi temeritatem, quæ omnia locum non habent in illo, qui ex probabili ignorantia Iuris, vel facti ante legitimum ætatem ordinaretur; immo Avil. *de cenſur. p.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 7. & Diana *d. tract.* 4. *reſol.* 192. docent excuſare ab hac ſuſpenſione, & irregularitate ignorantiam craſſam, dummodo non ſit affectata.

Nec etiam bona fide celebrans, credens id ſibi licere, irregularitatem incurret, vt reſoluunt Couar. *in Clement. ſi furioſus p.* 1. *§.* 2. *num* 4 Nauar. Salzed. & Graffis *d. locis*, Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſcip. clericali. §.* 5. *num.* 59. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 105. *n.* 2. Miranda *d. quaſt.* 39. *art.* 10. *in fine.* Sed quia Fuſc. *tract. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 17. tuetur hunc eſſe irregularem tanquam ipſum dedeceat ignorare, quæ communiter omnes ſui ordinis ſciunt; ideò conſulerem tutius eſſe diſpenſationem petere, ſi Papa relatis circunſtantiis illam duxerit concedendam. 21

Quamuis, qui bona fide ante legitimam ætatem ordinatus eſt, non fiat irregularis celebrando, eùm non dicatur violare cenſuram, peccat tamen mortaliter celebrando, ſciens ſe non habere legitimam ætatem, ſi credimus Fr. Emman. *in ſum. part.* 2. *cap.* 10. *concluſ.* 2. Nugn. *part.* 3. *quaſt.* 9. *art.* 10. Soar. *de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 2. *num.* 4. Bonacina *d. puncto* 5. *num.* 13. *verſ. verum.* Vnde ſi quis Sacris ordinetur ante legitimam ætatem habeat bonam fidem à principio, ob quam à ſuſpenſione ipſo facto liberatus fuerit, ſi poſtea aduenerit mala fides, & ſciens ſe non habere legitimam ætatem celebrauerit, non contrahit irregularitatem, ex Fr. Emman. *quaſt. Regul. tom.* 3. *quaſt.* 23. *art.* 14. Lauret. de Franchis *vbi ſuprà pag.* 83. *in reſp. ad* 24. † Iuſta tamen interueniente ætate recté poterit Ordines exequi, ſine aliqua abſolutione, aut diſpenſatione, non obſtantibus dictis Conſtitutionibus, vt acriter defendit Couar. *in d. Clementina ſi furioſus, part.* 1. *§.* 1. *num.* 4. & tenent Scott. *in Ballis Pontif. theor.* 109. Cornejo. *in* 3 *p. tract.* 5. *de ſuſpenſ. diſp.* 4. *caſu* 3. Diana *d. reſol.* 182. & *d. part.* 5. *tract.* 10. *reſolu.* 34. 22 23

Quæſtio eſt non contemnenda, an Regulares ſicut & clerici, ante legitimam ætatem ſacros Ordines recipientes ipſo iure ſint ſuſpenſi? In qua quæſt. videtur dicendum illos non eſſe ipſo iure ſuſpenſos, eum pœna hac ſuſpenſionis inflicta reperiatur ſolùm contra clericos *in d. Bulla Pij II.* de qua *alleg. ſeq. num.* 1 ibi, *nonnulli clerici*, &c. monachi enim, & clerici ſunt diuerſa, vt conſtat *ex rub. & tit. ne clerici, vel monachi*, ſicut Conſtitutio loquens de Regularibus ſolummodo, non comprehendit clericos ſeculares, vt habetur expreſſè *in Clem.* 1. *iuncta gloſ. verb. religioſus, de rebus Eccleſ. non alien.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſcipl. clerical. §.* 2. *num.* 5. ita etiam Religioſi in Conſtitutione agente de clericis non veniunt, præcipuè in materia non fauorabili, Abb. *in cap.* 2. *num.* 7. *ne clerici, vel monachi, & in cap.* 1. *num.* 9. *de iuramen. calum.* Bellet. *d. §.* 2. *num.* 2. 24

Sed his non obſtantibus verius eſt huiuſmodi Regulares ante legitimam ætatem promotos ſuſpenſos ipſo iure fieri, ſicut & clericos; nam licet, quantum ad alia, quàm maxima ſit differentia inter clericos, & monachos, ſiue Regulares, maximè quando agitur de materia, quæ vel tantùm concernit clericos, vel tantùm monachos: at quando materia eſt, quæ æqualiter reſpicit vnum, & alterum, qualis eſt materia Ordinum recipiendorum, & vt non recipiantur 25

piatur extra tempora, ante legitimam ætatem, vel sine litteris dimissoriis, nulla prorsus inter ipsos est differentia; quod si prædictus Pius II. vsus fuit nomine clerici, non verò expressè monachos, siue Regulares nominauit, ex eo fuit, quia clerici nomen in hoc sensu vniuocum est, & nomine, & definitione conuenit, ac comprehendit clericos, tam seculares, quàm Regulares. Quo fundamento hanc sententiam tenuere Fr. Emman. *in sum. part. 1. cap. 165. & quæst. Regul. tom. 3. quæst. 14. art.* 8. latè Lezana *d. cap. 14. num. 1. cum seqq.* Miranda *d. q. 39. art. 6.* & nouissimè Aloys. Ricc. *in decision. Curia Archiep. Neapol. decis.* 130. *part.* 4 Portel. *in dubiis Regularibus, verb. Ordines sacri, num.* 13.

26 Vtrùm autem Prælatus Regularis possit dispensare cum suo subdito ordinato ante ætatem, absoluendo illum à suspensione, ac etiam cum eo in irregularitate contracta dispensando ex administratione illius Ordinis durante suspensione? In quo dubio Capucin. *ad compendium, verb. Ordines sacri, fol.* 282. tenet huiusmodi Prælatum non posse dispensare, vel absoluere ordinatos ante ætatem, immò nec id posse Episcopos, & citat glos. *in Clem. fin. de ætate*, Syluest. & Nauarr. refert, & sequitur Sayr. *de censur. lib. 6. cap.* 12. *num.* 13. & 14. vbi expressè dicit Prælatum Regularem non posse dispensare cum suis subditis ordinatis ante ætatem virtute priuilegiorum, subditque hæc priuilegia esse derogata per Concil. Trid. *d. cap.* 12. pariter resoluens solum Papam, non verò Episcopum posse in hoc dispensare. Quicquid dicant Portel. *vbi suprà num.* 14. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 106. *num.* 26. Diana *moral. resol part. 3. tract. 2. resol.* 35.

Allegatio XVII.

Episcopus quibus temporibus Ordines sacros dare possit, & quas pœnas incurrat extra illa ordinatus?

SVMMARIVM.

1 *Ordines sacri in sex anni sabbatis conferuntur, & qua ratione in quatuor anni temporibus conferantur, num.* 2.

3 *Diebus sabbati Ecclesia potiùs constituit sacros Ordines esse conferendos, quia sabbatum significat requiem.*

In quodam casu fas est die Dominica sequenti post Sabbatum ieiuniorum quatuor temporum, sacros Ordines conferre, ibid.

4 *Sacri Ordines extra prædicta tempora, nec consuetudine conferri possunt.*

5 *Papa potest licentiam, & dispensationem concedere, vt extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antistite ad sacros Ordines promoueri.*

6 *Minores fratres, & omnes qui illorum priuilegiis fruuntur, possunt extra statuta tempora Dominicis, vel aliis festiuis diebus sacros Ordines suscipere.*

7 *Patres Societatis Iesu eodem priuilegio fruuntur, ex indulto Gregor. XIII.*

8 *Tempus præstitutum ad conferendos Ordines non est de substantia collationis illorum.*

9 *Promotus extra tempora, an sit suspensus ipso iure? resoluitur, & de promouente.*

10 *Suspensus ob promotionem extra tempora statuta, si celebret irregularis fit.*

11 *Bulla Pij II. refertur.*

12 *Suspenso ob casus in d. Bulla comprehensos, non possunt beneficia conferri.*

13 *Bulla Pij II. semper fuit obseruata, à Clem. VIII. & S.D. Paulo V. confirmata.*

14 *Suspensus per dictam Constitutionem an ab alio quam à Papa absolui possit? resoluitur negatiuè, nisi suspensio, vel irregularitas fuerit occulta, num.* 17.

15 *Conditor Canonis, quoties non reseruat absolutionem censura, potestatem Episcopis videtur concessisse.*

16 *Lex absque temporis præfinitione pœnam imponens censetur illam perpetuo infligere.*



SACROS Ordines non nisi in sex sabbatis anni conferri licere statuere Canones *in c. quod die, & in cap. fin. 75. dist.* nempe in sabbatis quatuor temporum quæ sunt post tertiam Dominicam Aduentus, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Dominicam Pentecostes, & post festum Exaltationis sanctæ Crucis, & in Sabbato præcedente Dominicam de Passione, & in sabbato sancto, quorum Canonum statuta Conc. Trid. seruari iubet *sess. 23. de reform. c.* 8. & comprobat Henriq. *in sum lib. 10. cap. 12. in princip.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici part. 1. cap. 4. num.* 20. † Vgolin. *de potestate Episcopi cap. 26. §. 15. n. 1. vers.* 3. Bonacina *de Sacram. disp. 8. q. vnic. punct.* 6. *num. 1. vers.* 1. Sanch. *opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub.* 51. *num.* 1. Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neap. decis.* 93 *part.* 4. Summa ratione prædicti sacri Ordines bis temporibus conferuntur, vt scilicet Christi fideles sacrarum rerum ministri, qui ad tanti ministerij potestatem assumuntur, piis, & sanctis precationibus intenti, rectè, & cum Ecclesiæ vtilitate, ad eam gerendam aptiores sint, prout dicit Catechesis Rom. *sub tit. de sacr. Ordinis §. sequitur nunc*, & hæc sanè vtilior apparet ratio, & verior his, quas tradunt Præp. *in c. quoniam §. cæterorum 75. distinct.* & Rebuff. *in praxi beneficiali tit. de clericis malè promotis glos. 1. n. 8. & 9.*

3 Diebus sabbati Ecclesia potiùs constituit sacros Ordines esse conferendos, quia sabbatum significat requiem: legitur enim *Genes.* 2. quòd requieuit Deus die septimo ab omni opere, quod patrarat, & tangit glos. *verb. pertinere in cap. litteras, de tempor. ordinat.* Requies enim consideratur dupliciter, vno modo pro cessatione ab operibus, alio modo pro implemento desiderij, ex D. Thom. *p. 1. sum. quæst. 37. art. 2. in medio.* Sacris initiatus primo modo quietis vtitur cùm de labore seculorum negotiorum transit ad Ecclesiasticam requiem, cùm illi non amplius negotiari permittatur, *cap. fornicari, 88. dist.* qua non potiuntur constituti in minoribus, cùm possint retrogredi ad sæculum, *cap. Ioannes, de clericis coniug. cap. si qui 32. dist.* Et ideo quocumque etiam die festo possunt prædicti minores Ordines conferri, vt dicitur *alleg.* 11. *num.* 12. Alterum verò requiei modum, nec Sacris initiati assequuntur, quousque ipsi, aliique triumphantem ingrediantur Ecclesiam, ex D. Thom. *vbi proximè*; cuius desiderij complementum Apostolus consequi animo concupiscenti concupiscens, in ea prorupit verba, *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* In quodam casu fas est die Dominica sequenti post sabbatum ieiuniorum quatuor temporum, sacros Ordines conferre, nempe seruato, & continuato ieiunio sabbati cum Dominica sequenti ab ordinatore, & ordinato; tunc enim fictione Canonica manè Dominicæ sequentis traditur ad Vesperam sabbati præcedentis, & sic dicuntur conferri in sabbato; non expe-

dit

dit tamen hoc facere, quia est magnum ieiunium, nisi adsit necessitas, vt quia fuit tanta ordinandorum copia, vt non potuerint Ordines die sabbato perfici: c. quod à Patribus, dist. 75. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. vers. ista autem, Sanch. in opusc. moralib. lib. 7. c. 1. dub. 51. num. 4. vbi n. 5. subdit hoc ieiunium non frangere Episcopum facientem factum die sabbati, & in eo sumentem ablutionem, Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. dub. 13. Diana moral. resol. p. 2. tract. 2. miscell. resol. 30.

4 His igitur temporibus sacri Ordines conferendi sunt, ita vt nec consuetudine contrarium induci possit, vt probat tex. in cap. 2. de temporibus ordin. Rebuff. in praxi benefic. p. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines malè promotis, glos. 1. num. 14. & 15. Quaranta in summa Bullarij. verb Ordo, vers deuenio ad secundum, Vgolin. dict. §. 25. num. 11. in fin. Henriq. lib. 10. cap. 12. §. 2. Aloys. Riec. d. Neap. decis. 93. num. 2. p. 4.

5 Excipitur tamen vbi speciatim summus Pontifex licentiam concederet, quia tunc extra quatuor tempora conferri poterunt, prout resoluunt Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 14. num. 9. Rebuff. dict. glos. 1. num. 12. Quaranta & Vgolin. dictis locis. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico p. 1. tract. 2. cap. 1. quæst. 12. Molfes. in sum moralis Theolog. tract. 2. cap. 1. num. 53. & 55. Papa enim quolibet tempore Ordines conferre potest, Rebuff. dict. glos. 1. num. 1. Salzed. ad Bernard. cap. 26. vers. Et licet, pag. 110. & dispensare, vt extra tempora statuta quis possit ab aliquo Antistite ad sacros Ordines promoueri, cap. 1. de temp. ordin. Rebuff. super reg. 23. Cancell. vers. item hoc concedere potest, quam dispensationem in hac Curia appellant Curiales, extra tempora. Eam si quis habuerit vt à quocumque Antistite initiari possit, quamuis non egeat litteris dimissoriis proprij Prælati, eget tamen litteris eiusdem testimonialibus de vita & moribus, ex Trid sess. 23. de reform. cap 8. sine quibus ordinans suspenditur per annum à collatione Ordinum, & ordinatus ab vsu Ordinis suscepti, Henriq. lib. 13. cap. 38. num. 2. Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 20. Fornar. de Ordine cap. 5. num. 4. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 48. q. 6. Madina de sacris Ordin. c. 8. num. 12. vers. quid in eo.

6 Vnde Fratres Minores, & omnes, qui illorum priuilegiis concessis, & concedendis fruuntur, ex Constitutione Clem. VIII. felicis mem. possunt extra tempora à Iure statuta Dominicis, vel aliis festiuis diebus sacros Ordines suscipere, referunt Fr. Emman. quæst. regul. tom. 3. q. 23. art. 5. Moneт. de commutat. vltim volunt. cap. 10. num. 184. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 8. dub. 1. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 12. diffic. 12. num. 8. & diffic. 12. num. 6. Hieron. Rodic. in compend. quæst. Regul. resol. 106. num. 7. me citato in hoc loco Diana part. 3. tract. 2. resol. 31. Homobon de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 2. cap. 1. quæst. 13. Portel. in dubiis Regular. verb. Ordines sacri, num. 4. me citato in hoc loco Marchin. d. tract. 1. part. 7. cap. 7. num. 1. vbi num. 2. de simili priuilegio concesso monachis S. Hieronymi, & S. Benedicti. Virtute tamen aliorum priuilegiorum à summis Pontificibus ante Concil. Trident. concessorum non posse Regulares nunc ab Episcopis ordinari Ordinibus sacris extra tempora, resoluunt Miranda in man. Prælat. tom. 1. quæst. 38. art. 4. & Aloys. Riec. in decis. Curiæ Archiep. Neapol decis. 93. num 6. p. 4. Lezana in sum. quæst. Regular. tom. 1. cap. 14. num. 1.

7 Item Patres Societatis Iesu ordinari possunt ad quosuis Ordines, etiam maiores, extra prædicta tempora ex indulto Greg. XIII. ipsis concesso, sub dat. Tusculi 22. Septembris 1582. refert Piasec. in praxi noua Episcop. part. 1. cap. 1. num. 88. pag. 56. & seq. & Aloys. Ricc. d. Neapol. decis. 93. num. 7. part. 4. Marchin. d. cap. 7. num. 4. Verba autem indulti sic refert nouissimè Stephan. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta lib. 1. cap. 2. num. 13. Præcipimus Episcopis, vt extra tempora à Iure statuta, tribusque Dominicis, vel aliis festiuis diebus continuis ad sacros etiam Presbyteratus Ordines promoueant (videlicet Religiosos Societatis Iesu) Nos enim illis Ordines prædictos sic suscipiendi, ac prædictis Antistitibus eos Ordines ipsis conferendi facultatem tribuimus, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus quibuscumque contrariis, &c. Præsentis autem gratiæ communicationem aliis Mendicantibus interdicimus omnino. Vnde Suar. de legib. lib. 8. cap. 17. num. 8. & Vasq. tom. 3. in 3. disp. 246. cap. 5. num. 50. scriptum reliquerunt hoc priuilegium recipiendi Ordines extra tempora ita esse Societati proprium, vt aliis Regularibus non communicetur, etiamsi in priuilegiis eiusdem participent, sed hoc improbat Diana d. part. 3. tract. 2. resol. 31. Item Patribus Congregationis S. Ioannis Euangelistæ Portugaliæ concessit Clem. VIII. de mense Nouemb. 1596. vt possint ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum tribus Dominicis, vel festiuis diebus continuis, vel interpolatis, non seruatis interstitiis, &c. referunt Portel. loco citato, Diana moral. resolut. p. 2. tract. 2. de dub. Regularib resol. 31. Marchin. d. tract. 1. part. 7. cap. 7. n. 3. de quo infrà alleg. 18. n. 11.

An autem in supradictis Indultis nomine diei festi intelligatur festus dies, ac feriatus, in quo populus à laboribus, & operibus seruilibus cessat, an verò sufficiat quòd sit dies duplex, licet non sit feriatus? Quæstio est dubia, in qua probabilis est sententia Azor. institut. moral. part. 2. lib. 1. cap. 27. q. 19. existimantis necesse esse hos dies esse à laboribus, & operibus seruilibus feriatos, & non sufficere quod sint duplices, & festi in ordinem ad officia diuina. Contraria verò, quæ docet sufficere quòd sint dies duplices, & festi in ordinem ad Officia diuina, licet non sint à laboribus feriati, non videtur improbabilis, ex eo, quia in Clem. vnica, de relig. & venerat sanct. festa Doctorum Ecclesiæ, & Euangelistarum æquiparantur festis Apostolorum, non quidem in feriatione horum festorum, sed in celebratione eorum sub officio duplici: tum quia Ecclesia celebrat festa S. Lucæ Euangelistæ, S. Ambrosij, Bonauenturæ, & S. Thomæ Aquinatis sub officio duplici, & tamen in dicta Clem. vnica, hi dies horum Sanctorum, dies festi appellantur. Ita docent Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 23. art. 5. Suar. tom. 1. de Religione lib. 2. de diebus festis, cap. 9. n. 22. Stephan. Fagundez d. c. 2. n. 11. Vide suprà alleg 11. n. 22.

Tempus huiusmodi constitutum à Iure ad conferendos Ordines non est de substantia collationis illorum, ex glos. in cap. ordinationis il 1. 75. distinct. ideo si illis non seruatis conferantur, vtique imprimetur character, vt tenent glos. verb. ætatem in cap. vel non est compos, de temporibus ordinat. Vgolin. d. §. 25. num. 1. in princip. 8

Sed dubium occurrit, an promotus extra prædicta tempora sit suspensus ipso iure? Quicquid tamen sit de Iure communi, vt infrà dicemus, non est dubium quin attenta Constitutione Pij II. incip. Cùm ex sacrorum, quæ ad litteram refertur infrà num. 10. sit suspensus ipso iure, idque ex ea deducunt Nauar. in man. cap. 27. num. 241. vers. 5. dico, & consil. 40. num. 7. vers. 11. de temporib. ordinat. in antiq. & consil. 7. sub tit. de clerico excommun. minist. Marcel. Vulpe d. cap. 8. num. 12. Postea verò Sixtus V. de Constitut. contra clericos malè promotos, incip. Sanctum & saluta- 9

ry

re, *ſub Dat. Nonis Ianuarij* 1588. non ſolùm ſuſpendit ipſo iure pro notos extra tempora, verùm etiam illos ita promouentes ad Sacros; vt in *§. Vt igitur*, cum duobus ſequentibus prædictæ ſuæ Coostitutionis continetur: verùm quia ſucceſſit Clementis VIII. ſanctio, incip. *Romanum Pontificem, ſub Dat. pridie Kalend. Martij* 1595. dictam Sixti V. Coostitutionem reſtringens, ac modificans, & ad terminos tantùm ſacrorum Canonum, Sanctioniſque Pij II. & Concil. Tridentin. redigens, vt refert Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de tempor. ordinat. deciſ.* 27. ideo videodom eſt quæ pœoæ ſtatutæ ſint in prædictis Iuribus aduerſur promouentem, & promotum ad ſactos Ordines extra tempora à Iure ſtatura. De Iure igitur communi tam promouens, quàm promotus extra tempora ſuſpendendi ſunt, ex ſenteotia *gloſ. penultim. in Clem. final. de ætate, & qual.* aut meliùs, promouens ſoſpendatur, promotus verò ſit ſuſpenſor ipſo iore, vt affirmant Hoſt. Ioan. And. & Butr. *cap. cùm quidam, de tempor. ordin.* vbi licèt videautur primo aſpectu reoere contrarium, nihilomiour quia poſtmodum eorum ſeotentiam in hac parte remittuot ad notata *in cap. litteras, illo tit.* vbi Ioan. And. *num.* 15. But. *num.* 7. & Hoſtienſ. *in final. verbis*, quo loci affirmant promotum ipſo iure ſuſpenſom, hoc iridem eos renere *in d. cap. cum quidam*, affirmandum eſt, ſequitur Vgolin. *d. §.* 25. *num.* 2. Sed, Pij II. lex prætetiens ordinatorem, aduerſus ordinatum pœnam iodixit ſuſpenſionis ipſo iore. Concil. verò Trident. nullam aduerſus eos infligit pœoam, & tex. *in cap.* 8. *ſeſſ.* 23. *de reformat.* qui primo aſpectu aduerſari videtur, noo probat, quod ex eo dedocit Salxed. *ad Bernard. cap.* 26. *littera A. verſ. hic verò, qui extra tempora*, dum ait hooc ſuſpenſum eſſe per anoum: ea enim pœna refertur ad eum, qui ſine teſtimonio ſui Ordinarij Ordines ſuſcipit, & declarat Vgolin. *vbi proximè*, ſequitur Bonac. *de cenſur. diſp.* 3. *q.* 6. *pun.* 5. *n.* 5. vbi etiam reſoluit ad hanc ſuſpenſionem incurrendam non requiri præſumptionem, vel ignorantiam affectatam, ſed ſufficere ignorantiam mortaliter culpabilem.

10 Hic extra tempora conſtituta ad ſacros Ordines ſe promoueri faciens, & prædictam ſuſpenſiooem incurrens, Ordiois executionem non habet, & ſi celebret, irregularis fit: imò Eccleſiaſticis priuatur beneficiis, per d. Bullam Pij II. tenoris ſequentis, videlicet.

11 *Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Cum ex ſacrorum Ordinum collatione character inuiſibilis animæ imprimatur, ſacra miniſteria diſpenſentur, & ipſorum cura tribuatur animis in eorum ſuſceptione, exceſſus graues tanto magis plectendi ſunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium ſcandala generantur; cum itaque (ſicut fide dignorum relatione non niſi moleſtè accepimus) nonnulli clerici extra tempora à iure conſtituta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui vero ſine dimiſſoriis, contra ſanctiones Canonicas ſe faciunt ad ſacros Ordines promouere; nos eorundem temeritatem, tali caſtigatione reprimentes, vt aliis in poſterum committendi ſimilia aditus præcludatur; auctoritate Apoſtolica hac Conſtitutione perpetuo valitura ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli, qui abſque diſpenſatione Canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ætatem legitimam, vel abſque dimiſſoriis litteris, etiam Citramotans, à Citramontanis (præterquam ſi in hoc vltimo caſu per Cameram Apoſtolicam iuxta illius ſtylum ordinati fuerint) ad aliquem ex ſacris Ordinibus ſe fecerint promoueri, à ſacrorum Ordinum exequutione ipſo iure ſuſpenſi ſint, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem Ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrant. Præterea vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas, beneficiis Eccleſiaſticis poſſint iure priuari. Volumus autem, quod præſens noſtra Conſtitutio in Romana Curia exiſtentes poſt quindecim dies; abſentes vero Italos poſt duos menſes; alios vero vltramontanos poſt ſex menſes, ab ipſius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apoſtolica publicatione, & affixione, ligare incipiat. Nulli ergo liceat eam infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, annô ab Incarnatione Dominica Milleſimo quadringenteſimo primo, quintodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.*

12 Attento prædictæ Bullæ tenore, dicendum puto durante illius ſuſpenſione, clerico non poſſe conferri beneficia, cùm ille careat Ordinem exequutione, ſecuodùm reſoluta per Couar. *in cap. alma mater, p.* 1. *§.* 7. *num.* 1. contra Nauar. *in man. cap.* 17. *num.* 160. Iotellige de clericis io maioribus, de quibus loquitur prædicta Bulla: oam ſi in minoribus conſtitutis conferantur, collatio valida erit, vt reſoluit Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 39. *art.* 7. *concl.* 1. *in fine*.

13 Hæc Bulla Pij II. obſeruatur ſemper in hac materia, eamque confirmarunt poſtea Iulius Papa III. in ſua *regul. Cancell.* 25. & alij ſucceſſores, necnon Clemens VIII. & S. D. Paulus V. felicis mem. *reg.* 23. per hæc verba. *Item de clericis extra tempora à Iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimam, aut abſque dimiſſoriis litteris ad ſacros Ordines ſe promouere facientibus pro tempore etiam voluit Conſtitutionem piæ memoriæ Pij II. ſimiliter Prædeceſſoris ſui deſuper editam, & in dicto Cancellaria Apoſt. libro deſcriptam*, quæ incip. *Cum ex ſacrorum*, &c. *pari modo obſeruari*, &c.

14 Dubitari poteſt, an ſuſpenſus vigore dictæ Conſtitutionis ab alio, quàm à Papa abſolui poſſit? Et videtur dicendum quòd ſic, ex ea ratione quod Pius II. ſibi non retinuit abſolutionem in ea Conſtitutione iuxta doctrinam Armil. *verb. ſuſpenſio num.* 22. Syluest. *eod. verbo num.* 8. *verſ. tertium.* gloſ. *Clem.* 1. *§. pen. verb. excommunicationis, de hæret.* ſicut in excommunicatione animaduerſum reperitur quoties conditot Canonis ſibi ſpecialiter non reſeruauit; † quia 15 eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis abſoluendi, *cap. nuper, de ſent. excomm.* cum ciratis à Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 5. *à princ.* Suar. *de cenſur. diſp.* 7. *ſect.* 4. conceſſum enim dicitot quicquid expreſſè prohibitum non reperitur, *l. necnon*, *§. quod eius*, *ff. ex quibus cauſis*. Sed his non obſtantibus in cootrarium ſe habet communis Doctorum reſolutio, aſſerentium ab irregularitate contracta in Ordinibus malè ſuſceptis, & inſuper à ſuſpenſione per dictam Conſtit. incurſa, non niſi Summum Pontificem diſpenſare poſſe, vt videre eſt apud Syluest. *verb. irregularitas, n.* 12. *verſ. hodie autem*, Nau. *in man. cap.* 25. *num.* 70. Maiol. *de irregular. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 9. *in fine*, Iacob. de Graſſis *in deciſ. aureis lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. & nuncupatim de ſuſpenſione agentes firmant Rebuff. *in praxi benefic. tit. ne clericis malè promotis, gloſ.* 4. *num.* 3. Gutier. *Canonicarum lib.* 1. *cap.* 26. *ſub num.* 21. Bonacin. *de cenſur. extra Bull. diſp.* 3. *q.* 1. *puncto* 3. *in fin.* Ratio eſt, quia in illa Conſtitutione noo ad aliquod tempus ſoſpeoſionis cenſuram Papa infligit, irregularitatemque incurri decernit; ex quo euenit, vt perpetuò cenſeatur inflicta, & Rota Romana generice loquens firmauit contrauenientes decretis dictæ Conſtitutionis perpetuò eſſe per eam ſuſpenſos

ſos *in Militen. Abbatia* 24. *Ianuary* 1590.coram *R.P.*
16 *D. Gypſio.* † Lex enim abſque temporis præfinitione pœnam imponens cenſetur illam perpetuò infligere, *l. ſeruus, C.de pœnis*, gloſ. *verb.perpetuò*, *in cap. cupientes*, §.*cæterùm*, *de elect. gloſſ. verb. in perpetuum*, *in cap.ex litteris*, *de conſtit.* vbi Abb. *num.*10. Felin. *in cap.tam litteris,num.*1.*in fine,de teſtibus*; ex quo ſequitur neminem poſſe illius Bullæ diſpoſitionem infringere, Pontificiſque ſupremi factum reuocare: ſi tamen huiuſmodi ſuſpenſio, vel irregularitas occulta
17 fuerit, in ea poterit † Epiſcopus diſpenſare, virtute Conc.Trident.*ſeſſ* 24 *de reformat.cap.*6. vt firmat Bonacina *de cenſuris diſp.*3. *quæſt.*6. *puncto* 5. *num.*5. *verſ. tertiò.* Ex lapſu verò viginti annorum præſumi diſpenſationem cenſuit Rota in his terminis apud Farin.*deciſ.*200.*n.*5 *p.*2.*recent.*

18 Aduertere oportet prædictam Pij II. Bullam ſolummodo loqui de ſuſcipientibus Ordines ſacros extra tempora, vel ante legitimam ætatem, aut ſine litteris dimiſſoriis, vel cum falſis, quod eſt idem; non tamen loquitur de prima Tonſura, vel de minoribus Ordinibus, ſtando etiam in Iure communi in dictis caſibus non incurrebatur ſuſpẽſio à ſuſcipientibus minores Ordines, vt latè probat Nauar. *in man.cap.*25.*num.*70.*&* *cap.*27.*num.* 241. vbi etiam aſſerit ſolummodo Pium II. ſuſpendiſſe ordinatos Ordinibus factis in dictis caſibus, & declaraſſe eos eſſe ipſo facto ſuſpenſos, atque irregulares ſi celebrent, non tamen ibi mentionem feciſſe de prima Tonſura, aut minoribus Ordinibus, ad quod citaui plures DD. ſup. *alleg.* 16.*n.*14.quibus adde Campan. *rub.*6.*c.*2.*n.*21.& Miranda *d.art.*7.*concl.*1. & quamuis *concl.*2. dicat per Conſtit.Sixti V. ordinatos prima Tonſura, minoribúſque Ordinibus, tam ſeculares, quàm Regulares, Epiſcopóſque eos ordinantes in dictis caſibus ipſo facto eſſe ſuſpenſos, hodie prædicta Conſtitutio Sixti V. reſtricta eſt ad terminos Iuris communis, & Bullæ Pij II. vt dixi ſuprà *alleg.*16. *n.*9.

ALLEGATIO XVIII.

Epiſcopus in interſtitiis quando diſpenſare poſſit?

SVMMARIVM.

1 *Interſtitiis temporum ſeruatis Ordines ſunt conferendi, & quare.*

2 *Anni curſus, qui inter vnum, & alterum Ordinem debet interuenire, quomodo computandus, oſtenditur.*

3 *Abbates, qui ſubditis ſuis primam Tonſuram, & minores Ordines poſſunt conferre, poterunt cum eiſdem in interſtitiis diſpenſare.*

4 *Epiſcopus cum ordinandis data aliqua legitima cauſa poteſt in huiuſmodi interſtitiis diſpenſare: & quæ ſit legitima cauſa.*

5 *Cauſa grauior requiritur in diſpenſatione interſtitiorum inter Diaconatum, & Sacerdotium, quam inter cæteros Ordines.*

6 *Capitulum Sede vacante, & eius Vicarius poſſunt diſpenſare in interſtitiis.*

7 *Epiſcopus ſuper interſtitiis temporum cum ordinando diſpenſare cenſetur, ſi illum ad Ordines aſſumat, ſciens non elapſum anni curriculum.*

8 *Impedimentum omne cenſetur ſublatum, ſi Epiſcopus illud ſciens ordinauerit.*

9 *Ordinator ſuper temporum interſtitiis non poteſt diſpenſare cum non diœceſano, niſi illi in dimiſſoriis diſpenſandi facultas concedatur.*

10 *Epiſcopus cum Religioſis diſpenſare poteſt in interſtitiis.*

11 *Regulares qui poſſint non ſeruatis interſtitiis Ordinari.*

12 *Abbates an cum Regalibus ſibi ſubditis poſſint in interſtitiis diſpenſare, oſtenditur.*

13 *Epiſcopus cum familiari ſuo triennali ſibi non ſubdito an poſſit diſpenſare in interſtitiis? remiſſiuè.*

14 *Ordinans, & ordinatus non expectatis temporum interſtitiis, quas pœnas incurrant?*



ERVATIS temporum interſtitiis conferendi ſunt Ordines, videlicet vno anno elapſo poſt ſuſceptionem vltimi minoris ad Subdiaconatum, iterum ad Diaconatum poſt annũ, & poſt alium ad Presbyteratũ, vt habetur in Concil. Trident.*ſeſſ.*23.*de reformat.c.*11.13.*&* 14.nam interim ordinãdi commodius edoceri poterunt, quantum ſit Ordinis, quem ſuſcipiunt, pondus, & dignitas. & cum ætate meritum vitæ, ac doctrina maior accreſcere poterit, vt dicit idẽ Concil. Trid. *citato loco*, quem ad hoc citat Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi*, *c.*26.§.27.*num.*2. & plures rationes afferunt Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis*, *tract.*2. *c.*14.*n.*2. & Carol. de Graſſis *de effectib. cleric.in prælud.n.*326.*cum ſeqq.*Sim.Maiol.*de irregul. lib.*4. *cap.*11. *à princ.* nouiſſimè Valenzuel. *tom.*2.*conſ.*107.*num.* 1. 1
Nullus igitur Epiſcopus abſque ſpeciali, & particulari priuilegio, & indulto de nouo conceſſo conferre poteſt alicui, etiam Regulari, duos ſacros Ordines in vna, & eadem die, etiamſi ad id faciendum prætendat habere ſe quantumcumque legitimam, nimis vrgentem, & rationabilem cauſam. Ita habetur *in cap. dilectus, & in cap.per litteras, de tempor. ordinat.* & in aliis Iuribus, quæ innouata fuerunt à Conc.Trid. *dict. c.*13. ibi, *Duo ſacri Ordines non in eadem die etiam Regularibus conferantur, priuilegiis, atque indultis quibuſcunque non obſtantibus*, &c. plures Doctores citauimus ſuprà *alleg.*14.*n.*10.vbi etiam aduertimus quoad propoſitum eandem diem dici nõ ſolùm quando eadem die ſabbati, vt ibi gratia, duos maiores Ordines ſuſcipit aliquis, ſed etiam ſecundum fictionem Canonicam, veluti cum aliquis die ſabbati recepit Subdiaconatum, & manè Dominicæ ſequentis accipit Diaconatum: præſumitur enim vna & eadem dies, ſi continuato ieiunio hoc fiat. Ita Suar.*tom.*5.*diſp.* 31. *ſect.*1.*n.*40.Sayr.*de cenſur.lib.*7.*cap.*10.*n.*22. Molfeſ.*d. cap.*14.*n.*5.

Anni curſus, qui inter vnum, & alterum Ordinem 2
debet interuenire, non oportet vt habeat trecentos ſexaginta quinque dies, quo tempore annus conficitur, ſed ſufficit aduenisse eandem ſolemnitatem, & diem ſubſequentis anni, in qua, anno tranſacto alium ſuſcepit Ordinem, & ita interſtitia non ſunt mathematicè computanda, itavt ordinandus nequeat ad Ordines promoueri, niſi inter vnum & alterum Ordinem totam traxerit duodecim menſium completorum; ſed moraliter, & iuxta ritum Eccleſiæ, videlicet ab vna Quadrageſima ad aliam, à Pentecoſte ad Pentecoſten, &c. quamuis inter primam, & ſecundam Pentecoſtes ſolemnitatem nondum ſint elapſi duodecim menſes. Ita tenent ac deciſum referunt Hier. Sotbo *in compendio Mendicant. verb Ordines ſacri, verſ. circa id.* Proſper de Auguſt. *in addit. ad Quarantam in ſum. Bullarij. verb Ordo, in fine*, Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 1.*verb. Ordo, verſ. ad quartum, circa med.* Vgolin.

d. §.27. *num.*6. Forbat. *de ſacram. Ordinis*, *cap.*3.§. 6. *num.* 4. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſiaſtic. cap.* 7. *num.*3. Campanili *in diuerſorio Iuris Canonici rub.*6.*cap.*13.*num.*12.me citato Bonacina *de Sacramentis diſp.*8 *quæſt.vnica, puncto* 5.*num.*33. Molfeſ. *d. c.*14. *num.*8. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. poſt reſolut.* 279. *in notab. de materia ſacram. Ordinis*, *verſ. quoad.* Iul. Cæſ.Mad. *de ſacris Ordinibus*, *cap.*4. *num.*17. nouiſſimè Lauret.de Franchis *in controu.inter Epiſcop.& Regular. pag* 77. *verſ. ad* 7. Lezana *in ſum. quæſt. Regul.cap.*14.*n.*17.

3 In minoribus tamen Ordinibus temporis interſtitium aliter computatur, prout dixi cum multis, quos citaui ſuprà *alleg.*11.*à.n.*17.me citato *in hoc loco*, nouiſſimè Nouar. *in lucerna Regul. verb. diſpenſare, num.*1.& 2.

4 Epiſcopus cum ordinandis in huiuſmodi interſtitiis diſpenſare poteſt, non tamen ad eius libitum, atque arbitrium non regulatum aliqua legitima cauſa; duæ referuntur à Concil. Trid. *ſeſſ.*23. *de reform. cap.*11.13. & 14. nempe neceſſitas, & vtilitas particularium Eccleſiarum. Per Eccleſiæ vtilitatem intelligit, quando pauci ſunt miniſtri eccleſiaſtici idonei, & tunc vtile Eccleſiæ eſt aliquos ordinare ad Eccleſiæ miniſterium, & maiorem etiam ornatum, ac ſplendorem. Per neceſſitatem intellexit quando deficerent miniſtri, nec poſſent ſuppleri per iam ordinatos Eccleſiæ onera in Miſſarum celebratione, quam in aliis Eccleſiaſticis miniſteriis, vt explicat Sorb. *in compendio priuileg. verb. Ordines ſacri, pag.*279. *num.*3. Vide Nauar.*conſ.*12.*de tempor. ordinat. & additio ad eum conſ.*19.*de voto*, Marcel.Vulpe *d.c.* 7. *num.*7. Miranda *d.art.*8. *concl.*3. & 4. Vgolin. *d.*§. 27. *num.*3.Sanch.*in opuſc.moral.lib.*7.*cap.*1.*dub.*55. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ deciſ.*561.*in* 1.*edit. & reſolut.* 483.*num.*2.*in* 2.*edit.*Molfeſ.*d.cap.*14. *num.*11. Bonacina *de Sacramentis diſp.*8. *quæſt. vnica punct.*6. *num.*1.
5 *verſ.grauiorem*, vbi dicit † grauiorem cauſam requiri in diſpenſatione interſtitiorum inter Diaconatum,& Sacerdotium, quam inter cæteros Ordines: nam Tridentinum Concilium in diſpenſationibus interſtitiorum inter minores Ordines requirit ſolum arbitrium Epiſcopi, in diſpenſationibus interſtitiorum inter minores, & maiores Ordines exigit neceſſitatem, aut Eccleſiæ vtilitatem, in diſpenſatione verò interſtitiorum inter Diaconatum,& Presbyteratum, poſtulat Eccleſiæ vtilitatem, & neceſſitatem; ita vt non ſufficiat Eccleſiæ vtilitas, verum etiam requiratur neceſſitas, quæ tamen neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa extraordinaria, aut publica non requiritur, quia Concil. Trident. remittere videtur hoc negotium arbitrio,& prudentiæ Epiſcoporum, poſita vtilitate Eccleſiæ,& neceſſitate, quam Epiſcopus ſecundum circumſtantiam loci,& temporis, aut iuxta conditionem perſonæ ſufficientem iudicauerit: vtrumque approbant Sorb.*in compendio priuil.*§. *Ordines ſacri, ad fin.*Fr.Emman. *quæſt.regul.tom.*3.*quæſt.*24.*art.* 6. & 7. Menoch. *de arbitrar. caſu* 427.*n.* 30. Miranda *d. quæſt.*38. *art.*8. *concl.*1. eleganter Carol. de Graſſis *d. prælud à num.*334. Homobon. *de examine Eccleſiaſtico tract.*2.*c.*2.*q.*14. & 15. Præter has cauſas diſpenſandi in interſtitiis, quæ deſumuntur ex Conc.Trid. *in dictis cap.*11.13.& 14. adeſt alia fauore ſtudij in aliqua Vniuerſitate, Menoch.*dict.caſu* 427. *num.*31. Et ætas ordinandi prouecta, iuncta cum eiſdem integritate: necnon arctatio ad recipiendum Diaconatum, vel Presbyteratum ratione beneficij recepti, vel recipiendi, Conc.Trid *ſeſſ.*7.*de reform.c.*7.

6 Facultas prædicta remittendi interſtitia Epiſcopo conceſſa modo ſuprà relato, extenditur etiam ad Vicarios generales Epiſcoporum; nam licèt Tridentinum ſolùm loquatur de Epiſcopo; attamen non videtur electa induſtria perſonæ, aut gradus dignitatis Epiſcopalis. Ita Sbroz.*de offic.Vicar.lib.*2.*quæſt.*43. *num.*28.& 29. & *quæſt.*111.*num.*16. Marchin. *d. part.* 7. *cap.* 2. *num.*6. Iulius Cæſ. Madius *de ſacris Ordinib. cap.*9. *num.*12. Eadem etiam facultas tranſit ad Capitulum Sede vacante, ſeu eius Vicarium. Ita Piaſec. *in praxi noua Epiſcop.part.*1.*cap.*1.*num.*50. *verſ.eadem*, Quaranta *in ſumma Bullary, verb.Capitulum, verſ.quæro* 10. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 715.*in* 1. *edit. & reſolut.* 606. *in* 2. *edit. & deciſ.* 561. *in* 1. *edit.* quæ eſt *reſolut.*483. *num.*6. *in* 2. *edit.* vbi allegat Thoming. *conſ.*60.*num.*4. Attam. *conſil.* 13. *numer.*5. Suar. *tom.*4. *diſp.*28.*ſect.*5.*in princ.* Sanch. *de matrim. lib.*3. *diſp.* 29. *num.*14. latè Valenz. *tom.*2. *conſ.* 107. *num.*11.*cum ſeqq.* & in Vicario Capituli Sede vacante Armendariz *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.*1.*tit.*18.*l.*7. *de Epiſcopis in declarat. num.*57. & reſoluunt Marta *de Iuriſdict part.*2 *cap.*9.*n.*13.Marchin. *d. tract.*1.*part.*7. *cap.*2. *num.*8. Carol. de Graſſis *dict. prælud. num.*339.*in fine.* Sanch.*in opuſc.moral.lib.*7. *c.*1. *dub.*54.*num.*6.

Super interſtitiis temporum neceſſe eſt, vt Epiſcopus clarè diſpenſet, vel vt aſſumat ad Ordines infra anni curriculum ordinandum, ſciens nondum eſſe lapſum tempus ab antea ſuſcepto Ordine ad ſequentem; quia ſi ignorauit, tacitè diſpenſare non 7
videtur; tum quia † omne Canonicum impedimen- 8
tum, cuius diſpenſatio ad Epiſcopum pertinet, cenſetur ſublatum, ſi illud ſciens Epiſcopus ordinauerit, iuxta reſoluta per Abb. *in cap. veniens*, *num.*2. & 3. *de filiis Presbyt.* Felin. *in cap. præterea*, *num.* 7. *cum ſequent. de teſtib.cogend.* Bart. *in l. Barbarius*, *num.* 12. *ff. de offic. Prætor.* vbi Iaſ. *num.*10. Put.*deciſ.*448. *lib.*1. Menoch. *de præſumpt lib.*2. *quæſt.*20. *num.*7. Quare in propriis terminis, de quibus agimus, ita reſoluunt Lauret. de Franchis *in controu. inter Epiſcop.& Regul. pag.*76.*ad* 5. Maiol. *de irregularit. lib.*3.*cap.*24.*num.*14. Salzed. *ad Bernard. in practic. cap.*25. *verſ. opportunè.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 563. *num.* 10. Madius *de ſacris Ordin. cap.*9. *num.*10. Carol. de Graſſis *d. prælud. num.*342. Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi, cap.*28. §.27. Molfeſ. *tract.*2.*cap.*1.*num.*22. Homobon.de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, tract.*2.*c.*2.*quæſ.*15. Molfeſ.*d.cap.*14. *n.*10.Marchin.*d.c.*2.*n.*14.

9 Ordinator ſuper temporum interſtitiis cum non Diœceſano ad ſuſcipiendos Ordines diſpenſare non poteſt, niſi hoc in dimiſſoriis expreſsè concedatur, ſic fuiſſe reſponſum à *ſacra Congregat. Epiſcoporum Epiſcopo de Aleſe die* 9. *Auguſti* 1593. refert Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. part.*1. *cap.*1. *n.*11. *pag.*29. vbi dicit ita communiter ſeruari in praxi; & reſoluunt Miranda *in man. Prælator. tom.*1. *quæſt.* 38. *art.*7. *concluſ.*2. vbi latiſſimè probat, Alzed. *d.part.*1. *cap.*5.*num.*11. Marta *de iuriſd part.*2. *c.*9. *n.*14. Carol. de Graſſis *dict.præl.n.*339.Marchin.*dict.tract.*1.*part.*7. *cap.*2.*num* 5.

10 Diſpenſatio hæc interſtitiorum pertinet ad Epiſcopum, etiam reſpectu Religioſorum, cum quibus diſpenſare poteſt ex cauſa ſibi per atteſtationem ſuorum Superiorum manifeſta, ita quod nefas ſit Præpoſitis Regularibus in hoc caſu diſpenſare. Ratio eſt, quia hæc facultas eſt annexa Ordinum collationi, & ideò ſicut ad Epiſcopum ſpectat conferre Ordines, ita ad eum ſpectat diſpenſare in interſtitiis: tum quia Concilium Trid. hanc diſpenſationem iudicio, & arbitrio Epiſcopi ſemper relinquit.

Quare

Quare ita tenent Menoch. *de arbitrar. casu* 564. Hieron. à Sorbo *d. verb. Ordines sacri, vers. quoad secundum*, Fr. Emman. *in explicat. Bulla Cruciata, ad finem, & quæst. Regularium tom.* 3. *quæst.* 57. *art.* 3. Marc. Anton. Genuens. *in pract. cap.* 83. *num.* 1. Gabr. Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *part. disp.* 246. *num.* 57. Villalob. *in sum. part.* 1. *tract.* 11. *diffic.* 12. *à num.* 4. Petr. de Ledesm. *in summ. part.* 1. *de sacram. Ordinis, cap.* 8. *vers. la dificultad*, Lezana *in sum. Regul. cap.* 14. *num.* 15. referunt decisum Piasec. *in praxi noua Episcop. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 50. *pag.* 58. Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiepiscop. Neapol. decis.* 81. *num.* 1. *& in praxi fori Eccles. decis.* 561. *in* 1. *edit. & resolut.* 483. *num.* 5. *in* 2. *edit.* Henriq. *in sum. lib.* 30. *cap.* 23. §. 4. *in comment. lit. L.* Vgolin. *de potest. Episcopi, cap.* 20. §. 1. *num.* 2. *cap.* 26. §. 57. *num.* 3. Prosper. de Augustino *in addit. ad* Quarant. *in sum. Bullary, verb. Ordo, prope finem, pag.* 395. Marcel. Vulpe *d. cap.* 7. *num.* 12. Ioan. Baptista Confectus *in collect. priuilegiorum sacri Ordinis, fol.* 136. Peirinis *de priuileg. Minim. tom.* 1. *constit.* 1. *Sixti IV.* §. 25. *num.* 35. Diana *resolut. moral. tom.* 2. *tract.* 2. *de dub. regularib. resol.* 112. Sanch. *in opusculis moralib. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 54. *num.* 4. licèt *num.* 8. contrarium videatur asserere, & me citato Bonac. *de Sacram. disp.* 8. *quæst. vnic. punct.* 5. *n.* 34. Molfes. *in sum. tract.* 5. *cap.* 1. *num.* 56. Hieron. Roder. *in compend. resol.* 106. *num.* 50. & me citato *in hoc loco* Homobon. de Bonis *d. tract.* 5. *cap.* 5. *quæst.* 15. *in fine*, Portel. *in dubiis Regularib. verb. Ordines sacri, num.* 5. Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 7. *cap.* 2. *numer.* 5. Miranda *d. art.* 7. *conclus.* 1. & aduertit Molfes. ex declaratione *S. Congreg.* debere Episcopos se conformare cum supplicatione Superiorum Regularium, quia ad ipsos Superiores spectat prouidere, & iudicare circa vtilitatem, & necessitatem Ecclesiarum suarum, & non esse Episcopi, ad quem nullus est ordinandus, hoc iudicium facere, sed mittentis, latè Laurer. de Franchis *in controuers. inter Episcopum, & Regulares, pag.* 75. *in fine, vers. ad secundum*, vbi testatur *sacram Congreg.* censuisse Superiores Regulares non posse dispensare super interstitiis Regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui tamen quoad causam dispensationis iudicium suum formare debet ex attestatione Superiorum Regularium, & *in vers. ad tertium*, ex *eadem sacra Congreg.* addit debere fieri mentionem in huiusmodi litteris dimissorialibus suorum Superiorum petentium ab Episcopo vt super interstitiis dispensare dignetur, attenta necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, seu Religionis.

11 Est tamen hîc valde obseruandum Regulares ex priuilegio concesso à Gregorio XIII. Societati Iesv, & ex alio concesso à Clemente VIII. *die* 23. *Nouemb.* 1596. Congregationi S. Ioannis Euangelistæ in Portugalia, quod refert Portel *in dub. Regular. verb. Ordines sacri, num.* 4. posse ordinari non seruatis interstitiis etiam ad Ordinem Presbyteratus, etiam absque præuia functione præcedentis Ordinis, imò etiam per extra tempora; quod priuilegium communicatur aliis Regularium Ordinibus, non obstante prohibitione communicationis per eundem Gregorium XIII. Ita Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 5. Hieronym. Roderic. *in compend. quæst. Regul. resol.* 106. *num.* 20. Diana *resol. moral. tom.* 2. *tract.* 2. *de dub. Regul. resol.* 112. Marchinus *dict. tract.* 1. *part.* 7. *cap.* 2. *num.* 4. Quicquid dicant Suarez & Vasquez citati *supr. alleg.* 17. *num.* 7.

12 Quæstio superest, an ad Abbates Regulares, qui per se ipsos Ordinibus minoribus subditos suos Regulares possunt ordinare, ipsósque ordinauerint, spectet, non verò ad alium, cum eisdem in interstitiis dispensare? Affirmatiuè decidunt Lezana *d. cap.* 14. *n.* 15. Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub.* 15. *cap.* 15. *num.* 42. Sorb. *verb. Ordines sacri, fol.* 278. Sanch. *d. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 54. *num.* 7. Marchin. *d. cap.* 2. *num.* 9. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1 *quæst.* 38 *art.* 7. *concl.* 3. quem citaui suprà *alleg.* 3. *num.* 15. vbi etiam eleuat dubium, sed non resoluit, vtrum scilicet, quando huiusmodi Abbas, quia infirmus, siue occupatus, ad alium miserit subditos suos ordinandos, possit cum eis in interstitiis dispensare, an hoc competat Episcopo ordinaturo?

An possit Episcopus cum familiare suo triennale 13 aliàs sibi non subdito dispensare in interstitiis dixi suprà *alleg.* 5. *n.* 14. *&* 15.

De pœnis, quas incurrit ordinans, vel ordina- 14 tus non expectatis temporum interstitiis superest, vt videamus. Quamuis Henriq. *in sum. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 3. *lit. C.* indicare videatur tales nullam pœnam, neque peccatum incurrere, nihilominus tamen licet quoad pœnam id absque dubio procedat, quia nulla est in Iure apposita aduersùs tales; quod verò ad aliam partem contra eum sentio vtrumque grauiter peccare, quia est transgressor sacrorum Canonum in materia Ordinum, quæ est grauissima, & ideò Episcopus Ordinatum culpabiliter non seruatis temporum interstitiis poterit suspendere, & aliis pœnis ob Canonis transgressionem punire. Vide Nauarr. *cons.* 4. *de tempor. ordinat. in nouis*, Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 56. Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 31. *sect.* 1 *num.* 43. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Ordo*, §. 8. *& part.* 2. *eod. verb. vers. ad quintum*, Piasec. *in simili praxi part.* 1. *cap.* 1. *num.* 50. *vers. nullam*, Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 3. *collect.* 576. *& in praxi rerum fori ecclesiast. resol.* 483. *num.* 7. *in* 2. *edit.* Bonacin. *de Sacrament. disp.* 8. *quæst. vnic. punct.* 5. *num.* 35. *& de censur. disp.* 3. *quæst.* 6. *puncto* 5. *num.* 7. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 6. *cap.* 3. *num.* 13. Filliuc. *in quæst. moralib. tom.* 1. *tract.* 20. *c.* 7. *n.* 190. *& seq.* Iul. Cæs. Mad. *de sacris Ordin. cap.* 7. *num.* 12. Antonin. Diana *moral. resol. part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 55. *vers. nota etiam*, Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 7. *cap.* 5. *n.* 12. Marcel. Vulpe *in praxi iudiciali fori ecclesiastici, cap.* 8. *num.* 17. me citato Alzed. *de præcellent. Episcop. dignitatis part.* 2. *cap.* 5. *n.* 25.

ALLEGATIO XIX.

Episcopus sub quo beneficij, vel patrimonij titulo ordinare possit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur, qui de materia huius allegationis tractant.*
2 *Ordinatio sine titulo facta, quoad executionem irrita appellatur.*
3 *Titulus non requiritur ad minores Ordines.*
4 *Titulus huiusmodi requiritur, quotiescumque Clericus secularis Ordines sacros procurat suscipere, secus verò si regularis professus.*
5 *Regularis, tam non professus, quàm nulliter professus sine titulo ad sacros Ordines promoueri non potest.*
6 *Regularis non professus sine titulo promotus in suscepto Ordine ministrans efficitur irregularis.*
7 *Patres Societatis Iesu ante solemnem professionem sine titulo ad sacros Ordines possunt promoueri.*
8 *Beneficium ad cuius titulum quis est ordinandus, debet esse tantum, vt sufficiat ad honestè viuendum,*

dum, nec opus est attendere ad qualitatem ordinandi.

9 Titulus ad Ordines requiritur, non solum sufficiens pro victu, sed etiam ad honestè viuendum.

10 Viuere commodè, vel viuere cum penuria, vel viuere simpliciter, sunt diuersa.

11 Episcopus debet arbitrari patrimonij quantitatem, cum iure præscripta non sit.

12 Episcopus, vt rectè arbitretur congruam summam pro huiusmodi titulo concedenti, quæ debeat attentè rimari.

13 Beneficij valor, vt eius titulo quis ordinari possit, debet pertingere summam, quæ Clerico sustentando sibi, & suis, quin & pauperibus, ac peregrinis, iuribúsque Episcopalibus persoluendis sufficiat.

14 Beneficium insufficiens patrimonio adiunctum potest constituere sufficientem titulum.

15 Beneficium, ad cuius titulum quis est ordinandus, debet pacificè possideri.

16 Possessor pacificus ille dicitur, qui nullam patitur iuris, vel facti controuersiam in iudicio, vel extra.

17 Beneficium litigiosum, & non pacifice possessum, fit citatione.

18 Citatio circumducta nulla, vel cum falso procuratore, non efficit litispendentiam.

19 Litigiosa dicitur res quoties de eius dominio controuertitur in iudicio.

20 Lis super possessione non facit ipsam rem litigiosam, sed ius possessionis.

21 Possessor pacificus dicitur ille, cui lis mota fuerit super aliquo prædio, domo, censu, aut redditu sui beneficij.

22 Ad promotionem infra annum arctatur, qui curatæ Ecclesiæ plenum detinet exercitium, tametsi nondum liberam possessionem, ac pacificam maioris partis fructuum adeptus sit.

23 Coadiutoria cum futura successione ad titulum potest quis promoueri, si ratione illius habeant congruam sustentationem.

24 Beneficij consistentis in distributionibus quotidianis ad titulum potest quis promoueri.

25 Vicariæ temporalis, & aliorum similium beneficiorum, seu Capellaniarum amouibilium ad titulum nemo potest ordinari.

Præstimonij ad titulum potest quis promoueri si detur in perpetuum; secus si ad tempus, ibid.

26 Seruitij in aliqua Ecclesia præstandi ad titulum non potest quis ordinari, nisi tale seruitium sit perpetuum.

27 Episcopus quibus concurrentibus poterit ad titulum seruitij in Ecclesia aliquem ordinare.

28 Ordinari quis non potest ad titulum de futuro, & sub spe etiam certa.

29 Ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines potest quis promoueri ad titulum beneficij, non obstante, quod non lucretur illius fructus, nisi post susceptum Presbyteratus Ordinem.

30 Capellaniam obtinens in Capella Papæ licet sit ad nutum amouibilis, potest ad illius titulum ordinari.

31 Cooptatus in Collegium Seminarij, non potest ad illius tit. ordinari, nisi ob causam inseruiendi beneficio, quod forsan esset Seminario iniunctum.

32 Beneficium ad cuius titulum quis promotus fuit, resignari non potest, nisi facta mentione, quod fuerit ad illius titulum promotus, aliàs resignatio erit nulla.

33 Resignanti beneficium non facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus, competit actio spolij.

34 Decisio Rotæ in Leodien. Canonicatus refertur,

35 Concilio Trident. cap. 2. de reform. sess. 21. non est satisfactum mediante clausula, constito quod resignans habeat aliunde, &c. si non fuerit expressum, quod ad titulum beneficij resignati fuit promotus.

36 Concilium Trident. d. loco non potest adimpleri per æquipollens.

37 Concilium dicto loco comprehendit etiam resignationes factas in manibus Papæ.

38 Affectio per appositionem manus non intrat, quando resignatio est nulla.

39 Constitutus in minoribus Ordinibus potest beneficium resignare, etiamsi non habeat aliunde, quo viuere possit.

40 Constitutus in sacris non potest beneficium resignare etiamsi ad illius titulum non fuerit promotus, nisi aliunde habeat, vnde commodè viuere possit.

41 Resignatio alicuius in sacris constituti in Curia non admittitur, nisi cum clausula, quod resignans aliunde habeat vnde commodè viuere possit.

42 Renunciatio beneficij, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus facta cum pensione sufficienti ad congruam sustentationem, non est valida, nisi facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus.

43 Permutatio beneficij ad cuius titulum fuit quis promotus non facta de hoc mentione, nulla est.

44 Permutans tacendo ordinationem, ac titulum, tutus est in foro conscientiæ, si illud, quod habuit ex causa permutationis, erit æquiualens.

45 Concilium dict. cap. 2. comprehendit tantum resignationes voluntarias, & non procedit in priuationibus, & renuntiationibus inductis à Iure.

46 Iurans resignare beneficium, vel procuratorem constituere ad resignandum illud, ad cuius titulum fuit promotus, non potest compelli resignare cum effectu, imò procuratorem reuocare valebit.

47 Superiores cauere debent, ne renuntiationes admittant, nisi antea sibi constiterit resignantem habere, vnde commode possit sustentari, quo non perquisito si acceptauerint, non dubitatur validam esse, sed ipsi tenebuntur eidem ministrare alimenta.

48 Fructus beneficij, ad cuius titulum fuit quis promotus, non possunt hypothecari, nec obligari, nec etiam in subsidium aliorum bonorum in causam iudicati capi, vt in illis executio fieri possit, si Clericus egeat, vt num. 49.

50 Miles condemnatus eatenus, quatenus facere potest, soluere cogitur.

51 Iurans se Titio soluturum mille cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, & postmodum Episcopalem sit adeptus dignitatem, non tenetur iam dictam persoluere summam de fructibus Episcopalibus.

52 Patrimonij vocabulo intelligitur non solùm quidquid ex patris bonis filio obuenit, verum etiam omne id quod aliunde, & quauis ex causa illi delatum est.

53 Beneficiam Ecclesiasticum sufficiens non habens ad cuius titulum ordinari possit, cum titulo saltem patrimonij, permittente Episcopo, ordinari potest.

Ad quem tunc Episcopum, beneficij scilicet, an patrimonij pertineat ordinatio, ibid.

54 Patrimonij quantitas arbitrio prudentis debet taxari.

55 Patrimonium super re immobili constitui debet.

Patrimonij ad titulum, quod consistat in censu tam vitalitio, quàm perpetuo, & redimibili, potest quis ordinari, ibid.

56 *Donationis vera ad titulum potest quis ordinari, si ita Episcopus iudicauerit assumendum pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ.*
57 *Ordinatus cum patrimonio ex donatione ficta tanquam ordinatus sine titulo incurrit pœnam suspensionis positam contra ordinatum sine illo.*
58 *Peccatum graue est cum ficto patrimonio, vel beneficio ordinari.*
59 *Suspensio nulla incurritur cum adest pactum, & conditio in patrimonio de illo reddenda vbi ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel aliàs vnde viuere possit.*
60 *Filius ordinandus non est sine patrimonio, quamuis haberet patrem diuitem nihil assignantem pro victu, & portione.*
61 *Pater potest filio donare ad suscipiendos Ordines.*
62 *Melioratio facta filio pro suscipiendis Ordinibus etiam non interueniente traditione, irreuocabilis est.*
63 *Pater nolens filio volenti se promoueri iustum patrimonium constituere, potest constringi iuris remediis, vt illud assignet.*
64 *Donatio pro suscipiendis Ordinibus filio simpliciter facta conferri non debet, seu imputari in legitimam.*
65 *Fructus filio dati loco alimentorum, & ad supportanda onera Matrimonij. non sunt conferendi.*
66 *Expensæ factæ pro doctorando filio non sunt conferendæ.*
67 *Data pro ingredienda militia non sunt conferenda.*
68 *Data ad consequendam dignitatem etiam non sunt conferenda.*
69 *Expensa facta à patre, vt filius nancisceretur aliquod beneficium Ecclesiasticum non sunt conferenda, &* n.70. *respondetur contrariis.*
71 *Patrimonium super rem certam constituendum est, & non sufficit, quod quis sit Musicus, Magister Grammaticæ, Pictor, aut alterius licitæ professionis, ex qua tantum quærit, quod sit sufficiens ad vitæ sustentationem.*
72 *Litteratura ad titulum etiam insignis non potest quis ordinari.*
73 *Beneficium, patrimonium, aut donationem non habens, potest cum penuria Sacerdotum existit, ad sacros* Ordines *promoueri, dummodo adsit, qui illi spondeat necessaria subministraturum.*
74 *Pensionis ad titulum potest quis ordinari dummodo ad honeste ipsum sustentandum sufficiens sit, si Episcopus iudicaueris assumendum.*
75 *Bona, ad quorum titulum fuit quis ordinatus, alienari non possunt.*
76 *Dictio,* nullatenus, *inducit nullitatem actus ipso iure.*
77 *Alienatio patrimonij, aut extinctio pensionis ad cuius titulum fuit quis promotus, est inualida.*
78 *Patrimonium vt alienari, sic vendi non potest.*
79 *Promissio de vendendo venit appellatione alienationis.*
80 *Transactio venit appellatione alienationis ex parte rem demittentis.*
81 *Diuisio venit appellatione venditionis.*
82 *Vendere prohibitus censetur prohibitus diuidere.*
83 *Alienare prohibitus non potest permutare.*
84 *Datio in solutum venit appellatione alienationis.*
85 *Patrimonium non potest hypothecari.*
86 *Alienare qui non potest, non potest hypothecare.*
87 *Patrimonium præscribi non potest tempore ordinario.*
88 *Alienatio, seu renunciatio Patrimonij, an valeat facta sine Episcopi licentia, si tunc habet beneficium, seu aliàs, vnde commodè viuere possit.*
89 *Dictio,* donec, *est restrictiua temporis.*
90 *Verba Concil.* d.cap.2. *ibi*, atque aliqua deinceps sine licentia Episcopi alienare, *declarantur.*
91 *Patrimonij bona, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, habent priuilegia, quæ conceduntur à Iure bonis Ecclesiasticis.*



Vivs allegationis materiam, quæ amplissima, necessaria, & quotidiana est, tractant Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 17. §. 3. Fr. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 15. Flamin. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 6. Petr. Ledesm. *in summ. part.* 1. *de sacramento Ordinis, cap.* 7. *conclus.* 6. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decision. part.* 3. *collect.* 566. *& in praxi fori Ecclesiastici, decis.* 312. *cum seqq. in* 1. *edit. & resolut.* 270. *cum sequentib. in* 2. *edit.* Vgolin. *de potestate Episcopi, cap* 26. §. 8. *cum sequentib.* Azor. *instit. moral p.* 2. *lib* 3. *cap.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 72. *cum seqq.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 8. *l.* 1. *de patrim. clericorum, num.* 1. *cum sequentib.* latissimè Nicol. Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. eleganter Campanil. *in diuers. Iuris Canonici, rub.* 8. *cap.* 1. *cum sequentib.* Bonacina *de Sacrament. disput.* 8. *q. vnica punct.* 5. *num.* 18. *cum seqq.* Sanctarel. *var. resol. q.* 49. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract.* 2. *quæst.* 19. *cum sequentib.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis, tract.* 2. *cap.* 15. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 35. latè Alphons. Narbona *l.* 35. *glos.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop. pag.* 4. *cum seqq.* Sanch. *in opusc. moralib. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 34. *cum seqq.* Marchin. nouissimè post plures huius tractatus impressiones in lucem editus, *de sacram. Ordinis. tract.* 2. *part.* 6. *cap.* 5. *cum seqq.* Marcel. Vulpe *in praxi iudiciali fori Eccles. cap.* 8. *à num.* 6. Alzed. *de præcellent. Episc. dignit. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 49. *cum seqq.* idem Bonacin. *de censur. extra Bullam Cœnæ disp.* 3. *quæst* 1. *punct.* 8. Torreblanca nouissimè *in Practicab. Iuris spirit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 24. *cum seqq.* 1

Ne cum Ordinis dedecore mendicet infelix in plateis clericus, & seruili operi mancipatus publicè à quolibet poscat eleemosynam, vt scriptum est *in cap. Diaconi sunt*, 99. *distinct.* debet quàm maximè possibile fuerit Episcopus laborare, ne quis titulo sufficienti ad victum carens, promoueatur ad Ordines, si quis autem contrarium fecerit, talis ordinatio vacuam habebit manus impositionem, vt constitutum est *in cap. neminem* 70. *distinct.* Ordinatio enim sine titulo facta irrita habetur *in cap. Sanctorum, ead. distinct.* vbi glossa vacuam, & irritam quoad executionem illam appellat, & confirmat Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 15. *in princ.* 2

Sed incipiendo ab ordinando, apud antiquos controuersum reperio, qualis debeat illo titulo potiri? nam illo carere non posse Tonsuram, aut quatuor minores Ordines suscipere ambientem resoluit *gloss.* 2. *in d. cap. neminem*, & Panorm. *in cap.* 2. *num.* 2. *de prabend.* Sed verior est opinio, quæ tenet ad minores Ordines titulum non requiri, quia in illis existens potest retrocedere ab Ordine clericali, iuxta *cap.* 1. *de cler. coniug.* & tenet *gloss.* 1. *in cap. Psalmista*, 23. *distinct.* vbi Præpos. *num.* 3. *gloss. in cap.* 2. *de prabend.* & *ibi* Decius *num.* 29. & ita seruari de consuetudine testantur Salaed. *ad Bernard. cap.* 18. *num.* 5. Vgolin. *de irregularit. cap.* 61. *num.* 2. Franc. Emman *in summ. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 16. Quintan. *Ecclesiasticon lib.* 3. *num.* 17. Petr. Ledesm. *in summ. part.* 1. *de Sacramento Ordin. cap.* 7. *ad finem*, Nauarr. *cons.* 14. *incip. Quæsitum est*, *num.* 1. *de temp. ordinat.* Francisc. Marc. *Delphinali decis.* 1080. *incip. Quæritur an Abbates, part.* 1. Flamin. *de resignat.* 3

lib 9. *q*.6. *n*. 4. D. Acuña *in comment. ad cap. neminem, n*.3.*diſt*. 70. Alzedo *d.p*. 2. *c*.5. *n*. 50. Comitol. *lib*. 6. *q*. 38. Bonacin. *de cenſur. extra Bull diſp*.3. *q*. 1. *puncto* 8. *n* 9. Nicol. Garcia *d.c*. 5. *n*.4. *cum ſeq*. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſolut*. 271. *n*. 3. Campan. *d. rubr*.8. *c*. 1. *n*.5. Homubon. *d.tract*. 2. *q*.20. Thom. Valaſc. *d. alleg* 35. *n*.3. Sanch. *d. lib*.7. *c*.1. *dub*. 37.

4 Hic igitur titulus requiritur ex Iuris diſpoſitione, quotieſcumque clericus ſecularis Ordines ſacros procurat ſuſcipere, ſecus verò ſi Regularis perſona, quæ vouere debet caſtitatem, paopertatem, & obedientiam, in qoo profeſſio tenet vicem tituli beneficialis, vt per Henriq. *in ſum. lib*. 10. *c*. 17. §.3. vbi addit quòd voluntaria paupertas pro opibus computatur, illarúmque ſubiogreditur locum, ac propterea Trident. Synodua *ſeſſ*. 21. *de reform. cap*.2. expreſsè conſtituit, ne quis deinceps clericus ſecularia ſine ſufficienti titulo auderet Ordines aſſumere: idémque Sixti V. Conſtitutio tradidit, in illis verbis. *aut quoad ſeculares ſine titulo ſufficientis beneficij vel patrimonij* Eſt tamen indubitati iuris, quod ſi ante profeſſionem vellet Regularia perſona inſigniri Ordinibus, non vtique poſſit ad illos promoueri abſque titulo ſufficienti, per Bullam Pij V. incip. *Romanus Pontifex, de anno* 1568. *pridie Idus Octobris*, quæ in ordine eſt 75. vbi prædictum decretum Concilij loquens de titulo requiſito in clericis ſecularibus, extendit ad omnes & ſingulos etiam cuiuſcumque Ordinis clericos Religioſos, ſiue ſeculares more Religioſorum viuentes in communi, qui numquam, ſeu nonniſi ad certum tempus profeſſionem emiſerunt, & ex clauſtro exire poſſunt, quam Conſtitutionem refert Piaſec. *praxi noua Epiſcop*.*p*.1 *c*.1. *de conferendis Ordinibus num*. 43. nouiſſimè Lauret. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. pag*. 89. & per eam ita reſoluunt Vgolin. *d*.§.8. *n*.1. *verſ. hac autem regula*. Salzed. *ad Bernard. in pract*.*c*.19. *n*.2. Nicol. Garc. *p*.2. *cap*. 5. *n*.12. Nald. *verb. Ordo n*. 28. Bonacina *d. puncto* 8. *n*.17. Molfeſ. *in ſum. tract*. 2. *c*.15. *n*.11. Sanctarel. *d.q* 49. *n*.10. *in princ*. Homobon. *d. tract*. 2. *q*. 21. Sanch. *d c*.1. *dub*.35. *n*.9. Alzedo *d p*.2. *c*.5. *n*.51.
5 Lezana *in ſum. quæſt. Regul. cap* 14. *n*.10. † qoam quidem Conſtitutionem habere locum tam in non profeſſis, quàm in nulliter profeſſis cenſuit Rot. *in vna Vrgellen. Canonicatus* 3. *Martij* 1595. coram *Illuſtriſſimo Blancheto*, quam refert Nicol. Garcia *d.c*.5. *n*.11. & 15. tenent Sanctarel. *d q* 49. *n*.10. *in fine*. Molfeſ. *d. n*. 11. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiepiſc. Neapol. p*. 2. *deciſ*. 283. & *in praxi fori Eccleſiaſtici reſolut*. 270. *n*.2. vbi *n*. 3. cum Maiol. *de irregularit. lib*.4.
6 *c*.15. *n*.1. reſoluit ſic † ordinatos Regulares non profeſſos ſine titulo in illo Ordine miniſtrantes effici regulares. Vnde Regularis, qui ſcit ſuam profeſſionem irritam eſſe, ſi ordinetur, peccat mort. & incurrit pœnam, quam ſeculares clerici incurrunt ſi ordinentur ſine beneficio, aut patrimooio, Portel. *in dub. Regul. verb. Ordines ſacr. n*. 8. Diana *moral. reſol. part*.1. *tract*.2. *reſol*.113. Lezana *d. c*. 14. *num*. 10. *in fine*.

7 Ab iſtius tamen Conſtitutionis decreto Gregorius XIII. excepit Patres Societatis Ieſu, per ſuam Bullam, quæ incip. *Aſcendente, an*.1584. *octauo Kalen. Iunij*, & Gregor. XIV. *Conſtitut*. incip. *Eccleſia Catholicæ, de ann*. 1591. quos antea exemerat Paulus IV. à tali obligatione; fortaſſe quia cognoſcebant decreto illo Concilij prædictos Patres ligari: ſimplicia licèt vota emittant, nihilominua veri dicuntur Religioſi. Ita Henriq. *lib*. 10. *c*. 17. §. 3. Flamin. *lib*. 2. *q*. 6. *n*. 19. Fornat. *de Ordine cap*. 8. §. 9. Piaſec. *in praxi noua Epiſcop*.*d*.*cap*.1. *num*.44. Fr. Emman. *in ſum. tom*.2. *cap*.15. *num*.1. & *quæſt. Reegul. tom*.3. *quæſt*. 23. *art*.3. Garcia *d.cap*.5. *num*. 13. Suar. *tom*. 5. *de cenſur. diſp*.31. *ſect*.1. *num*.38. Mandoſ. *conſil*. 13. Sanch. *dict. dub*.35. *num*.9. Marchin. *d.tract*.2. *part*.6. *cap*.5. *num*.5. Alzedo *d p*.2. *cap*.5. *num*.52. Lezana *d cap*.14. *num*.10. Bunac. *d. puncto* 8. *n*.17. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap*. 26. §.8. *num*. 1. *verſ. excipiuntur tamen Ieſuitæ*, Sanctarel. *d quæſt*.49. *num*.6. & 11. Vaſq. *tom*. 3. *in* 3. *p. diſput*. 246. *num*.62. Torrebl. *d. lib*.2. *cap*.13. *num*.20. Molfeſ. *d.cap*.15. *num*. 12. vbi etiam refert Sixtum V. audita relatione Congreg. ſic declaraſſe: *Quoad Ieſuitas, cùm poſt Sacerdotium exire non poſſint, niſi à Superioribus eiiciantur, prouideatur illis de redditu 40. aureorum annuorum ex bonis Religionis. Quoad alios, qui arbitrio ſuo exire, quando volunt, poſſunt, ne detur illis occaſio exeundi, vt fruantur illo redditu, vocentur primo, & intelligatur, qua alia via proſpici poſſit, deinde maturè deliberandum.*

Vnde colligitur quòd ſi contingat è Societate quos eiici in Sacris iam cooſtitutos, & carentes beneficio, tunc Prælati eiuſdem Societatia de honeſto victu ſaltem de redditu 40. aureorum annuorom illis prouidere debent, donec ſufficiens beneficium fuerint conſecuti; ſicut forſan per dictum Sixti V. decretum aduertit Marchin. *d.c*.5. *n*.5.

Beneficium, patrimonium, vel penſio, ad cuius ti- 8
tulum quis eſt ordinandos, debet eſſe tantùm, vt ſufficiat, ad honeſtè viuendom, vt docet Concil. Trid. *ſeſſ*. 21. *de reform. cap*.2. quod ſcilicet ſufficiens ſit ad honeſtam, & commodam ſoſtentationem cuiuſlibet clerici, nec opus eſt attendere ad qoalitatem ordinandi, vt nobilitatem, &c. Nam Coocil. & Iua antiquom ſolum requirit ſufficieotiam ad honeſtè viuendum, itavt non cogatur mendicare. Ita tenet Petr. Ledeſm. *d. concl*. 7. quem refert, & ſequitus Nicol. Garcia *d.cap*.5. *num*.114. Vnde Concil. *d. cap*.2. loquitur de beneficio ſufficienti ad victum, non aotem ad hooeſtè viuendum, vt explicat Flamin. *de reſign. lib*.5. *q. vlt. n* 156. & iuxta hanc opiniooem patrimonia fiunt in Bracharenſi Archiepiſcopatu, in quo adeſt Conſtitutio, ne ad ſacros Ordines promoueodus ſit aliquis, niſi beneficium habeat Eccleſiaſticum, vel patrimonium, quorum vtrumque valoris ſit ducatorum 25. & ſaltem realiter, & cum effectu poſſideatur. Et Iacob. de Graff. *conſ*. 4. *n*. 5. *de temporib. ordinat*. refert ſe vidiſſe in aliquibus locis aſſignatum patrimonium ſcutorum 18. alibi 25. alibi 36. At Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap*.81. & Molfeſ. *in ſum. tract*. 2. *cap*.15. *num*.6. teſtantur io vrbe Neapol. nullum admitti ad ſacros Ordines, niſi aſſignato priùs patrimooio ſcutorum 36. In prouincia Mediolanenſi, vt habetur *in Concil. Prouinciali*, requiritur patrimonium ſcutorum 50. vt refert Marchin. *d. tract*. 2. *part*. 6. *cap*.7. *diffic*. 2. *num*.5. Sed ſcrupulum maximum mouent verba illa Coocilij *dict. cap*. 2. ibi, *quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiant*, & alia ſimilia relata *in cap*.17. *ſeſſ*.24. *de reform*. ibi, *quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat*; aduerbium illud, *honeſtè*, idem ſignificat, quod decorè, & laudatè, & ſynonyma cenſentur *viuere decenter, commodè, congruè, competenter, vel honeſtè*, per doctrinam Decij *in cap*. 2. *de Monachis num*. 8. *de præbend*. ideò Coocilio Tridentin.
† non ſatisfit ſi ordinandus habeat titulum pro vi- 9
ctu, non tamen talem, qui ſufficiat ad hooeſtè viuendum, quia tuoc diceretur tantum habere titulom ad viueodum ſimpliciter, abſque eo quòd honeſtè, vel decenter viuere; quia inter vnum, & alterum viuendi modum maxima conſideratur differentia. Vel
enim dicemus † *viuere commodè*, vel *viuere cum penu-* 10

ria

ria, vel *viuere simpliciter*, vt ait glos. *in cap.1.verb.*
absque penuria, de statu Regul.in 6. Quare attenden-
dam esse qualitatem clerici decentem, & honestam,
non suam in particulari, videtur probabile, quasi ho-
dierna sustentatio honesta debeat esse respectu cleri-
calis Ordinis, non verò qualitatis in particulari. Et
11 quoniam præscripta certa quantitas non est, † Epi-
scopus ipse arbitrabitur, argum. *l.1.* & quæ *ibi* notan-
tur, *de iure deliber.* Menoch. *de arbitr. casu 216. n.12.*
Flamin. *de resignat. lib.6 quæst. fin. num. 132. & 181.* Ia-
cob. de Graff. *cons.4. de temporib. ordin vol.1. & de arbitr.*
confess lib.2. cap.49. Aloys. Ricc. *in praxi fori eccles resol.*
471. Marchin. *d. cap.6 diffic.2.* Ludou. Beia *respons. ca-*
suum conscientia p.4. casu 16. fol. mihi 442 Henriq. *in*
sum. lib 10. cap.17. §.3. in commento lit. N. Lotter. *de re be-*
nef. lib.1. q.2. num.31. Nicol. Garcia *d. cap.5. n.112. cum*
seqq. Sanch. *d. cap.1. dub.35. num.7.* Acuña *in d.c. nemi-*
nem num.12. cum seq Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom.1.*
alleg.35. Vgolin. *d. §.8. num.2.* Alphons. Narbona *d. lo-*
con.34. pag.9. Molfes. *in sum. moralis Theologia tract.2.*
cap.15. num.6. Nam examen patrimonij ad Episco-
12 pum priuatiuè quoad alios pertinet, S. *Congreg. Con-*
cil. in Placentina 16. Martij 1650. apud me *in Collе-*
ctan. Bullarij, verb. patrimonium.

Episcopus verò, vt rectè arbitretur congruam
summam pro huiusmodi titulo condecenti, & ne-
cessario, antea complura debet attentè rimari, nem-
pè loci consuetudinem, vt tenent Archidiac. *in cap. si*
Episcopus num.3. de prabend. in 6. Gemin. *in cap sicut*
num.7. de suppl. negligentia Prælat. Anchar. *in cap.1.*
vers. tertiò potest quæri, sub num.2. de prabendis in 6. Me-
noch. *d. casu 216. num.14.* item qualitatem cuiusque
ordinandi, per glos. *in cap Episcopus, verb. victu 10.*
q.2. Caputaq. *decis.6. incip. Beneficium n.2. part.1.* Re-
buff. *in praxi benef. rub. de rescript. in forma pauper. n.2.*
licèt iuxta gradum, & nobilitatem ordinandi non
esse assignandum existimet Flamin. *d. lib.5. q vlt. num.*
355. Garc. *d. loco num. 114. & 206.* Bonac. *d. punct.8.*
num.10. quin ne tantùm sibi, sed suis etiam satis sit,
vt per Hoied. *de incompatib. benefic. part.1. cap.19. à*
num.21. post Sot. Nau. & alios Menoch. *d. casu 216.*
sub num.13. Azor. *instit moral p.2. lib.6. cap.10. q 8.* vbi
13 exprimit † decentem beneficij valorem eam pertin-
gere debere summam, quæ clerico sustentando, sibi,
& suis, quin & pauperibus, ac peregrinis, & aduenis
hospitio suscipiendis, iuribusque Episcopalibus per-
soluendis sufficiat. O vtinam hæc in nostro Lusita-
niæ Regno seruarentur: multi enim ibi ad clerica-
tum non aspirarent, nisi in bonis haberent, quæ suf-
ficerent ad clericalem Ordinem honestè tractan-
dum, & se commodè sustentandum, sed adeò tenue
ibi desideratur patrimonium, vt nulli quamuis pau-
perrimo deficiat: & sic pro maiori parte ordinati
ad titulum patrimonij egeni & pauperes sunt, deber
enim spectata clericalis status decentia, & vbertate
regionis patrimonij quantitas ab Episcopo definiri;
quamuis post definitam patrimonij quantitatem in
modico deficiat, Sanch. *in opusc. moral. tom.2. lib.1. c.1.*
dub.75. n.8. Antonin. Diana *moral. resol. part.4. tract.4.*
resol.72.

14 Si verò sufficienti titulo beneficiali quis careret,
haberet tamen tantumdem patrimonij, quod bene-
ficio adiunctum sufficientem constitueret titulum,
permittendum est ad sacros Ordines promoueri: ita
Prosper de Augustino & Quaranta *in summa Bullarij*
verb. Ordo. vers. circa 2. Molfes. *in sum. Theol. mor. tract.*
2. cap.15. num.7. Vgolin. *de potestate Episcopi c.16. §.3.*
in fine, & §.8. num.2. Zerola *in praxi Episcop. part.1.*
verb dimissoria vers.2. Armend. *d. loco n.16. in princip.*
Bonacin. *d. disp.3. q.2. punct.3. n.21.* Secus si eum be-
neficio, aut patrimonio insufficienti iungantur pi-
tantiæ, eleemosynæ, anniuersaria, & alia emolumen-
ta, quæ ex celebratione Missarum in exercitio sacro-
rum Ordinum (si ad eos promoueantur) percipere,
& lucrari possint, quæ omnia ad victum honestè suf-
ficiant, tunc non posse promoueri referunt decisum
Garc. *d. cap.5. num 126.* Armend. *dicto loco n.16. post*
princ. vbi *n.17.* dicit pariter resolutum minime posse
promoueri etiamsi Episcopus obliget se suppletu-
rum, quod ad alimenta sufficiat, quousque habeat
vnde se sustentare possit. In summa, cùm clericorum
penuria adest, posse Episcopum ob necessitatem Ec-
clesiæ ordinare ad Subdiaconatum suos clericos cum
assignatione perpetua fructuum aliquorum bono-
rum, quorum fructus sufficiant ad sustentationem,
refert decisum Armendar. *dicto loco n.30.* vide infrà
num.73.

Circa titulum ordinandi edocet Concil. *d. cap.2.* 15
vt pacificè possideatur, quamobtem litigiosus titu-
lus repelleret ordinandum, Nauarr. *in tract. de orat.*
notab.23. num.69. † Ille verò dicitur pacificus posses- 16
sor, qui nullam patitur Iuris, vel facti controuer-
siam in iudicio, vel extra, Felin. *in cap. cum Ioannes*
n.33. de fide instrum. Zabarel. *in Clem. gratia q.13. n.8.*
de rescript. Decian. *in cap.1. num.19. & 20. de confirmat.*
vtili, atque ideo, vt vnico verbo complectar, is erit
qui sine lite possidet, nam text. vtentem hoc verbo,
pacificè, Rebuff. exponit & dicit: hoc est, *sine lite, in*
tract. de pacificis possess. num. mihi 1065. vers. quandoque,
Guido Papæ *decis.85.* incip. *Curia*; glos. *in Clem. vnica,*
verb. antea, de sequestrat. possess. & fruct.

Litigiosum ergo beneficium fit, & non pacificè 17
possessum, citatione, si ipse iudex, & reus facti sint
certi de re ipsa, pro qua conuenitur. Ita Mynsinger.
cent.4. obseruat.26. Matth. Colet. *de processibus execut.*
p.3 cap.11. num.19. Gail. *lib.1. obseruat.74.* Cardinal.
Pute. *decis.329 lib.3.* Viui. *decis.459. num.5. cum sequen-*
tibus. Lancel. *de attentatis, p.2. cap.4. in præfat. num.3.* &
Stephan. Gratian. *discept. forens. c.2. num.34. & 35.* Ca-
bed. *Lusitan decis.13. num.11. cum sequentib. p.2.* Cald.
Pereira *de empt. cap.9. num.18.* † Si tamen circundu- 18
cta sit, non efficit litis pendentiam, teste Afflict. *de-*
cis.366. incip. *In pleno consilio num.14. & in constitu-*
tionibus Regni, si quem nostrorum, num.4. Catau. *ritu*
121. post num.1. nec si lis cum falso procuratore
contrahatur, Ozasc. *Pedem. decis.144.* Lis autem nul-
la dicitur, cum non adest iurisdictio, Veral. *decis.7.*
p.3. & dicitur beneficium litigiosum quando quis
petit beneficium vt suum, Rota *decis.366. n.2. part.1.*
recentiss. in posthum. vbi etiam habetur beneficium di-
ci litigiosum, quando lis fuit super titulo beneficij,
& quod dicitur esse super titulo beneficij si causa sit
commissa cum claus. *quam & quas*, &c. & *decis.537.*
num.1. cum seq. & decis.343. à num.4. p.2. etiam *recen-*
tissim. vbi quòd beneficium dicitur litigiosum per
commissionem super titulo, & in petitorio, & per
citationem ad dicendum contra commissionem, nisi
lis per calumniam mota fuerit.

Litigiosa etiam dicitur res quoties de eius domi- 19
nio controuertitur in iudicio: non tamen constituit
ipsam proprietatem litigiosam in possessione, † quia 20
lis super possessione non facit ipsam rem litigiosam,
sed eius possessionis, *glos.1. in cap.1. de confirmat. vti-*
li, vbi Decian. *num.3. & 4.* Butr. *n.4.* & Abb. *num.5.*
Rot. Bonon. *decis.48. num.5. cum sequent.* Ozasc. *de-*
cis.144. Cacheran. *decis.141. num.10.* Ioseph. Ludou.
Perusina decis.68 num.9. Rebuff. *in tract. de pacificis*
possessorib. num.166. Menoch. *de arbitr. casu 202. n.18.*
Flamin. *de resignat. lib.2. q.3. num.52. cum sequentibus.*
Sed Ego ipse non propterea inclinarem, posse ali-

quem ſactis Ordinibus donari ad titulum alicuius rei ſuper cuius poſſeſſione mota fuit quæſtio iudicialis, cum certum ſit primo poſſeſſorium, deinde petitorium eſſe decidendum, iuxta *c. ſignificauerunt, de teſtibus.*

21 Ille verò, cui lis mota fuerit ſuper aliquo prædio, domo, cenſu, aut redditu ſui beneficij, vtique pacificus dicitur poſſeſſor, ex Rebuff. *in tract. de pacificis poſſeſſor. num.* 168. ad inſtar illius, qui beneficium detinens, eiuſque liberum habens curæ exercitium, aliquam tamen fructuum portionem non percipit, dummodo maioris partis poſſeſſionem habeat, iuxta gloſ. *verb pacificè in Clement. gratia de reſcript.* & gloſ. *in cap. commiſſa, de elect. lib.* 6. Dec. *in cap.* 1. *num.* 21. *de confirm. vtili.* Zabar. *in Clement. vt ij, qui, §. illi verò, num.* 9. *de ætate, & qualit.* quamobrem licere huic ſuſcipere Ordines ad titulum dicti beneficij conſtat ex gloſ. *verb. pacificam in d. cap. commiſſa, & ex gloſ. fin. in cap.*

22 *ſi tibi conceſſo, de præbend. in* 6. dum firmant † arctari ad promotionem infra annum, qui curatæ Eccleſiæ plenum deriuet exercitium; tametſi nondum liberam poſſeſſionem, ac pacificam maioris partis fructuum adeptus ſit, quod etiam tradunt Franc. *in d. cap. ſi tibi conceſſo, verſ. & nota, ſub num.* 5. vbi Gemin. *verſ. nota iſtam gloſ. ſub num.* 7.

Beneficij ſub vocabulo quid comprehendatur in materia de qua agitur?

23 CVM ſuprà dixerim oportere ordinandum habere titulum conſiſtentem vel in beneficio, vel in patrimonio, ac talem eſſe, qui ſofficiat honeſto victui, ipſumque pacificè ille poſſideat, reſtat modo oſtendere, quæ beneficij nomine contineantur. Et ideò incipiendo dico ad titulum coadiutoriæ cum futura ſucceſſione poſſe quem promoueri, vt per Nauar. *in tract. de orat. cap.* 20. *num.* 8. Salzed. *ad Bernard. cap.* 18. *num.* 7. Moneta *de optione cap.* 4. *quæſ.* 8. *num.* 169. Acoſta de Andrada *ad Bullam Cruciata q.* 75. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 29. *num.* 8. Narbona *citato loco num.* 65. *pag.* 12. Sanch. *in opuſcul. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 35. *num.* 4. Bonacin. *dict. quæſt.* 1. *puncto* 8. *num.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellaria gloſ.* 5. *§.* 9. *num.* 6. vbi intelligit ſi ratione illius habeat congruam ſuſtentationem, quem ſic interpretatur Garcia *de beneficijs part.* 2. *cap.* 5. *num.* 132. & requirit quòd ſit perpetua, vt per Petr. Ledeſm. *in ſum. p.* 1. *de ſacram. Ordinis cap.* 7. *concl.* 1. *dub.* 2.

24 Sic etiam praxis admittit quem promoueri poſſe ad titulum beneficij conſiſtentis in diſtributionibus quotidianis, quæ licet non computentur in valorem beneficiorum, nec fructuum appellatione veniant, Rota *deciſ.* 134. *ſiue* 8. *de præbend. in nouis, & deciſ.* 766 *aliàs* 39. *in antiq.* in hoc tamen caſu prædictæ diſtributiones vtique in valorem computantur, cum ſatis ſit beneficiarum illarum cauſa non laborare inopia; ita Campanil. *dict. rub.* 8. *cap.* 5. *numer.* 29. Marchin. *dicto tractat.* 21. *part.* 6. *c.* 6. *diffic.* 5 *n.* 19.

25 Ad titulum verò Vicariæ temporalis, & aliorum ſimilium beneficiorum, ſeu Capellaniarum amouibilium, nemo poteſt ordinari, quia Vicarius temporalis titulum habere non cenſetur, ex tex. *in cap. conſtitutus*, vbi Abb. *num.* 5. *de filiis Presbyter.* & ita tenet Maiol. *de irregular. lib.* 4. *cap.* 15, *n.* 3. Campanil. *in diuerſ. Iuris Canonici, rub.* 8. *c.* 4. *n.* 8. *in fine.* Azor. *d. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *q.* 5. *&* 6. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiepiſcopalis deciſ.* 190. *p.* 2. & Henriq. *d. cap.* 17. *§.* 3. *lit. Q.* Narbona *d. loco n.* 168. *pag.* 13. Bonacin. *d. puncto* 8. *num.* 24. Salzed. *ad Bernardum cap.* 18. *num.* 8. *verſ. & ea ratione vicaria temporalis.* Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 2. Sanch. *d. dub.* 35. *n.* 5. Gonzal. *d. gloſ.* 5. *§.* 3. *num.* 42. Læl. Zech. *de republ. eccleſ. cap. de clericis ſub num.* 7. Fr. Emman. *in ſum p.* 2. *cap.* 15. *num.* 12. Marchin. *d. tract.* 2. *p.* 6. *cap.* 6. *diff.* 5. *n.* 18. Zerol. *in praxi Epiſc p.* 2. *verb. dimiſſoria ſub. §.* 9. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 81. *num.* 2. D. Acuña *ad princ. diſt.* 71. *num.* 8. *&* 9. Nicol. Garc. *d. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 83. Si verò de facto ordinetur, ab ipſa Vicaria temporali amoueri non poterit, niſi habita alia prouiſione, vt ex Flamin. *d. q.* 4. *n.* 86. tenet Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 45. *in fine*, quod in pœnam factum iudico cum aliàs non poſſit prædeceſſor Epiſcopus aſſignare officium, quod eſt temporale, & remouibile in perpetuum Presbytero ordinato, & eo modo prædictum officium facere perpetuum, iuxta reſoluta per Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap* 25. *à num.* 17. Gonzal Mendez de Vaſconcel. *diuerſ. iuris argumentor. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 8. *&* 9. Narbona *loco proximo citato*, optimè Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.* 596. *in* 1. *edit. & reſolut.* 334. *num.* 3. *in* 2. *edit.* vbi aſſerit, quòd ſi quis de facto ordinetur ſacris Ordinibus ad titulum Capellaniæ ad nutum amouibilis, non ex hoc mutatur eius natura, ſeu qualitas, maximè ſi id fiat ſine expreſſo patroni conſenſu, & citat Nicolaum Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 91 *&* 112.

Præſtimonij ad titulum poteſt quis promoueri ſi detur in perpetuum, ſecus ſi ad tempus, Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 26. *§.* 8. *num.* 3. *in fine*, Marchin. *d. par.* 6 *cap.* 6. *diffic.* 5. *num.* 22. Huiuſmodi enim præſtimonia inter eccleſiaſtica beneficia connumerantur, vt diximus *alleg.* 4. *n.* 49. Sic etiam poteſt quis promoueri ad titulum penſionis perpetuæ, & ad victum ſufficientis, vt infrà dicetur *n.* 74.

Vnde non poterit quis ordinari ad titulum ſeruitij in aliqua Eccleſia, cui adſcribatur, niſi tale ſeruitium ſit perpetuum, & non dependens à voluntate 26
Epiſcoporum, & ita intelligendi ſunt Doctores, qui de hoc agunt, prout ſunt Zerol. *in praxi Epiſcopali par.* 1. *verb. dimiſſoria, §.* 5. *dub.* 1. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. cap.* 81. *ſub num.* 2. Flamin. *dict. quæſt.* 6. *num.* 33. Vilar *del Patronado de Calatajud. par.* 4. *§.* .. *num.* 22. Campanil. *par.* 4. *num.* 14. Neque Breue Sixti V. Patriarchæ Venetiarum conceſſum, quod adducit Campan. *vbi proximè*, aliud comprobat, quia eſt gratia ſpecialis: quare ita reſoluit Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, cap.* 26. *§.* 8. *num.* 6. vbi refert Epiſcopum tantum poſſe ad titulum ſeruitij in Eccleſia aliquem ordinare concurrentibus quatuor. † *Primum*, vt interueniat con- 27
ſenſus Rectoris eius Eccleſiæ. *Secundum* licentia ac conſenſus Romani Pontificis, & hoc ad ſucceſſorem. *Tertium*, vt ex ſeruitio Miſſarum, & diuinorum Officiorum, & eleemoſynis à fidelibus elargiendis, habeat vnde ſe ſuſtentet. *Quartum*, vt ne inde amoueatur, vel diſcedat, niſi de beneficio competenter, aut penſione prouiſum fuerit, vel ob delicta remotus. Vnde benè Quarant. *verb. Ordo, verſ. ſecundò extende*, Zerol. *verb. dimiſſoria §.* 5. *dub.* 2. Nicol. Garcia *d. cap.* 5. *num.* 125. reſoluunt non poſſe quem ſacris Ordinibus initiari ad titulum patrimonij, vel beneficij de ſe ad victum inſufficientis, quod poſtea ſufficiens redditur ob eleemoſynas, & Miſſarum, vel anniuerſariorum ſtipendiis, quæ in dies occurrunt, quia hæc omnia ſunt incerta, & non firma, & perpetua. Hinc etiam Marc. Ant. Genuen. *in d. praxi cap.* 83. *n.* 9. Iul. Cæſ. Madius *de ſacris Ordin. c.* 5. *n.* 20. meritè tenent quòd poſſet fortè quis ordinari ad titulum beneficij habentis redditus incertos, & caſuales defunctorum, & anniuerſariorum, ſi communi-

ret

ter ad certam ſummam pro victu ſofficientem redigantur.

28 Nec etiam poterit quis promoueri ad titulum de futuro, & in ſpe etiam certa, puta ad beneficium quod quia ſpectat, ſeu ad quod eſt præſentatus, nominatus, vel poſtulatus; cum Concil. clarè requirat titulum de præſenti habitum, & poſſeſſionem. Ita Salzed. *ad Bernard. cap.* 18. *n.* 6. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 10. Vgolin. *dict.* §. 8. *num.* 3. *in fine*, Petrus de Ledeſma *in ſum. par.* 1. *de ſacram. Ordinis cap.* 7. *poſt* 8. *concluſ.* Nicol. Garcia *dict. cap.* 3. *n.* 130. Azòr. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *q.* 6. Vgolin. *d. cap.* 26. §. 8. *num.* 3. Alphonſ. Narbona *d. loco num.* 64. *pag.* 13. Sanch. *in opuſc. moralib. lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 24. *n.* 5. *& dub.* 35. *n.* 2. Marchin. *d. tract.* 2. *p.* 6. *c.* 6. *diffic.* 3. D. Acuña *in d. c. neminem diſt.* 70. *num.* 13. Quamuis contrarium, nempe poſſe quem promoueri non ſolum ad titulum beneficij iam quæſiti, ſed etiam quærendi, ex gloſ. magna *circa medium in cap. Oſius*, 61. *diſt.* teneant Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 3. Sayr. *de cenſur. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 19. Campanil. *dict. cap.* 4. *num.* 10.

29 Poterit tamen quis promoueri ad ſacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines, ad titulum beneficij, non obſtante, quod non lucretur illius fructus, niſi poſt ſuſceptum Presbyteratus Ordinem, vt deciſum referunt Garcia *dict. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 110. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 8. *lege* 1. *de patrimonio clericor. n.* 11. Marcel. Vulpe *d. c.* 8. *num.* 11.

30 Obtinens Capellaniam in capella Papæ, licèt ſit ad nutum amouibilis, poteſt ad illius titulum ordinari, prout reſoluunt Nauar. *conſ.* 20. *de tempor. ordinat.* Sayr. *deciſ.* 50. *eodem tit.* quos refert, & ſequitur Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut.* 334. *in fine.*

31 Cooptatus in Collegium Seminarij, non poteſt ordinari ad titulum Seminarij, niſi ob cauſam inſeruiendi beneficio, quod forſan eſſet Seminario iunctum: poterit verò ordinari ſub certa aſſignatione fructuum in Seminario facta cauſa inſeruiendi beneficio iuncto Seminario, vt inſeruiat donec ſibi prouiſum fuerit de congrua ſuſtentatione; ita referunt deciſum Zerola *in praxi Epiſcop. par.* 1. *verb. Seminarium*, §. 6. Læl. Zecb. *de repub. Eccleſiaſtica, rub. de clericis, ſub num.* 7. *verſ.* 84. Salzed. *ad Bernard. cap.* 18. *num.* 9. Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *quaſt.* 6. *num.* 32. Galet. *in margarita caſuum conſcientia, verb. Ordo, penult.* Piaſec. *d. p* 1. *cap.* 1. *num.* 20. Marchin. *d. p.* 6. *diffic.* 3. *num.* 33. Alzedo *d. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 36. Armend. *vbi ſuprà num.* 9. *&* 10. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali, cap.* 81. *ſub num.* 2. Garcia *dict. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 104. vbi in additionibus refert declaraſſe Gregorium XIII. clericos Seminarij non poſſe promoueri ad aliquem Ordinem ſacrum ad titulum ipſius Seminarij, niſi pro ſeruitio beneficij Seminario vniti, & tunc cum aſſignatione certi annui redditus, vnde ſic promotus viuere poſſit; quæ tamen aſſignatio ceſſat poſtquam illi aliunde ſe æquè ſuſtentare poterit. Hinc forſan Sanch. *d. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 35. *num.* 10. reprobat Cordub. *in ſum. q.* 36. minus bene tenentem collegialem ex aliquo collegio maiori Salmanticenſi, aut Complutenſi, qui ad aliquem recipiendum gradum Doctoratus ſuos actus cum ſatisfactione defendit, poſſe ad titulum illorum ſatis ordinari abſque beneficio, vel patrimonio.

32 Iuſtè profectò Trident. Synod. *d. c.* 2. ſanciuit, *ne beneficium, ad cuius titulum quiſquam promotus fuerit, ipſe reſignare valeat, niſi facta mentione, quod fuerit ad illius titulum promotus, quo quidem caſu maximè tunc erit admittenda iſta reſignatio, niſi conſtito, quod aliunde viuere commode poſſit ipſe renuncians, & aliter facta nulla ſit*, iuxta clauſulam illam annullatiuam Concilij *in d. cap.* 2. ibi, *ſi aliter fiat renunciatio irrita erit*, ex quo tex. ſic reſoluunt Flamin. *de reſign. lib.* 2. *q.* 6. *num.* 39. ſubiugens ita fuiſſe reſolutum per Rot. Rom. *in vna Salamatina*, coram *D. Orano de menſe May an.* 1588. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.* 314. *in* 1. *edit. & reſolut.* 278. *num.* 1. *in fine, & num.* 2. *in* 2. *edit.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 14. §. 3. *& cap.* 26. §. 8. *num.* 4. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 991. Valenzuela *conſ.* 32 *n.* 21. *tom.* 1. Sanch. *in opuſc. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 38. *num.* 1; vbi ſubdit quòd ſi fiat renunciatio beneficij non facta mentione quòd ad illius titulum eſt ordinatus, & habet aliunde vnde viueret, eſt valida in foro conſcientiæ, Rota coram Gregor. XV. *deciſ.* 441. *num.* 1. & ibi Beltramin. *num.* 9. Nicol. Garcia *dict. cap.* 5. *num.* 217. vbi *num.* 214. quod eſt nulla etiam in foro conſcientiæ, Campanil. *dict. rub.* 8. *cap.* 6. *n.* 2. Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.* 1. *de ſacram. Ordinis, c.* 7. *concl.* 10. Marchin. *diffic.* 7. *d. loco.* Armend. *vbi ſuprà num.* 21. vbi *num.* 22. cum Garcia *num.* 193. atque aliis deciſum refert pro forma traditum eſſe, vt reſignans teneatur facere mentionem ſe ad titulum illius fuiſſe promotum, adeo quod per æquipollens adimpleri non poſſit, quod etiam tradit Maſſobr. *in praxi habendi concurſum reg.* 5. *dub.* 1. *num.* 45. Vnde

† reſignatione de tali beneficio facta non habita 33
mentione, quòd ad illud fuit promotus, vltra quam quod ſit nulla, vt ſupra oſtenſum eſt, reſignanti competit actio ſpolij; & fuiſſe declaratum à *ſacra Congregatione*, & deciſum in Rota coram *Illuſtriſſimo Domino meo Cardin. Millino* 19. *Nouembris* 1602. *in Aretina Plebis*, referunt Garc. *d. cap.* 5. *num.* 438. Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 44. *verſ. ampliari poſſet, pag.* 53. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 10. *n.* 33. latè Gratian. *diſc. forenſ. tom.* 3. *c.* 991. Burat. *dec.* 830. *n.* 13. quia cùm reſignatio non teneat, ius non abdicatur à reſignante, vt dicit Garcia *d. cap.* 5. *n.* 225. & in hac materia eſt bona ſacræ Rotæ Rom. *deciſio in Leodien. Canonicatus S. Ioannis* 28. *Iunij* 1621. coram *R. P. D. Rembaldo*, tenoris ſequentia.

34 Domini dixerunt Canonicatum eſſe adiudicandum Theodoro, quia ipſe fuit de eo prouiſus per obitum Balduini à Sereniſſimo Electore Colonien. vigore Indulti ampliſſimi, quod habet à Sede Apoſtolica.

Nec obſtat quod dicitur dictum Canonicatum vacaſſe per reſignationem dicti Balduini ad fauorem Ægidij, & non per ipſius obitum, quia dicta reſignatio fuit nulla, ideòque nec ius, quod prius habebat, fuit ab eo mediante dicta reſignatione abdicatum, ſed vacauit per mortem, Caputaq. *deciſ.* 215. *part.* 1. Cardin. Seraph. *deciſ.* 1498. *n.* 8.

Quod autem reſignatio fuerit nulla patet, quia fuit facta contra formam Concilij Tridentini, *cap.* 2. *de reform. ſeſſ.* 21. ex quo non fuit in ea expreſſum quòd Balduinus eſſet promotus ad titulum dicti Canonicatus, prout in dicto Concilio expreſsè diſponitur, & quòd hoc caſu reſignatio ſit nulla, tradunt Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *quaſt.* 6. *num.* 36. *&* 39. Garz. *de benef. cap.* 5. *num.* 192. *& ſeq.* & Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 10. *n.* 35. & tenuit Rota *in Aretina Plebis.* coram *Illuſtriſſimo Cardinale Millino*, relata per eundem Garz. *dict. c.* 5. *part.* 2. *n.* 438.

35 Nec obſtat quod dictum ſacrum Concilium decreuit, quòd dicta mentio fieret in reſignatione ad effectum tantùm ne clericus in opprobrium Ordinis

nis clericalis mendicare cogatur, & cum huic inconuenienti ſatis fuerit prouiſum mediante clauſula, *Conſtito quòd reſignans habeat aliunde*, &c. in dicta reſignatione appoſita, videatur dictam reſignationem ob defectum dictæ expreſſionis non poſſe dici nullam, eo quòd forma poteſt adimpleri per æquipollens, quãdo habetur effectus à lege deſideratus; quia fuit reſponſum, quòd dictum Cõcilium, vt pinguius prouideret, ne clerici vllo tempore in mendicitatem inciderent, non ſolum diſpoſuit, quòd reſignationes non admitterentur, niſi conſtito, quòd reſignans haberet aliunde vnde commodè viuere poteſt, ſed vlteriùs decreuit, quod in reſignationibus mentio fieret, quòd reſignans fuerit promotus ad titulum beneficij, quod reſignat, ad huc vt vincularetur ab eo à quo reſignatio erat admittenda, ſi ita videretur patrimonium reſignantis, quod aliàs potuiſſet diſtrahere perinde atque fuiſſet vinculatum, ſi ad titulum illius fuiſſet ordinatus, vnde non poteſt dici quod mediante dicta clauſula, *Conſtito*, &c. foerit intentioni dicti Concilij ſatisfactum, quia ex duobus requiſitis non ſufficit alterum adimpleuiſſe, *l. cum hi, §. ſi Prætor*, & *ibi* gloſſ. *ff. de tranſact. l. ſi hæredi plures, ff. de condit inſtitut.* Dec. *conſil.* 433. *num.* 6. Saruen. *in reg. de public. reſignat. q.* 8. *num.* 2. Put. *de-*
36 *ciſ.* 193. *libr.* 1. Et imò † cùm dictum Concilium vlteriùs etiam procedendo annullet reſignationes aliter factas, ſicque contineat decretum irritans, non potuiſſet forma ab eo tradita per æquipollens adimpleri, ſed debebat ſeruari ad vnguem, Aldobr. *conſ.* 92. *num.* 27. *lib.* 1. cum aliis per Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 10. & in terminis dicti Concilij, quòd non poſſit adimpleri per æquipollens firmat ex ſententia *ſacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Sacri Concilij Interpretum*, quam refert ad extenſum Garc. *loco proximè citato*, *numer.* 193. Gonzalez *vbi ſuprà num.* 35. & fuit dictum *in dicta Aretina Plebis*, coram *Illuſtriſſ. Cardinale Millino.*

37 Non obſtat quòd Concilium non comprehendit reſignationes factas in manibus Papæ, quia hoc eſſet nimis reſtringere diſpoſitionem dicti Concilij, quod loquitur generaliter de omnibus reſignationibus, & propterea generaliter intelligi debet maximè cum eadem ratio militet in omnibus, nec ſubſit cauſa dictæ reſtrictiuæ, & quod locum habeat etiam in reſignationibus factis coram Papa, firmat Garz. *vbi ſuprà num.* 193.

Non obſtat quòd Conſtitutio Pij V. ſolùm mandat apponi clauſulam, *Conſtito*, &c. quia non eſt correctoria decreti dicti Sacri Concilij, nec loquitur de beneficiis, ad quorum titulum reſignans eſt promotus.

Non obſtat quòd Papa in genere cogitare potuerit, quod reſignans eſſet promotus ad titulum beneficij, quod reſignat, quia Concilium, vt dictum eſt, requirit pro forma, quod fiat expreſſio dictæ qualitatis, vnde illa ſeruari debet, ex allegatis, vltra quod Papa potuit etiam cogitare, quod reſignans non eſſet promotus ad titulum illius beneficij, eo ipſo quod ſibi hoc non fuit expreſſum.

38 Non obſtat quòd ſaltem Canonicatus remanſit Sedi Apoſtolicæ affectus per appoſitionem manus Pontificis, quia dicta affectio per appoſitionem manus non intrat quando reſignatio eſt nulla, & per conſequens beneficium vacat per obitum, & non per reſignationem, Achil. *deciſ.* 14. *de reſtitut. ſpoliat.* Rot. *deciſ.* 14. *ſub num.* 1. *vt lit. pendent. in nou. &* 419. *part.* 1. *diuerſor. & deciſ.* 570. *num.* 8. *verſ. vel diuerſa euentat. par.* 1. *in recent.*

Non obſtat quòd etiam quòd reſignatio ſit nulla, tamen locus eſt affectioni, quando talis nullitas prouenit culpa reſignantis, Garz. *d. tract. de benef. part.* 5. *cap.* 1. *§.* 2. *num.* 170. quia hoc procedit quando reſignans eſt in culpa, quominus reſignatio ſortiatur effectum ob non implementum conditionis; nam tunc dicta conditio habetur pro impleta in præiudictum reſignantis, & per conſequens abdicatur Ius à reſignante, & beneficium vacat in Curia, remanetque affectum, & reſeruatum, ſecus eſt quando reſignatio fuit nulla de per ſe, & ex alia cauſa quàm ob non implementum: tunc enim per huiuſmodi reſignationem non abdicatur ius à reſignante, vt bene per eundem Garc. *part.* 11. *cap.* 3. *n.* 217. vt exemplum adducit in reſignatione ſimoniaca, per quam non abdicatur ius à reſignante, etiam quod ſit pura, & per conſequens nec beneficium vacat, nec illud remanet affectum, quia Papa non voluit prouidere, niſi in euentum in quem vacaret per reſignationem, & affectio non porrigitur ad vacationem diuerſam, vt *in d. deciſ.* 570. *num.* 8. *part.* 1. *in recent.*

Vnde cùm in caſu de quo agitur reſignatio non fuerit nulla ob non adimplementum, ſed quia non fuit in ea ſeruata forma Concilij, meritò non fuit ius abdicatum à reſignante, & per conſequens Canonicatus vacauit per obitum, & non per reſignationem, neque, vt dictum eſt, remanſit affectus ex allegatis. Hactenus dicta deciſio Rotæ.

In minoribus Ordin. conſtitutus non ligatur diſ- 39
poſitione text. *in d. cap.* 2. imò poteſt beneficium reſignare, etiamſi non habeat aliunde, quo viuere poſſit. Ita Thom. Valaſc. *tom.* 1. *alleg.* 35. *num. vlt.* Hermoſil. *ad Greg. Lop. l.* 15. *gloſſ.* 1. *num.* 104. *tit.* 5. *part.* 5. Flamin. *d. quæſt.* 6. *num.* 178. Vgolin. *d. cap.* 26. *§.* 8. *n.* 4. *verſ. poſtremò*, Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. *quæſ.* 7. Fr. Emman. *tom.* 2. *cap.* 15. *num. vlt.* Steph. Grat. *d. cap.* 159. *à num.* 9. Ceuall. *q.* 561. *num.* 26. Garcia *d. cap.* 5. *n.* 203. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 6. *q.* 34.
num. 4. † In Sacris verò conſtitutus non poteſt vllo 40
modo beneficium reſignare, etiamſi ad illius titulum non fuerit promotus, niſi aliunde habeat, vnde commodè viuere poſſit, ſanciuit Pius V. *in Conſtit.* quæ incip. *Quanta Eccleſiæ Dei*, ibi, *ſed nec horum vllus ſacro Ordine mancipatus, niſi religionem ingreſſurus valeat vllo modo beneficium, vel officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit, quo in vita poſſit commodè ſuſtentari;* quæ Conſtitutio licet loquatur de reſignationibus factis coram Ordinario, habet tamen locum etiam in Curia, quia militat eadem ratio in propoſito, prout de ſtylo Curiæ ſeruari teſtantur Flam. *de reſignat. benef. lib.* 3. *q.* 14. *num.* 3. *& lib.* 5. *q. vltim. num.* 176. Nicol. Garcia *dict. cap.* 5. *num* 198. quos refert, & ſe-
quitur Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut.* 272. *in fine*, † In qua 41
quidem Curia non admittitur reſignatio alicuius in Sacro conſtituti, niſi cum clauſula, *quod reſignans aliũde habeat, vnde commodè viuere poſſit*, quæ clauſula intelligitur de illa neceſſaria ſuſtentatione, quæ ſine penuria ſufficit, inſpecta qualitate perſonæ, & loci, vt fuiſſe in Rota reſolutum dicit Nicol. Garc. *dict. cap.* 5. *num.* 207. *&* 208. & in hoc plurimum tribuitur iudicis arbitrio, qui conſiderata qualitate perſonarum, locorum, & temporis iudicabit, vt per Ceuall. *communium contra commun. quæſt.* 561. *à num.* 27. Menoch. *de arbitr. caſu* 216. *num.* 12. *&* 13. Stephan. Grat. *d. cap.* 159. *num.* 15. Ex quibus

Primò colligo renuntiationem beneficij, ad cuius 42
titulum quis Sacris fuit ordinatus, factam etiam cum penſione ſufficienti ad congruam ſuſtentationem non valere, niſi facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus: quia id traditum eſt pro forma, & indiſtinctè annullatur reſignatio aliter facta;

cta;

cta; ita decisum esse [illegible] a *dict. part.2. cap.5. num.215.* & refert et[illegible] o ad Nauarr. *consl.4. de renunt.* sequuntur Vg[illegible] *potestate Episcopi,c.26. §.8.num.4.* & Homobon. *d.tract.2.cap.2.q.23. in fine,* & tenuit Rota *in d. Leodien.* Quamuis contrarium imò talem valere renuntiationem existimauerint minus bene, Nauat. *dicta consil.4.de renunt.in nouis,* Flamin. *dict.lib.2.quaest.6.num.41.* Fr. Emman. *tom.2. sum. cap.15. num.12.* Campanil. *dict. cap.6.num.6.* nouissimè Marchin. *d.p.6.cap.6.diffic.7. num.40.* ex ea scilicet ratione, quia tunc cessat finalis ratio, videlicet dedecoris clericalis, propter quam constat eo in textu Concilium vetuisse resignationem beneficij assignati in titulum; cessante enim causa finali, debet cessare & effectus, sicuti aliorum ductus aoctoritatibus firmauit Tiraquell. *in tract. cessante causa, limit.1,n.1.* & alij plures relati per me *axiom.40. num.4.* Sed huic obiectioni satis responsum est suprà *in dicta Rota decis.num.35.*

43 *Secundò* colligo procedere in permutatione, quæ nulla est, non facta mentione, quod ad titulum beneficij permutati fuit sacris Ordinatus, ex verbis Conc. *d.c.2.* ibi, *id verò beneficium resignare non possit*; resignationis enim nomen simpliciter prolatum, complectitur illam quoque ex causa permutationis factam Rebuff. *super reg. de infirmis resign.gloss.4. n.1. & 5.* cum aliis per me adductis *de appellatiua verbor. appel.237.* ac propterea regulam præcitatam de infirmis resignantibus, & decedentibus infra viginti dies numerandos à præstito consensu, vt inualidus sit actus, habere etiam locum si ex causa permutationis fecerit, vt demonstrant verba dictæ regulæ, & succurrit ratio, quia, qui permutat, resignat; nam duo actus considerantur in permutatione, videlicet renuntiatio, & permutatio, vt inquit Boër. *decis.2. num.16.* Ita tenent, ac decisum referunt Aloys.Ricc. *in decis. Curia Archiepisc. Neapol.part.1. decis.17. n.2.* vbi quòd permutans beneficium, ad cuius titulum fuit ordinatus, tutus erit in foro conscientiæ, si illud quod de nouo habuit, est æquiualens, Gonzal. *ad reg.8. Cancel.gloss.5.§.10.à n.43.* Stephan. Gratian. *discept.forens.cap.159. num.3.* Rota Romana *apud Farin.decis.614. in nouiss.* Nicol.Garcia *d.cap.5. num.218.* & quod dispositio Concilij habeat locum in permutatione, prout *Sacram. Congreg.* declarasse 18. *Iulij* 1602. ait Steph.Gratian. *d.c.159. n.3. & in addit. ad decis.189.* per quam etiam dictum fuisse refert *d. n.3.*
44 quòd † permutans tacendo ordinationem, ac titulum, tutus est in foro conscientiæ; si illud, quod habuit ex causa permutationis, erat æquiualens, de quo etiam testatur Armendar. *vbi supra num.31.* Hinc non immeritò limitat suprà positam resolutionem, quando permutans consequitur valide possessionem pacificam alicuius beneficij sufficientis ad congruam, cum Rota *in Mutinen. Canonicatus 4. Decemb. 1609.* coram Greg. XV. *decis.441. num.3.* Vgolin. *d. cap.26. §.8.num.4. vers. secundò excipitur*, Malfob. *d.requis. 5. dub.1. num.45.* Cocciu. *decis.317.* Buratt. *decis.830. num.14.*

45 *Tertiò* colligo non procedere in priuationibus, & renuntiationibus inductis à Iure cum sub *d. cap. 2.* comprehendantur tantùm resignationes voluntariæ, prout decisum refert Nicol. Garcia *d.cap.5.num.219. & seq.* Si tamen veniat priuandus per sententiam beneficio, ad cuius titulum fuit ordinatus, est illi aliquid relinquendum, vnde se alat, prout bene resoluit Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neapol. decis.185. p.1.* Vnde *sacra Cong. Conc. sub die 5. Febr.* 1604. cuius memini *in collect. Bullar.verb. patrimonium,* censuit patrimonium clerici, ad cuius titulum fuit quis ad sacros Ordines promotus, non posse capi in executionem ob illata vulnera alicui ad reficiendas curationis expensas à Iudice condemnatus, etiamsi nihil aliud præterea possideat.

Quartò colligo, quòd iuratam resignare beneficium, ad cuius titulum fuit promotus, vel procuratorem constituit ad resignandum, & iurauit non reuocare, nedum compelli minime poterit, vt cùm effectu renuntiet, verum etiam procuratorem reuocare valebit, præmissa tamen absolutione à iuramento, cuius quippe absolutionis impetratio accedere debet, vt peccatum vitetur, non autem ad validandum actum reuocationis, cum citra absolutionem sit etiam valida reuocatio. Ita decisum referunt Flamin. *dict quaest.6. num.43.* Nicol. Garcia *d. cap.5. num.232. in 1. declar.* Armendar. *d.loco num 29.* Azor. *instit.moral p.2.lib.7.cap.25.quaes.6* Vgolin. *dict.cap.26. §.8. sub num.4.* Campanil. *dict. cap.6. num.4.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol.272. num.2.* Marchin. *d.part.6.cap.6.diffic.7.n.39.* 46

Beneficium igitur ad cuius titulum est facta promotio, si resignare velit ordinatus, tenetur exprimere ad illius titulum assumpsisse Ordines, vt ostensum est, qua declaratione facta caueat Superior, ne ipsum admittat, nisi antea sibi constiterit illum habere vnde possit commodè sustentari, quo non perquisito, si acceptauit illam, non dubitatur validam esse, sed ipse tenebitur eidem ministrare alimenta, eo quòd non caret culpa, & ita sæpe decisum fuisse ipsas declarationes asserentes referunt Flamin. *de resignat. lib.1.quaest.6. post num.41.* Aloys. Ricc. *dict. resolut.272. num.2.* Campan. *d. cap.6.n.3.* Marchin. *d. p.6.cap.6.diffic.8.* 47

Quintò colligo fructus beneficij, ad cuius titu- 48
lum fuit quis promotus, non posse hypothecari, nec obligari; quia ille, qui non potest bona alienare, nec etiam potest ea hypothecare, seu obligare, argum. *l.vlt.C. de rebus alienis non alien.* & quæ tradunt Pinel. *in l.1. C. de bonis mat.part.3. numer.19.* D. Barbosa *in l.1. p.3. num.39. ff. soluto mat.* Rebello *de*
obligat. inst. part.2. lib.6. quaest.3. num.15. † Tanta est 49
enim decoris clericalis vis, & auctoritas, vt fructus beneficij obligare ex conuentione non liceat, nec etiam in subsidium aliorum bonorum in causam iudicati capere, & in illis executionem fieri, si clericus egeat, ac petitam summam, qua se alit, excusare non possit, Abb. *in cap.cum olim, el secundo, num.5. de restitution. spoliat.* Franch. *in cap. reprehensibilis post num.21.de appellation.* Ias. *in l. commodatis post num.2.*
ff.de re indic Gail. *lib.1.obseruat.117.num.9.* † Si enim 50
miles, qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus, eatenus quatenus facere potest, soluere cogitur, ex *l. miles, ff. de re indicat.* sic & clerici iuxta *glos.2.in fine in dict.l.miles*, cùm militibus assimilentur
in cap.2.de pœnis,lib.6. † Et ideo clericus, qui iurauit 51
se Titio soluturum mille, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, & postmodum Episcopalem adeptus sit dignitatem, non tenetur iam dictam persoluere summam de fructibus Episcopatus, vt consuluit Bald. *consil.208.incip.Super prædicto,vol.2.*

Patrimonij sub vocabulo quid veniat in præsenti materia?

PAtrimonij vocabulo in hac re intelligitur, non 52
solùm quicquid ex patris bonis filio obuenit, verùm etiam omne id, quod aliunde, hæreditate scilicet, vel donatione, & quauis ex causa, illi delatum est; ex ea ratione, quia satisfit intentioni Canonum, & Concilij vndecumque habeat victum,
ne

d. §. 27. num. 6. Fotnar. de ſacram. Ordinis, cap. 3. §. 6. num. 4. Mateel. Vulpe in praxi iudic. fori eccleſiaſtic. cap. 7. num. 3. Campanili in diuerſorie Iuris Canonici rub. 6. cap. 3. num. 12. me citato Bonacina de Sacramentis diſp. 8 quaſt. vnica, puncto 5. num. 33. Molfeſ. d. c. 14. num. 8. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſ. poſt reſolut. 279. in notab. de materia ſacram. Ordinis, verſ. quoad. Iul. Cæſ. Mad. de ſacris Ordinibus, cap. 4. num. 17. nouiſſimè Lautet. de Franchis in contron. inter Epiſcop. & Regular pag. 77. verſ. ad 7. Lezana in ſum. quaſt. Regul. cap. 14. n. 17.

3 In mioonbus tamen Ordinibus temporis interſtitium aliter computatur, ptout dixi cum multis, quos citaui ſuprà alleg. 11. à n. 17. me eitato in hoc loco, nouiſſimè Nouat. in lucerna Regul. verb. diſpenſare, num. 1. & 2.

4 Epiſcopus cum ordinandis in huiuſmodi interſtitiis diſpenſare poteſt, non tamen ad eius libitum, atque arbitrium non tegulatum aliqua legitima cauſa; duæ teferuntur à Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 11. 13. & 14. nempe neceſſitas, & vtilitas particulatium Eccleſiatum. Pet Eccleſiæ vtilitatem intelligit, quando pauci ſunt miniſtri eccleſiaſtici idonei, & tunc vtile Eccleſiæ eſt aliquos ordinare ad Eccleſiæ miniſterium, & maiorem etiam ornatum, ac ſplendotem. Per neceſſitatem intellexit quando deficerent miniſtri, nec poſſent ſuppleri pet iam ordinatos Eccleſiæ onera in Miſſarum celebratione, quam in aliis Eccleſiaſticis miniſteriis, vt explicat Soib. in compendio priuileg. verb. Ordines ſacri, pag. 279. num. 3. Vide Nauar. conſ. 12. de temper. ordinat. & additio ad eum conſ. 19. de voto, Matcel. Vulpe d. c. 7. num. 7. Miranda d. art. 8. concl. 3. & 4. Vgolin. d. §. 27. num. 3. Sanch. in opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 55. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſ. deciſ. 561. in 1. edit. & reſolut. 483. num. 2. in 2. edit. Molfeſ. d. cap. 14. num. 11. Bonacina de Sacramentis diſp. 8. quaſt. vnica punct. 6. num. 1.
5 verſ. grauiorem, vbi dicit † grauiorem cauſam requiri in diſpenſatione interſtitiorum intet Diaconatum, & Sacetdotium, quam intet cæteros Ordines: nam Tridentinum Concilium in diſpenſationibus interſtitiorum intet minores Ordines requirit ſolum arbitrium Epiſcopi, in diſpenſationibus interſtitiorum inter minores, & maiores Ordines exigit neceſſitatem, aut Eccleſiæ vtilitatem, in diſpenſatione verò interſtitiorum inter Diaconatum, & Presbyteratum, poſtulat Eccleſiæ vtilitatem, & neceſſitatem; ita vt non ſufficiat Eccleſiæ vtilitas, verum etiam requiratur neceſſitas, quæ tamen neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa extraordinaria, aut publica non tequiritur, quia Concil. Trident. remittere videtur hoc negotium arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, poſita vtilitate Eccleſiæ, & neceſſitate, quam Epiſcopus ſecundum citcumſtantiam loci, & temporia, aut iuxta conditionem perſonæ ſufficientem iudicauerit: vtrumque approbant Sorb. in compendio priuil. §. Ordines ſacri, ad fin. Fr. Emman. quaſt. regul. tom. 3. quaſt. 24. art. 6. & 7. Menoch. de arbitrar. caſu 427. n. 30. Miranda d. quaſt. 38. art. 8. concl. 1. eleganter Carol. de Graſſis d. pralud. à num. 334. Homobun. de examine Eccleſiaſtico tract. 2. c. 2. q. 14. & 15. Præter has cauſas diſpenſandi in interſtitiis, quæ deſumuntur ex Conc. Trid. in dictis cap. 11. 13. & 14. adeſt alia fauore ſtudij in aliqua Vniuerſitate, Menoch. dict. caſu 427. num. 31. Et ætas ordinandi prouecta, iuncta cum eiſdem integritate: necnon arctatio ad recipiendum Diaconatum, vel Presbyteratum ratione beneficij recepti, vel recipiendi, Conc. Trid ſeſſ. 7. de reform. c. 7.

6 Facultas prædicta temittendi interſtitia Epiſcopo conceſſa modo ſupra relato, extenditur etiam ad Vicarios generales Epiſcoporum; nam licèt Tridentinum ſolùm loquatur de Epiſcopo; attamen non videtur electa induſtria perſonæ, aut gradus dignitatis Epiſcopalis. Ita Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quaſt. 43. num. 28. & 29. & quaſt. 111. num. 16. Marchin. d. part. 7. cap. 2. num. 6. Iulius Cæſ. Madius de ſacris Ordinib. cap. 9. num. 12. Eadem etiam facultas tranſit ad Capitulum Sede vacante, ſeu eius Vicarium. Ita Piaſec. in praxi noua Epiſcop part. 1. cap. 1. num. 50. verſ. eadem, Quaranta in ſumma Bullarij, verb. Capitulum, verſ. quaro 10. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſ. deciſ. 715. in 1. edit. & reſolut. 606. in 2. edit. & deciſ. 561. in 1. edit. quæ eſt reſolut. 483. num. 6. in 2. edit. vbi allegat Thoming. conſ. 60. num. 4. Artam. conſil. 13. numer. 5. Suar. tom. 4. diſp. 28. ſect. 5. in princ. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 29. num. 14. latè Valenx. tom. 2. conſ. 107. num. 11. cum ſeqq. & in Vicario Capituli Sede vacante Armendariz in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis in declarat. num. 57. & reſoluunt Marta de Iuriſdict. part. 2 cap. 9. n. 13. Marchio. d. tract. 1. part. 7. cap. 2. num. 8. Carol. de Graſſis dict. pralud. num. 339. in fine. Sanch. in opuſc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 54. num. 6.

Super interſtitiis temporum neceſſe eſt, vt Epi- 7
ſcopus clarè diſpenſet, vel vt aſſumat ad Ordines infra anni curriculum ordinandum, ſciens nondum eſſe lapſum tempus ab antea ſuſcepto Ordine ad ſequentem; quia ſi ignorauit, tacitè diſpenſare non
videtur; tum quia † omne Canonicum impedimen- 8
tum, cuius diſpenſatio ad Epiſcopum pertinet, cenſetur ſublatum, ſi illud ſciens Epiſcopus ordinauerit, iuxta reſoluta per Abb. in cap. veniens, num. 2. & 3. de filiis Presbyt. Felin. in cap. praterea, num. 7. cum ſequent. de teſtib. cogend. Bart. in l. Barbarius, num. 12. ff. de offic. Prator. vbi Iaſ. num. 10. Put. deciſ. 448. lib. 1. Menoch. de praſumpt. lib. 2. quaſt. 20. num. 7. Quare in proptiis terminis, de quibus agimus, ita reſoluunt Lauret. de Franchis in contron. inter Epiſcop. & Regul. pag. 76. ad 5. Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 24. num. 14. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 25. verſ. opportunè, Menoch. de arbitrar. caſu 563. num. 10. Madius de ſacris Ordin. cap. 9. num. 10. Carol. de Graſſis d. pralud. num. 342. Vgolin. de poteſt. Epiſcopi, cap. 26. §. 27. Molfeſ. tract. 2. cap. 1. num. 22. Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſtico, tract. 2. c. 2. quaſ. 15. Molfeſ. d. cap. 14. n. 10. Marchin. d. c. 2. n. 14.

Ordinator ſuper temporum interſtitiis cum non 9
Diœceſano ad ſuſcipiendos Ordines diſpenſare non poteſt, niſi hoc in dimiſſoriis expreſsè concedatur, ſic fuiſſe reſponſum à ſacra Congregat. Epiſcoporum Epiſcopo de Alefe die 9. Auguſti 1593. refert Piaſec. in praxi noua Epiſcop. part. 1. cap. 1. n. 51. pag. 29. vbi dicit ita communiter ſeruari in praxi; & reſoluunt Miranda in man. Prælator. tom. 1. quaſt. 38. art. 7. concluſ. 2. vbi latiſſimè probat, Alzed. d. part. 2. cap. 5. num. 11. Marta de iuriſd. part. 2. c. 9. n. 14. Carol. de Graſſis dict. pral. n. 339. Marchin. dict. tract. 1. part. 7. cap. 2. num 5.

Diſpenſatio hæc interſtitiorum pertinet ad Epi- 10
ſcopum, etiam reſpectu Religioſorum, cum quibus diſpenſare poteſt ex cauſa ſibi per atteſtationem ſuorum Superiorum manifeſta, ita quod nefas ſit Præpoſitis Regularibus in hoc caſu diſpenſare. Ratio eſt, quia hæc facultas eſt annexa Ordinum collationi, & ideò ſicut ad Epiſcopum ſpectat conferre Ordines, ita ad eum ſpectat diſpenſare in interſtitiis: tum quia Concilium Trid. hanc diſpenſationem iudicio, & arbitrio Epiſcopi ſemper relinquit.

Quare

Quare ita tenent Menoch. *de arbitrar. casu* 564. Hieron. à Sorbo *d. verb. Ordines sacri, vers. quoad secundum*, Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, ad finem, & quæst. Regularium tom. 3. quæst. 27. art. 3.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. cap. 83. num. 1.* Gabr. Vasq. *tom. 3. in 3. part. disp. 246. num. 57.* Villalob. *in sum. part. 1. tract. 11. diffic. 15. à num. 4.* Petr. de Ledesm. *in summ. part. 1. de sacram. Ordinis, cap. 8. vers. la dificultad*, Lezana *in sum. Regul. cap. 14. num. 15.* referunt decisum Piasec. *in praxi noua Episcop. part. 1. cap. 1. num. 50. pag 58.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. decis. 81. num. 1. & in praxi fori Eccles. decis. 561. in 1. edit. & resolut. 483. num. 5. in 5. edit.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 53. §. 4. in comment. lit. L.* Vgolin. *de potest. Episcopi, cap. 20. §. 1. num. 5. cap. 26. §. 27. num. 3.* Prosper. de Augustino *in addit. ad* Quarant. *in sum. Bullary, verb. Ordo, prope finem, pag. 395.* Marcel. Vulpe *d. cap. 7. num. 15.* Ioan. Baptista Confectius *in collect. priuilegiorum sacri Ordinis, fol. 136.* Peirinis *de priuileg. Minim. tom. 1. constit. 1. Sixti IV. §. 52. num. 35.* Diana *resolut. moral. tom. 5. tract. 5. de dub. regularib. resol. 112.* Sanch. *in opusculis moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 54. num. 4.* licèt *num.* 8. contrarium videatur asserere, & me citato Bonac. *de Sacram. disp. 8. quæst. vnic. punct. 5. n. 34.* Molfes. *in sum. tract. 2. cap. 1. num. 56.* Hieron. Roder. *in compend. resol.* 106. *num.* 20. & me citato *in hoc loco* Homobon. de Bonis *d. tract. 2. cap. 2. quæst. 15. in fine*, Portel. *in dubiis Regularib. verb. Ordines sacri, num. 5.* Marchio. *d. tract. 1. part. 7. cap. 5. numer. 2.* Miranda *d. art. 7. conclus. 1.* & aduertit Molfes. ex declaratione *S. Congreg.* debere Episcopos se conformare cum supplicatione Superiorum Regularium, quia ad ipsos Superiores spectat prouidere, & iudicare circa vtilitatem, & necessitatem Ecclesiarum suarum, & non esse Episcopi, ad quem nullus est ordinandus, hoc iudicium facere, sed mittentis, latè Laurer. de Franchis *in controuers. inter Episcopum, & Regulares, pag. 75. in fine, vers. ad secundum*, vbi testatur *sacram Congreg.* censuisse Superiores Regulares non posse dispensare super interstitiis Regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui tamen quoad causam dispensationis iudicium suum formare debet ex attestatione Superiorum Regularium, & *in vers. ad tertium*, ex *eadem sacra Congreg.* addit debere fieri mentionem in huiusmodi litteris dimissorialibus suorum Superiorum petentium ab Episcopo vt super interstitiis dispensare dignetur, attenta necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, seu Religionis.

11 Est tamen hîc valde obseruandum Regulares ex priuilegio concesso à Gregorio XIII. Societati IESV, & ex alio concesso à Clemente VIII. *die 23. Nouemb.* 1596. Congregationi S. Ioannis Euangelistæ in Portugalis, quod refert Portel *in dub. Regular. verb. Ordines sacri, num.* 4. posse ordinari non seruatis interstitiis etiam ad Ordinem Presbyteratus, etiam absque præuia functione præcedentis Ordinis, imò etiam per extra tempora; quod priuilegium communicatur aliis Regularium Ordinibus, non obstante prohibitione communicationis per eundem Gregorium XIII. Ita Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 53. art. 5.* Hieronym. Rodetic. *in compend. quæst. Regul. resol.* 106. *num.* 10. Diana *resol. moral. tom. 2. tract. 2. de dub. Regul. resol.* 112. Marchinus *dict. tract. 1. part. 7. cap. 2. num. 4.* Quicquid dicant Suarez & Vasquez citati *supr. alleg. 17. num. 7.*

15 Quæstio superest, an ad Abbates Regulares, qui per se ipsos Ordinibus minoribus subditos suos Regulares possunt ordinare, ipsósque ordinaueriut, spectet, non verò ad alium, cum eisdem in interstitiis dispensare? Affirmatiuè decidunt Lezana *d. cap. 14. n. 15.* Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub. 15. cap. 15. num. 45.* Sorb. *verb. Ordines sacri, fol.* 278. Sanch. *d. lib. 7. cap. 1. dub. 54. num. 7.* Marchin *d. cap. 5. num. 9.* Miranda *in man. Prælat. tom. 1 quæst. 38 art. 7. concl. 3.* quem citaui suprà *alleg. 3. num.* 12. vbi etiam eleuat dubium, sed non resoluit, vtrum scilicet, quando huiusmodi Abbas, quia infirmus, siue occupatus, ad alium miserit subditos suos ordinandos, possit cum eis in interstitiis dispensare, an hoc competat Episcopo ordinaturo?

An possit Episcopus cum familiare suo triennale alias sibi non subdito dispensare in interstitiis dixi suprà *alleg. 5. n. 14. & 15.* 13

De pœnis, quas incurrit ordinans, vel ordinatus non expectatis temporum interstitiis superest, vt videamus. Quamuis Henriq. *in sum. lib. 6. cap. 10. num. 3. lit. C.* indicare videatur tales nullam pœnam, neque peccatum incurrere, nihilominus tamen licet quoad pœnam id absque dubio procedat, quia nulla est in Iure apposita aduersùs tales; quod verò ad aliam partem contra eum sentio vtrumque grauiter peccare, quia est transgressor sacrorum Canonum in materia Ordinum, quæ est grauissima, & ideò Episcopus Ordinatum culpabiliter non seruatis temporum interstitiis poterit suspendere, & aliis pœnis ob Canonis transgressionem punire. Vide Nauarr. *cons. 4. de tempor. ordinat. in nouis*, Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 56. Suar. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 1. num.* 43. Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Ordo, §. 8. & part. 2. eod. verb. vers. ad quintum*, Piasec. *in simili praxi part. 1. cap. 1. num. 50. vers. nullam*, Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 3. collect.* 576. *& in praxi rerum fori ecclesiast. resol. 483. num. 7. in 1. edit.* Bonacin. *de Sacrament. disp. 8. quæst. vnic. punct. 5. num. 35. & de censur. disp. 3. quæst. 6. puncto 5. num. 7.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 6. cap. 3. num. 13.* Fillioc. *in quæst. moralib. tom. 1. tract. 20. c. 7. n. 190. & seq.* Iul. Cæs. Mad. *de sacris Ordin. cap. 7. num. 12.* Antonin. Diana *moral. resol. part. 4. tract. 2. resol. 55. vers. nota etiam*, Marchin. *d. tract. 1. part. 7. cap. 2. n. 12.* Marcel. Vulpe *in praxi iudiciali fori ecclesiastici, cap. 8. num. 17.* me citato Alzed. *de præcellent. Episcop. dignitatis part. 2. cap. 5. n. 25.* 14

ALLEGATIO XIX.

Episcopus sub quo beneficij, vel patrimonij titulo ordinare possit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur, qui de materia huius allegationis tractant.*

2 *Ordinatio sine titulo facta, quoad executionem irrita appellatur.*

3 *Titulus non requiritur ad minores Ordines.*

4 *Titulus huiusmodi requiritur, quotiescumque Clericus secularis Ordines sacros procurat suscipere, secus verò si regularis professus.*

5 *Regularis, tam non professus, quàm nulliter professus sine titulo ad sacros Ordines promoueri non potest.*

6 *Regularis non professus sine titulo promotus in suscepto Ordine ministrans efficitur irregularis.*

7 *Patres Societatis Iesu ante solemnem professionem sine titulo ad sacros Ordines possunt promoueri.*

8 *Beneficium ad cuius titulum quis est ordinandus, debet esse tantum, vt sufficiat ad honestè viuen-*

dum, nec opus est attendere ad qualitatem ordinandi.

9 Titulus ad Ordines requiritur, non solùm sufficiens pro victu, sed etiam ad honestè viuendum.

10 Viuere commodè, vel viuere cum penuria, vel viuere simpliciter, sunt diuersa.

11 Episcopus debet arbitrari patrimonij quantitatem, cum iure præscripta non sit.

12 Episcopus, vt rectè arbitretur congruam summam pro huiusmodi titulo concedenti, quæ debeat attentè rimari.

13 Beneficij valor, vt eius titulo quis ordinari possit, debet pertingere summam, quæ Clerico sustentando sibi, & suis, quin & pauperibus, ac peregrinis, iuribúsque Episcopalibus persoluendis sufficiat.

14 Beneficium insufficiens patrimonio adiunctum potest constituere sufficientem titulum.

15 Beneficium, ad cuius titulum quis est ordinandus, debet pacificè possideri.

16 Possessor pacificus ille dicitur, qui nullam patitur iuris, vel facti controuersiam in iudicio, vel extra.

17 Beneficium litigiosum, & non pacifice possessum, fit citatione.

18 Citatio circumducta nulla, vel cum falso procuratore, non efficit litispendentiam.

19 Litigiosa dicitur res quoties de eius dominio controuertitur in iudicio.

20 Lis super possessione non facit ipsam rem litigiosam, sed ius possessionis.

21 Possessor pacificus dicitur ille, cui lis mota fuerit super aliquo prædio, domo, censu, aut redditu sui beneficij.

22 Ad promotionem infra annum arctatur, qui curatæ Ecclesiæ plenum detinet exercitium, tametsi nondum liberam possessionem, ac pacificam maioris partis fructuum adeptus sit.

23 Coadiutoria cum futura successione ad titulum potest quis promoueri, si ratione illius habeant congruam sustentationem.

24 Beneficij consistentis in distributionibus quotidianis ad titulum potest quis promoueri.

25 Vicariæ temporalis, & aliorum similium beneficiorum, seu Capellaniarum amouibilium ad titulum nemo potest ordinari.

Præstimonij ad titulum potest quis promoueri si detur in perpetuum; secus si ad tempus, ibid.

26 Seruitij in aliqua Ecclesia præstandi ad titulum non potest quis ordinari, nisi tale seruitium sit perpetuum.

27 Episcopus quibus concurrentibus poterit ad titulum seruitij in Ecclesia aliquem ordinare.

28 Ordinari quis non potest ad titulum de futuro, & sub spe etiam certa.

29 Ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines potest quis promoueri ad titulum beneficij, non obstante, quod non lucretur illius fructus, nisi post susceptum Presbyteratus Ordinem.

30 Capellaniam obtinens in Capella Papæ licet sit ad nutum amouibilis, potest ad illius titulum ordinari.

31 Cooptatus in Collegium Seminarij, non potest ad illius tit. ordinari, nisi ob causam inseruiendi beneficio, quod forsan esset Seminario iniunctum.

32 Beneficium ad cuius titulum quis promotus fuit, resignari non potest, nisi facta mentione, quod fuerit ad illius titulum promotus, aliàs resignatio erit nulla.

33 Resignanti beneficium non facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus, competit actio spolij.

34 Decisio Rotæ in Leodien. Canonicatus refertur,

35 Concilio Tridem. cap. 2. de reform. sess. 21. non est satisfactum mediante clausula, constito quod resignans habeat aliunde, &c. si non fuerit expressum, quod ad titulum beneficij resignati fuit promotus.

36 Concilium Tridens. d. loco non potest adimpleri per æquipollens.

37 Concilium dicto loco comprehendit etiam resignationes factas in manibus Papæ.

38 Affectio per appositionem manus non intrat, quando resignatio est nulla.

39 Constitutus in minoribus Ordinibus potest beneficium resignare, etiamsi non habeat aliunde, quo viuere possit.

40 Constitutus in sacris non potest beneficium resignare etiamsi ad illius titulum non fuerit promotus, nisi aliunde habeat, vnde commodè viuere possit.

41 Resignatio alicuius in sacris constituti in Curia non admittitur, nisi cum clausula, quod resignans aliunde habeat vnde commodè viuere possit.

42 Renunciatio beneficij, ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus facta cum pensione sufficienti ad congruam sustentationem, non est valida, nisi facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus.

43 Permutatio beneficij ad cuius titulum fuit quis promotus non facta de hoc mentione, nulla est.

44 Permutans tacendo ordinationem, ac titulum, tutus est in foro conscientiæ, si illud, quod habuit ex causa permutationis, erit æquiualens.

45 Concilium dict. cap. 2. comprehendit tantum resignationes voluntarias, & non procedit in priuationibus, & renuntiationibus inductis à Iure.

46 Iurans resignare beneficium, vel procuratorem constituere ad resignandum illud, ad cuius titulum fuit promotus, non potest compelli resignare cum effectu, imò procuratorem reuocare valebit.

47 Superiores cauere debent, ne renuntiationes admittant, nisi antea sibi constiterit resignantem habere, vnde commode possit sustentari, quo non perquisito si acceptauerint, non dubitatur validam esse, sed ipsi tenebuntur eidem ministrare alimenta.

48 Fructus beneficij, ad cuius titulum fuit quis promotus, non possunt hypothecari, nec obligari, nec etiam in subsidium aliorum bonorum in causam iudicati capi, vt in illis executio fieri possit, si Clericus egeat, vt num. 49.

50 Miles condemnatus eatenus, quatenus facere potest, soluere cogitur.

51 Iurans se Titio soluturum mille cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, & postmodum Episcopalem sit adeptus dignitatem, non tenetur iam dictam persoluere summam de fructibus Episcopalibus.

52 Patrimonij vocabulo intelligitur non solùm quidquid ex patris bonis filio obuenit, verum etiam omne id quod aliunde, & quauis ex causa illi delatum est.

53 Beneficium Ecclesiasticum sufficiens non habens ad cuius titulum ordinari possit, cum titulo saltem patrimonij, permittente Episcopo, ordinari potest.

Ad quem tunc Episcopum, beneficij scilicet, an patrimonij pertineat ordinatio, ibid.

54 Patrimonij quantitas arbitrio prudentis debet taxari.

55 Patrimonium super re immobili constitui debet.

Patrimonij ad titulum, quod consistat in censu tam vitalitio, quàm perpetuo, & redimibili, potest quis ordinari, ibid.

56 Donatio

56 *Donationis vera ad titulum potest quis ordinari, si ita Episcopus indicauerit assumendum pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ.*

57 *Ordinatus cum patrimonio ex donatione ficta tanquam ordinatus sine titulo incurrit pœnam suspensionis positam contra ordinatum sine illo.*

58 *Peccatum graue est cum ficto patrimonio, vel beneficio ordinari.*

59 *Suspensio nulla incurritur cum adest pactum, & conditio in patrimonio de illo reddenda vbi ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel alias vnde viuere possit.*

60 *Filius ordinandus non est sine patrimonio, quamuis haberet patrem diuitem nihil assignantem pro victu, & portione.*

61 *Pater potest filio donare ad suscipiendos Ordines.*

62 *Melioratio facta filio pro suscipiendis Ordinibus etiam non interueniente traditione, irreuocabilis est.*

63 *Pater nolens filio volenti se promoueri iustum patrimonium constituere, potest constringi iuris remediis, vt illud assignet.*

64 *Donatio pro suscipiendis Ordinibus filio simpliciter facta conferri non debet, seu imputari in legitimam.*

65 *Fructus filio dati loco alimentorum, & ad supportanda onera Matrimony. non sunt conferendi.*

66 *Expensa facta pro doctorando filio non sunt conferenda.*

67 *Data pro ingredienda militia non sunt conferenda.*

68 *Data ad consequendam dignitatem etiam non sunt conferenda.*

69 *Expensa facta à patre, vt filius nancisceretur aliquod beneficium Ecclesiasticum non sunt conferenda, &* n.70. *respondetur contrarius.*

71 *Patrimonium super rem certam constituendum est, & non sufficit, quod quis sit Musicus, Magister Grammatica, Pictor, aut alterius licita professionis, ex qua tantum quarit, quod sit sufficiens ad vita sustentationem.*

72 *Litteratura ad titulum etiam insignis non potest quis ordinari.*

73 *Beneficium, patrimonium, aut donationem non habens, potest cum penuria Sacerdotum existit, ad sacros Ordines promoueri, dummodo adsit, qui illi spondeat necessaria subministraturum.*

74 *Pensionis ad titulum potest quis ordinari dummodo ad honeste ipsum sustentandum sufficiens sit, si Episcopus indicauerit assumendum.*

75 *Bona, ad quorum titulum fuit quis ordinatus, alienari non possunt.*

76 *Dictio*, nullatenus, *inducit nullitatem actus ipso iure.*

77 *Alienatio patrimony, aut extinctio pensionis ad cuius titulum fuit quis promotus, est inualida.*

78 *Patrimonium vt alienari, sic vendi non potest.*

79 *Promissio de vendendo venit appellatione alienationis.*

80 *Transactio venit appellatione alienationis ex parte rem demittentis.*

81 *Diuisio venit appellatione venditionis.*

82 *Vendere prohibitus censetur prohibitus diuidere.*

83 *Alienare prohibitus non potest permutare.*

84 *Datio in solutum venit appellatione alienationis.*

85 *Patrimonium non potest hypothecari.*

86 *Alienare qui non potest, non potest hypothecare.*

87 *Patrimonium præscribi non potest tempore ordinario.*

88 *Alienatio, seu renunciatio Patrimony, an valeat facta sine Episcopi licentia, si tunc habet beneficium, seu alias, vnde commodè viuere possit.*

89 *Dictio*, donec, *est restrictiua temporis.*

90 *Verba Concil.* d.cap.2. *ibi*, atque aliqua deinceps sine licentia Episcopi alienare, *declarantur.*

91 *Patrimony bona, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, habent priuilegia, quæ conceduntur à Iure bonis Ecclesiasticis.*



HVIVS allegationis materiam, quæ amplissima, necessaria, & quotidiana est, tractant Henriq. *in sum. lib.* 10. *c.* 17. §. 3. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 15. Flamin. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 6. Petr. Ledesm. *in summ. part.* 1. *de sacramento Ordinis, cap.* 7. *conclus.* 6. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decision. part.* 3. *collect.* 566. *& in praxi fori Ecclesiastici, decis.* 312. *cum seqq. in* 1. *edit. & resolut.* 170. *cum sequentib. in* 2. *edit.* Vgolin. *de potestate Episcopi, cap* 26. §. 8. *cum sequentib.* Azot. *instit. moral p.* 2. *lib* 3. *cap.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 72. *cum seqq.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 8. *l.* 1. *de patrim. clericorum, num.* 1. *cum sequentib.* latissimè Nicol. Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. eleganter Campanil. *in diuers. Iuris Canonici, rub.* 8. *cap.* 1. *cum sequentib.* Bonacina *de Sacrament. disput.* 8. *q. vnica punct.* 5. *num.* 18. *cum seqq.* Sanctarel *var. resol. q.* 49. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract.* 2. *quæst.* 19. *cum sequentib.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis, tract.* 2. *cap.* 15. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 35. latè Alphons. Narbona *l.* 35. *glos.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop. pag.* 4. *cum seqq.* Sanch. *in opusc. moralib. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 34. *cum seqq.* Marchin. nouissimè post plures huius tractatus impressiones in lucem editus, *de sacram. Ordinis, tract.* 2. *part.* 6. *cap.* 5. *cum seqq.* Marcel. Vulpe *in praxi iudiciali fori Eccles. cap.* 8. *à num.* 6. Alzed. *de præcellent. Episc. dignit. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 49. *cum seqq.* idem Bonacin. *de censur. extra Bullam Cœnæ disp.* 3. *quæst* 1. *punct.* 8. Tortieblanca nouissimè *in Practicab. Iuris spirit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 24. *cum seqq.* 1

Ne cum Ordinis dedecore mendicet infelix in plateis clericus, & seruili operi mancipatus publicè à quolibet poscat eleemosynam, vt scriptum est *in cap. Diaconi sunt*, 99. *distinct.* debet quàm maximè possibile fuerit Episcopus laborare, ne quis titulo sufficienti ad victum carens, promoueatur ad Ordines, si quis autem contrarium fecerit, talis ordinatio vacuam habeoit manus impositionem, vt constitutum est *in cap. neminem* 70. *distinct.* Ordinatio enim sine titulo facta irrita habetur *in cap. Sanctorum, ead. distinct.* vbi glossa vacuam, & irritam quoad executionem illam appellat, & confirmat Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 13. *in princ.* 2

Sed incipiendo ab ordinando, apud antiquos controuersum reperio, qualis debeat illo titulo potiri? nam illo carere non posse Tonsuram, aut quatuor minores Ordines suscipere ambientem resoluit *gloss.* 1. *in d. cap. neminem*, & Panorm. *in cap.* 2. *num.* 2. *de prabend.* Sed verior est opinio, quæ tenet ad minores Ordines titulum non requiri, quia in illis existens potest retrocedere ab Ordine clericali, iuxta *cap.* 1. *de cler. coniug.* & tenet *gloss.* 1. *in cap. Psalmista*, 23. *distinct.* vbi Præpos. *num.* 3. *gloss. in cap.* 2. *de prabend.* & *ibi* Decios *num.* 29. & ita seruari de consuetudine testantur Salzed. *ad Bernard. cap.* 18. *num.* 5. Vgolin. *de irregularit. cap.* 61. *num.* 2. Franc. Emman *in summ. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 16. Quintan. *Ecclesiasticon lib.* 3. *num.* 17. Petr. Ledesm. *in summ. part.* 1. *de Sacramento Ordin. cap.* 7. *ad finem*, Nauarr. *cons.* 14. *incip. Quæsitum est*, *num.* 1. *de temp. ordinat.* Francisc. Marc. *Delphinali decis.* 1080. *incip. Quæritur an Abbate*, *part.* 1. Flamin. *de resignat.* 3

lib 9. *q*.6. *n*. 4. D. Acuña *in comment. ad cap. neminem,*
n.3.*dist*. 70. Alzedo *d.p.* 2. *c*.5. *n*. 50. Comitol. *lib*. 6.
q. 38. Bonacin. *de cenſur. extra Bull. diſp*.3. *q*. 1. *pun-*
cto 8. *n*.9. Nicol. Garcia *d. c.* 5. *n*.4. *cum ſeq.* Aloyſ.
Ricc. *in d. praxi reſolut.* 271. *n*. 3. Campan. *d. rubr*.8.
c. 1. *n*.5. Homobon. *d.tract*.2. *q*.20. Thom. Valaſe. *d.*
alleg 35. *n*.3. Sanch. *d. lib*.7. *c*.1. *dub*. 37.
4 Hic igitur titulus requiritur ex Iuris diſpoſitio-
ne, quotieſcumque clericus ſecularis Ordines ſacros
procurat ſuſcipere, ſecus verò ſi Regularis perſona,
quæ vouere debet caſtitatem, paupertatem, & obe-
dientiam, in quo profeſſio tenet vicem tituli benefi-
cialis, vt per Henriq. *in ſum. lib*.10. *c*.17. §.3. vbi ad-
dit quòd voluntaria paupertas pro opibus compu-
tatur, illatúmque ſubingreditur locum, ac propter-
ea Tsideut. Synodus *ſeſſ*. 21. *de reform. cap*.1. ex-
preſsè conſtituit, ne quis deinceps clericus ſecularis
ſine ſufficienti titulo auderet Ordines aſſumere:
idémque Sixti V. Conſtitutio tradidit, in illis ver-
bis, *aut quoad ſeculares ſine titulo ſufficientis beneficij*
vel patrimonij Eſt tamen indubitati iuris, quod ſi an-
te profeſſionem vellet Regularis perſona inſigniri
Ordinibus, non vtique poſſit ad illos promoueri
abſque titulo ſufficienti, per Bullam Pij V. incip. *Ro-*
manus Pontifex. de anno 1568. *pridie Idus Octobris*, quæ
in ordine eſt 75. vbi prædictum decretum Concilij
loquens de titulo requiſito in clericis ſecularibus,
extendit ad omnes & ſingulos etiam cuiuſcumque
Ordinis clericos Religioſos, ſiue ſeculares more Re-
ligioſorum viuentes in communi, qui numquam, ſeu
nonniſi ad certum tempus profeſſionem emiſerunt,
& ex clauſtro exire poſſunt, quam Conſtitutionem
refert Piaſec. *praxi noua Epiſcop.p*.1 *c*.1. *de conferendis*
Ordinibus num. 43. nouiſſimè Lauret. de Franchis *in*
controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. pag. 89. & per eam
ita reſoluunt Vgolin. *d* §.8. *n*.1. *verſ. hac autem regu-*
la, Salzed. *ad Bernard. in pract.c*.19. *n*.2. Nicol. Garc.
p.2. *cap*. 5. *n*.12. Nald. *verb. Ordo n*. 28. Bonacina *d.*
puncto 8. *n*.17. Molfeſ. *in ſum. tract*. 2. *c*.15. *n*.11. San-
ctarel. *d.q*.49. *n*.10. *in princ.* Homobon. *d. tract*. 2. *q*.
21. Sanch. *d c*.1. *dub*.35. *n*.9. Alzedo *d p*.2. *c*.5. *n*.51.
5 Lezana *in ſum. quæſt. Regul. cap* 14. *n*.10. † quam qui-
dem Conſtitutionem habere locum tam in non pro-
feſſis, quàm in nulliter profeſſis cenſuit Rot. *in vna*
Vrgellen. Canonicatus 3. *Martij* 1595. coram *Illuſtriſ-*
ſimo Blancheto, quam refert Nicol. Garcia *d.c*.5. *n*.11.
& 12. tenent Sanctarel. *d.q* 49. *n*.10. *in fine*. Molfeſ.
d. n. 11. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Nea-*
pol. p. 2. *deciſ*. 283. & *in praxi fori Eccleſiaſtici reſo-*
lut. 270. *n*.2. vbi *n*. 3. cum Maiol. *de irregularit. lib*.4.
6 *c*.15. *n*.1. reſoluit ſic † ordinatos Regulares non pro-
feſſos ſine titulo in illo Ordine miniſtrantes effici
regulares. Vnde Regularis, qui ſcit ſuam profeſſio-
nem irritam eſſe, ſi ordinetur, peccat mort. & incur-
rit pœnam, quam ſeculares clerici incurrunt ſi or-
dinentur ſine beneficio, aut patrimonio, Portel. *in*
dub. Regul. verb. Ordines ſacr. n. 8. Diana *moral. re-*
ſol. part.1. *tract*.2. *reſol*.113. Lezana *d. c*. 14. *num*. 10.
in fine.
7 Ab iſtius tamen Conſtitutionis decreto Gregorius
XIII. excepit Patres Societatis Ieſu, per ſuam Bul-
lam, quæ incip. *Aſcendente, an*.1584. *octauo Kalen. Iu-*
nij, & Gregor. XIV. *Conſtitut*. incip. *Eccleſia Catholi-*
ca, *de ann*. 1591. quos antea exemerat Paulus IV. à
tali obligatione; fortaſſe quia cognoſcebant decreto
illo Concilij prædictos Patres ligari: ſimplicia li-
cèt vota emittant, nihilominus veri dicuntur Re-
ligioſi. Ita Henriq. *lib*. 10. *c*. 17. §. 3. Flamin. *lib*. 2.
q. 6. *n*. 19. Fornar. *de Ordine cap*. 8. §. 9. Piaſec. *in*
praxi noua Epiſcop.d.cap.1. *num*.44. Fr. Emman. *in ſum.*
tom.2.*cap*.15.*num*.1. & *quæſt. Regul. tom*.3. *quæſt*. 23.
art.3. Garcia *d.cap*.5. *num*. 13. Suar. *tom*. 5. *de cenſur.*
diſp.31.*ſect*.1. *num*.38. Mandoſ. *conſil*. 13. Sanch. *dict.*
dub.35. *num*.9. Marchin. *d.tract*.2.*part*.6.*cap*.5.*num*.5.
Alzedo *d p*.2.*cap*.5. *num*.52. Lezana *d cap*.14.*num*.10.
Bonac. *d.puncto* 8. *n*.17. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.*
26. §.8. *num*. 1. *verſ. excipiuntur tamen Ieſuitæ*, Sancta-
rel. *d quæſt*.49. *num*.6. & 11. Vaſq. *tom*.3. *in* 3. *p. diſput.*
246. *num*.62. Torrebl. *d.lib*.2.*cap*.13. *num*.20. Molfeſ.
d cap.15. *num*. 12. vbi etiam refert Sixtum V. audita
relatione Congreg. ſic declaraſſe: *Quoad Ieſuitas, cùm*
poſt Sacerdotium exire non poſſint, niſi à Superioribus eii-
ciantur, prouideatur illis de redditu 40. aureorum annuo-
rum ex bonis Religionis. Quoad alios, qui arbitrio ſuo exi-
re, quando volunt, poſſunt, ne detur illis occaſio exeundi,
vt fruantur illo redditu, vocentur prius, & intelligatur,
qua alia via proſpici poſſit, deinde mature deliberan-
dum.
Vnde colligitur quòd ſi contingat è Societate
quos eiici in Sacris iam conſtitutos, & carentes be-
neficio, tunc Prælati eiuſdem Societatis de honeſto
victu ſaltem de redditu 40. aureorum annuorum il-
lis prouidere debent, donec ſufficiens beneficium
fuerint conſecuti; ſicut forſan per dictum Sixti V. de-
cretum aduertit Marchin. *d.c*.5. *n*.5.
Beneficium, patrimonium, vel penſio, ad cuius ti- 8
tulum quis eſt ordinandus, debet eſſe tantùm, vt
ſufficiat, ad honeſtè viuendum, vt docet Concil.
Trid. *ſeſſ*. 21. *de reform. cap*.2. quod ſcilicet ſufficiens
ſit ad honeſtam, & commodam ſuſtentationem cu-
iuſlibet clerici, nec opus eſt attendere ad qualitatem
ordinandi, vt nobilitatem, &c. Nam Concil. & ius
antiquum ſolum requirit ſufficientiam ad honeſtè
viuendum, ita vt non cogatur mendicare. Ita ſeuet
Petr. Ledeſm. *d. concl*. 7. quem refert, & ſequitur Ni-
col. Garcia *d.cap*.5. *num*.114. Vnde Concil. *d. cap*.2.
loquitur de beneficio ſufficienti ad victum, non au-
tem ad honeſtè viuendum, vt explicat Flamin. *de*
reſign.lib.5. *q.vlt.n* 156. & iuxta hanc opinionem pa-
trimonia fiunt in Bracharenſi Archiepiſcopatu, in
quo adeſt Conſtitutio, ne ad ſacros Ordines promo-
uendus ſit aliquis, niſi beneficium habeat Eccleſia-
ſticum, vel patrimonium, quorum vtrumque valoris
ſit ducatorum 25. & ſaltem realiter, & cum effectu
poſſideatur. Et Iacob. de Graff. *conſ*. 4. *n*. 5. *de tempo-*
rib. ordinat. refert ſe vidiſſe in aliquibus locis aſſi-
gnatum patrimonium ſcutorum 18. alibi 25. alibi 36.
Ar Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol.*
cap.81. & Molfeſ. *in ſum tract*.2.*cap*.15.*num*.6. teſtan-
tur in vrbe Neapol. nullum admitti ad ſacros Ordi-
nes, niſi aſſignato priùs patrimonio ſcutorum 36. In
prouincia Mediolanenſi, vt habetur *in Concil. Prouin-*
ciali, requiritur patrimonium ſcutorum 50. vt refert
Marchin. *d.tract*.2. *part*. 6. *cap*.7. *diffic*. 2. *num*.5. Sed
ſcrupulum maximum mouent verba illa Concilij
dict. cap. 2. ibi, *quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiant*, &
alia ſimilia relata *in cap*.17. *ſeſſ*.24. *de reform*. ibi, *quod*
quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtentan-
dam non ſufficiat; aduerbium illud, *honeſtè*, idem ſi-
gnificat, quod decorè, & laudatè, & ſynonyma cen-
ſentur *viuere decenter*, *commodè*, *congruè*, *competen-*
ter, vel honeſtè, per doctrinam Decij *in cap*.2. *de Mo-*
nachis num. 8. *de prabend*. ideò Concilio Tridentin.
† non ſatisfit ſi ordinandus habeat titulum pro vi- 9
ctu, non tamen talem, qui ſufficiat ad honeſtè viuen-
dum, quia tunc diceretur tantum habere titulum ad
viuendum ſimpliciter, abſque eo quòd honeſtè, vel
decenter viueret; quia inter vnum, & alterum viuen-
di modum maxima conſideratur differentia. Vel
enim dicemus † *viuere commodè*, vel *viuere cum penu-* 10
ria

ria, vel *viuere simpliciter*, vt ait glos. *in cap.1.verb. absque penuria, de statu Regul.in 6.* Quare attendendam esse qualitatem clerici decentem, & honestam, non suam in particulari, videtur probabile, quasi hodierna sustentatio honesta debeat esse respectu clericalis Ordinis, non verò qualitatis in particulari. Et
11 quoniam præscripta certa quantitas non est, † Episcopus ipse arbitrabitur, argum. *l.1.*& quæ *ibi* notantur, *de iure deliber.* Menoch. *de arbitr. casu 216. n.12.* Flamin. *de resignat.lib.6 quæst.fin.num.132.& 181.*Iacob.de Graff.*consf.4.de temporib.ordin vol.1.& de arbitr. confess.lib.2.cap.49.*Aloys.Ricc.*in praxi fori eccles resol. 271.* Marchin.*d.cap.6 diffic.2.* Ludou.Beia *respons. casuum conscientia p.4. casu 26.fol.mihi 442* Henriq. *in sum. lib 10.cap.17.§.3.in commento lit.N.*Lotter.*de re benef.lib.1.q.2.num.31.*Nicol.Garcia *d.cap.5.n.112. cum seqq.*Sanch.*d.cap.1.dub.35. num.7.* Acuña *in d.c. neminem num.12.cum seq* Thom.Valasc.*allegat.Iuris tom.1. alleg.35.*Vgolin.*d.§.8.num.2.* Alphons.Narbona *d.locon.34.pag.9.* Molfes.*in sum. moralis Theologia tract.2. cap.15.num.6.* Nam examen patrimonij ad Episco-
12 pum priuatiuè quoad alios pertinet, S. *Congreg.Concil.in Placentina 16. Martij* 1630. apud me *in Collectan. Bullarij. verb. patrimonium.*

Episcopus verò, vt rectè arbitretur congruam summam pro huiusmodi titulo condecenti, & necessario, antea complura debet attentè rimari, nempè loci consuetudinem, vt tenent Archidiac.*in cap.si Episcopus num.3. de præbend. in 6.* Gemin.*in cap sicut num.7. de suppl. negligentia Prælat.* Anchar. *in cap. 1. vers.tertiò potest quæri.sub num.2. de præbendis in 6.*Menoch. *d. casu 216. num.14.* item qualitatem cuiusque ordinandi, per glos. *in cap Episcopus, verb. victus* 10. *q 2.* Caputaq. *decis.6.incip. Beneficium n.2.part.1.* Rebuff. *in praxi benef. rub. de rescript.in forma pauper.n.2.* licèt iuxta gradum, & nobilitatem ordinandi non esse assignandum existimet Flamin. *d lib.5.q vlt.num. 155.* Gare. *d.loco num. 124. & 206.* Bonac. *d. punct.8. num.20.* quin ne tantùm sibi, sed suis etiam satis sit, vt per Hoied. *de incompatib. benefic. part.1. cap. 19. à num.12.* post Sot. Nau.& alios Menoch *d.casu 216. sub num.13.* Azor. *instit moral p.2.lib.6.cap.10.q 8.*vbi
13 exprimit † decentem beneficij valorem eam pertingere debere summam, quæ clerico sustentando, sibi, & suis, quin & pauperibus, ac peregrinis, & adornis hospitio suscipiendis, iuribusque Episcopalibus persoluendis sufficiat. O vtinam hæc in nostro Lusitaniæ Regno seruarentur: multi enim ibi ad clericarum non aspirarent, nisi in bonis haberent, quæ sufficerent ad clericalem Ordinem honestè tractandum, & se commodè sustentandum, sed adeò tenue ibi desideratur patrimonium, vt nulli quamuis pauperrimo deficiat: & sic pro maiori parte ordinati ad titulum patrimonij egeni & pauperes sunt, debet enim spectata clericalis status decentia, & vbertate regionis patrimonij quantitas ab Episcopo definiri; quamuis post definitam patrimonij quantitatem in modico deficiat, Sanch. *in opusc.moral.tom.2.lib.1.c.1. dub.75.n.8.* Antonio.Diana *moral. resol.part.4.tract.4. resol.72.*

14 Si verò sufficienti titulo beneficiali quis careret, haberet tamen tantumdem patrimonij, quod beneficio adiunctum sufficientem constitueret titulum, permittendum est ad sacros Ordines promoueri: ita Prosper de Augustino & Quaranta *in summa Bullarij verb.Ordo.vers.circa 2.* Molfes.*in sum.Theol.mor.tract. 2.cap.15.num.7.* Vgolin.*de potestate Episcopi c. 26.§.3. in fine*, & *§.8. num.2.* Zerola *in praxi Episcop. part.1. verb dimissoria vers.2.* Armend.*d. loco n.16. in princip.* Bonacin. *d.disp.3.q.1. punct.3. n.21.* Secus si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti iungantur pitantiæ, eleemosynæ, anniuersaria, & alia emolumenta, quæ ex celebratione Missarum in exercitio sacrorum Ordinum (si ad eos promoueantur) percipere, & lucrari possint, quæ omnia ad victum honestè sufficiant, tunc non posse promoueri referunt decisum Gare. *d.cap.5. num 126.* Armend. *dicto loco n.16. post princ.* vbi *n.17.* dicit pariter resolutum minime posse promoueri etiamsi Episcopus obliget se suppleturum, quod ad alimenta sufficiat, quousque habeat vnde se sustentare possit. In summa, cùm clericorum penuria adest, posse Episcopum ob necessitatem Ecclesiæ ordinare ad Subdiaconatum suos clericos cum assignatione perpetua fructuum aliquorum bonorum, quorum fructus sufficiant ad sustentationem, refert decisum Armendar. *dicto loco n.30.* vide infrà *num. 73.*

Circa titulum ordinandi edocet Concil. *d.cap.2.* 15
vt pacificè possideatur, quamobrem litigiosus titulus repelleret ordinandum, Nauarr. *in tract. de orat. notab.23.num.69.* † Ille verò dicitur pacificus posses- 16
sor, qui nullam patitur Iuris, vel facti controuersiam in iudicio, vel extra, Felin. *in cap. cum Ioannes n.33.de fide instrum.* Zabarel. *in Clem. gratia q.13. n.8. de rescript.* Decian.*in cap.1.num.19.& 20.de confirmat. vtili*, atque ideo, vt vnico verbo complectar, is erit qui sine lite possidet, nam text. vt enim hoc verbo, *pacificè*, Rebuff.exponit & dicit: hoc est, *sine lite, in tract.de pacificis possess.num.mihi* 1065. *vers. quandoque*, Guido Papæ *decis.85.incip. Curia:*glos.*in Clem.vnica, verb.antea,de sequestrat.possess.& fruct.*

Litigiosum ergo beneficium fit, & non pacificè 17
possessum, citatione, si ipse iudex, & reus facti sint certi de re ipsa, pro qua conuenitur. Ita Mynsinger. *cent.4.obseruat.26.* Matth. Colet.*de processibus execut. p.3.cap.11.num.19.* Gail. *lib.1. obseruat.74.* Cardinal. Pute.*decis.329 lib.3.* Viui.*decis.459.num.5.cum sequentibus.* Lancel.*de attentatis,p.2.cap.4.in præfat.num.3.* & Stephan.Gratian.*discept.forens.c.2.num.34.& 35.* Cabed. *Lusitan. decis.11.num.11.cum sequentib.p.2.* Cald. Pereira *de empt.cap.9. num.18.* † Si tamen circundu- 18
cta sit, non efficit litis pendentiam, teste Afflict. *decis.366.* incip. *In pleno consilio num.14. & in constitutionibus Regni, si quem nostrorum, num. 4.* Carau. *ritu 121. post num. 1.* nec si lis cum falso procuratore contrahatur, Ozasc. *Pedem.decis.144.* Lis autem nulla dicitur, cum non adest iurisdictio, Vetal. *decis.7. p.3.* & dicitur beneficium litigiosum quando quis petit beneficium vt suum, Rota *decis.366.n.2. part.1. recentiss.in posthum.* vbi etiam habetur beneficium dici litigiosum, quando lis fuit super titulo beneficij, & quod dicitur esse super titulo beneficij si causa sit commissa cum claus. *quam & quas*, &c. & *decis.537. num.1. cum seq.& decis.343. à num.4.p.2.* etiam *recentissim.* vbi quòd beneficium dicitur litigiosum per commissionem super titulo, & in petitorio, & per citationem ad dicendum contra commissionem, nisi lis per calumniam mota fuerit.

Litigiosa etiam dicitur res quoties de eius domi- 19
nio controuertitur in iudicio: non tamen constituit
ipsam proprietatem litigiosam in possessione,† quia 20
lis super possessione non facit ipsam rem litigiosam, sed eius possessionis, *glos.1. in cap.1.de confirmat.vtili*, vbi Decian. *num.3. & 4.* Butr.*n.4.* & Abb.*num.5.* Rot. Bonon. *decis.48. num.5. cum sequent.* Ozasc. *decis.144.* Cachetan.*decis.141.num.10.* Ioseph. Ludou. *Perusina decis. 68. num.9.* Rebuff. *in tract. de pacificis possessorib.num.166.* Menoch. *de arbitr. casu 202.n.18.* Flamin. *de resignat. lib.2.q.3. num.52. cum sequentibus.* Sed Ego ipse non propterea inclinarem, posse ali-

quem sactis Ordinibus donati ad titulom alicuius rei super cuius possessione mota fuit quæstio iudicialis, cum certum sit primo possessorium, deinde petitorium esse decidendum, iuxta *c. significauerunt, de testibus.*

21 Ille verò, cui lis mota fuerit super aliquo prædio, domo, censu, aut redditu sui beneficij, vtique pacificus dicitur possessor, ex Rebuff. *in tract. de pacificis possessor. num.* 168. ad instar illius, qui beneficium detinens, eiusque liberum habens curæ exercitium, aliquam tamen fructuum portionem non percipit, dummodo maioris partis possessionem habeat, iuxta glos. *verb. pacificè in Clement. gratia de rescript.* & glos. *in cap. commissa, de elect. lib. 6.* Dec. *in cap. 1. num. 21. de confirm. vtili.* Zabar. *in Clement. vt ij, qui, §. illi verò, num. 9. de ætate, & qualit.* quamobrem licere huic suscipere Ordines ad titulum dicti beneficij constat ex glos. *verb. pacificam in d. cap. commissa, & ex glos. fin. in cap.*
22 *si tibi concesso, de prabend. in 6.* dum firmant † arctari ad promotionem infra annum, qui curatæ Ecclesiæ plenum detinet exercitium; tametsi nondum liberam possessionem, ac pacificam maioris partis fructuum adeptus sit, quod etiam tradunt Franc. *in d. cap. si tibi concesso, vers. & nota, sub num. 5.* vbi Gemin. *vers. nota istam glos. sub num. 7.*

Beneficij sub vocabulo quid comprehendatur in materia de qua agitur?

23 CVM suprà dixerim oportere ordinandum habere titulum consistentem vel in beneficio, vel in patrimonio, ac talem esse, qui sufficiat honesto victui, ipsumque pacificè ille possideat, restat modo ostendere, quæ beneficij nomine contineantur. Et ideò incipiendo dico ad titulum coadiutoriæ cum futura successione posse quem promoueri, vt per Nauar. *in tract. de orat. cap. 20. num.* 8. Salzed. *ad Bernard. cap. 18. num. 7.* Moneta *de optione cap. 4. quæst. 8. num. 169.* Acosta de Andrada *ad Bullam Cruciata q. 75.* Vgolin. *de officio Episcopi cap. 29. num.* 8. Narbona *citato loco num. 65. pag. 12.* Sanch. *in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 35. num. 4.* Bonacin. *dict. quæst. 1. puncto* 8. *num. 12.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellaria glos. 5. §. 9. num. 6.* vbi intelligit si ratione illius habeat congruam sustentationem, quem sic interpretatur Garcia *de beneficijs part. 2. cap. 5. num. 132.* & requiritur quòd sit perpetua, vt per Petr. Ledesm. *in sum. p. 1. de sacram. Ordinis cap. 7. concl. 1. dub. 2.*

24 Sic etiam praxis admittit quem promoueri posse ad titulum beneficij consistentis in distributionibus quotidianis, quæ licet non computentur in valorem beneficiorum, nec fructuum appellatione veniant, Rota *decis. 134. siue 8. de prabend. in nouis, & decis. 766 aliàs 39. in antiq.* in hoc tamen casu prædictæ distributiones vtique in valorem computantur, cum satis sit beneficiatum illarum causa non laborare inopia; ita Campanil. *dict. rub. 8. cap. 5. numer. 29.* Marchin. *dicto tractat. 21. part. 6. c. 6. diffic. 5 n. 19.*

25 Ad titulum verò Vicariæ temporalis, & aliorum similium beneficiorum, seu Capellaniarum amouibilium, nemo potest ordinari, quia Vicarius temporalis titulum habere non censetur, ex tex. *in cap. constitutus*, vbi Abb. *num. 5. de filiis Presbyter.* & ita tenet Maiol. *de irregular. lib. 4. cap. 15. n. 3.* Campanil. *in diuers. Iuris Canonici, rub. 8. c. 4. n. 8. in fine.* Azor. *d. p. 2. lib. 3. cap. 6. q. 5. & 6.* Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiepiscopalis decis. 190. p. 2.* & Henriq. *d. cap. 17. §. 3. lit. Q.* Narbona *d. loco n. 168. pag. 13.* Bonacin. *d. puncto 8. num. 24.* Salzed. *ad Bernardum cap. 18. num. 8. vers. & ea ratione vicaria temporalis.* Flamin. *de resignat. lib. 2. quæst. 6. num. 2.* Sanch. *d. dub. 35. n. 5.* Gonzal. *d. glos. 5. §. 3. num. 42.* Læl. Zech. *de republ. eccles. cap. de clericis sub num. 7.* Fr. Emman. *in sum p. 2. cap. 15. num. 12.* Marchin. *d. tract. 2. p. 6. cap. 6. diff. 5. n. 18.* Zerol. *in praxi Episc. p. 2. verb. dimissoria sub. §. 9.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. c. 81. num. 2.* D. Acuña *ad princ. dist. 71. num. 8. & 9.* Nicol. Garc. *d. p. 1. cap. 2. num. 83.* Si verò de facto ordinetur, ab ipsa Vicaria temporali amoueri non poterit, nisi habita alia prouisione, vt ex Flamin. *d. q. 4. n. 86.* tenet Piasec. *in praxi Episcop. p. 1. cap. 5. num. 45. in fine*, quod in pœnam factum iudico eum aliàs non possit prædecessor Episcopus assignare officium, quod est temporale, & remouibile in perpetuum Presbytero ordinato, & eo modo prædictum officium facere perpetuum, iuxta resoluta per Molin. *de primogen. lib. 1. cap 25. à num.* 17. Gonzal Mendez de Vasconcel. *diuers. iuris argumentor. lib. 4. cap. 8. num. 8. & 9.* Narbona *loco proxime citato*, optimè Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis. 396. in 1. edit. & resolut. 334. num. 3. in 2. edit.* vbi asserit, quòd si quis de facto ordinetur sacris Ordinibus ad titulum Capellaniæ ad nutum amouibilis, non ex hoc mutatur eius natura, seu qualitas, maximè si id fiat sine expresso patroni consensu, & citat Nicolaum Garc. *de benef. p. 1. c. 2. n. 91. & 112.*

Præstimonij ad titulum potest quis promoueri si detur in perpetuum, secus si ad tempus, Vgolin. *de officio Episcopi cap. 26. §. 8. num. 3. in fine*, Marchin. *d. par. 6. cap. 6. diffic. 5. num. 22.* Huiusmodi enim præstimonia inter ecclesiastica beneficia connumerantur, vt diximus *alleg. 4. n. 49.* Sic etiam potest quis promoueri ad titulum pensionis perpetuæ, & ad victum sufficientis, vt infrà dicetur *n. 74.*

Vnde non poterit quis ordinari ad titulum serui- 26
tij in aliqua Ecclesia, cui adscribatur, nisi tale seruitium sit perpetuum, & non dependens à voluntate Episcoporum, & ita intelligendi sunt Doctores, qui de hoc agunt, prout sunt Zerol. *in praxi Episcopali par. 1. verb. dimissoria, §. 5. dub. 1.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscopali Neapol. cap. 81. sub num. 2.* Flamin. *dict. quæst. 6. num. 33.* Vilar *del Patronado de Calatajud par. 4. §... num. 22.* Campanil. *par. 4. num. 14.* Neque Breue Sixti V. Patriarchæ Venetiarum concessum, quod adducit Campan. *vbi proximè*, aliud comprobat, quia est gratia specialis: quare ita resoluit Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 26. §. 8. num. 6.* vbi refert Episcopum tantum posse ad titulum seruitij in Ecclesia aliquem ordinare con-
currentibus quatuor. † *Primum*, vt interueniat con- 27
sensus Rectoris eius Ecclesiæ. *Secundum* licentia ac consensus Romani Pontificis, & hoc ad successorem. *Tertium*, vt ex seruitio Missarum, & diuinorum Officiorum, & eleemosynis à fidelibus elargiendis, habeat vnde se sustentet. *Quartum*, vt ne inde amoueatur, vel discedat, nisi de beneficio competenter, aut pensione prouisum fuerit, vel ob delicta remotus. Vnde bene Quarant. *verb. Ordo, vers. secundò extende*, Zerol. *verb. dimissoria §. 5. dub. 2.* Nicol. Garcia *d. cap. 5. num. 125.* resoluunt non posse quem sacris Ordinibus initiari ad titulum patrimonij, vel beneficij de se ad victum insufficientis, quod postea sufficiens redditur ob eleemosynas, & Missarum, vel anniuersariorum stipendia, quæ in dies occurrunt, quia hæc omnia sunt incerta, & non firma, & perpetua. Hinc etiam Marc. Ant. Genuen. *in d. praxi cap. 83. n. 9.* Iul. Cæs. Madius *de sacris Ordin. c. 5. n. 20.* meritò tenent quòd posset fortè quis ordinari ad titulum beneficij habentis redditus incertos, & casuales defunctorum, & anniuersariorum, si communi-

ter

tet ad certam summam pro victu sufficientem redigantur.

28 Nec etiam poterit quis promoueri ad titulum de futuro, & in spe etiam certa, puta ad beneficium quod quis spectat, seu ad quod est præsentatus, nominatus, vel postulatus; cum Concil. clarè requirat titulum de præsenti habitum, & possessionem. Ita Salzed. *ad Bernard. cap.* 18. *n.* 6. Ft. Emman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 10. Vgolin. *dict.* §. 8. *num.* 3. *in fine*, Petrus de Ledesma *in sum. par.* 2. *de sacram. Ordinis cap.* 7. *post* 8. *conclus.* Nicol. Garcia *dict. cap.* 5. *n.* 130. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *q.* 6. Vgolio *d. cap.* 26. §. 8. *num.* 3. Alphons. Narbona *d. loco num.* 64. *pag.* 13. Sanch. *in opusc. moralib. lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 24. *n.* 5. *& dub.* 35. *n.* 2. Marchio. *d. tract.* 2. *p.* 6. *c.* 6. *diffic.* 3. D. Acoña *in d. c. neminem dist.* 70. *num.* 13. Quamuis contrarium, nempe posse quem promoueri non solum ad titulum beneficij iam quæsiti, sed etiam quærendi, ex glos. magna *circa medium in cap. Ossius*, 61. *dist.* teneant Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 3. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 19. Campanil. *dict. cap.* 4. *num.* 10.

29 Poterit tamen quis promoueri ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines, ad titulum beneficij, non obstante, quod non lucretur illius fructus, nisi post susceptum Presbyteratus Ordinem, vt decisum referunt Garcia *dict. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 110. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 8. *lege* 1. *de patrimonio clericor. n.* tt. Marcel. Vulpe *d. c.* 8. *num.* 11.

30 Obtinens Capellaniam in capella Papæ, licèt sit ad nutum amouibilis, potest ad illius titulum ordinari, prout resoluunt Naoar. *cons.* 20. *de tempor. ordinat.* Sayr. *decis.* 50. *eodem tit.* quos refert, & sequitur Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. resolut.* 334. *in fine.*

31 Cooptatus in Collegium Seminarij, non potest ordinari ad titulum Seminarij, nisi ob causam inseruiendi beneficio, quod forsan esset Seminatio infunctum: poterit verò ordinari sub certa assignatione fructuum in Seminario facta causa inseruiendi beneficio iuncto Seminario, vt inseruiat donec sibi prouisum fuerit de congrua sustentatione; ita referunt decisum Zerola *in praxi Episcop. par.* 1. *verb. Seminarium*, §. 6. Læl. Zech. *de repub. Ecclesiastica, rub. de clericis, sub num.* 7. *vers.* 84. Salzed. *ad Bernard. cap.* 18. *num.* 9. Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 32. Galet. *in margarita casuum conscientia, verb. Ordo, penult.* Piasec. *d. p* 1. *cap.* 1. *num.* 20. Marchio. *d. p.* 6. *diffic.* 5. *num.* 33. Alzedo *d. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 56. Armend. *vbi supra num.* 9. *&* to. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscopalis, cap.* 81. *sub num.* 2. Garcia *dict. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 104. vbi in additionibus refert declarasse Gregorium XIII. clericos Seminarij non posse promoueri ad aliquem Ordinem sacrum ad titulum ipsius Seminarij, nisi pro seruitio beneficij Seminario vniti, & tunc cum assignatione certi annui reditus, vnde sic promotus viuere possit; quæ tamen assignatio cessat postquam illi aliunde se æquè sustentare poterit. Hinc forsan Sanch. *d. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 35. *num.* 10. reprobat Cordub. *in sum. q.* 36. minus bene tenentem collegialem ex aliquo collegio maiori Salmaticensi, aut Complutensi, qui ad aliquem recipiendum gradum Doctoratus suos actus cum satisfactione defendit, posse ad titulum illorum satis ordinari absque beneficio, vel patrimonio.

32 Iustè profectò Trident. Synod. *d. c.* 2. sancinit, *ne beneficium, ad cuius titulum quisquam promotus fuerit, ipse resignare valeat, nisi facta mentione, quod fuerit ad illius titulum promotus*, *quo quidem casu maximè tunc erit admittenda ista resignatio, nisi constito, quod aliunde viuere commodè possit ipse renuntians, & aliter facta nulla sit*, iuxta clausulam illam annullatiuam Concilij *in d. cap.* 2. ibi, *si aliter fiat renuntiatio irrita erit*, ex quo tex. sic resoluunt Flamin. *de resign. lib.* 2. *q.* 6. *num.* 39. subiungens ita fuisse resolutum per Rot. Rom. *in vna Salamatina*, coram D Orano *de mense Maij an.* 1588. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 314. *in* 1. *edit. & resolut.* 272. *num.* 1. *in fine*, *& num.* 2. *in* 2. *edit.* Vgolio. *de officio Episcopi cap.* 14. §. 3. *& cap.* 26. §. 8. *num.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 991. Valenzuela *cons.* 32. *n.* 21. *tom.* 1. Sanch. *in opusc. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 38. *num.* 1. vbi subdit quòd si fiat renunciatio beneficij non facta mentione quòd ad illius titulum est ordinatus, & haber aliunde vnde viueret, est valida in foro conscientiæ, Rota coram Gregor. X V. *decis.* 441. *num.* 1. & ibi Beltramin. *num.* 9. Nicol. Garcia *dict. cap.* 5. *num.* 217. vbi *num.* 114. quod est nulla etiam in foro conscientiæ, Campanil. *dict. rub.* 8. *cap.* 6. *n.* 81 Petr. de Ledesma *in summ. p.* 1. *de sacram. Ordinis, c.* 7. *concl.* 10. Marchin. *diffic.* 7. *d. loco*, Armend. *vbi supra num.* 21. vbi *num.* 22. cum Garcia *num.* 193. atque aliis decisum refert pro forma traditum esse, vt resignans teneatur facere mentionem se ad titulum illius fuisse promotum, adeoquod per æquipollens adimpleri non possit, quod etiam tradit Massobr. *in praxi habendi concursum reg.* 5. *dub.* 1. *num.* 45. Vnde

† resignatione de tali beneficio facta non habita 33 meotione, quòd ad illud fuit promotus, vitia quam quod sit nulla, vt supra ostensum est, resignanti competit actio spolij; & fuisse declaratum à *sacra Congregatione*, & decisum in Rota coram *Illustrissimo Domino meo Cardin. Millino* 19. *Nouembris* 1602. *in Aretina Plebis*, referunt Garc. *d. cap.* 5. *num.* 438. Piasec. *in praxi noua Episcop. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 44. *vers. ampliari posset, pag.* 53. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 10. *n.* 35. latè Gratian. *disc. forens. tom.* 5. *c.* 991. Burat. *dec.* 830. *n.* 13. quia cùm resignatio non teneat, ina non abdicatur à resignante, vt dicit Garcia *d. cap.* 5. *n.* 225. & in hac materia est bona sacræ Rotæ Rom. *decisio in Leodien. Canonicatus S. Ioannis* 28. *Iunij* 1621. coram *R. P. D. Remboldo*, tenoris sequentis.

Domini dixerunt Canonicatum esse adiudicandum Theodoro, quia ipse fuit de eo prouisus per obitum Balduini à Serenissimo Electore Coloniensi, vigore Indulti amplissimi, quod habet à Sede Apostolica. 34

Nec obstat quod dicitur dictum Canonicatum vacasse per resignationem dicti Balduini ad fauorem Ægidij, & non per ipsius obitum, quia dicta resignatio fuit nulla, ideòque nec ius, quod prius habebat, fuit ab eo mediante dicta resignatione abdicatum, sed vacauit per mortem, Caputaq. *decis.* 215. *part.* 1. Cardin. Seraph. *decis.* 1498. *n.* 8.

Quod autem resignatio fuerit nulla patet, quia fuit facta contra formam Concilij Tridentini, *cap.* 2. *de reform. sess.* 21. ex quo non fuit in ea expressum quòd Balduinus esset promotus ad titulum dicti Canonicatus, prout in dicto Concilio expressè disponitur, & quòd hoc casu resignatio sit nulla, tradunt Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 36. *&* 39. Garz. *de benef. cap.* 5. *num.* 192. *& seq.* & Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 5. §. 10. *n.* 35. & tenuit Rota *in Aretina Plebis*, coram *Illustrissimo Cardinale Millino*, relata per eundem Garz. *dict. c.* 5. *part.* 2. *n.* 438.

Nec obstat quod dictum sacrum Concilium decreuit, quòd dicta mentio fieret in resignatione ad effectum tantùm ne clericus in opprobrium Ordi- 35 nis

nis clericalia mendicare cogatur, & cum huic inconnenienti satis fuerit prouisum mediante clausula, *Constito quòd resignans habeat aliunde*, &c. in dicta resignatione apposita, videatur dictam resignationem ob defectum dictæ expressionis non posse dici nullam, eo quòd forma potest adimpleri per æquipollens, quãdo habetur effectus à lege desideratus; quia fuit responsum, quòd dictum Cõcilium, vt pinguius prouideret, ne clerici vllo tempore in mendicitatem inciderent, non solum disposuit, quòd resignationes non admitterentur, nisi constito, quòd resignans haberet aliunde vnde commodè viuere potest, sed vlteriùs decreuit, quod in resignationibus mentio fieret, quòd resignans fuerit promotus ad titulum beneficij, quod resignat, ad hue vt vincularetur ab eo à quo resignatio erat admittenda, si ita videretur patrimonium resignantis, quod aliàs potuisset distrahere perinde atque fuisset vinculatum, si ad titulum illius fuisset ordinatus, vnde non potest dici quod mediante dicta clausula, *Constito*, &c. fuerit intentioni dicti Concilij satisfactum, quia ex duobus requisitis non sufficit alterum adimpleuisse, *l. cum hi*, §. *si Prator*, & *ibi* gloss. *ff. de transact. l. si hæredis plures, ff. de condit. institut.* Dec. *consil.* 433. *num.* 6. Sarnen. *in reg. de public. resignat.* q. 8. *num.* 2. Put. *de-*
36 *cis.* 193. *libr.* 1. Et imò † cùm dictum Concilium vlteriùs etiam procedendo annullet resignationes aliter factas, sicque contineat decretum irritans, non potuisset forma ab eo tradita per æquipollens adimpleri, sed debebat seruari ad vnguem, Aldobr. *cons.* 92. *num.* 27. *lib.* 1. cum aliis per Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 10. & in terminis dicti Concilij, quòd non possit adimpleri per æquipollens firmat ex sententia *sacra Congregationis Illustrissimorum Sacri Concilij Interpretum*, quam refert ad extensum Garc. *loco proximè citato*, *numer.* 193. Gunzalez *vbi suprà num.* 45. & fuit dictum *in dicta Aretina Plebis*, coram *Illustriss. Cardinale Millino.*

37 Non obstat quòd Concilium non comprehendit resignationes factas in manibus Papæ, quia hoc esset nimis restringere dispositionem dicti Concilij, quod loquitur generaliter de omnibus resignationibus, & propterea generaliter intelligi debet maximè cum eadem ratio militet in omnibus, nec subsit causa dictæ restrictiuæ, & quod locum habeat etiam in resignationibus factis coram Papa, firmat Garz. *vbi suprà num.* 193.

Non obstat quòd Constitutio Pij V. solùm mandat apponi clausulam, *Constito*, &c. quia non est correctoria decreti dicti Sacri Concilij, nec loquitur de beneficiis, ad quorum titulum resignans est promotus.

Non obstat quòd Papa in genere cogitare potuerit, quod resignans esset promotus ad titulum beneficij, quod resignat, quia Concilium, vt dictum est, requirit pro forma, quod fiat expressio dictæ qualitatis, vnde illa seruari debet, ex allegatis, vltra quod Papa potuit etiam cogitare, quod resignans non esset promotus ad titulum illius beneficij, eo ipso quod sibi hoc non fuit expressum.

38 Non obstat quòd saltem Canonicatus remansit Sedi Apostolicæ affectus per appositionem manus Pontificis, quia dicta affectio per appositionem manus non intrat quando resignatio est nulla, & per consequens beneficium vacat per obitum, & non per resignationem, Achil. *decis.* 14. *de restitut. spoliat.* Rot. *decis.* 24. *sub num.* 1. *vt lit. pendent. in nou.* & 419. *part.* 1. *diuersor.* & *decis.* 570. *num.* 8. *vers. vel diuersa eueniat. par.* 1. *in recent.*

Non obstat quòd etiam quòd resignatio sit nulla, tamen locus est affectioni, quando talis nullitas prouenit culpa resignantis, Garz. *d. tract. de benef. part.* 5. *cap.* 1. §. 2. *num.* 170. quia hoc procedit quando resignans est in culpa, quominus resignatio sortiatur effectum ob non implementum conditionis; nam tunc dicta conditio habetur pro impleta in præiudicium resignantis, & per consequens abdicatur Ius à resignante, & beneficium vacat in Curia, remanetque affectum, & reseruatum, secus est quando resignatio fuit nulla de per se, & ex alia causa quàm ob non implementum: tunc enim per huiusmodi resignationem non abdicatur ius à resignante, vt bene per eundem Garc. *part.* 11. *cap.* 3. *n.* 217. vt exemplum adducit in resignatione simoniaca, per quam non abdicatur ius à resignante, etiam quod sit pura, & per consequens nec beneficium vacat, nec illud remanet affectum, quia Papa non voluit prouidere, nisi in euentum in quem vacaret per resignationem, & affectio non porrigitur ad vacationem diuersam, vt *in d. decis.* 570. *num.* 8. *part.* 1. *in recent.*

Vnde cùm in casu de quo agitur resignatio non fuerit nulla ob non adimplementum, sed quia non fuit in ea seruata forma Concilij, meritò non fuit ius abdicatum à resignante, & per consequens Canonicatus vacauit per obitum, & non per resignationem, neque, vt dictum est, remansit affectus ex allegatis. Hactenus dicta decisio Rotæ.

In minoribus Ordin. constitutus non ligatur dis- 39
positione text. *in d. cap.* 2. imò potest beneficium resignare, etiamsi non habeat aliunde, quo viuere possit. Ita Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 35. *num. vlt.* Hermosil. *ad Greg. Lop. l.* 15. *gloss.* 1. *num.* 104. *tit.* 5. *part.* 5. Flamin. *d. quæst.* 6. *num.* 178. Vgolin. *d. cap.* 26. §. 8. *n.* 4. *vers. postremò*, Azor. *instit. moral part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. *quæst.* 7. Fr. Emman. *tom.* 2. *cap.* 15. *num. vlt.* Steph. Grat. *d. cap.* 159. *à num.* 9. Ceuall. *q.* 561. *num.* 26. Garcia *d. cap.* 5. *n.* 203. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 6. *q.* 34.
num. 4. † In Sacris verò constitutus non potest vllo 40
modo beneficium resignare, etiamsi ad illius titulum non fuerit promotus, nisi aliunde habeat, vnde commodè viuere possit, sanciuit Pius V. *in Constit.* quæ incip. *Quanta Ecclesia Dei*, ibi, *sed nec horum vllus sacro Ordine mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllo modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commodè sustentari*; quæ Constitutio licet loquatur de resignationibus factis coram Ordinario, habet tamen locum etiam in Curia, quia militat eadem ratio in proposito, prout de stylo Curiæ seruari testantur Flam. *de resignat. benef. lib.* 3. *q.* 14. *num.* 3. & *lib.* 5. *q. vltim. num.* 176. Nicol. Garcia *dict. cap.* 5. *num* 198. quos refert, & se-
quitur Aloys. Ricc. *dict. resolut.* 272. *in fine*, † In qua 41
quidem Curia non admittitur resignatio alicuius in Sacro constituti, nisi cum clausula, *quod resignans aliũde habeat, vnde commodè viuere possit*, quæ clausula intelligitur de illa necessaria sustentatione, quæ sine penuria sufficit, inspecta qualitate personæ, & loci, vt fuisse in Rota resolutum dicit Nicol. Garc. *dict. cap.* 5. *num.* 207. & 208. & in hoc plurimum tribuitur iudicis arbitrio, qui considerata qualitate personarum, locorum, & temporis iudicabit, vt per Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 561. *à num.* 27. Menoch. *de arbitr. casu* 216. *num.* 12. & 13. Stephan. Grat. *d. cap.* 159. *num.* 15. Ex quibus

Primò colligo renuntiationem beneficij, ad cuius 42
titulum quis Sacris fuit ordinatus, factam etiam cum pensione sufficienti ad congruam sustentationem non valere, nisi facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus: quia id traditum est pro forma, & indistinctè annullatur resignatio aliter fa-

ctã;

cta; ita decisum esse tenet Garcia *dict. part. 2. cap. 5. num. 215.* & refert etiam additio ad Nauarr. *consil. 4. de renunt.* sequuntur Vgolin. *de potestate Episcopi, c. 26. §. 8. num. 4.* & Homobon. *d. tract. 2. cap. 1. q. 23. in fine,* & tenuit Rota *in d. Leodien.* Quamuis contrarium imò talem valere renuntiationem existimauerint minus bene, Nauar. *dicto consil. 4. de renunt. in nouis,* Flamin. *dict. lib. 2. quæst. 6. num. 41.* Fr. Emman. *tom. 2. sum. cap. 15. num. 12.* Campanil. *dict. cap. 6. num. 6.* nouissimè Marchin. *d. p. 6. cap. 6. diffic. 7. num. 40.* ex ea scilicet ratione, quia tunc cessat finalis ratio, videlicet dedecoris clericalis, propter quam constat eo in textu Concilium vetuisse resignationem beneficij assignati in titulum; cessante enim causa finali, debet cessare & effectus, sicuti aliorum ductus auctoritatibus firmauit Tiraquell. *in tract. cessante causa, limit. 1. n. 1.* & alij plures relati per me *axiom. 40. num. 4.* Sed huic obiectioni satis responsum est suprà *in dicta Rota decis. num. 35.*

43 *Secundò* colligo procedere in permutatione, quæ nulla est, non facta mentione, quod ad titulum beneficij permutati fuit sacris Ordinatus, ex verbis Conc. *d. c. 2.* ibi, *id verò beneficium resignare non possit;* resignationis enim nomen simpliciter prolatum, complectitur illam quoque ex causa permutationis factam Rebuff. *super reg. de infirmis resign. gloss. 4. n. 1. & 5.* cum aliis per me adductis *de appellatiua verbor. appel. 237.* ac propterea regulam præitatam de infirmis resignantibus, & decedentibus infra viginti dies numerandos à præstito consensu, vt innanidus sit actus, habere etiam locum si ex causa permutationis fecerit, vt demonstrant verba dictæ regulæ, & succurrit ratio, quia, qui permutat, resignat; nam duo actus considerantur in permutatione, videlicet renuntiatio, & permutatio, vt inquit Boër. *decis. 2. num. 16.* Ita tenent, ac decisum referunt Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. part. 1. decis. 17. n. 2.* vbi quòd permutans beneficium, ad cuius titulum fuit ordinatus, tutus erit in foro conscientiæ, si illud quod de nouo habuit, est æquiualens, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 10. à n. 43.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 159. num. 3.* Rota Romana *apud Farin. decis. 614. in nouiss.* Nicol. Garcia *d. cap. 5. num. 218.* & quod dispositio Concilij habeat locum in permutatione, prout *Sacram. Congreg.* declarasse 18. *Iuly* 1602. ait Steph. Gratian. *d. c. 159. n. 3. & in addit. ad decis. 189.* per quam etiam dictum fuisse refert *d. n. 3.*
44 quòd † permutans tacendo ordinationem, ac titulum, tutus est in foro conscientiæ; si illud, quod habuit ex causa permutationis, erat æquiualens, de quo etiam restatur Armendat. *vbi supra num. 31.* Hinc non immeritò limitat suprà positam resolutionem, quando permutans consequitur validè possessionem pacificam alicuius beneficij sufficientis ad congruam, cum Rota *in Mutinen. Canonicatus 4. Decemb. 1609.* coram Greg. XV. *decis. 441. num. 3.* Vgolin. *d. cap. 26. §. 8. num. 4. vers. secundò excipitur,* Massob. *d. requis. 5. dub. 1. num. 45.* Cocciu. *decis. 317.* Buratt. *decis. 830. num. 14.*

45 *Tertiò* colligo non procedere in priuationibus, & renuntiationibus inductis à Iure cum sub *d. cap. 2.* comprehendantur tantùm resignationes voluntariæ, prout decisum refert Nicol. Garcia *d. cap. 5. num. 219. & seq.* Si tamen veniat priuandus per sententiam beneficio, ad cuius titulum fuit ordinatus, est illi aliquid relinquendum, vnde se alat, prout bene resoluit Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 185. p. 1.* Vnde *sacra Cong. Conc. sub die 5. Febr.* 1604. cuius memini *in collect. Bullar. verb. patrimonium,* censuit patrimonium clerici, ad cuius titulum fuit quis ad sacros Ordines promotus, non posse capi in executionem ob illata vulnera alicui ad reficiendas curationis expensas à Iudice condemnatus, etiamsi nihil aliud præterea possideat.

Quartò colligo, quòd iurans resignare benefi- 46
cium, ad cuius titulum fuit promotus, vel procuratorem constituit ad resignandum, & iurauit non reuocare, nedum compelli minimè poterit, vt cùm effectu renuntiet, verum etiam procuratorem reuocare valebit, præmissa tamen absolutione à iuramento, cuius quippe absolutionis impetratio accedere debet, vt peccatum vitetur, non autem ad validandum actum reuocationis, cum citra absolutionem sit etiam valida reuocatio. Ita decisum referunt Flamin. *dict. quæst. 6. num. 43.* Nicol. Garcia *d. cap. 5. num. 232. in 2. declar.* Armendar. *d. loco num. 29.* Azor. *institu. moral p. 2. lib. 7. cap. 25. quæst. 6* Vgolin. *dict. cap. 26. §. 8. sub num. 4.* Campanil. *dict. cap. 6. num. 4.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol. 272. num. 2.* Marchin. *d. part. 6. cap. 6. diffic. 7. n. 39.*

Beneficium igitur ad cuius titulum est facta pro- 47
motio, si resignare velit ordinatus, tenetur exprimere ad illius titulum assumpsisse Ordines, vt ostensum est, qua declaratione facta caueat Superior, ne ipsum admittat, nisi antea sibi constiterit illum habere vnde possit commodè sustentari, quo non perquisito, si acceptauit illam, non dubitatur validam esse; sed ipse tenebitur eidem ministrare alimenta, eo quòd non caret culpa, & ita sæpe decisum fuisse ipsas declarationes asserentes referunt Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 6. post num. 41.* Aloys. Ricc. *dict. resolut. 272. num. 2.* Campan. *d. cap. 6. n. 3.* Marchin. *d. p. 6. cap. 6. diffic. 8.*

Quintò colligo fructus beneficij, ad cuius titu- 48
lum fuit quis promotus, non posse hypothecari, nec obligari; quia ille, qui non potest bona alienare, nec etiam potest ea hypothecare, seu obligare, argum. *l. vlt. C. de rebus alienis non alien.* & quæ tradunt Pinel. *in l. 1. C. de bonis mat. part. 3. numer. 19.* D. Barbosa *in l. 1. p. 3. num. 39. ff. soluto mat.* Rebello *de*
obligat. inst. part. 2. lib. 6. quæst. 3. num. 15. † Tanta est 49
enim decoris clericalis vis, & auctoritas, vt fructus beneficij obligare ex conuentione non liceat, nec etiam in subsidium aliorum bonorum in causam iudicati capere, & in illis executionem fieri, si clericus egeat, ac petitam summam, qua se alit, excusare non possit, Abb. *in cap. cum olim, il secundo, num. 5. de restitution. spoliat.* Franch. *in cap. reprehensibilis post num. 21. de appellation.* Ias. *in l. commodatis post num. 2.*
ff. de re indic Gail. *lib. 1. obseruat. 117. num. 9.* † Si enim 50
miles, qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus, eatenus quatenus facere potest, soluere cogitur, ex *l. miles, ff. de re indicat.* sic & clerici iuxta *glos. 2. in fine in dict. l. miles,* cùm militibus assimilentur
in cap. 2. de pœnis, lib. 6. † Et ideo clericus, qui iurauit 51
se Titio soluturum mille, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, & postmodum Episcopalem adeptus sit dignitatem, non tenetur iam dictam persoluere summam de fructibus Episcopatus, vt consuluit Bald. *consil. 208. incip. Super prædicto, vol. 2.*

Patrimonij sub vocabulo quid veniat in præsenti materia?

PAtrimonij vocabulo in hac re intelligitur, non 52
solùm quicquid ex patris bonis filio obuenit, verùm etiam omne id, quod aliunde, hæreditate scilicet, vel donatione, & quauis ex causa, illi delatum est; ex ea ratione, quia satisfit intentioni Canonum, & Concilij vndecumque habeat victum,

no

ne mendicet. Ita Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rub* 8. *cap*.4.*num*.1. Vgolin. *de potestate Episcopi c*.26. §. 9. *numer*.3. Bonacin. *d. disput*. 3. *quæst*. 1. *puncto* 9. *num*.14.

53 Qui enim beneficium Ecclesiasticum sufficiens non habet, Patrimonium saltem idoneum habere debet, ad cuius titulum non omnis ordinandus est, nisi dispensatio Episcopalis præcedat, per verba Concil. Trident. *sess*.21. *de reformat.cap*.2. ibi, *patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari post hac non possint*; nec semper conuenit hanc dispensationem elargiri, sed ex causa, prout eiusdem Concilij verba clare demonstrant, ibi, *nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum*; quare cùm Concilium illic permittat Episcopis facultatem dispensandi eum aliqua prædictarum causarum, si illa deest, sublata deber esse prædicta potestas, per reg. *cap. cum cessante, de appellat*. & firmant in propriis terminis me citato *in hoc loco* Marcel. Vulpe *d cap*. 8. *num*. 10. Nauar. *consil*.14. *num* 2. *de tempor. ordin. in non*. vbi refert se Pintiæ vidisse negatam cuidam facultatem ascendendi ad Subdiaconatum, ob defectum tituli beneficialis, tametsi habuisset patrimonium trium millium scutorum, quæ Nauarri resolutio colligitur ex Concil. *d.c*.2.ibi, *nisi ille, quos Episcopus iudicauerit assumendos*, quæ verba cùm denotent boni viri arbitrium, hoc est, voluntatem rationi submissam, *l. fideicommissaria ff. de fideicom libert*. glos. *verb. visum in c*. 2. *de corpore vit*. Lap. *alleg*.60.*n*.3. ideo si Episcopus legitimè non interponat arbitrium, Deum solummodo iudicem habebit, glos. *verb. relinquitur in cap. statutum §. accessorem, de rescript. in* 6. Calcan. *cons*.38. *n*.7 ac proinde non dabitur appellatio; quia Superior non potest animum & conscientiam inferioris immutare. Bald. *in l*.2.*num*.10.*vers. scias tamen, C. de sent. ex breuic. recit*. Couar. *var. lib*.2.*cap*.12 *num*.3. *vers. & ab eo*, ex quibus nullum posse coorta probibitionem sui Prælati ordinati, aut de illo conquerere seu ab eo appellare, eo quod illum ordinare non resoluit Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis*.393. *in* 1. *edit. aliàs resol*.587. *in* 2.*edit*. & censuit Rot. *in Elboren. Ordinum* 14. *punct*. 1618. coram *R.P.D. Remboldo*, & 18. *Februarij* 1619. coram *R. D. meo Coccino Decano*.

Quæstio tamen contingibilis est, an vbi beneficium sit tenue, & extra patriam, cui ad congruam sustentationem iungatur patrimonium, ad quem spectabit tunc ordinatio, num ad Episcopum beneficij, vel ad Episcopum patrimonij? Pertinere ad quemlibet, sed de alterius licentia, tenent Quarant. *in sum. Bullarij verb. Ordo vers. secundò extende*, Iulius Cæsar Madius *de sacris Ordinibus cap* 5. *num*. 28. & 29. sed ad Episcopum beneficij spectare videtur, enim ratione patrimonij nullus acquirat forum, & efficiatur subditus Episcopi loci, in quo existit.

54 Quantitas Patrimonij, ad cuius titulum Ordinem sacrum quis suscepturus est, debet esse tanta, vt fructibus inde perceptis sustentari honestè ipse possit, vt insinuat Concil. Trident. *d. cap*.2. & diximus suprà *num*.8. *cum seqq*. Sed an sufficientia patrimonij sit attendenda in initio impetrationis dimissorialium, vel sufficiat si illud ordinandus obtineat, post dimissorias, sed tamen antequam ordinetur? Vide Iacob. de Graff. *de temp. ordin. cons*.4 *tom*.1.

55 Patrimonium super re immobili constitui debet; nam si super rebus mobilibus constituatur, non esset satisfactum menti Concil. Trident. cum res mobiles facilè vel extinguantur, vel consumantur. Ita Nauar. *consil*.34. *de temporib. ordinat*. Azor. *institut. moral. p*.2. *lib*.3.*cap*.4.*q*.7. Graffis *consil*.4. *de tempor. ordin. tom*.1. Vgolin. *d.c*.26.§.10.*num*.1. Molfes. *d.cap*.15.*n*.4. & 5. Nicol. Garc. *d.p*.1.*cap*.5 *num*.105. & 111. D. Acuña *in comment. ad cap. nemunem dist*.70.*num*.11. Bonacin. *d. puncto* 8.*num*.14. *in fine*, vbi etiam quòd huiusmodi bona debent esse frugifera, Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis*. 315. *in* 1.*edit*. & *resolut*.273.*in* 2. *edit*. vbi etiam refert decisum non esse admittendum ad Ordinem sacrum, qui non habet patrimonium sufficiens, si promissionem habuit de aliquo, quòd suppleret id, quod deerat. Neque bona, ex quibus patrimonium huiusmodi constituitur, debent esse hypothecæ subiecta pro debito, posito autem onere hypothecæ non potest ordinatus ali & sustentari ex iis bonis, si creditor velit solutionem sibi fieri, nec Concil. *in d.c*.2. prohibens alienationem patrimonij, ad cuius titulum, qui promotus est, tollit obligationem antea contractam, aut iuri alteri quæsito derogat, Nau. *cons*.18. *de tempor. ordinat*. Si verò bona non sunt hypothecæ subiecta, quamuis dominus sit ære alieno ita grauatus, vt non remaneat soluto debito patrimonium sufficiens ad ipsius sustentationem, seu ad patrimonium constituendum, arbitror titulum in huiusmodi bonis validè constitui posse, quia ordinatus habet illorum dominium, & ius ad fructus, & potest illa validè alienare, & multo fortius titulum constituere, quamuis fortè fieri possit, vt grauiter peccet, si aliunde nequeat creditoribus satisfacere. Ita Suar. *de censur. disp*.4. *sect*.3. *num*.25. *vers. contrariè*, Garc. *d p*.2.*c*.5 *n*.139. *cum seqq*.

Ad titulum patrimonij, quòd consistat in censu tam vitalitio, quàm perpetuo & redimibili, posse quem ordinari resoluunt Nicol. Garc. *de benef. p*. 2. *cap*.5.*num*.45. Alzed. *d. part*.2.*q*.5. *num*. 55. Ceoci. *de censib. part*. 1 *cap*.3.*q*.1.*art*.2 *à num*.4. *vsque ad n*.34. ex ea ratione, quia est titulus per se frugifer, certus, & firmus, ex quo quis acquirit ius habendi certam pensionem, ex qua congruè viuere possit. Quicquid teneant Vgolin. *de officio Episcop. cap*.26.§.10.*num*.2. & §.12.*n*.3. Bonacin. *d. puncto* 8.*num*.14. *vers. ego verò*. Nam licèt census perpetuò redimi, & extingui possint, potest tamen in ipsa tituli erectione hæc cautio adhiberi vt in casu redemptionis & extinctionis pecunia ex Episcopi decreto iterum quamprimum in beneficium eiusdem promoti implicetur, & reinuestiatur, ita declarauit *sacra Cong Concil. sub die* 2. *Iunij* 1629.

Ad titulum donationis alicuius potest quis ordinati, si ita Episcopus iudicauerit assumendum pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, dummodo donatio sit realiter vera, & non ficta, quæ deinceps absque Episcopi licentia alienari non possit, donec beneficium sufficiens adeptus sit, vel aliunde habeat vnde viuere possit: ita decisum referunt Zech. *de repub. Ecclesiastica cap. de clericis sub num*.3. *vers*. 84. Campanil. *d. rub*.8. *cap*.4. *num* 3. Moscon. *de maiest. milit. Eccles. lib*.1.*p*.2.*cap*.1 *pag*.380. Vgolin. *de officio Episcop. cap*.26.§.9.*num* 4. Azor. *instit. moral. part*.2. *lib*.3. *cap*.4. *q*.1. Alphons. Narbona *citato loco num*.9. *pag*.5. Alzedo *d.p*.2 *cap*.5 *num*.57. Nicol. Garcia *de benef. p*.2. *c*.5.*num*.79. 56

Ordinatus cum patrimonio procedente ex donatione ficta, quando scilicet inter ipsos donatorem, & donatarium dictum est illam fieri pro forma, & ad apparentiam, non manet securus in conscientia, imò re vera esset tanquam ordinatus sine titolo, proindeque incurret pœnam suspensionis positam contra ordinatum sine illo, per Constit. Sixti V. contra clericos malè promotos. Sic ducent Viuald. *in Candel. aureo in explicatione d. Constit. notab*.14. Spin. *in speculo testamen*. 57

testament.gloss.18.num.75.Petr.Ledesma in sum.tom.1.
de sacram. Ordinis, cap. 7. concl. 6. difficult. 5. Carill.
in itineratro ordinandorum sect.2. cap. 2. num. 17. Vas-
58 quez p.3.tom.3.disp.245.in fine,† vbi ait graue pecca-
tum esse, si ficto patrimonio, vel beneficio ordine-
tur,Ceuall.q.527. n.13. Suar.de censur disp.31.sect. 1.
n.54.& 55. Filliuc.tract.17. c..n.89. Franc.Leo in the-
sauro fori eccles.p 3.c.39. n.33. Vgolin.de offic. Episc c.
26 § 18.Sanch.de Matrim.lib.6.disp.32.n.8.in fine.vi-
de tamen alleg.seq.n.28.cum seqq.
59 Si tamen pactum, & conditio in patrimonio ad-
sit de illo reddendo, cum ordinatus habuerit bene-
ficium sufficiens, vel aliàs, vnde viuere possit, nulla
tunc incurritur suspensio, cùm non sit contra men-
tem,& dispositionem Concil. Trid.in d. cap.2. prout
resoluunt Nicol. Garcia d.c.5.n.169.D.Acuña in d.c.
neminem, dist.70.n.21.
60 Vtrùm autem habere dicatur patrimonium filius,
qui amplum expectat ex bonis paternis maternísve?
Et videtur dicendum quod sic; cum enim viuente
patre quodammodo dominus videatur, §. sui autem
& necessarij, vbi gloss. Institut. de hæredum qualitate;
& æstimum patris, æstimum filij ex istimetur, gloss.
in l. 2. C. qui ætate, lib. 10. Alexand. in l. suis ff. de li-
beris,& posth.vbi Alciat.num. 10. dicit quod validum
est argumentum, pater est diues, ergo & filius, de
quo etiam Flamin.de resignat.lib.2. q.6. num. 33. cum
seq. Molin.de iustit.tract.2. disp. 146. vers.illud.prater-
ea,Bened.Ægid.ad l.1.C.de sacros. Eccles.p.6.§.1.num.
30. in fine,D. Acuna ad cap. neminem num.10. in princ.
dist. 70. ideo posse quem ordinari absque patrimo-
nio,si habeat patrem diuitem, resoluit Surdus de
alimentis,tit. 7. quæst.37. num.2. Sed contrariam opi-
nionem veriorem duco: imò ordinandum non esse,
quamuis haberet patrem diuitem,nihil assignantem
pro victu, & portione, quia Concil. d. loco, vult pa-
trimonium verè obtineri, & non fictè, & ita melius
hanc partem tenet Flamin. dict. quæst. 6. num. 28.
Vgolin d.cap.26.§ 9.num.3.Campan d.rubric.8.cap.5.
num.3. Molfes.in summ.tract.2. cap. 15. num.5. Sanch.
de matrim.lib.8.disput 19.num.21.Nicol.Garc.d.cap.5.
num.91.& 92. Alphons. Narbona d. loco à num. 47.
pag.11.in princip. Alzedo d.part.2. cap.5.num.62.cum
seqq.
61 Quamuis donatio inter patrem, & filium inua-
lida sit, iuxta vulgaria iura, quæ referunt Gutier.
de sacram.confirm part.1.cap.4. num.1. Fontanel.de pa-
ctis nupt.claus.4.in princip.à num.1.cum seqq.& gloss.7.
part.1. num. 1. nihilominus potest pater donare filio
quod ad patrimonium sat sit, & donatio valebit,
prout resoluunt Flamin.dict.quæst.6.num.9. Narbona
62 d.loco num.10. in fine.Vgolin.d.§.9. n.4. † Melioratio
enim facta filio pro suscipiendis Ordinibus etiam
non interueniente traditione, erit irreuocabilis,
iuxta l.17.Tauri,quæ nunc est l.1.tit.6. lib.5. noua Re-
copil. in ea etenim versatur causa onerosa cum Epi-
scopo, qui aliàs non ordinaret,nec de suo aleret, &
sic post sacros Ordines susceptos, à parentibus re-
uocari non potest.Ita Couar. in cap.Raynaldus,de te-
stamentis,§.2.num.7.Cifuentes dict.l.17. Tauri num.1.
vbi Tello num.81.& 82. Auendan. respons. 17. in
fine,Morquech lib. 3. de diuis. bonor. cap.6 à num. 90.
Thom. Valasc.tom.1. alleg.35. num.6. Alphons. Nar-
bona d.loco num.23. pag.7. Sanch.d.cap.1. dub.44. Fr.
Emman. in summ. tom. 2. cap. 15. num. 8. D. Acuña in
cap. neminem dist. 10. num. 15. Gutier. practic. lib. 2.
quæst.55.num.7.Mariens.dict.l.1. gloss.9. num.8. Men-
dez de Castro in l.cum oportet part. 4. num. 165. Aze-
ued.in l.10.num.31.tit.6.lib. 5.recop.Stephan.Gratian.
discept.forens.tom.1.cap.159.num.29.Campan,d.rub.9.
cap. 6. num. 10. in fine. Quicquid dicat Spino in spec.
testam.gloss.18.n.75.& 76.
Vtrùm valeat assignatio bonorum in præiudi-
cium legitimæ aliis filiis debitæ, si pater totum pa-
trimonium ad sacros Ordines assumendos alicui ir-
reuocabili donatione donaret? Vide Ceuall.commun.
contra communes q.527.& 682.
Si filius velit promoueri, parensque nolit iustum 63
ei patrimonium constituere, potest filius genitorem
constringere Iuris remediis, vt illud sibi assignet.
Confirmatur ea eo,quia argumentare licet à Matri-
monio carnali, ad spirituale, per cap. inter corporalia,
de translat. Prel. l. sancimus, C. de sacros. Eccles. cum
citatis in libello de principijs iuris, litt. A, num. 188.
Sed cùm vxorem ducere intendit, illum potest co-
gere, vt sibi constituat donationem propter nuptias
in dotis recompensam, l. fin. C. de dotis promiss. Gu-
lielm. Benedict. in cap. Raynutius,verb. dotem,quam ei
dederat. ergo similiter poterit cogi, vt donationem
faciat filio pro ordinibus suscipiendis, & suo Ma-
trimonio spirituali. Ita hanc opinionem tenent
Auendan.respons.17. num.4. Sanch.de Matrim. lib.4.
disp.26. sub num.7. Campan d. rub.8 cap. 5. num. 14.
latè Marc. Anton. Genuens..in practicab. Ecclesiast.q.
624. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 35. num. 4. & 5.
Marchin.d.part.6.cap.7. diffic.1. D. Acuña ad c.nemi-
nem dist.70.n.15.
Quæstio est in hac materia multum controuer- 64
sa, vtrùm donatio pro suscipiendis Ordinibus filio
simpliciter facta conferri debeat,seu imputari in le-
gitimam? Partem negatiuam in hac quæstione sem-
per libenter amplexus fui, ex eo quia huiusmodi
bona non erant liberè assignata, vt de illis posset
ad libitum disponere, quod requiritur in legitima,
Crauet. cons. 136. incip. de anno. tum quia † huius- 65
modi bona sunt data loco alimentorum, & ad sup-
portanda onera Matrimonij spiritualis, cum cer-
tum sit fructus filio datos loco alimentorum, & ad
supportanda onera Matrimonij, quia pauper,& non
habet aliunde, vnde se alat, non esse conferendos,
vt per Gama Lusit. dec. 140. num. 3. & decis. 164. &
decis.310. num.13. Surd.de alim.tit.8. quæst.57 .num.1.
& tit.9. quæst. 34. in princip. Molin.de Iustit. tract. 2.
disp.308. vers. Gama,Thom. Valasc. alleg. iuris tom.1.
alleg. 59. num.10. Sic etiam † cum huiusmodi bona 66
donata pro suscipiendis Ordinibus non possint
vendi,nec alienari, sequitur, quod non debent con-
ferri, prout in expensis factis pro doctorando filio
resoluunt Perez l. 8. tit.2. lib.1. pag.48. & tit.7. lib.5.
Ordinam pag. 206. Rebuff. de priuil. scholarium,priuil.
55.num.3 .Valasc.de partit.cap.13 .num.175. Bonacin.
de contractibus, disp. 3. q. 6. punct. 6. §. vnico,num. 17.
†& in datis pro ingredienda militia resoluunt idem 67
Valasc. d. cap. 13. num. 60. & 61. & plures relati à
Flores de Mena ad Gam. decis. 140. in princ. † Et in 68
datis ad consequendam dignitatem firmat Rebuff.
priuil. 55. num. 1. & in expensis factis à patre, † vt 69
filius nancisceretur aliquod beneficium Ecclesiasti-
cum, tenent Gutier.pract lib.2.quæst.65.num.10.Marc.
Anton. Genuens. in practicabil. Ecclesiast. quæst. 657.
Quare fortiori ratione idem tenendum est in dona-
tis pro suscipiendis Ordinibus, quæ nullo modo in
legitimam esse imputanda tenent Anton. Gomez l.
29. Tauri num. 21. vbi Telo num. 16. & Velasc. de
Auendan.glos.3 num.8.Duen.regul.222.num.3.Garcia
regul. 95. num. 6. Polydor. Ripa obseruat. 234. Roias
de successionib.c.7. à num.46. Azeued.l. 10. num. 29. &
30.tit.6.lib.5.noua recopil. Matiens.l.3. gloss.2.num. 14.
tit.8 eodem lib.Spin.in speculo testament.gloss.18.à num.
66.Quintanaduen. Ecclesiasticon.par.2.lib.3.ad finem,

Ioan. Garcia reg. 195. num. 6. Pallad. tom. 3. quotid. differ. 150. §. 4. num. 6. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 2. num. 43. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ. 594. in 1. edit. & reſolut. 522. in 2. edit. Cenall. communa. contra commun. quæſt. 682. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 159. a num. 32. Mendez de Caſtro in l. cum oportet, num. 165. C de bonis, quæ liberis, Cal. Perelta in l. ſi curatorem, verb. leſis, num. 103. & 132. & quæſtionum forenſ. in commentar. ad §. ſed hac, part. 2. num. 48. verſ. ex quo, Inſtit. de inoffic. teſtam. Campan. in diuerſ. Iuris Canonici, rub. 8. cap. 6. num. 11. nouiſſimè Merlin. de legitima lib. 2. tit. 2. q. 23. Duard. in Bullam Cœnæ can. 8. q. 6. n. 3. ad fin. cum ſeqq.

70 Quamuis contrarium, imò donationem pro ſuſcipiendis Ordinibus filio ſimpliciter factam conferri debere, ſeu imputari in legitimam, teneant infrà citandi, ex eo tantum fundamento, quod ſcilicet donatum filio non conſumitur in adeptione Ordinum: ſed datur, vt illud poſt ſuſceptos Ordines habeat ob ipſius alimenta, & congruam in eo ſtatu ſuſtentationem, & quamuis non ſit alienabile, eſt tamen tranſmiſſibile ad hæredes; cui fundamento facilè reſpondetur, quod huiuſmodi bona ſic donata ſuccedunt loco alimentorum, ne ſcilicet ordinandus egeat, vt inſinuat Concil. Trident. in d. cap. 2. & ita non ſunt conferenda, prout fatentur Doctores, nemine diſcrepante, & nihil intereſt, quòd ſint tranſmiſſibilia ad hæredes, cum hoc in præſenti caſu non requiratur, ſed ſolum ſufficiat, quod non poſſint alienari; quia Iura, quæ id requirunt, habent locum, quando res non poteſt alienari ex prohibitione inſerta in ipſa re, at verò in noſtro caſu huiuſmodi bona non poſſunt alienari ex prohibitione ipſius rei, ſed perſonæ, quæ quidem incapax eſt tranſmittendi, & alienandi, cum in ipſis conſiſtant alimenta ſua, & ideo non eſt tuta, nec Iuri conſona, aut æquitati reſpondens opinio hæc contraria, quam ſequuntur Couar. in cap. Raynaldus, de teſt. §. 2. n. 7. Ayora de partitionib. part. 2. q. 13. Auendan. reſponſ. 17. Perez l. 4. tit. 12. lib. 3. Ordinam. Fr. Emman. in ſum. tom. 2. cap. 15. num. 8. Ioſeph. Gonzal. var. cap. 12. num. 25. Alphonſ. Narbona citato loco num. 15. pag. 6. Salzed. ad Bernard. cap 18. num. 16. Petr. de Ledeſma in ſum. part. 1. de ſacram. Ordinis, cap. 7. concluſ. 6. ad finem, Merich. de ſucceſſionum creat. lib. 3. §. 12. limit. 17. num. 44. Gutier. practic. lib. 2. quæſt. 65. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 238. & diſput. 241. ad finem, Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 159. Valaſc. de partit. cap. 13. num. 77. cum ſequentib. Marc. Anton. Genuenſ. in practic. Eccleſiaſt. quæſt. 62. Vgolin. de poteſtate Epiſcopi cap. 26. §. 9. in fine. Bonacin. de contract. diſp. 3. quæſt. 6. puncto 6. §. 5. & in Bullam Cœnæ diſp. 1. quæſt. 19. puncto 3. §. 1. num. 14. Thom. Valaſc. tom. 1. alleg. 35. num. 6. in fine. Marchin. d. tract. 2. part. 6. cap. 7. diffic. 10. D. Acuña in d. cap. neminem, diſt. 70. num. 3.

71 Patrimonium hoc ſuper rem certam conſtituendum eſt itaut ſciri debeat, an ad ſuſtentandum clericum ſufficiens ſit, vt tenet Concil. Trident. d. cap. 2. Sed ſi res incerta ſit, id ſciri minimè poteſt, vt per ſe patens eſt: vnde nullus poteſt promoueri ex induſtria ſua, vel honeſto labore, putà quòd ſit Muſicus, Magiſter Grammaticæ, Pictor, aut alterius licitæ profeſſionis, ex qua tantum quærit, quod ſit ſufficiens ad ſuſtentationem vitæ, ita deciſum referunt Armend. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimonio clericorum, num. 18. Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 126.

72 Sic etiam non poterit quis ordinari ad titulum litteraturæ, quantumcunque ſit litteris, gradu, & collegio inſignis, prout tenent Salzed. d. cap. 18. n. 7. Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Archiep. Neapol. cap. 81. num. 2. Petr. de Ledeſma dict. cap. 7. ante vltimam concluſ. Fr. Emman. d. cap. 15. num. 15. Bonac. d. part. 8. num. 18. Sanch. in opuſc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 35. num. 10. Diana reſol. moral. part. 4. tract. 4. reſol. 52. in fine. Piaſec. in praxi Epiſcop. 1. cap. 1. num. 45. in fine. Alphonſ. Narbona d. loco num. 73. pag. 14. Marchin. dict. part. 6. cap. 6. diffic. 5. à num. 36. Garcia d. cap. 5. num. 128. vbi refert ita cenſuiſſe Sacram Congregationem. Et ideò decretum Concilij Vliſbonen. quo ſtatutum erat poſſe quem ad titulum litteraturæ promoueri, iuſſit Sanctiſſimus deleri & dixit ſe daturum Breue Cardinali Portugaliæ, vt ſolos Doctores in iure Canonico, vel Theologia poſſit ipſe Card. præuio examine à facto promouere ad ſacros Ordines ad hunc titulum litteraturæ, in qua re ſuam grauat conſcientiam. Non deſunt tamen qui teneant fas eſſe ad ſacros Ordines aſſumere virum litteris inſignem, & collegio illuſtri cooptatum, vel gradu Licentiaturæ ornatum, honeſtíſque moribus probatum, quamuis titulo carentem, quia habet vnde ſe poſſit ſuſtentari, ac loco patrimonij, ſiue beneficij, illi eſt titulus, quo ſine dedecore decenter viuat, & facilè valeat beneficium, ac dignitates obtinere. Quare hanc tuetur partem, & ſecundum illam Iuriſperitos, ac Theologos doctos conſultos reſpondiſſe refert Henriq. in ſum. lib. 19. cap. 17. §. 4. in comm. litt. G, ſequuntur Vega in ſum part. 1. cap. 57. caſu 1. Fr. Emman. d. cap. 15. num. 15. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. num. 36. vbi dicit ita conſuluiſſe, Campanil. dict. rub. 8. cap. 4. num. 6. Alzed. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 5. num. 66. Anil. de cenſur. part. 3. diſp. 5. dub. 6. ad fin. Villar. del patronado de Calatajud p. 4. §. 3. num. 22. ad fin. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 57. num. 30. Lotter. d. lib. 1. q. 2. num. 41. Mihi primum verius ipſa Concilij conſtitutio apertè inſinuat ſeſſ. 21. de reformat. cap. 2. in illis verbis, ibi, ne quis deinceps clericus ſecularis, quamuis aliàs ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, ad ſacros Ordines promoueatur, niſi prius legitimè conſtet eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſſidere; quibus verbis tota tollitur dubitatio, & ego agnoui familiariter virum inſignem in hac Curia Romana etiam in Hiſpania habentem annuam penſionem triginta ducatorum auri de Camera, quem Illuſtriſſ. Vrbia Vicarius ad titulum litteraturæ noluit ordinare propter ſuprà dicta Concilij verba, quæ, vt reſpondi, id non permittunt.

Ille autem, qui beneficium non retinet, nec patri- 71
monium, aut donationem, poteſt cum penuria Sacerdotum exiſti, ad ſacros Ordines promoueri, dummodo adſit, qui ei ſpondeat neceſſaria ſubminiſtraturum: ita per ſacram Congregationem deciſum eſſe referunt Flamin. de reſign. lib. 2. quæſt. 7. num. 11. Lotter. dict. lib. 1. quæſt. 2. num. 10. Armend. dict. loco num. 2. & 30. D. Acuña ad dict. cap. neminem, num. 51. in fine. Campanil. d. cap. 4. num. 6. Ceſſante enim hac penuria, verum eſt ad Ordines ſacros illum non eſſe admittendum, qui cum ſufficienti patrimonio, & beneficio careat, impetrat ab amico cedulam, in qua promittit ſe illi neceſſaria vitæ ſubſidia miniſtraturum; nam obligatio iſta perſonalis, non eſt res immobilis, & pacificè poſſeſſa, & per illam ordinandus haberet quidem ius ad rem, ſed non ius in re. Ita Nau. conſ. 34. de temp. ordin. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 3. cap. 4. q. 7. Vgolin. de offic. Epiſcopi, cap. 26. §. 14. num. 2. Molfeſ. in ſum. tract. 2. cap. 15. num. 4.

Ad titulum penſionis perpetuæ Ordine ſacro ini- 74
tiari quis poteſt, vt tenet Concil. Trident. d. cap. 2. ibi, patrimonium verò, vel penſionem, &c. dummodo ad honeſtè ipſum ſuſtentandum ſufficiens ſit, prout

de

de beneficio, & de patrimonio suprà dixi, & resoluunt Vgolin. *d. cap.* 16. §. 14. Marchin. *d. tract.* 2. *part.* 6. *cap.* 6. *diffic.* 5. *num.* 25. Garc. *de benefic, d. cap.* 5. *num.* 93. *&* 94. Alzedo *d. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 58. Ad huiusmodi tamen pensionis Ecclesiasticæ titulum ordinari non possunt, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiarum suarum, iuxta *d. cap.* 2. prout decisum testatur Armend. *d. loco num.* 3. vbi *num.* 4. refert non expedire, vt ad titulum patrimonij quis ad sacros Ordines promoueatur, nisi certi fructus ad honestam promouendi sustentationem sufficientes super certis redditibus fuerint in forma legitima, & valida assignati, & *num.* 7. *in fine*, dicit pariter resolutum posse Episcopum ordinare familiarem suum etiam ad titulum pensionis si pro commoditate, vel necessitate suarum Ecclesiarum indicat ordinandum.

75 Bona hæc, ad quorum titulum fuit quis ordinatus, alienari non possunt sine licentia Episcopi, vt habetur *in d. cap.* 2. ibi. *atque deinceps sine licentia Episcopali alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus*
76 *possit*; quæ verba inducunt nullitatem actus ipso iure, propter aduerbium illud † *nullatenus*, quod tollit omnem potentiam alienandi, ex gloss. *in Clem.* 1. *verbo, nullatenus, de sequest. possess.* & resoluunt Gratian. *disceptat. forens. cap.* 159. *num.* 18. Ceuall. *commun. contra communes quæst.* 527. *num.* 10. *& quæst.* 900. *num.* 5. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss. vlt. num.* 65. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 32. *num.* 7. & Ego ipse refero alios quamplures *de dictionib. vsufreq. dict.* 236.
77 *num.* 4. Quo fundamento liquidò constare † alienationem patrimonij, aut extinctionem pensionis subsequentem promotionem esse inualidam ipso iure concludunt Nauarr. *in man. cap.* 22. *num.* 18. *& consil.* 14. *num.* 2. *& consil.* 41. *num.* 3. aliàs *consil.* 17. *num.* 2. *&* 4. *& consil.* 21. *num.* 2. *de temporib. ordinationis*, Valenzuel. *cons.* 32. *à num.* 1. *tom.* 1. Sanch. *d. cap.* 3. *dub.* 38. Flam. *d. quæst.* 6. *num.* 1. *&* 35. Campan. *dict. rub.* 8. *cap.* 6. *num.* 8. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 176. Gutier. *lib.* 2. *pract. quæst.* 65. *n.* 10. Ceual. *q.* 527. *n.* 9. Alphons. Narbona *citato loco num.* 85. *pag.* 15. Mench. *de success. creat.* §. 22. *n.* 41. Mariens. *l.* 1. *gl.* 1. *n.* 4. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recop.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel gloss.* 5. §. 10. *num.* 13. Gratian. *discept.* 159. *num.* 2.

78 Et quoniam alienatio nomen generale est, ideo complectitur alienationem quacunque ratione factam, *cap. nulli licet, de rebus Ecclesiæ non alien. l. vlt. C. de rebus alienis non alien.* & sic omnem actum, per quem dominium transfertur, *l. alienationis ff. de verbor. signif.* citati per me *de appellatiua verbor. vtriusque Iuris significat. appellat.* 14. *num.* 1. Amplia igitur *primò*, vt procedat etiam in venditione. Quamuis autem non defuerint, qui contrarium asserere ausi fuissent, ob glossam, quæ illum vendere posse absolutè respondet *in cap. tuis quæstionibus, verb. congruè, in fin. de preb.* prout sunt multi relati à Ceuall. *q.* 527. *num.* 1. tanquam rem habere ipsam videatur, dum pretium habet, ex sententia Caij *in l. quia qui pretio, ff. de vsufructu.* tamen verior est ampliatio, cum enim huiusmodi patrimonium expressè fuerit assignatum in titulum, nulla habenda est consideratio illius rationis, quod pretium succedat loco rei, eo quod facilius consumitur pretium, quàm res immobilis, cum pecunia sit inter res, quæ seruando nequeunt conseruari, *l.* 1. §. *fuit quæsitum ff. ad Trebell.* & nostram sententiam hoc fundamento post alios, quos citat, tenet Campanil. *dict. rub.* 8. *cap.* 6. *num.* 7.

79 *Secundò* amplia in promissione de vendendo, quæ appellatione alienationis continetur, vide Tiraq. *de retractu tit.* 1. *ad finem num.* 30. Bellacom. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 34. *num.* 339. *pag* 583. Menoch. *consil.* 1. *num.* 230. Valasc. *consult.* 77. *num.* 7. D. Barbosa *in l.* 1. *ff. soluto matrim. part.* 3. *num.* 57. Cald. Pereira *de extinctione emphyt. cap.* 1. *num.* 36. *& cap* 16. *num.* 84. *& de emptione, cap* 8. *n.* 5. *& cap.* 13. *n.* 11. Steph. Gratian. *disceptat. forensium, c.* 115. *n.* 17.

Tertiò amplia in transactione, si patrimonium dimittat, ex resolutis per Cald. Pereira *de resolutione Emphyteusis, c.* 9. *n.* 36. 80

Quartò amplia in diuisione ipsius patrimonij ex 81
citatis à Gama *Lusitanæ decis.* 300. *num.* 4. Valasc.
consult. 53. *n.* 4. quia † prohibitus vendere, censetur 82
prohibitus diuidere, ex Tiraq. *ad leges connub. gloss.* 5. *n.* 216. vide *d. appellat.* 14. *n.* 6.

Quintò amplia in permutatione, quia prohabitus alienare non potest permutare, Tiraquel. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 30. Cal. Pereira *de emptione, cap.* 8. *num.* 26. *&* 27. & in nostris terminis Stephan. Gratian. *d. cap.* 159. *num.* 3. Aloys. Ricc. *part.* 1. *decis.* 17. Gonzales *ad regul.* 8. *Cancellariæ, gloss* 5. §. 10. *num.* 35. *cum sequenti*, Rot. *apud Farinac. decis.* 614. *in* 1. *collect. nouissimarum*, aliàs *part.* 4. *diuers.* & dixi suprà *num.* 43. 83

Sextò amplia in donatione in solutum, ex citatis per Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 2. Menoch. *de arbitrar. cap.* 171. *n.* 51. Viu. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 8. *tit.* 27. *num.* 29. *vers. & quia, & lib.* 4. *tit.* 26. *num.* 155. *vers.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 1142. *num.* 14. Gutier. *practic. lib.* 2. *quæst.* 157. Cald. *de resolutione emphyteusis cap.* 5. *num.* 47. *& de empt. c.* 8. *n.* 26. Vide *d. appell.* 14. *n.* 14. *&* 15. 84

Septimò amplia in hypotheca, prout resoluit 85
Aloys. Ricc. *in decisionibus Curiæ Archiep. Neapolit.*
decis. 212. *part.* 2. & dictum est suprà *num.* 48. † qui 86
enim non potest alienare, nec etiam poterit hypothecare, seu obligare, prout ex *l. vltim. C. de rebus alienis non alienandis*, resoluunt Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis maternis, part.* 3. *num.* 19. D. Barbosa *in l.* 1. *ff. soluto matrim. part.* 3. *num.* 39. Rebell. *de obligat. iustitia, p.* 2. *lib.* 6. *q.* 3. *num.* 15. Vide citatos per me *dict. appellat.* 14. *num.* 9.

Octauò amplia, vt non tantùm huiusmodi patrimonium alienari prohibeatur, sed nec præscribi tempore ordinatio, prout in supremo Lusitaniæ Senatu iudicatum fuisse refert Melch. Phœbos *eiusdem Senatus decis. tom.* 1. 2. *decis.* 1. 87

Vnde fit Episcopos antequam huiusmodi bona in titulum patrimonij suis ordinandis admittant, publica edicta proponere debere, vt qui ius aliquod in dicta bona habet, intra certum tempus comparere teneatur, & docere de iure suo, quo tempore elapso omni iure in dicta bona se esse spoliatos meminerint. Atque hac ratione Episcopi non modò ordinandis, sed sibi ipsis etiam optimè consulent, quia ab onere alimentorum eximentur, sic post alios notat Quarant. *d. verb. Ordo, vers. quod intellige, in fine.* Quare post prædictam diligentiam si creditores huiusmodi patrimonium euincerent, talis reuocatio irrita foret. & Episcopus ad nihil teneretur, Nau. *cons.* 14. *&* 46. *de tempor. Ordin.* Sanch. *de matrim lib.* 6. *disp.* 32. *num.* 7. *&* 8. Molfes. *in sum. tract.* 2. *cap.* 15. *num.* 5.

Quæstio est in hac materia, an valeat alienatio, seu renunciatio patrimonij, ad cuius titulum, qui Sacris fuit ordinatus, facta sine licentia Episcopi, si tunc alienans habet beneficium, seu aliàs vnde commodè viuere possit? In qua quæstione videtur respondendum prædictam Episcopi licentiam, in euentu de quo agimus, necessariam non esse? nam 88

Conc. *d.cap.2.* solum statuit, quod *deinceps sine licentia Episcopi patrimonium alienari non possit, donec aliunde habeat, unde viveret*; atque adeò, cùm aliunde habeat, non videtur prohibita talis alienatio, cum di-
89 ctio illa, *donec*, † sit restrictiua temporis, habeátque naturam suspensiuam, ex notatis per Cassan. *in consuet. Burgundiæ rub.6. §.6. num.* 8 *pag.* 219. Menoch. *consf.* 151. *num.* 40. *& consil.* 166. *num.* 1. Surd. *consil.* 186. *num.* 15. *& cons.* 319. *num.* 16. Bertaz. *de clausul. instrum. claus.* 15. *glos.* 4. *num.* 1. Deinde prædicta dictio, *donec*, habet in se temporis reuolutionem, & intercapedinem, itaut dato beneficio, vel alio, ex quo promotus ad Ordines sacros viuere commodè possit, alienare non prohibeatur patrimonium ad cuius titulum fuit ordinatus, nec ad hoc requiri licentiam Episcopi. Quare hanc partem tenent Flamin. *dict. quæst.* 6. *num.* 16. Ceuall. *quæst.* 527. *num.* 8. *& quæst.* 561. *à num.* 22. *& de cognit. per viam quæst.* 151 *à num.* 36. *part.* 2. Alphons. Narbona *d. loco num.* 88. *&* 89. *pag.* 16. Valenzuel. *cons.* 32. *num.* 21. *&* 22. *tom.* 1. D. Acuña *ad cap. neminem num.* 26. *dist.* 70. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *num.* 14. Azor. *institut. moral part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *quæs.* 3. Nicol. Garcia *d. cap.* 5. *num.* 186. Molfes. *in sum. tract.* 2. *cap.* 18.

90 Licèt hæc opinio recepta sit, contraria tamen validioribus nititur fundamentis, nec illis destituta apud me est, & præcipuè, quia si huiusmodi ordinatus, dum habet victum aliunde, posset sine licentia Episcopi patrimonium alienare, & victu carens, nec cum licentia illud posset distrahere, nullius essent effectus verba illa *d. c.* 2. ibi, *sine licentia Episcopi*, imò frustratoriè addita diceremus, contra vulgare axioma, quod in legibus nullum verbum indicatur superfluum; & meritò hanc opinionem tenent Bursat *cons.* 178. *num* 55. *lib* 2. Iul. Cæsar. Madius *de sacris Ordinib.* in quodam discursu *suprà cap.* 5. *eiusdem libri ad finem operis pag.* 151. *num.* 2. Marchin. *d. tract.* 2. *part.* 6. *cap.* 7. *diffic.* 9. Quintan. *Ecclesiast. lib.* 3. *n.* 72. Cened. *pract. & canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 9. Vgolin. *d. cap.* 16. §. 13. *num* 4. dicens patrimonium alienari non posse, nec valere alienationem, sine Episcopali licentia, etiamsi tunc haberet vnde se sustentare posset, nisi vbi notorium esset sufficiens esse; tunc enim sine Episcopi licentia alienationem fieri posse censet, licet tutius erit, vt is in quem alienatio facta est cum licentia Episcopi id habeat; si enim contingeret profundere, quod deinceps acquisiuit, clericus admitteretur ad patrimonium prius habitum, indistinctè tamen sequitur Campan. *d. rub* 8. *cap. vlt. num.* 9. *vers. & obuiam, propè finem*, vbi pro declaratione verborum Concilij dicit duo esse concurrenda in patrimonij alienatione; alterum quod alia res subrogetur pro decenti victu; alterum quod Episcopus cognoscat, & comperto ita esse assentiat: explicationem igitur illorum verborum, *atque illa deinceps, sine licentia Episcopi alienari*, ita esse faciendam dicit, *atque illa deinceps etiam cum licentia Episcopi alienari*, &c. vel, *non possint sine licentia, donec*, &c. cùm duæ negationes affirment; voluerit dicere Concilium, vt possint cum licentia, quando beneficium Ecclesiasticum, &c. nam dictio illa, *donec*, restringit vsque ad illud tempus; ergo eo elapso permittit, ex text. singulari *in l. generaliter, ff. de decurion.*

An donatio patrimonij absolutè & illimitatè facta clerico causa suscipiendi sacros Ordines ad hæredes transmittatur, an verò mortuo donatario ad donantem reuertatur? Transire ad hæredes donatarij post eius mortem, & nullo modo ad donantem, vel ad illius hæredes reuerti, tenent Galet. *in margarita casuum Conscient. verb. conditio vers.* 2. latè Iulius Cæsar Madius *de sacris Ordinib. fol.* 145.

Bona patrimonialia, ad cuius titulum fuit quis sacris initiatus, habent priuilegia, quæ conceduntur à Iure bonis Ecclesiasticis, & non possunt à Principe seculari collectari, vt per Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 21. Mar. Ant. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 88. Steph. Grat. *discept. forens. c.* 159. *n.* 27. Marta *de iurisdict. part.* 4. *casu* 11. *num.* 45. Mari. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 88. *num.* 1. Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 18. *quæst.* 5. *num.* 17. Sanch. *in opuscul. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 36. *in princip.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 27. *&* 36. Saltem interim quòd non extinguitur titulus per adeptionem beneficij ecclesiastici, Spin. *d. glos.* 18. *num.* 72. Azeued. *l.* 1. *num.* 9. *tit.* 4. *lib.* 1. *nouæ Recop.* Ceuall. *commun. contra commun. q* 527. *num.* 4. quos refert, & sequitur Cened. *pract. quæst. lib.* 1. *q.* 12. *num.* 6. nouissimè Ciarlio. *controuers. forensium cap.* 22. *num.* 48. Et optimè aduertit Marcel. Vulpe *in sua praxi iudic. Eccles. cap.* 17. *num.* 24 Regiam Cameram Summariæ Neapol. obseruare quòd de donatione facta clerico vt possit ascendere ad Ordines sacros, donatarium esse immunem à gabella à die promotionis, & non à die factæ donationis. 91

Quoad decimam verò Parochialem certum est clericum de huiusmodi bonis patrimonialibus illam soluere debere, *glos. vlt. vers. credo quòd propter clericatum in cap. tuis, de præbend.* vbi Abb. *num* 6. Aloys. Ricc. *in praxi fori ecclesiast. decis.* 605. *in* 1. *edit.* aliàs *resol.* 529. *in* 2. *edit.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *q.* 2. me citato *in hoc loco* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 26. 92

ALLEGATIO XX.

Episcopus ad sacrum Ordinem aliquem assumens absque titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, & sic Ordinatus, quas pœnas incurrant?

SVMMARIVM.

1 *Sixtus V. quas pœnas imponat contra promouentes aliquem ad sacros Ordines sine titulo, ostenditur?*

2 *Clemens VIII. Sixti V. constitut. restrinxit, & reduxit ad terminos Iuris communis, ac Constit. Pij II. & Concil. Trid.*

3 *Ordinantes sine titulo de Iure tenentur prouidere ordinato de sufficienti beneficio, illique interea subministrare vitæ necessaria.*

4 *Etiamsi ordinatus haberet patrem diuitem, qui tamen nihil illi assignauit pro victu, aut sua portione.*

5 *Pater viuens filium alere constringitur.*

6 *Filius potest patrem compellere ad sibi præstandos sumptus, & expensas in studio.*

7 *Pater tenetur filio omnes expensas vsque ad gradus adeptionem subministrare, qui de eius licentia incepit politioribus Musis operam nauare.*

8 *Expensa causa study facta veniunt appellatione alimentorum.*

9 L. de bonis, ff. de Carbon. edicto. & l. legatis, ff. de alim. & cibar. legatis *componuntur.*

10 *Episcopus tenetur ordinato à se sine titulo conferre beneficium, atque interdum alimenta elargiri, etiamsi talis ordinatus haberet patrem diuitem, qui posset iuste alimenta denegare.*

11 *Episcopus tenetur prouidere illi, cuius titulus ad quem*

quem promotus fuit, chasmate vel alluuione periit.

12 *Pater qui patrimonium filio assignauit, tenetur de altero prouidere si primum consumpsit filius.*

13 *Pater qui dotem filiæ constituit, si illa amittatur, tenetur aliam iterum ei constituere.*

14 *Episcopus beneficium pro patrimonio alicui concedens, & ad illius titulum ordinans, si postea euincatur an de altero teneatur prouidere? discutitur?*

15 *Donatarius aduersus donatorem de euictione agere non potest.*

16 *Donator tenetur de euictione, si expressè promittat se velle de illa teneri.*

17 *Donata bona, vt quis ad sacros Ordines promoueatur, dicuntur quasi quedam spiritualis merces; & premium pro seruitiis exhibendis.*

18 *Donatio ob causam insinuari non debet.*

19 *Donatio causa dotis, vel contemplatione Matrimonij non insinuatur, nec ex causa ingratitudinis reuocatur.*

20 *Episcopus tenetur supplere titulum ordinato habenti illum, sed non sufficientem.*

21 *Capitulum Sede vacante, vel eius vicarius litteras dimissorias concedens ad Ordines sacros non habenti vnde viueret, tenetur illi prouidere prout Episcopus.*

22 *Episcopus tenetur prouidere Ordinato à se sine titulo, quamuis illum solum promouisset ad Ordinem Diaconatus, vel Presbyteratus, si antea sine illo promotus fuerat.*

23 *Episcopo promouente mortuo tenetur eius successor, aut Sede vacante Capitulum, si tali promotioni non restitit.*

24 *Pœna quæ incurratur ab ordinato sine titulo?*

25 *Concil. Trident.* sess. 21. de reformat. cap. 1. *secundum primam opinionem innouat pœnas* cap. neminem, & cap. sanctorum 70. dist. & cap. cùm secundùm, de præb. *cum distinctione.*

26 *Innouat, iuxta secundam opinionem, pœnam suspensionis, de qua* in d. cap. neminem, & in d. cap. sanctorum.

27 *Innouat tandem, secundum tertiam & receptam opinionem, pœnam* dict. cap. cùm secundum.

28 *Suspensus fieret ordinatus ab Ordine suscepto, & ordinator à collatione per triennium, si conueniant super non petendis postea alimentis, vel rebus donatis pro titulo suorum Ordinum.*

29 Cap. pen. de simon. & cap. per tuas, eodem tit. *declarantur.*

30 *Ordinatus cum pacto, & conditione de reddendo patrimonio sibi donato non incurrit vllam pœnam, seu suspensionem.*

31 *Donans patrimonium alicui, rectè potest opponere conditionem de eo reddendo cum ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel aliàs vnde viuere possit.*

32 *Patrimonium post ordinationem dans, vel alienans, quamuis peccet mortaliter, & castigari possit per Episcopum, nullam incurrit suspensionem.*

33 *Religiosi, siue clerici Regulares, more Regularium in communi viuentes, qui nunquam, seu nonnisi ad certum tempus professionem emittunt, si ante professionem se faciunt promoueri ad Ordines sacros absque titulo beneficij Ecclesiastici, seu patrimonij, fiunt suspensi ipso iure ab executione Ordinum, & si in illis ministrent, irregularitatem incurrunt.*

34 *Patres Societatis Iesu excipiuntur.*



SIXTVS V. felicis mem. in sua Constit. quam edidit contra clericos malè promotos incip. *Sanctum, & salutare, sub Dat. Nonis Ianuar.* 1588. ordinatorem sine patrimonio à collatione quorumcumque Ordinum, atque etiam ipsius Tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipso suspensum, atque ab ingressu Ecclesiæ interdictum declarat, & promotum ab executione, ministerio, & exercitio Ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores, perpetuò suspensum pronutiat. Sed † quia Constitutio hæc nimis rigida multis visa fuit, & scrupulos varios tam promouentibus, quàm in eis, qui promoti fuerant, ingenerauit, eam postea Clemens VIII. noua quadam Constit. incip. *Romanum Pontificem, de anno* 1595. *Pridie Kalend. Martij*, motu proprio, & ex certa scientia de Apostol. potestatis plenitudine, sua perpetuò valitura Constitut. ad terminos sacrorum Canonum, ac Constitut. Pij Papæ II. quæ incip. *Cùm ex sacrorum*, relata suprà *alleg.* 17. *num.* 10. & ad dispositionem decretorum S. Concil. Trid. restrinxit, & reduxit: nec non censuras, & pœnas in eadem Sixti Constitutione contra quoscumque (præterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, quas voluit in suo robore permanere) moderatur, & aboleuit, quam Constitutionem Clementis refert Sayr. *de censuris, lib.* 4. *cap.* 17. *ad finem*, & de ea meminerunt Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1 *quæst.* 10. *art.* 13. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 49. *num.* 10. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 15. *num.* 128. & post Suar. *tom.* 5. *disp. vlt. sect.* 3. *n.* 41. Nicol. Garcia *de benef. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 70. Aloys. Ricc. *in decis. part.* 1. *decis.* 9. Quare tam contra ordinantes, quàm ordinatos sine titulo vigent hodie pœnæ à Iure communi statutæ, de quibus infrà à nobis agendum est. 1 2

Et vt ab Ordinatoribus incipiamus, sciendum est 3
quod contra ordinatos sine præfato titulo de Iure stat pœna constituta *in cap. si quis ordinauerit, de simon.* vbi expressè decernitur quòd ordinans aliquem absque titulo cum pacto vt ordinatus nihil ab eo petat, suspenditur per triennium à collatione Ordinum, præsentator præsentans cum præfato pacto suspenditur per triennium ab executione Ordinum. Præter ea statuitur *in cap. cùm secundùm, de præbend.* vt sic ordinatores teneantur prouidere ordinato de sufficienti beneficio, illique interea subministrare vitæ necessaria, nempe secundum qualitatem personæ, loci consuetudinem, Ecclesiæque redditum. Ita glos. insignis *verb. necessaria in cap. Episcopus, de præbendis*, vbi Abb. *num.* 1. Anchar. *in d. cap. cùm secundùm, notab.* 5. Ripa *lib.* 1. *resp cap.* 14. *num.* 7. Cardos. *in praxi iudicum, verb. Episcopus, num.* 16. *& versic. sacramentum Ordin. n.* 34. Menoch. *de arbitr. casu* 169. *num.* 14. *& casu* 320. *post num.* 10. Vgolin. *de potest. Episcop. cap.* 26. §. 15. *num.* 1. latè Sanch. *in opuscul. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 34. *num.* 6. *cum seqq.* vbi *num.* 7. intelligit hanc obligationem alendi habere locum quando Episcopus sciens, & debens scire non habere beneficium, vel patrimonium, ordinauit eum, & *num.* 9. intelligit tamen eandem obligationem habere locum quando nullo præsentante ordinauit, per *cap. cùm secundùm, de præbend.* nouissimè Marcel. Volpe *d. cap* 8. *à num.* 7. me citato *in hoc loco* Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 49. Bonacio. *de censur. extra Bull. disput.* 3. *quæst.* 1. *puncto* 9. *num.* 25.

Primò amplia, vt Episcopus teneatur prouidere 4
ordinato sine titulo, etiamsi ordinatus patrem ha-

beret diuitem, nihil tamen illl assignantem pro vi-
cto, aut sua portione: Concilij enim dispositio *sess.*
21. de reform. cap. 2. requirit, vt patrimonium ab or-
dinato verè obtineatur; & in hanc ampliationem
probat Flamin. *de resignat. lib. 2. quæst. 6. num. 28.* Sed
quamuis hæc opinio in Iuris rigore verior sit, con-
traria tamen æqoior videtur, & probari potest ex
verbis diui Hieronymi relatis *in cap. clericos, 1. quæst.*
2. & in cap. vltimo in fine 16. quæst. 1. vbi clericos illos
conuenit stipendiis Ecclesiæ sustentari, quibus pa-
rentum, & propinquorum nulla suffragantur bona;
qui autem bonis parentum, & opibus suis sustentari
possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrile-
gium profectò committunt, & per abusionem tales
iudicium sibi manducant, & bibunt: sed iste parentis
opibus commodè alimentari valet; ergo non de-
bet ex stipendiis Ecclesiæ vitæ subsibdium consequi.
Sic etiam à cessante ratione dedecoris, qua moti
Summi Pontifices sanxerunt Episcopum compel-
lendum esse prouidere ordinato, & titulo indigenti;
potest ergo pro ista contraria opinione argui in
hunc modum. Si ordinatos patrem opibus affluen-
tem habeat, neque egere potest, neque cum Ordi-
nis clericalis dedecore, tum viuo, tum extincto, men-
5 dicare; † nam viuens pater filium alere constringi-
tur, *l. cùm oportet, §. cùm autem, C. de bonis, quæ liberis.*
l. si quis à liberis. ff. de liberis agnosc. Molin. *de iustit.*
6 *tract. 2. disp. 229. vers. autem.* † Quin etiam potest
filius patrem compellere ad sibi præstandos sum-
ptus, & expensas in studio, *l. de bonis, §. non solum,*
ff. de Carbon. edicto, qui quidem text. quamuis non
meminit patris, nihilominus id ipsum ampliant
glos. Doctores ibi, & resoluunt Bologn. *repet. auth.*
habita, C. ne filius pro patre, num. 167. Rebuff. *de*
priuilegiis scholar. priu. 53. etiamsi filiusfamilias in-
uito patente litteris operam daret, cum hoc possit
facere, vt firmat Rebell. *de obligationib. iustit. part. 2.*
7 *lib. 1. quæst. 8. sect. 3, num. 33.* præcipuè † si incepit
politioribus Musis operam nauare de eius licentia,
quia tunc sine dubio tenetetur filio omnes ex-
pensas vsque ad gradus adeptionem subministrare,
vt optimè resoluunt Corduba *in l. si quis à liberis,*
§. non tantum, num. 32. cum sequentib. Cald. Pereira
quæstionum forens. consil. 14. num. 32. cum seqq. Me-
noch. *de præsumpt. lib. 3. quæst. 29. num. 86. & lib. 4.*
8 *quæst. 191. num. 18.* vbi *num. 30.* † idem dicit in illo
naturali. Nam huiusmodi expensæ causa studij fa-
ctæ, veniunt appellatione alimentorum, iuxta *d. l.*
9 *de bonis*, ibi, † *non solum alimenta præstari debent pu-*
pillo, sed & in studia, & cæteras necessarias impensas
debent impendi pro modo facultatum. cui consonant
text. *in l. qui filium, & l. efficio, ff. vbi pupillus educari*
valeat. nec contrarium firmat text. *in l. legatis, ff. de*
alim. & cibar. legatis, ibi, *legatis alimentis cibaria,*
vestitus, & habitatio debentur, quia sine his ali cor-
pus non potest, cætera, quæ ad disciplinam pertinent, lega-
to non continentur; quia respondetur text. hunc pro-
cedere in alimentis debitis ex dispositione hominis,
veluti ex legato, vel contractu, & tunc si nihil ex-
pensum de ipsis expensis causa studij dictum sit,
minimè sub legato alimentorum comprebendun-
tur: at verò dispositio text. *in d. l. de bonis*, cum
similibus, procedit, vel quando alimenta deben-
tur iure naturæ, vel legis dispositione, vt in ca-
su de quo agimus, quia tunc omnia comprehen-
duntur.

10 Quare Episcopus summa diligentia ordinati pa-
rentem debet inducere, vt filio patrimonium consti-
tuat, vel illo renuente filium inducere, vt ad hoc pa-
trem iuris remedio constringat; si tamen suæ iustæ
petitioni assentire renueret, nec hoc Iuris remediis
procurare possit, quia parens omnia bona consum-
psisset, vel ob filij in patrem commissum delictum,
eidem iustè essent alimenta denegata; non præter-
mittat ordinato in continenti conferre illi benefi-
cium, atque interim alimenta elargiri.

Secundò amplia, vt Episcopus teneatur prouide- 11
re illi, cuius titulus, ad quem promotus fuit, chas-
mate, vel alluuione periit; ita affirmat gloss. notabilis
in cap. tuis quæstionibus, verb. de patrimonialibus, de præ-
bend. vbi Henric. Boich. *num. 1.* Imol. *num. 7.* intelli-
gendo vt per Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 32. num. 8.*
Vgolin. *de officio Episcopi, cap. 26. §. 15. vers. septimò ex-*
cipitur. Marchin. *de sacram. Ordinis, tract. 2. part. 6.*
cap. 7. diffic. 4. num. 7. vers. hinc deducitur. † Ad instar 12
patris, qui patrimonium filio assignauit, & illud con-
sumpsit, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb.*
in eodem testamento, il 1. n. 222. de testament. † Ad in- 13
star etiam dotis filiæ constitutæ, quam amisit, quia
teneretur pater dotem illi iterum constituere, vt fir-
mant Guillelm. Bened. *in d. cap. Raynutius, verb. do-*
tem, quam ei dederat, num. 19. Rebell. *de obligat. Iustitiæ,*
part. 2. lib. 5. quæst. 4. num. 21. & 22. Prædictam tamen
ampliationem intelligerem si parens soluendo non
sit, quia tunc sopplere debet Præsul; si verò pater
possit, tunc immunis erit Episcopus ab onere bene-
ficium illi conferendi, alimentaque interim submi-
nistrandi. Episcopus enim non tenetur alimenta
Subdiaconis absque titolo ordinatis subministrare,
vbi patrem habuerint diuitem, vt me citato *in hoc*
loco firmat Marchin. *d. part. 6. cap. 7. diffic. 4. n. 7. vers. 4.*
vel si ordinatus bona habeat, quo se valeat sustenta-
re, arg. *cap. Episcopus si aliquem, de præbend.* resoluit
Bonacin. *d. punct. 9. num. 26.*

Tertiò amplia, vt compellatur Præsul dennò pro- 14
uidere de beneficio, atque interim de alimentis,
cui beneficium contulerat, atque ad illius titulum
ordinauerat, si tale beneficium fuerit postmo-
dum illi euictum, maximè si prima vice fraudulen-
ter illud contulerat, quod dare nequibat, iuxta
gloss. final. in cap. præsentium 7. quæst. 1. & in cap. cùm
secundum, de præbend. Nan. *cons. 14. de tempor. ordin.*
Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 10. cap. 3. dub. 4.* Bona-
cin. *d. puncto 9. num. 27.* Sed aduersùs hanc amplia-
tionem maximè obstat text. *in l. ad res donatas, ff. de*
ædilitio edict. vbi † in re donata, licèt appareat vitio- 15
sa, non habet locum actio redhibitoria, & reddit
textus rationem, *ne liberalitas donatoris ei sit no-*
cina; quod quidem nocumentum ipsi inferretur, si
de euictione aduersus illum agi posset, iuxta regul.
text. *in l. venditor, 8. l. euicta 70. ff. de euiction. l. non du-*
bitatur, l. super, C. eodem. Igitur nulla aduersùs dona-
torem potest competere actio, ex text. *in l. Aristo 18.*
§. fin. ff. de donationib. l. 2. C. de euictionib. probant gloss.
in §. 1. vbi Riminald. *à num. 69. Institut. de donationib.*
Viu. *communium tit. de donationibus, num. 221.* Couarr.
lib. 2. variarum, cap. 15. num. 1. Gomez *tom. 2. variarum,*
cap. 2. num. 33. & cap. 4 num. 2. Pinel. *in l. 1. part. 3. num.*
61. illat. 12. C. de bonis matern. Mol. *de Iustit. tract. 2.*
disp. 252. vers. 3. sumitur, D. Barbosa *in l. si æstimatis 51.*
num. 17. ff. soluto matrim. Valasc. *de partitionib. cap. 37.*
num. 3. vbi extenduut † etiamsi donator scienter rem 16
alienam donauerit; quia adhuc, illa euicta, nec de eui-
ctione, nec ad illius æstimationem tenebitur.

Quare nostram ampliationem non extenderem
ad bona donata: & ideò consulerem, vt in omnibus
donationibus, quæ ad patrimonia fiunt, donator
expresè promittat se teneri velle de euictione, quo
casu, modò donatio incipiat à traditione, modò à
promissione, indistinctè de illa tenebitur, vt pro-
bat

bat text. *in l. 2. de euictionib.* & gloss. Alberic. Bald. & Salicet. ibi annotatunt, resoluunt Ias. *in §. fuerat, num.* 35. *Institut. de action.* Gozadin. *consil.* 6. *col.* 2. Boër. *decis.* 67. *in princip.* Gomez *d. num.* 35. *ad finem,* Molin. *d. disput.* 252. *versic.* 2. *sumitur, ad finem,* Campanil. *in diuers. Iuris Canonici rub.* 8. *cap.* 4. *num.* 4. *vers. verum.*

Non me latet bonam caosam fauere, qoi etiam in donatione cootrariam sequeretur opinionem;
17 quia † bona donate, vt quis ad sectos Ordines promoueetur, dicuntnr quesi quædam spiritualis merces, & præmiom, pro setuitiis Ecclesiæ exigendis, gloss. *in cap. Episcopus, de præbend.* Felin. *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, n.* 13. *ibi* Anton. Burg. *num.* 131. *cum seq. de constitut.* Nauar. *consil.* 12 *num.* 1. *de censib.* Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 20. quoa refett, & sequitur Marius Antonin. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 88. *num.* 1. Ideò hæc bona non dicuntur doneta liberaliter, sed ob causam, & conditionaliter, in que non haber locnm *d. l. ad res donatas*, vt in simili resoluitur quoad donationes insinuandas, quæ licèt insinueri debeet, per text. *in l. sancimus, C. de do-*
18 *nation.* † tamen hoc in donationibus ob causam limitant Doctores, vt per Viu. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 8. *tit.* 32. *num.* 20. *vers.* 5. vbi Suar. *num.* 171. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 72. *num.* 5. *& decis.* 290. *num.* 29. Mol. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 279. *num.* 6. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 82. *à num.* 25. Cald. Peteira *quæstion. forens. consil.* 19. *num.* 10. Item talis donatio viderur similis donationi ptopter nopties, qnia sicut fit ob causam matrimonij carnalis, ita hæc ob ceusam matrimonij spiritualis, eum de vno ad alterum veleet argumentum, vt probat text. *in cap. inter corporalia, de translat. Prælati*, & arguit Ma-
19 rius Antonin. *dict. resolut.* 88. *num.* 4. & † sicut est ptiuilegieta donatio facta propter nuptias, & causa doris carnalis, ita hæc facta caosa dotia spirituelis, & ideò insinuatur donatio facta cause dotis, vt tenent Game *Lusitania decis.* 120. Sord. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 72. *num.* 9. *& consil.* 361. Cardos. *in praxi iudicum, verb. donatio, num.* 10. *&* 11. Rebel. *de obligat. iustitia, p.* 2. *lib.* 18. *quæst.* 6. *num.* 6. Cabed *Lusitaniæ decis.* 135. *n.* 6. *part.* 1. Sic etiam donatio causa dotis, vel contempletione matrimonij, ex ceusa ingretitudinis non potest reuocari, Gregot. *ad l.* 10. *verb Alguna, tit.* 4. *part.* 5. Gama *decis.* 163. *num.* 1. *&* 3. Pinel. *d. p.* 3. *num.* 62. *vers.* 32. Aloys. Ricc. *in collectan. decis. part.* 1. *collect.* 197. *vers.* 2. *limita,* Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 281. *vers. ac etiam.*

20 *Quartò* amplia, vt Episcopus teneatut etiam supplere titnlum ordinato habenti illum, sed non sufficientem, per *gloss. finalem in dict. cap. tuis quæstionibus,* vbi Imola *num.* 8. *vers. in gloss. finali,* Viuald. *super Bullam Sixti V. editam contra clericos malè promotos, num.* 11. *vers. quare*, Iacob. de Graff. *in decis. aureis lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 19. Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 17. §. 3. *litt. Q, & R*, vbi refert, quòd quamuis tenue beneficium satis sit ad acquirendum domicilium, non tamen est idoneum pro titulo, Sanch. *dict. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 34. *num.* 10.

21 *Quintè* amplia in Cepitulo Sede vacante, eiúsve Vicario, vbi litteras dimissorias dederunt ad Ordioes sacros noo habenti vnde viueret; nam eadem ratio est io ipso ordinante suum subditum, quæ in dante huiusmodi dimissorias, vt post Prosp. de Angust. *in addit. ad Quarantam*, resoluit Vgolin. *de potestate Episcopi, cap.* 26. §. 15. *num.* 1. vbi etiam *in versic. verum*, teoet quòd si Episcopus alteri Episcopo committat generetim, nullis personis expressis, vt suo nomine Ordines in sua diœcesi celebret, & ie, cui id commissum est, titulum non habenti Ordinem sacrum contulerit, tenebitur ad necessarie vitæ præstenda, non autem, qui commisit, quia in culpa fuit, non inuestigando an haberet titulum, per *cap. si Episcopus, de præbend. lib.* 6. cum quo, & eius glossa poteris hunc casum intelligere, & limitere, refert me citato *in hoc loco* Marchin. *dict. cap.* 7. *diffic.* 4. *num.* 7. *vers.* 5. & Alzed. *dict. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 70.

Sextè emplie, vt procedat etiamsi Ordinem con- 22
tulerit ei, qui iam in Sacris constitutus erat; nam si fuit sine vllo titulo ordinatus, elij Ordines sacri illi conferendi non sont, quia Iura simpliciter prohibent promotionem ad sacros Ordines sine vero titulo; ita decisum referunt Fotner. *de sacramento Ordinis, cap.* 8. *num.* 10. Bonacina *de Sacramentis disp.* 8. *quæst. vnic. punct.* 5. *num.* 30. post Henriq. resoloit Quarante, *verb. Ordo, versic. an verò*, & Vgolin. *d.* §. 15. *vers. tertio locum.*

Septimò amplia, vt non tantùm Episcopum pro- 23
mouentem deuincant Canones ad prædicta, verùm ipso mortuo, etiam eius successorem, itavt Sede vacante debeat alimenta ista præstare Capitulum, si tali promotioni non restitit. Henriq. *in summ. lib.* 10. *cap.* 17. §. 4. *in comm. lit. F*, Bonacina *d. puncto* 5. *num.* 17. *vers. respond.* 2. Sanch. *d. dub.* 34. *num.* 12. Marchin. *in d. num.* 8. *vers. at in casibus*, me citato *in hoc loco* Alzed. *d. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 68. Bonacin. *d. puncto* 9. *num.* 29. optimè Campanil. *d. rub.* 8. *cap.* 5. *num.* 21. vbi dieit quòd si Episcopus loco renunciasset, quie transitutus ed alterius Ecclesiæ regimen, vel si loco, & dignitati cessit, non ad illa constringeretur, qui in ordinantis locum subsortitus fuerit: sed ipsemet ordinator, quamuis & tali egressus loco, & Ecclesia, per Innoc. *in cap. cum secundum, num.* 1. *de præbend.* & Anchar. *in cap. si Episcopus, num.* 3. *vers. sed nunquid, de præbend. in* 6. ac Henriq. *d.* §. 4. & posthæc ita reperi tenoisse Vgolin. *d.* §. 15. *versic.* 6. *excipitur*, Alzed. *d. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 69.

Contra personam ordioatam ab Episcopo, sine 24
titulo, quæ pœna sit in Iure statura controuersum est apud Doctores; nam Summi Pontifices *in cap. neminem, & in cap. Sanctorum,* 70. *distinct.* voluerunt irritas, & inanes (scilicet quoed executionem) ordinationes eornm, qni sine certo titulo promouentur. Successores tamen benignius egere cupientes, tamdin per ordinatores, & successores eorum prouideri, ordinatis constituerunt, donec ipsi Ecclesiastica sint assequuta beneficia, vt asserit Innocent. III. *in d. cap. cùm secundum*, cui successit postea Conciliaris in hac re dispositio Trident. Synodus *sess.* 21. *de reformat. cap.* 2. certam non exprimentis pœnam, sed antiquorum Canonum simpliciter innouantis: ex cuius verbis non ineptè dubitatur à Doctoribus, an Concilium innouet pœnas dicti *cap. neminem, & cap. Sanctorum?* An verò *d. cap. cùm secundum?* en demum omnium prædictorum Canonum?

Prima opinio tenet omnium relatorum Cano- 25
num pœnas inoouare Concil. *in dict. cap.* 2. tum qoia vtitur plurali numero, inquiens, *pœnas innouando*, quod io vna, quam vnusquisque ex illis textibus infligit, verificeri nequit per *l. vbi numerus, ff. de testibus, & l. libertas, §. vlt. ff. de manum. testam. & cap. pluralis loquutio* 40. *de regul. Iuris in* 6. cum citatis ab Escob. *de ratiocin. cap.* 18. *num.* 43. pluralis enim numerus saltem dualitatem requirit, nec vno contentatur, dicta *l. vbi numerus*, cum citeris per me *axiom.* 179. *num.* 1. tum etiam, quie pœna *dict. cap. cùm secundum*, tantùm promouentem afficit, promotique respicit fauorem, ideo iostè credendum est il-

Iam quoque pœnam innouaſſe, quæ taliter ordinatum caſtigat, quamque conſtituerunt dicti textus *in cap. neminem, & in cap. Sanctorum.* Quo fundamento ita hanc opinionem quando ordinator, & ordinatus in culpa fuerunt, tenent Nauar. *conſ.* 14. *incip. quæſitum eſt, num.* 4. *& conſil.* 46. incip. *An promotus, num.*1. *&* 3. *de temp. ordinat.* Suar. *de cenſur. diſputat.* 31. *ſect.* 1. *poſt num.* 35. Sanch. *dict. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 35. *num.* 12. optimè Campan. *d. rub.* 8. *cap.* 5. *num.* 1. qui præhabita diſtinctione hanc ſententiam ſequitur, vt ſcilicet Concilium dicto loco innouet pœnam, *cap. neminem, & cap. Sanctorum*, quotieſcumque ordinatus tantùm in culpa fuit, decipiendo ordinatorem, & illi mentiendo ſe habere titulum ſufficientem, cui ordinator iuſtè credens, aut credere debens, ipſum promouit, ne tunc ordinator citra culpam mulctetur, compellenduſque ſit prouidere illi de victu: pœnam verò ſtatutam *in dict. cap. cùm ſecundum* innouare dicit, cùm ipſe ordinator fuit in culpa, eo quòd ſciens illum non habere titulum, ordinauit, nec malitioſè ordinatus paſſus eſt promoueri, ſequitur Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, cap.* 26. §. 8. *num.* 5.

26 *Secunda* opinio tenet Concilium Trident. *dict. cap.* 2. tantùm innouare pœnam ſuſpenſionis, de qua *in dict. cap. neminem, & in cap. Sanctorum*, & eam ſuſtinent Maiol. *de irregularit. lib.* 4. *cap.* 15. *in princip.* Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. Zerola *in praxi Epiſcop part.* 1. *verb. dimiſſoria*, §. 6. *& part.* 2. *eod. verbo*, §. 6. *& verb. irregularitas*, §. 2. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſputat.* 32. *in fine*, Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 18. *num.* 75. Bonacina *dict. punct.* 5. *num.* 24. Iacob. de Graff. *conſ.* 4. *num.* 14. *&* 15. *de temp. ordinat.* Suarez *de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 35. Fr. Emman. *in ſum. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. Paul. Comitol. *reſp. moral. lib.* 6. *quæſt.* 38. Vaſq. *tom.* 3. *in* 3. *part. diſp.* 246. *num.* 61. Steph. Fagund *de quinque Eccleſ. præc. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *ſub num.* 7. Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub.* 8. *cap.* 1. *num.* 5. Scottia *in pontif. conſtit. epit.* 147. *theor.* 139. Ioan. de la Cruz *in direct. Conſcient. p.* 2. *tit. de ſacram. Ordinis dub.* 6. *concl.* 2.

27 *Tertia* opinio ſuſtinet per Concil. *d. loco*, ſolùm eſſe innouatam pœnam *dict. cap. cùm ſecundum*, & ſic Ordinatum ſine titulo non eſſe ſuſpenſum, neque aliquam pœnam incurrere: ſed Epiſcopum cogendum eſſe illi prouidere; quam tuentur Henriq. *in ſum lib.* 13. *cap.* 37. §. 2. Gutier. *practic. lib.* 2. *quæſt.* 65. *num.* 11. *verſ. nec opinio Mena*, Cened. *ad Decretales collect.* 31. *num.* 2. *&* 6 *ad finem*, Viuald. *in candel. part.* 2. *tit. de ſuſpenſ. num.* 28. *& in nouis num.* 35. Auila *de cenſuris part.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 4. *&* 5. Marcel. Vulpe *in d. praxi cap.* 8. *num.* 9. Sayr. *in ſimili tract. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 16. Sbrozz *de officio Vicarij lib.* 1. *quæſt.* 56. Coninck *de Sacram. diſp.* 16. *dub.* 5. *num.* 38. Homobon. de Bonis *de exam. Eccleſ. part.* 2 *tract.* 11. *cap.* 10. *q.* 22. Diana *moral reſol. p.* 1. *tract.* 15. *miſcel. reſol.* 5. Marchin *d. p.* 6. *cap.* 7. *diffic.* 6. *à num.* 9. & ſecundùm hanc opinionem decretum fuiſſe in *ſacra Congregat.* teſtantur Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. part* 1. *c.* 1. *num.* 42. Flam. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 6 *num.* 18. Addit. ad Nauar. *conſ.* 1. *quæſt.* 16. *de conſtitut.* Sayr. *dict. num.* 16. Sanctar. *variar. reſolu. quæſt.* 49. *num.* 15. Armend. *in addition. ad recopil. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 8. *lib.* 1. *de patrim. clericorum*, *num.* 19. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellaria, gloſ.* 5. §. 10. *num.* 22. Toler. *lib.* 1. *cap.* 49. *num.* 5. Fornar. *de Ordine, cap.* 8. *n.* 8. Emman. Sà *verb. ſuſpenſio num.* 19. Nicol. Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 27. Bonacina *dict. punct.* 5. *num.* 24. *verſ.* 1. Igitur propter auctoritatem tantorum Patrum ita deciſum eſſe atteſtantium, hanc vltimam opinionem ſequor, quamuis in Iure veriorem primam reputem. Non obſtat Conſtit. Sixti V. contra clericos promotos, qua ſtatuitur clericos ſine ſufficienti beneficio, vel patrimonio promotos ad Ordines ſacros ipſo iure ſuſpenſos eſſe; quia per aliam Conſtit. Clementis VIII. incip. *Romanum Pontif. de anno* 1595. conſtat fuiſſe redactam ad terminos ſacrorum Canonum, ac Conſtit. Pij II. quæ incip. *Cùm ex ſacrorum*, & ad diſpoſitionem Concilij Trid. & cenſuras ac pœnas impoſitas in d. Conſtit. Sixti V. contra quoſcumque præterquam contra ſimoniacos ordinantes, & ordinatos inflictas fuiſſe abolitas, memini ſuprà *n.* 2.

Si tamen ordinatus cum ordinatore conueniat, 28
ipſum poſt ſuſceptos Ordines non moleſtare ſuper beneficio, quod Iuris attenta diſpoſitione conferre ipſi ordinato propterea teneretur, neque ſuper alimentis, quæ eidem ſubminiſtrare compelleretur, ſuſpenſus ſanè fieret ab Ordine ſic ſuſcepto, & ordinator à collatione per triennium, iuxta text. *in cap. penult. de ſimonia*, Cardoſ. *in praxi iudicum, verb. ſacramentum Ordinis, num.* 35. *&* 36. Marchin. *d. tract.* 2. *part.* 6. *cap.* 7. *diffic.* 7. *num.* 10. *in princ.* Bonacin. *d. puncto* 9. *num.* 2. † Item ſi cum præſentante ad Eccle- 29
ſiam idem pactum faceret, iuxta *cap. per tuas*, 3. *eodem tit.* Bonacina *de cenſur. diſp.* 3. *quæſt.* 6. *puncto* 5. *num.* 4. Campanil. *d. rub.* 8. *cap.* 3. *num.* 31. vbi *num.* 32. dicit in caſibus prædictorum textuum ſimoniæ labem conſiderandam, cum aliqua tamen reſtrictione, ne illa ſit ſimonia, quæ ſub ſtricto, ſed largo ſumpto vocabulo comprehenditur; quorum textuum deciſionem procedere non ſolùm ſi ordinatus cum ordinante, vel præſentante prædictam pactionem fecerit: ſed etiam aliis promiſerit donata ſibi ab eis, & pollicitanon petiturum, aut tradita reſtiturorum poſt ſuſceptos Ordines, à paritate rationis arguentes reſoluunt Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 158. *& conſ.* 1. *num.* 45. *de conſtitut.* Viuald. *in candelabro part.* 2. *tit. de ſuſpenſ. num.* 28. Sayr. *de cenſur. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 23. Sed verius eſt prædictos textus minimè complecti paciſcentem cum donatore, parte, & aliis, ſed caſum dumtaxat inibi expreſſum, de paciſcente cum ordinatore, vel præſentatore; atque ideò affirmandum eum non fieri ſuſpenſum, qui cum aliis pactus eſt, maximè quod à ſimonia prodire illorum Canonum pœnam dicendum eſt, quàm non niſi ordinatori, aut præſentatori remittentes committunt, meritóque nullus præter eos ſit vigore illorum Canonum ſuſpenſus, prout quamplures Theologos, & vtriuſque Iuriſperitos conſultos approbaſſe refert Henriq. *in ſumm. lib.* 10. *cap.* 17. §. 3. *in commento lit. O*, & tenent Tolet. *lib.* 1. *cap.* 15. *poſt num.* 5. Suar. *de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 2. *poſt num.* 35. Nauar. ſibi ipſi contrarius, *conſil.* 17. *num.* 2. *verſ. non inquam, de temp. ordin. in nouis, & conſ.* 42. *in antiq.* Nicol. Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 168. & ideò malè docet Suar. *de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 38. *num.* 4. *&* 5. dum ait *d. cap. pen. & cap. per tuas*, procedere etiam quoties aliquis ex ſuis bonis alteri conſtituit titulum, ad quem ordinator, ab illo recipiens promiſſionem, quod nihil poſtulabit, aſſeritque tunc non ſolùm committi peccatum indebitæ ordinationis per falſum titulum, ſed etiam ſimonia, quod etiam malè probat Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 15. *quæſ.* 1. Addit Bonacin. *d. puncto* 9. *n.* 4. *verſ. tertiò*, prædictam ſuſpenſionem incurrere ordinatum, tam à proprio, quàm ab alieno Epiſcopo etiam cum litteris dimiſſoriis proprij Epiſcopi, & *num.* 6. ſubdit illum in irregularitatem incidere, ſi functionem Ordinis ſuſcepti exerceat antequam abſoluatur.

Ordinatus igitur cum patrimonio ſibi donato, 30
cum

cum pacto, seu conditione de illo reddendo, & restituendo post ordinationem, vel non fruendi bonis donatis, seu non petendi quicquam, non potest dici ordinatus sine titulo, nec incurrere vllam pœnam, seu suspensionem, etiam stante dicta Const. Sixti V. nam iste re vera est ordinatus cum patrimonio vero, & non ficto; ista enim est vera donatio ex qua transfertur dominium in donatarium, licèt cum illo pacto, seu modo, iuxta *tit. de donationibus qua sub modo*. Ita Fr. Emman. *dict. cap.* 15. *num.* 3. Cardin Tolet. *dict. lib.* 1. *cap.* 48. *verſ.* 5. Petr. de Ledesm. *in summ. part.* 1. *de sacramento Ordinis, cap.* 7. *concluſ.* 6. *difficult.* 3. Nicol. Garc. *dict. cap.* 5. *à num* 161. Bonac. *d. puncto* 9. *num.* 8. vbi intelligit modò non restituat ante ordinationem, vel pactum non inierit cum ordinante, vel præsentante ad Ordines. Quamuis contrarium teneant Sayr. *dict. cap.* 15. *num.* 3. Ceuall. *quæst.* 527. *num.* 13. Nauar. *d. cap.* 2. *num.* 158. *& consil.* 14. *num.* 13. *& consil.* 22. *& vltim. num.* 2. *de temporib. ordinat.* atque alij, quos refert Nicol. Garcia *d. c.* 5. *num.* 166.
31 vbi *num.* 169. resoluit † donantem patrimonium alicui ad Ordines rectè posse apponere pactum, & conditionem de eo reddendo cùm ordinatus habuerit beneficium sufficiens, vel aliàs vnde viuere possit, quia tunc non est contra Concilium, de quo etiam Bonacin. *d. punct.* 8. *n.* 15.

32 Sic etiam ordinatus ad titulum patrimonij, qui post ordinationem illud retrodonat, seu renuntiat, vel alienat, quamuis peccet mortaliter, quia facit contra prohibitionem Concilij, & sic puniri possit per Episcopum, non incurrit tamen vllam suspensionem: ita Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 158. *verſ.* 2. *& conſ.* 22. *sub tit. de tempor. ordin. in nouis, quod deest in antiq.* Sayr. *sub eod. tit. decis.* 60. Salzed *ad Bernardum, cap.* 18. *num.* 13. Graffis *in decis. aureis part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 97. *num.* 67. Auila *de censuris part.* 3. *disp.* 5. *dub.* 5. Bonacina *d. punct.* 9. *num.* 7. Fr. Emman. *d. cap.* 15. *n.* 4. Gutier. *d. quæst.* 65. *num.* 10. Sayrus *de censur. lib.* 4. *c.* 15. *num.* 23. *ad finem.* Ceual. *quæst.* 527. *num.* 9. & post Quintanad. Tolet. Petrum Ledesma, Suarez, & alios Nicol. Garcia *d. cap.* 5. *num.* 161. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *num.* 16. *&* 17. Valer. Regnald. *in praxi fori pænit. lib.* 32. *num.* 72. *verſ. porro*, Sanch. *in opusc. moral. lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 40.

33 Ex dictis suprà *num.* 29. iam infertur clericum, qui nullo præuio pacto cum ordinante, vel præsentante, Ordines sine titulo accipit, veluti titulum patrimonij confingendo, mentiendo, aut falsò probando habere, quod non habet, vel plus habere quàm habeat, cum tamen id, quod habet, ad sustentationem non sufficiat, aut fictam donationem ab aliquo accipiat, in præfatam suspensionem non incidere. Ita Tolet. *de instit. sacerdot. lib.* 1. *cap.* 49. *num.* 5. aliàs *cap.* 48. *num.* 16. Emman. Sa *verb. suspensio num.* 10. Henriq. *in summ. lib.* 13. *cap.* 37. §. 2. Fr. Emman. Rodrig. etiam *in sum part.* 2. *cap.* 15. *num.* 5. Gutier. *pract lib* 2. *quæst.* 65. *num.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 10. *num.* 26. *cum seqq.* Auila *de censur. part.* 3. *disp.* 5. *dub.* 5. *concl.* 2. Squillante *de obligat. clericor. part.* 2. *dub.* 4. Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. part.* 2. *tract.* 11. *cap.* 10. *quæſ.* 22. Nicol. Garc. *d. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 161. Antonin. Diana *moral. resol. part.* 2. *tract.* 2. *in miscel. resolut.* 5. *& tract.* 4. *de Sacrament. resol.* 184. Quamuis illum suspensionem ipso facto incurrere ab Ordine sic suscepto existimauerint Nau. *conſ.* 14. *&* 46. *de tempor. ordinat. & in man. cap.* 27. *num.* 158. Bernard. *in pract. cap.* 18. *in princ.* Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 15. Iacob. de Graff. *in decis. aureis lib.* 2. *cap.* 97. *num.* 56. Suar. *de censur. disputat.* 1. *sect.* 1. *num.* 31. *cum seqq.* Mar. Alter. *eod. tract. tom.* 2. *disp.* 10. *cap.* 3. *col.* 3. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 32. *num.* 8. D. Acuña *ad dict. cap. neminem num.* 22. & plures citati *alleg. præcedenti num.* 57. Quorum sententia hodie recipienda videtur, non ob rationes ab illis illatas, sed propter Constitutionem quandam, quam edidit S.D.N. Vrbanus VIII. incip. *Secretis æterna prouidentia, sub die* 11. *Decembris* 1624. vbi imposita est suspensio perpetua contra promotum ficto, falso, seu fiduciario patrimonio, his verbis. † *Promoti verò perpetuæ suspensionis* 34
pœnam absque spe dispensationis à Sede Apost. obtinenda incurrant, eo ipso insuper promotos huiusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciariis patrimonij titulis scienter se ad Ordines huiusmodi promoueri fecerint, non solum prædictis, verùm etiam maioribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis pœnis, &c. quamquam in præfatis verbis sermo videtur esse tantummodo de nostris Lusitanis Hispanis, Gallis, & aliis Vltramontanis.

Vtrùm autem qui ementito patrimonio ad sacros 35
Ordines assumitur data antapocha, quæ vulgo dicitur contrascriptura, aut data fide, vel iuramento se post ordinationem patrimonium illi assignatum redditurum, vel fructus nunquam petiturum, teneatur stare promissis? In qua quæst. Diana *moral. resol. part.* 2. *tract.* 2. *de Sacrament. resol.* 184. post multos, quos refert, resoluit non teneri, quia donato tali patrimonio in titulum, Episcopus ius ad illud acquirit, fitque illi hypothecatum; tum quia tale patrimonium effingens, & illud ordinando ficta donatione donans propriæ culpæ imputare debet, si tale patrimonium recuperare minimè possit.

Religiosi Canonici, siue Clerici Regulares, seu 36
intra claustra Monsteriorum, siue domorum more Regularium in communi viuentes, qui nunquam, seu nonnisi ad certum tempus professionem emittunt, & ex claustro exire, vel dimitti ad seculum liberè, & licitè possunt, si prætextu religionis, ante professionem se faciunt promoueri ad Ordines sacros, absque titulo beneficij Ecclesiastici, seu patrimonij, iuxta decretum Concil. Trid. *seſſ.* 21. *de reformat. cap.* 2. sunt suspensi ipso iure ab executione Ordinum, & si in illis ministrauerint, eo ipso irregularitatem incurrunt, vt statuit Pius V. *in sua Constit.* 74. incip. *Romanus Pontifex*, publicata *die* 12. *Nouemb.* 1568. de qua testatur Beller. *disquiſ. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 5. *num.* 65. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori ecclesiastici*, *cap.* 8. *num.* 16. Vnde Sanch. *in opuscul. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 35. *num.* 9. tenet per illam Constitut. dicta de clericis secularibus obseruanda esse in Regularibus non professis.

Excipiuntur Religiosi Societatis Iesu, etiam 37
scholares, & primam solummodo professionem emittentes, qui ordinari possunt, & debent sine titulo patrimonij, & beneficij; quamuis enim statim post biennium non emittant professionem solemnem, sed simplicem, nihilominus professio illa cum triplici voto simplici in hac parte sufficit, & sufficientem titulum præbet ex priuilegio, & confessione Gregorij XIII. cuius meminerunt Suar. *de censur. disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 38. Bonacin. *d. disp.* 3. *quæſt.* 1. *puncto* 8. *num.* 17. Compendium Societatis Iesu. *verb. Ordo*, 2. Miranda *in manuali Prælator. quæſt.* 29. *art.* 5. *concluſ.* 1. *tom.* 1. & diximus suprà *alleg.* 19. *num.* 7.

ALLEGATIO XXI.

Epiſcopus ſine commendatitiis proprij Ordinarij litteris, an poſſit aliquem Sacerdotem ad celebrandum admittere?

SVMMARIVM.

1 *Clericus peregrinus ſine Commendatitiis ſui Ordinarij litteris ab vllo Epiſcopo ad Diuina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda non eſt admittendus.*

2 *Fidem iuſtam faciens de ſua ordinatione poteſt admitti ad celebrandum.*

3 *Peregrinus non habens commendatitias litteras, nec fidem faciens de ſua ordinat. nullo iure eſt ſuſpenſus, ſed poteſt ſecluſo ſcandalo celebrare.*

4 *Commendatitia litteræ ſunt obtinendæ ab eo, qui petentis clerici Ordinarius fuerit.*

5 *Commendatitia litteræ ab Epiſcopo deneganda non ſunt clericis, qui non habent beneficia in titulum reſidentiam requirentia.*

6 *Beneficium ſimplex habens, non poteſt cogi reſidere in diœceſi, vbi illud habet.*

7 *Epiſcopi poſſunt admittere ſacerdotes exteros habentes litteras commendatitias ad Miſſæ ſacrificium, & ad Sacramenta adminiſtranda.*

8 *Epiſcopus poteſt prohibere ne celebrent exteri Sacerdotes in Eccleſiis Regularium, niſi prius ab ipſo Epiſcopo, viſis litteris commendatitiis, admiſſi fuerint.*

1 IN Concil. Calcedonen. relato *in cap. extraneo, 9. diſt. 71.* ſancitum erat ne extraneo clerico ſine commendatitiis litteris proprij Epiſcopi vſquam penitus liceret miniſtrare, & in Concil. Agathen. relato *in c. Monachum, 20. quæſt. 4.* actum fuit ne clericis ſine commendatiis litteris proprij Epiſcopi licentia pateat euagandi: non enim poſſunt clerici, vt poſſent laici, ſine ſui Epiſcopi licentia domicilium mutare extra diœceſim, *cap. non oportet. cap ſi quis vero, cap. ſi quis Presbyter 23. cap propter eos 7. q. 1.* & iſtis locis notant Archid. & Gemin. Catol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu* 25. Catlaual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 3. quæſt. 8. ſect. 2. num. 1085. prope fin.* vbi per *c. ſi quis in clero, ead. cauſa & quæſt.* ſubdit nec poſſe clericos ſine eiuſdem licentia à ſua Eccleſia abeſſe, nouiſſimè Concil. Trident. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 16. verſ. nullus*, iubet nullum clericum peregrinum ſine commendatitiis ſui Ordinarij litteris, ab vllo Epiſcopo ad Diuina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda eſſe admittendum: dantur enim Presbytero peregrinationem ſuſcipienti, vt ei liceat in aliena diœceſi Miſſarum ſacrificia facere, Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 49. quæſ. 1.* Epiſcopi igitur in ſuis diœceſibus interdicere debent ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat, Concil. Trident. *ſeſſ. 22. in decreto de obſeruan. & vitan. in celebr. Miſſa*, Azor. *inſtit. moral. p. 1. libr. 12. cap. 18. quæſ. 9.* me citato *in hoc loco* Alzed. *d. part. 1. cap. 10 num. 30.* Sanch. *in opuſc. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 47. num. 1.* Illis enim minimè licet alieno Presbytero concedere facultatem celebrandi in ſua diœceſi, niſi de promotione conſtet, vel commendatitias litteras à proprio Ordinario portet, *d. cap. extraneo, cum duobus ſeqq. cap. tuæ fraternitatis, de clericis peregrinis,* Concil. Brachar. *vltim. act. 2. cap. 12.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 121. art. 1.* Marc. Ant. Genuen. *in praxi Archiep. cap. 40. num. 1.* Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 34. §. 6. in fine*, Suar. *de Religione tract. de voto lib. 3. cap. 4. num. 9.* Igitur huiuſmodi commendatitias litteras eſſe de forma, inſinuat Mandoſ. *reg. 24. Cancel. quæſt. 5.* † At verò ſi illis careret, & faciat fidem de 2 ſua ordinatione, poteſt admitti ad celebrandum, Nauar. *conſil. 1. num. 1. in fine de celebr. Miſſar.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. part. 1, deciſ. 150.*

Si tamen commendatitias litteras clericus pere- 3 grinus non habuerit, nec fidem fecerit, nullo iure eſt ſuſpenſus, ſed poteſt ſecluſo ſcandalo celebrare, prout reſoluunt Nauar. *conſ. 5. ſub tit. de celebrat. Miſſar.* quod eſt in nonis, *conſ. vnic. de clericis peregr. & in man. cap. 27. num. 153.* Henriq. *d. §. 6. in comm. lit. I,* Renald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 42. verſ. tantopere,* Sayr. *deciſ. 5. de celebr. Miſſar.* Sanch. *d. dub. 47. num. 2.* vbi *num. 3.* reſoluit talem clericum, ſi fuerit notus, non indigere litteris commendatitiis ſui Epiſcopi, prout nec etiam indigere ait ſi litteræ dimiſſoriæ ad Presbyteratum ſuſcipiendum fuerunt paulo ante datæ, quia Epiſcopus approbans ad Presbyteratum, ſatis videtur approbare mores, &c. Secus ſi magnum interuallum interfuit, quia eæ dimiſſoriæ non approbant mores præſentes, vt ſi per decem annos antea fuiſſent datæ. Poteſt dubitari an Epiſcopus ſine cauſa poſſit expellere alienum clericum commorantem in eius diœceſi ſine litteris ſui Epiſcopi, qui non vult exercere Ordines, ſed tanquam aduena ibi commorari, vel poſſit ei ingreſſum prohibere in eius diœceſi: in qua quæſt. negatiuè, non data iuſta cauſa, reſpondet Marc. Anton. *d. c. 40. à n. 2.*

Hæc commendatitiæ litteræ ſunt obtinendæ ab 4 eo qui petentis clerici Ordinarius fuerit, prout deciſum refert Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Epiſcop. num. 56.* † Nec ſunt 5 denegandæ ab Epiſcopo Sacerdotibus, & clericis, qui non habent beneficia in titulum reſidentiam requirentia, prout etiam deciſum refert idem Armendar. *num. 63.* & iterum *in ſacra congreg. Cardinalium negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſita,* decretum fuit illos non poſſe reuocare ſubditos Eccleſiaſticos alibi degentes, nec eos cogere, ſed teneri litteras eis dare extra volentibus morari, ſi ratione beneficij non adſtringerentur in ſua diœceſi reſidere, dicit ita in cauſa propria obtinuiſſe Campanil. *in diuerſ. iuris canon. rub. 9. c. 6. num. 4.* Sic etiam in facti contingentia reſpondiſſe aſſerit Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 598. in 1. edit. & reſolut.* 524. vbi ampliat † ad clericum obtinentem ſimplex 6 beneficium, qui etiam non poterit cogi reſidere in diœceſi, vbi illud habet, ſed poterit ire quò vellet, & ita dicit in Rota deciſum *in vna nullius beneficij 28. Maij 1604.* coram *Illuſtriſſ. Domino Ludouiſio*, nunc S.D.N. Greg. XV. inter eius impreſſas *deciſ. 175.*

Epiſcopus ſicut poteſt admittere Sacerdotes ex- 7 teros habentes litteras teſtimoniales ſuorum Ordinum ad Miſſæ ſacrificium, ita ad Sacramenta adminiſtranda, dummodo illi verè idonei ſint, prout refert deciſum idem Armendar. *dict. l. 7. de Epiſcopis, num. 83.*

Miſſam ne celebrent exteri Sacerdotes in Eccleſiis 8 Regularium poteſt Epiſcopus prohibere, niſi prius ab ipſo Epiſcopo viſis litteris commendatitiis ipſi Sacerdotes admiſſi fuerint; ita deciſum referunt Gales. *in ſua margarita caſuum conſcientiæ, verb. Miſſa,* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ. 750. in 1. edit. & reſolut. 635. in 2. edit.* Armend. *in addit. ad recop.*

legum

legum Nauarræ lib.2.tit.18.l.7. de Religion. n.53. Nald. *verb. Missa n.35.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol.decis.298.par.4.* Homobon.de Bonis *de examine Ecclesiast.p.2.tract.12.c.4.q.16.resol.3.pag.459.*

ALLEGATIO XXII.

Episcopus an possit concedere licentiam asseruandi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesia non parochiali?

SVMMARIVM.

1 *Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ex antiqua Ecclesiæ consuetudine in Sacrario asseruatur.*
2 *Tabernaculum, vbi est asseruandum, quale debeat esse, ostenditur.*
3 *In Sacrario sacra alia præter sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum non debent teneri, sed in alio separato decenti loco.*
4 *Deferendum ad infirmos per Christianorum stratas, praeuntibus luminariis, sonante campana, Parocho superpellicco induto deferente, & Psalmos, seu Orationes intereundo recitante.*
5 *Parochus cum vadit ad communicandum infirmum debet portare duas Hostias consecratas, vt cum vna communicet infirmum, & aliam reportet honorificè, vt populus adoret.*
6 *In Conimbricensi Episcopatu est Constitutio, quæ præcipit haberi lumen accensum diu noctúque ante sanctiss. Euchar. Sacramentum.*
7 *Solemnitas venerabilis Sacramenti potius celebrari debet in Ecclesia Cathedrali, quàm in alia, totius rei agendæ auctoritate penes Capitulum manente.*
8 *Episcopus non habet potestatem concedendi licentiam, vt sanctissimum Sacramentum in Capellis, & aliis Ecclesiis non parochialibus pro adoratione asseruetur.*
9 *De cultu, & veneratione sanctissimo Sacramento exhibenda.*
10 *Miracula plura de hoc sanctiss. Sacramento.*
11 *Miraculum Neapoli factum refertur.*
12 *Miraculum refertur in diœcesi Bracharen. successum.*
13 *De institutione, excellentia, transsubstantiatione, & præparatione sanctiss. Sacramenti agentes Doctores referuntur.*

1 SANCTISSIMI ex antiqua con-
suetudine sanctissimum Eucharistiæ
Sacramentum in Sacrario asseruari
sancta Ecclesia morem retinuit, iuxta
Constit. Innoc. III. *in Conc.* Gangr. *de
custod. Euchar. cap.* 1. Sacr. Concil. Trident. *sess.* 13.
cap.6. & canon.7. tractant Durand. *in rationali diuino-
rum, lib.4. cap.41. num.53.* Fusc. *de visitat. lib.1. cap.5.
num.9.* aliique in hoc propositum adducunt Henriq.
in summ. lib.8. cap 39. lit. A, vbi in textu refert multas
vtilitates, quas affert Christi corpus dum in Sacrario
asseruatur, Ægid. de Coninch *de Sacr. & censur. q.76.
n.85. cum seqq.* Balduin. iun. *super opera controu. Bellarm.*
2 *p.2. lib.3. cap. 5.* † Tabernaculum, vbi sanctissimum
Eucharistiæ Sacramentum conseruatur, Altari ma-
iori, vel si commode ibi non poterit, saltem in ali-
quo Ecclesiæ conspicuo, & nobiliori loco colloca-
ri debet decenter, pro facultatibus loci exornatum,
bene clausum, & clauis ipsius non relinquatur in Al-
tari, seu alio communi loco, sed penes Capellanum,
vel Parochum custodiatur. Intus etiam decenter or-
nari debet; & tenendæ sunt ibi duæ pyxides, in qua-
rum vna conseruetur sanctissimum Sacramentum,
in altera deferatur ad infirmos: & pyxides istæ non-
nisi super Altari viatico, vel super Corporali col-
locentur: ita Fusch. *dicto lib.1. cap.5. à num.3.* Piasec.
in praxi noua Episcop part.2. cap.3. num.24. vers. vnde 1.
vbi admonet † ne ibidem alia Sacra teneantur, sed 3
in alio separato decenti loco, dicitque respondisse
Sacram. Congreg. Rituum Episcopo Anconit. 22. Febr.
1593. per plateam, in qua habitant Iudæi, † sanctis- 4
simum Eucharistiæ Sacramentum non esse deferen-
dum, sed per Christianorum stratas, præeuntibus lu-
minariis, sonante campana, parocho seu Capellano
superpelliceo induto deferente, & Psalmos, seu Ora-
tiones intereundum recitante, nouissimè *die 13. Sep-
tembris 1642. in vna Calaguritana Collegiata de victoria
sacra Rituum Cong. decretis antiquis inhærendo respon-
dit Clauem Tabernaculi in quo sanctissimum Eucharistiæ
Sacramentum feria quinta in Cœna Domini asseruatur,
nequaquam laicis etiam illustribus tradendam esse, sed po-
tius dignitati vel canonico in crastinum celebraturo, &
ita in Ecclesia prædicta seruari mandauit.*

Tenetur parochus habere in publico Sacrario as- 5
seruatas formulas Eucharistiæ, † vt ad infirmos op-
portunè deferat etiam tempore pestis cum proprio
periculo, Henriq. *in sum. lib.8. cap.55. §.2.* Cùm Paro-
chus vadit ad communicandum infirmum, debet
portare duas Hostias consecratas, vt cum vna com-
municet infirmum, & aliam reportet honorificè, vt
populus adoret, Cened. *ad Decretal. collect.51. num.2.*
& semper † cum luminibus debet deferri, siue extra- 6
hatur à Sacrario, siue à custodia, Zerola *in praxi Epi-
scop.p.1. verb. Eucharistia, §.2.* Et refert Nauar. *de Orat.
c.18. num.67.* in Conimbricen. Episcopatu Constitu-
tionem esse, quæ præcipit haberi lumen accensum
diu noctúque sanctissimum Eucharistiæ Sacramen-
tum, & hoc perpetuò obseruandum dicit Fusc. *dict.
cap.5. num.6.*

Semper laborandum est, quantum fieri poterit, 7
vt sicut in conspicuo, & nobiliori Ecclesiæ loco
sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum collocari
debet, ita etiam in maiori Ecclesia, potius quàm in
alia, asseruetur, quia magis decet, vt solemnitas
venerabilis Sacramenti celebretur in Ecclesia Ca-
thedrali, quàm in alia; ex eáque sumatur, & in pro-
cessione per vias publicas circumferatur, & ad ean-
dem Ecclesiam referatur, totiusque rei agendæ au-
ctoritate penes Capitulum manente, prout decisum
refert Armendariz *in addit. ad recopil. legum Nauar-
ræ lib.4. tit.29. l.1. §.1. in declarat. num.8.* Omnia hæc
post primam huius tractat. impressionem ex nobis
mutuatus est Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop.
Neapol. decis.23. p.4.* De festo sanctissimi Corporis
Christi quod ex institutione Vrbani IV. celebratur
feria quinta proxime sequenti octauam Pentecostes,
agunt *Clem. si duas, de reliq. & venerat. sanct.* Azor. *in-
stit. moral. p.2. lib.1. cap.14.* Vincent. Filliuc. *in sum. tom.
2. tract.27. cap.3. num.45.* Illesc. *in histor. Pontific. lib.5.
cap.38.* Bzoui. *annal. tom.13. anno 1264. n.13. cum seqq.*
Carril. *in annalib. chronolog. lib.4. ann.1264. in princ.
fol.364. verso,* nouissimè Camargo *en el epitome histo-
rial de la Iglesia Militante anno 1264. pag.259.* Et offi-
cium huius festiuitatis fuisse compositum à S. Tho-
ma Doctore Angelico iussu Vrbani IV. à quo in præ-
mium retulit columnam argenteam, refert Rague.
de Missa Ecclesia quæst.109. num.3. & Carrillo *loco
citato.*

Quare cùm hæc decentia in asseruando sanctissi- 8
mum

mum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia non parochiali vix inueniri ;poſſit ; igitur ſumma cum ratione Epiſcopo non datur poteſtas concedendi licentiam illud in Capellis ; & aliis Eccleſiis non parochialibus pro adoratione fidelium aſſeruetur, niſi ex auctoritate, & conceſſione Papæ, & ita reſponſum fuiſſe à *Sacra Congreg.de anno* 1609. referunt Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. part.*3. *cap.* 3. *num.* 33. *verſ. huc pertinet, pag.* 161. Marc. Anton. Genueoſ. *in praxi Archiepiſcop.Neapol. cap.*92. *in* 1. *edit. & cap.* 110.*in* 2. *edit.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 1216. *& in praxi fori Eccleſiaſt. poſt reſol.* 495. *in notabilibus de materia Epiſcopor. in fine, in* 2. *edit.* noviſſimè Alzed. *de precelleat.* | *Epiſcop. digni. part.* 2. *cap.* 6. *num.*74.

9 De cultu, & veneratione huic ſanctiſſimo Sacramento exhibenda agit S. Concil. Trident. *ſeſſ.* 13. *de ſanctiſſ. Euchar.cap.*5.Suar.*tom.*3.*diſp.*35. Coninch *de Sacram.tom.*1.*q.*73.*n.*15.*& quæſt.*76.*n.*85.Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*29. *n.*37. *in fine*, Fr. Raphaël.de la Torre *in* 2.2.*D.Thoma tom.*2. *q* 99. *art.*3.
10 *diſp.*4.*in princ.*† Innumera penè miracula de hoc ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento refert Luſitanus noſter Petrus Marizius *in lib. miraculi Sanctaranenſis*, referunt & alia Beja *in reſponſis caſuum conſcientia p.* 3.*caſu* 38. Auctor enchiridij temporum *in anno* 1510. *fol.* 266. *verſo*, Illeſcas *in chronica Pontificali, part.*2. *lib.*30.*cap.*30.§.3.*fol.*448.*& cap.*14.*fol.*85. *verſo*, *& fol.* 590.*verſo*, Ludou. de Bauia *in* 3. *par. euſdem chronica Pontificalis in vita Papa Gregor.X I V.cap.*13. *pag.*519. Bleda *in ſpeciali tract. de los milagros del ſanctiſſimo Sacramento* Marc.Anton.Genuenſ. *in praxi Archiep. cap.*
11 49.*num.*1. vbi ait quòd † anno 1601. in Eccleſia ſanctæ Crucis ciuit. Neapol. dum Sacerdos Miſſam celebraret, & iam ſumpſiſſet ſanctiſſimam Hoſtiam, antequam ſumeret Sanguinem,cecidit de cœlo fulmen, Capellam, & Altare diruens, comburénſque partem corporalis ſub Calice proſtrati, nec tetigit Sanguinem,nec Sacerdotem offendit.

12 Ego etiam ſilentio præterire non poſſum maximum huius ſanctiſſimi Sacramenti miraculum,quod Bracharenſi in Archiepiſcopatu accidit anno 1606. in opido de Mondim : nam cùm Quinta feria maioris hebdomadæ in Eccleſia illius oppidi manifeſtum eſſet ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum pro adoratione fidelium,ſuper altiori menſa,pro ſepulchro, ibique circumeſſent accenſa luminaria, interim dum omnes prandebant,relictis Eccleſiæ portis clauſis, in eadem menſa ex luminariis ignis accenſus eſt, ac deinde combuſtis totius Eccleſiæ paramentis, atque ipſa menſa, vbi erat collocatum ſanctiſſ.Euchariſtiæ Sacramentum, illo tantum, ac Calice, & Corporalibus ſuper quibus erat impoſitum, illæſis cæteris omnibus in dicta Eccleſia admiſſis penitus exuſtis, extructa remanſit menſa,cuius materies, licèt combuſta, integrè ſuſtinebat noſtræ ſalutis pondus, ac futuræ noſtræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis pignus. O magnum pietatis opus, & mirabile diuini ſui erga homines amoris ſignum, & monumentum. Accedamus igitur fideles magna reuerentia, & ſanctitate ad hoc ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ; eſt enim, vt inquit Bernardus, ægris medicina, peregrinantibus via, debiles confortat, valentes delectat, languorem ſanat, per hoc homo manſuetior fit ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem deuotior ; referunt Caniſ. *in lib. de Euchariſtia*, §.9. Campanil.*in diuerſorio Iuris Canonici, rub.* 22.*cap.*7.*num.*28.

Alia de venerabili Euchariſtiæ Sacramento, de 13
eius inſtitutione, excellentia, tranſſubſtantiatione, præparatione,& vſu,vide in Concil.Trident. *ſeſſ.*13. *cap.*1. *cum ſeqq.* & apud Card. Bellarm. *in controuerſ. Cathol.tit.de Euchariſtia*, Galetr. *in margarita caſuum conſcientia,verb.Euchariſtia.* Emman. Sà *in aphoriſmis verb. Euchariſtia*,Viguer.*eod.verb.* Bartholom. ab Angelo *de Sacram.dialog.*4.*de Euchariſtia*, Angles *in floribus Theologicis, tit. de Euchar.* Valentia *tom.*4. *diſp.*6. Victor.*in ſum. de Euchariſtia.* Viuald.*in candelabro aureo,tit. de Euchariſtia*, Alphonſ. Aluarez *in ſpeculo Iuris Pontificij, tit. de ſacramento ſanctiſſ. Euchariſtiæ, à pag.*180.Fr.Emman.*in ſum part.*1. *cap.*67. *de Communione.* Camerota *de Sacram. vbi de Euchariſtia.* Henriq. *in ſum.lib.*8.*de ſanctiſſ. Euchar.* Poſſeuin. *de Communione.*Gabr.Vaſquez *in* 3.*p.D.Thoma quæſt.*73.*diſp.* 177. *cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.* 1. *del excellentiſſimo Sacramento del Altar, que ſe llama Euchariſtia*,Ægid.de Coninch *de Sacramentis,& cenſuris q.*73.Bonacina *de Sacramentis diſput.*4. Barthol. Gori *de auguſtiſſimo ſacroſancta Euchariſtia ſacramento.*

ALLEGATIO XXIII.

Epiſcopus an, & quando poſſit facultatem concedere celebrandi in Capella domus priuatæ?

SVMMARIVM.

2 *Miſſa ſacrificium prohibitum eſt celebrari extra Eccleſiam, & locum ſacrum ad id ſpecialiter deputatam.*
2 *Celebrare in loco non ſacro extra caſum neceſſitatis, etiam non dato ſcandalo, mortale eſt peccatum.*
3 *Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ac etiam Patribus Societis Ieſu,conceditur, vt vbicumque fuerint ſine Parochialis iuris præiudicio, cum Altari valeant viatico celebrare.*
4 *An poſt Concilium Trident. ſublatæ ſint huiuſmodi conceſſiones,diſputatur.*
5 *Epiſcoporum priuilegium,de quo* in cap.vlt.de priuileg.lib.6. *an ſit per Concilium Trid. ſublatum? oſtenditur.*
6 *Epiſcopus de Iure communi poterat concedere, vt in ſua diœceſi extra locum ſacrum in Altari portali celebraretur.*
7 *Facultas hæc, an ſit reuocata per Concilium Trid. diſputatur, & pro affirmatiua parte allegatur.*
8 *Pro negatiua tenent plures Doctores.*
9 *Conciliantur hæ contrariæ opiniones,ita vt prior procedat deficiente neceſſitate,vel iuſta cauſa : poſterior verò illa ſtante.*

EXTRA Eccleſiam, & locum ſacrum 1
ad id ſpecialiter deputatum, prohibitum eſt ſacrificium ſacroſanctæ Euchariſtiæ celebrare, text. optimus *in c.ſicut.& in cap.Miſſarum, cum ſeqq de conſecr.diſt.*1. Concil.Trident.*ſeſſ.*22.*de obſeruandis in celebratione Miſſæ.*D.Thom.3. *p. quæſt.*83. *art.*3. *ad* 1. Durand *in rationali diuin lib.*4.*cap* 1.*num.*41. Petr. de Ledeſm.*in ſum.p.*1.*de ſacram. Euchar cap.*2. Henriq. *in ſum.lib* 9.*cap.*27.§.1. Suar.*tom* 3. *diſp* 81. *ſect.*3. *&* 5. Ioan.de la Cruz *de ſtatu relig.lib.*2.*cap.*5.*dub.*7. Azor. *inſtit.moral.part.*1. *lib.*10.*cap.*26. *quæſ.*1. Cened. *canon. quæſt. lib.*1. *quæſt.*4. *à num.*5. Chamerota *de Sacram. tract.*4. *de Euchariſtia, tit. de ſacrificio Miſſæ, dub.* 15. Piaſec.

Piasec. *in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 21. in fine.* Bonacin. *de Sacram. disp. 4. quæst. vlt. puncto 9. n. 9. & 10.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæst. 41. art. 9. concl. 2.* Aloys. Ricc *in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 78. part. 4* Nald. *verb. Missa, num. 31.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract. 4. quæst. 137.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verb. Missa differ. 2. in princ. vers. Missa.* Ragus. *de Missa in Ecclesia quæst. 57. in princ.* Fernandez *in examine Theologia moralis p. 3. cap. 5. §. 10.* nouissimè Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta part. 1. lib. 3. c. 13. n. 1.*

2 Vnde mortale esse extra casum necessitatis in loco non sacro celebrare, licèt non detur scandalum, tenent Nauarr. *in man cap. 25. num. 80. & 81.* D. Antonin. 3. *p. tit. 13. cap. 6. num. 4.* Syluest. *verb. Missa 1. n. 5.* Suar. *d. sect. 3. in princ.* Henriq. *d. cap. 27. §. 1.* Vasq. 3. *p. disp. 233. cap. 3. num 4. & 6.* Fr. Emman. *in sum. part. 1. cap. 249. num. 1. & quest. Regularium tom. 1. quæst. 43. art. 4. vers ex quo infertur,* Hieron. Llamas *in sum. p. 3. methodi cap. 5. §. 15.* Iacob. de Graff. *in decis. aureis p. 1. lib. 2. cap. 42.* Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 29. n. 176.* Chamerota *vbi supra,* Barthol. ab Angelo *de Missa dialogo 5. §. 617. & 619.* Coninch *de Sacram. q. 83. art. 3. dub. 1. num. 224.* Salzed. *ad Bernard. cap. 37.* Nugn. *quæst. 83. art. 3.* Fagundez *d. c. 13. n. 2.* Azor *dict. c. 26. q. 8.* nouissimè Trulench *in exposit. Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 3. dub. 4.* Contra Sotum *in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3.* asserentem vix posse contingere mortale ex celebratione Missæ extra Ecclesiam, si cesset scandalum, quem sequitur Sà *in aphorism. verb. Missa, numer. 20.*

3 Extra casum igitur necessitatis solitum est impetrari, & concedi plerisque à lege Canonica, vel à Summo Pontifice priuilegium, vt vbique vel ab Episcopis, vt in suis diœcesibus, cum Altari portatili liceat celebrari; de lege constat in priuilegio Episcoporum, de quo *in cap. vlt. de priuil. lib. 6.* Diana *moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 13.* De Summo autem Pontifice probat optimè text. *in cap. in his 30. de priuileg.* ibi, *cum Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus duximus indulgendum, vt vbicunque fuerint sine Parochialis iuris præiudicio, cum altari valeant viatico celebrare,* &c. de quo priuilegio meminerunt omnes de hac materia agentes; illudque à Sixto IV. Alexandro VI. Gregor. XIII. renouatum, & ampliatum comprobat, & explicat Fr. Emman. *dict. q. 43. art. 4.* alia similia adducens concessa Patribus Societatis Iesu, quorum etiam meminerunt Henriq. *d. cap. 27. §. 3. in dicto commento lit. T.* Suar. *d. sect. 3. vers. quarta exceptio.* De forma concedendi Breue in Romana Curia per Signaturam supplicationis, vel Pœnitentiariæ officium, nobilibus, aut litteratis personis, habendi Oratoria, multa scribunt Staphil. *de lit. gratia tit. de rescriptis Apostolicis in forma Breuis, num. 8.* Ludou. Gomez *in tract. Breuium, num. 26.* Mandos. *in signatura, tit. de Altari portatili.* Steph. Durantes *de ritibus Ecclesiæ cap. 25. num. 7.* & alij recentiores. Vtrùm autem si quis habuerit licentiam celebrandi in Oratorio domus suæ in certa ciuitate, possit vti hoc priuilegio si transferat domicilium in aliam? Affirmatiuam partem, quia hoc non est priuilegium locale, sed personale, sustinent Anton. Nouar. *in sum. Bullarum, tit. de Oratoriis priuatis num. 6.* Megal. *var. resolut. tom. 2. resol. 67.* Diana *moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 208.*

4 Post Concil. Trid. *in d. decreto de obseruandis in sacrificio Missæ sess. 22.* non ita licitus & liber est vsus horum priuilegiorum: sed potius maximè controuersum, vtrum sublatæ sint huiusmodi licentiæ Iure communi, vel priuilegio Pontificio concessæ Minoribus Mendicantibus, & Prædicatoribus *in dict. cap. in his?* Et in primis quòd sint derogatæ tenent Nauar. *dict. num. 82. in fine.* Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib. 2. c. 6. num. 3. vers quo etiam decreto, & num 8.* Henriq. *dict. §. 3. in commento lit. T,* Suar. *dict. sect. 3. vers. quarta exceptio,* Azor. *dict. cap. 26. quæs. 7.* Chamerota *dict. dub. 15.* Beia *in respons. casuum conscientiæ part. 4. casu 33. vers. & quamuis,* Coninch *dict. quæst 83. num. 126.* Ragus. *de Missa in Ecclesia quæsito 57. num. 1* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. quæst. 41. art. 9. concl. 4.* Molfes. *in sum. tract. 3. cap. 10. num 39.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Missa differ. 2. in princip.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract. 4. quæst. 137.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta part. 1. lib. 3. cap. 13. à num. 16.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 30. num. 15.* comprobantes ex verbis Concil. *vers. neminem,* dum præcipit Episcopis, ne patiantur extra Ecclesiam, & ad diuinum cultum dedicata Oratoria, Sacrificium fieri à sæcularibus quibuscumque, adiecta in fine clausula generali derogatoria, quorumcumque priuilegiorum: quare ipso iure aduertunt Azor. & alij proximè citati, iam hodie Religiosos prædictos his priuilegiis vti non posse, nisi post Trid. à Sede Apostolica fuerint confirmata, quemadmodum priuilegia Societatis Iesu confirmasse Paulum III. & Gregor. XIII. cum derogatione Concil. testantur Henriq. *in d. §. 3. in comment. lit. T,* Fagundez *d. c. 13. num. 17.* Contrarium tamen, quòd Concilium hæc priuilegia non reuocet, contendit Fr. Emman. *d. quæst. 43. art. 5.* sed friuolo fundamento, loquit enim Concil. solum præcipere Ordinariis, vt non obstantibus priuilegiis compellant Regulares ne illis vtantur. Sed retorquetur ex verbis Concilij: non enim præcipit Ordinariis ne permittant vti priuilegiis, sed ne permittant extra Ecclesiam seculares, vel regulares celebrare, adiecta clausula, *non obstantibus priuilegiis.* Deinde quia si dicamus hæc priuilegia reuocata non esse, consequenter dicendum est non posse ab Ordinariis eorum vsum impediri, iuxta text. *in cap. decet, de reg. iuris, lib. 6.* cum vulgaribus.

Quoad priuilegium Episcoporum *in d. cap vlt. de priuileg. lib. 6.* dubitat Nauarr. *cons. 5 sub illo tit. in nouis.* 5
Sed quod per Tridentinum Concilium sublatum non sit, vt certissimum resoluit, decisúmque refert Azor *d. c. 26. quæs. 4.* & multiplici ratione confirmat Beja *d. casu 33. ferè per totum,* & ita declaratum à sacra Congreg. attestantur Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Missa, differ. 2. vers. hæc tamen regula.* Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta, part. 2. lib. 3. cap. 13. n. 19.* Armend. *in additionib. ad recopil. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, n. 73.* vbi etiam ampliat illo priuilegio posse Episcopos vti ob inualetudinem, & *n. 74.* asserit decisum fuisse *die 19. Iunij* 1586. posse Episcopum non valentem commodè accedere ad Ecclesiam, domi celebrare, vel celebrari sibi facere; certè ante Concil. Trid. id Episcopis licebat, præsertim ex *cap. concedimus, & cap. Missarum, de consecrat. dist. 1.* Azor *d. cap. 26. quæs. 5.* Emman. Sà *verb. Episcopus, num. 24.* Fr. Emman. *in sum. tom. 4. c. 51. num. 18.* me citato Alzed. *d. p. 1. cap. 13. num. 4.* & nuncupatim quòd Episcopus extra suam diœcesim existens domi celebrare, vel sibi facere celebrari possit sine licentia Ordinarij, per *d. cap. vlt.* resoluunt Vgolin. *de officio Episcopi, p. 1. c. 2. §. 2. num. 4.* Hieron. Veneto *de examine Episcop. lib. 4. cap. 17. num. 14.* dum non sit in Vrbe, Alzed. *d. part. 1. cap. 13. num. 6.* Sic etiam potest Episcopus, dum iter agit, Missam ante auroram, vel post meridiem dicere, seu alteri concedere, vt eam sibi dicat, docent Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 43.*

*art.*3. Azor *d. lib.*10.*cap.*25. *quaest.*5.*vers.si quaeras*, per gloss. *in d.cap.vlt.verb. indulgemus, de priuil.lib.*6. Emman. Sà *verb. Missa*, *n.*27. Miranda *in man. Pralat. tom.*1.*q.*40. *art.*1.*concl.*1. me citato *in hoc loco* Alzed. *d.part.*1.*cap.*13.*num.*12.

6 Poterat etiam Episcopus concedere, vt in sua diœcesi extra locum sacrum in Altari portatili quis celebraret, prout deducitur ex *d.cap.Missarum*, ibi, *in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit*, *cap. his ergo*, ibi, *nisi in quibus Episcopus iusserit*, *de consecr. dist.*1. expressiúsque probatur ex *dict. cap.in his*, ibi, *ad Pralatis annuentibus licere eisdem*, vbi notat Anton. *num.*7. & communem testatur Abb. *num.*2. ac post Lap.Card.Tusc.*pract. conclus.tom.*1. *litt.A conclus.*31. Mandos.*in tract.de signat gratia*, §. *Altare portatile*: & ante Concil.Tridem. hanc fuisse receptam omnium traditionem fatentur Gutierr. *Canon. lib.*1. *cap.* 30. *num.*25. Nauar. *d. cap.*25.*num.*81. Henriq. *d.cap.* 25. *num.*81. Azor *q.*2. Beja *d.casu* 33. *vers.tertiò dico*, Suar. *vers. secundo obseruandum*, *dictis locis*, Cardos. *in praxi indicum*, *verb.Episcopus*, *num.*9. Fagundez *in quinque Ecclesia pracepta p.*1.*lib.*3.*cap.*13. *num.*6. qui rectè notant malè Syluest. *in sum. verb. Missa, num*, 5. *vers. tertiò*, deducere ex littera *d. cap.in his*, posse Episcopum dare hanc licentiam extra suam diœcesim: nam text. qua parte agit de licentia celebrandi vbique, loquitur de interpretatione priuilegij Sedis Apostolicæ: dum verò inferius ait sine ea permissu Episcopi celebrare potuisse, solum concludit id posse intra propriam diœcesim concedentis, iuxta regulam *c.*2. *de constit.in* 6.

7 Verùm magna est controuersia, an facultas celebrandi extra Ecclesiam, quam diximus concedere posse Episcopum intra suam diœcesim, sit reuocata per Concil. *dict. loco*? Reuocatam esse absolutè tradit Nauar. *dict.num.*81. sequuntur Fusc.*de visitat.lib.*1. *cap.*21. *num.*8. Gutierrez *dict.cap.*30.*num.*25. Cened. *canon.quaest.lib.*1. *quaest.*44. *à num.*6. Cardos. *dict. verb. Episcopus, num.*9. Lotter.*dict.lib.*1.*quaest.*30.*num.*15. Fagundez *in quinque Ecclesia pracepta*, *part.*1. *lib.*3.*c.*13. *a num.* 8. Azor *dict. cap.*26.*quaes.*3. referentes verba Concil. supra citata, quæ absolutè præcipiunt Episcopis, ne permittant extra Ecclesiam, & Oratoria ad diuinum tantùm cultum dedicata, & ab eisdem deputata Ordinariis, & visitanda, hoc sanctum Sacrificium fieri, & ita sæpiùs responderunt Illustrissimi Cardinales super eo decreto. Et nouissimè emanasse decretum *Congreg. Concilij Tridentini*, quo declaratur de oraculo Sanctissimi spectare solum ad Summum Pontificem, & non ad Episcopos concedere licentiam celebrandi in priuatis Oratoriis, refert Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 538. *num. vlt. in* 1. *edit.& resolut.*460. *in fine, in* 2. *edit.* & ita nec iusta de causa posse Episcopum dare facultatem celebrandi in Capella domus priuatæ, & sub diu, etiam adhibito vtroque Altari, firmo scilicet, & portatili, tenent Azor.*dict.cap.*26.*q.*3. Reginald.*d.lib.*29.*n.*176. Coninch *d. quaest.*83. *n.*225. Miranda *in man. Pralat. tom.*1.*quaest.*40.*art.*9 *conclus.*3.*in fine.*

8 Sed per decretum Concilij Tridentini dicto loco prædictæ potestati concedendi has licentias Episcopis iure communi competenti derogatum non esse tuentur Henriq.*d cap.*27.§.1. Sà *verb. Missa*, *n.*10. *in fine*, Beia *d. casu* 33. *vers. tertiò dico*. Nauar. *cons.*5. *num.*2. *sub tit.de priuileg.in nouis*, post multos Cened. *d. quaest.*44. *à num.*4. cum quibus consentire videtur Suar. *d sect.*3. *vers.addis verò*, quem sequitur Fr. Emman. *d. quaest.*43. *art.*6. & non dissentit Aloys. Ricc. *d. resolut.*460.*num.*2. Ragus. *de Missa in Ecclesia quaesito* 57. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum*, *verb. Missa different.*2. *vers. vno tamen in casu*, Bonacin.*de Sacram.disp.*4.*quaest.vlt.puncto* 9.*num.*10. Plasec. *in praxi Episcop.p.*1.*cap.*5.*num.*8.*pag.*77. *& part.*2.*c.*3. *num.*21. *in fine*, vbi refert magna circunspectione vti debere Episcopum in ipsis concedendis licentiis, & nonnisi ex causa grauis necessitatis concedere, vtpote grassante peste, prout resoluit Zerola *in praxi Episcop. part.*1. *verb. Missa pag.* 126. & faciunt quæ Fr. Emman. *quaest. regul.tom.*3.*quaest.*32. *art.*12. *in fine*; Ordinarij enim arbitrio permisit Papa personarum, & infirmitatis qualitate pensata, & pro infirmorum commoditate, vt in priuato Oratorio, vel Altari ad cultum diuinum deputato facultatem celebrandi concedere possit, vt refert decisum Armend. *in additionib. ad recopil. leg. Nauarra lib.*1.*tit.*18.*l.*7.*de Episcopis num.*72. præcipuè autem in huiusmodi concessionibus apponi debet, vt Oratorium decenter structum, & ornatum, ac ab omnibus actibus domesticis liberum existat; tùm vt concessio intelligatur sine Parochialis alterius præiudicio excipiens dies natalis Domini nostri, Resurrectionis, Pentecostes, quibus ibidem celebrari non liceat, sed parochialis frequentetur; quodque alij, præter quam seruitio personæ, cuius intuitu Oratorium conceditur necessarij, ibidem audientes Missam ab obligatione audiendi eam in Ecclesia per hoc non liberentur, quæ ex stylo Rom. Curiæ in facultatibus construendi Oratoria huiusmodi apponere consueuerunt.

Mouentur præcitati Doct. quia Concilium loquitur de communi modo celebrandi, non verò abstulit Episcopis potestatem rationabiliter dispensandi, stante iusta causa, maximè cum moraliter fuerint necessariæ, & quia Concil. intendit solum tollere abusus in celebratione Missarum, non autem casus licitos; ex quibus distinctione possunt conciliari hæ contrariæ opiniones, vt scilicet posterior, quæ hanc potestatem facit Ordinariis, procedat stante necessitate, vel iusta causa; prior verò, quæ eandem negat, habeat locum illa deficiente, vt me citato *in hoc loco* conciliat Alzed. *d. part.*1. *cap.*13. 9
*numer.*9. *vers. sed.* Negari enim nequit etiam hodie posse Episcopum in suo Episcopatu concedere talem vsum ex aliqua iusta causa, ex text.*in cap. concedimus*, *de consec. dist.*1. vt aduertunt Nauar. *d.cons.*5. *num.*2. *de priuileg.* Lotter. *d.lib.*1.*q.*30. *num.*15. *in fine.* 10
Et quod magis est, etiam sine Episcopi licentia propter necessitatem aliquam celebrari poterit super Altare portatili, ex Nauarr. *d.cap.*25. *num.*82. vbi ait hoc esse notandum pro terris, in quibus frequentissimè supplicationes fiunt ad aliqua parua eremitoria, præ quorum foribus solet dici Missa, vt ab omnibus audiatur, seu pro primis. Missis Sacerdotum ad quas maxima multitudo solet conuenire, quam possit capere Ecclesia, sequuntur Gutierr.*canon.lib.*1. *cap.*30. *num.* 25. Lotter. *d. quaest.*30. *num.*15. Et quod 11
magis est posse Vicarium generalem liberè dictam facultatem concedere ex causa graui; & necessaria resoluunt Nauar.*d.cap.*25.*n.*82. Iacob. de Graff.*in aureis decis.lib.*2.*c.*41.*n.*7. quos & alios refert Mari. Antonin.*var.resol.lib.*1.*resol.*112.*casu* 5.

ALLEGATIO XXIV.

Episcopus an debeat quotidie celebrare Missam, vel eam audire, & de obligatione Sacerdotum in Missis pro aliis celebrandis.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Episcopus singulis diebus de congruentia, & bene esse dicere, vel audire Missam debet.*
Sacerdos est minister sacrificij Missæ, ibid.

2 *Eleemosyna, seu stipendium potest accipi pro celebratione Missæ, pactóque exigi, sine labe simoniæ.*

3 *Pitantiæ saxatio pro sacrificio Missæ est iusta, quæ in qualibet regione communi consuetudine recepta, & approbata est.*

4 *Sacerdotem recipientem à pluribus plura stipendia pro Missæ celebratione posse vnica Missa omnibus satisfacere tenent aliqui citati.*

5 *Contrarium verius, etiamsi accedat Superioris consensus, secus si peculiare interueniat Summi Pontificis priuilegium.*

6 *Sacerdos vnica Missa satisfaciens multis, à quibus diuersa accepit stipendia, tenetur ad restitutionem.*

7 *Missa pro multis dicta, non tantundem singulis prodest, ac si pro vno solo diceretur.*

8 *Episcopus potest legem condere, vt certum stipendium pro Missæ sacrificio exigatur, ita vt laici non dent minus, nec Sacerdotes magis exigant.*

9 *Episcopus non potest statuere, vt Saerdotes non accipiant minorem pitantiam.*

10 *Sacerdotes exigentes importunè ab inuitis eleemosynam supra taxam ab Episcopo præscriptam, peccant mortaliter.*

11 *Sacerdos accipiens certam quantitatem pecuniæ pro dicendis Missis, an possit eas facere celebrari per alios minori pitantia, retenta sibi parte eleemosynarum inscio dante, & insciis Sacerdotibus celebrantibus.*

12 *Missas an liceat celebrare anticipatè? refertur ad hoc Bulla Clementis VIII.*

13 *Consuetudo celebrandi anticipatè non est approbanda, nec tolerenda.*

14 *Sacerdos, qui ex obligatione alicuius Capellæ, vel imposterum pro certa intentione tenetur Missas celebrare, potest eas anticipatè dicere.*

15 *Missa sine peccato dici potest non recitatis Matutinis.*

16 *Parochus obligatur populum monere, vt Missas frequentet, non tamen cogere potest, vt audiat in Parochia.*

17 *Verbum* moneo, *inducit consilium, & non preceptum.*

18 *Missæ audiendæ præceptum adimpletur quocumque in loco illa audiatur.*

19 *Missam audire nolens in propria Parochia ex contemptu, aut quando Parochus declarat ea, quæ Parochiani scire tenentur, peccat mortaliter.*

20 *Constitutio Leonis X. qua declaratur satisfieri huic præcepto, si audiatur Missa in Ecclesiis Regularium, refertur.*

21 *Episcopus potest cogere Regulares, vt in offertorio Missarum conuentualium declarent fidelibus, quæ festiuitates, & ieiunia in illa hebdomada occurrant.*

22 *Sacerdotes curam animarum habentes tenentur per se, vel per alios celebrare singulis saltem diebus, quibus opus est, vt satisfaciant muneri suo.*

23 *Parochi non obligantur ad applicationem sacrificij pro populo singulis prædictis diebus, nisi iuxta viri prudentis arbitrium.*

24 *Parochi ab Ecclesiis arcere debent Musicas eas, vbi siue Organo, siue cantu lasciuum aliquid misceatur.*

25 *Repræsentationes in Ecclesiis fieri prohibentur.*

26 *Salsationes in Ecclesia permitti non debent.*

27 *Conuiuia in Ecclesia cum irreuerentia loci sacri celebrare, peccatum est mortale.*

28 *Capellanus tenetur sub mortali, nisi iusta de causa Missas celebrare iuxta institutionem Capellaniæ, & intentionem fundatoris.*

29 *Episcopus non potest compellere obtinentem Capellaniam, vt ipsemet celebret, licèt in eius fundatione disponatur, quòd Capellani celebrent.*

30 *Verba erectionis quando expressè significarent intentionem esse, vt per ipsum Capellanum Missarum celebratio fieret, tunc per substitutum satisfieri non poterit.*

31 *Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, quando possit per substitutum satisfacere?*

32 *Capellanus, qui ex permissione, vel fundatione tenetur celebrare certas, & peculiares Missas, malè agit si alias celebret.*

33 *Capellanus, qui ex titulo, vel conuentione tenetur in aliqua Ecclesia, vel altari celebrare, non potest absque peccato mortali alibi celebrare.*

34 *Causa legitimæ non celebrandi in Altari designato referuntur.*

35 *Capellanus etiam de consensu heredum celebrans alibi, quam in Altari designato, male agit.*

36 *Celebrans absque iusta causa alibi, quàm loco designato, peccat mortaliter, non tamen tenetur ad aliquam restitutionem.*

37 *Capellania Sacerdotalis iudicanda est, si illius verba essent,* vt in ea præsentaretur, aut nominaretur Presbyter, siue Sacerdos.

38 *Statutum habens quòd prouisus de Capellania sit Sacerdos, vel Capellanus, oportet vt sit actu Sacerdos.*

39 *Idem si dixerit, quod* sit Capellanus, vel Sacerdos.

40 *Verba si respiciant actum præsentationis, veluti, præsentetur Presbyter, tunc præsentandus debet esse actu Sacerdos, secus verò, si Presbyterum significantia prosecutionem præsentationis respiciunt.*

41 *Contrarium tenent aliqui resoluentes, quod si inbratur præsentari in patronatu, vel Capella Presbyter Capellanus, sufficiet si præsentetur non Sacerdos.*

42 *Sed prima sententia verior, contrariísque respondetur fundamentis.*

43 *Capellania fundata, quod Capellanus celebret, seu debeat celebrare tot Missas, an debeat esse actu Sacerdos.*

44 *Capellania non requirit residentiam personalem, cui est annexum onus celebrandi certas Missas singulis hebdomadibus.*

45 *Episcopus de consensu patroni an possit pro vna vice Capellaniam requirentem actu Presbyteratum non Presbytero conferre? & num. 46.*

47 *Capellania an, & quando sit incompatibilis cum alio beneficio?*

48 *Doctores de sacrificio Missæ agentes referuntur.*

OMINICIS, & festiuis diebus solemnibus debere Episcopos celebrare, & tam frequenter quòd suo muneri satisfaciant, data opportunitate, resoluunt Marc. Anton. Genuens. *in manuali Prælat. c.* 12. Aloys. Rice. *in praxi aurea resol* 203. *n.* 6. vbi etiam obseruat illos non teneri quotidie audire Sacrum, prout antè censuerat Naoar. *in man. cap.* 22. *n.* 2. *& de horis Canon. cap.* 39. *n.* 19. Non obstat *cap. vlt. de priuil. lib.* 6. vbi dicitur quòd Episcopus singulis diebus dicat, vel audiat Missam, Alzed. *de præcell. Episc dignit. part.* 1. *c.* 13. *n.* 1. quia intelligitur de congruentia, & de consilio, 1

& bene esse, vt respondent Aloys. Ricc. *citato loco*, & nouissimè Conlusitanus noster Stephan. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta præc.1. lib.2. c.2. n.11.* vbi citar Nauar. *in man.cap.21.num.2. prope finem*, Syluest. *verb. Missa 2.quæst.1.vers. dicitur tertiò*, Rosell. *eodem verbo* §.23. Azor. *instit.moral. part.1. lib.7. cap.4. quæs.3.* Cum autem deceat Episcopos quotidie rem diuinam audire, possunt cùm iter faciunt celebrare, vel ab alio Sacerdote celebrari facere notabiliter ante lucem, vel post meridiem, spatio videlicet vnius horæ; est enim hoc vnum ex priuilegiis Episcopo Iure concessis. Ita gloss. *in d.cap. vlt.* Syluest. *d. verb. Missa 1. quæst.6.* Palud. *in 4. dist.13.q.2. concl.2. art.2.* Henriq. *in sum lib.9. de Missa cap.24.§.5 lit. O*, Azor *instit.moral.p.1.lib.10. cap.25. vers. si quæras.* Nauar. *in man.cap.25. n.85.* vbi asserit nulla ratione firma id probari posse, quia tamen addit vsu iam receptam esse hanc opinionem, videtur posse defendi ob Episcopi prærogatiuas, quas refert glos. *in d.c. vlt.* quod etiam concedi Cardinalibus quamuis iter non faciant, asserunt Sot. *in 4. dist.13. q.2. art.2.* Palud. & Henriq. *citatis locis*. Illud aduertere oportet quod in Altari, in quo Episcopus sacrificat, non potest ea die sacrificare alius Sacerdos, nisi de licentia Episcopi, *cap.fin.de consec.dist.2.* Henriq. *d.lib.9. cap.28. §.1.* Fagundez *d. præc.1. lib.3. cap.22.num.5.* vbi intelligit de Missa solemni, & Pontificali, Azor. *instit.moral.part.1. lib.10.c.27 q.10.* Bonacin. *de Sacram. disp.4.q. vlt. p.9. n 15.* Basil. de Leon *var.disput.lib.1.c.2. in princ.* Vgolin. *de offic. Episc.p.1.cap.2.§.2.n.4.* Alzed. *d.p.1.cap.13. n.24.* vbi hoc intelligit quando Episcopus in Pontificalibus celebrauit solemniter.

Sacerdos est minister consecrationis, quam constat vnam esse ex præcipuis partibus Sacrificij, *cap.1. §. vna, versic.& hoc, de Summa Trinitate*, Concil.Trid. *sess.23. cap.1. & can.1.* S. Thom. *3.part.quæst.83. art.1.* Chamer. *de Sacram tract.4.de Eucharist.cap.9.de Ministro dub.1.disp 2.* Barthol.ab Angelo *in examine Confess.dialog.5.de Missa, & de ministro sacrificij ipsius Missæ, §.125.* Henriq. *d.lib.9.cap.18.§. 2.in princ.* Azor *instit. moral. p.1. lib.10. cap.23. in princip.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta præc.3.lib.3.c.1.*

2 Pro celebratione Missarum potest Sacerdos eleemosynam, seu stipendium in sui sustentationem accipere, mercedemque ex pacto absque simoniæ labe exigere, vt per Mich. Timoth. *de sacrificio Missæ tract.3. q.48.* Iacob. de Graffis *in aureis decis. p.1.lib.2. cap.96. num.32.* Gutier. *canon. lib.1.cap.19. à numer.3.* Vgolin. *de simonia tab.1.cap.9.* Henriq. *dict.lib.9.c.21. §.4. & cap.12. §.1.* Motla *in emporio Iuris Ciuilis p.1. tit.1. quæst.13 in princip.* Petr. de Ledesma *in sum. p.1. de Sacram.* vbi *de Euchar.cap.18. vers quarta conclusio*, Suar. *tom.1.de Relig.lib 4.cap.14. & part.3.q.83.art.6. disp 86.sect.1.vers. circa alium modum, & sect.3.* Vasq. *tom.3.disp.234.* Barthol.ab Angelo *d.dialogo 5.§.528.* Cened. *ad Decretal.collect.44.num.3.* Fraxinel. *de obligat.Sacerd.sect.3. prænot.1. num.2. & 5.* Ægid. de Coninch *de Sacram.tom.1.q.83.num.193. cum seqq.* Azor. *institut. moral. p.3. lib.12. cap.3. quæs.5.* Less. *de Iustit. libr.2. cap.35. dub.8.* Homobon. de Bonis *de exam. Ecclesiast. p.1. tract.4.c.13. num.116.* & nouissimè Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta præc. 1. lib.3. cap.7. à num.5.* Lezana *in sum. quæst. Regul. cap.21. num.4.*

3 Iusta pitantiæ taxatio pro sacrificio Missæ illa dicitur, quæ in qualibet regione communi consuetudine recepta, & approbata est à Viris prudentibus, & Deum timentibus, vel quæ taxata fuerit à Superiore habente potestatem. Ita Petr. de Ledesma *d. cap.18. concl.7.& 8.* Aragon. *2.2.q.85. de sacrific.art.3. vers. sed dubitabit aliquis*, Zerola *in praxi Episcopor. part.1.verb. Missa §.3. concl.2. & 3.* Vasq. *d.disp.324. cap.4.* Fr.Emman. *in sum.part.1.cap.251.concl.4.* Suar. *tom.3. in 3.p. disp.86 sect.2.vers. sed circa, & vers. dico secundò*, Gutier. *d.cap.29.num.3.* Nugn. *de Sacram.tom. 1.ad quæst.83.art.1.part.3.tract.de sacrific.dub.9.concl.1.* Cened. *canon. quæst.lib.1.quæst,27.num.4.* Fraxinel. *d. sect.3.prænot.5. §.2.* Franc. Ludou. Miranda *in man. Prælat.tom.2.quæst.41.art.23.conclus.1.* Fagundez *d.c.7. num.6.*

Non possunt tamen Episcopi per Constitutiones, aut statuta præcipere, vt ne plus donetur quàm pretium taxatum, nec minus accipiatur; ita Nauar. *in man. cap.23. num.106.* Fr. Emman. *d. part.1.cap. 231. num.2.* Cened. *d.q.27.num.3.* post multos, quos refert idem tenet Fagundez *d.cap.7.num.8.* vbi *num.9.* hinc infert iniustum esse statutum, & scandalosum, ac simoniacum si statueretur, quòd nulli alij Sacerdotes Missas defunctorum celebrarent, aut officia mortuorum efficerent, nisi Sacerdotes talis Parochiæ, aut Cathedralis, & hi quod non celebrent, nec officia efficiant nisi pro certo stipendio. Sic nullo modo potest Episcopus cogere hæredes defunctorum, vt ad exequias celebrandas conuocent dumtaxat Clericos Parochialis Ecclesiæ, exclusis aliis, donec impleatur numerus Clericorum Parochialis Ecclesiæ, vt optimè docent Syluest. *in sum. verb. immunitas 2.sub num.7.& verb. simonia num.11.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol.c.48.n.5.* quos refert Fagundez *d.c.7.n.9.in med.*

Sacerdotem pauperem accipientem à pluribus plura stipendia pro Missæ celebratione, posse vnica Missa omnibus satisfacere sentiunt aliqui, saltem si stipendia simul sumpta non excedant quantitatem necessariam ad strictam ipsius Sacerdotis sustentationem pro vnico die, & remoto secularium scandalo ex Sacerdotum auaritia; ex eo, quia neminem defraudat, cùm sacrificium Missæ sit valoris infinitè extensiuè; tum quia videretur damnanda consuetudo Ecclesiæ, quæ plures conuocat ad eandem Missam audiendam; tum denique, quia qui Altari seruit, de Altari viuere debet secundum Apostolum relatum *in cap.cum secundum, de præbend.* Quibus potissimum fundamentis hanc partem tuentur Sot. *de Iustit. lib. 9.q.3.art.1.dub.7.resp.1. & 2.* Angel. *verb. Missa n.52.* post Syluest. & alios Ludouic. Beja *respons. casuum Conscientiæ p.1.casu 12.* Cano *de locis Theolog. lib.12. cap.13.* Fr. Emman. *in summ.tom 1.cap.252.num.4.conclus.4.ad finem*, Ioan. Dominic. Montagn. *c.26.* Nugn. *in 3.p.q.89.art.1.dub 9.concl.4.& 5.* Petr. Nau. *de restit. lib.2.c.2.n.433.* 4

Contrarium tamen verius, & receptius puto: prima enim opinio non modicam animis hominum ingerit sordidæ cupiditatis, & auaritiæ suspicionem, scandalumque inter populares excitat, quia non statur promissis: tum quia pro eadem Missa plures recipiens eleemosynas, nescientibus offerentibus, facit contra ipsorum voluntatem, & his atque aliis rationibus contrariis bene respondentes, hanc sententiam melius defendunt Nauar. *in man cap.25.num. 92. & cons.8.de celebrat. Missar. in nouis.* Emman. Sa *verb. Missa, num.44.* D. Anton. *part.1.tit.10.cap.2.n.4.* Nald. *verb.Capellania,num.11.* Tolet. *lib.2.cap.8.num.3.* Henriq. *dict. lib.9. cap.21. num.4. & cap.22. numer.5.* Graff *in decis.aureis,part.1.lib.2.cap.45.* Bellarm. *in controu. Catholicis, tom.2.lib.2. de Missa, cap.4 proposit.4.* Chamerot. *de Sacram.tract.4.de Eucharist tit.de Missæ sacrificio dub.11.pag.176.* Suar. *tom.3.disp.86.sect.2.& 3.* Vincent. Fernand. *in mixt.disput.de Sacrificio Missæ ad repet.text, in can. cum frangitur, de consecr.distinct.2.* 5

p.4.

p.4.dub.vnic.ad 6.in fin. Vasq.3.p.tom.3.disp.134.cap.4. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. part.1. tract.4.c.13.q.119. Fagondez in quinque Eccl. pracepta lib.3.cap.2.num.7. Mirand. in man. Prelator. tom.1.q.41. artic. 23. conclus.5. Dian. resolut. mor. part. 1. tractat. 14. resolut.8. Lezana in summ. quast. Regul. cap. 21. num.5. Bartholom. ab Angelo dial. 5.§.509. & §.749. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.23. num.234. & lib.29. num.157. Paul. Fraxinel. de obligationib. Sacerd. sect.4. conclus.1.§.1. Coninch dict. q.83. num.191. Quod adeò verum est vt neque Sacerdos pauper, exclusa extrema necessitate, possit pro vnica Missa tot stipendia accipere, quot sufficiant ad sui sustentationem, Azor. instit.moral.p.1. lib.10.c.10. §. quod primum, Gutier. canon.lib.1.cap.29.n.10. Steph. Fagundez d.p.1.lib.3.cap.9.n.7.& 8. nouissimè me citato in hoc loco Torteblanca in practicab. Iuris spirit. lib.2.cap.9.n.70. Item procedit etiamsi sciente, & concedente Superiore id faciat, cum non possit remittere obligationem Iure naturali, & diuino debitam, vt per Nauar. dict. consil.8. & Fraxinell. dict. sect.4. conclus.2.§.2. Secùs tamen ex peculiari Summi Pontificis priuilegio; tùm quia sicut potest stipendia, quæ pro Missis dantur, generaliter taxare, & etiam augere, si expedire iudicauerit, ita potest in illis dispensare, propter alicuius Ecclesiæ, vel Monasterij beneficium, quando iusta causa, vel necessitas intercedit; tùm quia Papa in restitutione incertorum bonorum, in obligationibus vltimarum voluntatum, & in piis causis propter commune Ecclesiæ bonum dispensare potest, & tenent Syluest. verb. Missa 1.num.20. Henriq. d. cap.22. num.7. Reginald. lib.23. num.239. Fraxinell. de obligationib. Sacerd. sect.7.§.11.& 12.

6 Hinc etiam adeò verum est Sacerdotem accipientem à pluribus plura stipendia pro Missæ celebratione non posse vnica Missa omnibus satisfacere, vt si hoc faciat, teneatur ad restitutionem: ex violatione enim iustitiæ cum damno alterius consurgit obligatio restituendi. Ita Petr. Nauar. de restit. lib.2. cap.2. num.329.& 381. Graffis dict. cap 45. num.17. Fr. Emman. p.1.cap.251. de Missa conclus.2. & 4. Vasq. tom.3. disp.213. cap.4. Fraxinel. d. sect.4. conclus.5.§.1. & aliis locis suprà citatis, qui Fraxinel. §.4. cum Petr. Nauar. quem citat, & sequitur, resoluit prædictum Sacerdotem, vt faciat restitutionem, teneri Missas prætermissas celebrare, vel curare vt per alios celebrentur, vel restituere eleemosynas acceptas, admonitis his, qui eas dederunt, Missas non fuisse celebratas.

Nouissimè *Sacra Congreg. Cardinalium Concilij Trid. interpretum S.D.N.* Vrbani VIII. auctoritate sibi specialiter attributa hac in re ita decreuit. *Deinceps vbi pro pluribus Missis etiam eiusdem qualitatis celebrandis plura stipendia quantumcumque incongrua, & exigua, siue ab vna, siue à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibuscumque tam Secularibus, quam Regularibus, Sacra Congreg. sub obtestatione diuini Iudicij mandat ac præcipit, vt absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributa eleemosynæ præscripta fuerint, ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant, quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur. Id verò vt deinceps obseruetur exactius, Sacra Congregat. eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibuscumque personis, Ecclesiis, ac locis piis tam Secularibus, quàm Regularibus cuiuscumque Ordinis, Congregationis & Instituti quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.* Quæ repetiuntur in decretis de celebratione Missarum, apud Typographiam R. Cameræ Apost. impressis de anno 1625.

Postea eadem *Sacra Congreg.* super prædictis decretis de celebratione Missarum, S. D. N. Vrbano VIII. approbante, declarauit *permittendum non esse vt Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum administratores ex eleemosynis Missarum celebrandarum vllam, vtcumque minimam portionem, retineant ratione reddituum, quos in vsum earundem expensarum irrogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ Sacrificio necessariò sunt subeunda, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, vt ex pecuniis, quæ supersunt, expensis vt supra deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscripta fuerint ab offerentibus eleemosynas.*

Deinde declarauit satis esse, vt Rector beneficij, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem ciuitatis, vel prouinciæ, nisi ex fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit.

Vlteriùs censuit Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna maior solite pro celebratione Missæ, debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, & nullam illius partem sibi retinere posse. Declarans pariter quando tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem suæ ciuitatis, vel prouinciæ, ac etiam cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam iuxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo teneri Missas illas ab offerente præscriptas celebrare. Quas quidem declarationes originales præ manibus habui, & impressas vidi in typographia Cameræ Apost. *de anno* 1626. Quoad Rectorem beneficij certum est satis esse vt ille, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem ciuitatis, non ad rationem redditu um beneficij: ita post Fagundez, Barthol. à S. Fausto, & Dianam, resoluit Alphons. de Leone *de officio Capellani* q.5. sect.29. n.301. vbi n. seqq. id ampliat etiam ad Capellanos Capellaniæ non collatiuæ.

Quamuis Missæ valor extensiuè, seu indetermi- 7
natè, vel, vt aiunt, syncategorematicè acceptus, infinitus sit, hoc est, non tantum prodest, quin magis possit prodesse, siue non tantum fructum exhibet, quin possit maiorem, ita vt non pro tot, quin etiam pro pluribus, & in maiori gradu applicari, & prodesse possit; tamen dum Sacerdos, vt causa proxima specialiter vnam Missam offert pro seipso, aut pro alio respondentem oblationi Sacerdotis, etiam nihil offerente; habet non solum effectum finitum, sed virtutem, efficaciamque, & valorem simpliciter finitum, qui effectus in plures diuisus, minus vtilis est singulis, & ita qui Missam pro multis offert, non tantumdem singulis prodest, ac si pro vno solo diceretur; de quo vide Nauarr. in man. cap.15. num.92. & num.111. vers.35. & consil.8. num.2. & consil.9. num.2. de celebrat. Missarum, in nouis Petr. Nauar. lib.2. de restit. cap.1. à num.262. Marc. Anton. Cuth. lib.5. instit. maiorum, tit.6. num.77. Ioan. Medin. in Cod. de oratione, cap. de valore Orationis pro multis fusa, Spin. in speculo testamentor. glos. 13. princip. à num. 55. Ludouic. Lopez part.2. cap.78. de Eucharistia, vers. nam; Hieronym. Llamas in 3 part. methodi cap. 13. §. 17.

Dimas in tract. de Purgat. cap. 37. per totum, Fr. Emman. dict. cap. 252. num. 1. Graff. dict. lib. 2. cap. 45. à num. 16. Humad. l. 41. gloss. 2. à num. 3. tit. 4. part. 1. Nugn. in 3. patrem Diui Thomæ, quæst. 83 art. 1. dub. 8. §. in 3. parte, concl. 3. Dominic. Montagn. in tract. de Missa, cap. 30. Henriq. d. lib. 9. cap. 19. §. 5. Suar. tom. 3. quæst. 79. sect. 12 & tom. 4. disp. 48. sect. 6. Greg. de Valentia tom. 4. disp. 6. quæst. 11. punct. 1. §. 25. Fraxinell. sect. 3. præn. 4. §. 7. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. c. 21. quæst. 1. Chamerot. dict. tit. de Missæ sacrificio dub. 10. pag. 272. cum seqq. Vasq. 3. p. tom. 3. disp. 230. cap. 3. Zerola in praxi Episcop. dict. verb. Missa, §. 4. Petr. de Ledesma in sum. part. 1. de Eucharistia, cap. 17. concl. 13. Galet. in margarita casuum conscientiæ, verb. Missa, pag. 142. col. 1. Pesant. 3. part. quæst. 83. art. 6. disput. 4. Coninch dict. quæst. 83. num. 186. in fine, Fr. Ludou. Miranda in man. Prælat. tom. 1. quæst. 41. art. 19. & 20. latè Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta part. 1. lib. 3. cap. 8. num. 7. cum seqq. Gauant. in comment. ad rub. Missalis, part. 2. lib. 8. n. 3. vers. hoc loco. nouissimè Alphons. de Leone de officio Capellan. q. 7. sect. 5. num. 26. cum sequentibus.

8 Ad euitanda scandala, quæ facilè possent suboriri in exigendis pro Missæ Sacrificio stipendiis, potest Episcopus legem condere, qua certum stipendium arbitretur; ita vt laici non dent minus, nec Sacerdotes magis exigant: ita Corduba lib. 1. quæst. 4. dub. 4. Suar. disp. 86. sect. 2. conclus. 1. Reginald. lib. 23. n. 241. Miranda dict. quæst. 41. art. 23. quamuis contrarium teneant Nauarr. Sot. atque alij.

9 Non potest tamen Episcopus statuere, vt Sacerdotes non accipiant minorem pecuniam, quia esset occludere viam liberalitati, charitati, & pietati, cùm Sacerdotes liberalitatem exercere possint in remittendis eleemosynis sibi debitis; ita vltra Suar. & Reginald. citatis locis, resoluunt Fr. Emman. d. cap. 252. num. 4. Bartholom. ab Angelo d. dialog. 5. §. 527.

10 Vnde si Sacerdos exigat importunè ab inuitis eleemosynam supra taxam ab Episcopo præscriptam, peccabit mortaliter, ad restitutionémque tenebitur, secùs si ex liberalitate offerentis recipiat eleemosynam pinguiorem supra taxam, quia sicut liberum est Sacerdoti minus stipendium accipere, ita etiam liberum est maius accipere à sponte dantibus: leges enim Prælatorum pietatem non præcludunt, & consuetudines non consistunt in indiuisibili, est aliud ex iustitia exigere, & aliud gratis donare, vel remittere: ideo lex iustitiæ non impedit opera liberalitatis, & Christianæ misericordiæ, Reginald. lib. 23. num. 232. Luduuic. Miranda in man. Prælatorum tom. 1. quæst. 41. art. 43. conclus. 1. & 2. Suar. disp. 86 sect. 2. concl. 1. Posseuin. cap. 2. n. 25. Fraxinell. de obligationibus Sacerdot. sect. 3. prænot. 5. §. 3. Less. de iustitia libr. 2. cap. 4. dubit. 6. num. 37. Mich. Zanar. p. 1. direct. Theolog. de Euchar. cap. 13. de Missa vers. decimò dico. Sacerdotem tamen pro obligatione celebrandi summo mane, vel in loco à ciuitate distanti pro labore prævio in itinere, vel etiam certis diebus, & indeterminatis locis posse pinguius recipere stipendium, quàm lege sit, aut consuetudine receptum, tenent Fraxinel. d. sect. 3. prænot. 1. §. 2. Graffis d. lib. 2. c. 96. num. 34.

11 Sacerdos, qui aliquam pecuniæ quantitatem accepit per se, vel per alium, pro dicendis Missis, vel vt eas faciat celebrare per alios, potest per alios Sacerdotes satisfacere minori pitantia, retenta sibi parte eleemosynarum, inscio dante, & insciis Sacerdotibus celebrantibus; modo illis tantam tradat eleemosynam, quantam fert communis taxa, & modo sit Parochus, vel alicuius populi curam habens, & pecuniam illam accipiat à lege, vel consuetudine assignante sibi certam quantitatem ex quaque Missæ pitantia; secùs verò si Sacrista, vel alius sit, qui stipendia colligat, vt per alios curet Missas celebrare; quia tunc non potest sibi partem retinere, iuxta quæ reducenda sunt dicta per Sot. de iustitia lib. 9. quæst. 3. art. 1. vers. sed hoc propterea, Nauar. in man. cap. 25. num. 91. vers. 24. Ludou. Lopez in instruct. conscientiæ p. 2. tit. de Eucharistia cap. 78. vers. insuper, Fr. Emman. p. 1. sum. cap. 252. concl. 4. Sà verb. Missa n. 45. Lud. Beja in resp. casuum conscientiæ p. 1. casu 12. in fine, Aragon. 2. 2. q. 85. de sacrificiis art. 3. p. 683. Nald. verb. Missa num. 20. Henriq. lib. 9. cap. 22. num. 8. Suar. p. 3. disp. 88. sect. 33. Gutier. canonic. lib. 1. cap. 29. numer. 32. Reginald. lib. 23. num. 240. Vega in sum. tom. 2. cap. 41. casu 3. Fraxinel. sect. 3. prænot. 5. § 4 Vasq p. 3. disp. 234. cap. 4. num. 30. Posseuin. de officio Curati cap. 1. num. 19. Barth. ab Angelo dial. 5. §. 513. latè Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. Missa different. 1. Bonacin. de Sacram disp. 4. quæst. vlt. puncto 8. diffic. vlt. Homobon. de examine Eccles. tract. 4. cap. 14. q. 131. Cened. Canon. q. 27. num. 10. Fagundez d. p. 1. lib. 3. c. 9. num. 17. Gauant. in comment. ad rub. Missalis p. 3. tit. 12. n. 34. & 35. Diana d. part. 1. tract. 14. resolut. 10. cum seqq.

Nouissimè Sacra Congreg. Illustriss. Cardinalium S. Concilij Trident. interpretum omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta celebrandam committat; prout reperitur in decretis de celebratione Missarum apud Typographiam R. Cameræ Apostol. impressis de anno 1625.

12 Quæstio est in hac materia controuersa, vtrùm scilicet liceat Sacerdoti Missas celebrare anticipatè? Super qua quæstione emanauit à Sacra Congregat. Concilij Trident. decisio ex mandato S. D. Clementis VIII. cuius tenor talis est. *Superioribus diebus significatum fuit S. D. N. paucis ab hinc annis in Hispania nouam consuetudinem recentiorum aliquot Theologorum opinione nixam sensim receptam, in dies magis inualuisse, vt Sacerdotes Missam celebrantes, eius valorem generalem applicent his, qui postea Missæ celebrationem postulaturi, ac pro eo eleemosynam præbituri sunt, tametsi antequam Missæ sacrificium perageretur, neque à Sacerdote illud rogassent, neque ei hac de causa præstitissent eleemosynam. Quam rem cum Sanctitas sua ad Sacram Congreg. Cardinalium Concil. Trident. Interpretum pro materiæ grauitate examinandam retecisset, in ipsa Congregatione primum de ea actum fuit diligentissimè, ac deinde relatum ad Sanctitatem suam, qui ex eiusdem congreg. sententia huiusmodi consuetudinem tanquam pluribus nominibus periculosam, fidelium scandalis, & offensionibus obnoxiam, atque à vetusto Ecclesiæ more nimium abhorrentem explosit, ac improbauit, atque Amplitudini tuæ litteras dari, quod facimus, mandauit, vt omnibus illius Regni Archiepiscopis, atque Episcopis, in quorum diœcesibus huiusmodi applicatio in vsum inducta fuerit, per litteras aut alias scripto iniungat, vt talem vsum aboleant, ac prohibeant excommunicationis, atque aliis, quas opportunas, & necessarias existimauerint, pœnis. Idemque præcipiat Generalibus, & Capitibus Ordinum, quos in istis Regnis nunc reperit commorari, vt scilicet, & ipsi Regularibus sibi subditis talibus applicationibus, eisdem pœnis propositis, interdicant. Quæ omnia pro sua pietate, & Sanctissimi Domini nostri iussu obsequendi studio Amplitudinem tuam sedulo effecturum sperantes Omnipotentem Deum rogamus, vt eam quotidie cœlestis suæ gratiæ donis velit auctiorem. Romæ die 15. Nouemb. 1605.* de qua declaratione meminerunt

minerunt Laurent. de Peirinis tom.2. priuileg. Minim. inter Constit. Vrbani VIII. num.9. Gauant. in thesauro tom.1.p.3.tit.12.à n.34. Lezana in sum. quæst. Regul. c.21. num 7.

13 Ex quibus iam colliges in praxi consuetudinem celebrandi anticipatè non esse approbandam, nec tolerandam; tum quia redolet nimiam lucri cupiditatem: tum quia par est, vt qui tradit eleemosynam, sciat Missam pro se celebrandam, vt melius se disponat ad recipiendum sacrificij fructum, qui potest esse maior, vel minor iuxta maiorem, vel minorem illius dispositionem, ex citatis per Nugn. 3.p.q.83.art.1.§ in 3.p.dub.5. vers. respondetur, Conineh d. tom.1. quæst 83. num.172. conclus.15. tùm quia homines retrahi possent ab eleemosynis in futurum tradendis pro celebratione Missarum, si Sacerdos offerenti eleemosynam responderet, applico tibi Sacrificium. quod aliàs celebraui. Quamobrem homines facilè sibi persuaderent Sacerdotem accipere stipendium, & non persoluere onus, pro quo stipendium accepit. Ita Henriq. d. lib 9. de Missa, cap.21.n.2. Suar. disp.29. sect.9. Reginal. lib.23.n.237. Aragon. de iust. quæst.85. art.3. dub. de illis, qui dicunt Missas anticipatas, Homobon. d. tract. 4. cap.16 q.147. Diana moral. resol. p.1. tract.14. resol.15.

14 Exciperem tamen vnum casum, in quo Sacerdoti licet Missas celebrare anticipatè, videlicet quando ex obligatione alicuius Capellæ quis tenetur Missas certas singulis hebdomadis celebrare, vel in posterum pro certa intentione, quia tunc, si aliud non exprimatur in fundatione Capellaniæ, ex quo voluntas defuncti aliquo modo eludi videri possit, satisfacere poterit illas in hebdomada antecedente celebrando. Ita Petr. de Ledesm. in sum. p.1. de Sacrament. Eucharistia cap. 18. conclus.17. versic. La duda de vn Sacerdote, Fr. Emman. in sum. tom.1. cap.252. concl.8. Reginald. d. lib.23. num.237. Diana d. part.1. tract.14. resol.16. & expressè in Capellano, quod possit præuenire tempus celebrationis resoluit Aloys. Ricc. in praxi decis.400. in 1. edit. & resolut.338. in 2. edit.

15 Quæstio etiam est in hac materia magis difficilis, an scilicet peccet mortaliter, qui celebrat Missam ante Matutini Officij recitationem? De qua particularem tractatum edidit Laurent. Perez Seco, qui inscribitur, An liceat Missam celebrare non recitatis Matutinis. Partem negatiuam, videlicet non esse peccatum mortale facere Sacrum non recitatis Matutinis, veriorem semper censui; quia non videtur tanta connexio inter Missam, & horas Canonicas, vt conuertens hunc Ordinem reus lethalis culpæ sit; tùm quia nulla lege sancitum est sub mortali celebrantem Missam ante Matutinas horas grauiter peccare, quamuis fieri posset, vt peccet venialiter defectu debitæ deuotionis, vt si recitet Matutinum tardiùs, quàm par sit: vnde meritò hanc sententiam tenent Sot. lib.10. de Iustit quæst.5. art.4. conclus 2. & in 4. dist. 23. quæst.2. art.2. Llamas in part.3. methodi, cap.5.§.15. il primo pag.501. Medina part.1. instruct. Confessorum, cap.16. §.2. in fine, Vega in speculo Curatorum, cap.10. §.28. num.254 vers tambien, Ioan. Baptista Conrad. in respons. casuum conscientiæ, casu 242. Cuch. instit. Canon. lib.5. tit.6. num.36 Ludou Lopez in instruct. conscientia, part.1. cap.79 de Eucharistia, vers. denique neque hic, & cap.105. de horis Canon. versic. nunc tamen, Emman. Sà in aphor. verb. Missa. num 12. Petr. Aragon. 2.2. quæst 63. art.12. versic de Ordine, pag 832. Alphons. Vega in sum. part.2. cap.41. cas.16. Scort. de sacrif. Missæ, lib.2. cap.6. Valent. 2.2 disp.6. quæst.2. punct.10. Vasq. in opusc. de benef. cap.4.§.1. art.2. n.6. Paul. Comitol. resp. moral. lib.1. quæst.50. Fr. Emman. in sum. part.1. cap.249. num.12. & quæst. Reg. tom.1. q.43. art.3. Marign. de Horis Canon. cap.46. Bartholom. à S. Fausto eod. tract. lib.2. quæst. 214. Paul. Layman in Theol. moral. lib.5. tract.5. cap.4. assert.4. Posseuin. de officio Curati, cap.2. num.16. Bonacin. de Sacram. disp. 4. quæst. vlt. puncto 9. num.7. Paul. Squillante de obligat. cleric. part.1. dub.27. num.56. Fernandez in examine Theolog. moral. part.3. cap.5. §.4. Villalob. in summ. tom.1. tract.8. diffic.30. num.1. Raph. de la Torre in 2.2. tom.1. controu.8. disput.2. num.6. & 7. Diana moral. resol. part.1. tract.14. resol.36. Lezana in sum. quæst Regul. part.1. cap.21. num.3. Galet. in margarita casuum conscientiæ, verb. Missa, pag.171. col.2. Nugn in 3 part. quæst.83. art.2. Suar. part.3. quæst.83. art.3. disp.82. sect.1. & tom.2. de Relig lib.4. cap.14. num.6. Homobon. de Bonis de humana vita statib. part.1. cap.18. vers. quartè, latè Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta part.1. lib.3. cap.17. à num.22. Petr. Ledesm. in sum. part.1. de sacrament. Eucharistia, cap.23. versic. Octauo, Nald. verb. Missa, num.8. Miranda in man. Prælator. part.1. quæst. 40. art.12. conclus. vnic. Chamerota dict. tit. de sacrificio Missæ dubio 14. Less. de iustit lib.2. cap.37. dub.12. num.81. Coninch de Sacram. tom.1. quæst.83. n.200. Moises. in sum. tract.3. c.2. n.31.

Licèt affirmatiuam opinionem, imò mortale peccatum esse ante Matutinarum recitationem Sacrum facere, teneant D. Anton. part.3. tit.13. cap. 6. §.4. in fine, D. Raymund. in sua summ. lib.3. tit. de Sacram. iterand. in glos verb. pro defunctis, pag.326. Armil. in summ. verb. Missa, num.3. Tabien. eodem verbo, n.7. & Angel. num. 42. Nauar. in man. cap.25. num.83. vers.18. & de horis Canon. cap.3. num.70. & cap.21. n.30. Maiol. de irregularit. lib.3. cap.14. num.1. Antonin. Bernard. in summ. cap 27. num.16. Petrus Boll. in Oeconomia Canon. clas.1. cap.3.§.6. pag.82. versic. Primum est, Melchior de Huelan in epitome Cæremon. & mysteriorum Missæ, §.2. versic. Las quales maytines, pag.355. Ludouic. Beia respons. casuum conscientiæ, part.1. cas.54. vers. quia celebrare ante Matutinas, Michaël Timoth. de Sacrificio Missæ tract.1. quæst.2. Læl. Zech. de Sacrament. tract. de Missa, cap.16. in princ. Stephan. Durant. de ritibus Ecclesiæ, lib.3. cap.14. n.13. Barthol. ab Angel. dialogo 5. §.240. Iacob. de Graff. in decis. aureis, lib.2. cap.40. num.6. Henriq. in summ. lib.9. de Missa, cap.24. num.7. Pitighian. disp.13. q.2. art.10. Azor. institut. moral. part.1. lib 10. cap.28. quæs.17. Card. Bellarm. lib.1. de bonis oper. cap.28. Francolin. de tempore Horar. Canon. cap. 24. Homobon. de examine eccles. tract.4. cap.16. quæst 148. Gauant. in comment. ad rubricas Missalis tit.1. in verb. Matutino cum Laudibus p.2.

De obligatione Parochi,

POpulum monere obligatur Parochus, vt Missas 16
in parochia propria frequentet, & instruere præcepto Ecclesiæ sub peccato mortali diebus festis Missam audiendi, cogere tamen non potest, vt Missam audiat in parochia sua, quia Concil. Trid sess.22. in decreto de obseruandis, vbi hæc habentur, vtitur
† verbo, moneant, quod inducit consilium, & non 17
præceptum, prout tenet Cened. ad Decretales collect. 104. num.2. quem ego ipse refero in tract. de actionibus vsufructu. dict.302. Ideò ita meritò hanc resolutionem tenet Lusit. Ferdinan. Paez in repet. cap. Missas, de consecrat. distinct.1. num.133. Cened. d. collect.104. Guttierr. Canonic. cap.30. num.7. lib.1. Fr. Emman. in summ. tom.1. cap.249. n.25. & quæst. Regul. tom.1. q.43. art.7. Suar. tom 3. disp.87. sect 2. in dub. circa secundam Missæ diuisionem, me citato in hoc loco, Homobon. de

examine Eccleſiaſtice tract.8.cap.5.quaſt 14. verſ.ſecundo. Azor *inſtit.moral.part.1.lib.7.cap.6.quaſ.4.* Henriq. *lib.9.de Miſſa cap.* 25.§.9. Math. Suar.*in pract. & in ordine viſitandi cap.3,num.4.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.18. quaſt.* 3. *num.*12. Coninch *de Sacram.tom.1.quaſt.*85.*n.*312. Aloyſ.Rice *in deciſ. Curia Neapol.part.1.deciſ.*152. Zerola *in praxi Epiſcopal.p.2. verb.Parochia,& part.1.verb.Miſſa,*§.6. vbi aſſerit deciſum, non poſſe Epiſcopum cogere populum mulctis & pœnis, etiam in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ ire ad audiendam Miſſam in Parochia ſua.

18 Miſſæ igitur audiendæ præceptum adimpletur quocumque in loco Miſſæ Sacrum audiatur, ſiue in propria Parochia, ſiue in qualibet alia Eccleſia, aut
19 loco vbi celebretor. † Poteſt tamen fieri aliunde, vt quis peccet non audiendo Miſſam in propria Parochia, vt ſi quis nolit eam audire ex contemptu, aut quando Parochus declarat ea, quæ Parochiani ſcire tenentur. Ita Fr.Emman.*d tom.2.ſum.cap.*123. *num.*6. Nauarr.*cap.*21.*num.*5. Graff.*d.cap.*35. *num.*5. Nugn.3. *part.quaſt.*83.*art.*6.*dub.*2.*concluſ.*4.Suar. *diſp.*88.*ſect.*2. Bartholom.ab Angel.*dial.5.de Miſſa* §.789.

20 Extat tamen Leonis X. Conſtitutio, qua declarat ſatisfieri huic præcepto ſi audiatur Miſſa in Eccleſiis Regularium, cuius declarationis tenor relatus apud Confect. *in collect.priuil. Mendic fol.*149. & apud Piaſec. *in praxi noua Epiſcop.part.*2. *cap.*3. *n.*22. eſt huiuſmodi. *Intelleximus quoſdam in dubium reuocare, & perinde conſcientiis timeratis ſcrupulum inijcere, ſi Chriſti fideles, qui Dominicis, & feſtis diebus extra Eccleſias ſuas parochiales Miſſas audiunt in Eccleſiis Fratrum Ordinum Mendicantium, Eccleſia precepto de Miſſa audienda ſatisfaciant. Nos ambiguitatem huiuſmodi penitus tollere volentes, vt cum ſinceriori conſcientia fideles quique Deo Creatori ſuo ſeruiant auctoritate Apoſtolica tenore præſentium notum facimus, omnes Chriſti fideles vtriuſque ſexus (qui non contempto proprio Sacerdote parochiali) in Eccleſiis Fratrum Ordinum Mendicantium Dominicis, & feſtis diebus Miſſas audiunt, ſatisfacere precepto Eccleſiæ de Miſſa audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati pœnamve propterea incurrere, in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque,* &c. *dat.Romæ ſub Annulo Piſcat die 13 Nouembr.*1517. Et hoc idem declaratum fuiſſe à Clemente VIII. Breui quodam directo ad Nuntium Sedis Apoſtolicæ inferioris Germaniæ *de anno* 1592.*die* 2. *Septembr.* refertur *in collect. priuil.* Fr. Emman. *pag.*
21 520.*ſub num.*4. † Poteſt tamen Epiſcopus Regulares cogere, vt in offertorio Miſſarum Conuentualium, quæ Dominicis diebus in Monaſteriis celebrantur, declarent fidelibus, quæ feſtiuitates, & ieiunia in illa hebdomada occurrant, ne ignorantia horum feſtorum, & ieiuniorum præcepta Eccleſiaſtica à fidelibus tranſgrediantur, prout reſoluit Fr.Emman *quaſt. Regul.tom.*1.*q.*43.*art.*7. vbi refert ita vidiſſe obſeruari à quibuſdam Fratribus Ordinis Mendicantium Regni Portugaliæ in diœceſi Elboren. Portel. *in dubiis Reg. verb. Epiſcopus n.*7.

22 Sacerdotes curam animarum habentes tenentur per ſe, vel per alios celebrare ſingulis ſaltem diebus, quibus opus eſt, vt ſatisfaciant muneri ſuo, vt habetur in Concil. Trident. *ſeſſ.*23.*de reform. cap.* 14. ibi, *curet Epiſcopus, vt ij ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, ſi autem curam habuerint animarum, tam frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciant, Miſſas celebrent,* non viderentur autem muneri ſuo ſatisfacere, niſi celebrent per ſe, vel per alios in ſingulis diebus feſtis: alij autem non tenentur celebrare, niſi ſpecialem habeant obligationem. Ita Nauar.*in man. cap.*25. *num.*133. Fr.Emman.*in ſum. p.1. cap.*252. *num.*1. Spir. *in ſpec.teſtam.gloſ.3.principali num.*63. Azor. *inſtit. moral. part.1.lib.10.cap.24.quaſ.2.&* 3. Iacob.de Graffiis *d.lib.2.cap.39.num.*7. Vaſq. 3.*part.diſp.*232.*cap.*1.*n.*12. Bonacin. *de Sacram. diſput.4.quaſt.vlt. punct.7.num.*3. Homobon.de Bonis *de examine Eccleſia p.1. tract.14. cap.14. q.*133. Molfeſ. *in ſumm. moralis Theol. tract.3. c.14. n.*16. Fagundez *in quinque Eccleſia precepta p.1. lib.3.cap.15.à num.*8. † Non tamen videntur obligan- 23
di ad applicationem ſacrificij pro populo ſingulis prædictis diebus: nam obligatio ad celebrandum, & obligatio ad applicandum, videntur diuerſæ, cum aliquis obligari poſſit ad celebrationem, quamuis non obligetur ad applicationem: nam nullo Iure poſitiuo, neque beneficij inſtitutione præcipitur: inſtituitur enim beneficium Curatum ad animas doctrina, & Sacramentorum adminiſtratione paſcendas, niſi aliud conſuetudo præſcribat, cui ſtandum eſt. Ita Nauar. *cap.*25. *num.*92. Anton de Corduba *in quaſt. lib.1.q.*4. Henriq.*in ſum.lib.9.c.*22.§.6. Nald. *verb.Parochus num.*18.Suar.*diſp.*86.*ſect.*1.*verſ. de beneficiis igitur,* Reginald.*lib.*23.*n.*218. Vaſq.3.*p.diſp.* 234. *art.*6. *cap.*6. *verſ. vera tamen ſententia,* Fraxinel. *ſect.*3. *pranot.*2. §.2. Poſſeuin. *de officio Curati cap.*2. *n.*4. Aloyſ. Riec.*in deciſ.Curia Archiep. Neapol. deciſ.*201. *part.*4. Coninch *de Sacram.q.83.art.1.dub.*11 *concl.*3.Vgolin. *de offic. Epiſcop.c.*16. Gauant.*in comment.ad rub. Miſſalis p.3.tit.12.n.*27. Layman *in Theologia moral. tract.5. de ſacrificio Miſſa cap.3. num.*3. Filliuc. *tract.4.n.* 174. Ego tamen ex Concil.Trid.*ſeſſ.23.de reform.cap.*1.exiſtimo Parochum teneri Miſſæ ſacrum ſuis ouibus applicare, iuxta viri prudentis arbitrium: hanc reſolutionem me citato *in hoc loco*, ſequitur nouiſſimè Alphonſ.de Leone *de officio Capellan q.2.ſect.3.n.*46.ſed poſtea *q.8.ſect.*10. *à n.*60. aliud videtur tenere, vide quæ diximus *de Parocho,c.*11.*n.*13.

Curent deinde Parochi ab Eccleſiis arcere Muſi- 24
cas eas, vbi ſiue organo, ſiue cantu, laſciuum, aut impurum aliquid miſcetur, vt admonet Concil. Trid. *ſeſſ.22. in decreto de obſeruandis*, comprobant Nauar. *in man cap.12.num.*87. Caietan. 2.2. *quaſt.* 91. *art.* 1. *verſ. inter hac*, Valent.2.2.*diſp.*6. *quaſt.*9. *punct. vnic.* Soar. *tom.2.de relig.lib.4.de Orat.cap.13.num.*16.*&* 17. latè & eleganter Sanch. *in præcepta Decalogi lib.*2. *cap.37.num.*7. Bonacin. *de Horis Canon.diſp.* 2.*quaſt.*1. *puncto* 3. *num.* 1. Ego ipſe *in collectan. ad cap. dolentes n.15. de celeb. Miſſar.* vbi *num.* 16. plures refero DD. qui agunt de Muſicis inſtrumentis, quæ in Eccleſiis licita ſint.

Et repræſentationes in Eccleſiis nec debent per- 25
mittere; in eis enim fieri prohibentur, ex traditis per Petr.Gregor. *Syntagm.iuris p.3.lib.39.cap.*11. Nauarr. *in tract. de Orat. cap.5.num.*25. Zerol. *in praxi Epiſc. part.1.verb. repraſentationes pag.*302. Gauant. *in enchirid. Epiſcop.verb.repraſentationes ſacra num.*1.Diana *reſol.moral.p.4.tract.4.reſol.*184.

Ita etiam ſaltationes in Eccleſiis non debent 26
permitti, ſaltatoribus enim recordandum eſt quod in Saxonia accidit ſaltantibus in Eccleſia Sancti Magni, qui in pœnam, vt creditur, per totum annum ſine cibo, & ſomno ſaltarunt, vt referunt Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtic. p.3.lib.19. cap.17.§.1.fol.* 180. Fr.Alph Venero *en el enchiridion de los tiempos fol.*139. *Inſtrucion de la muger Chriſtiana libr.1.cap.*16. *Compen-*
*dio de las hiſtorias prodigioſas pag.2.c.*13. 27

Sic etiam conuiuia in Eccleſia cum irreuerentia loci ſacri celebrare peccatum eſt mortale, ſecus tamen ſi aliquod frugale, & parcum in angulo Eccleſiæ ſine tumultu, ſine luxu, & perturbatione adſtantium fiat ex cauſa rationabili, verbi gratia, quia non

eſt

est alius locus sufficiens et accommodatus. Ita Franc. Raphael. de la Torre in 2.2. Diui Thom. tom. 2. q 99. art. 3. disp. 7. pag. 621. cum sequenti. Et licet olim pernoctationes, & vigiliæ in Ecclesiis fieri solitum esset, vt referunt Pined. in Monarch. Eccles. lib. 12. c. 12. §. 3. Fr. Hieron. Roman. de republ. Christ. lib. 5. cap. 13. Illesec. in Chronica Pontif. lib. 4. cap. 11. fol. 143. Cened. ad Sextum collect. 11. num. 4. Cardin. Cæsar Baron. in addit. ad Martyrol. Roman. die 15. Ianu. pag. 13. tamen hodie remouendus est abusus in quibusdam Ecclesiis, in quibus propter Sanctorum festa vigiliæ hominum, & mulierum tota nocte permittebantur, & debet poni pœna excommunicationis, ex Fusc. de visitat. lib. 1. c. 28. n. 8.

De obligationibus Capellani ad Missas pro aliis ex iustitia celebrandas.

28 Capellanus tenetur sub mortali, nisi iusta de causa, Missas celebrare secundum institutionem Capellaniæ, & intentionem fundatoris. Ita Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 249. num. 8. Henriq. lib. 9. cap. 23. num. 5. & cap. 24. num. 4. Azor instit. moralium p. 1. lib. 10. cap. 24. quæst. 7. Suar. disp. 80. sect. 2. Reginald. lib. 29. num. 164. Et qui alicui Ecclesiæ, vel Altari inseruit, & onus Missæ quotidianæ suscepit, sub mortali debet quotidie celebrare, nisi legitimè sit impeditus, & nulla alia stipendia pro Missis dicendis accipere potest, Vasq. in 3. p. tom. 3. disp. 231. cap. 4. Graf. in decis. aur. p. 1. lib. 2. cap. 45. num. 20. Obligatio quotidianæ Missæ, vel refertur ad locum, vel ad personam Sacerdotis: si refertur ad locum, veluti quando dicitur, *celebretur quotidie Missa in Ecclesia, in tali Altari, vel in tali Capella*, tunc Sacerdos, qui huiusmodi onus habet Missæ celebrandæ, sine vacantia quotidie celebrare tenetur, vel per se, vel per alium, Nauar. cons. 25. de præbend. in nouis, Beja part. 1. respons. casu 23. quos, & alios refert, & sequitur Fraxinel. dict. sect. 4. concl. 4. §. 1. Si verò Missæ quotidianæ institutio ad personam Sacerdotis referatur, duobus modis contingere potest: *primo* modo his verbis, *vel per se, vel per alium*, & tunc fundatio Missæ vacantiam non agnoscit. *Secundo* modo absolutè, & simpliciter instituitur his, vel similibus verbis, *eligatur Capellanus, qui quotidie celebret*, & tunc Sacerdos non tenetur quotidie celebrare, sed quanto frequentius potest, salua sua honestate, & debita Sacramenti veneratione; per ea quæ D. August. de Ecclesiast. dogmat. cap. 53. relatus in cap. quotidie 13. de consecr. dist. 2. & tex. in cap. significatum, de præben. tenent Nauar. cons. 6. num. 2. de præbend. in nouis, Iacob. de Graffiis in decis. aureis part. 1. lib. 2. cap. 39. num. 8. Azor instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 24. quæst. 7. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 14. num. 3. Fraxinel. dict. concl. 4. §. 2. num. 2. Henriq. d. lib. 9. cap. 24. §. 4. & cons. 22. num. 4. Aloys. Rice. in praxi rerum fori Eccles. decis. 403. num. 1. in 1. edit. & resol. 340. in 2. edit. Et possunt, imò debent Prælati præcipere subditis Sacerdotibus, vt secundum obligationes certa intentione celebrent, & ipsi obedire tenentur, vt resoluunt Fr. Emman. in exposit. Bul. compos. §. vnico num. 50. Fraxinel. sect. 7. §. 6.

Quoad Regulares verò Sacerdotes strictius proceditur; possunt enim Prælati eorum intentionem in Missarum celebratione irritare, vt Sacrificij applicatio ei valeat, cui à Regulari Prælato applicatur, non ei à Sacerdote Regulari; nam Prælati huiusmodi sunt domini operationum subditorum, quæ possunt efficere obedientiæ, quæ illis promittitur in solemni voto. Ita Cordub. lib. 5. quæst. 3. notab. 5. Confess. in summ. priuileg. Ordin. Mendicant. tit. 19. de diuinis Offic. & celeb. Miss. cap. 3. ad finem, Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 251. concl. 10. vbi declarat hos Prælatos debere Sacerdotum subditorum intentionem irritare, si cum sua intentione non reguletur, antequam ab eis Missa dicatur. Contrarium tamen videtur tenere Suar. in 3. part. tom. 3. disp. 79. sect. 9. nisi eum intelligamus de subditis Sacerdotibus non Regularibus, qui eorum Prælato non tenentur obedire ex voto solemni, sicut Regulares, sed ea illius iurisdictione. Non obstat quod Sacerdos etiam Regularis est tam proprius minister Christi in sacrificio Missæ, vt quamuis nolit Prælatus, consecratio ab eo legitimè, & realiter fiat: ergo Missæ sacrificium erit validum, & vtile illi, cui à Sacerdote applicatur, etsi Prælatus eius irritet intentionem. Respondetur enim non esse simile de consecratione per intentionem Sacerdotis, & de applicatione valoris Missæ secundum intentionem eiusdem: nam intentio Sacerdotis in consecratione est de essentia ipsius sacrificij, ideò non potest à Prælato irritari, aliàs non esset sacrificium: at quod valor sacrificij huic, vel illi applicetur, non est de essentia sacrificij: ideò si à Prælato alteri, quam ei, in quem Sacerdotis dirigitur intentio, applicetur, est sacrificium: quare intentio hæc applicandi valorem Missæ potest à Prælato irritari, non autem intentio consecrandi; de hac materia vide nouissimè Alphons. de Leone de officio Capellani q. 1. sect. 4. & quæst. 8. sect. 10.

Episcopus non potest compellere obtinentem Capellaniam, vt ipsemet celebret; licèt in eius fundatione disponatur, quod Capellani celebrent, nam istis oneribus Missarum rectè per substitutum satisfit: ita decisum referunt in sacra Congregat. Concilij, Piasec. in praxi noua Episcop. part. 2. cap. 3. num. 33. Gunzal. ad regul. 8. Cancel. glos. 5. num. 84. Galet. in margarita casuum conscientia, verb. Capellania 2. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 50. §. 8. num. 5. Garcia de benefic. part. 7. cap. 1. num. 87. Azeued. cons. 20. num. 4. in fine, eleganter Campanil. in diuers. Iuris Canonici, rub. 7. cap. 6. num. 13. me citato Bonacina de Sacram. disp. 4. quæst. vlt. punct. 7. §. 1. num. 1. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 10. q. 4. num. 156. & 161. & me citato in hoc loco Diana d. part. 1. tract. 14. resol. 18. censuitque Rota in Roman. Capellaniæ 23. Ianuarij 1599. coram Card. Pamphil. sen. & in Lucana Capellania 12. Decembris 1593. coram R. P. D. Gyptio, & in Tyrassonen. Capellan. 9. Iunij 1603. coram Illustriss. Card. Sacrato, resoluunt Francisc. Marc. decis. 799. part. 2. Anna consil. 22. num. 10. Monald. consil. 129. volum. 2. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 73. num. 10 & cap. 133. num. 1. Quod quidem procedit etiamsi testator mandauerit dari Capellaniam Sacerdoti, qui celebret Missam pro anima sua; poterit enim celebrari, & facere per alium, cum non sit verisimile quod disponens se voluerit arctare magis ad Missam vnius, quam alterius, Lap. alleg. 35. quasi illa verba potius sint apposita ad denotandum onus impositum celebrandi, non personam celebrantis. Ita ex nonnullis S. Rotæ decisionibus resoluit Gratian. d. cap. 73. num. 10 vbi refert sacram Congreg. Conc. censuisse quòd Episcopi non compellant tales ad celebrandum per se ipsos, & idem Gratian. cap. 133. num. 1. tenet quòd per onus celebrandi Missas, & diuina Officia non dicitur electa industria personæ, stavt teneatur quia residere, cum sufficiat quod per alium hoc possit fieri, quasi in vtroque modo satisfit menti, & animæ testatoris.

29

Quando verò verba fundationis expressè significarent intentionem illius esse, vt per ipsum Capellanum Missarum celebratio fieret, personæque indu- 30

ſtiam electam fuiſſe, tunc bene verum eſt Capellanum debere celebrare per ſe ipſum, in quibus terminis videtur loqui Gutier. *conſ.1.ſub n.11.& conſ.2. ſub n.18.*

31 Sed dubium remanet diſcutiendum, vtrùm † ſi ipſe Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, frequentem Miſſæ celebrationem, vel ſemel in hebdomada, titulo honeſtatis, aut alia iuſta de cauſa, intermittat, an teneatur per alium eo die ſupplere? Reſp. quòd ſi in fundatione Capellaniæ non fuit electa perſona, ſed ſolum habita fuit ratio loci, aut Miſſæ celebrandæ, vt accidit quando in fundatione dicitur, *Volo Miſſam quotidie celebrari in tali altari*, vel ſi dicatur. *Obligo hæredem, aut Sacerdotem ad prouidendum de Miſſa ſacrificio*, vel ſi dicatur. *Capellanus quotidie celebret per ſe, vel prouideat per alium*; tunc tenetur Capellanus quotidie ad Miſſam celebrandam per ſe, vel per alium, quia in loco non accedit indiſpoſitio ad Miſſæ celebrationem, ſicut in perſona Sacerdotis; ergo ſi ad Miſſam dicendam in tali loco vnus Sacerdos eſt impeditus, poteſt per alium obligationi ſatisfieri; ergo Miſſa quotidiana in loco particulari celebranda vacantiam non patitur. Si verò electa ſit perſona, vt ſi dicatur, *eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret*, aut, *volo vt Sacerdos electus ad hanc Capellaniam quotidie celebret*; cùm Capellanus non poſſit facere per alium, ſi ſemel in hebdomada iuſta de cauſa Miſſæ ſacrum intermittat, non tenebitur illud per alium ſupplere: colliges hæc ex reſolutis per Suar. *diſp 86.ſect.1.col.3. verſ.de beneficiis*, Azor *d.cap.24 q.7.* Beja *p.1.caſu 23. verſ. quare obligatio.* Graff. *in deciſ.aur.p.1.lib.2.c.39. n 8.* Diana *d.p.1. tract.14. reſol.27.cum ſeqq.* Paul. Fraxinel. *de obligat. Sacerd.ſect.4.concl.4.§.1.* Vgol. *de poteſt. Epiſc. cap.14. n.3.* Capellanus obligatus ſingulis diebus Miſſam pro aliquo celebrare, poteſt in quolibet anno aliquando pro ſe, vel pro aliis ſacrificium applicare. Ita Nald. *in ſum.verb.Miſſa n.7.* Homobon. *de examine eccleſ.p.3.tract.14.c.1.q.3.reſ.2.* Diana *moral reſolut.p.4. tract.4 reſol.86.* vbi etiam Fraxinel. *de ſacerd.oblig ſect. 4.concluſ.4.§.21.* ſubdit quòd ſacerdos obligatus ad dicendam Miſſam quotidianam pro aliquo, non tenetur tres Miſſas in natiuitate Domini pro eo celebrare.

Capellaniam habens cum onere celebrandi Miſſas, an teneatur illas per alios celebrare tempore infirmitatis? Vide Marc.Anton.Gennenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol.cap.47.* Petr. Nauar. *de reſtit.lib.2.c.2. n.210.* Hurtad *de Sacram diſp.4. de ſacrific. Miſſa diff. 1.* Galet. *in marg. caſuum conſcientiæ verb. Miſſas*, Aloyſ.Ricc. *part.2.deciſ.210.& dict. reſolut. 340.* Fraxinel. *d.ſect.4.concl.4.§.13.* ex quorum mente reſolue Capellanum infirmitate præpeditum poſt octo, vel decem dies per alios celebrare teneri: nam quod eſt datum ob cauſam, repetitur, ſi ex infirmitate recipientis non potuit adimpleri, *l. ſi pecuniam in princ. ff.de condict. cauſa data.* Vnde *Rota in Pampilonen. celebrationis Miſſæ Lunæ 7. Febr.* 1594. coram *Illuſtriſſ. Mantica*, vt videre eſt in eius *deciſ.262.* cenſuit beneficiatos, qui tenentur celebrare Miſſam in qualibet quinta feria ad honorem ſanctiſſimi Sacramenti pro ſuffragio animæ teſtatoris, teneri celebrare Miſſas, quas lite pendente prætermiſerunt, me citato *in hoc loco* Caſtr. Palao *dict diſput.1.puncto 6.num.25.*

32 Capellanus, qui ex promiſſione, vel fundatione tenetur celebrare certas, & peculiares Miſſas, veluti *de Spiritu ſancto, de Beatiſſima Virgine, vel de Requiem*, malè agit, ſi alias celebret, abſque iuſta cauſa; qualis erit ſi in eum diem incidat ſolemnitas alicuius Sancti, etiamſi de eo celebretur officium ſimplex, tunc etiam videtur poſſe Miſſam illius diei celebrare. Colliges hæc ex Nauar. *in man.cap.25. num.135.* Sà *verb.Miſſa num.48.* Fr.Emman. *in ſum. tom.2. c.248. num. 9.* Henriq. *lib.9. de Miſſa cap.23. num.6.* Suar. *tom.4.diſp.83.ſect.3.verſ.in quo eſt magna*, Azor. *part.1. lib.10. cap.32. quæſ.5.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.1.quæſt.41.art.21.concluſ.2.* Reginald. *lib.29.n.208.* Poſſeuin. *cap.2.num.44.ad finem*, Barthol. ab Angel. *dial.5.de Miſſa §.740. & §.806.* Fraxinel. *de obligat. Sacerd. ſect.4. concl.4.* Beia *p.1. caſu 23. verſ. primum oſtendo*, Vgolin. *d. cap.14. num.4.* me citato *in hoc loco* Caſtr. Palao *d.diſp.1.puncto 6.n.26.* Ioan. Bapt.Scort. *de ſacrif. Miſſa lib.2.cap.17. num.4.* Perez de Lara *de Capellan. & anniuerſar.lib.2.cap.8. num.33.* Fagundez *de quinque Eccleſiæ præceptis, part.1.lib.3.cap.9.num. 6. & cap.10.num.12.* Quamuis contrarium, immo ex iuſta cauſa licitam eſſe hanc permutationem exiſtimauerint Timoth. *de ſacrific. Miſſa tract.3. quæſt.43.* Sot. *in 4. diſt.45.quæſt.2.art.3. concl.1.* Molfeſ. *in ſum. tom.1.tract.3.cap.15.num.26.* Alex. Segala *de triumpho anim purgantium, cap.6. dub.6.* Homobon. *de examine eccleſ. part.1. tract.4. cap.14.quæſ.126* Gauant. *in comment.ad rub. Miſſal.part.3.tom.12.n.20.22.24. & 25.*

Verùm, qui ex titulo, vel conuentione tenetur in 33
aliqua Eccleſia, vel Altari celebrare, non poteſt abſque peccato mortali alibi celebrare, niſi hoc faciat ex iuſta, & rationabili cauſa; quia aliter non adimplet voluntatem, & intentionem teſtatoris, nec præſtat id, ad quod fuit electus, & aſſumptus. Ita Syl-ueſt. *verb Miſſa 1. quæſt.10.ad finem.* Nauarr. *in man. cap.25.num.134. & de Orat.cap.5. num.2. & 12.* Henriq. *lib.9. cap.23. num.5.* Graff. *in deciſ. aureis part.1. lib.2.cap.53.num.9. & tom.2. conſil. ſub tit.de præbendis conſil.4. num.1.* Poſſeuin. *dict.cap.2. num.25. verſ.quæritur 1.* Vgolin. *dict.cap.14.num.4. verſ. verum*, Azor *d. lib.10. cap.24. quæſ.8. & part.2. lib.6.cap 24. quæſ.7.* Fraxinel. *de obligationib.Sacerd.ſect.4.concluſ.4.§.9.* me citato *in hoc loco* Caſtr.Palao *d.diſp.1.punct.6.num.26.* Marc. Anton. Cuch. *lib.5. inſtit. maior. tit.6. num.69.* Ceuall. *communium contra commun. quæſt. 686. num.6.* Stephan.Grat. *diſcept.forenſ.tom.1.cap.73. num.4.* Ludou.Beia *in reſp.caſuum conſcient.part.1.caſu 12.in fine, & caſu 23.verſ.nec obſtat*, Bonacin. *de Sacram. diſp.4. quæſt. vlt. puncto 7.§.4. num.2.* Monet. *de commutat.vltim.volunt.cap.5.quæſ.11.concl.10.num.394. & cap. 10. q.5.concl.4. num.242.* Homobon.de Bonis *de examine Eccleſ. tract.4. cap.13. quæſ. 123.* Stephan. Fagundez *de quinque Eccleſ. præceptis part.1. lib.3. cap.9. num.2.* Gauant. *in comment.ad rub. Miſſalis part.3. tit.12. n.7.* Diana *d.part.1.tract.14.reſol.19.* Melch. Phœbos *Luſit.deciſ.154.num.13. cum ſeqq.part.2.* vbi probat eſſe peccatum mortale celebrare Miſſarum ſuffragia vltra locum à defuncto electum, & quòd hoc etiam procedit contra cauſam piam, & fauorabilem, Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt.deciſ.405. in 1.edit. & reſolut.342.in 2.edit.* vbi *num.4. & 5.* † legitimas cauſas 34
non celebrandi in Altari deſignato connumerari poſſe ait, ſi Altare ipſum eſſet deſtructum, vel adeſſet inundatio aquarum.

In eadem tamen Eccleſia, Altari impedito, ſi fie- 35
ri poteſt, propter teſtatoris deuotionem celebrandum eſt, donec Altare conſtruatur, vel reparetur, Marc. Anton. Genuenſ. *in man. Paſtorum cap.72.n.4.* quem citat Fraxinel. *d.ſect.4.concl.4. §.12.* Si verò in ea celebrari non poſſit, veluti quia violata eſt, vel aliud iuſtum adeſt impedimentum, Capellanus alibi debet celebrare, quando intentio teſtatoris circa hoc eſt dubia: nam credibile eſt omninò fundatorem principaliùs voluiſſe Miſſarum fructum ſibi, & ſuis defunctis applicari, quàm loci particularis

venera

venerationem, Azot *d.cap.24.quaſ.4.* Fraxinel. *d.concluſ.4.§.11.* Sed ſi principaliùs intenditur honor loci, vel temporis, vel Sancti, aut miniſterium aliquod tali loco, aut tempore celebrandum, tunc extra locum, & tempus ſignatum non currit obligatio, Galet. *dict. verb. Miſſa 1.* Quæ quidem principalis reſolutio vera eſt, etiamſi Sacerdos velit celebrare alibi, quàm in Altari deſignato de conſenſu hæredum: nam adimplenda eſt voluntas teſtatoris, cui nequeunt hæredes derogare: ita poſt Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap.27.num.12.* tenent Fraxinel. *d.concl.4.§.10.* Aloyſ. Ricc. *d.reſolut 541.n.5.in fine.*

36 Si verò abſque iuſta cauſa alibi celebret, peccabit mortaliter, ſi ſæpiùs faciat, veluti contra obligationem in re graui; non tamen teoebitur iterum in eodem Altari, vel Eccleſia celebrare, aut ad aliquam reſtitutionem, vt compenſet Sacrificia alibi facta, quia non priuauit fundatorem fructu Sacrificij. Ita Poſſeuin. *cap.2.num.25. verſ. quæritur 2.* Fraxinel. *d.ſect.4.concluſ.5.§.3.* Contra Azot *part.2. lib.6. cap.24.quaſ.7.* atqoe alios aſſerentes teneri ad aliquam reſtitutionem, eo quod non adimpleuerit fundatoris voluntatem. Aduertas tamen poſſe in his Epiſcopum diſpenſare; pota, vt qui in Academia ratione ſtudij abeſt, ſatisfaciat oneri celebrando in alio loco, tempore, & hora. Ita Henriq. *d. lib.9. cap.24. §. 4. in fine,* me citato *in hoc loco* Caſtr. Palao *dict. diſp.1. puncto 6. num.27.* Iacob. de Graffiis *in deciſ. aureis part.1. lib.2. cap.53. num. 11.* Bonacin. *d. punct.7.§.1. num.5.* Moneta *d.cap.5.quaſ.11.num.368.* Homobon *d.q.123.*

37 Capellania Sacerdotalis iudicanda eſt, ſi illius verba eſſent, *vt in ea præſentaretur, aut nominaretur Presbyter, ſiue Sacerdos*, quamuis noo alia adeſſent, quæ apponi plerumque ſolent, nempe, *qui celebret Miſſas*, aut his ſimilia, quia his adiunctis certior apparet reſolutio: tunc enim Capellanus debet eſſe actu Sacerdos tempore prouiſionis, & impetrationis. Ita Mandoſ. *in tract. annalium caſuum num.8.* Dec. *in cap. cum in cunctis §. inferiora num.22. de iudic. & conſ.129. incip. pro tenui, num.5.* Rebuff. *in repet. cap. extirpandæ §. qui verò, notab.2. de præbendis.* Spin. *de teſtam. gloſ.4. num.67.* Perez *l.1. verſ. notabile eſt etiam dubium tit.6. lib.1. Ordin.* Gutler. *conſil.1. num.11. & conſ.2. per totum.* Nicol. Garcia *de benefic. p.7. cap.1. à num.58.* Monet. *de comm. c.10. n.145.* Campan. *in diuerſ. Iuris Can. rub.7. cap.6. num.10.* me citato *in hoc loco* Caſtr. Palao *in opere moral. tom.2. tract.15. diſput.1. puncto 6. num.12.*

38 Sic † quoque ſi teſtator leget, aut ſtatutum, vel conſuetudo habeat, quod *prouiſus de Capellania ſit Sacerdos, vel Capellanus*, oportet, vt ſit actu Sacerdos, non autem clericus tantùm, vt per Zechium *de Repub. Eccleſ. tit. de beneficiariis num.4. notab. vlt verſ. quo verò ad Ordinem*, Cardin. Tuſch. *pract. concl. lit. B, concl.57.*

39 Sic etiam † quando fundator, vel ſtatutum diceret, *quod prouiſus de Capellania ſit Capellanus, vel Sacerdos*, requiritur quòd ſit actu Sacerdos, cùm dictio, vel, ſtet declaratiuè. Ita Zerola *in praxi Epiſcop. part.1. verb. beneficium §.7. concl.5. principal.8.* Perez de Lara *de Capellaniis lib.2.c.5. à n.11.* & ita ſæpiùs in Rota de-
40 ciſum eſt, † quando verba reſpiciunt actum præſentationis, ſcilicet, *præſentetur Presbyter*, tunc præſentādus debet eſſe actu Sacerdos; ſi verò verba Presbyterum ſignificantia proſecutionem præſentationis reſpiciant, vt ſcilicet, *præſentetur, qui celebrare teneatur*, tunc ſatis eſt quod ſit habitu Presbyter, quamois non ſit actu. Ita Gratian. *dict. cap.133. num.5.* Monet. *d. cap.10. quaſ.4. num.138. & 145.* tentum fuit *in d. Lucana capellania 4. Decembris 1595.* coram *D. Gypſio, & in Foroliuien. Capellania 10. Maij 1589.* coram *Illuſtriſſimo Seraphino*, inter eius impreſſas *deciſ.* 871. & reperitur apud Nicol. Garc. *d. cap.1. num.66. & in d. Romana Capellania 19. Martij. & 14. Nouembris 1586.* coram *D. Pamphilio, ſen. & in Parmen. iurisſpatron 8. Iunij 1573.* coram *Card. Blanchetto*, quam refert. hanc ſententiam ſequutos Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut.339.* Iuuat deciſio *Sacra Congreg. Concilij in vna Materanen. 8. Ianuarij 1628.* quam refero *in Collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.25. de reformat. cap.5. num.9.* in qua fuit deciſum *Sacerdotium actu requiri ſtante diſpoſitione teſtatoris in fundatione duarum Capellaniarum, vt per beneficiatos prouideantur clerici Sacerdotes, qui teneantur, & debeant Miſſas celebrare, & arbitrio Capituli deſeruire, vel ipſis impeditis per alios ſubſtituendos à Capellanis eiſdem, & à Capitulo approbandos.*

Contrarium tamen ſuſtinent multi Doctores 41
ſummæ ſapientiæ, & auctoritatis, reſoluentes quòd ſi iubeatur præſentari in patronatu, vel Capella abſolutè Presbyter Capellanus, ſufficiat ſi præſentetur non Sacerdus, dummodo ſit clericus primæ Tonſuræ, & legitimæ ætatis, adeo vt intra annum poſſit Ordinem Sacerdotalem conſequi, dummodò etiam verba non ſint concepta negatiuè. Ita per *text. in c. fin. de inſtit. lib.6.* ibi, *defectus ſacrorum Ordinum non repellit præſentatum quando eſt ætatis legitimæ vt poſſit intra annum ordinari, &c.* reſoluunt Lambert. *de iurepatron. part.1. l.2. fol.79. quæſt. 7. princip. art.27. à num.1.* Roland. à Valle *conſil.47. num.6. vol.1.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſ.4. principali num.68.* Flamin. *de reſignat. lib.3. quæſt.9. num.3.* Cenall. *commun. contra communes quæſt.693. num.9. cum ſequentibus*, Ioan. Bapt. Ferret. *conſ.305. n.3.* vbi quod Ordo annexus beneficio cenſetur per modum aptitudinis requiſitus, & non actu, id eſt non coontemporaneè cum ipſa electione, Gironda *de priuilegiorum, ſeu exceptionum explicatione num.1172.* Gonzal. *ad regul.8. Cancellariæ gloſ.5. in principio. num. 74. & à num.104.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.133. num.2. cum ſeqq.* Hoieda *de incomp. benefic. part.1. cap. vlt. num.19. & 20.* Mari. Anton. *var. reſolut. lib.1. reſolut.2. & 4.* Zerola *in praxi Epiſcopor. verb. beneficium §.7. concluſ.4.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. part.3. tract.14. cap.1. quaſ.3. verſ. reſpondetur quoad primam partem*, Fagundez *in quinque Eccleſiæ præc. part.1. lib.3. cap.9. n.3.* Lotter. *de re benefic. lib.2. quæſt.47. n.51.* Diana *reſolut. moral. part.4. tract.4. reſolut.217.* Quaranta *in ſum. Bullarij part.2. verb. ſeruitium Capellanæ*, Perez de Lara *dict. cap.5. num.16.* qui poſt Ioan. Baptiſt. Ferret. *citato loco* ait quòd ſi fundator requirit Presbyteratum per verba affirmatiua, ſeu mixta, incipiendo ab affirmatiuis, ſufficit præſentare idoneum ad Presbyteratum: ſi verò vtatur, ſeu incipiat verbis negatiuis, ſeu aliàs quando verba ſunt clara, debet præſentari actu Sacerdos, multis ad id impulſus rationibus, ea præſertim, quòd vna quælibet perſona in ſua diſpoſitione videtur velle adhærere diſpoſitioni Iuris communis, ex Bart. *in l. hæredes mei §. cum ita, num.4. ff. ad Trebel.* Afflict. *deciſ.44 num.20.* Decian. *conſil.18. numer.20. lib.1.* in terminis noſtris Perez de Lara *de Capellan. lib.2. cap.5. à num.20.* Caualer. *deciſ. 231.* Alphonſ. de Leune *dict. quæſt.4. praxi 6. num.226.* Sed beneficium, cui eſt annexum Sacerdotale miniſterium, impetrare à Iure non vetatur, qui eo caret, licet teneatur intra annum à die poſſeſſionis requiſito Ordine inſigniri, per *cap. cùm in cunctis, de elect. & Clement. generalem, de ætate, & qualit.* ac Concilium Trident. *ſeſſ. 22. de reformat. cap. 4. & ſeſſ.24.* ſimiliter *de reformat. cap. 12.* Ergo ſequitur quòd iſte

Iuris

iuris pattonatus institutor velle visus est, vt huiusmodi Capellanus eueheretur ad Presbyterium infrà auuum, & sic quòd esser apritudiue, non actu Sacerdos: quam tamen sententiam declatat multipliciter Gratian. *dict.* 133. *a n.* 13. vt procedat dummodo per consuetudinem non seruetur contrarium, quod debeat per se ipsum celebrare, & residere, quia talis consuetudo esset seruanda: vel dummodo non simus in Capellaniis existentibus in Ecclesiis Cathedralibus, quarum redditus consisterent in distributionibus quotidianis, nam tunc non posset deseruire per substitutum in celebrando, vel residendo. Vel dummodo qualitas Sacerdotij non sit annexa beneficio actualiter ad ipsam præsentationem; nam tali casu oportetet quod tempore præsentationis sit Sacerdos.

42 Sed à prima sententia non est recedendum, quæ multis sacræ Rotæ Roman. & S. Cong. decisionibus innititur, quas supra retulimus: ad fundamentum verò contrariæ opinionis supra relatum respondetur nequaquam illum, qui non est actu, sed aptitudine Sacerdos, dici verè, absolutè, & simpliciter Sacerdotem, vt patet, & sic in eo non verificantnr verba requirentia Sacerdotium, & ideò allegata per Flamin. *dict. quæst.* 9. *num.* 36. necnon Concil. Trident. ac Iura suptacitata loquuntur de beneficio Sacerdotium requirente, non tamen actu; nec etiam obstat decisio Rotæ relata à Gonzalez *vbi proximè num.* 85. *in Pamphilonen. Sacrificij* 11. *Februarij* 1591. coram *Card. Mantica*, vbi fuit tentum, vt non obstante fundatione quod ad Capellaniam præsentarentur, & instituerentnr Presbyteri, illa nihilominus Capellania non sit Sacerdotalis: non solùm ea ratione freti idem Mantica, & reliqui Domini Auditores in eam deflexerunt sententiam, quòd per illa verba non dicatur necessarius Ordo Sacerdotalis, sed insuper, quia obseruantia subsequens opitulata est, quandoquidem licet sæpe fuissent in ea præsentati Presbyteri, aliquando tamen clerici inferiores.

43 Si tamen Capellania fundata sit, quòd Capellanus celebret, seu debeat celebrare tot Missas, tenet vna sententia Capellaniam debere esse Sacerdotalem actu, ex eo quòd fundator volens quòd Capellanus Missas debeat celebrare, videtur voluisse præsentandum esse Sacerdotem, vt illas possit celebrare. Ita Perez *d. l.* 1. *gloss.* 2. *ad finem*, *vers. notabile etiam est dubium*, Quintanaduen. *Ecclesiasticon lib.* 4. *numer.* 67. Gutierr. *consil.* 1. *num.* 11. *& conf.* 2. *num.* 15. Fr. Emman. *quæst. Regularium tom* 2. *q.* 121. *art.* 2. *ad finem.* Alij dicunt per onus celebrandi iniunctum, Capellaniam esse Sacerdotalem, non tamen actu, sed aptitudine, ex quorum numero sunt Spin. *d. gloss.* 4. *num.* 68. Ceuall. *d. q.* 693. *à num.* 6. & Parlad. *differ.* 120. *à num.* 14. & faciunt quæ Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 24. *q.* 3. *&* 4. quatenus refert procedere in fundatione personæ Ecclesiasticæ, & primam asserit locum habere in fundatione laici. Sed verior sententia est Capellaniam non esse Sacerdotalem, neque actu, neque aptitudine, ex eo quòd in fundatione dicatur Capellanum debere celebrare Missas, seu diuina Officia, sed posse prouideri simplici clerico 14. annorum. Ita Sà *verb. beneficium, num.* 28. *& verb. Residentia, num.* 10. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 85. me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d. punct.* 6. *num.* 18. *in princ.* Monet. *de commut. vltim. volun. cap.* 10. *num.* 140. *&* 143. Azor *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *quæs.* 5. *ad finem*, dicens nunc consuetudine receptum esse, vt Capellani simplex tantùm beneficium habentes liberi sint ab obligatione residendi, asseréńsque hoc tamen locum habere in his Capellaniis, quibus nullum præceptum residẽdi est impositum ex peculiari ipsarum institutione, vel statuto, seu consuetudine speciali, Azeued. *consil.* 20. *à num.* 4. Perez de Lara *d. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 7. *& cap.* 8. *num.* 42. me citato *in hoc loco* nouissimè Alphons. de Leone *d. q.* 4. *praxi* 6. *n.* 212. & quia elegans stat pro hac parte Rotæ Rom. *decisio in Roman. Capellaniæ dio Luna* 23. *Ian.* 1589. coram *Card. Pamphilio sen.* aliqua illius verba hic sunt scribenda, & sequuntur. *Domini attenta resolutione Illustrissimorum Dominorum sacri Concil. interpretum in causa Pistorien. quod præsentandus necessariò non debet esse Presbyter, ex eo quod in fundatione dicatur, Capellanum debere celebrare diuina officia*, quia iuxta *allegat.* Lap. 35. *nisi expressè caueatur, quod per se ipsum hoc agat, satis censetur prouisum voluntati testatoris, si per alium diuina celebrare faciat, ad reg. qui per alium facit*, &c. & tradit Card. *in cap. de multa, in fine, vers. quinto quæro, de præbend. Recesserunt à resolutis in hac causa, & dixerunt capellaniam non esse sacerdotalem, quia ex verbis fundationis non adstringitur Capellanus ad deseruiendum Capellæ in diuinis, & Missas celebrandas per seipsum, & cum simus in beneficio simplici, in quo ex generali quadam totius Orbis consuetudine, non requiritur residentia*, vt post Card. tradit Imol. *in cap. fin. num.* 9. *de cler. non resid.* sufficiet, quod deseruiat per substitutum, ad notata *in cap. super eo, de præbend. in* 6. Lap. *d. alleg.* 35. *num.* 4. *cap.* 117. *sub num.* 2. Card. *d. cap. de multa in fin.* Decius *in cap. cum omnes in* 2. *dec. num.* 55. *de constit. cum aliis allegatis*, &c. Quam decisionem refert Marius Antonin. *resolut. var. lib.* 1. *resolut.* 4. *in fin.*

Es qua collige,† Capellaniam non requirere residentiam personalem, cui est annexum onus celebrandi certas Missas singolis hebdomadis, cum possit per substitutum deseruiri. Ita Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. beneficia*, § 8. *pag.* 51. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 399. *in* 1. *edit. & resol.* 337. *in* 2. *edit.* Azor. *dict. cap.* 8. *q.* 5. Gonz. *dict. glos.* 5. *n.* 89. vbi *num.* 100. limitat, nisi expressè contrarium esset dispositum in fundatione, limitat etiam *num.* 108. in Capellaniis existentibus in Ecclesiis Cathedralibus, quarum redditos consisterent in distributionibus quotidianis; nam tunc non posset deseruiri per substitutum in celebrando, neque residendo. Ita Grat. *dict. cap.* 133. *à num.* 13. Et licèt idem Gonz. *vbi suprà num.* 107 asserat consuetudine legitimè introducta posse Capellaniam fieri residentialem; melius tamen contrarium sequeret cum Aloys. Ricc. *dict. resolut.* 337. *in fin.* vbi dicit, quòd Capellanus ex eo quòd gesserit actum gratuitum in eius libertate consistens, nulla potest dici acquisita seruitus residendi, iuxta resoluta per Cyn. *in l.* 2. *quæst.* 3. *C. quæ sit longa consuetudo*, Bald. *in l.* 1. *C. de seruitutibus, & aqua*, Abb. *in cap quod translationem colum.* 2. *de officio legati.* Vide bonam decisionem Rotæ *in Aquilana Capellania* 26. *Martij* 1629. coram *R. P. D. Merlino*, & Alphons. à Leone *d. q.* 4. *praxi* 6. *num.* 217. *cum seqq.* 44

Vtrùm verò ex consensu pattoni possit Episcopus pro vna vice Capellaniam requirentem actu Presbyteratum non Presbytero conferre? Posse tenent Lambert. *de iurepatron. lib.* 2. *part.* 7. *q. princ. art.* 30. *num.* 11. *& q* 10. *art.* 10. Zerol. *in praxi Episcopor. part.* 1. *verb beneficia*, §. 7. *vers. tertia conclusio fallit*, *& verb. iuspatronatus vers. decimoquinto dubio*, Perez de Lara *de Capell. lib* 2. *cap.* 5. *à num.* 28. Seraphin. *decis.* 871. *num.* 4. Antonin. Diana *moral. resol. part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 227. *vers. & tandem.* Conditio namque apposita in fundatione potest mutari cum consensu Episcopi, & pattoni, Miles *in repert. verb. Patronus*, Roch. *de* 45

iurepatr.

iurepatr. in verb. pro eo quòd diœcesanus, num. 32. cum seqq. Perez de Lara d.c.5.n.30.

46 Verùm contrarium, immo non posse Episcopum cum consensu patroni dispensare, etiam pro vna vice, contra ordinationem fundatoris, verius mihi videtur, ex Clem. quia contingit, de relig. domib. & tenent Azeoed. l.5. num.2. tit.6. lib.1. noua Recop. vbi testatur se iam vidisse per Cancellariam Pincianam in gradu de fuerca, iussum annullari similem prouisionem de patroni consensu per Episcopum factam contra fundationis qualitates, & quòd obseruarentur qualitates illius, & secundùm eandem formam iterum prouideretur, licèt aliter sentire videatur cons. 16. n.35. Gutier. cons. 1. num.19. Francisc. de Carpi de executor. testament lib.3. cap.4. num.34. nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iud. cap.49. num.25. Nicol. Garc. de benefic. part.7. cap.1. num.107. vbi reddit rationem, quia text. in dict. Clem quia contingit, generaliter loquitur, & non probatur Iure quòd in vno casu auctoritate Episcopi possunt relaxari disposita per fundatorem, Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 5. num. 302. Castrus Palao in opere morali tom.2. tract. 13. disp.1. puncto 6. num. 22. Et fauet dispositio Concilij Trid. sess. 25. de reform. cap. 5. dum decidit non posse iam Episcopum tollere qualitates appositas in fundationibus beneficiorum, super quo sacra Congregatio Concilij, quam refert Nicol. Garc. d. part. 7. cap.1. num.99. vers. quarto, vbi num. 112. vers. secundo, censuit nec de consensu patronorum posse Episcopum dispensare cum minore 25. annis ad Capellam simplicem obtinendam, ad quam ex fundatione est præsentandus Sacerdos.

47 Superest nunc vt videamus an & quando Capellania sit incompatibilis cum alio beneficio residentiam requirente? In quo dubio vera sententia tenet Capellaniam fundatam cum onere celebrandi non esse effectam residentialem, cum sufficiat quòd in tali Ecclesia Missæ, & diuina Officia celebrentur per alium, nec ob id est electa industria personæ, cum possit per quemlibet Sacerdotem explicari. Ita Hoied. de incomp. benef. p. 2. c.1. n.2. Sanch. in opusc. moral. lib.7. cap.1. dub.48. num.14. Stephan. Gratian. March. decis. 155. num.4. cum seqq & d. discept. 133. à num.16. num. 19. cum Nauar. & Gonzalez tenet quòd vt dicatur beneficium sub eodem tecto ad inducendam incompatibilitatem, est necessarium vtrumque beneficium requirere idem ministerium in eodem loco, & Capella, itaut beneficiati, & Capellani conuenire debeant in vnum, & faciant eadem munera, secus si Capellaniæ essent intra eandem Ecclesiam institutæ ad diuersas causas & fines diuersos, & ad faciendam separatam Congregationem. Vnde Sacra Congregat. Conc. de qua in meis Collect. ad Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap.4. num. 10. censuit quòd Capellania habens onus celebrandi certas Missas, coadiuuandi in cura animarum Ecclesiæ Plebanatus, est beneficium incompatibile cum alio beneficio personalem residentiam requirente. Et in eadem S. Cong. Ferrar. 4. Decembr. 1627. fuit resolutum quòd Capellanus in Ecclesia Cathedrali tenetur ad residentiam stante fundatione suæ Capellæ cum onere quarumdam Missarum, & inseruiendi in choro.

48 Plura de sacrificio Missæ, de eius effectibus, valore, & partibus, tempore, loco, & quibus vestibus, ac vasis sit celebrandum, & quando fideles eius præcepto satisfaciant, vide Innoc. III. Mich. Timoth. Ioan. Baptistam Scoti, Alexand. Alen. Antonium Honcal. & Martin. de Friaz in suis tract. de sacrificio Missa, Flotum in exposit. Missa Serran. Episcop. Arcenen. in exposit. Missa sacrosancta, Raguſ. de Missa in Ecclesia, Iodocum Coccium tom.2. thesauri Catholici lib.6. art. 4. vbi plures auctoritates ex sacris Scripturis, Græcis, & Latinis Patribus diligenter refert, Repert. Inquisit. verb. Missa, Caietan. in opusc. de sacrificio Missa Barthol. ab Angelo in examin. Confess. dialog. 5. de Missa, Card. Bellarm. in controuers. Cathol. lib. 1. de Missa, Sot. lib.9. de iustit. quæst.2. art.1. Fr. Emman. in sum. tom.1. cap. 242. de Missa, Henriq. in sum. lib. 9. de vero Missa Sacrificio, Gab. Vasq. in 3 par. S. Thom. tom. 3. quæst. 85. disput. 220. cum sequentib. Coninch dict. quæst. 83. & ibi Nugnus, Iacob. de Graff. in aureis decis. par.1. lib.2. cap. 39. cum sequentib. Domit. Chamer. in tract. de septem Sacrament. noua Legis tract. 4. de Eucharist. tit. de Sacrific. Missa, Nald. verb Missa, Azor. instit. moral p.1. lib.10. cap.18. cum sequentib. Luc. Pinel. tract. de Missa, Mich. Zanar. p.1. direct. Theolog. de Eucharistia cap. 13. de Missa. Ioan. Domin. Montagnol. in disput. de valore Missa, Binsfeld. Enchirid. Theol. past. de Sacram. Euchar. c.6. Miranda in manuali Prælat par.1. q 40. cum sequent. Suar. tom. 3. disput. 82. Sà in aphor. verb. Missa, Galet. in margar. casuum conscientia eodem verbo, Lœl. Zech. de Sacrament. tract. de Missa, Cardin. Tolet. in instruct. conscientia lib.2. Francisc. de Pitigianis de Sacram. distinct. 13. Petr. de Ledesm. in summ. part.1. de Sacrament. Eucharist. cap 17. cum sequentib. Balduin. iun. super opera controuersiarum Bellarmini part.2. lib. 4. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 143. cum sequentibus, Fernandez in examine Theologia moralis par.3. c.5. de Sacrificio, Missa, Vincent. Filliuc. quæst. moral. tract.5. Molfes. in sum. moralis Theolog. tract.3. cap. 9. cum sequentibus, Bonac. de Sacram. disp. 4. quæst. vltima. Ioann. Baptista Bertis de Missa, Paul. Fraxinel. de Sacerdotum obligationibus ad Missas pro aliis ex iustitia celebrandas, Vincent. Ferdin. in mixt. sup. de Sacrific. Missa ad cap cum frangitur, de consec. dist.2. p 4. Ioan. Posseuin. de officio Curati c.2. Antoo. Ruteum de fructu Sacrificij Missa.

ALLEGATIO XXV.

Episcopi approbatio, an & quando requiratur, vt Sacerdos Christi fidelium Confessiones audire valeat?

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ex vi suæ institutionis, & Ordinis sacerdotalis non est sufficiens, ac idoneus minister Sacramenti Pœnitentiæ antequam talis approbetur ab Episcopo.*

2 *Verbum,* non posse, *indicat carentiam, & actum contra gestum omnino reddit nullum.*

3 *Confessiones inualidè audit non approbatus.*

4 *Confessario non approbato ignoranter confessus quoad Deum est absolutus.*

5 *Confessarius, qui absoluit sine sufficienti iurisdictione, ad quod teneatur.*

6 *Sacerdos vt validè administret Sacramentum Pœnitentiæ laicus, aut clericus, debet esse per examen, aut alia ratione approbatus ab Episcopo, saltem electo, licet nondum consecrato.*

7 *Archiepiscopus dum actu visitat, potest absoluere subditos suffraganeorum tam per se, quam per alios.*

8 *Vicarius Episcopi potest ex generali commissione facultatem audiendi Confessiones aliis concedere.*

9 *Abbates sæculares exempti habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt Sacerdotes sibi subditos ad audiendas Confessiones approbare.*

10 Capitulum Sede vacante potest approbare, & exponere Confessores per Vicarium à se electum.

11 Licentia audiendi Confessiones debet gratis dari.

12 Curam animarum ad tempus mandans alicui Episcopus sciens, & volens, censetur illum approbare.

13 Approbare aliquem Sacerdotem ad administranda Sacramenta, idem est, atque illum approbare ad Confessiones audiendas.

14 Doctores, ac Lectores in Theologia, vel iure Canonico, famosique prædicatores tenentur petere ab Episcopo approbationem ad audiendas Confessiones.

15 Doctores insignes licentiam petentes ad audiendas Confessiones non censentur approbati quamuis illis iniustè negatur.

16 Approbatus ad audiendas Confessiones reputatur ille qui habuerit actu Parochiale beneficium, & non sufficit habuisse.

17 Parochialis beneficij nomine qui veniat, ostenditur.

18 Prouisus de Parochiali Ecclesia per concursum censetur approbatus idoneus minister ad audiendas Confessiones dumtaxat in ea Ciuitate, vel oppido vbi sita est Parochia.

19 Prouisus de Parochiali, an sit vbique intra eandem diœcesim eligibilis virtute Iubilæi ad Confessiones audiendas.

20 Episcopi vigore priuilegij de quo in cap. vltim. de pœnitent. in suum Confessarium eligere an possint Sacerdotem sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit approbatus? & num. 21. vbi resoluitur negatiuè.

22 Approbatio ad audiendas Confessiones non requiritur vt fiat in scriptis.

23 Sacerdos inualidè Sacramentum Pœnitentiæ administrat credens Superiorem ratam habere absolutionem de futuro.

24 Sacerdotes Confessionis ministros nullus præter Episcopum approbare potest.

25 Parochus non potest alicui Sacerdoti non approbato dare facultatem audiendi Confessiones suorum subditorum.

26 Approbatio ad Confessiones audiendas cuius Episcopi sit necessaria, valde dubium est.

27 Sufficere cuiuscumque Episcopi probatur secundum vnam opinionem.

28 Approbationem Episcopi ipsius pœnitentis requiri secundum alteram opinionem, ostenditur.

29 Approbationem Episcopi ipsius Confessoris necessariam esse, secundum tertiam sententiam refertur.

30 Approbationem Episcopi illius loci in quo fit Confessio, necessariam esse tenet probabilior sententia.

31 Parochus proprius quoad Sacramentalem Confessionem ille dicitur, in cuius parochia pœnitentes habitant de præsenti.

32 Scholares, dimisso Sacerdote in patria, possunt in loco studij confiteri.

33 Pœnitentes, qui virtute Iubilæi, vel alterius priuilegij facultatem habet eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, non potest eligere Confessarium approbatum ab Ordinario alterius diœcesis, & num. 34. pro contraria sententia referuntur Doctores.

35 Confessarium eligendi facultatem habens ab Ordinario approbatum potest eligere Confessarium ab Ordinario propriæ diœcesis approbatum ad certum numerum personarum.

36 Parochus existens extra territorium potest absoluere parochianum suum confiteri volentem.

37 Pœnitentiale forum in loco delicti non sortitur.

38 Parochus potest Confessiones audire suorum subditorum in aliena diœcesi.

39 Intrusus in beneficio sine auctoritate superioris, an habeat iurisdictionem sufficientem, ita vt Confessio illi facta à suis subditis non sit iteranda, ostenditur.

40 Approbatus ab Episcopo absque iudicio sciente non esse idoneum non censetur approbare.

41 Confessarium non solum interius iudicare idoneum debet Episcopus, sed etiam exterius approbare.

42 Approbare potest Episcopus quemcumque Sacerdotem ad Confessiones audiendas absque vllo examine.

43 Licentia delegata audiendi Confessiones non expirat mortuo vel amoto delegante.

44 Religiosus, qui semel fuit generaliter approbatus, si recedat à diœcesi in qua fuit simpliciter approbatus, & postea iterum redeat, non tenetur nouam quærere approbationem, dummodo Episcopus facultatem non reuocet.

45 Regulares indigent approbatione Episcopi Secularium tantum, quamuis Sacerdotum peccata audire cupiant.

46 Lectores Regulares petentes licentiam audiendi secularium Confessiones, possunt ab Episcopis si voluerint, examinari.

47 Clem. dudum, de sepult. an sit derogata per Conc. Trid. ostenditur.

48 Ordinatio Pij V. de Regularibus semel per Episcopum præuio examine ad audiendas Confessiones approbatis, & iterum non examinandis ab eodemmet, non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Trid.

49 Successor in Episcopatu potest vocare ad examen omnes approbatos, quamuis simpliciter, & quos idoneos minime inuenerit, reiicere.

50 Regulares Confessarij ab Ordinariis semel approbati non possunt ab ipsis ab audiendis Confessionibus suspendi, nisi ex noua causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente.

51 Approbationes generaliter & indistinctè, vel determinatè ad locum seu tempus quomodo dandæ ostenditur.

52 Regularium iurisdictio ad audiendas Confessiones restringitur, seu dilatatur per ipsam approbationem Ordinariorum.

53 Licentia ad audiendas Confessiones sub conditione data, illa non impleta, cessat facultas.

54 Regulares semel approbati extra diœcesim Episcopi approbantis non possunt Confessiones audire.

55 Licentia concessa ab Episcopo pro audiendis Confessionibus ad sui arbitrium, potest per illum reuocari.

56 Gratia ad beneplacitum Papæ, vel Regis, morte Pontificis, vel Regis expirat.

57 Approbatio Sacerdotibus Secularibus semel per Episcopos impensa, an possit reuocari quoties Episcopi voluerint? ostenditur.

58 Sacerdos, qui ex commissione, & delegatione speciali Episcopi potest audire Confessiones, dum est excommunicatus communiter occultus valide absolutionem præstat illi, qui huius excommunicationis ignarus non est? ostenditur, & num. 60.

59 Gesta per Iudicem delegatum putatiuum non sustinentur ex errore communi.

61 Extrauag. ad euitanda scandala, Martini V. declaratur.

62 Absolutio Sacramentalis inualida est præstita ab eo qui huic ministerio propria auctoritate se ingerit absque approbatione legitimi superioris.

63 Error communis ad validitatem gestorum non sufficit, sed vlterius oportet vt illum præcesserit titulus officij exerciti.

Regulares

64 *Regulares non indigent approbatione Episcopi ad audiendas Confessiones cum Regularium peccata audire cupiunt.*

65 *Religiosi Confessores non approbati ab Episcopo, sæcularium qui sunt de familia suorum monasteriorum, Confessiones audire non possunt.*

66 *Regularis extra Religionem confiteri non potest tempore Iubilai, quoei conceditur facultas eligendi quemcumque idoneum Confessorem.*

67 *Confessarius Religiosus ex deputatis à Prælato, vel electus virtute Bullæ Cruciatæ, vel alicuius Iubilæi ab alio Religioso eiusdem monastery pro aliquo casu Sedi Apost. reseruato, an teneatur etiam approbari ab Episcopo? ostenditur.*

68 *Confessores in monasteriis Monialium, quæ sub cura Regularium sunt, non examinantur ab Episcopo.*

69 *Episcopus an possit dare Confessorem Monialibus subiectis Regularibus, quem scilicet voluerit etiam alterius Ordinis, & à suo Superiore tantum examinatum, ostenditur, & refertur S. Congreg. decisio num. seqq.*

78 *Sacerdos quilibet absque sui Episcopi licentia potest in probabili mortis periculo à quibusuis peccatis absoluere.*

79 *Licet sit degradatus, excommunicatus, irregularis, vel hereticus.*

80 *Etiamsi adsit Superior, vel de facili possit haberi.*

81 *Mortis articulus dicitur non solum periculum mortis proueniens ex infirmitate, sed quodlibet probabile mortis periculum instans.*

82 *Doctores de Confessione agentes referuntur.*

1 NON omnis Sacerdos ex vi suæ institutionis & Ordinis Sacerdotalis per se loquendo est de Iure diuino sufficiens, & idoneus minister Sacramenti Pœnitentiæ: requiritur adhuc iurisdictio, vt validè illud administret, cum nullus absque illa iudiciales actus valeat exercere. Iurisdictio autem non conceditur antequam Sacerdos approbetur idoneus ab Episcopo per examen, aut etiam alia ratione, vt habetur in Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 7. dum ait nullius momenti absolutionem esse, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem, idem colligitur ex eodem Concil. *sess.* 23. *de reform. cap.* 15. vbi dicitur nullum posse Confessiones Secularium audire nisi sit approbatus. Ita docent Suar. *tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 4. *num.* 9. Vasq. *tom.* 3. *disp.* 219. *num* 55. *& sequenti*, Chamer. *de Sacram. tract.* 7. *de Confess. dub.* 12. *pag.* 477. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 15. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *num.* 169. *cum seqq.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta. præc.* 2. *lib* 7. *cap.* 1. *à num.* 14. Stephan. Daluin *de potestate Episcop. cap.* 23. *num.* 5. vbi ait Sacerdotem non approbatum si tentet hoc conficere Sacramentum, nihil facere non solùm per accidens ob indispositionem, & malam conscientiam pœnitentis, sed etiam per se ex defectu potestatis in Confessario. *& cap.* 2. *num.* 7. Trullench *in exposit. Bullæ S. Cruciatæ lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 1. Ioan. Lugo *de Pœnit. disp.* 5. *sect.* 2. *n.* 16. *cum seq.* Ioan. Molan. *in compend. Theolog. pract.* 1. *cap.* 11. *concl.* 1. *num.* 2. Zambel. *in repet. morali verb. Confessor quoad auctoritatem num* 5. Franc. Zype *in consult. Canon. lib.* 5. *tit. de Pœnitent. & remiss. com.* 2. Diana *moral. resol. p.* 6. *tract.* 6. *resol.* 52.

2 Ex eoque confirmatur, quia Concil. *d. cap.* 15. vtitur particula illa, *non posse*, quæ cum sit negatio potentiæ indicat carentiam iurisdictionis, & actum contra gestum omnino reddit nullum, vt tenent citati per me *de dictionib. vsufrequent dict.* 268. *num.* 2. nam licet in ipsa Ordinis susceptione Presbyteri duplicem recipiant potestatem, alteram Sacrificandi pro viuis, & defunctis, alteram absoluendi à peccatis, Valent. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 16. *puncto* 2. Ægid. Coninch *de sacram. disp.* 8. *num.* 2. Ioan. Sanch. *in select. q.* 40. *à princip.* Suar. *in part.* 3. *tom.* 4. *disp.* 25. *sect.* 1. *ex num.* 7. Torreblanca nouissimè *in practicab. Iuris spirit. lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 12. nihilominus licèt potestas absoluendi à peccatis habitualiter sit cum potestate Ordinis, non tamen manet actualiter vsque dum superadditur explicatio subiecti circa quem exerceatur, Nauar. *in cap. placuit, de pœnit. dist.* 6. *num.* 8. Suar. *d. tom.* 4. *disp.* 19. *sect.* 3. Torreblanca *d. lib.* 14. *c.* 1. *n.* 13. *& cap.* 4. *à num.* 8.

Quare non approbatum inualidè Confessiones audire resoluunt Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *disput.* 38. *num.* 20. Ægid. de Coninch *de Sacrament. tom.* 2. *disp.* 8. *num.* 49. Coriolan. *de casibus reseruat. part.* 1. *sect.* 1. *art.* 20. *num.* 2. Laurer. de Franchis *in controuers. inter Episcop. & Regul. pag.* 28. *ad* 8. & decisum fuisse de anno 1589. ad petitionem examinatorum diœcesis Leodien. testantur Capeau. *de casibus reseru. cap.* 3. *q.* 1. Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. *pag.* 92. Paul. Sanio. *de casibus Papalib. & Episcop. cap.* 1. *n.* 28. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verb. nullitas differ.* 5. *num.* 1. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 62. nouissimè me citato *in hoc loco* Bossi. *de triplici Iubilæi priuilegio sect.* 3. *casu* 2. *num.* 79. & Torreblanca *d. lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 11. Vnde iterandam esse Confessionem factam cum Confessario, qui cum falsa licentia Ordinarij excipit aliorum Confessiones, resoluunt Sanch *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 22. *q.* 2. Megala *in* 1. *p. lib.* 5. *cap.* 19. *num* 12. Homobon. *de examine ecclesi. p.* 1. *tract.* 5. *cap.* 5. *q.* 20. Ad quod notabis S.D.N. Vrbanum VIII. reuocasse indulta, ac priuilegia omnia etiam per modum communicationis concessa Militiis, hospitalibus, Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus quibusuis tam Mendicantibus, quàm non Mendicantibus, cæterisque locis piis, & eorum siue earum respectiuè personis audiendi secularium personarum Confessiones absque Ordinarij examinatione, & approbatione, vt in sua *Constit.* incipien. *Cum sicut accepimus, sub dat. die* 12. *Septemb.* 1628. quam refert Lauter. de Franchis *in controu. inter Episc. & Regul. pag.* 272. *cum seqq.*

Ille, qui sic Confessario non approbato ignoranter confessus fuerit, ob fidem, quam habuit in Sacramento, quoad Deum est absolutus, & si deinde sciuerit Confessarium illum non esse approbatum, vel requiri approbationem, tenetur reiterare Confessionem, prout decisum refert Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. nullitas differ.* 5. *num.* 2. Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tract.* 7. *c.* 13. *num.* 10. Stephan. Daluin. *d. cap.* 23. *num.* 5. *vers. quæ in re*, vbi aduertit pro pœnitentibus hoc in negotio simpliciter, & bona fide procedentibus, nihil quidem fieri virtute iurisdictionis ex parte ministrantis, sed benè ex parte Dei miserantis, & bonam intentionem pœnitentis, & contritionē attendentis, & approbantis. 4

† Confessarius verò, qui absoluit sine sufficienti iurisdictione, ad quid teneatur, & quomodo hunc defectum supplere possit? Vide Sot. *in* 4. *d.* 18. *q.* 4. *art.* 6. Cordub. *in sum. q.* 7. Nauar. *in cap.* 1. *de pœnitent. dist.* 6. latè Coriolan. *d. p.* 1. *sect.* 2. *art.* 19. *n.* 3. *&* 4. Et qualiter puniatur? Vide Laurent. de Franchis *dicto loco pag.* 281. 5

Quapropter Sacerdos vt validè administret Pœnitentiæ Sacramentum Laicis, aut Clericis, debet 6

esse per examen, aut alia ratione approbatus ab Episcopo habente iurisdictionem, iuxta Concil. Trident. *in d. cap.* 15. sufficit autem quod Episcopus electus, licet nondum consecratus, committat alicui iurisdictionem ad absoluendum suos subditos, quia huiusmodi commissio pertinet ad potestatem iurisdictionis, quam Episcopus electus iam habet. Ita Sot. *d q.* 4. *art.* 2. Chamerot. *vbi sup. dub.* 15. Fagundez *d. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 47. nouissimè Bossi. *de triplici Iubilai priuilegio sect.* 3. *casu* 2. *n.* 59. vbi *n.* 64. *cum seqq.* differit quid dicendum si Episcopus sit excommunicatus non toleratus, & suspensus ab officio, & iurisdictione. nouissimè Pastor Ioannes Machad indefessi studij, *in libro del perfecto Confessor, y Cura de almas, lib.* 1. *part.* 1. *tract.* 3. *docum.* 3. *à princ.*

7 Archiepiscopum, dum actu visitat, posse absoluere subditos Suffraganeorum tam per se, quàm per alios, post Syluest. & alios docent Suar. *tom.* 4. *disput.* 25. *sect.* 1. *num.* 14. Valer. Reginald. *d. lib.* 1. *num.* 34. Ægid. de Cunich *d. disp.* 8. *num* 21. *vers. nota Archiepiscopum*, Quarant. *in summa Bullariu verb. Archiep. auct. ritus vers.* 33. Molfel. *in summ. Theologia moralis tract.* 7. *cap* 14. *n.* 75.

8 Vicarium Episcopi posse ex generali commissione facultatem Confessiones audiendi aliis concedere, tenent Sanch. *de Matrim lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 14. *cum seqq.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 12. *c.* 13. *à n.* 73. Narbona *de appell à Vicario ad Episcopum p.* 1. *num.* 203. Monet *de commun vltim volunt. cap.* 7. *num.* 4. Bossi. *d. sect.* 3. *casu* 3. *num.* 60. vbi limitat in Vicario foraneo, Torreblanca *d lib.* 14. *c.* 2. *num.* 13.

9 Abbates seculares, & Priores magni exempti, qui in suas oues habent iurisdictionem quasi Episcopalem, vt in Lusitania est Prælatus Thomatiensis, & Prior, seu Vicarius generalis Prioris Cratensis Ordinis S. Ioannis Hospitalitij; & in Castella Abbas Compluti Regij, & Metinæ Campestris, comprehenduntur sub nomine Episcopi in præsenti, vt citatis Henriq. & Suar. obseruant Campan. *d. cap.* 13. *num.* 76. Fagundez *d lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 55. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep Neapol. decis.* 22. *num.* 4. *part.* 4. *& in sua praxi aur. a resol.* 301. Tamburin. *de iure Abbatum tom* 4. *disp.* 6 *quæst.* 11 latè Bossi. *d. sect.* 3. *casu* 2. *num.* 62. *cum seq.* & censuit Rot. *apud Farinac. decis.* 332. *part.* 1. *recent.* & quod Priores de Velez & Merida habeant iurisdictionem approbandi Confessarios pro secularibus, docent Ioan. de la Cruz *in sum. de Sacram. pœnit. dub.* 6. *concl.* 3. *fol.* 197. *& dub.* 8. *concl.* 4. & Ioan. Sanc. *in select. disp* 49. *num* 9. *in fine* An autem peccet Episcopus excommunicatus non toleratus, suspensusve ab officio Sacerdotes approbans in Confessarios iuxta formam Concilij *d. cap.* 15. Vide Fagundez *d c.* 2. *n.* 53.

10 Capitulum Sede vacante potest approbare, & exponere Confessores per Vicarium à se electum, cùm succedat in omni iurisdictione Episcopo competente præter casus in Iure expressos, & hic actus approbandi non est actus formaliter Ordinis, & dignitatis Episcopalis, sed iurisdictionis ordinariæ. Ita Suar. *d disp.* 28. *sect.* 5. *num.* 2. Henriq. *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 6. *in princip.* Fagundez *d. cap.* 2. *num.* 54. Campan. *d. cap.* 13. *num.* 74. Marchin. *in tract. temp. pestileat. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 15. Bossi. *d. sect.* 3. *casu* 2. *n.* 61. Torreblanca *d. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 15.

11 Gratis oportere concedi huiusmodi licentias refert decisum Armendar. vti addit. *ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Episcopis num.* 10. *resp.* 5. Restat adhuc dubium non contemnendum, an verba illa Concil. Trident. *in d. cap.* 15. ibi, *quæ gratis detur*, in quibus prohibetur huiusmodi approbationem dari pro pretio, aut pecunia, ita sint substantialia, vt si fortè pro pecunia obtineatur, nulla prorsus sit? In quo dubio Suar. *d. tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 5. *num.* 10. *in fine*, quem refert, & sequitur Fagundez *d. lib.* 7. *c.* 2. *num.* 66. respondet in illis verbis solum contineri præceptum, quo præcipitur Episcopis vt huiusmodi approbationem gratis impendant, non contineri verò conditionem necessariam, qua non seruata non valeat approbatio: hoc enim nec verba declarant, nec esset necessarium, nec fortè expediens; vnde verba illa, *gratis detur*, exponuntur præceptiuè, vt dictum est: erit ergo ex suo genere peccatum mortale, veniale tamen poterit esse si aliquid pro illa ita exiguum detur, vt ad materiam peccati mortalis non perueniat. An si quis petat licentiam per alium vt Confessiones audire possit, validè eas audiat, antequam sciat licentiam esse concessam, esto Confessiones audiat post huiusmodi concessionem? Vide Fr. Ludou. à Cruce *in expos. Bullæ Cruc. disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 21. *à num.* 1. vbi *à num.* 6. disputat an talis licentia si extorquetur sit valida? & *à num.* 8. an sit valida licentia ab Ordinario impetrata dolo, & mendaciis? Pro faciliori præsentis materiæ declaratione aliqua duxi obseruanda prout sequitur.

Primò obseruandum est Episcopum censeri suffi- 12
cienter aliquem approbare eo ipso quòd sciens & volens mandat alicui curam animarum ad tempus, vt si instituat aliquem Parochi Vicarium ad tempus, vel mandet vt Confessiones audiat, etiamsi illum non subiecerit examini, modo ipsum credat idoneum, & sufficientem ad hoc munus suscipiendum. Ita Valer. Reginald. *d. lib* 1. *n.* 107. Ægid. de Coninch *d. disp.* 8. *num.* 49. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 21. nouissimè Bossi. *d. sect.* 3. *c.* 2. *n.* 48.

Illud autem aduertere oportet idem esse appro- 13
bare aliquem Sacerdotem ad administranda Sacramenta, atque illum approbare ad Confessiones audiendas; vnde cum Episcopus ita dicit, *Approbamus N. ad administranda Sacramenta in hac nostra diœcesi, vel in tali, aut tali loco, seu parochia*; solummodo hæc approbatio intelligitur de Sacramentis Pœnitentiæ & Eucharistiæ, quæ sunt Sacramenta maximæ necessitatis, non autem de aliis Sacramentis Matrimonij, Vnctionis, &c. Ita Henriq. *lib.* 11. *c.* 3. §. 5. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 35. *n.* 8. quos refert Fagundez *d. lib.* 7. *c.* 3. *n.* 6.

Vtrùm autem Doctores, Lectores, & Licentiati in 14
Sacra Theologia, vel Iure Canonico, famosique Prædicatores, de quorum scientia constat per publicam facti, & doctrinæ euidentiam, teneantur hanc approbationem petere ab Episcopis, siue Seculares Sacerdotes sint, siue Regulares, vt idonei Confessarij euadant; & an ij etiam in decreto Concilij *d. c.* 15. comprehendantur? Solet in hac materia ab aliquibus in dubium reuocari; in quo communis sententia tenet prædictos omnes indigere suorum Episcoporum approbatione, & comprehendi sub dicto decreto Concilij Tridentini. Ita Henriq. *l.* 3. *de pœnit. cap.* 6. §. 1. Ægid. de Coninch *d. disp.* 8. *dub.* 7. *num.* 49. Suar. *d. disp.* 28. *sect.* 4. *n.* 3. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. Menoch. *de arbitr. casu* 465. Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ* §. 9. *num.* 4. *in fine*, Fagundez *d. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 68. *cum seqq.* Bossi. *d. sect.* 3. *casu* 2. §. 1. *n.* 32. nouissimè me citato *in hoc loco* Ioan. de Solorzano *de Iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 29.

Hinc fit vt si aliquis Doctor, vel in Sacra Theolo- 15
gia insignis professor licentiam petierit, & iniustè ex odio, vel maleuolentia ei negetur, non censeatur approbatus, per ea quæ tradunt Suar. *d disp.* 28. *sect.* 5. *à num.* 5. Valer. Reginald. *d. lib.* 1. *num.* 192. Ægid. de

Coninch

Coninch. d. disput. 8. num. 58. Fernandez in examine Theologiæ moralis p.3.cap.9. §.8. num.2. Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disp.6. q.12. num.6. Ioan. Valer. de different.inter vtrumque forum,verb. nullitas differ. 5. num. 2. & in Clericis sæcularibus admittit Fagundez dict. lib.7. cap. 2. num. 58. Sanc. in select. cap. 48. num.16. Filliuc tom.1. tract.7. cap.9.num. 257. Trullench.d.cap.1. dub. 8. Vnde non rectè Nauar.in man. cap.27 num.246. vers.tertium,Erasm.à Cochier de iurisdict. Ordinarij in exemptos part.4.q.77.Cened.canon. quæst.lib 1. q.38. num.20. & 21. & alij,quos refert,& sequitur Fagundez loquens de Religiosis d. præc. 2. lib.7.c. 2. num.15. quibus addo Finel.de casibus reseru. cap.3.num 3. Villal in sum tom.1. tract.1. diffic.53.n.3. Laurent.de Peirinis de Religioso subdito,tom.1.q.1.c.21. §.2.Diana part.3.tract.2.resol.24.Ioan. Bapt. Lezzana in sum.quæst Regular.cap.19. num 3. Layman.in Theol. moral.lib.5.tract.6. cap.11.num.4. Miranda d.tom.1. q. 45.art.6.& 8.Bossi.d.sect.3.casu 2.num.17. existimant Episcopo nolente sine iusta causa admittere præsentatos,eos posse omnia perinde exercere,acsi admissi, & auctorizati essent. Hinc & minus bene existimarunt Fr. Emman.ad Bull. Cruc.§.9. num.30. & quæst. Regul.tom.1.q.59 art.3.Gammachæ.de Sacram.Pœnit. cap. 18. Cælestin. in compendio Theolog moral.tract. 1. cap.16.num.1. & cap.14. num.4. Diana moral.resol.p.5. tract.13. resol. 45.,quòd Episcopi tenentur approbationem dare, si Religiosi illis præsentati secundum formam Clem. dudum, de sepult. post examen inuenti sint capaces & idonei ad officium Confessionum audiendarum, & si suam approbationem absque rationabili causa dare recusent, possunt Religiosi audire Confessiones.

16 Concil. Trident. dict. cap. 15. statuit nullum etiam Regularem posse Confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, &c. ex quo colligunt Floron. de casibus reseruat. part. 1. cap. 4. §.12. num. 2. & alij citati à Bossi.d.sect.3. casu 2.num.49. beneficium Parochiale obtinentes eo ipso ad Confessiones audiendas approbatos censeri. Intellige modo illud actu habeat,& non sufficere habuisse, vt obseruant Viuald. in candelabro aureo. vbi de Confess. num. 27. concl.2. Suar.tom.4. de Pœnit.disp. 28.sect. 4. num. 20. Henriq.lib.3.de Pœnit.cap.6.§.3. in fine,quos refert,& sequitur Fagundez d.præcepto 2. lib 7. cap. 2. num.38. Torreblanca d.lib.14.cap.2.num.18.cum seqq. Nouissimè Stephan. Daluio.d.c. 23. n. 14. vbi refert rationem, quia cum Concilium clare dicat nullum ad Confessiones idoneum nisi Parochiale beneficium habeat, quod est præsentis temporis, si quis iam beneficium Curatum,quod habebat,dimiserit, non est idoneus reputandus; & deinde reprobat resolutionem Henriq. d. §. in comment, dum tenet quod, si qui beneficium Curatum abdicauit, verè sit doctus, & communi errore vulgi censeatur adhuc approbatus, tunc valere absolutionem, & exaudiri posse air de validitate absolutionis coram Deo,durante bona fide,& ignorantia inuincibili pœnitentium,cui supplet diuina bonitas, non autem de validitate simplici, & absoluta omnium pœnitentium, etiam malam fidem, aut ignorantiam affectatam habentium. Addit etiam idem Steph.Daluin.decisionem S.Congregationis, quæ interroga'a, An Sacerdos, qui aliquando approbatus, & idoneus iudicatus sit, atque ideò in Parochum assumptus fuerit,dimissa postea Parochiali,haberi etiam nihilominus debeat adhuc idoneus ad Confessiones valdè audiendas itaut hæc particula decreti Concilij, beneficium obtineat,extendatur etiam &c. vel obtinuerit? Respondit non haberi.

Nomine Parochialis beneficij intelligenda sunt etiam superiora beneficia habentia curam animarum,vt sunt Archiepiscopatus, & Episcopatus, & vt sunt etiam aliqui Abbates, Archipresbyteri, & Archidiaconi, qui habent curam animarum annexam; quia de his omnibus eadem, vel fortasse maior est ratio;vt per Suar.d.sect.4. num.21. & Fagundez d.c.2. num.41. Filliuc.d.part.1.tract.7. cap. 9. n. 257. Bossi. d.sect.3.casu 2.num.51.vbi num.52. id limitat in Prælatis Religionum, qui ex vi suæ dignitatis non habent iurisdictionem ordinariam in sæculares, & expressè illos non posse sine approbatione Ordinarij audire sæcularium Confessiones sustinent Suar.tom. 4.disp.28.sect.4.num.21. Fr. Emman.in Bull. Cruc. §.9. dub. 1.num.4. Quamuis contrarium teneant Henriq. lib.de Indulgent.cap.12.num.3. in comm.lit.R.Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. nullitas differ.5. num.3. Diana moral. resol. p.2. tract. 2. miscell. resol.45.Stephan.Daluin.d.c.23.n.6. 17

Prouisum de parochiali Ecclesia per concursum censeri approbatum idoneum ministrum ad audiendas Confessiones dumtaxat in ea ciuitate, vel oppido,vbi sita est parochia, non autem passim per totam diœcesim, declarasse S. Concilij Congregationem referunt Piasec.in praxi Episcop. p. 2. cap. 1. num. 10. pag. 92. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico tract. 5.cap. 3. quæs. 15. Fernandez in examine Theologiæ moralis p.3.cap.9.§.8.num.1. Fagundez d.lib.7. c.2. à num. 35. Quamuis Zerol. in praxi pœnit. cap. 16. quæs.4.extendat ad totam diœcesim,& Boss. d. sect.3. casu 2. num. 50. restringat ad subditos tantùm suæ Parochiæ. 18

Vtrùm autem sit vbique intra eandem diœcesim eligibilis virtute Iubilæi? Affirmant Gutierr. lib.1.canon.cap.27. num.21. Suar.dict.sect.4. dub.16. in fine, quos refert, & sequitur Fagundez dict.cap. 2. num.35. adde Fr. Emman.in Bullam Cruc. §.9. num.4. dub.1.in princ. Homobon.d.part.1.tract.5.cap.3.q. 15. Floron.de casib.reseru part. 1. cap.4. §.12. num 2. Boss. d.sect.3.casu 2.n.233. 19

Vtrùm autem sit eligibilis extra diœcesim,& vbique terrarum vi Bullæ,Iubilei,aut alterius priuilegij Papæ, vel ex licentia aliorum Parochorum suis ouibus concedentium facultatem eligendi quemlibet approbatum, aut ipsimet Sacerdoti in specie suas oues committentium? Negant Gutierr. Homobon.& Floron.locis citatis,Fr.Emman.in Bull.Cruc.§.9.num.6. Layman d.lib.5.tract.6.cap.11.n.7.Affirmant,& meritò, Viuald.in candel.aureo,tit.de Confess.n.28.conclus.1. Henriq.d.lib.6.c.6.§.7. Ioan.Valer. de different.vtriusque fori,verb.absolutio,differ.1.num.16.Suarez d.disp.28. sect.4.num.18.Fagundez d.cap.2.num.36. Boss.d.sect.3. casu 2. num.235. nouissimè Trullench in exposit. Bullæ S Cruc. lib.1.§.7.cap.1.dub.4.num.3.

An inualida sit absolutio quoties Parochus nullum habeat legitimum titulum,vt quia de facto cum Bullis falsis se gerebat pro Parocho? Negatiua pars est verior,quia adest error communis, qui tribuit iurisdictionem, & bona fides pœnitentis, Molfes. in summ tom.1.tract.7.cap.13.n.21. Sanc. in select.disp.94. num.3. Diana d.part.3.tract 4. resolut.122. Henriquez in sum. lib.6.de Pœnitent.cap.6.§.3. Stephan.Dauila d. cap.23.n.9.vers.quoad primum,vbi ex Henriq.Emman. Sa, & Suarez censet beneficiatum Curatum iuxta intentionem Concilij esse idoneum reputandum simpliciter, & pro quocumque loco siue diœcesi, itavt sit vbique proximè capax iurisdictionis,si aliunde conferatur ab eo, qui potest delegare, vel mediante Bulla, aut simili priuilegio eligendi Confessorem; hancque fuisse sententiam grauissimorum,

quorundam Prælatorum, qui interfuerunt Concilio, & omnium Theologorum, & Iuriſperitorum Salmanticenſium; & inter Hiſpanos, Luſitanoſque hanc etiam eſſe conſuetudinem, Parochi ſeſe mutuò iuuent ex ſolo ſuo conſenſu non ſolum intra eandem diœceſim (quod eſt certius, & frequentius etiam pluribus in locis Galliæ & Lotharingiæ) ſed etiam in confinio diuerſarum Diœceſum. Verùm hæc reſolutio procedere poterit ex vi conſuetudinis, maxime hoc videntibus Prælatis, tacentibus, tolerantibus, & conſectariè (implicitè ſaltem) conſentientibus; qua quidem non interueniente ſequenda, & amplectenda eſt ſacræ Congregationis deciſio, de qua teſtantur citati numero præcedenti, quæ aliquando conſulta reſpondit, *Promſum de Parochiali Eccleſia per concurſum cenſendum eſſe approbatum, & idoneum miniſtrum ad audiendas Confeſſiones duntaxat in ea ciuitate, vel oppido, vbi ſita eſt Parochia, non autem paſſim per totam diœceſim, cuius etiam* meminit Stephan. Daluin. *d. cap* 23. *num.* 13. *verſ. cuius quidem*.

20 *Secundò* obſeruandum in rigore diſputationis optimè defendi poſſe Epiſcopos vigore priuilegij, de quo *in c. vlt. de pœnit. & remiſſ.* in ſuum Confeſſarium eligere poſſe Sacerdotem ſibi non ſubditum, qui à proprio Ordinario non fuerit ad hoc iuxta formam Concil. Trid. *d. cap.* 15. admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas Confeſſiones. Ratio eſt, quia diſpoſitio *d. cap.* 15. eſt generalis, ac proinde limitanda per *d. cap. vlt.* deinde hoc ipſum ſequenti comprobatur ſyllogiſmo. Prælatus quilibet quoad ſe idem poteſt, quod poteſt quoad ſubditos, vt in diſpenſatione reſoluunt Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 3. Suar. *tom.* 5. *diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 9 *& tom.* 4. *diſp.* 52. *ſect.* 1. *num.* 10. Salas *de legib. diſp.* 20. *ſect.* 12. *num.* 103. & in Indulgentiis Nauar *d. Iubileo notab.* 20. *num.* 11. Sot. *in* 4. *diſt.* 21. *quæſt.* 1. *art.* 4 *verſ. poſtremum*. Suar. *diſp.* 52 *ſect.* 1. *à num.* 14. Sed Epiſcopus poteſt approbare quemcumque idoneum quoad ſuos ſubditos, vt probatur *in d. cap.* 15. etiam alterius diœceſis ad ſuas oues, vt quotidie practicatur, ex Suar. *tom.* 2. *diſp.* 18 *ſect.* 5. *num.* 12. *&* 13. Ergo poterit idem facere quoad ſe, & ſic eligere quemcumque idoneum in Confeſſarium, nam eligendo, ipſo facto illum approbat. Quare hanc partem ſuſtinent Villalob. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 55. *num.* 4. Ioan. Valer. *de different. vtriuſque fori, verb. nullitas, diff.* 5. *num.* 2. Cotiolan. *de caſibus reſeru. part.* 1. *ſect.* 1. *art.* 21. *num.* 5. Boſſ. *d. ſect.* 3. *caſu* 2. *num.* 102. De Cardinalibus quòd ex conſuetudine poſſint ſibi, & familiæ ſuæ de Confeſſario prouidere, quia reſpectu familiæ, & domeſticorum ſuorum quaſi Paſtores ſunt, reſoluunt, Manfred. *de Cardinalib. deciſ.* 118. Alban. *eod. tract. quæſt.* 41. Suar. *tom.* 4. *diſp.* 27. *ſect.* 2. *num.* 6. Vaſq. *in* 3. *part. tom.* 4. *quæſt.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *n.* 2. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 101. *num.* 4. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 7. *num.* 197. Thrrian. *de Pœnit. diſp.* 23. *dub.* 3. Præpoſ. *in* 3. *part. quæſt.* 8. *de approb. miniſt. dub.* 7. *num.* 53. Ludou. à Cruce *in Bullam Cruciata diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 22. *num.* 11. *cum ſeq.* Boſſ. *de Iubileo ſect.* 4. *caſu* 2. §. 4. *n.* 111. Anton. Nald. *in ſum. verb. Cardinalis, n.* 8. Adam. Tanner. *tom.* 4. *diſp.* 6. *q.* 9. *dub.* 3. *n.* 58. vbi ait quòd Sacerdos quilibet ab aliquo Cardinalium deſignatus, & electus, facultatem habet tam ad proprias eorum, quàm ad familiarium, & commenſalium Confeſſiones audiendas, P. Ludoo. de ſan Iuan mei amiciſſimus *quæſt.* 6. *art.* 2. *de ſacram. Pœnit. diffic.* 5. *concl.* 2. ibi, *Todos los Cardenales tienen licencia tacita del Papa para elegir Confeſſor para ſy, y para ſus familiares, yo lo ſe por eſperiencia pues fue Confeſſor del ſeñor Cardenal Doria, y de otros Cardenales ſin mas autoridad que ſolo ſu nombramiento*, &c.

21 His tamen noo obſtantibus contrarium à *Sacra Congregat.* deciſum fuiſſe circumfertur, cuius declarationis verba ſunt quæ ſequuntur. *S. D. N. audita relatione Congregationis Cardinalium declarauit Epiſcopum vigore priuilegij, de quo in* cap. fin. de Pœnit. & remiſſ. *non poſſe ſibi eligere Sacerdotem ſibi ſubditum, qui à proprio Diœceſano non fuerit adhuc ad formam huius Decreti admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas Confeſſiones.* Referunt Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 584. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 470. *in* 2. *edit.* Ægid. de Coninch. *dict. diſputat.* 28. *ſect.* 4. *num.* 7. *&* 8. Proſper de Auguſtino *in addition. ad Quarantam in ſumma Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſicul. nonum, in fine*, Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæſ.* 16. *verſ. quæres*, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Epiſcopis num.* 54. Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verb. Epiſcopus* 6. Coriolan. *de caſibus reſeru. part.* 1. *ſect.* 1. *art.* 21. *num.* 5. *verſ. ac contra*, Iul. Lauor. *de Indulgent. & Iubileo p.* 1. *cap.* 21. *num.* 58. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. abſolutio differ.* 1. *& verb. iuriſdictio differ.* 14. *& verb. nullitas differ.* 5. *num.* 2. Molfeſ. *in ſum. Theologia moralis tract.* 7. *cap.* 15. *num.* 34. Fagundez *dict. lib.* 7. *cap.* 2. *à num.* 78. Iacob. de Graff. *tom.* 2. *lib.* 5. *tit. de pœnit. & remiſſ. conſ.* 4. *num.* 13. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *num.* 256. Megala *in* 3. *part. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 18. Alphonſ. de Leone *de Iubileo part.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 28. Fauſtus *eod. tract. lib.* 4. *q.* 73. Diana *moral. reſol. part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 3. vbi etiam de Prælatis Regularibus, nouiſſimè Fr. Ludouic. à Cruce *in expoſit. Bullæ Cruc. diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 22. *&* 23. vbi etiam de Cardinalibus agit, & de illis, qui ſunt de eorum familia, Doctores ſuprà hoc numero citati loquuntur in Epiſcopo, & licèt idem affirment in Cardinale Azor. *d. quæſ.* 16. & Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſcop. verb. Cardinalis, num.* 5. contrarium tamen obſeruat conſuetudo, prout de ea teſtantur Doctores *num. præcedenti, in fine* citati.

Tertiò obſeruandum non eſſe de eſſentia approbationis, vt ea fiat in ſcriptis; ſufficit enim quod in voce habeatur; ex eo quia ſcriptura per ſe loquendo non eſt de neceſſitate gratiæ, nec Concilium ad approbationem eam requirit. Quare ita reſoluunt Iacob. de Graffiis *in aureis deciſ. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 51. Valer. Reginald. *dict. lib.* 1. *num.* 198. Lezana *dict. cap.* 18. *num.* 10. Coriolan. *de caſibus reſeruatis part.* 1. *ſect.* 2. *art.* 7. *num.* 3. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico tract.* 5. *cap.* 2. *quæſ.* 10. *prope finem*, vbi aduertit conſultius eſſe præfatam in Confeſſarium approbationem in ſcriptis dari, vt ipſe eam exhibere poſſit quoties expedire, & opus eſſe iudicauerit, & iterum *tract.* 11. *quæſt.* 12. *reſol.* 1. Boſſi. *dict. ſect.* 3. *caſu* 2. §. 1. *num.* 11. Nouar. *in nouo Iure Pontificio concluſ.* 68. *num* 8. ooouiſſimè Diana *moral. reſolut. part.* 5. *tract.* 14. *reſolut.* 41. 22

Quartò obſeruandum Sacerdotem inualidè Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrare credentem Superiorem ratam habere abſolutionem de futuro, niſi ratam habeat de præſenti ſigno aliquo externo. Ita Nauar. *in manual. cap.* 9. *num.* 5. *& in cap. placuit num.* 106. Nugn. *in addit. ad* 3. *part. quæſt.* 8. *art.* 5. *dub.* 1. Peſant. etiam *in addit. ad* 3. *part. q.* 10. *diſp.* 5. Henriq. *in ſumm. lib.* 6. *cap.* 13. §. 13. Suar. *tom.* 4. *diſp.* 25. *ſect.* 1. *ſub num.* 13. *& diſp.* 77. *ſect.* 4. *in* 4. *ſub num.* 16. Coriolan. *d. ſect.* 2. *art.* 10. *n.* 2. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *dict. lib.* 1. *num.* 89. *&* 90. Paul. Santor. *de caſibus Papalibus, & Epiſcop. part.* 1. *à num.* 39. Fagundez *d. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 71. *&* 72. Chameror. *d. loco dub.* 29. *pag.* 488. & *dub.* 30. tenet quòd delegatos ad audiendas Confeſſiones non poteſt ſubdelegare, latè Fr. Ludou. à Cruce *in expoſit. Bullæ Cruc. diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 20. 23

per

per tot. Floron.*de casib.reseru.part.*1.*cap.*4.§.17.*num.*3. Paul.Laym.*lib.*5.*tract.*6.*cap.*10.*num.*16. Bossi.*d.sect.*3. *casu* 2.*num.*135.

Sed quid si Episcopus videns Sacerdotem non approbatum audire Confessiones sæcularium, & tacens, re vera internè non consentiat, nec det licentiam, erit ne tunc Confessio inualida ex defectu approbationis, & iurisdictionis? Fore inualidam affirmant Medina *tract.* 2. *de Confess. quæst. de multiplici licentia aliena confitendi.* Petr. de Ledesma *de matrim. quæst.*45.*art.*5.*puncto* 3. *dub.*4. Paul. Layman *in Theol. moral. lib.* 5. *tract.* 6.*cap.* 10. *num.* 16. §. *deinde*, *vers. idemque.* Verum probabilius est esse validam; quia ea ratihabitio de præsenti reputatur in Iure, & apud peritos vera licentia, sicut licentia expresè concessa. Ita Basil. Pont. *de matrimon. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 14. Sanchez *eodem tractat. lib.* 3. *disput.* 22. *num.*65.

24 *Quintò* obseruandum nullum præter Episcopum se interponere debere in iis, quæ spectant ad approbandos Sacerdotes sacræ Confessionis ministros; ita decisum refert Armendar.*in addit.ad recopilat. legum Nauarra lib.*4.*tit.* 29.*lib.*1.§.1.*de confitendo semel in anno n.*15. & tenet nouissimè Bussi.*dict. sect.*3. *casu* 2. *sub num.*55.

25 Hinc fit Parochum non solùm Iure communi, sed etiam particulari non posse alicui Sacerdoti, aliàs non approbato dare facultatem audiendi Confessiones suorum subditorum: ita Floron *de casib. reseru.part.*1.*cap.*4.§.16. Nugn. *in addit.ad* 3.*part. q.*8. *art.*5.*dub.*6. Villalob. *in sum. tom.*1. *tract.*19. *diffic.*49. *num.*9 Sancius *in select. disp.*48.*num.*51. Bossi *d.sect.*3. *casu* 2. *num.*132. Trulench *d.dub.*3. *num.* 15. Gambarupt.*de casibus reseru. cap.*2. *num.*19. nec dissentire videntur Ægid.de Coninch *d.disp.*8. *num.*28. & Valer. Reginald. *d. lib.*1. *num.*67. & 68. Zanard. *in director. part.*1.*de Sacram. Pœnit. cap.*26. Fagundez *in quinque Ecclesſ præcepta præc.*2.*lib.*7.*cap.*2. *num.*43. Diana *dict. part.*3.*tract.*4. *resol.*110. & 146. Fr. Ludouic. à Cruce *d.cap.*1. *dub.*10. In contrariam tamen sententiam videtur posse allegari Nauarr.*in cap.placuit num.*140. *de Pœnit.dist.*6. dum ait Parochum, etiamsi nondum sit initiatus Ordine Sacerdotali, posse iure cõmuni dare alteri Sacerdoti facultatem absoluendi suos subditos: in hoc tamen nihil contradicit suprapositæ resolutioni; intelligendus est enim suppositis terminis habilibus, habita scilicet approbatione Episcopi: nam certum est Parochum posse dare licentiam suis subditis, vt cum alieno Sacerdote, idoneo tamen, confiteantur, *cap. placuit, de Pœnit.dist.*6. *c.omnis vtriusque sexus, de Pœnit.& remiss.* Nauar.*in d.c.placuit,n.*49. Suar. *tom.*4. *in* 3. *part.disp.*26.*sect.*1.*n.*3. & *disp.*27.*sect.*1. *n.*2. nouissimè Trulleneh *in expositione Bullæ S. Cruciatæ, lib.*1.§.7.*cap.*1.*dub.*3.*num.*11. Quamuis Petr.de Ledesma *in sum.part.*1. *de sacram.Pœnitent.cap.*12.*vers. acerca desta conclusion.* Ludou.de san Iuan *in sum. quæst.*7. *art.*2.*de Pœnit.diffic.*12. affirment etiam perspecto iure nouissimo Concilij Trid. licere parocho concedere simplici Sacerdoti non approbato, vt suorum parochianorum Confessiones audiat. Intellige primam, quam sequemur, opinionem procedere in Sacerdote à suo vel extraneo Ordinario approbato, Ioan. de le Cruz *in direct. part.*2. *de sacrament. Pœnit. quæst.*5.*dub.*6.*concl.*3. Coninck *de Sacrament. disput.*8. *dub.*6. *num.*57. vbi pariter declarant eam locum habere seclusa prohibitione Episcopi, Diana *dict. resol.* 110. Ioan.Sanch.*in select.disp.*48 *n.*52. Trullench.*dict. lib.*1.§.7.*c.*1.*dub.*3.*n.*16. vbi idem dicit quod Coninch.

26 *Sextò*, obseruandum in hac materia valde dubium esse, cuius Episcopi approbatio sit necessaria, an scilicet Confessarij, vel confitentis, vel loci in quo fit Confessio, seu vnius eorum? In quo repetiuntur quatuor opiniones ad inuicem sibi contrariæ.

Prima tenet sufficere cuiuscumque Episcopi approbationem, & constat ex eorum opinione, qui resoluunt Sacerdotem ab vno Episcopo approbatum, esse vbique approbatum, & eligibilem: qui vnica mouentur ratione ex verbis Concilij Trid.*d.c.*15. dum simpliciter requirit Episcopi approbationem, nec exprimit quòd sit Episcopus loci pœnitentis, aut Confessoris: ergo data approbatione cuiusuis Episcopi satisfit verbis Concilij, & per consequens cum sit lex noua exorbitans à regulis iuris antiqui, debet sufficere quæcumque approbatio, quæ secundum Ius antiquum, & regulas legis diuinæ sufficiens erit: quam sententiam tenere Theologos omnes ex familia Augustiniana, & Dominicana, & omnes Iurisperitos Salmaticenses testatur, & sequitur Henriq.*lib.*6.*cap.*6.§.7. & *lib.*7. *cap.*12. §.4. & probabilem dicunt Sanch.*de Matrim.lib.*8.*disp.*34 *num.*16. Anton. Gom. *in explicat. Bullæ ad claus.* 10. *num.*8. Petrus de Ledesma *in sum.part.*1. *de Sacram.* vbi *de Sacram. Pœnit.cap.*13. *post* 1.*concl.* Fagundez *d.lib.*7.*cap.*2.*num.*88. & in Hispania consultum Commissarium generalem Cruciatæ respondisse sic Papam declarasse ait Viuald.*in candel.aureo*, vbi *de Confess. num.*28. *concl.*3. sequitur Saa *verb.Confessor num.*6. & multis defendere conatur Ioan.Valer.*dict.verb.absolutio differ.*1. *num.* 62.*vers. patet.* citati per Torreblanca *d. lib.*14. *cap.*2. *num.*1. 27

Secunda requirit approbationem Episcopi ipsius pœnitentis, vt multos Theologos, & Iurisperitos legendo, & consulendo sensite, esseque valde consentaneum rationi, & debitæ gubernationi, ideóque semper, & simpliciter sibi placuisse asserit Suar. *d. disp.*27.*sect.*6.*num.*5. & 6. sequitur Filliuc.*tract.*7.*cap* 9. *quæst.* 11. *num.* 262. & mordicus defendit Gutierr. *canon. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 6. Villalob. *in sum. part.* 1. *tract.*4.*dub.*53.*num.*3. Ludou. à Cruce *in exposit. Bullæ disp.* 1. *cap.*2. *dub.*25. *num.*1. dum ait approbationem à Concil. requisitam & necessariam, ac sufficientem esse Ordinarij loci. Pro qua vrgere videntur rationes, quas pro quarta adduximus; nam ratio illa quod vbi Episcopi, seu Prælati mentio fit, de Episcopo loci intelligitur, qui debet curam habere de ouibus suis, atque etiam alia de confusione euitanda solum concludunt necessariam esse approbationem Episcopi ipsius pœnitentis, cui de congruis ministris prouidere incumbit cura proprio Episcopo. 28

Tertia asserit necessariam esse approbationem Episcopi ipsius Confessoris, vt declarasse videntur *Illustrissimi Cardinales Concilij Tridentini*, referentibus Suar. *dict. num.*6. Ægid. de Coninch *disp.*8. *dub.* 8. *num.*50. & 51. Fr. Iuan. à Cruce *dict. cap.*6. *dub.*5. Bonacin. *de Sacram. disp.*5. *quæst.*7. *puncto* 4.§. 1.*num.* 15. Molfes.*dict.tract.*7.*cap.*16. *à num.*18. Valer.Reginald. *dict. lib.*1. *n.*185. Filliuc. *in quæstion. moral. part.* 1.*tract.*7.*cap.*9.*num.*160. Bossi.*dict. sect.*3.*casu* 2. *num.* 214. Fagundez *dict. cap.* 2. *num.* 92. Quam quidem sententiam expresè probat, & variis rationibus confirmat idem Suar. *dict. disp.*28. *sect.*8. *à num.* 3. inter quas illa præcipua est, quia huiusmodi approbatio actus est iurisdictionis, quam propriè, & directè in ipsum Sacerdotem Episcopus exercet, & quam non habet Episcopus pœnitentis, sed Episcopus, cui Sacerdos ipse subiicitur: ergo si à suo Episcopo sit approbatus, satisfactum est formæ Concilij Trid. quæ Episcopi approbationem requirit. 29

Quarta sententia (cui tanquam probabiliorem adhæreo 30

hæreo) dictat necessariam esse approbationem Episcopi eius loci, quo fit Confessio, cuius multiplex ratio adducitur.

Primò, quia vbi Episcopi, vel Prælati mentio fit, debet intelligi de Episcopo loci in quo actus gerendus est, & cui incumbit cura animarum, ne aliàs sequatur confusio contra vulgares regulares text. *in cap.1.quæst.92.& in cap.1.13. q.1.* & Concilij Trid. *sess. 14.de reform.cap.9.*

Secundò, quia extra territorium ius dicenti non paretur, *l.vlt.ff.de iurisd omnium iudic.cap.2. de Constit. lib.6.*

Tertiò, quia licèt Sacerdos in vno Episcopatu approbatus, & idoneus sit, in alio tamen propter maiorem difficultatem negotiorum maiori indiget eruditione, maioréinque expostulat casuum occurrentium experientiam, vt bene docent Nauarr. *in man. cap 4.n.4* Iacob.de Graff. *d.lib.1. cap.15. num.2.* Suar. *d.disp.28.sect.7.num.19.*

Quartò, quia Concilium æquipatat habentem parochiale beneficium, & approbatum ab Episcopo; sed habens beneficium parochiale non potest audire Confessiones extra locum, vbi est beneficium, & multò magis extra diœcesim ex suprà resolutis: *num.19.* igitur nec approbatus ab vno Episcopo potest audire Confessiones in Episcopatu alterius.

Quintò, quia partes Societatis Iesu habent priuilegium, vt iter facientes vbique audiant Confessiones, ergo in contrarium est Ius commune. Quare secundùm hanc sententiam tenuisse Prælatos maximæ auctoritatis, quos suis nominibus refert, ac alios Doctores Complutenses ita tenuisse testatur Henriq. *dict § 4.lit O.* quamque tuentur Fr. Emman *in explicat Bullæ Cruciata, §. 9. num.5.* Nauarr. *in man cap. 27. n 266. vers. sextum,* Gambarupt. *d. cap.2. num.10.* Homobon. *de examine Ecclesiastico part.1.tract .5. cap. 2.quæst.: 4.* Campan. *dict.cap.13,num.77.* Torreblanca *d.lib.14 num.12.* Vgolin. *de potestate Episcopi. cap.7. §.secundò,num.8.* Ioan. Valer. *dict.verb.absolutio, differ. 1.num.9.& 14* Nicol. Garc. *de benefic.part.5.cap.8. num. 132.* Zerol. *in praxi Pœnit.cap.16. q.3.* Floron. *de casib. reserua.part.1.cap.4 §.12.num.6.* Lezana *in sum quæst. Regular.cap.19 num 4.& 19.* Paul Laym. *in sum. Theolog. mor.lib.5.tract 6.cap.11. num.9.* ex eo, quia pœnitentes sua valent confiteri peccata Sacerdoti existenti in eo territoriu, in quo reperiuntur, cum confiteri volunt, etiamsi vagabundi, peregrini, viatores, aut incolæ sint, vt tenet Bonacina *d quæst.7.puncto 2.num 4.& 5.*

Vnde fit vt Regulares simpliciter approbati in vno Episcopatu, dum ibi morantur, possunt audire Confessiones fidelium secularium, vndecumque venientium, etiamsi non sint subditi illius Episcopi à quo fuerunt approbati, & in cuius diœcesi morantur, Fr. Emman. *in Bull. Cruc. §. 9. num.32.* Peregr. *in compend priuil. Theatin part.1.tit. absolutio quoad seculares, §.1.* Ioan. Valer. *verb.absolutio.differ.1.num.14.* Leza-
31 na *in sum. quæstion. Regul. cap.19. n.1.* † Ille enim dicitur proprius parochus, quoad Sacramentalem Confessionem, in cuius parochia pœnitentes habitant de præsenti, nec possunt commodè adire proprium Sacerdotem, Menoch. *cons.398. num 25.* Sanch. *de ma-*
32 *trim lib.3.disp.23.num 12.* † Hinc etiam scholares dimisso Sacerdote in patria possunt in loco studij confiteri, Rebuff. *de priuileg schol. priuileg.139.* Denique pro hac parte facit Illustrissimorum Cardin. decisio, quæ dictat *approbatum ab alio, quàm à Valentino Episcopo in diœcesi Valentina non censeri approbatum ab Ordinario,* prout eam referunt Beia *part.4. casu 20. vers. tandem,* Ægid. de Coninch *d.disp.8.num.52.* & alij citati *num.seq.* Bossius *dict.sect.3.casu 2.num.133.* quia attenta si pœnitens confiteri non potest Sacerdoti approbato ab Ordinario Portugalensi in diœcesi Bracharensi, perspicuè apparet esse confitendum Sacerdoti approbato ab Episcopo loci vbi fit Confessio. *Vnde die 6. Iunij 1608. in vna Calagurritana Cong. Concilij* censuit *tam secularem, quàm Regularem in vna diœcesi approbatos ad audiendas personarum secularium Confessiones non posse in alia easdem Confessiones audire absque Episcopi Diœcesis approbatione.*

Septimò obserua pœnitentem, qui virtute Iubilæi, 33
vel alterius priuilegij, facultatem habet eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, non posse eligere Confessarium approbatum ab Ordinario alterius diœcesis, quia vsu receptum videtur, vt qui fuit in vna diœcesi approbatus, si aliam se transferat, iterum approbetur ab Ordinario loci, in cuius diœcesim transfertur. Suar. *disp.28. sect.7. num.8.* Filliuc. *dict.part.1.tract.7.cap.9.num.263.* Fagundez *dict. cap. 2.num.22. & 87.* & facit decisio infrà *num 34. in fine.* tum quia Religiosi Societatis Iesu priuilegium obtinuerunt à Gregor. XIII. vt semel approbati & à Superioribus expositi possint audire Confessiones fidelium, dum per alias diœceses transeunt, vt attestantur Fr. Emm. *in Bullam Cruciata §.9.num.144.* Fagundez *dict.cap.2.num 85.* ergo signum est ipsos non potuisse Confessiones in alia diœcesi audire sine tali priuilegio, & consequenter Confessarium approbatum in vna diœcesi non censeri approbatum pro alia etiam tempore Iubilæi; quod semper solet concedi cum facultate eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, qui necessariò debet esse approbatus ab Ordinario loci in quo Confessiones audit: nam approbatum ab alio, quàm à Valentino Archiepiscopo in Diœcesi Valentina, non censeri approbatum ad Ordinario referunt decisum Quaranta *in summa Bullary verb.Confessor, vers.præter,* Fr. Emman. *in explicat.Bulla Cruc.§.9.num.5.* Ægid. de Coninch *tom.2.disp.8.num.52.* Vgolin. *dict.§.2.num.8.* Fr. Ludou. à Cruce *dict.disp.1.cap.2. dub.24. num.5. vers. tertiam,* Armendar. *in addit.ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 29.lib.1.§.1. num.12.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.12.cap.13.num.77.in fine,* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract.7.cap.14.num.67.* Ita his, & aliis fundamentis hanc opinionem tenent Beia *dict. casu 20.* Quaranta *vbi proximè.* Zerol. *in praxi de Sacram. Pœnitent.cap.16. quæst.8.* Petr. Ledesma *in sum. part.1. de Sacram.* vbi *de Sacram. Pœnit.cap.12.concl 5.& cap.13. dub.7.* Gutier. *canon. lib.1. cap.27. num.6.* Villalob. *in sum.tom.1.tract.9.dub.56.num.3.* Ludouic. Beia *part.4. resp.20.* Fr. Emman. *in Bull.Cruc.§ 9. n.5.* Acosta *quæst. 38.* Fr. Luduuic. à Cruce *in expos.Bullæ Cruc.disp.1.cap. 2.dub.15.à num.9.* & censuit *S. Congreg. Concil. in Liman. 20. Ianuar. 1633.* Præsentatio enim Confessariorum Regularium facta in vno Episcopatu non sufficit pro aliis Episcopatibus, vt ait Ludou. Miranda *dict.tom.1.q.44.art.8.*

Contrarium tamen, imò Confessarium appro- 34
batum ab Ordinario, cuiuscumque loci sit, posse Confessiones audire illorum, qui virtute Iubilæi, vel alterius priuilegij facultatem habent eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, tenent Corduba *in sua summ quæst.10. ad 2.dub.* Henriq. *dict. lib. 3.de Pœnit. cap.6. §.7. & in commento lit. A, & de Indulgent. cap.12.§.4.* Viuald. *in candel.aureo, vbi de Confess num 28. conclus.5.* latè Ioan Valer. *dict.verb. Absolutio differ.1.per totam.* Fr. Emman. *in expositione Bullæ Cruciatæ, §.9.dub.2.* Suar. *tom 4. disp.28. sect.4. num.18. & sect.7.num.6.& 10.* Nug. *in additionib.ad tertiam partem, quæst.8. art.5. dub.9.* Filliuc. *tom.1. tract.7. cap.9. num.263.*

num. 261. Gutier. canon. lib. 1. cap. 27. num. 5. Ludou. de S. Iuan in sum. part. 1. quæst. 6. art. 2. diffic. 13. fol. 452. latè Ioan. Saoc. in selectis disp. 44. num. 2. vers. in primis, cum seqq. Fernandez in examine Theolog. moralis, part. 3. cap. 9. §. 8. num. 4. Ioan. à Cruce in direct. conscient. part. 2. tract. de Pœnit. quæst. 5. dub. 9. concl. 2. Reginald. dict. lib. 1. num. 186. & 188. Coninch d. disp. 8. dub. 7. num. 53. Ex ea scilicet ratione, quia Bulla non requirit Sacerdotem approbatum ab Ordinario illius loci sed simpliciter, & in communi requirit Sacerdotem approbatum, quæ verba, cum sint generaliter prolata, generaliter videntur esse intelligenda; igitur hæ opiniones sunt probabiles, prima tutior, & secunda non reiicienda.

An Parochus relinquens Curatum per commutationem, resignationem, vel aliam causam, sit eligibilis in Confessarium virtute Bullæ? Negantem partem docent Henriq. in sum. lib. 6. c. 6. sub num. 3. lit. I. Suar. tom. 4. disp. 28. sect. 4. n. 2. Fagundez in quinque Eccles. præc. part. 2. lib. 7. cap. 2. num. 38. Filliuc. in quæst. moral. tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 257. Fr. Luduuic. à Cruce in exposit. Bullæ Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 7. Floron. de casibus reseruatis part. 1. cap. 4. §. 12. n. 7. nouissimè Bossi. d. sect. 3. casu 2. num. 56. nouissimè etiam Trullench in exposit. Bullæ Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 3. n. 7. vers. dico tertiò, vbi Fr. Emman. & Acostam citat pro contraria parte.

35 Octauò, obserua fœminam, quæ virtute Iubilæi, vel alterius priuilegij facultatem habet eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum, posse eligere Confessarium ab Ordinario propriæ diœcesis approbatum ad certum numerum personarum, quia verum est dicere hunc esse approbatum ab Ordinario, tum quia versamur in materia fauorabili: tum quia non est idem omnino approbatio, vel iurisdictio, quia iurisdictio supponit approbationem; ad Confessionem autem alicui faciendam tempore Iubilæi non requiritur, vt eligatur Confessarius aliàs habens iurisdictionem in ipsum pœnitentem; sed sufficit vt eligatur Confessarius ab Ordinario approbatus, cui Summus Pontifex confert iurisdictionem: ita Henriq. in summa lib. 6. de Pœnitent. cap. 6. n. 8. & lib. 7. cap. 12. num. 4. Nugn. addition. ad tertiam partem, quæst. 8. art. 5. dub. 9. vers. ad 10. argum. Petr. de Ledesma in summ. part. 1. de sacram. Pœnitent. cap. 13. dub. 8. & 9. Sanch. de matrim. lib 8. disput. 34. num. 16. Boss. d. sect. 3. casu 2. num. 258. Coninch d. disp. 8. num. 57. Fagundez in quinque Ecclesiæ præc. præc. 2. lib. 7. c. 2. n. 19. & 45. Fr. Ludou. à Cruce d. disp. 1. cap. 2. dub. 7. num. 7. refert plures Trullench in exposit. Bullæ S. Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 3. num. 6. subdens quòd si quis tantùm approbatus esset ad audiendos viros non defectu solius ætatis, sed quia non adeò prudens, & aliquo modo leuis esset, non posset eligi à fœminis per Bullam, quia non censetur simpliciter, vt requiritur, approbatus; secus tamen esset, si esset idoneus, sufficiens, prudens, pius, & doctus, licèt num. 7. id in praxi nec consulendum, nec admittendum asserat, & ibidem in vers. dico tertiò, addit approbatum ad annum, si absolutè, & simpliciter approbatus est, eligi potest indifferenter intra annum ratione Bullæ, quia amplè, & non strictè approbatus est. Inuenio tamen die 7. Septembris 1625. in vna Cæsaraugustana. expositum fuisse S. Congr. Concilij Archiepiscopum solere in aliquibus casibus secularibus Sacerdotibus licentiam concedere audiendi Confessiones certi generis personarum, seu ad limitatum tempus, & non obstante huiusmodi limitatione Sacerdotes præfatos Confessiones audire sub prætextu quod id eis liceat vigore Bullæ Cruciatæ; eadem sacra Congregatio censuit Confessarius prædictis minimè licere pœnitentium Confessiones audire vltra facultatem ipsis ab Ordinario concessam.

Nonò, obserua proprium Sacerdotem, seu Parochum existentem extra territorium posse absoluere Parochianum suum confiteri volentem. Ita Victor. de Sacram num. 136. Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruc. §. 9. dub. 4. fol. 78. Zerol. in praxi Episc part. 1. verb. Parochus, pag. 274. Sanch. de Matrim. lib. 4. disp 34. num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 62. num. 9. Torreblanca d. lib. 14. cap. 1. num 20. & 26. In foro enim conscientiæ non requiritur remissio, nec forensis sortitur forum delicti, Clar. lib. 5 §. final. quæst. 38. num. 5. Bonacos. commun. crimin. part. 2. verb forum. fol. 30. & 32. Mich. Grass. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 13. num. 7. 36
pag. 400. † & forum pœnitentiale in loco delicti 37
non sortitur, Abb. in cap. cum contingat num. 29. & in repet. cap si quis contra, num. 50. vers. aut quæritur, de foro competen. Roch. de consuet. num. 709. quos refert Erasm. à Cochier de iurisdict. Ordinarij in exemptos, par. 4. quæst. 35. num. 2. Torrebl. d. lib. 14. cap. 2. num. 27.

Potest enim Parochus Confessiones audire suorum subditorum in aliena diœcesi, secundum Capyc. decis. 203. num. 15. Henriq. lib. 6. cap. 7. §. 1. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 3. cap. 13. in fine, Fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 9. num. 7. Iuan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. absolutio differ. 1. num 4. Floron. de casib. reser. part. 1. cap. 4. §. 12. num. 3. Bossi. d. sect. 3. casu 2. num. 195. Homob. d. tract. 5. cap. 3. q. 16. Zerol. de pœnit. cap. 16. quæst. 5. vers. dico quartò, Campan. d. rub. 12. cap. 13. sub num. 71. Chamerota d. loco dub. 14. Victor. de Confessione, num. 152. Sanch. d. disp. 24. n. 2. & 3. & eod. lib. 3. disp. 19. num. 8. Valer. Reginald. d. lib. 1. num. 93. & 94. Ægid. de Coninch d. disp. 8. n. 22. Marcel. Megal. p. 1. instit. Confess. lib. 1. cap. 7. num. 25. & cap. 9. num. 12. Molfes. in summ. Theologiæ moralis tract. 7. cap. 15. num. 89. Piasec. in praxi noua Episcop. part. 2. cap. 1. num. 10. vers. suum, vbi etiam asserit, quòd si dimiserit aliqua causa ipsum beneficium Curatum, desinit ipsius potestas, nec potest accipere Confessiones absque alia licentia, nec etiam tunc censetur sufficienter idoneus, & approbatus ad audiendas tempore Iubilæi, aut alia occasione Confessiones, excepto mortis articulo: nam Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. illum reputat idoneum, qui beneficium habet Parochiale, sed hic non illud retinet, aut saltem ipsius vsum, nec ipsius approbatio durat, Henriq. lib. 7. cap. 12. num. 3. & 4. Reginald. d. lib. 1. num. 190. Suar. disp. 28. sect. 4. num. 20. & sect. 6. num. 13. 38

Vtrum alij Sacerdotes approbati ad audiendas Confessiones in certo Episcopatu possint subditos illius in alieno absoluere, sicut possunt Parochi? Negant Syluest. in sum. verb. Confessor. 1. num. 12. Nau. in man. cap. 27. post num. 266. Vuald. in suo candel. aureo part. 1. rub. de absolut. num. 50. vbi ait ita declaratum Romæ de anno 1587. Miranda d. tom 1. quæst. 45. art. 8. concl. vnica, Campan. d. rub. 12. cap. 13. num. 71. Nicol. Garc. d part. 1. cap. 8. num. 132. per Clem. dudum, de sepul. dum habet quòd extra ciuitates & diœceses, in quibus sunt præsentati & deputati, audiendi secularium Confessiones facultatem non valent exercere. Quamuis contrarium sustineant Henriq. d. lib. 6. c. 7. §. 1. lit. D. Sanchez d. disp. 34. num. 2. Suar. tom. 4. disp. 28. sect. 6. num. 4. Moner. de commut. vltim. volunt. cap. 5. num. 232. Homobon. de Bonis de examin. Eccles. p. 1. tract. 5. cap. 3. q. 16. Ioan. Valer. d. verb. absolutio differ. 1. num. 8. 10. & 13. Fagundez in quinque Ecclesiæ præc. p. 2. lib. 7. cap. 2. n. 91. Tamburin. d. tom. 2. disp. 6 quæst. 14. num. 4. Floron. de casibus reseru. p. 1. cap. 4. §. 13. num. vnic.

vtic. Lezzàna *iu ſum. quæſt. Regul. c.* 19. *num.* 5. Diana *d part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 144. Boſſi. *d. ſect.* 3. *caſu* 2. *n.* 202.

An etiam Epiſcopus poſſit extra ſuam diœceſim Confeſſiones eorum audire, qui eſſent ſui ſubditi? Hanc quæſtionem à Præſule præſtaotiſſimo in Mattirenſi Cutia ſibi fuiſſe propoſitam refert Alzed. *d. p.* 1. *c.* 13. *num.* 94. & reſpondiſſe ſine dubio poſſe ait, quia ſacramentalis Confeſſio & abſolutio ſine ſtrepitu iudiciali fit, & intervolentes exercetur, & ſic quia de voluntaria iuriſdictione eſt, exerceri extra territotium poſſe, Greg. Lop. *l.* 21. *verb. parochianes tit.* 4. *part.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 43. *num.* 16. *&* 27. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 62. *num.* 10. de quo tamen dubito,

39 An Parochus, qui ſe de facto intruſit in beneficio ſine auctoritate Superioris, habeat iuriſdictionem ſufficientem, itaut Confeſſio illi facta à ſuis ſubditis non ſit iteranda? Inualidam eſſe tenent Angel. *verb. Confeſſio*, §. 12, Nauat. *cap* 9. *num.* 11. *& in cap. placuit, de pœnit. diſt.* 6. *num.* 176. quos refert, & ſequitur Chamerot. *d. loco dub.* 22. ſed verius quæ ſuprà *num.* 19. reſoluimus.

40 *Decimò*, obſerua approbatum ab Epiſcopo abſque iudicio, vel etiam contra iudicium, ſciente non eſſe idoneum, non cenſeri approbatum iuxta probabiliorem ſententiam; nam Concil. *dict. cap.* 15. exigit, vt Confeſſarius, qui non habet Parochiale beneficium, iudicetur idoneus; hic autem verè non iudicatur idoneus, ſed fictè, cùm Epiſcopus interius ſentiat, & iudicet non idoneum. Quare ita tenent Suar. *tom.* 4. *diſp.* 28. *ſect.* 5. *num.* 7. *verſ. & fortaſſe*, Reginald. *dict. lib.* 1. *num.* 197. Bonacin. *de Sacram. diſp.* 5. *q.* 7. *puncto* 4. §. 1. *num.* 29. Boſſi. *d. ſect.* 3. *caſu* 2. §. 1. *num.* 3. qui etiam reſoluunt validam eſſe approbationem, quando Epiſcopus verè aliquem iudicat, & approbat tanquam idoneum, ſed re ipſa non eſt idoneus. Valebit tamen Confeſſio facta Sacerdoti, cui Epiſcopus facultatem audiendi Confeſſiones ficte conceſſit, id eſt, ſolis externis verbis abſque vera intentione concedendi; quia tunc adeſt licentia à legitimo Superiore, & eius nullitas eſt occulta, ac proinde adeſt titulus præſumptus cum communi errore, ſicut adeſt etiam in alio caſu Epiſcopi videntis & tacentis, non tamen internè conſentientis; ita Sanch. *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 22. *n.* 65. Boſſi. *d. ſect.* 3.
41 *caſu* 242. † Aliàs enim debet Epiſcopus Confeſſarium non ſolùm interius iudicare idoneum, verum etiam exterius approbare, & iuriſdictionem concedere; vt patet ex Concil. Trident. *d. cap.* 15. in illis verbis, ibi, *aut iudicetur idoneus, & approbationem obtineat*: ita Suarez, & Reginald. *vbi proximè*, Coninch *de Sacram. & cenſur tom* 2. *diſp.* 8. *n.* 49.

42 Poteſt tamen Epiſcopus approbare quoſcunque Sacerdotes voluerit ſeculares, vel Regulares, etiam non laureatos Theologia, vel Iure Canonico abſque vllo examine, ſufficit enim quod illi ſibi videantur apti ad hoc munus exercendum, cùm Concil. *d. c.* 15. expreſsè dicat, *per examen, ſi illis videtur, neceſſarium, aut aliàs idoneus ab Epiſcopis iudicetur.* Ita Palat. *in* 4. *diſt.* 17. *diſp.* 7. *pag.* 265. quem refert Fagundez *d. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 70.

43 *Vndecimò*, obſerua licentiam delegatam audiendi Confeſſiones non expirare mortuo, vel amoto delegante, quia eſt quædam gratia. ita Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 3. *col.* 7. Graſſis *in deciſ. aureis, lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 49. Chamerot. *d. loco, dub.* 27. *pag* 488. Fr. Ioan. Valer. *d. verb. abſolutio differ.* 1. *num.* 18. *verſ. obſerua*, Fr. Ioan. de la Cruz *de ſtatu relig. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 1. *concl.* 3. *verſ. ex dictis*. Coriol. *d. part.* 1. *ſect.* 1. *art.* 8. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 28. *num.* 74. *&* 80. Cened. *Canonic. quæſt. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 20. *&* 21. Fagundez *d. p.* 2. *lib.* 7. *num.* 14. Campan. *d. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 69. Homob. *d. tract.* 5. *cap.* 3. *quæſ.* 17. Boſſi. *d. ſect.* 3. *caſu* 2. §. 1. *n.* 9. Lezana *in ſum quæſt. Regul. cap.* 18. *num.* 10. *in princ.* Henriq. *dict. lib.* 6. *cap.* 6. §. 7. *in fine*, vbi etiam limitat, niſi Epiſcopus ad tempus tantum vnius anni approbaſſet, aut ad tempus vitæ ſuæ, vel ad ſuum beneplacitum.

Hinc fit Religioſum, qui ſemel fuit generaliter 44
approbatus, ſi recedat à diœceſi, in qua fuit ſimpliciter approbatus, & poſtea iterum redeat, non teneri nouam quærere approbationem, & licentiam, etiamſi interim mutati fuerint Epiſcopi in illa diœceſi: ita Nugn. *in addition. ad* 3. *par. qu.* 8. *art.* 3. *dub.* 1. *concl.* 2. Beneuen. *in praxi de Sacram. pœnit. cap.* 16. *quæſito* 2. *verſ. quinto ſi verò*, Henriq. *d. cap.* 6. §. 7. Ioan. Valer. *verb. abſolutio differ.* 5. *num.* 19. *verſ. & obſerua*, Tambur. *d. tom.* 2. *diſp.* 6. *q.* 14. *num.* 2. Boſſi. *d. ſect.* 3. *caſu* 2. *num.* 46. Hoc tamen limitandum eſt modo Epiſcopus facultatem non reuocet: ille enim poteſt, aut eius ſucceſſor iuſta de cauſa reuocare approbationem, ſeu facultatem, modo approbatus non habeat beneficium Parochiale, hic enim habet approbationem à iure, & facultatem annexam beneficio, quamuis aliquando poſſit ſuſpendi: ita Suar. *diſp.* 18. *ſect.* 2. *&* 8. Beneuent. *d. loco*, Reginald. *d. lib.* 1. *num.* 201. Fagundez *d. cap.* 2. *num.* 31. Boſſi. *d. n.* 46.

Duodecimò, obſerua Regulares indigere approba- 45
tione Epiſcopi cùm ſecularium, quamuis Sacerdotum, peccata audire cupiunt, iuxta decretum Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 15. reſoluunt Ioan. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 109. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. Fr. Ludou. Miranda *d. quæſt.* 45. *art.* 8. *in fine*, Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.* 20. *in princip.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 13. vbi *num.* 33. cum Henriq. *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 6. §. 6. obſeruat Epiſcopos non approbare Regulares in Confeſſarios, niſi à Prælato ſuo ſaltem interpretatiuè exponatur, præſentatúrque ipſis Epiſcopis, Steph. Daluin. *de poteſt. Epiſcop. c.* 35. *num.* 2. dum ait, quòd Regulares non approbat Epiſcopus in Confeſſarios, niſi à Prælato ſuo exponantur ſaltem interpretatiuè, iuxta *Clem. dudum*, §. *ſtatuimus, de ſepultur.* quæ eſt alia plana Papæ intentio, ne alias proprio præiudicetur Prælato, à quo pendet ſubditorum voluntas ex voto quod emittunt, quod etiam tradit Trulench *d. lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 4. & ſtatutum fuit in Concil. Lateranen. à Leone X. vt in ſua Bulla incip. *Dum intra mentis arcana*, quod & Pius V. innouauit ordinatione ſua de anno 1571. *octauo Idus Auguſti*. Quare Religioſus Sacerdos extra mortis articulum non poterit licite abſque approbatione, & conſenſu ſui Prælati audire Confeſſiones, & abſoluere, neque etiam à peccatis venialibus, vel mortalibus aliàs rite confeſſis. Ita Henriq. *in ſum. lib.* 6. *cap.* 6. §. *in fine*, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 66. *art.* 1. Campan. *in diuerſorio Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 59. Fagund. *d. præc.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 32. Paul. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 10. *num.* 14. Tamburin *de iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 69. *dub.* 15. *num.* 142. Boſſi. *d. ſect.* 3. *caſu* 2. *num.* 178. vbi *num.* 179. ampliat vt ob eandem rationem idem Religioſus licite non valeat inuito eodem ſuo Prælato audire Confeſſiones etiam habentium ab ipſo ſummo Pontifice priuilegium eligendi quemcumque Confeſſarium idoneum. Pianæ autem Conſtitutionis verba ſequuntur. *Romani Pontificis prouidentia*, & infrà. *Hac noſtra Conſtitut. perpetuo ſancimus, decernimus, & declaramus decretum Concil. Trident. de approbatione Regularium audiendis Confeſſionibus ſecularium præpoſitorum ab Epiſcopis*

sceptis facienda, observari debere etiam in omnibus Regularibus quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, etiam sub Regulari disciplina viuentibus, etiamsi sint Lectores, aut in Theologia, etiam de Superiorum suorum licentia graduati, vel promoti, vel à suis Magistris generalibus, vel Prouincialibus Ministris secularium Confessionibus audiendis expositi. Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in Ciuitate, & diœcesibus suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari; ab Episcopo autem successore pro maiori conscientia sua quiete examinari de nouo poterunt. Inhibentes quibuscumque regularibus, quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, vt præfertur, ne vigore deputationis, & approbationis ab eisdem Magistris, & Ministris Prouincialibus, etiam quod illarum occasione ab Ordinariis huiusque tolerati fuerint, absque speciali in posterum licentia, & approbatione ab Ordinariis obtinenda, secularium Confessiones audire præsumant. Decernentes irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac nostris litteris prædictis, & aliis postea quibuscumque regularibus concessis, & forsan extensis, quas ad ea, quæ præsentibus aduersantur, & contrariantur, penitus, & omnino reuocamus, &c.

Refert nouissimè Salgado *de supplicat. & de sanctissim. p. 1. cap. 4. num.* 4. quod Philippus II. Hispaniarum Rex supplicauit à dicto Breui, & instanter petiit humiliter, à Sede Apost. eius reuocationem, quodque propter illud reformauit Gregorius XIII. *de anno* 1572. vt in Bullario *tom.* 1. *pag.* 1208. *& seq.*

Ex qua Piane Constitutione colligitur Regulares etiam Lectores, ac in Sacra Theologie Graduatos cum approbari in secolarium Confessarios de-
46 siderant, posse † eb Episcopis, si voluerunt, examinari, vt tenent Suer. *tom.* 3. *disp.* 28. *sect.* 4. Mirande *d. q.* 45 *art.* 9. *concl.* 1. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. Henriq. *lib.* 3. *cap.* 6. §. 2. Ioan. Valer. *d. verb. nullitas differ.* 5. *vers. Sexto*, Lezane *in sum. cap.* 19. *num.* 6. & me citato in *hoc loco* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. part.* 2. *tract.* 12. *cap.* 3. *quæst.* 13. *resolut.* 2. *in fine*, *pag.* 447. An Religiosus præsentatus à suo Prælato, & ab Episcopo epprobatus possit virtote Bullæ eligi postquam ei à suo Prælato prohibitum est ne Confessiones secularium audiat? Vide Trullench. *d. lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 6. *per tot.*

47 Formam datam *in Clem. dudum*, *de sepult.* circa Confessariorum Regularium coram Episcopis, & Ordinariis faciendem præsentationem, nolletenus esse per Concil. Trident. derogatam, & reuocatam, quin verò per ipsum confirmatam, & approbatam, & eidem quàm maximè conformem, tenent Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 264. *in fine*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 59 *art.* 2. *& in add. ad explic. Bull. Cruc.* §. 9. *num.* 30. Fr. Ludou. Miraod. *d. quæst.* 45. *art.* 6. Contrarium temen verius videtor, prout quotidie vsus edocet, & post Parif. Flem. firmant Cochiet *de iurisdict. Ordinarij in exemptos part.* 2. *q.* 45 *num.* 81. Hermosill. *ad Greg. Lop. l.* 53. *glos.* 6. *num.* 32. *tit.* 5. *part.* 5. quia hæc approbatio non est gratia vt possit pendere à voluntate concedentis, sed tantùm euthenticom instrumentom sufficientiæ talis personæ, testimonium verò semel datum non potest reuocari, Duen. *reg.* 233. Cordub. *in addit. ad compend. verb. absolutio* §. 16. & *verb. præsentatio*. Vege *tom.* 1. *cap.* 62. *casu* 8. Villalob. *in sum tract.* 9. *diffic.* 73.

48 Neque prædicta Pij V. ordinario reuocate fuit per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concil. Trident. factam, vt declauit *Sacr. Congreg.* releta per Confect. *in summ. tit.* 17. *cap.* 5. Circa illam quæst. an Episcopus, etiem idem, qui approbeuit, possit non solum seculares, sed etiam Regulares iterum examinare, & indignos reprobare, videndom est *Sacr. Cong. decretum*, quod sequitur. *Congregatio Concilij censuit Regulares ad audiendas in ciuitate, & diœcesi secularium Confessiones semel ab Episcopo prævio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos. Caterum à successore posse vtique examinari; iuxta Constit. Pij V. datam* 8. *Idib. August. Pontif. sui anno* 6. *quæ à felici record. Greg. XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concil.* referunt Fr. Emmen. *in Bull. Cruciata* §. 9. *num.* 32. *& quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 59 *art.* 4. Ludou. à Cruce *in exposit. Bullæ disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 9. *num.* 2. Trullench *in simuli exposit. lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 10. Lezana *in sum. cap.* 18. *num.* 7. Fagundex *in quinque Ecclesiæ præcepta part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 10.

Ex quo cum Suarez tradit Campanil. *dict. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 70. & dicit decisum Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarr. d. tit.* 29. *l.* 1. *num.* 14. & nouissimè *de anno* 1619. in ciuitate Corduben. fuisse obseruetum refert Hermosill. *vbi suprà num.* 34. † posse scilicet successorem in Episcopatu vocare etiam generatim ad examen approbatos omnes, quamuis simpliciter, & quos idoneos minimè inuenerit, reiicere, resoluunt Mirand. *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 45. *art.* 7. *concl. vnica*, Vgolin. *de potest. Episcopi, cap.* 20. *num.* 5. & 4. Fernendez *in exam. Theolog. moral part.* 3. *cap.* 19. §. 8. *num.* 5. Villelob. *in sum. tract.* 9. *diffic.* 63. *num.* 7. Diena *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 27. Campen. *in diuers. Iuris Canonic. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 70. Bossi *d. sect.* 3. *casu* 2. *à num.* 43. Ioen. Sanc. *in select.* *q.* 40. *num.* 15. & *disp.* 48. *num.* 18. *vers. docens*, me citato *in hoc loco* Torreblanca *d. lib.* 14. *cap.* 3. *num.* 6. *cum seqq.* vbi *num.* 24. refert S. D. N. Vrbani VIII. Breue Episcopo Cordubeo. transmissum, quo decletatur Regulares in ciuitate, & Diœcesi Corduben. à prædecessoribus Episcopis examinetos, & approbatos ed Confessiones personarum secularium eudiendas, eb Episcopo successore pro maiori conscientiæ suæ qoiete posse iterum examioari, ac si minus idonei reperti fuerint, reprobari: quamuis Henriq. *dict. cap.* 6. §. 6. dicat successorem non posse reuocare, nisi causa suppetat, eaque cognita, & probate, ec nominatim facta, in tantum quod neque generalis sufficiat reuocetio, quem videtur sequi Fagundex *dict. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 30. Sed eduerte solum successorem in dignitate & iurisdictione, non autem in iurisdictione tantùm, vt est Capitulum Sede vacante, posse semel absolutè approbatos prævio examine iterum ad examen vocere, & approbare, vel reprobare, provt nouerit esse, vel non esse idoneos; ita ex quodem priuilegio Clementis IV. resoluit Bossi *d. sect.* 3. *casu* 2. *num.* 47. 49

Circe Regulares Confessarios ab Ordineriis semel approbatos simpliciter, & absolutè, quod non possint ab ipsis ab audiendis Confessionibus suspendi, statuit Pius V. *in d. sua Constit.* releta sup. *n.* 45. & per eam idipsum resoluunt Fr. Emman. *in Bull. Cruciata*, §. 9 *num.* 3. & 39. Henriq. *in sum. lib.* 6. §. 6. Mirande *d. tom.* 1. *q.* 45 *art.* 7. Philibert. Miranda *in tract. tempor. pestilent. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 8. *cum seqq.* Bossi. *d. sect.* 3. *casu* 2. *num.* 39. *vbi* ex noue causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente, tenent Gauant. *in manuali Episcop. verb. Confessar, num.* 23 & 24. Peirinis *de priuileg Minim. tom.* 1. *constit.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *num.* 45. Lezana *in sum. quæst.* Regol. *cap.* 19. *num.* 7. *cum seqq.* Diena *resolut. moral part.* 3. *tract.* 21. *resol.* 22. & *part.* 4 *resol.* 20. Matchin. *tract. tempor. pestil. part.* 5. *cap.* 4 *n.* 9. Boss. *d. sect.* 3. *casu* 2. *num.* 40. & ite declarauit *Sacra Congreg.* 50

Congreg Illuſtr. Card. negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, in hæc verba. *Cum Sacra Congreg. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum innotuerit Confeſſarios Regulares grauiter conqueri, quod ab Archiepiſcopis. Epiſcopis, & locorum Ordinariis ab audiendis Confeſſionibus quauis de cauſa indiſcriminatim ſuſpendantur, & propterea ſæpe contingere, vt ab eiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis omnibus ſimul vnius Conuentus Confeſſariis confeſſiones audiendi facultas adimatur; Illuſtriſſimi eiuſdem Sacræ Congationis Patres, rati vix fieri poſſe, vt hæc ſine ſcandalo, magnáque animarum pernicie contingant, re maturè perpenſa ad omnem ſcandali materiam ſummouendam, & quo magis ſpirituali piarum mentium conſolationi conſulatur, ſtatuunt, & decernunt, Archiepiſcopis. Epiſcopis, aliiſque Ordinariis locorum, ad quos Confeſſarios approbandi ius ſpectat, Confeſſarios Regulares, alias ab ipſis liberè approbatos ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere poſthac minimè licere, niſi ex noua cauſa, eaque ad Confeſſiones ipſas pertinente, aut ob non ſeruatum interdictum ab ipſis Ordinariis poſitum. Statuunt inſuper eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumque Ordinarios Confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul vnius conuentus Regularibus Confeſſariis, eadem Sacra Congregatione inconſulta nullo pacto adimere poſſe. Quod quidem decretum, vt iidem Illuſtriſſimi Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obſeruari. Romæ* 20. *Nouembris* 1615. Anton. Mar. Epiſcop. Oſtienſ. Cardin. Gallus. V. *Theatin. Secr.* refert Marcell. Vulpe *in praxi cap.*35*.num.*26.& Lezana *d. cap.*18. *num.*9. & alias declarationes refero *de Iure eccleſ. vniu. lib.*1*.cap.*43. *num.*206. *cum multis ſeqq.*

51 De approbationibus generaliter, & indiſtinctè, vel determinatè ad locum, ſeu tempus certum dandis extat decretum *Sacra Congreg. Concil. Trident.* relatum apud Confect. *d. loc. cap* 4. *de anno* 1587. *ſub die* 2. *Iulij*, & ſequitur. *Regulares qui ad Confeſſiones audiendas idonei generaliter, ab Ordinariis, eorumve examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis, certorúmve locorum, aut generis perſonarum, admittantur in Diœceſi propria. De ceteris verò, qui non adeo idonei reperientur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Qui autem in domibus laicorum Confeſſiones ex cauſa audierint, ſtatim Parochum admonere teneantur, & fidem audita Confeſſionis pro Medico adueniente relinquere.*

52 Ex quibus conſequens fit Regularium iuriſdictionem a iure, vel à Papa eis tributam reſtringi, ſeu dilatari per ipſam approbationem Ordinarij: iuſta enim atque legitima exiſtente cauſa certum eſt poſſe Epiſcopos Confeſſariorum Regularium approbationem, ac iuriſdictionem reſtringere, & limitare ad certum locum, tempus, ſiue perſonas. Ita Gutier. *canon. lib* 1 *cap.*27. *num.*18. & 19. Soar. *tom.*3. *diſp.*28. *ſect.*7. *dub.*6. Fr. Emman. *quaſt. regul. tom.*1. *quaſt.*59. *art.*8. Miranda *d. quaſt.*45. *art.* 10. *concl.* 1. me citato Homobon. *de examine Eccleſiaſtico tract.*8. *cap.*2. *quaſ.* 7. *in princip. verſ. ſecundo.* Vgolin *de officio Epiſcopi, cap.* 20. *num.*6. Cened. *canon. lib.*1. *quaſt.*38. *num.*20. & 21. Diana *par.*3. *tract.* 2. *reſolut.* 25. Lezana *in ſum. quaſt. Regul. cap.* 18. *num.* 8. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, par.*2. *lib.*7. *cap.*2. *num.*17. & ita † quando ſub
53 conditione fuit licentia data, illa non impleta, ceſſat facultas, vt per Gemin. *conſ.* 106. *verſ.* 2. *ad idem.*

Vnde minus bene Fr. Emman. *quaſt. regul. tom.*1. *quaſt.*59 *art.*4. & *tom.*3. *quaſt.* 32. *art.*6. Zerola *in praxi Epiſcop. part.*1. *verb. Confeſſores*, §.2. Fr. Ioan. de la Cruz *de ſtatu relig. lib.*2. *cap.*6. *dub.*4. *concl.*3. & alij aſſerere videntur ſemel approbatum ab aliquo Epiſcopo, minimè eſſe ab eodem poſtea examinandum; licèt autem eorum opinio poſſit procedere in approbato indiſtinctè, minimè tamen admittenda, quando fuerit cum aliqua limitatione; quia ſi ad aliquod expreſſum tempus admiſſus fuerit, lapſo eo tempore, dicitur facultas ipſa denegata, ex reg. quam tradit Caluaſc. *Fiuiſ. deciſ.*1. *num.*32. *part.*5. & ita cum ſemel ſit extincta, vt iterum concedatur, poteſt Epiſcopus talem examini ſubiicere. Et ſic declauit S.D.N. Vrbanus VIII. *in dicto Breui Epiſcopo Corduben.* directo ſtatuens approbationem huiuſmodi obtinentes ad certum tempus non poſſe Confeſſiones audire abſque noua ipſius Epiſcopi approbatione & licentia, præuio etiam, ſi ei libuerit, nouo examine, vt refert Torteblanca *d. lib.*14. *cap.*3. *num.*24. Dixi, *ab eodem*; quia ab alio alterius Diœceſis bene poterit examinari, Fr. Emman. *in explicat. Bulla Cruciata* §.9. *num.* 31. & *quaſt. regul. tom.*1. *quaſt.*59. *art.*5. Gutier. *canon. lib.*1. *quaſt.*27. *num.*6. Nicol. Gate. *d. part.*5. *cap.*8. *n.*87. quos refert, & ſequitur Hermoſil. *d. loco num.*33. Intelligerem tamen ſupradicta, quatenus habent admiſſos ſine vlla reſtrictione temporis minimè poſſe impediri ne in poſterum Confeſſiones audiant, vt procedant, niſi iuſta reuocandi ſuperuenirer cauſa: nam tunc huiuſmodi facultas etiam ſimpliciter conceſſa poterit ſine dubio eodem concedente ſuſpendi, aut rertactari, vt inquiunt Sylueſt. *Confeſſ.* 2. *num.*11. Henriq. *d. cap.* 6. §. 6. Suar. *tom.* 4. *diſp.* 28. *ſect.* 8. *num.*3. Fagundez *d. lib.*7. *cap.*2. *num.* 32. Hodie attenta declaratione de qua ſupra *num.*50. intelligendum eſt iuſta exiſtente cauſa ad Confeſſiones ipſas pertinente.

Sacerdos Religioſus approbatus ab Ordinario, prohibitus tamen à ſuo Superiore Confeſſiones audire, licet peccet contra præceptum Prælati, validè tamen abſolutionem impartitur; quia licèt *in Clem. dudum, de ſepultur.* dicatur quòd Epiſcopus debet admittere ad audiendas Confeſſiones Religioſos præſentandos à ſuis Prælatis, tamen nec ibi, nec alibi dicitur quòd non poſſit ipſe conferre iuriſdictionem Religioſis abſque tali præuia præſentatione, immo oppoſitum colligitur ex *d. Clem. in verſ. per huiuſmodi.* Ita Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. par.*1. *lib.*2. *cap.*13. *num* 88. Nau. *in man. cap.*4. *num.*2. & *cap.* 27. *num.*266. Fr. Emman. *in Bulla Cruc.* §. 9. *num.* 10. Zerol. *in praxi de pœnis cap.*16. *q.*7. *verſ. reſpondeo primò.* Salas *de legib. diſp.*16. *ſect.*10. *num.*43. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig lib.*2. *c.*6. *dub.*2. *concl.* 2. Homobon. *de examin. eccleſ part.*1. *tract.*7. *cap.*16. *num.*77. Lezz *in ſum. quaſt. Regul. d. cap.*18. *num.*12. & *cap.*19. *num.*12. Mirand. *in man. Prælat. tom.*2. *quaſt.*45. *art.*11. Villalob. *in ſum. tom.* 1. *tract.*9. *dub.*50. *num.*4. Layman. *d. lib.*5. *tract.*6. *cap.*10. *num.*15. *verſ.*2. Boſſ. *d. ſect.*3. *caſu* 2. *num.*185. Ludou. à Cruce *in expoſit. Bulla Cruc. diſp.*1. *cap.* 2. *dub.* 16. *à num.* 5. vbi *num.* 8. ſubdit per accidens contingere poſſe, vt abſolutio impenſa à Religioſo, cui prohibitum eſt à ſuo Prælato Confeſſiones excipere ſit inualida, vt ſi eſſet nominatim ſuſpenſus, aut excommunicatus, aut ſi pœnitens ſciens illi Religioſo eſſe prohibitum à ſuo Prælato ſub mort. audire Confeſſiones, nihilominus illi confiteretur. Quamuis Syl-ueſt. Lop. Corrad. Fr. Emman. Campan. & alij, quos refert, & ſequi videtur Boſſ. *d. loco num.*186. contradicant.

Adderem etiam Regulares ſemel ab aliquo Antiſtite approbatos, extra diœceſim ipſiuſmet Epi- 54

ſcopi

ſcopi approbantis non poſſe dare operam auditioni Confeſſionnm, prout tradunt Sylueſt. *verb. Confeſſor*,1. §.14. *& eod.verbo* 2.§. 4. Nauar.*in man.cap.*27. *poſt num.*266. *verſ.*6. Beoeu.*de pœnis.cap.*16. *quæſito* 3. *d.*2. Viuald.*in Candel.aureo,part.*1. *ſub tit.de abſolutione,num.*50. Miraod.*d.q.*45.*art.*17. Tamburin.*d.tom.*2. *diſp.*6. *q.*14. *n.*1. Lezzana *in ſum.quæſt. Regul. cap.*19. *num.*4. Boſſ.*d.ſect.*3.*caſu* 2.*num.*36. Trullench *d.lib.*1. §.7.*cap.*1. *dub.*5. Torteblanca *d. lib.*14. *cap.* 2. *à num.* 23. & comptobatur apertiſſimè ea priuilegio vener. Presbyteris Congregationis Oratorij conceſſo à Sixto V. quo indulgetur illis, *vt cùm fuerint Romæ approbati ad Confeſſiones audiendas, non debeant amplius extra Vrbem examinari à locorum Ordinariis, ſed illis ſufficiat præſentare eorum licentias Romæ habitas*, refert Quar.*in ſum Bullar.verb.Confeſſor* Si eoim lure id eis liceret, nequaquam ſpeciali gratia illis concederetnr,& ita reſoluit Miraoda *d. q.* 45. *art.* 8. *concl. vnic.* Sed clariùs id colligitur ea ſequenti decreto. *Die* 22. *Maij* 1610.*in vna Germonen.S. Congreg. Concilij cenſuit Cnnfeſſarios extraordinarios ab Epiſcopo approbatos ad Confeſſiones audiendas ſiue ſint Regulares ſiue ſeculares nullo pacto eas audire poſſe, extra diœceſim Epiſcopi approbantis, quamuis Confeſſores ſint eidem Epiſcopo ſubiecti.* Pro coronide huius duodecimæ obſeruationis te ſcire volo quæ ſuprà diximus de reſtrictione, & renocatione licentiarum ab Epiſcopis ipſis Regularibus conceſſarum pro Confeſſionibus audiendis in caſibus enumeratis locom habere quantum ad iuriſdictionem ab ipſis Epiſcopis delegatum tantum; quare poterit Generalis Religionis, aut Prouincialis expoſitom, & approbatum Confeſſorem ab Epiſcopo reprobare,& apud quoſdam (vt apud Patres Ieſuitas) etiam poteſt iuriſdictionem limitare circa perſonas certas audiendas, aut certos caſus, vt viuæ vocis oraculo declarauit Gregorius XIII.pro Societate Ieſu,vt refert P.Claudius *in compendio Societatis verb.gratia*,§. 2. Stephan. Daluin *de poteſt. Epiſcop.cap.* 35. *num.* 3. vbi ea ea ratione procedere ait, quia iuriſdictio in Regulares non deriuatur, niſi medio proprio Prælato ſaltem Generali, & cum conſenſu eius expreſſu,aut tacito, ne quid derogetur debitæ ſubiectiooi,& obedientiæ erga proprios Prælatos, ſubdítque ibidem *num.*4. ex Sylueſt.Angel.Lopez,Nauar. Fr.Emman.Henriq.& aliis,quod ſi Prælatus expreſſis verbis non reprobet, ſed taotum prohibeat audire Confeſſiones, aut ne iunior Sacerdos(licet ſit doctus, & pius)audiat fœminarum Confeſſiones, propter periculum, aut decentiam perſonæ, aut Ordinis, non tollit propterea approbationem à ſe, vel ab Epiſcopo datam, & valet abſolutio poſtea data, quam prohibitus impendit ſecularibus viris, aut fœminis; & quia peccat contra Prælati prohibitionem rationi conſentaneam,poſſet vtique ab illo puniri.

Vtrùm Prælati Religionum poſſint ſine approbatione Ordinarij audire ſecularium Confeſſiones? Negatiuam ſententiam ſuſtinent Suar.*tom.*4.*diſp.*28. *ſect.*4.*num.*21.Fr. Emman.*in Bull.Cruc.*§.9 *dub.*1. *n.*4. Diana *moral.reſol.p.*1.*tract.*16. *reſol.* 46. Fr. Ludou. à Cruce *in Bull.Cruc.diſp.*1.*c.*2.*dub.*11.

55 *Decimotertiò*,obſerua facultatem ab Epiſcopo pro audiendis Confeſſionibus ad ſui arbitrium,& beneplacitum conceſſam quaodoqne ab eo renocari poſſe,iuxta tradita per Corn.*conſ.* 92. *ſub num.* 31. *vol.*2. non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè, ſcilicet morte ipſius Epiſcopi concedentis; morte enim extinguitur beneplacitum,*cap. ſi gratiosè, de reſcript. lib.* 6. &
56 † gratia ad beneplacitum Papæ, vel Regis, morte Pontificis,vel Regis expirat,Gonzal.*ad reg.* 8. *Can-*

cel.§.1.*proœm.n.*9.*cum ſeqq.& gloſ* 12.*à princ.*alios Doctores refero *de clauſulis vſufreq clauſ.*3.*n.*2.*cum ſeq.*& ita firmant in hac quæſt.Petrinis *ad priu. Minim tom.* 1.*conſt.*2.*Sixti IV.*§.2.*n.*44.Diana *p.*3 *tract.*2. *reſol.*26. Boſſ.*d.ſect.*3.*caſu* 2. §.1. *n.*10. Campao.*d.rub.*12.*c.*13. *n.*64. vbi *n.*67.cum aliis tenet ſuperueniente excommunicatione tam delegantis, quàm expoſiti licentiam pro audiendis Confeſſionibus non eſſe reuocatam;licèt enim expoſitus excommunicatus prohibitus tunc audire dicatur, quin etiam in certis caſibus ſuſpenſus,in tantum, quod ſi audeat pœnitentes abſoluere,ſit inualida abſolutio ab eo impenſa,nihilominus reuocatam propterea facultatē audiendi non eſt dicendum, cum impetrata deinde abſolutione à cenſura,validè,& iuſte prædicta facultate vti valeat.

An approbatio ſemel ab Epiſcopis Sacerdotibus 57 ſecularibus ſimpliciter impenſa,poſſit reuocari quoties Epiſcopi,voluerint? Affirmat eſſe ad nutum reuocabilem Viuald. *in Candelabro aureo*, vbi *de Confeſſ. n.*27.*concl.*2. Non poſſe tamen Epiſcopum ſine iuſta cauſa approbationem Sacerdotibus ſecularibus ſuis ſubditis etiam ſemel datam reuocare,data autem,& probata iuſta cauſa poſſe docent Henriq. *lib.* 3. *de Pœnit.c.*6.§.6. Suar.*d.diſp.*26.*ſect.*7.*n.*7.quos refert,& ſequitur Fagundez *d.lib.*7.*c.*2. *n.*61. vbi *n.*93.reſoluit ſi approbatio fuit facta ab Epiſcopo,vſque ad beneplacitum ſuum validam & licitam eſſe reuocationem illius ſine vlla cauſa factam; ſi verò non hoc modo fuit conceſſa, ſed ſimpliciter, vel ad tempus, vel in perpetuum,inualidam omnino eſſe reuocationem ſine cauſa factam. Cauſa autem iuſta illa erit, quæ ad Confeſſiones ipſas ſpectauerit, vt ſuprà ex declaratione Cardinalium vidimus *n.*50.Prout etiam erit ſi contingat Confeſſarium abiurari de vehementi,quia ampliùs ad audiendas Confeſſiones non debet admitti,vt reſoluit Lauret. de Franchis *in controuerſ.inter Epiſcop.& Regul.pag.*279. *in reſp.ad* 4.vbi etiam refert in *ſacra Congreg. generalis Inquiſitionis* fuiſſe deciſum *die* 6.*Martij* 1596. Sacerdotem iurantem de leui non eſſe impeditum exercere omnes Ordines,& Sacramenta miniſtrare,ac fidelium etiam ſæcularium Confeſſiones audire, ſecus in abiurante de vehementi.

Dubium non parum controuerſum eſt,vtrùm ſci- 58 licet Sacerdos, qui ex commiſſione, & delegatione ſpeciali Epiſcopi poteſt audire Confeſſiones, dum eſt excommunicatus communiter occultus, valide abſolutionem præſtet illi, qui huius excommunicationis ignarus non eſt? In hoc euentu dicendum puto huiuſmodi Sacramentum validum eſſe ex parte iuriſdictionis per Eccleſiæ tolerantiam in his terminis conſeruatæ in ipſo excommunicato occulto miniſtrante, ſi aliunde non ponatur obex, ſcilicet, vel ex parte materiæ, vel formæ, aut intentionis in miniſtro requiſitæ, quæ reſolutio ex eo probatur, quia Extrauag. *ad euitanda ſcandala*, dum decreuit ſolos excommunicatos denunciatos, ac notorios clerici percuſſores vitandos eſſe,id non reſtrinxit ad ſolos Parochos, ſed vniuerſaliter loquuta eſt in omnibus excommunicatis, ita vt cum omnibus non denunciatis, aut non notoriis clericorum percuſſoribus communicationem fidelibus indulgeat, ita ex mente Caiet.Nauar.& Med.quos refert,& ſequitur, tenet Sanch.*de matrim. lib.*3. *diſp.*22. *num.* 39. tenent etiam Suar.*de cenſur. diſputat.* 11. *ſect.* 4. Chamer. *d. loco dub.*15. Henriq.*in ſumm lib.* 13. *de excomm. cap.*6. *ſub* §.4. contra Angel.& alios relatos ab eod. Sanch. *d. diſput.* 22. *ſub num.* 26. pro quibus non facit.quòd † geſta per iudicem delegatum putatiuum non ſuſti- 59 nentur ex errore communi, vt voluerunt Innoc. *in*

cap. cùm dilecta, n. 1. de rescriptis, Angel. & alij, vt per Gabr. *tom. 3. com. tit. de probationib. num.* 31. & per Masc. *concl.* 649. *n.* 57. quia respondetur oppositum verius esse, vt docent Anton. *in d. c. dilecta, n.* 15. & alij, vt per Sanch. *vbi proximè, n.* 6. communis, vt per Abb. *in d. c. cum dilecta, n.* 10. & per Gabr. *d. n.* 31. ac Mascard. *n.* 58. *dictis locis*. Deinde pro Angelo, & sequacibus non facit, quod in his, quæ geruntur ab inhabili tanquam priuato non prodest communis error, vt existimarunt Innoc. *in cap. cùm dilectus, num.* 4. *&* 5. *de consuet.* Card. *in Clem.* 1. *ad finem, de regularibus*, & alij, vt per Sanch. *d. disp.* 22. *num.* 26. & per Mascard. qui in hanc sententiam magis inclinat, *d. concl.* 649. *num.* 35. *&* 36. *& concl.* 705. *num.* 22. quia vltra quàm quòd opposita sententia verior sit, vt satis constat *ex l.* 1. *C. de testam.* & sequitur Sanch. *d. loco num.* 39. respondetur officium Confessoris delegati non esse priuatum, sed potius publicum, dum scilicet vtitur iurisdictione, quæ necessariò publica dicenda est, ex eo quia procedit à iure publico, cuius virtute sibi commissio facta fuit, vt optimè considerat Bart. *in l. Barbarius, num.* 5. *ff. de officio Præsidis*, Abb. *in d. cap. cùm dilecta, num.* 10. per text. *in l.* 3. *in fine, ff. de iurisd. omnium iudic.* sequitur Sanch. *d. num.* 39.

60 Verùm licèt supradicta vera sint ex parte iurisdictionis per Ecclesiæ tolerantiam in his terminis conseruatæ in ipso excommunicato occultè ministrante; attamen contrarium videtur resoluendum ex parte materiæ, id est, ex parte contritionis requisitæ in ipso pœnitente, videlicet tunc inualidum esse Pœnitentiæ sacramentum, nisi cum aliqua necessitate petatur ab huiusmodi clerico excommunicato. Probatur ex eo, quia, vbi non adest hæc necessitas, vt quia fidelis habet copiam alterius Sacerdotis non excommunicati, malè facit petens Sacramentum ab huiusmodi excommunicato, cum eum inducat ad ipsius administrationem, ad quam supponimus non teneri ex debito, proindéque non posse ab eo licitè exerceri, vtpote sibi cum censura prohibitam, vnde cum taliter petens in eo peccato perseueret in huiusmodi Confessione, non potest censeri sufficienter contritus, ac subinde ex hoc capite nullum erit Sacramentum, quamuis ex alio capite iurisdictionis (cuius vsus ex communi errore in tali clerico sustineretur) validum esse posset, si pœnitens illi prædictum obicem non poneret: ita resoluit Nauarr. *in man. cap.* 9. *num.* 10. Suar. *dict. sect.* 4. *num.* 15. & saltem in casu, in quo taliter excommunicatus paratus non sit ministrare huiusmodi Sacramentum, agnoscunt Gutierr. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 47. & Henriq. *dict. cap.* 6. §. 4. licèt illorum resolutio quatenus habet licere à Sacerdote, etiam non suo, postulare huiusmodi Sacramentum, si ipse paratus fuerit illud ministrare, mihi videatur in hoc euentu falsa, iuxta vulgares resolutiones in hac materia de mercatore vsuras exacturo, aut malefico parato maleficia patrare, quia neque ab his licet illa petere, quando licito modo potest aliter effici, vbi enim postulatur actus, qui sine peccato fieri non potest, tunc promptitudo rogati, rogantem non excusat à culpa, & ab eodem genere peccati, ex ea ratione, quia talem actum petens consequutiuè petit eius malitiam, vtpotè ab ipso actu inseparabilem, proindéque fit actor, & causa moralis eiusdem actus; & malitiæ, prout ad varios casus resoluunt Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 2. *cum sequentib. & tom* 2. *tract.* 5. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. Martin. del Rio *disquisit. magicarum lib.* 6. *c.* 2. *sect.* 1 *quæst.* 2. *vers. dico igitur* 3. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 95. *num.* 7.

Neque obstat, quòd ex vi prædictæ Extrauag. 61
Ad euitanda, licitum est cuilibet fideli communicare cum excommunicato nondum denuntiato, & occulto, qui aliàs non fuerit notorius clerici percussor, proindéque fidelem, etiamsi absque necessitate petat ab alio Sacerdote non suo Pœnitentiæ sacramentum, vtpote in hoc vtentem iure suo, non peccare, nec posse censeri inductorem peccati: respondetur enim ex mente Suar. *de censur. disp.* 12. *sect.* 4. *n.* 12. per dictam Extrauag. non esse permissam fidelibus omnem, & quamlibet communicationem cum excommunicato non denuntiato, sed illam solum, quæ principaliter redundauerit in eorum fauorem, non verò in fauorem excommunicati, planè vbi nulla adest necessitas, nec sufficiens ratio, aut causa petendi huiusmodi Sacramentum à prædicto Sacerdote excommunicato, administratio eiusdem Sacramenti iam non cedit principaliter in fauorem petentis, sed dantis, quia in his terminis nihil interest petenti ab eo potius, quàm ab alio non excommunicato accipere; ergo sibi permissa censeri non debet hæc ad sic petendum communicatio per dictam Extrauag. vt ita per huiusmodi excommunicatum sustineatur onus, & grauamen, quod sibi per illam relictum est abstinendi, scilicet quantum moraliter posset ab huiusmodi ministerio, ac proinde illud ab eo taliter petens non potest dici vtens iure suo, quia ad hanc petitionem nullum ius habet: sed potius censebitur inductor, & particeps eiusdem peccati, quod excommunicatus in hac Sacramenti administratione committet. Quod tamen secus erit in Parocho excommunicato, ab hoc enim dum occultus in excommunicatione iacet, quamuis absque necessitate Sacramentum petatur, tamen petens dicetur adhuc vti iure suo, videlicet illo, quod sibi quæsitum est, ex eo quod huiusmodi excommunicatus toleratus, sibi in suum Sacramentorum administratorem datus est à lege.

Decimoquartò, obserua inualidam esse absolutionem Sacramentalem præstitam ab eo, qui huic ministerio propria auctoritate, vel absolutè, vel respectu huius, vel alterius loci, se iniecit absque approbatione legitimi Superioris, quamuis communi errore approbatus censeretur, vt resoluit Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disput.* 22. *num.* 54. vnde si Sacerdos absque vlla approbatione, siue sine titulo, & auctoritate Superioris ad audiendas Confessiones, seu in officium Parochi se intrusit, licèt communis error facti adsit, Confessiones illi factæ sunt inualidæ, & retinendæ post habitam notitiam inhabilitatis illius Sacerdotis: ita Sanch. *d. disp.* 22. *num.* 49. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 281. Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. nullitas, differ.* 7. *num.* 245. Bossi. *d. sect.* 3. *casu* 2. *num.* 153. Contra Abb. *in Clem. dudum, num.* 35. *de sepultur.* oppositum existimantem respectu Dei, vbi ex parte confitentis interuenit bona fides, prout eum refert Sanchez *vbi proximè sub num.* 48. Verùm Abb. in prædictis verbis fortasse non dissentit à sententia eiusdem Sanchez, licèt nimium tribuat prædicti confitentis bonæ fidei, dum tamen constet ex ea non resultare prædictam absolutionem quoad Deum, id est, quoad gratiam sanctificantem à Deo obtinendum, nisi ea bona fides peruenerit ad perfectam contritionem. † Ratio huius obseruationis 63
ea est, quia non sufficit solus communis error ad validitatem gestorum, sed vlterius oportet, vt illum præcesserit titulus officij exerciti, etiamsi huiusmodi titulus inualidus sit, propter inhabilitatē recipientis,
iuxta

iuxta resoluta per Henriq. *in sum. lib. 6. de Pœnitent. cap.6. §.2. in com. lit.E,& cap.7.sub §.2.* Gregor. *l.21. gloss.verb fuerin fine,tit.4.partita* 1.Gabr.*commun.lib.3. tit. de probationibus conclus.*8. *num.* 20. Mascard. *concl.* 649.*num.*91. & 101. Sanch.*d.disp.*22.*num.*49. & contra Moll.& alios sequitur multos citans Nicol.Garcia *d.cap.* 5.*num.*181.*cum sequentib.* quibus adde Vgolin. *de potest. Episcopi*, *cap.*4. §.1. *num.* 3. & Lessi. *de iustit.lib.*2. *cap.*29. *num.*65. hinc inferentes ad varios Iuris articulos, in quibus resoluunt errorem communem per se solum, absque prædicto titulo, non operari validitatem gestorum, vt videre est in Indulgentiis concessis ab eo, qui absque vllo titulo communiter reputatur Prælatus, alioquin ad eas concedendas legitimus, vt ex Anchar. *in cap. quod autem à num. 9. de pœnit. & remiss.* minus verè in contrariam sententiam citato, & ex Gardin. ac aliis resoluit Sanch. *dict. disp.*12. *sub num.* 34. contra Felin. & alios ab ipso relatos sub *num.* 48. absque bono fundamento oppositum tenentem: itavt immeritò Mascard. *d. concl.* 649. *num.* 4. in fine dubius in hac quæstione manserit, nec ausus fuerit priori sententiæ adhætere. Ex quibus iam colliges valere Confessionem factam illi Confessario sæculari vel Regulari: qui communiter existimabatur approbatus, vt modo concurrat titulus approbationis, si non verus, saltem coloratus ex parte Sacerdotis, vt quia habetur communiter pro Parocho, licèt titulum iam amiserit, quia renuntiauit beneficium Parochiale, aut quia re vera prius approbatus fuerat ab Episcopo, & ignoratur postea reuocatam esse ex causa approbationem, aut quia approbatus fuit ad tempus,quod etiam elapsum, sed communiter putatur adhuc durare, quamuis Sacerdos sciat esse elapsum, extra verò hunc titulum malum, aut bonum, seu potiùs coloratum nullo modo valere talem Confessionem docent vltra suprà citatos, Nauarr.*in man.cap.*19.*num* 8. Fr.Emman. *in sum. tom. 1.cap.*60. *num.* 3. Ioan. Valer. *d. verb. nullitas differ.* 6. *num.*6.& *differ.*7. *num* 2. Basil. Pont. *de matrim. lib.* 5. *cap.*19.*num.*2.11.& 15.Bossi *d sect.* 3.*casu* 2. *num.*244. *cum seqq.*& post Medin.Petr.Sot.Angel Vega,& plures alios, Fagundez *d. cap.*2. *à num.*73. vbi *num.* 77. cum Sanch. resoluit, vt detur communis error non sufficere errorem vnius, aut alterius hominis putantis Sacerdotem adhuc esse approbatum, cum tamen non sit, cæteris id non existimantibus, sed sufficere si sit communis error in eo loco, vbi Confessio facta est, vel actus iudicij exercetur, quia ibi communiter ignorabatur impedimentum defectus approbationis, & occultum erat, licèt in alio loco notorium esset, de quo etiam Ioan. Valer. *d. verb. nullitas, differ.*6.*num.*7. Basil.Pont. *d.lib.*5. *cap.*19. *num.*4. Bossi. *d. sect.*3. *casu* 2.*num.* 148. Non sufficiet tamen error communis crassus, & supinus, (vt si quis in eo oppido, vbi audit Confessiones, fuit publicè excommunicatus, & denuntiatus de impedimento ob quod esset incapax illius officij audiendi Confessiones.) Ita Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 14. *sect.* 2. *num.*16. Ioan. Valer. *d. verb. nullitas, differ.* 6. *num.* 6. Basil.Pont.*dict.lib.*5.*cap.*19.*num.*4.Bossi.*d sect.*3.*casu* 2. *num.*147.

64 *Decimoquintò*, obserua Regulares prædicta Episcopi approbatione indigere cùm sæcularium tantùm quamuis Sacerdotum peccata audire cupiunt, vt suprà ostendi *num.* 14. non autem si eorundem Regularium, quia tunc dispositio Concil.*d. cap.* 15. cessat, cum satis sit proprij Superioris Regularis aprobatio, vt scriptum reliquere Molfes. *in sum. tract.* 7. *cap.* 14. *num.* 60. Huttad. *de Pœnit. disp.* 10. *diffic.*16. Lezana *in sum.cap.*18.*num.*27.Homobon.de Bonis *de examine Ecclesiast.part.*1. *tract.* 5. *cap.*2.*quæst.* 12.Suarez *tom.*4.*disp* 18.*sect.*4.*num.*4.Vasq.*tom.de Pœnit.quæst.*93.*art.*3.*dub.*3.*num.*5. Valer. Regiuald. *lib.* 1. *num.*41. Campanil. *in diuersor. Iuris Canon rub.* 11. *cap.* 13.*num.*58. Villalob.*in summ tom* 1. *tract.* 9. *diffic.* 55. *num.* 1.& *diffic.*49.*num.*10. Fernandez *in examine Theolog moral cap.*9. §.8. *num.*10. Ioseph.de Ortu Parochi *in speculo Paroch cap.* 10. *num.* 8. Cotolan. *de casibus reseruatis*, *part.* 1. *sect.* 3. *artic.* 16. Raguc. *in lucerna Paroch. tit. de absolut. quæst.* 120. Ioao. Sanc. *in select. disp* 49.*num.*2.& sentit Fr.Ludouicus Miranda *in man. Prælat.tom.*1.*quæst.*45.*art.*11.*concl.*2.qui etiam *art.*12. *concl.* 1. disputat an Confessiones factæ Regularibus ab Episcopis præsentatis, atque ab eisdem approbatis sine suorum Superiorum Prælatorum licentia,& consensu irritæ sint. Comprobatur præsens obseruatio ex decreto à Clem.VIII. relato per Quarant. *in sum. Bullar. verb. Confessor.*

Hinc sit Prælatos, seu alios Religiosos Confesso- 65
res cum approbatione tantum Prælati Regularis, non posse audire Confessiones sæcularium, qui deseruiunt ipsorum monasteriis absque approbatione, vel licentia Episcopi;secùs verò si sint vere de familia & communes commensales; ita decisum refert Armendar.*in additionib ad recop. legum Nauarra lib.*4. *tit.*28.*l.*1. §. 1. *de confitendo semel in anno num* 10. De quo tamen consule Fernandez *in examine Theologia moralis p.*3.*cap.*9. §.8. *num.*1. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico tract* 8.*c.*2.*quæst.*7.*in resolut* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.*1. *cap.*5. *dub.* 4. & *cap.* 6. *dub.*1.*concl.*1. Suar.*tom.*4.*de Relig.tract.*19.*lib* 9. *cap.*4. *num.* 18. Laurent. de Peirinis *tom.* 1. *priuileg Ordinis Minimor.in annot ad Constit* 8 *Iuly II. num.*1. Ascan. Tamburin.*de Iure Abbatum tom.*2 *disp.*6. *q.*16. *num.*4. Bossi.*d.sect.* 3.*casu* 2.*num.*31.

Ex quibus infertur posse Clericos Ordinum Militarium sub clausura viuentes absque approbatione Episcopi auscultare Confessiones aliorum virorum sub eadem clausura viuentium, siue etiam Monialium, Lezana *in sum quæst. Regul. cap.*18. *num.*27. Thom.Sanch.*de matrim.lib.*2. *disput.*18. *num.*7. Ioan. Sanc.*in select.disp* 49. *num* 9 vbi etiam subdit facultatem etiam habere eligendi Confessarium non approbatum ab Episcopo,Sacerdotes Ordinum Militarium S.Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, &c. qui in communitate, & sub clausura viuunt, & *num.*11. asserit se existimare probabile esse horum Ordinum Militarium Sacerdotes posse audire aliorum Militum suorum Ordinum Confessiones absque approbatione Episcopi,& se subiicere ad confitendum Sacerdoti sæculari non approbato per Episcopum. & antea *num.* 7. resoluit Sacerdotem sæcularem, quamuis non approbatum per Episcopum, habilem esse ad Confessionem Regularis viri, vel fœminæ excipiendam, & hinc *num.* 9. infert quòd si alicui Regulari à Superiore concedatur licentia eligendi sibi Confessarium,quem vellet in itinere,posset quidem tunc eligere Sacerdotem sæcularem non approbatum ab Episcopo,& post alios citat Henriq.*in sum. lib.*6.*cap* 13.*num.*1.Viuald *in candel aureo. tract. de absolut.num.*22. Ochagau.*tract.*9.*q* 38 *num.*2 Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *num.* 176. & *lib* 8. *num.* 16. Laurent. de Peirinis *de Relig. subdito quæst.* 1. *de obedient.cap.*21.*concl.*7.Diana *moral resolut part.*3. *tract* 2. *resol.*30.

Vtrùm autem quando tempore Iubilæi cuilibet 66
tam Sæculari, quàm Regulari facultas eligendi quemcumque idoneum Confessorem conceditur, integrum sit ipsi Regulari extra Religionem confi-

reti? Non poſſe ex decreto Clem. VIII. incip. *Ad perpetuam rei memoriam*, reſoluunt Vgolin. *de officio Epiſcop. cap. 7. §. 2.* Fr. Ludouic. Miraoda *in man. Prælat. tom. 1. q. 34. art. 15.* Homobon. de Bonis *d. tract. 5. cap. 2. quæſt. 13.*

67 An Religioſus Confeſſarius ex deputatis à Prælato, vel electus virtute Bullæ Cruciatæ, vel alicuius Iubilæi, ab alio Religioſo eiuſdem monaſterij pro aliquo caſu Sedi Apoſt. reſeruato, teneatur etiam approbari ab Epiſcopo? Negat Fr. Emman. *expoſit. Bullæ Cruciatæ, §. 9. dub. 6. num. 9.* Affirmant Fr. Ludouic. Lopez *in inſtruct. conſcient. cap. 26. verſic. ſecundo dico, in fine, pag. 139.* Henriq. *d. lib. 3. de Pœnit. cap. 6. §. 4. in comment. lit. K, & §. 9. & de Indulgent. cap. 12. § 4. verſic. ſi verò Regularis,* Petr. de Ledeſma *in ſum. part. 1. de Sacram.* vbi *de Sacram. Pœnit. cap. 23. lib. 6.* Suar. *d. diſp. 28. ſect. 6. num. 11.* quos refert, & ſequitur Ioan. Valer. *dict. verb. abſolutio different. 1. num. 33.*

An quicumque Confeſſarius ab Ordinario approbatus poſſit tempore Iubilæi abſoluere Moniales à peccatis, vel à caſibus, & cenſuris reſeruatis? Affirmatiuam ſententiam tenet Bonacin. *de ſacrament. diſp. 5. quæſt. 7. puncto 3. §. 1. num. 22. in fine.* Negatiuam verò ſuſtinent Barthol. à S. Fauſto *de Iubilæo lib. 4. quæſt. 78.* Alphonſ. Leo *eod. tract. part. 2. quæſt. 9. num. 25.* Suarez *in enchirid. caſuum conſcient. lib. 5. verb. Indulgentia, §. tempore Iubilæi,* Molfeſ. *in ſum. tom. 1. tract. 7. cap. 16. num. 31.*

68 Vnde conſequens fit Confeſſores in monaſteriis Monialium, quæ ſub cura Regularium ſunt, non eſſe examinandos ab Epiſcopo, prout deciſum refert Armendar. *d. §. 1. de confitendo ſemel in anno, num. 17.* Ex facultate tamen Concilij Trid. *ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 10.* poteſt Epiſcopus dare Confeſſorem Monialibus ſubiectis Regularibus, quem ſcilicet voluerit, etiam alterius Ordinis, vt obſeruant Galer. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Confeſſio, & verb.* / *Monialis,* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. reſolut. 638.*

69 *in 2. edit.* Armendar. *citato loco, num. 17. & 18.* † Et ſufficere ſi examinatus fuerit à ſuo Superiore ad audiendas Confeſſiones Monialium reſoluit Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 9. quæſ. 2. verſ. quæres an Confeſſarij,* Sorb. *in ſuis annot. ad compend. Mendicantium verb. Moniales, verſ. quod prater.* vbi ſubiungit Confeſſores ordinarios] deputandos ad Confeſſiones Monialium non ſubiectarum Epiſcopis, ſed aliis, non ab ipſis Epiſcopis approbandos eſſe, ſed à Superiore Ordinis, cuius dictum reſtringit Campan. *in diuerſorio Iuris Canon. rub. 12. cap. 16. num. 53.* in caſu de quo ipſe teſtatur vidiſſe declarationem à *Sacra Congreg.* quæ cenſuit ex facultate decreti Concilij *d. cap. 10.* poſſe Antiſtitem dare Confeſſorem Monialibus ſubiectis Regularibus; quæ nulla ex ratione induci poſſunt vt ſuis Regularibus peccata confiteantur.

70 Nullam verò auctoritatem, vel iuriſdictionem poſſe ſibi Ordinarios vindicare ex decretis Concilij Tridentini in Confeſſarios Monialium, quæ ſubiectæ ſunt Regularibus, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 98.*

71 Hodie tamen aliter ſe res habet quoad approbationem Confeſſariorum in Monaſteriis Monialium deputandorum ex nouiſſima Gregorij XV. Conſtitutione de exemptorum priuilegiis, quæ incipit, *Inſcrutabili, ſub Dat. Nonis Februarij* 1622. in hæc verba, *Confeſſores verò ſiue Regulares, ſiue Sæculares quomodocumque exempti tam ordinarij, quàm extraordinarij ad Confeſſiones Monialium etiam Regularibus ſubiectarum audiendas nullatenus deputari valeant, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineat, liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa ſuperiores Regulares admonere, vt eiuſmodi Confeſſores amoueant, iiſque ſuperioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit.* Hactenus Conſtitutio, pro cuius explicatione hac de re vide Lotter *de re benef. lib. 2. quæſt. 24. num. 70. cum ſeqq.*

Poſtmodum *Sacra congreg. Illuſtriſſimorum Cardin. Concilij Tridentini interpretum ſuper prædicta Conſtit.* inter alia cenſuit *Confeſſores extraordinarios Monialium nullatenus poſſe poſt d. Conſtit. illarum Confeſſiones audire, niſi prius ab Epiſcopo diœceſano idonei iudicentur, & approbentur; ordinarios verò Confeſſores ante Conſtitutionis publicationem deputatos poſſe durante triennio ab eorum deputatione inchoando pergere in Confeſſionibus Sanctimonialium audiendis abſque alio examine, & approbatione Epiſcopi: quod ſi contingat eorum facultas à Sede Apoſt. vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Epiſcopo examinari, & approbari.* 72

Cenſuit pariter eadem Sacra Congreg. Superiores Regulares electos, ſeu deputatos ante ipſius Conſtit. publicationem, quibus alioquin facultas competebat audiendi Confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum, poſſe durante eorum officio pergere ſine alia Epiſcopi approbatione in Confeſſionibus audiendis illarum tantùm, quæ ſponte ac proprio Motu id ab eis petierint. At verò eos, qui poſt Conſtitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, ſeu dignitatibus expleto iam tempore à Conſtitutionibus cuiuſque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam poſſe Sanctimonialium Confeſſiones audire, niſi prius à Diœceſano Epiſcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint. 73

Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad Confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas Confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum, ſed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione. 74

Regularem ad audiendas Confeſſiones Monialium vnius monaſterij ab Epiſcopo approbatum, minimè poſſe audire Confeſſiones Monialium alterius monaſterij. 75

Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſiones pro vna vice audiendas, haud poſſe pluries in vim approbationis eiuſmodi illarum Confeſſiones audire, ſed ab Epiſcopo toties eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit. 76

Epiſcopum, cui licet ex rationabili cauſa iuxta dictam Conſtit. Superiores Regulares admonere, vt amoueant Confeſſores Monialium, atque adminiſtratores bonorum ad eaſdem Moniales pertinentium, non teneri eiuſmodi cauſam ſignificare ſuperioribus Regularibus, ſed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, quorum conſcientias Sacra Congreg. ſeriò onerauit. Hæc omnia in dictis Sacræ Congreg. declarationibus habentur, quas quidem originales præ manibus habui, & poſtea in Typographia R. Cameræ Apoſt. impreſſas vidi. 77

Denique obſeruandum eſt conſtitutos in articulo mortis etiamſi ſint excommunicati, & denuntiati ob hæreſim, vel ob aliud quodcumque delictum, & habentes peccata etiamſi enormia, & reſeruata, poſſe abſolui a quocumque Sacerdote ſimplici per Conc. Trid. *ſeſſ. 14. de ſacram. Pœnit. cap. 7. verſ. vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis,* docent Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 1. cap. 15. num. 2.* Azor. *inſtit. moral. part. 1.* 78

part.1.lib.8.cap.19.q.5. Ceuall.commun.contra communes q.82.n.61.cum seqq. Gutier.canon.lib.1.cap.1.n.59. Ioan. à Chape. de mode administr. Sacramenta tempore pestis, vbi de Pœnit.quæst.5. & 6. Cened. ad Decretal. collect.103.num.3. vers. in mortis, Auila de censuris p.2. cap.5.dub.3.disputat.3.concl.4. Sayr.in simili tract.lib.2. cap.18. Suar.tom.5.disp.11.sect.1.num.14.& tom.4.disp. 26.sect.4. Valent.tom.4.disp.7.quæst.10.puncto 2. Zambran. de casibus in articulo mortis, prælud.1. Bonacin. de censuris disp.1.quæst.3.punct.3. num.3. & disp.1.q.2. puncto 2.§.4. num.3. vers. secunda, & de censur. in Bull. Cœna reseru.disp.1.q.22. puncto 2.à num.9. Paul. Layman.in Theol. moralis, lib. 5. tract. 6. cap. 12. Philibert. Marchin. de bello diuino part. 3. cap. 3. Filliuc. quæst. moral.tom.1.tract.7.cap 8. q.8. Coriolan.de casibus reseruatis, part. 1. sect. 2. art.16. Homobon. de Bonis de humana vita statibus part. 1. cap. 16. vers. porrò, & de casibus reseru.part.1. cap.1. Ioan. Valer.de different.inter vtrumque forum, verb.excommunicatio, differ.23. nouissimè Torreblanca in practicab. Iuris spirit. lib. 14. cap. 10. num. 16. Fagundex in quinque Ecclesia præcepta part.2. lib.7.cap.1. à num. 716. Anton. Ricciul.de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 5. cap.14.num.18. Villalob.in sum.tom.1.tract.27. claus.1. §. 12. me citato in hoc loco Trulench in exposit. Decalogi lib.1. cap.3. dub.7. num. 4. In mortis enim articulo nullam esse reseruationem per Concil.Trid.citato loco asserunt Gutier.d. cap.1. num.58. Paul. Comitol. respons.moral.lib.1 q.21. num.1. & q.22.num.2.& lib.5. quæst.14. num. 3. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 1. à num. 58. Campan. in diuersorio Iuris Canonici rub.1. num. 110. Ægid.de Coninch. de Sacram.& censur.tom.1. disp.8. num. 90. cum seqq. Sanch. in præcepta Decalogi tom.1. lib.2. cap. 13. Petr. de Ledesm. in sum. part. 1. de sacram. vbi de Pœnit. cap. 14. Fernandez in examine Theolog.moralis part.2. cap.9. §.18. & part. 3. c.6.§.9.à num.19. Ioan. Valer. de different.inter vtrumque forum, verb. Pœnitentia, differ.9. Aloys.Ricc.in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 20. part. 4. plures apud Cened.d.collect.24.n.5.

79 Vnde colligitur posse simplicem Sacerdotem etiam degradatum, vel excommunicatum, seu irregularem, vel etiam hæreticum, dummodo non sit subuersionis periculum, constitutos in articulo mortis absoluere. Et probatur ratione adducta à Concilio Trid.d.sess.14. de sacram. Pœnit.cap.17. dicente in Ecclesia Dei custoditum semper fuisse, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, atque ideò tunc omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere posse; ne (& hæc est ratio) hac ipsa occasione aliquis pereat; vbi apertè innuit Concilium Ecclesiam ratione necessitatis periculi mortis semper permisisse cuilibet Sacerdoti facultatem absoluendi ab omni peccato, & censura; & quamuis sacramentum Pœnitentiæ non sit ita necessarium sicut Baptismus, quia sufficit contritio ad iustificationem; tamen quia nemo scit vtrum odio, vel amore sit dignus, & an verè sit attritus, an contritus, & sacramentum Pœnitentiæ de attrito facit contritum, Ecclesia ad reddendam securiorem viam salutis, iure meritò censetur in articulo extremæ necessitatis permittere iurisdictionem omni Sacerdoti etiam excommunicato, & præciso, ne alioquin ob eorum delicta fideles pœnitentes remedio salutis iniustè priuentur. Ita Henriq. in summ. lib. 6. cap.11. §.8. Suar. de Pœnit.disp.26.sect. 4. & de censur. disp.11.sect.1. num.14. Sayr.etiam de censur.lib.2.cap.2. num.18.& c.20.num.26. Molin.de Iustit.tom.4. disp.63. Can.in relect.de Pœnitent.part.5. Nauar.in man.cap.27. num.271. Tolet.d.cap.15.num.6. Paul.Comitol.respons. moralium, lib 6.q.27. Azor.d.p.1.lib.8.c.11.q.12. Valer. Regin.d.lib.1.n.60. Ægid.de Coninch d.tom.2. disp. 14.à n.234. Aloys.Ricc.in praxi aurea resol.229.num.3. & dict. Neapol. decis.26. num. 7. part. 4. Torreblanca dict.cap.10.num.18. vbi me refert in hoc loco Bonacin. d. quæst. 3. punct. 3. num. 3. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta præc.2.lib.7.c.1.n.61. nouissimè me citato in hoc loco Bossi. in discept. moralib. discept. 2. num. 44. Contra S. Thom.in 4 dist.19. q.1. art.2.quæst.2. ad 3. & p.3.q 82.art.7. ad 2. Turrec.in cap præter hoc, 32. dist. Nau. sibi contrarius in man. cap. 26. num. 26. Cou.in cap.alma mater p.1. §. 6 concl.8 Ioan. Valer.de differ. inter vtrumque forum, verb. Excommunicatio differ 23. vers. secundò dubitant, & verb. Pœnitentia diff. 9. Coriol.d art. 16. n. 10. existimantes in articulo mortis, & in extrema necessitate non conuenire hæretico Sacerdoti quemquam absoluere.

Posse in his terminis simplicem Sacerdotem absoluere constitutum in mortis articulo non solum in absentia proprij Sacerdotis, seu Superioris, verum etiam quando adest, resoluunt Nau.cons.15. num.3.de pœnit. & remiss. Sà in aphorism. verb. absolutio num.3. Sayr. in floribus decis. sub illo tit. de pœnitent. decis. 21. Marchin. de bello diuino p. 3. c. 2. n. 11. & 12. Diana mor.resol.p.1. tract.de absolut.ab hæres resol. 5. Homob. resp moral.p.4. super censuras resp 83. Valer. Reginald. d.lib.1. num.60. Petr.de Ledesma d.cap.14.post 1.concl. num. 3. Fr. Emman.in sum.p.1.cap.59. concl. 4. Zerol. in praxi pœnit cap. 15. q. 4. & 5. Chapiauil.de casibus reseru.cap.7.in fine, fol.60. Ludou.de S.Iuan.part.1.sum. tract de pœnit.q.6.art.6.dub.4. Ioan. Sanc.in select.disp. 44.num.5. Coriolan.d art.16. num.7. me citato in hoc loco Bossi. de Iubil. sect. 1. casu 12. num. 12. Vega in summ.tom.1.cap.6.casu 10. Ioan. Valer d.verb Excommunicatio differ.13. n.1. vers.dubitant tamen, obseruantes consultè facturum esse, qui præsente suo Parocho, vel Superiore ab eo potius, quàm ab alio se absolui curet. Quamuis contrarium teneant Suar. tom. 4 disp.30.sect.3 num.1. Vgolin.de censur.tab.1.c.4 §.5. Valent.tom.4. disp. 7. q. 10. puncto 2. Anton. Ricciul. d.cap.14.num.20. Benzon.in speculo Episcop.lib.1. disp. 1. q.6. ante 2. concl. Param.de origine Inquisit.lib.3. q.8. num. 109. Bellon. de Sacram tom.2. disp.8.dub.2.n.16. Azor.d.p.1.lib.8.cap.19.q.5. Aloys.Ricc.in praxi aurea resol. 229. Ægid.de Coninch disp.8. de pœnit dub.12. num 90. Bonac. vbi proximè, Vasq. tom. de pœnit.q.93. art.1.dub.4.n.8. Zambran.de casibus in art.mortis cap.4. dub.4.num.3. Molin.de iustit.tom.4. disp. 63. n 2. Sayr. de censur.lib.2. cap.20. num. 21. Mart. Alter. etiam de censur.tom.1.lib.1.disp.6.cap.6. Duard.in Bullam Cœnæ lib.3.§.2.q 5.à num.11. Floron.de casib reseru.p.1.cap.4. §.19.n.5. Filliuc.in quæst moral.tom.1.tract.7.cap.8. q.8. num. 220. Sanch d.lib.2. cap.11. num. 6. & 7. Molfes. in sum.Theologiæ moralis tract.7.c.15.n.79. Fagundez d. c.1 n.19.

Nec in huiusmodi articulo absolutos si conualescat, tenetur vt iterum absoluatur, ad Superiorem accedere; sed bene, si fuerit excommunicatione tunc irretitus, tenebitur coram Superiore se exhibere, quod si non faciat, in eandem speciem excommunicationem incidet, cap. eos, de sentent. excom. in 6. vide Suar.tom.4. disp.30.sect.3.n 6. & de cens.disp.22. sect.1. n 62. Torreblanca d.lib.14. cap.10. n. 19. vbi ait quòd si pœnitens superuiuat, tenetur adire Inquisitorem, vel Episcopum, cui censura est reseruata, Sayr. de censur. lib. 2. cap. 20. num. 26. Bonacin. in simili tract. disp.1.q.3. p.3. n.11. Mart. Alter.eod.tract.lib.1. disp. 6. cap.7.& lib.5.disp.22.cap.2.dubit.4. Auil.eod.tract.p.2. cap.7.disp.3. dub.4. Duard.in Bull. Cœnæ lib.3.§.2.q 3. num.6. & 7.q.10. num.17. me citato in hoc loco Bossi. 80

diſcept. 2 .*num.* 337.*cum ſeqq.* Melch. Zambran. *in deciſion. pro mortis articulo c.*4. *de pœnit. dub.*4. vbi *dub.*2. tradit poſſe in articulo mortis abſolui pœnitentem, qui nihil potuit confiteri, ſed tantùm ſigna contritionis oſtendit.

An in articulo mortis, deficiente Sacerdote, clericus non Sacerdos poſſit abſoluere à cenſuris, maximè ab excommunicatione? Affirmatiuam partem tuentur Vgolin. *de cenſur. tab.*1. *cap.*4. §.5. *num.*6. & *de cenſur. Papæ reſeruatis part.*3.*cap.*2. §.2. *n.*2. Henriq. *in ſum.lib.*6.*c.*9.*num.*3.& *in comment.lit.S.T.*& *V.* Sayr. *de cenſur. lib.*2. *cap.*21. *num.*2. Philibert. Marchin. *de bello diuino p.*3.*cap.*12.*num.*1. ex ea ratione, quia cum clericus ſit capax iuriſdictionis abſoluendi à cenſuris, vt in confeſſo eſt, idem fauor animarum, ratione cuius Sacerdoti cuilibet in tali articulo conceditur, ſuadet, vt etiam cenſeatur conceſſa cuilibet capaci etiam non Sacerdoti; cum in vtroque caſu militet eadem ratio, nimirum remedium, & ſalus animarum; nec Concil. *d. loco* aliud inſinuat, dum facit mentionem ſolius Sacerdotis; quia loquitur de Sacramentali abſolutione, tunc in tali articulo exiſtenti neceſſaria. Quare hanc opinionem valde piam, probabilem, & in praxi ſequendam exiſtimo. Quamuis contrarium voluerint Molin. *de Iuſt. tom.* 4. *diſp.* 63.*num.*3. Suar. *de cenſur. diſp.*7. *ſect.*6. Auila *eod.tract. part.*2.*cap.*7.*diſp.*1.*dub.*3.*concl.*1. Mari. Alter. *in ſimili tract. lib.* 4. *diſp.* 5. *cap.* 1. *verſ. ſupereſt alia dubitatio,* Bonacin. *eod.tract.diſp.*1. *quæſt.*3. *puncto* 3. *num.*1. Coninch. *tom.*2.*etiam de cenſur. diſp.*14. *dub.*16. *num.*236. Duard. *in Bull Cœna lib.* 3.§.2. *quæſt.*5. *à num.*6. Laym. *d.tract.*5.*p.*1.*cap.*2.*num.*2.

81 Articulus mortis quis in præſenti materia dicatur differunt Syluest. *verb. abſolutio* 1.*num.*12. Cou. *in cap. alma, par* 1. §.11. *num.*8. Viuald. *in candelabro aureo, tit. de abſolut num* 60. Reginald. *d. lib.* 1. *num.*59. Soar. *de pœnit. diſp.*26.*ſect.*4.*num.*3. Graff. *d.cap.*13.*n.*2. latè Gambarupt. *de caſibus reſeruatis, cap.*2. *à num.*56. Sanch *d.cap.*13. *num.*1. Vaſq. *de pœnit. quæſt.*93. *art.*1. *dub.*5.*num.*2. Nugn. *in addit. qu* 8. *art.* 6. *dub.*6. Paul. Sanctori. *de caſibus Papalibus ac Epiſcop. à num.* 138. Beneu. *in praxi de pœnit. cap.* 15. *quæſito* 7. Bonac. *d. quæſt.*7 *punct.* 1.*num* 1.& *d.quæſt.*3. *punct.*3. *num.*4. Fr. Emman. *in explicat. Bulla Cruciata,* §.9. *dub.*3. Coriolan. *de caſibus reſeruatis part.*1. *ſect.*2. *art.* 16. *à num.*2. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, differ.*13. *in fine.* Mulſeſ. *in ſum. Theologiæ moralis tract.*7. *cap.*15. *num.*77. qui reſoluunt mortis articulum dici in præſenti, non ſolum periculum mortis proueniens ex infirmitate, ſed quodlibet probabile periculum mortis, quod contingit, quando adeſt probabile dubium de morte, quæ vtplurimum, ſoleat in eo euentu contingere: non igitur poterit ſimplex Sacerdos abſoluere omnem transfretare volentem, ſed credentem, aut dubitantem probabiliter ſe naufragaturum, aut aliàs de vita periclitaturum: ſimiliter non quemlibet obſeſſum ab hoſtibus, ſed telis impugnatum; non quamuis mulierem prægnantem, ſed eam, quæ periclitatur de vita arbitrio prudentis viri. In aliis verò euentibus, ſtrictius intelligendo, dicuntur illi in mortis articulo conſtituti, qui etſi viuant, & viuere poſſint, propter mortem tamen, quam ſecundum veriſimilem Medicorum peritiam, aut periculum, quod ſperant, inſtantem vident, iam ſe morientes arbitrantur. Ita Franciſc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *compar.* 18. *num.*18. Benzon. *in ſpeculo Epiſcoporum lib.*1. *diſp.*1. *quæſt.*6. *concl.* 2. Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de diſcipl. cleric.* §.1. *num.*52. Duard. *in Bullam Cœnæ lib.*3.§.2.*q.*2. nouiſſimè Boſſi. *in diſcept. moralib. diſcept.* 2.*num.*6. *cum ſeqq.* vbi *à num.* 14. de ſuſcipiente longam nauigationem, & *n.*16. de operam dantibus agitationi taurorum, haſtiludio, &c. & *n.*17. de his, qui voluntariè ſe offerunt caſtrandos, & *n.* 18. de obſeſſis, & obſidentibus, & *num.*19. de damnatis ad triremes, & *n.*21. de peſte infectis, vbi *num.*28. *cum ſeqq.* videtur amplecti cum aliquibus limitationibus illam ſententiam, nempe in loco peſtifero nequaquam omnes, & quoſlibet Sacerdotes, etſi minimè ab Ordinario approbatos, poſſe audire Confeſſiones eorum, qui ibidem reperientur ſani, eoſque abſoluere, ſed tantùm eorum, qui iam peſte ſunt infecti.

82 De Confeſſione, & eius partibus, ac materia tractant Theologi cum Magiſt. *in* 4.*diſt.*17.*cum ſeq.* vbi Sot. & D. Thom. Syluest. Angel. Tab. Armil. & alij Summiſtæ *verb. Confeſſio.* Luc. Pinell. *de ſacram. Pœnitentia, tract.*2 *de Confeſſione,* Nugn. *in addit. ad* 3. *part. quæſt.*7. *cum ſeq.* Henriq. *in ſum. lib.*5. Angel. Sayr. *de Pœnit.* Suar. *de Pœnitent diſput.*21. *cum ſeq.* Valentia *tom.*4.*diſp.*7. *quæſt.* 9. *cum ſeqq.* Vaſquez *quæſt.*91. Beneuentan. *in praxi de pœnit. cap.* 10. *cum ſeqq.* Franc. Pithigian. *de Sacram part.*2.*tract de pœnit diſt.*17.*quæſt. vnica.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. part.*1.*tract. de Sacram. Pœnit. cap.* 8. Chamerota *de ſeptem Eccleſiæ Sacram. tract.*7.*de Confeſſione,* Ægid. de Coninch *de Sacram.* & *cenſuris tom.* 2. *diſp* 4. *à num.* 27. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 6. *à num.*28. Bonacina *de Sacram. diſp.*5.*de pœnit. ſect.*2. *de Confeſſ.* Vincent. Mazzol. *in ſua breui regula ad Confeſſarij, & conſitentis munus ritè obeundum.* Alexand. Peſant. *in tertia part. de Sacram. quæſt.*10. Iacob. de Graffiis *in aureis deciſion. p.*1. *lib.* 1. *cap.*19. *cum ſeqq.* Ioan. Maldonat. *tom.*22. *de Pœnit. in controuerſ. de Confeſſ. Marcel.* Zambran. *de caſibus in art. mortis, cap.*4. *de Pœnitent.* Megal. *part.*1.*inſtit. Confeſſ. lib.*5. Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract.* 7. *cap.*9. *cum ſeqq.* Vincent. Filliuc. *quæſt. moral. tract.*9. *de Confeſſione,* Galganet. *de Iure publico lib.*3. *tit.*92. Iul. Lauor. *de Iubilæo part.* 1. *cap.* 14. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta part.* 2. *lib.* 3. *de qualit.* & *integritate Confeſſionis.*

ALLEGATIO XXVI.

Epiſcopi conſenſus, an & quando requirendus ſit in Eccleſiarum, & monaſteriorum ædificatione?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſine Epiſcopi conſenſu ædificari non poteſt.*

2 *Epiſcopus locum ædificationis aſſignat, Crucem figit, lapidemque ponit primarium, & hoc poteſt alteri delegari.*

3 *Religioſi exempti ſi in loco non exempto voluerint ædificari Eccleſiam, tenentur Epiſcopi Diœceſani conſenſum requirere.*

4 *In erigendis Regularium Monaſteriis non ſufficit prædictus Epiſcopi conſenſus, niſi etiam Summi Pontificis auctoritas accedat.*

5 *Epiſcopus, quæ perpendere debeat in huiuſmodi licentia regularibus concedenda, oſtenditur.*

6 *Ordo Minorum de Obſeruantia quod priuilegium habeat, ne alia Monaſteria propè ſua ædificentur.*

7 *Epiſcopi, quem modum tenere debent in concedenda licentia, pro monaſteriis nouis ædificandis ordinauit Clem. VIII. in conſtitutione relata.*

8 *Eccleſia, ſiue Monaſterium mutari non poteſt de vno in alium locum ſine licentia Papæ; & Diœceſani.*

9 Abbates

9 *Abbates generales Congregationis Sancti Benedicti Regni Portugaliæ, quod priuilegium super hoc habeant, refertur.*

10 *Priuilegium concessum alicui Religioni ad ædificanda Monasteria sine licentia Ordinarij, an ex non vsu amittatur.*

11 *Priuilegium amittitur per modum, & viam præscriptionis, vel per viam tacitæ renuntiationis, & non vsum inter vnum & alterum modum constituuntur differentia.*

12 Cap. si de terra, & cap. accedentibus, de priuileg. & num. 18. *concordantur.*

13 *Priuilegium non amittitur per non vsum, si occasio, & opportunitas non se obtulit vtendi illo.*

14 *Priuilegiarius si occasione oblata suo priuilegio non vtatur, quando illud amittat.*

15 *Vnicus actus contrauentionis priuilegio contrarius, quando videatur sufficiens ad priuilegium amittendum.*

16 Cap. cùm accessisset, de constitutionib. *declaratur.*

17 l. 1. & l. 2. C. de iis, qui sponte munera subeunt, lib. 10. *intelligitur.*

18 *Priuilegiatus per non vsum, aut contrarium vsum quonam tempore priuilegio suo renuntiare videatur?*

19 *Priuilegia merè voluntaria per nullum tempus amittuntur.*

20 *Actus meræ voluntatis non præscribuntur.*

1 
Oc in loco reseruauimus videndum de constructione Ecclesiarum, idest, quibus de causis sit noua Ecclesia construenda, & cuius auctoritate id fiat, quo loco, & quomodo sit ædificanda: quando verò & quomodo consecranda videbimus *alleg. sequente.* Sciendum est igitur *primò*, quod pro Ecclesia, seu Monastèrio construendo, vel ampliando Religionis fauore cogi potest quilibet ad vendendum domum suam, arg. *l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. fun.* Cæpol. *de seruit. vrban. præd. cap.* 82. Vincent. de Franchis *decis.* 223. Valenzuela *cons.* 18. *tom.* 1. Cabed. *decis.* 105. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. Valasc. *cons.* 28. *num.* 2. Cancer. *var. resol. part.* 1. *tit. de empt. & vend. num.* 78. Vincent. Carot. *decis.* 26. *n.* 13. Mari. Giurba *decis.* 86. *num.* 3. *&* 7. Marta *de iurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *casu* 27. *num.* 3. Mari. Antonin. *var. resol. part.* 1. *lib.* 1. *resol.* 112. *casu* 24. Mol. *in emporio Iuris, part.* 1. *tit.* 9. *de contrah. empt. quæst.* 10. *num.* 8. Gizzarel. *decis.* 38. *num.* 1. à Ponte *de potestate Proregis, tit. de abundantia ciuit.* §. 4. *num.* 1. Hieron. Leo *Valent. decis.* 90. *num.* 9. *cum seqq.* Bobadil. *in sua politica lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 26. Gasp. Thes. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 64. *num.* 6. Mari. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 112. *casu* 29. Guzman *de evict. quæst.* 52. *num.* 19. *cum seqq.* latè Hermosill. *ad l.* 3. *gloss.* 1. *num.* 32. *cum multis seqq. tit.* 5. *part.* 5. vbi ampliat ad claustrum, officinas, & viridarium, Capiblanc. *de Baronib. tom.* 2. *super pragmat.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. Laurer. de Franchis *de Controu. inter. Episcop. & Regul. pag.* 112. *in resp. ad* 7. Eandem licentiam Episcopi in reædificanda Ecclesia iam diruta, quasi sit noua, requirit Camill. Borel. *de præstantia Regis Cathol. cap.* 37. *num.* 10. *cum seqq.* vbi id probat ex *l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig.* in qua habetur, quòd quando ædificium est funditus destructum, si reædificatur, dicitur nouum opus, & ex doctrina Doctorum *in l.* 1. §. *si quis ædificium, ff. de noui oper. nunciat.* dum dicunt, quòd si vetus ædificium est funditus destructum, & reficitur, tunc potest ei nouum opus nunciari, quia dicitur de nouo facere.

Secundò sciendum est, quòd nouam Ecclesiam construere quilibet potest duabus conditionibus obseruatis; vt scilicet alteri Ecclesiæ non inferat præiudicium, *cap. Ecclesia, cum sequentib.* 16. *quæst.* 1. & vt adsit Superioris auctoritas, quæ quidem Ecclesiæ cuilibet ædificandæ dat facultatem non modò simpliciter, sed quandoque etiam in alterius Ecclesiæ præiudicium. Sunt enim causæ, ob quas potest Superioris auctoritas etiam in præiudicium alterius nouam Ecclesiam ædificare; veluti si castrum, aut noua ciuitas sub alterius Ecclesiæ limitibus construatur, cuius incolæ ad priorem Ecclesiam difficilè conueniant, arg. *cap. vnic. §. fin.* 10. *quæst.* 3. *& cap. ad audientiam, de Eccles. ædif.* sicut quandoque etiam ob nimiam distantiam potest alia Ecclesia sub eadem parochia ædificari, *d. c. ad audientiam*, veluti vbi multitudo fidelium excreuit, & Ecclesia vna non sit euidenter sufficiens propter nouarum habitationum distantium, *cap præcipimus* 16. *quæst.* 1. Et denique ex aliis causis ea temporis qualitate, & situ locorum possunt accedere, noua potest Ecclesia construi, *cap. & temporis, ead. causa & quæst.* Sicut è conuerso contrariis de causis duæ simul vniri, *d. cap. & temporis, d. cap. vero §. fin.* Si verò sine causa, & auctoritate Pontificis in præiudicium alterius Ecclesia aliqua sit constructa, est destruenda, si præsertim nec præcesserit noui operis nunciatio, iuxta *cap.* 1. *& per tot. de noui operis nunciat.* Præiudicium autem, quod alteri Ecclesiæ inferri potest præter damnum ædificij cohærentis, est participatio sumptuum in constructione, aut expensarum pro sustentatione Rectoris, vel damnum in iurisdictione, aut in oblationibus, quæ fieri solent Ecclesiæ, *d. c. Ecclesia cum seqq.* Vbi verò aliquod præiudicium simile nulli generatur Ecclesiæ, potest quilibet in sua proprietate construere Ecclesiam, accedente permissione Episcopi, *d. cap. quicumque*; sine illius enim consensu Ecclesiam ædificari non posse probant text. *in cap. nemo, & in cap. placuit, de consecr. dist.* 1. *& in cap. ad hæc, de religiosis domibus, & in cap. cùm olim,* 14. *vers. insuper, de priuileg. Auth. de Eccles. tit. §. si quis autem, collat.* 9. *& auth. de monachis, vers. illud igitur coll.* 1. notant Roch. *de iure patron. verb. construxit, num.* 8. Lambert. *eod. tract. art.* 3. 2. *q. princip. part.* 1. *num.* 3. *cum seqq.* Petr. Gregor. *in suis partib. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 5. Selu. *de benefic. part.* 1. *q.* 6. *à num.* 9. Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. Zerola *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Ecclesia, in princip.* idem Petr. Gregor. *syntag. iuris lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 10. Piasec. *in praxi noua Episcop. part.* 2. *cap.* 3. *à num.* 1. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 7. *& cap.* 24. *num.* 5 *& cap.* 25. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 11. Nisi sit locus exemptus à iurisdictione Episcopi in quo Ecclesia ædificanda est, in eo namque nullus potest absque Sedis Apost. auctoritate Ecclesiam ædificare, *cap. de locorum, cum seqq. de consec. dist.* 1. *cap. auctoritate, de priuil. in* 6. sed in locis non exemptis sufficit Episcopi auctoritas, etiamsi persona ædificans sit exempta, *cap. auctoritate.*

In ædificanda igitur Ecclesia debet prius Episcopus ciuitatis ad locum accedere, ac atrium, & cœmeterium publicè designare, ibique Crucis Dominicæ signum cum precibus figere, & in faciendis fundamentis ponere primarium lapidem, glos. *verb. veniat in d. cap. nemo,* Azor. *instit. moral p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæs.* 4. vbi etiam resoluit posse Episcopum per se, vel per alium primarium lapidem ponere, & Crucem figere, & *quæst.* 8. tenet posse Episcopum absque rationabili causa nolentem primarium lapidem ponere, & suum consensum præstare, compelli auctoritate superioris Antistitis, videlicet Archiepiscopi, vel Primatis. Vnde religiosissimus Iustinianus Impera-

tor ad sacrorum Canonum exequutionem iussit Ecclesias non nisi Episcopi accedente beneplacito ædificari posse *in rub. auth. vt nullus fabricet Oratorij domos præter voluntatem Episcopi*, Cuiac. aduertit, & Iulianus Patritius *in Constit.* 61. quod postmodum apertius io nigro, asseritur his verbis, *Sancimus igitur, pra omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam esse, neque monasterium, neque Ecclesiam, neque orationis domum incipere ædificare, antequam Ciuitatis Episcopus orationem in loco faciat; & Crucem figat, publicum processum ibi faciens, & causam manifestam omnibus statuens*, adstipulaturque Concil. Agathense *can.*27. registratum *in cap. de monachis* 18. *quæst.*2. & Concil. Chalcedonense *act.*11. *can.*4. registratum *in cap. verò* 36.*q.*1. *& in c. quidam* 18. *q.*2. & alia iura in hoc propositum, & ad alias quæstiones conducentia refert Azor. *d. cap.* 3 *à quæst.* 2.

2 Huiusmodi Episcopi consensus sufficit si tacitus sit, scilicet si Episcopus sciuerit Ecclesiam construi, & non impediuerit, nec contradixerit, cum tamen facilè potuisset, Selu. *d. q.* 6. *num.* 21. Azor. *d. cap.* 3. *q.* 6. qui etiam ille *num.* 8. hic verò *q.* 5. asserunt consensum Episcopi sufficere si accedat post constructam Ecclesiam.

Vnum adderem in hac materia vtile, quod Episcopus sine rationabili causa non potest impedire quominus fundator, & patronus possit Ecclesiam sufficienter dotatam ad augmentum diuini cultus dilatare, & sumptuosioribus ædificiis exornare, arg. *c. vlt. de testam.* cessant enim rationes ex quibus consensus Episcopi in noua Ecclesia ædificanda, vel funditus destructa reficienda est necessarius, ne scilicet Ecclesia sine dote condecenti construatur, vel reficiatur, vel vt aliis Ecclesiis aliquod præiudicium non fiat, ita decisum fuit in Sacra Rot. Rom. *in vna Toletana Capel. Luna* 18. *Februar.* 1591. coram *Illustrissimo Mantica*, quæ est in impressis *decis.* 131.

3 Amplia procedere etiam in Religiosis exemptis, si in loco non exempto voluerint ædificare Ecclesiam; id enim eos facere non posse sine Episcopi diœcesani consensu probat tex. *in cap. auctoritate, de priuileg. lib.* 6. notant omnes *ind. cap. cum olim*, post glos. *verb. reuocari*, si expendas ibi Pontificem Innocentium III. in fine pronunciasse monasterium exemptum esse, & liberum à iurisdictione, & obedientia Episcoporum ex priuilegiis concessis à Romanis Pontificibus prædecessoribus suis; & tamen Ecclesias in Leiriensi Castro, & aliis locis fundatas sine Episcopi Colimbriensis assensu in eiusdem Episcopi; & suæ Ecclesiæ ius reuocandas explicat ibi Hostien. & Cardin. *num.* 3. Anton. *num* 56. Abb. *n.* 9. & Socin. *num.* 19. & nouissimè decidit Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regular. cap* 3. *in fine*, ibi, *Nec de cætero similia loca tam mulierum, quàm virorum sine Episcopi, in cuius diœcesis erigenda sunt, licentia prius obtenta*: de quo Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *q* 21. *art.* 7. *& tom.* 2. *q.* 49. *art.* 3. Piasec. *in praxi Episcop p.* 1. *verb. Monachi*, §. 1. & 2. Fr. Ioan. de la Crua *de statu Religionis lib.* 2. *cap.* 8. Piasec. *in praxi Episcop. par.* 2 *cap.* 3. *num.* 47. Rot. apud Farinac. *decis.* 745. *p* 2. *recent.* Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiepiscop. Neapol par.* 1. *decis.* 182. *num.* 4. *& par.* 2. *decis.* 75. Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 80. & 81. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 33. *art.* 1. *concl.* 3. Erasm. à Cochier *in tract. de iurisdict. Ordin. in exemptos, p.* 1. *q.* 36. Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol.* 55. *num.* 3. nouissimè Tamburin. *de iure Abbatissar. disp.* 33. *quæst.* 1. *num.* 2. vbi etiam quòd Vicarius generalis non poterit sine speciali mandato Episcopi licentiam ædificandi noua monasteria in loco diœcesis concedere, nouissimè me citato *in hoc loco* sapientissimus D. Lartea *decis. Granatens. tom.* 2. *decis.* 97. *num.* 16. Si tamen exemptus ædificet in loco exempto sine licentia, totum acquiritur Episcopo cum fructibus, Franc. *in cap. auctoritate, num.* 2. *de priuileg. lib.* 6. Fum. *verb. exemptio*, *num.* 10. Anton. de Prætio *de iurisdict. Episcopi, cap.* 1. *num.* 3. & 4. quos refert, & sequitur Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos, par.* 2. *q.* 45. *num.* 30.

Verùm prædictus Episcopi consensus non suffi- 4
cit in erigendis Regularium monasteriis, nisi etiam Summi Pontificis auctoritas accedat, nam *in cap.* 1. *de excessibus Prælator. lib.* 6. *& in cap. vnic. de religios. dom. eod. lib.* statutum est ne Prælati Religionum recipere valeant Conuentum aliquem, seu locum absque Sedis Apostolicæ speciali indulgentia, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, si de huiusmodi prohibitione non fecerint specialem mentionem. Nec Concil. Trident. *dicto cap.* 3. *in fin.* abrogauit dispositionem Iuris communis, sed præterea indixit, vt altera quoque adhiberetur Episcopo loci, & ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem referunt Zerol. *in praxi Episcop. d.* §. 2. & Campani. *dict. num.* 80. *in fine.* Fratres igitur Ordinis Carmelitarum discalceatorum obtinuerunt, vt vbique de sola licentia Ordinarij possent noua construere Monasteria ex concessione S.D. Paul. V. fœlicis record. *Constit.* 10. incip. *ad Ecclesia de ann.* 1605. & Monachi Congreg. B. Mariæ Fuliensis ex concessione eiusdem Pauli V. *Const.* 51. incip. *Monasterio* 1608. Ac etiam Superiores Congregat. cleric. Regularium S. Pauli decollati ex concessione eiusdem Paul. V. *Const.* 64. incip. *Ecclesia de an.* 1610. quæ omnia suprà relata post primam huius tract. impressionem ab hoc loco tacitè desumpsit Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neapol decis.* 168. *p.* 4. & Lezana *in sum. quæst. Regular. cap.* 9. *num.* 44. Vnde non sunt audiendi Sorb. *ad compendium Mendicantium verb. ædificare in sua annot. vers. circa*, §. 20. & Fr. Emman. *dict. quæst.* 49. *art.* 3. *cum seqq.* existimantes Episcopi tantùm licentiam esse necessariam.

Aduertendum maximè est *Sacram Congregat. Illustrissimorum DD. Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum* Gregorio XV. approbante *sub die* 17. *Augusti* 1621. reuocasse prædictas & quascumque alias licentias à Paulo V. concessas erigendi nouos Conuentus, volens quòd de cætero non erigantur, nisi in eorum quolibet saltem duodecim Fratres, ac Monachi, seu Religiosi habitare, atque ex redditibus, &c. refert Castellin. *de elect. cap.* 15. *in fine* Postea S.D.N. Vrbanus VIII. per suum Breue incip. *Romanus Pontifex, sub Dat.* 28. *Augusti* 1624. multa tulit circa modum erectionis nouorum Conuentuum, reuocatque licentias quascumque, cuius meminerunt Castellin. *in addit. ad d. tract. de elect. pag.* 501. Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regulares pag.* 103. & Tamburin *d. disp.* 34. *quæst.* 1. *in fine.* Breuis autem tenor talis est, vt sequitur. *Romanus Pontifex*, &c. *Cum itaque sicut nobis innotuit, complures licentiæ, siue facultates à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris per diuersos Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Regularium institutorum Superiores, seu alios eorum nomine, vbique locorum monasteria, domos, Collegia, Conuentus, & alia loca Regularia quouis nomine nuncupata, seruata dumtaxat sacrorum Canonum, & Concilij Trident. decretorum forma, de sola Ordinarij licentia huiusmodi, & contra decreta à Sede Apost. super præmissis edita fundandi, erigendi, instituendi importunis precibus, seu etiam Motu proprio, vel alias obtenta,* &

& extorta fuerint. Idcirco Nos omnes, & quascumque licentias, ac facultates huiusmodi, litterasque desuper tam sub plumbo, quàm in huiusmodi forma Breuis desuper expeditas, earumque tenores etiam veriores pro præsentibus, &c. acsi specificè & sigillatim exprimerentur, & insererentur, pro pleno & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habent, iustis de causis animum nostrum mouentibus, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnes, & quascumque licentias, & facultates huiusmodi, litterasque desuper tam sub plumbo, quàm in eadem forma Breuis expeditas, omniaque & singula in eis quomodolibet contenta & expressa, etiam quoad erectiones, fundationes, & institutiones monasteriorum, Collegiorum, Domorum, Conuentuum, & aliorum Regularium locorum huiusmodi, quæ suum nondum sortita sunt effectum, tenore præsentium perpetuò reuocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque, & effectu prorsus euacuamus. Præterea Ordinum etiam Mendicantium Congregationum, Societatum, & aliorum institutorum Regularium Superioribus quocunque nomine nuncupatis, cæterisque personis, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub priuatione vocis actiuæ & passiuæ, necnon officiorum quorumcumque, ac inhabilitatis ad illa, & alia in futurum obtinenda, necnon etiam excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis, interdicimus, & prohibemus ne licentiarum, seu facultatum per Nos, vt præfertur, reuocatarum, & annullatarum, siue alio quouis prætextu, vel causa, etiam quantumuis priuilegiata, noua Monasteria, Collegia, Domos, Conuentus, & alia loca Regularia huiusmodi, nisi de expressa Ordinariorum licentia, ac seruata in omnibus, & per omnia sacrorum Canonum, & Concily Trident. necnon Constitutionis felicis record. Clementis VIII. quæ incipit, Quoniam ad institutam sub Dat. Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 23. July 1603. ac decretorum de mandato eiusdem Clementis, necnon similis mem. Gregory XV. Romanorum Pont. prædecessorum desuper editorum forma recipere, erigere, fundare, seu alias quomodolibet instituere, seu incepta finire, & absoluere audeant, seu præsumant, decernentes, &c. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Augusti 1624. Pontificatus nostri anno secundo. V. Theatinus.

5 In concedenda huiusmodi licentia debet Episcopus maximè attendere si monasterium, aut alterius cuiuscumque erectio præiudicet quoquo modo Ecclesiæ parochiali; eo namque casu assentiri minime debet, & Curato licet contradicere, audiendusque est in sua prætensione, ex Guid. Pap. *decis.* 370. Deinde intueri debet si locus erigendus, & construendus vicinus sit, & propinquus alteri ob Clementis
6 IV. sanctionem secundam, mandantem † ne cuiquam Mendicanti erigere liceat locum, & ædificare monasterium intra cannas tercentum ab alio Ordinis minimorum de Obseruantia: successiuo autem tempore ipsiusmet Papæ Clementis *in Const.* 3. restrictum fuit supradictum spatium ad cannas centum quadraginta per aërem mensurandas, cuius restrictionem postmodum Iulius II. *in sua Constit.* 2. declarauit non debere nocere eisdem Fratribus Minoribus, sed in odium aliorum inductam fuisse, ac propterea respectu eorumdem minorum de Obseruantia vigeat prior Clementis sanctio, vt ab eorum locis tercentum cannarum spatio distare etiam hodie debeat alter locus à Regularibus alterius Ordinis Mendicantis erigendus, quamuis & prædicti Minores de Obseruantia possint, dummodo centum tantum quadraginta distent ab altero Mendicantis Ordinis monasterio; de quo vide Sorbum *in compendio priuilegior. Mendicant. in annotat. super verb. ædificare, vers. quoad dispositionem*, §. 1. Confect. *in libro priuilegiorum Mendicant. tit. 3. cap. 3.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 8. art. 3. & tom. 2. q. 49. art. 5.* F. Miranda *dict. q. 33. art. 4.* Aduertit Laurent. de Peirinis *in formul. Regul. in fine, num. 3. pag. 524.* huiusmodi cannarum mensurationem esse intelligendam in oppidis, & locis paruis, non in magnis, & populatis vrbibus, quia in his cessat ratio dictæ prohibitionis quæ fuit ne vnus Conuentus esset impedimenti, & detrimenti alteri: & tandem idem P. de Peirinis ita concludit. *Nomine tamen ciuitatum magnarum hoc loco non puto venire suburbia, quoad Conuentus in ipsis suburbiis existentes, nam in his posset militare ratio prædicta, nisi fortè suburbia essent magna & populata: vnde in hoc casu puto valere arbitramentum illud quod Episcopis reliquit Clemens VIII. Et aduerte quod hoc casu debent Episcopi considerare non solum interesse, & damnum temporale Conuentuum iam fabricatorum, sed etiam subiectionem, quam illis afferunt, quæ pretio æstimabilis est, & ad damnum etiam temporale refertur, &c.* Hac de re emanauit declaratio *sacræ Congregat.* in controuersia exorta inter Fratres Ordinis S. Dominici, & Fratres S. Augustini Congregationis Lombardiæ, & Fratres Carmelitas Discalceatos Saonen. super eo, quòd prohibenda sit constructio noui Conuentus per ipsos Carmelitas discalceatos intra mœnia eiusdem ciuitatis nuper cœpta, cum ex illius nimia propinquitate grauia exorirentur præiudicia Conuentibus prædictis Fratrum S. Dominici, & S. Augustini Congregationis antecedentis, rebusque aliis. *S. Congregatio Cardinalium negotiis Regularium præposita, Eminentissimo Bentiuolio referente, partibus auditis, ac re maturè discussa, censuit iniungendum esse Fratribus Carmelitis discalceatis prædictis, prout præsentis decreti virtute iniungit, vt omnino recedant à prædicto loco, vbi nouum sui Ordinis Conuentum fundare cœperant, neque in alio loco eiusdem ciuitatis illum erigere valeant, nisi seruata forma, & adimpletis omnibus conditionibus contentis in Constitutionibus, & decretis Apostolicis, ac præsertim in decreto S. D. N. super erectione nouorum Conuentuum nuper edito. Romæ die 14. Decembris* 1635. M. Card. Ginetus. Adde Rot. *in Ianuen. domorum* 20. *Decembr.* 1610. coram Patriarcha *Manzanedo*, in qua fuit dictum Regulares conducentes semel domum intra 140. cannas à monasteriis, & domibus aliorum Regularium, istis scientibus, & patientibus ac, quiete quasi possessionem contra illud ius generale, quod habent Religiosi prohibendi ne intra 140. cannas ab eorum domibus monasteria construantur, refert Ferentil. ad Buratt. *decis.* 691. *num.* 14. Quem autem modum tenere debeant Episcopi in concedenda licentia pro monasteriis nouis ædificandis, ordinauit Clement. VIII. in Constitutione sua, quæ habetur *in Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 146. *& in ord.* 99. est prout sequitur.

Quoniam ad institutam Regularium locorum, & per- 7
sonarum reformationem promouendam, & conseruandam maximè pertinet, vt in quibusque Domibus, & Monasterys is tantum numerus Religiosorum, qui commode ibidem ali possint, contineatur, ac eò pariter spectat, vt in quibusque ciuitatibus, & locis noua domus, & monasteria, præsertim Mendicantium non erogantur, nisi in eisdem ciuitatibus, & locis aliarum Domorum, & Monasteriorum in eis existentium habita ratione commode sustentari posse dignoscatur. Hac igitur Nos consideratione ducti, & in præmissis pro nostro Pastorali munere opportunè prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, déque Apostolica potestatis plenitudine, ex voto etiam S.R.E. Cardinalium super

per conſultationibus, & negotijs Epiſcoporum, & regularium præpoſitorum, harum ſerie declaramus locorum Ordinarios non poſſe licentiam ad nouos conuentus cuiuſque etiam Mendicantium Ordinis in ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis erigendos impartiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem ciuitatibus, & locis exiſtentium Conuentuum Prioribus, ſeu procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, & cauſa ſeruatis ſeruatis ſeruandis cognita conſtiterit in eiſdem ciuitatibus, & locis nouos huiuſmodi erigendos Conuentus ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſe Si verò ab eis in huiuſmodi cauſis, & ſententijs ad Nos, & Apoſt. Sedem prouocari, & appellari contigerit, ipſos Ordinarios, tandiu erectionem nouorum Conuentuum ſuſpendere debere, quouſque à Nobis, & Apoſtol. Sede in eadem cauſa pronunciatum extiterit, irritum nihilominus, & inane decernentes quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuerſis venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis & alijs locorum Ordinarijs per præſentes in virtute Sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt præſentes noſtras litteras obſeruent, & obſeruari curent, & faciant, non obſtantibus, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris die 23. Iulij 1603. Pont. ſui anno 12. refert Lauret. de Franchis de controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. pag. 97. vbi pag. 111. in reſp. ad 3. reſoluit hanc Bullam Clementis VIII. de non concedenda licentia Mendicantibus noua ædificare monaſteria, non comprehendere hoſpitia, & in reſp. ad 4. tenet attenta eadem Clementis VIII. Conſtitutione Epiſcopum concedere non poſſe licentiam conſtruendi noua monaſteria abſque cauſæ cognitione, & in reſponſ. 18. pag. 115. reſoluit quòd conſtruens monaſterium, vel Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt illud poſtea deſtrui facere. Aduertit Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 517. num. 18. quòd Ordinarius non poteſt licentiam impartiri, niſi vocatis Prioribus aliorum Conuentuum in eadem ciuitate exiſtentium, & cauſa cognita conſtiterit dictos nouos Conuentus erigendos commodè ſuſtentari poſſe ſine aliorum detrimento, addit hoc de forma præcedere debere.

Verùm quia Religioſi plura Monaſteria ædificabant, quæ deinde ſuſtentari non valebant, huic incommodo in parte voluit bonæ mem. Paulus V. decreto ſuo, incip. Sanctiſſimus in Chriſto, die 4. Decembris 1605. quos refert Lauret. de Franchis in controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. pag. 117. & Tamborin. d. diſp. 34. quæſt. 1. num. 3. Deinde Gregorius XV. alio decreto, ſub dat. die 17. Auguſti 1622. innouans dictam Conſtitut. Clementis VIII. prohibuit vt in quacumque ciuitate, oppido, ſeu quocumque loco monaſteria non erigantur, niſi in eo ſaltem duodecim Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi inhabitare, atque ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis ſuſtentari valeant, quod decretum refert Lauret. de Franchis vbi ſuprà pag. 101. Nouiſſimè tandem Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum S. D. N. Vrbani VIII. auctoritate ſibi ſpecialiter attributa prohibuit, ne deinceps Monaſterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societatas Religioſorum, ſeu Regularium nullibi recipiatur, niſi præter alia ad id requiſita, in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus, vt ſupra, detrahendis, competenter ſuſtentari valeant ad præſcriptum decreti felic. record. Gregorij XV. hac de re acti. Alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi poſthac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſupra ſuſtentari, atque inhabitare non potuerint, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.

Circa erectionem monaſteriorum Monialium determinatum eſt à ſacra Congregat. eminentiſſimorum Cardinal. ſuper Epiſcopos & Regulares. Primò ne erigantur noua monaſteria, quibus ad minus 300. ſcotorum redditus annuus non aſſignetur pro duodecim ſuſtentandis. Secundò, ne erigantur ſine conſenſu Ordinarij. Tertiò, ne ſine ſpeciali Sedis Apoſtol. indulto. Quartò, ne erigantur niſi in locis muro cinctis, & vbi copia Confeſſariorum adeſt, & facultas conducendi Confeſſarium aliunde. Quintò, ne erigantur in his locis, in quibus monaſteria prius erecta laborant inopia. Sextò, quod prope monaſteria tollantur omnes arbores altæ. Septimò, quòd in collocutorio nullo modo ſit porta, per quam aditus ſit in monaſteria. Ita Lezana in ſum. quæſt. Regul. cap. 25. num. 43. verſ. circa Gauant. in man. Epiſcop. verb. Monialium monaſteria.

Eccleſia, ſiue Monaſterium mutari non poteſt de 8
vno in alium locum ſine licentia Papæ, & diœceſani, vt probat text. in d. cap. vnic. de exceſſ. Prælat. in 6. vbi Bonifac. VIII. æqualiter, & pariformiter loquitur de Monaſteriorum mutatione, & de erectione, conſtructione, ſiue noua ædificatione, ibi, ſeu hactenus recepta mutare: quare ita reſoluit Lauret. de Franchis d. tract. pag. 311. in reſp. ad 1. Neque Concil. Trident. prædicti text. conſtitutionem reuocat; ſolummodo enim ait quòd de cætero ſimilia loca non erigantur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi erigenda ſunt, licentia prius obtenta, & ſic nullam mentionem faciens de locorum mutatione, videtur voluiſſe, vt id remaneret in diſpoſitione Iuris communis, argum. text. in l. commodiſſimè, ff. de liberis, & poſth. & l. cum prætor, ff. de iudic. & l. ſi cum dotem ff. ſoluto matr. cum ſimilibus citatis in libello de principijs vtriuſque Iuris, lit. C, num. 4. De Iure autem communi id ipſum clare deciditur in cap. ſi quis vult 16. quæſt. vlt. ibi, Si quis vult Monaſterium ſuum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum conſilio Epiſcopi, & Fratrum ſuorum, & dimittat Presbyterum in priori loco ad miniſteria Eccleſiæ; vide Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 1. q. 23. art. 7. Portel. in dub. Regul. verb. monaſterium n. 5. & 7. Diana reſol. moral. p. 3. tract. 2. reſol. 136. Flau. Cherubin. in compendio Bullarij, tom. 3. Bulla 99. Fr. Hieronym. Roderic in compendio quæſt. Regul. reſol. 55. n. 4. Cardin. Tuſch lit. M, concl. 195. num. 1. me citato in hoc loco D. Lattea d. deciſ. 97. n. 25. qui omnes reſoluunt oportere nouam licentiam Epiſcopi ad Monaſterij tranſlationem, Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 168. p. 4.

Speciali igitur priuilegio Sixtus V. Pontifex Max. 9
an. Domini 1587. 7. Kalend. Decembris, Pont. ſui an. 3. conceſſit Abbati Generali Cong. Sancti Benedicti noſtri Regni Portugaliæ, cum conſilio, & aſſenſu Capituli Generalis, vt Monaſteria dictæ Congregationis, quæ in locis incommodis, & minus populoſis reperiuntur, ad commodiora loca vbi Monachorum doctrina, & vitæ exempla populo Chriſtiano, magis vtilia futura ſint, & fructuoſa; propria auctoritate (Ordinariorum, locorum, vel cuiuſuis alterius licentia minimè requiſita) cum eorum Monachis, ſupellectilibus, paramentis, & ornamentis, alijſque rebus neceſſarijs, transferre, & mutare poſſit, ac fructus, redditus, & prouentus eorundem Monaſteriorum, ſeu cuiuſlibet eorum, vel illorum partem, Generalis, & Capituli prædictorum arbitrio, alij, ſeu alijs eiuſdem Congregationis Monaſterijs, magis indigentibus, perpetuò, vel ad tempus (etiam renitentibus Abbatibus

Monaſte

Monasteriorum eorundem, & quibusuis aliis personis) applicare, & assignare. Prouiso tamen, quod animarum cura personarum secularium incumbens Abbatibus, & conuentibus Monasteriorum transferendorum huiusmodi, nullatenus obfuscatur, sed per Monachos dicta Congregationis regulares, vel Presbyteros seculares idoneos, & ab Ordinariis probatos, laudabiliter exerceatur, liberè, & licitè valeant, plenam, & liberam Apostolica auctoritate, eorundem tenore præsentium, licentiam concessit, & facultatem, non obstantibus, &c. refert Fr. Miranda *dict. quæstion. 33. artic. 2. conclus. 2.* Quid si Regulares vellent solummodò ampliare sua monasteria? Dic licentiam non esse necessariam, quia addiamentum diiudicatur, sicut antiquum monasterium, cui additur. Ita per tex. *in cap. fin. de concess. preben.* resoluunt Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 49. art. 9.* Lauret. de Franch. *vbi suprà pag. 310. in fine in resp. ad 2.*

10 Vtrùm verò priuilegium concessum alicui Religioni ad ædificanda monasteria sine licentia Ordinarij, ex non vsu amittatur? Hanc quæst. ponit Miranda *dict. quæst. 33. art. 3.* & eam resoluit sequenti conci *quando arbitrium, seu libera facultas aliquid faciendi priuilegiato concessa refertur ad priuilegium, vt si dicatur. Concedimus tibi priuilegium ædificandi, si volueris, vel, ad libitum voluntatis tuæ, tum priuilegium ex non vsu per decennium amittitur, quia facultas refertur ad priuilegium: at si facultas ædificandi non refertur ad priuilegium, sed ad personam, seu ad priuilegiatum, & ad tempus, vt si dicatur: Concedimus tibi priuilegium ædificandi monasteria cum volueris, aut quandocunque volueris, tunc priuilegium intelligitur esse perpetuum, & non amittitur ex non vsu per decennium, neque per vllum tempus, præsertim si per illud decennium nulla sese obtulerit ædificandi occasio.* Hæc Mirandæ *dicto loco.* Sed quia ad plures quæstiones decidendas deseruit huius dubij resolutio, illud pleniùs discutiendum puto.

11 Priuilegium igitur potest amitti per modum, & viam præscriptionis, vel per viam tacitæ renunciationis, & non vsum; inter vnum, & alterum casum plures reperiuntur, & notabiles differentiæ. *Prima* est, quod quando priuilegium amittitur per modum præscriptionis, propriè non amittitur ex voluntate eius, ad quem pertinebat, sed ex potestate, & dispositione legis, iuxta verum intellectum tex. *in l. alienationis 28. ff. de verbor. signific.* ibi, *vix enim est,* &c. de quo agit Balbus *de præscriptionibus, part. 5. num. 33.* Piuel. *in authent. nisi num. 29. C. de bonis mater.* & alij, de quibus Alfan. *collect. 814.* At verò modus renonciationis necessariò supponit expressum, vel tacitum renunciantis consensum, ex iis quæ Flamin. *de resign. lib. 1. quæst. 1.* & hanc differentiam post *glos. 1. in vers. vel dic, in cap. vlt. 16. quæst. 4.* notauit latè explicans Suar. *de leg. lib. 8. cap. 34. à num. 6.* Deinde secunda differentia est, quòd scilicet præscriptio semper supponit, & requirit factum, & possessionem ex parte eius, qui contra priuilegiarium præscribit per tempus à lege definitum, iuxta definitionem præscriptionis, seu vsucapionis, de qua *in l. 3. ff. de vsuc.* text. optimus *in l. nec vtilem*, ibi, *cùm sit iniquissimum, auferre domino quod vsus non abstulit, ff. ex quibus causis maiores.* At verò renuntiatio non requirit huiusmodi factum, nec possessionem ex parte aduersarij, sed sufficit, quod ex parte ipsius priuilegiatij interueniat factum, vel causa aliqua, ex qua sufficienter colligatur voluisse priuilegium suum amittere, vel renunciare, vt probat tex. *in l. 1. in in princip.* ibi, *certo tempore non vtenda pereunt, ff. de seruitut. vrbanorum,* cum similibus, de quibus Gilcheo *de præscript. 2. part. membr. 2. cap. 3. à num. 27.* ex quibus clarè colligitur aliud esse acquiri rem vsu, & facto possessoris, vel amitti ex non vsu domini, absque facto possessoris.

Quibus sic præhabitis intelliges, & concordabis text. *in cap. si de terra,* & text. *in cap. accedentibus 15. de priuileg.* quia ille agit de sola amissione priuilegij per modum tacitæ renuntiationis, quæ deducitur ex non vsu, seu magis contrario vsu eiusdem priuilegiatij; & ideò meritò non exigit tempus in præscriptionibus necessarium, vt clarè Pontifex significat, ibi, *priuilegio tamen indulto tanto tempore vobis detrahere voluistis*, atqoe ita interpretatur *ibi* Iosn. Andr. & Cardin. At verò text. iste, scilicet *in d. cap. accedentibus*, de vera, & propria agit præscriptione; ideoque vt per eam Monasterium amittat suum priuilegium quadraginta annos requirit, iuxta generalem regulam text. *in cap. de quarta*, cum similibus, *de præscript.* Pro vtriusque decisionis differentia considerari potest, quod Cistercienses *in d. cap. si de terra,* per triginta annos contra formam sui priuilegij decimas persoluerunt Canonicis, ad quos de Iure communi pertinebant, & ideò ex parte Canonicorom, vt sibi ius earum decimatum acquirerent, nulla erat præscriptio necessaria, sed sufficiebat, quòd priuilegium cesset per renuntiationem, vel amissionem, vel alium quemcunque modum, vt eo cessante secundum Ius commune decimæ remanerent penes Ecclesiam Parochialem, iuxta regulam tex. *in cap. vlt. de Paroch.* Sed *in d. cap. accedentibus*, Templarij per quadraginta annos persoluerunt decimas contra suum priuilegium Monachis quibusdam, ad qoos de Iure communi non pertinebant, & ideò vt eas Monachi acquirere, & exigere possiot, non sufficiebat renunciatio Templariorum, seu amissio ex parte ipsorum, sed necessaria fuit præscriptio legitima, & completa, per quam contra Ius commune eas acquirant; plenum verò est completam non esse præscriptionem contra Ecclesias minori spatio, quàm quadraginta anoorum, iuxta *d. cap. de quarta*, cum similibus. Neque contra hunc intellectum obstat ratio, quam reddit text. *in eod. cap. accedentibus*, ibi, *cùm enim tanto tempore contra indulta priuilegia decimas soluerint, eis renuntiasse tacitè præsumentur*; quæ verba apertè videntur significare decisionem Pontificis non fundari in præscriptione, seu possessione Monachorum, sed solum in renunciatione priuilegij resultante ex non vsu ipsorum Templariorum, quibus competebat: quia facilè respondetor, si diligentius vtriusque text. verba videantur: nam *in d. cap. si de terra*, solummodo Pontifex expendit contrarium vsum priuilegiariorum, patet ibi. *per triginta annos eis decimas persoluistis,* & deinde in ratione solum expendit tacitam renunciationem eorundem, ibi, *vobis detrahere voluistis*; at verò *in dict. cap. accedentibus*, principaliter expendit vsum, & possessionem Monasterij contra priuilegiarios, recipiendo ab eis decimas, patet, ibi. *diu quietè possederint*, & ibi. *per quadraginta annos, & amplius pacificè possedissent*; & in decisione, ibi. *decimas de terris prædictis per quadraginta annos continuè perceperit.* quæ omnia apertè significant respexisse Pontificem principaliter vsum, & possessionem Monachorum percipientium decimas à Templariis, contra formam sui priuilegij, ac ita veram, ac propriam præscriptionem ex parte Monasterij possidentis: quamuis etiam in ratione expendat tacitam renunciationem priuilegiatorum, qui tanto tempore decimas pacificè persoluentes, priuilegio, quo ab illis soluendis exempti erant, videntur renunciasse, in consequentiam scilicet pacificæ possessionis, & iuris per eam Monachis præscribentibus acquisiti,

acquisiti, vt regulare est in quacumque præscriptione iuxta regul. *l.alienationis* 28. cum similibus, *ff. de verb signif.*

13 Deueniendum igitur, & propiùs accedendo ad quæstionem nostram de amissione priuilegij per non vsum, vel de eo amittendo per contrarium vsum dico, quòd in priori casu de non vsu sciendum est, an si occasio, & opportunitas se non obtulerit, pro qua priuilegium datum est; hac enim non data si priuilegiatus eo minimè vtatur, certum est nullo vnquam tempore amitti, vt probatur ex regula text. *in l.& Atiliciniis; ff. de seruitutibus rusticor.præd.* cum similibus, de quibus Molina *de primogen. lib.2. cap. 6.*
14 *à num.*12.& probat Suar.*d. cap.* 34. *num.*4. † Si autem vtendi occasione oblata non vtatur priuilegiarius suo priuilegio, illud amittit duplici ex capite; vel præscriptionis, vel tacitæ renunciationis; concurrentibus scilicet qualitatibus omnibus: quæ in renunciatione expressa requiruntur, & sufficere potuerunt, idest, quod scienter voluntariè non vtatur, & potestatem habeat renunciandi, iuxta text. *in cap. cum super, de offic.delegat.* In alio verò casu de amissione priuilegij per contrarium vsum regula certa est, & indubitata, quòd per illum, cæteris circunstantiis necessariis concurrentibus, amittitur, gloss. per text. ibi *in cap.gratum, verb.recessum, de offic delegat.* recepta, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumption.* 41. *num.* 3. Dicitur autem in proposito contrarius vsus propriè in priuilegiis circa actus negatiuos, vt in exemplo text.*in d.cap.si de terra*, de non soluendis decimis, aut tributis; si enim priuilegiatus actionem exerceat directè contrariam vbique exemptioni per priuilegium concessæ, veluti soluendo decimas, vel munera subeundo, à quibus priuilegio exemptus est, ei renunciari videtur, ac subinde rectè dicitur per contrarium vsum illud amittere, iuxta *l. 2. C. de iure dominij.* Dixi *per actum directè contrarium exemptioni per priuilegium concessæ*; quia non sufficit puta omissio, sed requiritur, quòd priuilegiatus actum gerat, tanquam ex necessitate, vel obligatione; patet in quotidiano exemplo, vt si quis Bulla, vel priuilegio à ieiunij præcepto liber sit, si enim in diebus, qui præcepti non sunt, ieiunauerit, minimè dici potest actum facere priuilegio contrarium; vel si in diebus Quadragesimæ causa deuotionis ieiunet, cum priuilegium habeat, quod ex præcepto non teneatur, eo enim modo ieiunantes actum ex necessitate non faciunt, & ideò ex illo nunquam censetur amissum priuilegium.

15 Vnicus actus contrauentionis priuilegio contrarius factus à priuilegiariis scientibus videtur sufficere ad priuilegium amittendum, iuxta text. *in cap. cum accessisset, de constitut. & in cap. ex ore, ante fin. de iis, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, ibi, *per hoc quod dictus H. reuerentiam exhibuit, quæ debetur Præposito, iuri suo renunciasse videtur*, &c. text. optimus, vbi notauit Bart. *in sum. in l. 2. C. de iure dominij impetrando, & in l. 3. C. qui sponte publica munera subeunt, lib.*10. ex quibus Iuribus, & aliis, de quibus Rebuff. *de decimis quæst.* 23. *num.*113. & Card. Tusch. *tom.6. lit.P, conclus.*656.*num.*10. constituunt Doctores differentiam inter personas priuatas, quæ priuilegio suo liberè possunt renunciare, & inter alias, quæ huiusmodi libertatem non habent; itavt in illis sufficiat vnicus actus contrauentionis, in his verò minimè: ita Abb.*in d. cap. cùm accessisset, num.6. & 8.* & Felin. *num.28. reg.3. & num.29. limit.3.* Sed meliùs Suar. *d. lib.8.cap.35. n.12. cum seqq.* contendit etiam contrarium vsum priuatorum non inducere amissionem priuilegij quoad futurum tempus, quamuis inducere fateatur denuntiationem, quoad illum actum particularem, vel causam, in qua facit contra priuilegium, & ita vnicum actum nunquam sufficere, ex eo quia quoties in aliquo actu, alia, quàm renunciationis capi potest coniectura, ea potius sumenda est, quàm renunciationis, iuxta regulam *cap. super eo, de renunciat.* cum similibus, de quibus Gutier. *de iuramento confirmat.part.3.cap.19.num.*21. & ex ea ratione, quod semper renunciatio præsumitur, vt minus præiudicet, planè in nostro proposito rectè capi potest ea coniectura, quòd priuilegio renunciare voluerit quoad actum præsentem tantum, non simpliciter, & in totum in futurum, vt in simili notat gloss.*verb. partibus, in Clem.2. de iudiciis*, & ita, si actus fiat priuilegio directè contrarius à persona non habente sufficientem potestatem ad renunciandum, minimè sufficit, neque, vt in futurum inducatur renunciatio, neque pro actu præsenti, si tamen fiat ab habente sufficientem potestatem ad renunciandum tacitè quoad illum actum, ei videtur renunciare, siue priuatus sit, siue monasterium; neuter autem in futurum, & simpliciter, quantumcumque persona sit, quæ liberè priuilegio possit renunciare. Ita post Bartol.*in l. voluntariè, C.de excusat.tutorum*, Alexand. Gregor. Lopez, & alios contra Felin. & exemplum de Doctore habente priuilegium non disputandi, seu legendi, quod si semel disputet, seu legat, illud amittat, optimè explicat Suar.*d.cap.35.num.*14. Ac etiam in alio exemplo vsu frequentissimo de habente priuilegium non soluendi vectigalia; si enim patiatur se scribi in libro gabellatum, vel similium grauaminum, quod non impeditur in futurum suo vti priuilegio. Illud est singulare in hac materia, quod priuilegium exemptionis concessum alicui Ordini, per non vsum vnius Monasterij non censetur sublatum, cum sufficiat respectu aliquorum Monasteriorum quod sit in vsu, Seraph. *decis.*951.*num.*1.

Nec obstant Iura supra allegata, quibus videba- 16
tur probari per vnicum actum contrarium priuilegio illud amitti: nam primò ad text.*in d.cap. cum accessissent*, dum ex vnico actu electionis deducit Pontifex Canonicos amisisse, seu renuntiare voluisse priuilegio, quod habebant, vt non esset in Ecclesia dignitas Primiceriatus, respondetur cum Suar.*num.17. d. loco*, priuilegium, de quo in eo text. non habuisse tractum successiuum, sed vnico effectu constitisse, & ideò per vnicum actum contrauentionis tolli potuisse. Ad text. verò *in l.vlt.ff.de priuil.veteranorum*, respondetur non probare veteranos, qui priuilegio à muneribus excusantur, per vnam contrauentionem patiendo se in ordinem redigi, in perpetuum amittere priuilegium, & quoad alia munera cogendos esse, sed solum amitti irreuocabiliter quoad illud, quod sponte susceperunt, & ita procedit etiam text. *in d. l. voluntariè, & in l. 1. C. de iis qui sponte munera subeunt lib.*10. vt optimè colligitur ex text. *in l. 2. C. eod. tit. & lib.* ibi, *paulisper ius publicum relaxauerit*, iuncto ibi. *priuilegium non amittet*: quibus verbis cla-
rè probat † publica munera subeuntem contra for- 17
mam priuilegij, quo ab illis excusatur paulisper, id est, pro ea vice priuilegio suo non vti, neque eo iuuari, non tamen in perpetuum illud amittere, vt docuit post Bart. ibi, bene distinguens Alex. *cons.* 33. *num.4.vol.5.* quem refert, & post multos alios sequitur Card. Tusc.*d.lit.P.concl.*756.*num.*34. vbi etiam respondet ad text.*in d.l.4. C. de iure dominij impetrando*, in illis verbis, ibi, *à beneficio impetrato recessisse videtur*, vt procedat quoad illum actum priuilegio contrarium, non ita quoad sequentes in futurum, & in perpetuum.

Restat

18 Restat nunc videre, quodnam tempus sufficiat, aut necessarium sit vt priuilegiatus per non vsum, aut contrarium vsum priuilegio suo renunciare videatur? In primis text. *in d. cap. si de terra, & in d. cap. accedentibus*, nihil certum in hoc disponunt: ille enim, quatenus habet tempus trigiota aonorum sufficere, vt præscribatur priuilegium, quod Religiosi, seu Monasteria habent de decimis non soluendis, agit de renunciatione tacita collecta ex temporis diuturnitate; hic verò, quatenus in eisdem terminis requirit tempus quadraginta annorum, agit de vera præscriptione, & nec illos triginta annos, nec hos quadraginta in his terminis contra Ecclesiam necessarios esse de Iure certum est, neque Pontifices illos requirunt, vt necessarios, & sine quibus renunciatio illa tacita non præsumeretur, sed solum decidunt quod si Canonici, ad quorum Parochiæ decimæ pertinebant, probauerint per triginta annos eas ab ipsis Religiosis recepisse, non prodest Religiosis priuilegium in contrarium, neque illo se possunt tueri, quia eidem videntur tacitè renunciasse, neque inde efficax deduci potest argumentum, quod si tempus decem, vel viginti annorum proponeretur, contrarium Pontifex responderet, imò ex solo priuilegij non vso per longum tempus eandem præsumptionem procedere, tam in priuatis, quàm etiam in Ecclesiis, deducitur ex communi sententia Doctorum, qui tradunt præsumptionem, quæ ex longi temporis decem annorum præstationibus deducitur, (secundum quam ex eodem spatio omnia præsumuntur solemniter acta, iuxta reg. text. *in l. cùm de in rem verso, in princip. ff. de vsuris, & in l. si filiusfamil. C. de petition. hered. cum similibus*, de quibus Gabr. *commun. tit. de præsumpt. conclus. 1.*) pariter procedere contra Ecclesiam, vt communem comprobat infinitia adductis idem Gabr. *dict. concl. 1. num. 3.* & suadetur ex ea ratione, quam adducit Suarez *d. cap. 34. num. 18. & 24.* quòd priuilegia hæc à principio conceduntur sub tacita conditione, vt per non vsum amittantur, quæ ratio pariter procedit in Ecclesiis.

19 Priuilegia verò merè voluntaria, per quæ scilicet aliquid faciendum ponitur in libera voluntate priuilegiarij, quando in priuilegio exprimitur, vt eo vtatur priuilegiatus si voluerit, non amittit per decennium, neque per vllum tempus, tradit gloss. *verb. semel in anno, in fine*, ibi, *sed si per centum annos, &c. in cap. vt priuilegia, de priuileg.* quam sequuntur ibi omnes, peregrinam, auream, & valde notabilem, dicit Balb. *de præscript 4. part. 5. princip. quæst. 4. num. 4.* & alij, quos refert communem testatos Padil. *in l. falso, num. 5. C. de diuersis rescript.* Gail. *lib. 2. obseruat. 60. num. 9.* Tusch. *dict. conclus. 755. num. 1.* Suar. *d. cap.*

20 *34. num. 28.* † Et confirmatur ex generali regula, quæ docet actibus meræ facultatis nunquam præscribi, vt per text. *in l. 1. ff. de via publica*, & multis aliis comprobat Gabr. *lib. 5. commun. tit. de præscript. concl. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 44. à n. 7.* Card. Tusch. *d. lit. P, concl. 337.* ad plura similia inferentes. Sed in contrarium meliùs arguit Abb. *in d. cap. vt priuilegia, num. 4.* sequitur Dec. *in d. cap. cum accessissent, num. 17. versic. tertiò prædicta, aliàs num. 76. cum seq. ex l. 1. ff. de nundinis*, vbi etiam priuilegium faciendi nundinas erat in potestate priuilegiati, & tamen decem annis amittitur; facit deinde quia omnia priuilegia consistunt in voluntate priuilegiati; nemo enim cogitur vti priuilegio suo, vt probat text. *in dict. cap. si de terra, & in l. si index, 42. ff. de minoribus, & in l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cleric.* cum similibus. Ad text. verò *in dict. l. 1.* respondetur parum vrgere, si aduertas procedere in iis, quæ sunt publicæ facultatis, nos autem loquimur in facultate priuata, ex quibus hæc resolutio contra communem probabilis est, & ex prædictis omnibus poteris colligere veram resolutionem ad conclus. Fr. Ludouic. Miranda, de qua suprà, cuius occasione paululum digressus fui in hac materia, cum sit vtilis, & quotidiana, & ad plura Iura intelligenda accommodata.

ALLEGATIO XXVII.

Episcopus Ecclesias, & Altaria, cæteraque ipsarum ornamenta an consecrare, & benedicere debeat?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus proprius, vel alius de ipsius licentia Ecclesias consecrare debet.*
2 *Consecratio Ecclesiarum tam festis diebus, quam ferialibus, fieri potest.*
3 *Ædificans Ecclesiam ei dotem competentem constituere debet.*
4 *Ecclesia interdicti tempore consecrari non potest.*
5 *Ecclesia consecrata non præsumitur, nisi probetur.*
6 *Consecratio probatur per scripturam, si reperiatur, & per Cruces, vel vnico teste.*
7 *Testis vnus probat in omnibus casibus, vbi de præiudicio tertij non tractatur.*
8 *Baptizatus quis probatur vnico teste.*
9 *Ecclesia si dubitetur an sit consecrata, est in dubio consecranda.*
10 *Consecratio fieri non debet sine Missa, si tamen aliter fiat, factum tenet.*
11 *Episcopus si pro Ecclesiis consecrandis à Fratribus requisitus ipsorum Ecclesias noluerit consecrare, priuilegium habent, vt quilibet alius Episcopus id ipsum facere possit.*
12 *Ecclesia semel consecrata, amplius consecrari non debet.*
13 *Si Ecclesia corruat in totum quoad tectum, & parietes, aut in maiori parte, ita vt oporteat eos nouiter reficere, consecrationem amittit.*
14 *Domus, quæ in totum destruitur, si de nouo reficiatur, non censetur eadem, nec durat obligatio respectu illius.*
15 *Ecclesia si insimul, & in totum destruatur, vt ex eadem materia postea reædificetur, iterum est consecranda.*
16 L. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. significat, & text. in l. qui res, §. aliam, ff. de solutionib. *declaratur.*
17 *Ecclesia tectum si corruat illæsis remanentibus parietibus, vel in totum, vel pro maiori parte, non est ipsa consecranda.*
18 *Ecclesia consecratio ad quæ respiciat?*
19 *Ecclesia, si non simul, & in totum, sed paulatim, seu per partes destruitur, pars habita per modum accessorij, consecrata habebitur.*
20 *Altare dicitur quasi alta res, seu, Alta ara.*
21 *Altare duplex, aliud stabile, seu fixum, aliud verò portatile.*
22 *Altare saltem maius debet Orientem mundi partem respicere.*
23 *Altaria ab Episcopis consecrantur.*
24 *Altare lapideum debet esse, non autem ligneum.*
25 *Altare portatile, quando execretur, & desinat esse sacrum?*
26 *Altare fixum, & stabile, quando desinat esse sacrum?*
27 *Sepulchra hominum supra Altaria non sunt erigenda.*

28 Eccleſia, ſeu Altare an polluatur ſi per Epiſcopum excommunicatum conſecrata, ſeu benedicta ipſa Eccleſia ſit?

29 Cœmeterium quid ſit, & qualis eius inſtitutio?

30 Cœmeterium contiguum ipſi Eccleſiæ polluta, pollutum cenſetur, non tamen è contra.

31 Dignius, & potentius trahit ad ſe naturam minus digni, & minus potentis.

32 Delictum commiſſum in Cœmeterio, vel in Eccleſia veſtibulo, non dicitur commiſſum in ipſa Eccleſia.

33 Cœmeteria duo ſi ſint contigua, quando polluto vno cenſeatur alterum pollutum.

34 Cœmeterium quomodo reconciliandum?

35 Epiſcopus Calices, ac Patenas conſecrare debet.

36 Abbates aliqui priuilegium habens benedicendi quæcumque veſtimenta, & ornamenta Eccleſiaſtica, ac Calices conſecrandi.

37 Calix, & Patena conſecrationem amittunt, ſi notabiliter frangantur, ita vt non poſſint inſeruire ad vſum conſtitutum.

38 Vaſa hæc, ſi deaurata ſint, & vſu aurum amittant, ſi poſtea deaurentur quoad illam ſuperficiem, quæ tangit Corpus, & Sanguinem Chriſti, noua conſecratione indigent.

39 Conſecratio Calicis non amittitur per aliquos ictus a fabro inflictos.

40 Calix amittit Conſecrationem, ſi cuppa ſeparatio fiat cum fractione, ſecus verò ſi torneatili ingenio.

41 Vaſculum, ſeu pyxis, in qua ſeruatur Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramentum, debet eſſe conſecrata.

42 Veſtes ſacræ debent benedici ab Epiſcopo, qui huiuſmodi benedictionem ſimplici Sacerdoti delegare non poteſt.

43 Veſtium ſacrarum ſignificationes, quæ ſint? remiſſiuè.

44 Prælati Regulares, quando huiuſmodi ſacras veſtes benedicere poſſint?

45 Veſtes ſacræ benedictionem amittunt, & noua indigent, quando ita franguntur, vt non ſint apta ad vſum, cui fuerunt deſtinata.

46 Campanas benedicit, & chriſmate vngit Epiſcopus.

47 Campanæ quare benedicantur, & num. 49.

48 Campanarum benedictionis effectus quales ſint, oſtenditur.

50 Campanæ tempore interdicti non pulſantur.

51 Epiſcopus benedicit Abbates, Abbatiſſas, & Moniales.

52 Ex benedictione Epiſcopi conſequitur Abbas, vt poſſit conferre Ordines minores.

53 Benedictio hæc Abbatibus dari debet illis diebus, quibus Ordines minores conferri poſſunt, & ſine aliquo examine.

54 Epiſcopus tertio monitus renuens Abbatem benedicere, tunc poterit ipſe Abbas non expectata benedictione Ordines conferre, & officium ſuum adminiſtrare.

55 Benedictio hæc, & conſecratio Virginum ſunt Ordinis Epiſcopalis, & non poſſunt delegari non habenti illum Ordinem.

56 Epiſcopus pro conſecratione ſororum, & earum confirmatione non poteſt clauſtra monialium intrare.

57 Moniales virgines ante 25. ætatis annum completum conſecrari non debent ex Sacra Congreg.

58 Conſuetudinem benedicendi virgines non amplius eſſe in vſu cenſuit Sacra Congregatio.

59 Minores annis quadraginta, & quæ per octo ante profeſſæ non fuerunt, eligi, & benedici in Abbatiſſas prohibentur.

60 Abbatiſſa temporalis non eſt iure benedicenda.

61 Epiſcopus non contritus conſecrans Eccleſias, Calices, virgines, & conficiens Chriſma, vel benedicens veſtes, non peccat mortaliter, ſi eſſet ſcandalum.

62 Epiſcopus excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus conſecrans Eccleſias, & benedicens veſtes, eſt irregularis.

63 Epiſcopus benedictionem ſolemnem dare poteſt in ſua diœceſi in fine diuinorum officiorum, & ſimplicem ſuis populis in itineribus.

64 Epiſcopus extra ſuam diœceſim priuatim celebrans benedictionem dare poteſt.

65 Epiſcopus, qui tranſiens per alienam diœceſim rogatus a perſonis deuotis illas benedicit ſine ſolemnitate, abſque animo exercendi iuriſdictionem, nullam pœnam meretur.

66 Presbyter, præſente Epiſcopo, ſine eius aſſenſu, nec quidem ſimplicem benedictionem dare poteſt.

67 Abbas iuriſdictionem habens quaſi Epiſcopalem quando poſſit benedictionem populo impartiri? oſtenditur.



CONSECRARE Eccleſiam nemo 1
poteſt, niſi ſolus Epiſcopos, *cap. nemo 1. de conſecrat. diſtinct. 1.* & à diœceſano Epiſcopo eſt conſecranda in cuius diœceſi ſita eſt, *cap. tua fraternitas, de conſecrat. Eccleſ.* nec enim in diœceſi aliena poteſt Epiſcopus conſecrare Eccleſiam, abſque proprij Epiſcopi permiſſione, *cap. pia mentis, & cap. ſeq. 16. quæſt. 7.* quamuis ipſe Epiſcopus in aliena diœceſi Eccleſiam ipſam conſtruxerit, *cap. 1. 16. quæſt. 5.* nec hoc Epiſcopus poteſt alteri delegare, niſi Epiſcopo; eſt enim actus Ordinis ipſius deputatus, *cap. aqua, de conſecr. Eccleſ.* vbi hoc expreſsè cauetur, & prohibetur id committi ſimplicibus Sacerdotibus, non obſtante conſuetudine prouinciæ Bracharen. quam dicit Gregor. IX. *ibidem* potius eſſe dicendam corruptelam, quàm conſuetudinem; quia, inquit, licet Epiſcopus committere valeat, quæ ſuæ iuriſdictionis ſunt, quæ tamen ſunt Ordinis Epiſcopalis, non poteſt inferioris gradus clericis demandare. Ita Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. p. 1. cap. 5. num. 2. verſ. ædificata.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quæſ. 10. & part. 2. lib. 9. cap. 4. quæſ. 1.* Bonacina *de Sacrament. diſp. 4. quæſt. vlt. punct. 9. n. 8.* Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, cap. 28. à n. 1.* latè Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. quæſt. 39 art. 1. concluſ. 3. tom. 2.*

In conſecranda verò Eccleſia nonnulla obſeruare debet Epiſcopus. *Primò* prouidere, vt conſecrandæ Eccleſiæ facta ſit dotis competentis aſſignatio, ſi hoc prius in eius conſtructione factum non fuerit, *d. cap. pia mentis,* & ibi gloſ. *verb. collata 16. quæſt. 7.* & infra *num. 3.* de hoc latiùs agendum. *Secundò* vt Eccleſiam non conſecret, quæ non in honorem Dei, & Sanctorum, ſed ſub tributaria conditione ſit conſtructa, id eſt, ad lucrum eleemoſynarum participandarum, aut pro alia re ſimili, *cap. ſi quis baſilicam, de conſecrat. diſt. 1.* *Tertiò*, vt tam ipſe Epiſcopus conſecrans, quàm patroni Eccleſiæ conſecrandæ ſint ieiuni tempore conſecrationis, & pridie quoque eius diei ieiunent, vt Leo Pontifex inſtituit *in epiſt. ad Diodor.* *Quartò* vt in conſecratione ipſa ritus, & cæremonias attendat, quæ ab Eccleſia in ea re fieri conſueuerunt, & habentur in Pontificali. *Quintò.* & vltimò, vt quicquam non exigat pro conſecratione Eccleſiæ, ſed tantùm ſponte oblatum ab his ſolùm, qui non ſint indigentes, *cap. 1. 1. quæſt. 2. cap. ſtatuimus 1. q. 1.* & procurationes canonicas licitè accipiat, *c. cùm ſit. de ſimon.* alioqoin labem ſimoniacam non effugiet, *d. c. ſtatuimus.*

Decet autem vt in die feſtiuo conſecretur Eccle- 2
ſia,

sia, quamuis omni tempore, & qualibet die valeat consecrari, *cap. tua, de consecrat. Ecclesia*, Piasec. *citato loco*, Salzed. *ad Bernard. cap. 26. lit. A, vers. Virginum consecratio*. Miranda *d. concl. 3. in fine*, Azor. *inst. moral. part. 2. lib. 9. cap. 4. quaest. 3.* Vgolin. *d. cap. 28. num. 2.*

5 † Non tamen consecrari debet si dotem non habeat; compellendus est enim is, qui Ecclesiam petit consecrari, vt eidem competentem dotem assignet, ad quod ipse, & eius haeredes adstricti tenentur, *cap. cum sicut*, & *ibi* Panor. *de consecrat. Eccles.* quod non solùm de eo, qui eam construxit, sed de eo etiam, qui ab alio constructam curat consecrari, merito est intelligendum, si dotem non habeat, quia videtur eam in suam tutelam accipere; quamuis enim absque dotis assignatione forte admittatur Ecclesiae aedificatio, nullatenus tamen est absque tali assignatione sacranda, ne locus consecrationis dignitate donatus sine debiti cultus impensa, quasi profanus maneat derelictus. Vnde in Bracharensi Conc. vt habetur *in cap. 1. 1. q. 2.* sic dicitur, *Meminis Episcopus vt non prius Ecclesiam dedicet, quàm dotem Basilica & obsequium illius per donationem chartula confirmatam accipiat, nam non leuis culpa*, inquit, *est ista temeritas, vt sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem sunt seruituri tanquam domus priuata consecretur Ecclesia*: AEdificans enim, vel consecrari curans dotem sufficientem pro alendis ministris, ornamentis necessariis, & iuribus Episcopalibus subeundis assignare ipsi tenetur, alioquin Episcopus permittens aedificari, vel illam consecrans sine dote, ad dotandum de proprio obligaretur, *c. cum sicut*, iuncta glos. *de cōsecr. Eccles.* Ducen. *reg. 225.* Roch. *de iure patron. verb. construxit quaest. 4. num. 4. cum seqq. & verb. dotauit q. 5. num. 7.* & in his terminis Piasec. *in praxi noua Episcop. dict. num. 2.* Vgolin. *dict. cap. 38. n. 3.*

4 vbi etiam resoluit, quòd † interdicti tempore consecrari non potest.

Et cum Ecclesia consecrata non praesumatur nisi probetur, Mascard. *concl. 582. à num. 1.* Cened. *ad De-*

5 *cretal. coll. 135. num. 6.* † Probari igitur debet consecratio per scripturam, si reperiatur, & per Cruces, quae dum consecratur in parietibus fiunt, vel vnico teste, vt tenent Mascard. *de probationib. concl. 415. n. 4.* Azor. *d. p. 1. lib. 10. cap. 26. col. 1025. & dict. cap. 4. q. 4.* Vgolin. *d. num. 3.* Mat. Alter. *de censuris, tom. 2. disp. 3. cap. 4. prope fin.* me citato *in hoc loco* Alzed. *de praecell.*

6 *Episcop. dignit. p. 2. cap. 4. num. 27.* Nam † in omnibus casibus vbi de praeiudicio tertij non tractatur, vnus testis fat est, vt resoluunt Nell. *de testib. num 85. cas. 9. & num. 87. in fine*, Mascard. *de probat. in prooem. q. 11. num. 14.* Farin. *in praxi crimin. quaest. 63. num. 16.* prout

7 etiam † in probando clericatu, quando tractatur de nemini praeiudicium inferendo, vnicum testem sufficere tenent Rebuff. *in tract. nominat. q. 12. numer. 14.* Mascard. *concl. 303. num. 4.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit. 7. de clericis & Sacerdot. à num. 22.*

8 Et † in probando aliquem fuisse baptizatum idem resoluunt Baiard. *ad Clar. §. Assassinium, num. 17.* Farin. *dict. q. 63. num. 24.* optimè Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. quaest. 1. n. 5.*

9 Si dubitetur an sit Ecclesia consecrata, cùm nullum appareat consecrationis indicium, siue argumentum, est in dubio consecranda, glos. *in cap. propo-suisti, de consecrat. Eccles.* Azor. *dict. part. 1. lib. 10. c. 26.*

10 *quaest. 12. & part. 2. lib. 9. cap. 4. quaest. 5.* Et † huiusmodi consecratio fieri non debet sine Missa, vt probat tex. *in cap. omnes Basilicae, de consecr. dist. 1.* Si tamen aliter fiat, licèt non careat culpa, factum tenet, vt resoluit Miranda *d. concl. 3. in fine*. Azor. *d. part. 2. lib. 9. c. 4. q. 2.* Circa modum, quo Ecclesiae debent consecrari, ni-

hil in particulari libet hic dicere, cum latissimè habeatur in Episcuporum Pastoralibus, à quibus non est recedendum.

Si Episcopus pro Ecclesiis consecrandis à Fratribus requisitus ipsorum Ecclesias noluerit consecrare, priuilegium habetur, vt quilibet alius Episcopus id ipsum facere possit, prout specialiter concessum fuit ab Honorio IV. Fratribus Minoribus, vt si dioecesani requisiti ab iisdem cum debita humilitate, noluerint in Ecclesiis eorum primarium lapidem ponere, ac Ecclesias, vel Oratoria, & Altaria sua consecrare, vel id facere vltra quatuor menses distulerint, possint praedicti Fratres per quoscumque voluerint Episcopos gratiam, & communionem Apostolicae Sedis habentes, praemissa recipere, & refertur *in compendio verb. Altare §. 2.* Quod ipsum Ioan. XXI. concessit Fratribus Carmelitanis aliquantulum latiùs, & refertur *in eodem compendio verb. benedicere §. 3.* Quae quidem priuilegia afferit Miranda *d. concl. 3.* non esse reuocata per Concilium Tridentinum, *sess. 6. de reformat. cap. 5.* dum habet quòd nullus Episcopus in alterius dioecesi Pontificalia possit exercere sine ipsius expressa licentia, cuiuluis priuilegij praetextu, &c. Nam quantum ad hoc priuilegia praedicta non censentur esse priuilegia, sed Ius commune continere, dummodo licentia fuerit petita, iuxta *cap. 1. de suppleend. neglig. Praelat. & cap. nihil est, §. vltim. de elect.* 11

Ecclesia semel consecrata non est iterum consecranda, vt probat text. *in c. Ecclesia, de consecrat. dist. 1.* vbi Concilium Nicaenum arguit de Sacramento Baptismi semel suscepto, ad consecrationem Ecclesiae factam, vt in neutro casu consecrationis reiteratio fieri debeat, idem colligitur ex text. *in cap. proposuisti*, ion̄ctaglos. *& in cap. ligneis, de consecrat. Ecclesia, vel Altaris*, & vltra Ordinarios in dictis Iuribus, vide Palodan. *in 4. distinct. 13. quaest. 2. art. 4.* & Sot. *art. 3.* Henriq. *in sum. lib. 9. cap. 27.* Durand. *in rationali Diuinorum lib. 1. cap. 6. n. 31. & 36.* Suar. *tom. 3. q. 83. & tom. 5. disp. 81. sect. 5.* 12

Quando verò aedificium siue casu fortoito, siue consultò in totum destruitur, & corruit, quoad tectum, & parietes, aut in maiori parte, ita vt oporteat eos nouiter simul reficere, minime retinent antiquam consecrationem, quae ideò de nouo illis est adhibenda, de quo est glos. *verb. innouata in cap. de fabrica*, per text. *ibi, de consecrat. distinct. 1.* quatenus distinguit inter eum casum, quando insimul, & in totum destructa est Ecclesia, & quando per partes reficitur à primis fundamentis; similis glos. *in cap. ligneis, & in cap. proposuisti, de consecrat. Ecclesia*, & † in domo priuata quoties praedicto modo destruitur, scilicet insimul, & in totum, quod non censetur eadem domus, nec durct obligatio respectu illius, quamuis de nouo reficiatur, est tex. *in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verborum obligat. & in l. qui res, §. aliam, ff. de sol.* optimus tex. *in cap. Iudai, & in c. sicut Iudaei*, iuncta vtrobique glos. & Doctoribus, *de Iudae.* quatenus concedunt praedictis veteres synagogas reficere, non verò nouas reaedificare. Quibus fundamentis hanc resolutionem tenent Piasec. *in praxi noua Episcop. d. cap. 5. n. 4.* Henriq. *d. lib 9. c. 27. n. 5. in fin.* Vgolin. *d. c. 28. n. 4. vers. 2.* Fr. Ludou. Miranda *d q. 39. art. 4. concl. 2.* latè Mat. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 3. c. 1. vers. Sexta causa.* 13 14

Amplia, vt procedat etiam, quando Ecclesia insimul, & in totum destruitur eo animo, vt iterum reaedificetur ex eadem materia, adhuc enim si parietes corruant in totum, vel pro maiori parte, erit Ecclesia execrata censenda, & nouiter consecranda, pro 15

quo est optimus tex. *in d. §. sacram.* in final. verbis, vbi quando domus funditus, & simul destruitur, licet eo animo, vt iterum reficiatur, non censetur postea eadem reædificata, sed diuersa domus, & ideo expirat obligatio respectu eiusdem, prout ibi notarunt scribentes omnes, & *in dict. l. qui res, §. aliam, ff. de solut.*

16 Nec obstat, quòd † si nauis destruatur eo animo, vt ex iisdem tabulis, & ea eadem materia iterum reficiatur, censetur esse eadem nauis, & durat obligatio respectu eiusdem, prout habetur *in d. §. sacram, & in d. §. aliam:* vnde videbatur similiter dicendum in domo eodem animo destructa, & per consequens in Ecclesia materiali, maximè cum naui æquipateretur *in cap. ante omnia, 40. dist. & in cap. non turbatur, 24. q. 1.* satisfit enim si ea mente Batt. Pauli, Aleaandri, & Iason. *ibidem* respondeas peculiariter, & vtilitatis causa introductum fuisse in naui, vt cum sit res mobilis, eius naturæ, vt hinc inde amoueri soleat, ita participat ea animo, vt minimè extinguatur obligatio respecta eiusdem si nouæ refectionis animo destruatur, & ex eadem materia reficiatur, quasi potens sit animus hoc operari: quæ ratio cessat respectu domus, cum sit res immobilis, arg. text *in l. ius singulare ff. de legib.*

17 Limitatur verò, seu potius declaratur supradicta ampliatio, vt procedat, quando Ecclesia in totum corruit, non verò quando tectum solummodo, integris, & illæsis remanentibus parietibus, vel in totum, vel pro maiori parte, in qua specie minimè exacrata censebitur Ecclesia, de quo est text. *in dict. cap. ligneis,* vbi gloss. & Doctores, & *in d. cap proposuisti,* Gambarupta *de casibus reseruatis, cap. 15. cas. 6. n. 16. fol. 104. verso,* Azor. *instit. moral p. 2. lib. 10. cap. 26. q. 12.* vbi etiam *in vers. vt in dubium,* resoluit quòd si parietes Ecclesiæ paulatim per partes decidant, & paulatim reparentur, non est iterum consecranda, & dicit idem *in 2. p. lib. 9. cap 4. q. 6.* Ratio huius limita-
18 tionis illa potest esse, quòd † Ecclesiæ consecratio tantum habet respectum ad Ecclesiam ipsam, quatenus ex lapidibus compaginatur, & construitur, & ita potius respicit parietum formam, quam vniuersi ædificij: per consecrationem namque constituitur in statu diuinæ domus, quam non aliter repræsentat nisi iuxta lapidum dispositionem, secundùm illud quod in illius dedicatione decantat Ecclesia, *quæ construitur in Cælis viuis ex lapidibus,* & ibi, *expositi lapides suis coaptantur locis;* & inde est, quòd solemnitas Consecrationis tantum parietibus, & lapidibus adhibetur, sit etiam, vt si parietes ipsi igne decrustentur intus, & exterius, similiter Ecclesia ex eo exacrata censeatur, vt notarunt glos. *verb. exusta, in cap. Ecclesiis,* per text. ibi, *de Consecrat. dist. 1.* Piasec. *in praxi noua Episcop. d. cap. 5. num. 24. vers. 2.* Miranda *d. art. 4. concl. 1.*

19 Verùm quando Ecclesia non simol, & in totom, sed paulatim, seu per partes destruitur, & sic à primis fundamentis successiue reficitur, tunc pars habita per modum accessionis etiam consecrata habebitur; vnde etiamsi cursu temporis vniuersa materia, quæ antea erat, modo non extet, sed noua in totum superueniat; adhuc non erit Ecclesia iterum consecranda, sed ad summum aquæ tantum benedictæ aspersione exorcizanda, de quo est tex. *in cap. de fabrica, vers. & ideò, iuncta glos. verb. innouata, de Consecratione distinct. 1.* glos. *verb reconciliari in dict. cap. proposuisti;* glos. *verb. parietibus in dict. cap. ligneis.* Quare hanc sententiam tenent Syluest. *verb. Consecratio 2. quæst 5. vers. tertium est,* Azor. *dict. part. 2. lib 9. cap. 4. quæst. 6.* Mar. Alter. *dict. cap. 1. vers quando autem.* Ratio huius resolutionis duplex assignari potest; prior est, quia dum Ecclesia paulatim, & successiuè reficitur, magis dignum attrahit ad se minus dignum, argum. text. *in cap quod in dubiis, de Consecrat. Eccles. & in cap. vnico, eod. tit. lib. 6.* Secùs igitur dicendum videtur si modicæ parti parietis Ecclesiæ consecratæ addatur magna pars, quia pars maior non trahitur ad formam partis minoris, sed è contrario, Azor. *vbi proximè* Secunda ratio est, quia licet ex noua materia paulatim à primis fundamentis reficiatur, non ideò desinit esse eadem Ecclesia, argum. tex. *in l. quod in rerum natura ff. de legat. 1. & in l. proponebatur, ff. de iudiciis, & in l. grege ff. de legat. 1.* quibus iuribus constat à simili quòd populus, seu communitas, licet cursu temporis amittat personas illas, quas habebat tempore, quo actus nomine eiusdem communitatis fuit celebratus, & nouæ personæ superueniant, non ideò minus desinit esse eadem communitas, & ideò actus & obligatio semel contracta nomine populi, & communitatis dicitur perdurare.

Altare antiquis etiam Ethnicis dictum ab altitu- 20
dine, in eleuatis enim à terra ædificiis Sacra faciebant diis superis, quos sibi effingebant, vt ex nonnullis Maronis locis comprobat Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 30. num. 4.* Latinis verò Altare a forma & rito nomen istud sortitum, quasi alta res, seu alta ara: de cuius etymologia, institutione, & vsu latè Durand. *in rationali Diuin. lib. 1. cap. 2. & 7.* Paul. Fusc. *de visitat. lib 1. cap. 21. num. 4 & 6.* Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 47. num. 6.* Steph. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib. 1. cap. 15. & 25.* Henriq. *in summ. lib. 9. cap. 28.* Suar. *tom 3. decis. 81. sect. 3. & 5.* Bellarm. *controu. tom. 3. de Missa lib. 1. cap. 14. vers. denique idem Paulus,* Petr. Greg. *syntagm. Iuris lib. 1. cap. 1. num. 6.* Lambert. *de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæst. 11. art. 8. num. 2. & 3.* Lotter. *d. quæst. 30. n. 5.* vbi etiam dicit sic in Ecclesia appellari reiecta voce Aræ, in qua veteres sacrificabant suis falsis Diis.

Est autem † Altare duplex, aliud stabile, seu fixum; 21
aliud portatile. *Primum* dicitur tota mensa, in qua integrum Sacrificium fit, de hoc est intelligendus tex. *in cap. si motum, de consecr. dist. 1. & in cap. 1. de consecr. Ecclesiæ,* dum probant quòd si motum fuerit Altare, debet iterum consecrari, docet Suar. *dict. sect. 5. vers. sed quæri potest, verum absque fractione,* &c. *Secundum* verò portatile dicitur paruus ille lapis, quem vulgo *petra ara,* dicimus, continens in se foramen cum consecratione, & signo superposito, & facilè de loco ad locum moueri potest, tantæque debet esse latitudinis, secundùm Palud. quòd in eo poni possit pes Calicis, & Hostia consecrata; explicant Durant. *dict. cap. 25. num. 7.* Iacob. de Graffiis *in decis. aureis part. 1. lib. 2. cap. 42. num. 4.* Petr. Greg *syntagm. lib. 2. cap. 1. à num. 15.* Soar. Henriq. & reliqui *citatis locis,* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta part. 1. lib. 3. cap 21. num. 1.*

Altare saltem maius debet orientem Mundi pla- 22
gam respicere, quia etiam antiqua consuetudine seruatum est, vt versus Orientem Ecclesiæ ædificentur, Piasec. *dict. cap. 5. num. 2.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 3. quæst. 12.* Bonacina *de Sacram. disp. 4 quæst. vlt. puncto 9. num. 13. vers. præterea.* Contra Vasq. *in 3. part. disp. 233. cap. 2. num. 19.* Solent in consecratione petræ aræ, Reliquiæ aliquæ in illa, aut sub illa collocari, vt indicant illa verba Sacerdotis cum finita generali Confessione Altare sacrificaturus ingreditur: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ hic sunt;* sed nullo modo earum loco cum non inueniuntur, potest poni aliquod fragmentiolum sanctissimæ Eucharistiæ, vt aduertunt Syluest. *verb. Altare num. 4.* Fagundez

in

in quinque Eccleſiæ præcepta part. 1. *lib.*2.*cap.*22.*num.*6. vbi *num.*9. cum eod. Sylueſt. *citato loco num.*3. aſſerit ſe reſpondiſſe celebrari non poſſe in Altari portatili, ſeu ara ſacra facta ex duobus lapidibus inſertis duabus tabulis adinuicem fibulis colligatis ad modum tabellæ, quæ inſtar libri claudi poſſit, & aperiri, vt in vno lapide Hoſtia, in alio Calix conſecretur.

23 Conſecratio petræ aræ, ſicut & Calicis, & Patenæ, ad ſolos Epiſcopos de Iure ſpectat, ex priuilegio tamen Summi Pont. poteſt per ſimplicem fieri Sacerdotem. Ita Henriq. *lib.*9.*c.*28.§.1. Suar. *tom.*3.*in* 3. *p.diſp.* 81.*ſect.*5.*verſ.tertio additur*, Fagundez *d.cap.*22. *n.*3. Sic eodem Iure attẽto, Altaria ab Epiſcopis conſecrantur, ſiue ſola, ſiue vna cum Eccleſia, plura, ſeu vnum ſolum, *cap.cum ſit, de conſecrat. Eccleſia*, vnguntur chriſmate, *cap. Altaria, de conſecrat. diſtinct.*1. Fuſc. *d.lib.*1.*cap.*22.*num.*9. Vgolin. *de poteſt. Epiſcop.cap.*30. *num.* 1. Lotter. *d. quæſt.*30. *à num.*22. vbi quòd nulli Sacerdotum fas eſt conſecrare Altare huiuſmodi, qui non ſit in Ordine Epiſcopali, *cap. nullus, de conſec.diſt.* 1. in tantum vt nec facultas iſta poſſit per Epiſcopum cuiuis ſimplici Presbytero delegari; eſt enim Ordinis Epiſcopalis, non autem iuriſdictionis, Axor *d. part.*1.*lib.*10.*cap.*27. *quæſ.*6. Lotter. *dict. quæſt.*30.*num.*23. Ritus in Pontificiali præſcripti omnes neceſſarij ſunt adhibendi, quos ſi aliquis ſcire cupiat, conſulere poteſt eumdem Pontificalium librum. Vide Azorium *inſtit. moral.part.*1 *lib.*10.*c.*27. *quæſ.*8. Suar. *tom.*3. *diſp.*80. *ſect.* 5. Reginald. *in praxi*
24 *fori pœnitent.lib.*29.*num.*190. † Hoc autem Altare, lapideum debet eſſe, non autem ligneum, Fuſc. *de viſitat.lib.*1 *cap.*21.*num.*9. Vgolin. *de poteſt Epiſcop.cap.* 30.*num.*1. Lotter. *d quæſt.* 30.*num.* 20. Permitti tamen poteſt Altare ligneum cum ara lapidea, non obſtante Conſtitutione ſynodali. Ita *S.Congreg. Rit. in Caietana* 10 *Nouembris* 1612.

25 Altaria conſecrata deſinunt eſſe ſacra, ſeu exacrantur, ita vt de nouo indigeant conſecratione, videlicet quando Altare portatile notabiliter fractum eſt, ita vt in reſiduo non poſſit commodè contineri pes Calicis, & Hoſtia cum Patena ſine periculo labendi: aut quando omnia cornua, quæ inunguntur, ſunt fracta, ita vt moueatur ſigillum ſepulchri exiſtentis in lapide, ſiue lapis ſit in ligno, ſiue non: aut quando frangitur, vel amouetur loco ſepulchrum, in quo ſunt Reliquiæ. Ita Henriq. *in ſum.lib.*9. *cap.*28. *num.* 1. Bartholom. ab Angelo *de Miſſa dialogo* 5. §.384.388.390. *&* 392. Suar. *diſp.*80.*ſect.*5. Coninch *de conſ.quæſt.*83.*art.*3. *dub.*2. Reginald. *dict. lib.*29. *n.* 192. Axor. *inſtit.moral.part.*1.*lib.*10.*cap.*26.*quæſ.*10. *& cap.*27. *quæſ.*12. Vaſq. *in* 3. *part. diſp.*233. *cap.*3. *num.* 23. Nugnus *quæſt.*83.*art.*3.*dub.*3. Vgolin. *dict.cap.*30. *num.*4. Fr. Ludou. Miranda *dict quæſt.*39 *art.*3.*concluſ.* 2. Fuſc. *de viſit. lib.*1.*cap.*22 *num.*3. Altare hoc portatile, ſtantibus prædictis omnibus, nulla mutatione facta de vno loco ad alium deferri poteſt ſine execratione illius: nam idcircò portatile dicitur, quoniam de vno loco ad alium portari poteſt, & in Eccleſia, vbi Altare aliquod hoc non habeat, de altero Altari ſumi ſolet, & eo deferri, & communiter appellatur hoc Altare portatile conſecratum, petra ſacra, Vgolin. *d.cap.*30.*n.*4. Fuſc. *d.cap.*21.*n.*6. *& c.*22. *num.* 2.

26 Si Altare ſit fixum & ſtabile, vbi tota tabola Altaris conſecratur, exacratur, ſeu violatur, ſi fuerit enormiter læſum, vel ſigillum, ſub quo Reliquiæ conduntur, frangatur; ſeu lapis, ſub quo ſunt Reliquiæ, amoueatur, quod relinquitur Epiſcopi iudicio, qui ex re oculis ſubiecta facilius dignoſcere poterit, an ſit ſecuta exacratio. Ita Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. d. cap.*5.*n.*8.*verſ.violatur*, Fr. Ludou. Miranda *d.art.*3. *concluſ.*1. Vgolin. *d.cap.*30.*num.*4 *verſ.*2. Deinde violatur, & exacratur hoc Altare fixum, ſi mota fuit iunctura, qua menſa ſtipiti adhæret, & hoc ſiue ſepulchrum ſit in latere Altaris, ſiue etiam & multò magis ſi ſit ſub ipſa menſa; vel ſi quid de lapidibus ſtipitis tangens ipſam menſam moueatur; vt tenet Miranda *d.concluſ.*1. & denique aliis eiſdem modis exacratur, quibus Altare portatile, vt dicit Vgolin. *d.n.*4. *verſ. exacratur.* Et cùm Reliquiæ in Altaris conſecratione ſint ponendæ, vt probat Fuſc. *d. cap.*21. *n.*2. ſequitur ſublatis illis eſſe Altare exacratum, vt dicit idem Fuſc. *d.lib.*1.*cap.*22.*num.*5. vbi *num.*6. tenet noua reconciliatione opus non eſſe, ſi degradatus, aut interdictus, ſiue etiam excommunicatus in Altari celebrauerit, per text. expreſſum *in c.*2. *in fin. de Sacramentis non iterandis.* Lapis profanatus Altaris poteſt vendi & licitè teneri ab emptore, ſed in loco decenti, & honeſto, *S.Cong. Rit. in Reatina* 9. *May* 1609. Eccleſia exacrata, cenſetur etiam Altare exacratum; non autem è contra; nam Altare habet ſe vt acceſſorium reſpectu Eccleſiæ, Eccleſia verò habet ſe vt principale, argumento tex. *in cap.* 1. *in* 2. *reſponſ. de Conſecrat. Eccleſ.* vbi habetur quòd propter exacrationem Altaris motu, aut fractione contingentem non debet Eccleſia de nouo conſecrari. faciunt quæ Fuſc. *d.cap.*22. *num.*7. Intellige de Altari portatili; nam in ſtabili dicendum eſt, quod exacrata Eccleſia non proinde exacratur Altare, nec reconciliatione indiget, Sylueſt. *verb. Altare, quæſt.*11. Raguſ. *de Miſſa in Eccleſia quæſito* 34. *&* 35. Miranda *dict. quæſt.*39. *art.*7. vbi reddit rationem, quia conſecratio Eccleſiæ conſiſtit in parietibus, & ſeparata eſt de conſecratione Altaris; vnde illa violari poteſt combuſtis, vel collapſis parietibus, conſecratione Altaris intacta remanente, & è contra poteſt deſtrui Altare, Eccleſiæ parietibus illæſis exiſtentibus. In Altari, in quo Epiſcopus celebrauit, non poteſt eo die celebrare Sacerdos, niſi de licentia Epiſcopi, vt habetur *in cap.fin. de conſecrat. diſt.*2. Henriq. *d.cap.*28.§.1. *in fin.* Verùm *dict.cap fin.* procedere, quando Epiſcopus in propriis Eccleſiis, & in ſua diœceſi, & ſolemni cærimonia, hoc eſt Pontificaliter celebrat, aſſerit Axor. *inſtit.mor part.*1.*lib.*10.*cap.*27.*q.*10.

Permittendum non eſt ſepulchra hominum ſu- 27
pra Altaria erigi, vt admonet Archid. per text. ibi *in cap. non oportet, de conſecrat. diſt.*1. quem refert, & ſequitur Fuſcus *dict. cap.*21. *num.*15. & hinc reſpondit *Sacra Congregatio Archiepiſcopo Tranen.* 8. *Nouembr.*1599. non eſſe conſecranda Altaria, ſub quibus ſepulta ſunt corpora mortuorum, niſi eis remotis, prout refert Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. d. cap.*5. *num.*7. *in fin.*

Dubitari poteſt an Eccleſia, ſeu Altare pollutum 28
cenſeatur, quando per Epiſcopum publicum excommunicatum conſecrata, ſeu benedicta ipſa Eccleſia proponitur? Affirmatiuè eodem modo dicendum eſt, ſicut quando excommunicatus, ſeu infidelis in ea ſepelitur; quo fundamento ita tenent Henriq. *in ſumm. lib.*9. *cap.*27. *num* 6. *in fin.* Tolet. *lib.* 5. *inſtruct. Sacerd. cap.* 8. *propè fin. verſ. quinta.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcop.cap.*29 §.6. *num.*1. Gambarupr. *de caſibus reſeru. cap.*15.*caſu* 6. *num.*15.*pag.* 204. Sylueſt. *verb. conſecratio* 2. *verſ.* 5. *caſus eſt*, Nauarr. *cap.*27.*num.*259. dicit etiam receptum Suar. *diſp.*81. *ſect.* 4. *verſ.* 4. *violatur Eccleſia*; cuius rei ea tantùm ſolet aſſignari ratio, quæ à ſimili deducitur, inquiunt enim, quòd ſicut ſepultura corporis excommunicati ſufficiens eſt ad polluendam Eccleſiam,

vt *in cap. consuluisti, de consecrat. Ecclesia*, sic à fortiori consectario eiusdem Ecclesiæ, seu benedictio emanans per os excommunicati, debet esse ad hoc sufficiens. Verùm huiusmodi sententia contradictione non caret, eam enim impugnat Suar. *d. loco*, quem refert, & sequitur Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 153. num. 2. conclus. 1.* post multos comprobat nouissimè Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta part. 1. lib. 3. cap. 14. num. 56.* & de rigore Iuris sibi magis placere asserit Vgolin. *vbi proximè*, ea scilicet fundamento, quia pollutio Ecclesiæ habet se ad instar irregularitatis, & irregularitas non habet locum nisi in casibus à Iure expressis, iuxta text. *in cap. is qui, de sententia excommun.* Sed à priori opinione non esse recedendum asserit Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 3. cap. 1. vers. & quamuis*, vbi latè contrariis respondet fundamentis.

29 Cœmeterium est locus consecratus Ecclesiæ contiguus, vel ab illa separatus, de cuius institutione, & materia vide Durand. *in ration diuin. lib. 1. cap. 5. num. 11.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 6.* Bertach. *in repertorio verb. Cœmeterium*, Steph. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib. 1. cap. 23.* Fr. Hieronym. Romanum *de Republica Christian. lib. 4. cap. quarto*, Spio. *in speculo testament. glos. 2. principal. num. 33.* Deeian. *tractat. criminal. lib 6. cap. 24 num. 28.* Card. Tusch. *lit C, verb. Cœmeterium, conclus. 328.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. disput. 15. num. 40.* Cened. *ad Sext. collect. 11. num. 7.* Vgolin. *dict. cap. 29. § 6. num. 2.* Fr. Ludouic. Miranda *d. quæst. 39. art. 20.* De illius verò consecratione, pollutione, & polluti reconciliatione idem omnino tenendum esse, quod de Ecclesia diximus, affirmant Hostiens. *in summ de consecrat. Ecclesiæ num 9.* Piasec. *in praxi Episcopali dict. cap. 5. num 6.* Durand. *d. lib. 1. cap. 6. n. 45.* Mar. Alter. *d. disp. 3. cap. 2. vers. Secundò*, nisi quod, Ecclesia polluta, censetur pollutum quoque Cœmeterium, non verò è contra, *cap. vnic. de consec. Eccles. lib. 6.* Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 3. cap. 1. vers. quartò dubitatur.*

30 Latius rem inuestigando sciendum est Cœmeterium etiam contiguum ipsi Ecclesiæ pollutæ pollutum esse, modo Cœmeterium ita propinquum sit, & contiguum, vt extrema Ecclesiæ tangant extrema Cœmeterij; & ita polluta Ecclesia, & Cœmeterium pollutum est, non tamen polluto Cœmeterio contiguo Ecclesiæ, ipsa Ecclesia polluta censetur, *d. cap. vnic.* Henriq. *in summ. lib 9. cap. 27. §. 5.* Gambarupt. *de casibus reseru. cap. 15. casu 6. num. 10.* Azor. *institution. moral. part. 1. lib. 10. cap. 16. quæst. 3. vers. s. col. 1026. & d. cap. 6. quæst. 1.* Cened. *ad Sextum coll. 11. n. 7.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 16. num. 28.* Vgolin. *d. §. 6. num. 1.* Fr. Ludouic. Miranda *d. art. 2.* ex ea scilicet ratione, quòd accessorium sequitur naturam sui principalis, *ex reg accessorium 42. de regul. Iuris lib. 6.* cum citatis per me de *Axiomat. Iuris vsusfreq. Axio-*

31 *mat. 4.* deinde quia † dignius, & potentius trahit ad se naturam minus digni, siue minus potentis, Gomez *variar. tom. 3. cap. 10 num. 6.* Sanch. *de Matrimon lib. 3. disput. 29. num. 8.* Benedict. Ægid. *in repet. l. vnica. C. de sacrosanctis Ecclesiis part. 3. §. 1. num. 14.*

32 Monera *de decimis cap. 9. quæst. 5. num. 158.* Et ideò † delictum commissum in Cœmeterio, aut Ecclesiæ vestibulo, non est commissum in Ecclesia, vt resoluit Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. q. 3. n. 8.*

33 Quando verò Cœmeterium Ecclesiæ pollutæ contiguum non est, tunc polluta Ecclesia, illud pollutum non censetur, quia accessorium Ecclesiæ tunc non est, nec censetur esse, vt habetur *in dict. cap. vnic.* & tenent Doctores ibi, & cæteri supra citati. Si autem duo Cœmeteria sint contigua, intercueniente tamen pariete, eum censeantur duo, vno violato, aut polluto, non perinde aliud est pollutum, etiamsi porta esset in pariete, per quam ab vno ad aliud fiat transitus. Ita Syluest. *verb. Cœmeterium 2. quæst. 2. num. 3.* Azot. *dict. cap. 9. quæst. 3.* Mar. Alter *dict. disp. 3. cap. 2. vers. postulabit*, Fr. Ludou. Miranda *dict. art. 2. in fine.* Vgolin. *dict. §. 6. vers. excipitur tamen il 2.* vbi *in vers. seq.* resoluit, si in porta, per quam ab vno ad aliud fit transitus, facta fuerit humani sanguinis, vel seminis effusio, vtrumque pollutum esse, si porta in pariete extructa gratia vtriusque facta videretur. Sed vltra distinctionem, quam afferunt Gemin. *in dict. cap. vnic. num. 6.* & ibi Anchar. *vers. quintò nota*, & Franch. *in fine*, respondet Mar. Alter. *dict. cap. 2. vers. hac difficultas*, quòd si paries communis, in quo est porta, æqualiter extructus est in solo vtriusque Cœmeterij, ita vt dimidia pars pertineat ad vnum Cœmeterium, dimidia ad aliud, tunc si pollutio in vna parte contingat, illud tantum Cœmeterium erit violatum: si autem in vtraque parte fiat, vtrumque polluitur; si verò paries, & porta pertinent ad vnum Cœmeterium solum, non ad aliud, tunc illud solum Cœmeterium polluitur. Si verò cœmeterium ab Episcopo benedictum, non sit Ecclesiæ contiguum, sed de per se reputabitur locus sacer, & licet polluta Ecclesia, cui est proximum, illud non polluatur, polluitur tamen si in eo copula illicita, aut sanguinis iniuriosa effusio habeatur, prout resoluunt Naoar. *in man. cap. 16. num. 3. vers. interrogatus autem*, Henriq. *in summ. lib. 5. de Pœnit. cap. 6. §. 5. in commento litt. H.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. disput. 15. num. 40.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta part. 1. lib. 3. cap. 14. num. 51.*

Cœmeterium quoque reconciliatur ea ratione 34 qua Ecclesia: nam si per Episcopum solemniter consecratum sit, eo polluto, per Episcopum reconciliari debet aqua solemniter cum vino, & cinere per eum benedicta, *cap. consuluisti, de consecr. Eccles.* Si verò ab Episcopo non est solemniter benedictum, sed tantum ad sepeliendum destinatum, per Parochum Sacerdotem poterit aqua exorcizata reconciliari: vbi verò pollutum est Cœmeterium non per se, sed ob Ecclesiam pollutam ei contiguam reconciliata Ecclesia, erit reconciliatum & ipsum Cœmeterium, & ita tenent Doctores omnes *in dict. cap. vnic.* & resoluunt Azot. *dict. cap. 6. quæst. 4* Vgolin. *dict. cap. 29. §. 8. num. 4. & 5.* vbi *num. 6.* subdit quod sumptibus eius, qui Ecclesiam polluit, illa reconcilianda est, & in eius defectu Episcopus soluet, & si non adsit; populus, & Parochus subministrabunt sumptus, seruata in hoc consuetudine, vel statuto, si quod adsit.

Ad Episcopus de Iure spectat Calices, ac Patenas 35 quorum altero Christi Domini sanguis continetur, altero Corpus contrectatur, consecrare, id quod fit sacro Chrismate in exteriori superficie adhibito, vt de Calice habetur *in cap. vnic. §. vngitur præterea, de sacra vnctione*, vide Bathol. ab Angelo *dialog. 5. de Missa, §. 171. & 335.* Llamas *in summa methodi part. 3. cap. 5. §. 16.* Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 31. num. 1.* Henriq. *dict. lib. 9. c. 28. §. 2.* Azor. *dict. part. 2. lib. 9. cap. 7. quæst. 1.* Iacob. de Graffiis *dict. lib. 2. cap. 43. num. 4.* Durand. *in rationali diuinorum l. 1. c. 8. num. 13. cum seq.* Homobun. *de examine Ecclesiast. tract. 11. cap. 7. quæst. 18. resol. 4.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta p. 1. lib. 3. cap. 21. num 14.* quæ quidem Calicis, & Patenæ benedictio cum sit Ordinis Episcopalis, vt dicit Sbroz *de officio Vicarij lib. 1. quæst. 9. num. 8.* non potest fieri per simplicem Sacerdotem, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 19. art. 1.*

Potest tamen hanc consecrationem Calicis, & 36 Patenæ

Patenæ Summos Pont. simplici Sacerdoti committere ex causa, vt docent Syluest. *verb. consecratio 2. q. 8.* Suar. *tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 5. vers. tertiò additur*, Faguodez *d. cap. 21. num. 14.* Megal *in suo promptuario Theolog. moral. verb. Abbas, num. 18. & verb. Calix, n. 3.* me citato *in hoc loco* Nouar. *in Lucerna Regular. verb. benedicere, num. 5.* Vnde Inoocent. VIII. priuilegio suo edito *anno Dominica Incarnationis* 1489. ad petitionem Ioannis Abbatis Cisterciensis concessit illi, & quatuor primis Coabbatibus eius, tunc, & pro tempore existentibus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus quæcumque vestimenta, ac ornamenta Ecclesiastica, Corporalia, vasculaque ad reponendam sacram Eucharistiam, in locis, & domibus dicti Ordinis beoedicere, & Calices consectare tam de dicto Ordine, quàm si ad eos aliunde nonnonqoam deferantur, valeant, & possint, refert Fr. Ludou. Miraoda *in man. Prælator. tom. 2. q. 41. art. 4.* vbi etiam aduertit prædicto priuilegio perfrui non posse alias Religiones priuilegium etiam habentes communicationis, tangit Portel. *in dubiis Regularibus verb. Abbas num. 5.* vbi *num. 4.* cum Heoriq. *in sum lib. 9. c. 28. §. 2. litt. H.* ait quod Pattes Societatis Iesu in Indiis consecrant Calices. Ex quibus colligitur noo bene dixisse glos. *in Clem. attendentes, de statu Relig.* dum habet secluso priuilegio aliquo, de Iure benedictionem Calicis & Patenæ spectare ad Abbates, qui Baculo Pastorali vtuntur, cuius tamen coottarium optimo iure defeodunt Gemio. *in cap. Abbates, de priuil. in 6.* & Syluest. *verb. Calix num. 2.* quos refert, & sequitur Fagundez *d. cap. 21. n. 14.* nam hoc illis ex priuilegio solùm competere posse obseruant Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 28. quæs. 2.* Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 36. art. 6.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. vlt. à n. 1.* Lezana *in sum. c. 18. n. 58.*

37 Calix, & Patena non solùm consecrationem amittunt si notabiliter frangantur, itavt non possint inseruire ad vsum præfixum, & constitotum, vt bene docent Vasq. *3. part. disp. 233. cap. 4. num. 34.* S. Thom. *3. part. quæst. 83. art. 3. ad 6.* Bellarm. *lib. 2. Missa cap. 14.* Fagundez *dict. cap. 21. num. 16.* obseruantes quòd tuoc dicetur Patena notabiliter fracta, quando Hostiam capere non potuerit, & Calix etiã quando in eo commodè sanguis Christi consecrari non
38 possit. Verùm etiam, † quando hæc vasa deaurata sunt, & vsu aurum amittunt, & iterum postea deaurantur quoad illam superficiem, quæ tangit corpus, & saoguioem Christi, coosequenter opus est ooua consecratiooe ex eo, quia consecratio Calicis, & Patenæ fit præcipuè propter contactum corporis, & sanguinis, posita autem noua deauratiooe, contactus non potest fieri in parte consecrata, cum aurum additum consecratum non sit. Ita Syluest. Angel. Armil. & Tabieu. *verb. Calix*, quos refert, & sequitur Bartholom. ab Angelo *dialog. 5. de Missa §. 324.* Azor *instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 28. quæs. 4. & part. 2. lib 9. cap. 7. quæs. 3.* Durand. *dict. lib. 1. cap. 6. num. 35.* Franc. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 249. num. 21.* Suar. *tom. 3. disp. 81. sect. 3. col. 3. vers. solet verò.* Reginald. *in praxi fori pœnitentialis lib. 29. n. 199.* Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 31. num. 3. vers. 2.* Fagondez *d. cap. 21. num. 24.* Quidquid contrarium teneant Emmaouel Sà *verb Calix*, Selo. *de benefic. p. 1. quæst. 5. num. 99.* & Coninch *de Sacrament. quæst. 83. art. 3. dub. 3. n. 246.* Layman *in Theolog. morali lib. 5. tract. 3. cap. 6. num. 7.* Diana *moral. resolut. p. 2. tract. 1. miscel. resol. 3.* Nec pro illis facit, qood Calix consecratus non amittit consecrationem amissione deaurationis, ex quo videbatur non indigere noua consecratione interueoiente noua deauratione, cùm principalis pars videatur trahere ad se accessorium: quia respondetor aurum Calicis non solùm esse coosecratum secuodum se, verùm etiam totus Calix per modum vnios, & ita adueniente ooua deauratione constat aurum, quod de nouo additum fuit, non esse consecratum, & coosequenter indigere oooa consectatione. Neque dici potest consecrationem Calieis coosecrati redundare in aurum de nouo additum tanquam io accessorium, & minus principale: respondetur enim principale in hac materia non esse expectandum ex quantitate materiæ, sed potius ex vsu rei coosecratæ, itavt illud ceoseatur principale, quod proximè fuit institutom ad coutiuendum & taogendum Corpus, & Sanguioem Christi, quod præcipuè fit à parte deaurata, vt teneot Soar. Vasq. Reginald. Coninch, & alij apud Bartholom. ab Angelo *citatis locis*. Nec etiam obstat si aliquis dicat eodem modo formam coosecrationis Ecclesiæ consecratæ perire, eo ipso, quo parietes dealbantur, aut picturis ornantur; quia respondetur magnam esse differentiam; nam Calix Vnctione Chrismatis in exteriori superficie adhibita consectatur, Ecclesiæ vero consecratio inest in crusta parietis, quæ oon perditur si paries dealbetur.

Consecratio Calieis non amittitor per aliquos 39
ictus à fabro inflictos, vt teneot Armill. *in verbo Calix num. 4.* Batthol. ab Angelo *dialog. 5. de Missa*,
§. 323. Azot. *part. 1. lib. 10. cap. 28. quæs. 5.* † Nec 40
etiam amittitur quoties separatio fit absque fractione, vt accidit in Calice torneatili, cuius partes separantur absque fractione, quicquid aliqoi cootrarium teneant: secus tamen dicendum si cuppæ separatio fiat cum fractione, qoia Calix io tali euentu amittit suam figuram, & non est aptus ad vsum, ad qoem fuerat factus: tum quia sicut altare, si remoueatur à tabula coosecrata, amittit consectationem, ita eandem amittit Calix si à pede cuppa separaretur. Ita Hentiq. *lib. 9. cap. 28. num. 2. litt. H*, Batthol. ab Angelo *d. dial. 3. de Missa, §. 326.* Reginald. *d. lib. 29. num. 200.* Suar. *disput. 81. sect. 7. vers. rursus inquiri potest*, Nugn. *quæst. 83. art. 3. dub. 4.* & Coninch *ibid. dub. 3. n. 248.* Azor. *d. part. 2. lib. 9. cap. 7. quæs. 7.* vbi se remittit ad dicta *part. 1. lib. 10. cap. 28. quæs. 7.* Fagundez *d. c. 21. n. 17.*

Vasculum, seu pyxis, in qua seruatur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, debet esse consecrata, præcipuè si postulet loci coosuetudo, vt tenent Suar. *disp. 89. sect. 3. ad fin.* Reginald. *d. lib. 29. num. 201.* quamois cootratium asserant Vasq *d. cap. 4. n. 36.* Nugn. *q. 83. art. 3. dub. 4.* & Cooinch *ibid. n. 245.* Hentiq. *lib. 9. de Missa, cap. 28. §. lit. O*, Fagundez *d. lib. 3. c. 12. n. 14.* 41

Vestes sacræ, vt amictus, alba, cingulum, manipulum, stola, & casula ab Episcopo benedici debent, vt Doctores communiter concludunt, ita vt simplices Sacerdotes illam benedicere non possint, ita Vgolio. *cap. 32. num. 4.* nec ex ipsius Episcopi delegatione, vt *ibi* probat *num. 6.* & ita sibi responsum fuisse in *Sacra Rituum Congreg.* testatur Posseuin. *de Officio Curati cap. 2. num. 37.* & me citato *in hoc loco* 42
Homobon. *d. resolut. 4.* & † qualiter benedicantur 43
iouenies io libro Pontificalium, quarum significationem, qui scire cupit, perpeodat Orationes, quæ recitantur in singularum vestium iodumento, de qua re vide Pinell. *de Missa sacrificio, cap. 14.* Iacob. de Grassiis *in decis. aureis lib. 2. cap. 41. part. 1.* Valent. *tom. 4. disp. 6. quæst. 12. puncto 3.* Fr. Emmaouel *in sum. tom. 1. cap 249. num. 12.* Suar *tom. 3. disput. 82. sect. 2. & 3.* Nugn. *quest. 83. art. 3. dub. vltim. &* Coninch *ibi, num. 250.* Barthol. ab Angelo *d. dialog. 5. §. 258. cum seqq.* Chamerot. *de Eucharist. c. 8. dub. 20.* Bonacin. *de*

Sacram.disp 8. *quæst. vnica puncto* 5.*num.* 43. *cum seqq.* Azor. *d.part.*1.*lib.*10. *cap.*38.*quæs.*8. *cum seqq.* Si cingulum ita frangatur, vt reuera pars non sufficiat ad cingendum Sacerdotem, amitteret benedictionem, secus si longior pars adhuc sufficeret ad cingendum. Ita Coninch *de Sacram.quæst.*83.*art.*3.*dub.*3. *num.*55. Molfes.*in sum.tom.*1.*tract.*3.*cap.*12.*n.*22. Diana *moral. resolut.p.*2.*tract.* 1.*miscel.resol.*4.

44 Prælati Regulares, Generales, & Prouinciales, quin verò Custodes, & Guardiani, siue Priores; & quicunque alij in aliis Religionibus illis correspondentes, bene possunt benedicere omnia Ecclesiastica paramenta, siue ornamenta ex concessione Leonis X. relata *in compendio Medic.verb. benedicere Ecclesiastica*, §.14. vbi dicitur, quòd supradictus Leo X. concessit Generalibus, & Prouincialibus, ac Custodibus, necnon & Guardianis Fratrum Minorum Obseruantiæ pro tempore existentibus, vt omnia, & singula eiusdem Ordinis, & Obseruantiæ Ecclesias, Cœmeteria, Capitula, & Oratoria, vbicumque existentia, tam recepta, quam recipienda, ac paramenta, & ornamenta, & alia quæcunque ad diuinum cultum, & vsum Fratrum necessaria, in quibus Chrisma non interuenit, pro eorundem Fratrum vsu tantum solemni benedictione valeant benedicere, quo priuilegio perfruuntur omnes alij Ordines, qui priuilegium habent communicationis, & refert Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum tom.*2. *quæst.* 40.*art.*1.*concl.*1. vbi *conclus.*2. resoluit simplices Sacerdotes, præcipuè Ordinis Minorum, & qui non fuerint Prælati, non posse Ecclesiastica ornamenta, & paramenta benedicere, & *art.*2. *conclus.*1. asserit certissimum esse quòd Prælati Generales, & Prouinciales, & similes Prælati, qui in aliis Religionibus eisdem correspondent, & etiam Guardiani, & Priores Conuentuales, aliique Prælati locales benedicere possunt Corporalia ex priuilegiis à Summis Pontificibus illis concessis. Specialiter tamen per Greg. IX. prout refertur *in compendio verb. benedicere Ecclesiastica* §. 1. concessum est, quòd minores Fratres Presbyteri in terris infidelium existentes possunt benedicere non solùm vestes Sacerdotales, verumetiam, & Altaris pallia, & Corporalia, cum necesse eis fuerit, vbi Catholicorum Episcoporum copia non habetur. Aduertendum tamen quod huiusmodi Prælati Regulares Ecclesiastica paramenta, & prædicta ornamenta pro suorum Fratrum vsu tantum solemni benedictione valēt benedicere, vt constat ex concessione Leonis X. illis facta, de qua supra, ex qua colligitur minimè hoc sibi concedi pro aliis, Tamburin. *de Iure Abbatum tom.*1 *disp.*25. *q.*2. *num.*2. vbi intelligit seclusa consuetudine, Barbol. Gauant. in *comment. ad rub. Missal.tom.*1.*p.*4. *tit.*19. *num.*21. vbi adducit decretum *S.Cong. Rituum* 24. *Augusti* 1609. & *n.*22. in noua edit. subdit *eandem S. Cong. die* 18. *Aug.* 1629. prorogasse contrariam consuetudinem, Lezana *in summ.quæst. Regul.c.*18,*n.*57. Quicquid dicant Collector priuilegiorum Ordinis D. Hieronymi, & Alphonsus à Vera Cruce, quos refert, & sequitur Fr. Emman.*quæst reg.tom.*1.*q.*19.*art.*1. Laurent. de Peirinis *ad Constit. Iulij II.*§.19.*n.*44.

45 Verùm huiusmodi vestes amittunt, vt sic loquar, benedictionem, & noua indigent, quando ita franguntur, vt non sint aptæ ad vsum, ad quem fuerant destinatæ, aut non amplius priorem retineant figuram: ex quo verius est, Albam non indigere noua benedictione, si ad eam reficiendam aliqua adiungantur, quorum additione remanet adhuc prior figura, etiamsi quæ adduntur, non sint benedicta; accessorium enim sequitur principale, è contra tamen desinit esse benedicta, si ex ipsa abscindatur manica, quamuis illi postea eadem manica assuatur; nam per accessionem manicæ ita perstringitur, vt non sit apta ad vsum, ad quem fuerat destinata, nec amplius retinet priorem figuram. Ita Armil. *verb. benedicere, num.*3. Angel. *verb.benedictio, num.*3. Bartholom. ab Angelo *d. dialog.*5. §. 265. & ob hanc rationem stola facta de planeta benedicta, debet iterum benedici, quia ad ipsam est data particularis benedictio, & est mutata forma, quæ dabat esse rei: ita Fusc.*de visit. lib.*1.*cap.*23.*num.*15. Vgolin.*d.cap.*32. §. 1. *num.* 6. vbi etiam resoluit, quod si huiusmodi vestes breuiores factæ sint, modo formam non mutent, benedicendas iterum non esse, & in fine dicit, quod si vti illis ad Diuina non possumus, igne comburendæ erunt, ne ad profanos vsus transferantur.

Campanas quoque benedicit, & Chrismate vngit 46
Episcopus, vt scribunt Durand. *in rationali diuinorum, lib.*1.*c.*4. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib.* 1. *cap.*22. Vgolin. *de potest. Episcopi cap.*31. §. 1. *num.*2. Camill. Borrel. *de præstantia Regis Cathol.cap.*78.*n.*14. latè Cæsar Baron. *annal. Ecclesia tom.*10. *pag.* 810. latissimè Angel. Roccha *in speciali tractat.de campanis, cap.*5.*de campanarum consecrat.* vbi etiam tradit formam, & verba consecrationis; Mar. Antonin. *var.resol. lib.* 1. *resol.* 112. *casu* 3. vbi etiam resoluit Abbates non posse benedicere campanas, quia hæc benedictio videtur esse Ordinis Episcopalis ratione inunctionis olei sacri. † Benedicuntur huiusmodi campanæ, ait 47
Concil. Coloniense *tit. de constit. & consuetudinibus, cap.* 14. vt vocetur populus ad conueniendum in Templis, & Clerus ad enuntiandas Dei laudes, & vt fideles omnes inuitentur ad preces, & deuotionem, cuius institutionis meminit liber Romani Ordinis relatus *in cap.*1.*de officio Custodis*, vbi campanæ appellantur signa, quia in eum finem pulsantur, vt sint signa temporis, quo Clerici ad diuinas horas recitandas, & fideles ad interessendum Sacris, debent conuenire, consonat text. *in cap. solent, de consec.dist.* 1. *& in cap.*2.*de officio cust.* cum aliis adductis per Steph. Costa *in cap. alma*, §. *adiicimus, num.*10. *de sentent. excommunic.lib.*6. † Ait deinde Coloniense Concilium 48
institutas esse, vt timeant Dæmones, eóque sonitu territi discedant, & vt repellantur procul hostiles exercitus, & vt fragor grandinum, procellæ turbinum, impetus tempestatum, & fulgurum, infesta tonitrua, & ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum, & aëreæ tempestates prosternantur, vt asserit Fusch. *de visitat.lib.*1.*cap.*14. *num.*7. & latissimè post alios nouiures Martin. Delrius *disquisit.magic.lib.*6.*cap.*3.*quæs.*33. *ad fin.lit.FF.* Binsfeld. *in confess. malefic. post conclus. fin. dub.*6. Thom. Bossi *de signis Eccles. lib.*2. Emman. de Cerda *in libro dos pos de Man part.*1.*cap.*6.*fol.*155. nouissimè Torreblanca *in practicab. Iuris spirit. lib.*12.*cap.*27.*num.*97. Aduerttit tamen Seraphin. *decis.*523. quòd licèt campanæ sint benedictæ, non prohibentur retineri, & vti pro seruitiis etiam prophanis, dummodo non impediatur cultus diuinus. Verùm *sacra Congreg. negotiis Episcop. & Regul. præposita de anno* 1581. censuit campanas consecratas etiam in turri profana existentes nullatenus vsui profano inseruire debere, etiamsi in hunc vsum à sæcularibus fabricatæ prætenderentur Et quod potest Episcopus prohibere ne campanæ pulsentur, si non sint benedictæ, censuit *S. Congreg.Rit.in Aprutina* 5.*Iulij* 1614.

Hinc colligitur campanas non baptizari Bapti- 49
smo, quo peccata remittuntur, vt nobis obiiciunt Caluinistæ, sed benedici optimis quidem rationibus, quas latè prosequuntur Martin. Delrius *vbi proximè*,

ximè, Durant. d.cap.22.num.6. Torreblanca d.lib.12. cap.27.num.98. Deinde non desunt, qui effectus prædictos campanarum tribuant naturali virtuti sonitus illarum, quasi eo attinuerur aër, & dissipentur turbinum, & tempestatum impetus, ac procellarum spiritus, vt voluit Petr. Mess. in sua sylua lib.2. cap.29. Quod gratis dictum iudico: nam prædicti effectus tribuuntur benedictioni, seu consecrationi, sic diuino iussu, seu beneficio operante, vt de aqua benedicta diximus infrà alleg 28. num.58. cum seqq. si tamen hæc irrident hæretici, irrideant, ait Durant. d.cap.21. num.4. & Deum ipsum, qui Numeror.10. ait, plangetis, vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorũ vestrorum.

50 Cùm prædictæ campanæ ex principali ipsarum institutione institutæ dicantur, vt vocetur populus ad conueniendum in Templis, & Clerus ad annunciandas Dei laudes, ex cessante ratione meritò constitutum est ne tempore interdicti illæ pulsentur, vt probat text. cap. alma, §. adiicimus, de sentent. excomm. & benè tradit Stephan. Costa ibi num. 12. & Couar. part.2.§.4.num.5.vers.13. & post eum, & Nauar. Vgolin. & Henriq. prosequitur latissime Sayr. de censuris lib.5.cap.9.a princip. quibus adde, quæ breuiter resoluit Auila eod. tract. part.5.disp.4.sect.2. dub.8. & latiùs Suar. eod.tract.disp.34.sect.1.num.15. cum seq. Fusc. d.cap.14.num.12. Angel. Rocca d. tract. de campan.cap.25. cum quibus prosequere ad omnia, quæ in hac materia occurri possunt, & vltra omnes latissime Mar. Alter. de censur. tom.2.disput.5.cap.2.vers.tertia conditio. Bottel.d.c.78.n.13.& 15.cum seqq.

51 Episcopus benedicit Abbates, Abbatissas, & Moniales, & dat illis velum consecrationis, vt probant text. in cap. deuotis 20. q.1. cap.1. de supp. neglig. Prælat. Sbroz. de Vicario Episcopi, lib.2. quæst.8. num.1. Hieron. Roderic. in compend quæst. Regul. resol.52.n.2. Benedict. Bommathæius de modo consecrandi Virgines, cap.4. num.1. me citato in hoc loco Tambur. de iure Abbatissar. disp.27. quæst.5. Azor. instit. moral. part.1. lib.12. cap.20. quæs.6. nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudiciali fori Eccles. cap.4. num.7. Vgolin. de potest. Episcopi, cap.31. §.1. num.1. vbi etiam cum Nauar. cons.2. de Sacram. non iteran. concludit hanc benedictionem iterari non posse, quod etiam tenent Azor. d.part.1.lib.13.cap.10. quæs.4. Tambur. d.disp. 27.q.8. & Ludouic. Miranda loco infrà citando, quæst.7. art.7. concl.1. in fine; nihilque pro hac benedictione recipere debet, alioquin simoniam committeret, cap. sicut certa, de simonia, refert me citato in hoc loco Marcel. Vulpe d.c.4.num.7.

52 Ex benedictione Episcopi consequitur Abbas, vt possit conferre minores Ordines, cap. quoniam 69. dist. cap. cum contingat, de ætate, & qualit. Clem. attendentes, iuncta gloss. verb. benedici, de statu monachor. Angel.
53 verb. Abbas, num.4. † Debet autem benedictio huius-
modi dari illis diebus, quibus minores Ordines conferri possunt, gloss. in d. Clem. attendentes, verb. benedici, & sic Dominico die, & intra Missarum solemnia, vt de Virginum benedictione agẽtes resoluunt Salzed. ad Bernard. c.26. vers. virginum, Piscara in praxi carom. lib.2. cap.7. num.1. Tamburin. de iure Abbatissar. disp.27. q.6. vers. Piscara. Quæ quidem benedictio, sine aliquo examine danda est, Innoc. in d.cap.1. de suppl. negl. Prælat. nisi quod fidei professionem emittere benedicendus obligatur. cæremoniæ videndæ
54 in Pontificali. † Si Episcopus tertiò requisitus be-
nedicere sine causa renuerit, posset ipse Abbas, non expectata benedictione, officium administrare, & Ordines conferre, sed hoc in odium temeritatis Episcopi sine causa denegantis benedictionem Papa concedit Abbatibus, non quòd benedictio prædictum effectum non operetur, dict. cap.1. de suppl. neglig. Prælat.
Et † est Ordinis Episcopalis, & non po- 55
test delegari non habenti illum Ordinem, vt firmat Sbroz d. q.8. n.2. hinc asserens Vicarium, qui non est Episcopus, huiusmodi benedictionem elargiri non posse.

Non tamen poterit Episcopus intrare claustra 56
Monialium pro consecratione, seu benedictione sororum, nec pro ipsarum confirmatione, iuxta Concil. Trident. decretum sess.25. de Regularibus c.5. vers. ingredi autem, vbi strictè præcipitur, vt nullus Monialium Monasteria ingrediatur, nisi in casibus necessitatis, & hic, de quo agitur, necessarius non est, cum possit Episcopus consecrare, benedicere, aut etiam confirmare Moniales, seruata, & non violata ipsarum clausura, consecrando, benedicendo, vel confirmando ipsas per fenestram deputatam ad imponendum eisdem velum. Ita Fr Ludou. Miranda in manu. Prælat. post tom.2. in tract. de sacris Monialib.
q.2. art.14. Et † licèt secundùm Canones non pos- 57
sint consecrari Virgines Moniales, nisi attigerint vigesimumquintum annum, vt in cap. placuit, & in capit. Virgines 20. quæst. 1. nihilominus de vniuersali consuetudine possunt consecrari ante vigesimumquintum annum. Ita Mar. Antonin. var. resol. lib.1. resolut. vlt. casu 14. Censuit tamen sacra Congreg. Moniales Virgines, quas solas consecrari fas est, ante vigesimumquintum annum completum, non esse consecrandas, vt refert Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.1. tit. 20. l.1. de ætatib. n.2.
† Consuetudo verò benedicendi Virgines non am- 58
plius est in vsu, & eam leuandam esse, si alicubi adhuc vigeret, respondit sacra Congreg. Episcoporum & Regularium causis præposita, Patriarcha Venet. 5. Decembris 1597. teste Piasec. in praxi noua Episcop. part.1. cap.2. n.3. vers. Virgines.

Similiter, & Abbatissæ benedicuntur, d. Clem. at- 59
tendẽtes, minores annis quadraginta, & quæ per octo ante professæ non fuerint, eligi, & benedici in Abbatissas prohibentur, Concil. Trident. sess.25. de Regularib. cap.7. de cuius materia Fr. Emman. quæst. reg. tom.1. quæst.15. art.3. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Abbatissa §.1. pag.16. Azor. d.p.1 lib.13. cap. 10. quæs. 1. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract.3. num.166. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p.2. cap.1 à num.45. Armendar. in addit ad recopilat. legum Nauarra lib.1. tit.10. l.1. de ætatib. num.19. Circa quam ætatem non posse Episcopum dispensare referr decisum Armendar. ad d. lib.1. tit.18. l.7. de Episcop num. 102. & in terminis resoluit Nicol. Garc. de benefic. part.7. cap.4. num.71. vbi etiam asserit prædictos qua-
draginta annos debere esse completos. † Abbatissa 60
temporalis (illa scilicet, quæ nonnisi ad triennium eligitur, ex ordinatione Gregor. XIII. de an. 1583. die 1. Ian.) non est iure benedicenda, nisi Sancta Sedes Apostolica aliud statuat expresse, vel seruet contrarium, Nauar. cons.4. de Regul. in antiq. & cons.2. de statu monach. in nouis, Quaranta in summa Bullarij verb. Abbatissa in fine, Piasec. dict. cap.2. numer.3. Franc. Ludouic. Miranda in man. Prælator. in fine tom. 2. tractat. de sacris Monialibus quæst. 7. art.7. conclus. vnic.

Quæri opportunè potest, an Episcopus non con- 61
tritus consecrans Ecclesias, Calices, Virgines, conficiens Chrisma, benedicens vestes, & similia, peccet mortaliter? In qua quæstione Medina in C. de pœnit. tract.1. q. 6. dicit peccare mortaliter Episcopum, qui conficit Chrisma, benedicit oleum, aut consecrat Ecclesiam in peccato mortali; quia istæ actiones

actiones videntur graues, & duæ priores videntur quodammodo Sacramentales, quatenus per eas sacratur materia Sacramenti. Verùm cessante scandalo contrariam opinionem, vt veriorem, & æquiorem teneo cum Suar. *in 3.p. D. Thomæ q.64. art. 10. disp.16.sect.3.* quem refert Marc.Anton. Genuens. *in*
62 *man.Pastorum,cap.63. num.2.* vbi *n.3*, resoluit † Episcopum excommunicatum suspensum, vel interdictum consecratorem Ecclesias, Altaria, & benedicentem mappas, ac vestes esse irregularem, me citato *in hoc loco* Homobon. *d. resol.4.*

63 Episcopus etiam benedictionem solemnem dare potest, vt notat glos. *verb. solemne in cap. Abbates, de priuileg. lib. 6.* Durand. *in ration. diuin. lib.4. cap.59. num.7.* Vgolin. *d.cap.31.§.a.num.1.* dummodo faciat in sua diœcesi; in aliena enim Pontificalia exercere non potest, vt suprà latè diximus: quia benedicere populo competit Episcopo ratione dignitatis & iurisdictionis, *cap. ministrare 26. q.6. cap. conuenit, de consec.dist.5.* Stephan.Gratian. *Marchia decis.29.n.8.* Hæc benedictio solemnis ab Episcopo datur in fine diuinorum Officiorum, his verbis. *Sit nomen Domini benedictum*, vt habetur in Pontificali, & etiam simplex benedictio ab eo dari potest suis populis in itineribus, eundo per suam diœcesim, Vgolin. *dict. loco num.2.*

64 Verùm alij tenent posse Episcopum celebrantem priuatè in diœcesi aliena, (prout posse sine licentia Ordinarij tenent Zerol. *p.1. verb. Episcopus n. 35.* Alzed. *d.c.13.n.10. & 88.*) vti benedictione Episcopali, cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum*, cùm illa sit potius Ordinis, quam iurisdictionis; tum quia si conceditur Episcopo celebrare in Ecclesia aliena à iure, absque licentia Ordinarij, ita concedi etiam debet benedictio Episcopalis, tanquam accessorium, & consequens ad illam celebrationem, per cap. *cum licet, &* ibi glos. *de regul. iuris in 6.* Ita resoluunt Piasec. *in praxi nou. Episcop.part.1.cap.2. n.3. vers. benedicit*, Zerol. *in simili praxi p.1. verb. Episcopus num.35.* Fr. Emman. *in sum. tom.4. cap. 67. num.2.* Alzed. me citato *in hoc loco d.p.1. cap.13. num. 11. & numer. 89.* & fuisse conclusum Neapoli in quodam Collegio habito circa hoc coram aliquibus RR. Prælatis asserit Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 203. num.5.*

65 Vnde nullam pœnam censeo incurrere Episcopum, qui transiens per alienam diœcesim togatos à personis deuotis illas benedicit sine solemnitate, absque animo exercendi iurisdictionem, vt post Anebaran. & Suar. attestatur Marc. Anton. Genuens. *in manuali Pastorum cap 63. num.4.* Quamuis consulerem ne Episcopus extra diœcesim benedictionem simplicem itinerando det, quia ita fieri debere tenent Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.467. num 58. tom.3.* Vgolin. *de Officio Episcopi part.2. cap. 32. §. 2. num.2.* Hieron. Veneto *in examine Episcop. lib.4. c.17. num.19.* quos refert, & sequitur Alzed. *d. p.1. cap.13. num 91.*

66 Presbyter autem, nec quidem simplicem benedictionem Episcopo præsente sine ipsius consensu dare potest, *cap. cum ad celebrandas*, iuncta glos. *de consecration. dist.1. glos. verb. solemnitatem, in d.cap. Abbates, de priuileg. lib.6.*

67 Abbas habens iurisdictionem quasi Episcopalem potest solemnem benedictionem populo impertiri in Ecclesiis ad ipsum pleno iure pertinentibus post Missarum Sacrificia perfecta, & absoluta, post Vespertinas preces, aut Matutinas decantatas, non autem alibi, publicè, aut per vias, aut Ciuitates, aut Villas, nisi ex priuilegio speciali hanc potestatem sit consequutus. Ita probatur *in c. Abbates, de priuil. in 6.* Fr. Emman. *quæst reg. tom.1. quæst.18. art.1.* Azor. *d. lib.12. cap.20.q.7.* Piasec. *in praxi nou. Episcop. dict. c.2. in fine.*

Præsente Legato de latere non potest Episcopus 68
in sua diœcesi benedicere populum, & deferre vestes, scilicet Mozzetam significantem iurisdictionem illius ordinariam; quia in præsentia maioris deponetur potestas reuerentialis minoris, licèt contentiosa non amittatur, latè Stephan. Gratian. *decis.29. à num.1.* vbi *num.4.* quòd deferre eandem non denotat superioritatem, & *num.7.* quòd Episcopi, assistentibus Cardinalibus, non portant Rochetum saltem discoopertum, & *n.14.* quòd sufficit præsentia in loco.

ALLEGATIO XXVIII.

Episcopus pollutas Ecclesias quando reconciliare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur agentes de casibus in quibus Ecclesia polluitur.*
2 *Homicidium voluntarium, & iniuriosum intra Ecclesiam patratum eam polluit.*
3 *Inuoluntarium homicidium contingens præter opinionem, & casu fortuito non polluit Ecclesiam.*
4 *Furore captus non consentit ex defectu voluntatis, nec pœnam meretur.*
5 *Ebrius si homicidium patrauerit intra Ecclesiam, quia non multum distat à furioso, illam non polluit.*
6 *Si quis sciens, se ebrietatis tempore, & vini furore captum solitum esse hominem occidere, si occidat, non erit immunis à pœna.*
7 *Ebrius occidendo tunc Ecclesiam non polluit, quando verè ebrius est, & ebrietatis furore extra se positus.*
8 *Ebrietas nunquam præsumitur, nisi probetur per indicia, & coniecturas apparentes.*
9 *Doctores citantur agentes de ebrietate, & quibus pœnis ebrij sint plectendi.*
10 *Ebrietas damnabile, & graue vitium.*
11 *Solitus inebriari sacris Ordinibus insigniri non potest.*
12 *Clericis ne ad potus æquales bibant, prohibetur.*
13 *Dormiens intersomniando si intra Ecclesiam aliquem occidat, quia furioso æquiparatur, Ecclesiam non polluit, & à pœna homicidij excusatur.*
14 L. si seruus, §. fornarius, ff. ad l. Aquiliam, *declaratur.*
15 *Ecclesia an polluta censeri debeat per homicidium casuale volitum in sua causa, quia aliquis dabat operam rei illicitæ, disputatur.*
16 *Ecclesia non polluitur ex homicidio secuto ex defensione proximi seruato moderamine inculpatæ tutelæ.*
17 *Homicidium ad defensionem commissum seruato in eo moderamine inculpatæ tutelæ, inculpabile est.*
18 *Moderamen inculpatæ tutelæ versatur circa modum, tempus, & causam.*
19 *Occidens non seruato moderamine inculpatæ tutelæ extraordinaria pœna propter excessum, iudicis arbitrio punitur.*
20 *Ecclesia in rei veritate non fœdatur, nec polluitur.*
21 *Ecclesia quare polluta dicatur?*
22 *Ecclesiæ nomine in hoc proposito intelligitur illa, quæ consecrata est, vel specialiter benedicta.*

Orate

Oratoria, qua domi habentur, nomine Ecclesia non veniunt.

23 *Ecclesia non polluitur ex vulnere lethali extra illam accepto, quamuis intra illam mors contingat; secus è contrario.*

24 *Ecclesia non polluitur ex eo, quod intra illam vulnus infligatur, si sanguis extra effundatur propter recessum repentinum.*

25 *Iudex reum suspendens intra Ecclesiam, eam polluit.*

26 *Occidens ab Ecclesia hominem extra illam existentem, eam non polluit, secus è conuerso.*

27 *Immunitate Ecclesiastica non gaudet, qui existens in loco sacro alium extra illum existentem percusserit.*

28 *Ratio differentia assignatur.*

29 *Ex martyrio alicuius Sancti in Ecclesia commisso, illa polluitur quatenus iniustum consideratur, & iniuriosum ipsum homicidium ex parte occidentis.*

30 *Ecclesia polluitur propter voluntariam, & iniuriosam sanguinis effusionem intra eandem contingentem.*

31 *Sanguis huiusmodi debet esse hominis viui.*

32 *Sanguis si effundatur è cadauere coram occisore, contra quem alia adsunt indicia, præsumptio est vehemens.*

33 *Mirabile quoddam narratur cuiusdam cadaueris occisorem ostendentis.*

34 *Sanguinis effusio, propter quam Ecclesia polluitur, non debet esse modica, sed copiosa.*

35 *Statutum loquens de vulnere cum sanguinis effusione, non habet locum in vulnere, ex quo modicum sanguinis effunditur.*

36 *Ex percussione leui, licet sanguis copiosè effundatur, Ecclesia non polluitur.*

37 *Sanguinis effusio propter quam Ecclesia polluitur, debet esse publica.*

38 *Occultum, & publicum multis modis dicitur.*

39 *Occultum in præsenti materia, quod dicatur?*

40 *Publicitas pollutionis, Ecclesiam non polluit, sed potius pollutam ostendit.*

41 *Sacerdos sciens ex Sacramentali Confessione Ecclesiam pollutam, in ea celebrare potest.*

42 *Ecclesia polluitur propter voluntariam humani seminis effusionem intra illam contingentem, siue sit hominis, siue mulieris, haeretici, aut infidelis, siue etiam per mollitiem, aut sodomiam.*

43 *Effusio seminis in somnis non sufficit, vt Ecclesia polluatur.*

44 *Effusio seminis Ecclesiam polluit, si intra eandem contingat, licet non cadat in ipsa Ecclesia materiali.*

45 *Ecclesia non polluitur, si sanguinis, aut seminis effusio accedat supra tectum, vel infra Ecclesias in aliqua cauerna, vel in aliqua camera, aut cella, vel in Choro, Sacristia, aut turri cymbalorum.*

46 *Coitus coniugalis an Ecclesiam polluat? affirmatiuè respondetur.*

47 *Contraria opinio receptior.*

48 *Vtraque distinctionis fœdere componitur.*

49 *Seminis effusio requiritur, vt contingat in sufficienti quantitate.*

50 *Ecclesia an per occultam, & peccaminosam seminis effusionem à parte rei polluatur? ostenditur.*

51 *Ecclesia non polluitur, quando actus luxuriosus fit, si tamen actualis effusio extra illam contingat.*

52 *Ecclesia polluitur si intra illam sepultus fuerit fidelis excommunicatus nominatim denunciatus, aut notorius Clerici percussor.*

53 *Procedit etiam, quando infidelis, vel haereticus sepelitur, vel eorum infantes.*

54 *Celebrans in Ecclesia violata, nisi vrgente necessitate id faciat de licentia Episcopi, mortaliter peccat, irregularis tamen, aut suspensus non fit.*

55 *Ecclesia consecrata reconciliari non potest, nisi per proprium Episcopum, seu alium de ipsius licentia.*

56 *Licentia reconciliandi Ecclesias consecratas non potest ab Episcopo delegari simplici Sacerdoti, etiamsi in contrarium sit consuetudo.*

57 *Ecclesia non consecrata, sed tantum benedicta reconciliari potest per quemcunque simplicem Sacerdotem per solam aqua benedicta aspersionem.*

58 *Aqua benedicta quam vim, & effectum habeat, & quam antiqua sit eius institutio in Ecclesia contra mala spiritualia, Dæmonesque, ostenditur, &* num. 59.

60 *Aqua benedicta remittit peccata venialia, liberat à morbis, & confert sanitatem corporalem.*

61 *Reconciliatio vbi haberi non potest per Episcopum, quia longè abest, & venire non potest, an idem Episcopus ex iusta causa concedere possit, vt in Ecclesia polluta ante reconciliationem celebretur?*

62 *Quid tamen in hoc securius sit seruandum? ostenditur.*

63 *Sacerdos, si contingat post inceptam Missam Ecclesiam violari, debet Missam prosequi, si cœptam habeat consecrationem, alias secus.*

64 *Prelati Regulares benè possunt conciliare Ecclesias quacunque ex causa violatas, & pollutas aqua per ipsos benedicta, si Episcopus, qui illam benedicat, distet vltra duas diatas.*

65 *Diata qualibet continet viginti milliaria.*



RECONCILIATIO, quæ est diuersa à consecratione, de qua *alleg. præcedenti* actum fuit, adhibetur per Episcopum in casibus pollutionis Ecclesiæ, de quibus vltra gloss. & Doctores *in c proposuisti, de consecrat. Ecclesiæ, & in c. vnic. eodem tit. lib.* 6. tractant D. Thom. *3. part. quæst.* 83. *art.* 3. vbi communiter Theologi, præsertim Suar. *disp.* 8. *sect.* 4. disputant iidem Theologi *in 4. distinct.* 13. vbi Sot. *quæst.* 2. *art.* 3. & cæteri sequaces, Syluest. *verb. consecratio. q.* 5. Armilla *eodem verbo, num* 4. *cum sequentib* Nauar. *in manual. cap.* 27. *n.* 251. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 48. *num.* 21. *cum sequentib.* Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 123. Henriq. *in sum. lib.* 9. *de Missa cap.* 17. §. 6. Tolet. *in summ. lib.* 5. *cap.* 8. Azor. *instit moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap* 5. Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap* 16. Auila *eodem tract. part.* 5. *disp.* 7. Cened. *part.* 3. *Collect.* 11. Miranda *in man. Prælator. tom.* 2. *quæst.* 39. *art.* 5. Vgolin. *de potestat. Episcopi, c.* 29. Gambarupta *de casibus reseruat. cap.* 15. *casu* 6. *fol.* 201. *cum sequentib.* Mar. Alter *de censur tom* 2. *disp.* 3. *de interdicto, cap.* 1. *cum seqq.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta pra.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. 1

Prima causa, propter quam Ecclesia polluitur, & reconciliatione indiget, est quoties homicidium voluntarium, & iniuriosum intra ipsam Ecclesiam ab aliquo patratur, prout habetur *in d. cap. proposuisti, & in cap. si motum, de consecrat. distinct.* 1. Fagundez *d. cap.* 14. *num.* 8. Vel quoties sanguinis effusione fœdatur, vt probant text. *in cap. Ecclesiis, de consecrat. distinct.* 1. *& in cap. tuarum, de priuileg. & in cap.* 1. *de consecrat. Ecclesiæ,* tenent Henriquez *dict. cap.* 27. §. 5. Tolet. *dict. cap.* 8. *à num.* 12. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 8. Vgolin. *d. cap.* 29 §. 1. Mar. Alter. *d cap.* 1. *vers. sex autem modis,* Miranda *dict. art.* 5. *concl.* 1. *vers.* 1. nouissimè Castr. Palao *in opere morali tract.* 11. *disp.* 1. *puncto* 1. *num.* 1. 2

Dixi, *voluntarium,* quia aliàs si inuoluntarium sit 3 homici

homicidium, vel inuoluntaria effuſio, nempe caſu
contingens,& veluti ſi eadente lapide, vel alio caſu
fortuito alicui exiſtenti intra Eccleſiam mors con-
tingat, vel ab aliquo, qui non ſit compos mentis,
quis exiſtens intra Eccleſiam interficiatur, minimè
per hoc Eccleſia polluta dicenda erit, cum illi nulla
iniuria inferatur: & ita reſoluunt Nauar.& Henriq.
dictis locis; Gambarupta *d.caſu 6. num.9.* Mar. Alter.
vbi proximè, Vgolin. *d.cap.59.§.1. verſ. locum non ha-
bet*, Sayr. *de cenſur lib.5.cap.16.num.4.*Farinac.*in pra-
4 xi crimin. tit. de homicidio, quaſt.125.n.25.* † Nam qui
furore captus,& tempore eiuſdem malum gerit,pa-
lam eſt non conſentire ex defectu voluntatis, & in-
de eſt,quòd nullam pœnam meretur,*l. illud, ff.de in-
iuriis,cap. illum, 15 quaſt.1.l.ſed etſi,§.2.ff. ad l. Aqui-
liam, l.penult.§. vltim ff. ad legem Pomp. de parricidiis*,
cum aliis citatis per Menoch.*de arbitr.caſu 325.*Petr.
Caball.*in tract.de omni genere homicidij, num.179.cum
ſeqq.*Mulin.*de Iuſt.tom.4 tract.3.diſp.38.*

5 Ex eadem ratione id ipſum dicendum videtur in
homicidio patrato intra Eccleſiam ab illo, qui tunc
temporis ebrius erat;nam ebrius non multum diſtat
à furioſo;vbi enim ebrietas,ibi & furor eſt,*cap. ven-
ter,35.diſtinct.*Cui reſolutioni non obſtant varia Iu-
ra pœnam irrogantia patrantibus delictum, ebrieta-
tis tempore, vt habetur *in l.reſpiciendum,§.delinquũt,
verſ.impetum, ff de pœnis, & in cap. inebriauerunt, 11.
quaſt.1. & in cap. à crapula, de vita,& honeſt. Clericor.*
procedunt enim prædicta Iura non quia tempore
ebrietatis commiſſum delictum voluntarium dici
poſſit, nec ob culpam ex ipſo delicto prouenien-
tem, ſed potiùs ob delictum ebrietatis, ex quo ma-
6 lum fuit ſecutum, præſertim † ſi quis inebriari con-
tingat ſciens ſe ebrietatis tempore, & vini furo-
re captum ſolitum eſſe hominem occidere; quo ca-
ſu non erit immunis à culpa, & pœna homicidij,
vel alterius mali tempore ebrietatis patrati, ſaltem
extraordinariè, vt per Couar.*in Clement. ſi furioſus,
part.3. in initio num.31.* Gomez *tom.3. de delictis c.1.
num.73.* Tiraquel. *de pœnis temperandis cauſ.6. num.9.
cum ſeqq.*

7 Procedit inſuper,& declaranda eſt huiuſmodi re-
ſolutio, vt habeat locum in illo tantum, qui verè
ebrius eſt, & ebrietatis furore extra ſe poſitus;ſecùs
verò in alio,qui,vel non ita ſit ebrius, vel talem ſe
fingat ad homicidium,vel aliud malum patrandum;
tunc enim homicidium erit propriè voluntarium di-
cendum; & ex conſequenti per illud intra Eccle-
ſiam commiſſum eadem Eccleſia polluta dicenda
erit, ex traditis per Bald.*in repetit. l.prima,column. pe-
nult.verſ. extra quæritur, C.vnde vi, & l.data opera,C.
qui accuſare non poſſunt,*& Rip.*in l.vltim. num.79. C.de
reuocandis donationibus*, & Menoch. *de arbitr. caſu*
8 *326. num.7.* † Qui omnes concludunt modicam
ebrietatem non excuſare, nec minuere delictum,&
ideò prudentis iudicis arbitrio hoc erit examinan-
dum, eo conſiderato, quod ebrietas, cum ſit deli-
ctum,& magnum arguat defectum, nunquam præ-
ſumitur niſi probetur per indicia, & coniecturas ap-
parentes, argumento tex. *in l.meritò, ff.pro ſocio, & in
reg.eſtote, de regulis Iuris, in antiquis*, iunctis traditis
per Maſc.*de probat.concl.578.*

9 De ebrietate, & quibus pœnis ebrij ſint plecten-
di,& omnia in materia deſiderata,vide apud Docto-
res per tex. *ibi in l.omne delictum,§. per vinum ff. de re
militari*, Gregor. Lopez *l.5. verb. embriagarſe, tit.8.
part.7.*Gomez *dict.cap.1.num.73.* Menoch. *d.caſ.326.
& caſ.377.à num.3.*Perez *tit.8.in rub.lib.8.ordinament.
pag.203.cum ſequentibus,& l.1. in fine, in addit.illo tit.
& lib. pag.208.* Azeued. *lib.1.num.32, titul. 13. lib.4.
noua recopil.* Bellacomb. *tom.2. commun. opinion. lib.9.
tit.13. num.79.pag.495.* & Chirchou. *tit.30.num.100.
pag.547.* Salzed. *ad Bernard. in practic. cap.77. verb.
ebrij*, Paulus Comitol. *reſponſ. moral.lib.5. quaſt.5. &
6.* Pined.*in vita Diui Ioan.Baptiſta libr.3.art.2.cap.1.
pag.142.* Molin. *dict. tract.3. diſput.38 à num.5.* Petr.
Caball. *d.tract. num.187.* nouiſſimè Nouar. *in praxi
elect.& variat. fori ſect.5. q.41.in vlt edit.* † Ebrietas 10
damnabile,& graue vitium, ex quo multa mala gi-
gnuntur, aufert enim memoriam, diſſipat ſenſum,
confundit intellectum, balbutit linguam, corrum-
pit ſanguinem, membra debilitat, exhaurit ſubſtan-
tiam,eneruat corpus, ſecreta pandit,libidinem pro-
uocat, & rixas excitat, prout referunt Menoch. *de
arbitrar.caſ.404.à num.1.* Fr.Emman.*quaſtion. regular.
tom.2.quaſt.36. art.1.* Farinac.*fragmentor.criminal p.7.
litt. C, num.553.* Leſſ. *de Iuſtitia lib.4. dub 3. num.13.
cum ſeq.* Aldret.*de religioſa diſciplina tuenda lib.2.cap.
15.à num.39.* Hinc † ſolitus inebriari ſacris Ordini- 11
bus inſigniri non poteſt, vt reſoluit Farinac.*dict.litt.
C,num.252.*vbi allegat Rebuff. *in praxi beneficiali p.5.
tit. de Clericis ad ſacros Ordines malè promotis, gloſ.4.
num.8.* Salzed. *dict.cap.77.litt.A, verſ. vnde conſuetus*,
Cened.*ad Decretum collect.33.num.4.*Imò † ipſis Cle- 12
ricis prohibetur, ne ad potus æquales bibant, quod
Galli vocant, *brinder*, vt probat tex. ſic intelligen-
dus, *in dict.cap à crapula*,& tenent Rebuff.*ad l.43. de
verbor.ſignific.pag.234.* Leſſ. *dict.cap.3.dub.4. num.31.
cum ſeqq.* Camil. Bottel.*in ſumm. omnium deciſ. tit.11.
n.31.tom.1.*

Similiter ex eadem ratione prædicta reſolutio, 13
quatenus habet ex homicidio voluntario intra Ec-
cleſiam patrato,ipſam pollui,limitatur, vt non pro-
cedat in homicidio patrato intra Eccleſiam ab ali-
quo dormiente interſomniando; quia ſimiliter in-
uoluntarium dicendum eſt, & tanquam à furioſo
commiſſum,cui æquiparatur dormiens,*l.1.§.adipiſci-
mur,ff.de acquirenda poſſeſſione, Clement. ſi furioſus, de
homicidio, cap.meritò,& cap.ſanè, 15. quaſt.1.cap. maio-
res,§.ſed adhuc, & §.item quæritur, de Baptiſmo*, ideo
excuſatur à pœna homicidij,vt per Romanum, Ale-
xandrum, Aretin.& Iaſon.*in dict.§. adipiſcimur*, ob-
ſeruant Couar. *in dict. Clement. ſi furioſus, part.3. in
initio, num.6.*Gomez *dict.cap.1.num.74.* Tiraq. *de pœ-
nis temperandis cauſ.5.* Menoch. *de arbitrar. caſ.327.*
Molin. *dict. tract.3. diſp.38.à num. 10.* † Nec obſtat 14
huic reſolutioni text.*in l.ſi ſeruus,§. ſi fornarius, ff. ad
l.Aquiliam*,vbi ſi ſeruus coloni propè fornacem, vel
locum,vbi erat ignis,obdormiſſet, & domus, vel res
combuſta ſit, tenetur ad damnum; quia videtur
eſſe in culpa: ibi enim non punitur delictum incen-
dij, quaſi commiſſum fuerit à dormiente, quo tem-
pore erat dormiens,ſed potiùs à vigilante, & ita ra-
tione culpæ præcedentis,& negligentiæ,quam com-
miſit antequam dormiret: dum ignem relinquit
accenſum, quo domus combuſta fuit, & damnum
ſequutum eſt, argumento regulæ, *qui cauſam damni
dat*,de qua *in c.vlt.de iniuriis.*

Ex quibus inferri poteſt reſolutio cuiuſdam du- 15
bij,an ſcilicet per homicidium caſuale, attamen vo-
litum in ſua cauſa, quia aliquis dabat operam rei
illicitæ,ex quo ideò irregularitas incurritur, cenſea-
tur Eccleſia polluta? Veluti ſi Clericus, aut Mona-
chus intra Eccleſiam pietatis cauſa tumorem ferro
aperuit,ex quo fuit mors ſequuta, prout in terminis
c.tua nos, in princ. de homicid. vel ſi Magiſter corre-
ctionis cauſa intra Eccleſiam diſcipulum percuſſe-
rit, & in eo modum excedat,ex quo mors ſequatur,
vt in terminis *cap. Presbyterum, eodem tit.de homicid.*
iuncta *l.præceptoris, ff ad l.Aquiliam, & l. ſed & ſi. §.
vlt.*

ult. ff. eodem tit. Et sanè videtur dicendum, quod per tale homicidium polluta Ecclesia sit censenda, & per consequens reconcilianda, cum non sit merè casuale, nec inculpabile, sed potius volitum, si non in se, saltem in causa, vt per D. Thom. 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 8. Constat hoc etiam à similitudine rationis; nam quod per tale homicidium quia efficiatur irregularis, vt habetur in prædictis, & aliis Iuribus, hoc importat, vt talis Clericus, ex tali homicidio pollutus censeatur, & per consequens minimè aptus ad Missæ Sacrificium, & cætera diuina ministeria peragenda: sicut ergo Clericus, qui spirituale templum dicitur, homicidium committens in prædicta specie pollutus dicitur, sic etiam Templum materiale, in quo idem patratur homicidium, pollutum dici debet, ne similiter in ipso ante reconciliationem Missa celebretur, & cætera Diuina peragantur: nam homo templum spirituale, & ecclesia quandoque pollui dicitur, ad quod est text. optimus *in c. in ea.* 32. *quæst.* 4. *cap. non solum* 32. *quæst.* 7. Ex quibus omnibus bene constat prædicta resolutio, nempe per homicidium casuale patratum intra Ecclesiam, attamen ex illicito opere secutum, pollutam eandem Ecclesiam esse censendam, id quod videtur esse de mente Nauarr. *d. cap.* 27. *n.* 251. quatenus idem affirmat dicendum homicidio secuto ex ludo illicito habito intra Ecclesiam.

16 Ex dictis etiam benè infertur minimè pollutam esse censendam Ecclesiam ex homicidio intra eamdem contingente, seruato tamen ex defensione proximi, dum scilicet quis se defendendo seruato, vt aiunt, moderamine inculpatæ tutelæ, alium occidit, de quo est gloss. communiter recepta *in cap. vnico, de consecrat. Ecclesiæ lib.* 6. quod triplici ratione confirmatur *Prima*, quia tale homicidium non dicitur voluntarium; qui enim se defendit cum prædicto moderamine, non intendit primò, & principaliter occisionem proximi inuasoris, sed potius suam naturalem defensionem, vnde homicidium per accidens contingit, & tanquam medium necessarium, & ordinatum ad ipsam defensionem. *Secunda*, quia tale homicidium iniuriosum dici nequit, qui enim se defendendo, seruato prædicto modetamine, alium occidit, vtitur iure suo, argumento text. *in l. vt vim vi, ff. de iustitia, & iure*, vbi Bar. Paul. & cæteri scribentes, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 7. Sot. *lib.* 5. *de iustitia. quæst.* 1. *art.* 8. habetur etiam *in cap. significasti* 2. *de homicidio, & in cap. dilecti, de sentent. excomm. & in l.* 1. §. *cum arietes. ff. si quadrup. pauperiem fec. dic.* & ideo dicendus est taliter se defendens, quòd nemini facit iniuriam, argum. text. *in l. Proculus ff. de damno infecto, & in cap. cum Ecclesia* 31. *de elect.* & in aliis citatis à Mascard. *de probationib. concl.* 1051. *num.* 31. Surd. *consil.* 374. *num.* 17. Flamin. *de resignation. tom.* 1. *lib.* 13. *quæst.* 1. *num.* 164. *Tertia*, & vltima ratio est, quæ deducitur ex similitudine proximè adductæ, nam sicut Sacerdos, qui templum spirituale dicitur minimè polluitur ex tali homicidio, quia non efficitur irregularis, prout habetur *in dict. Clement. si furiosus*; sic similiter Ecclesia, & ita materiale templum non debet ex eodem homicidio polluta censeri; sicut enim irregularitas ex homicidio contracta (excepta illa quæ ratione indecentiæ incurritur, de qua in *cap. sententiam sanguinis, ne Clerici, vel Monachi*, cum similibus) necessariò peccaminosum homicidium supponit, per quod homo, & ita spirituale templum polluitur, sic etiam & à fortiori, hoc ipsum quoad pollutionem templi materialis requiritur; nam reconciliatio eiusdem necessariò peccatum supponit, iuxta illud Prophetæ, *polluerunt templum sanctum*

tuum; cuius peccati reliquias, & inimici fantasias, Ecclesiasticus minister per aquæ benedictæ aspersionem exorcismos, & deprecationes conatur exterminare, de quo habetur *in dict. cap. proposuisti, & in cap. pen. & vltim. de consecrat. Ecclesiæ, & in dict. cap. si motum, & in cap. Ecclesiis, de consecrat. dist.* 1.

Diximus, *seruato moderamine*, &c. quia tunc demum homicidium ad defensionem commissum impunibile est, quando scilicet fuerit in eo seruatum moderamen inculpatæ tutelæ, aliàs secùs, Clar. *in* §. *homicidium num.* 27. *vers. scias tamen*, Masc. *de probat. concl.* 1116. *num.* 29. Iacob. Aiter. *de homicidio necessario part.* 1. *num.* 182 *cum seqq* † Circa modum, tempus & causam consistit inculpatæ tutelæ moderamen, Kitchou. *tom.* 1. *communn. opinion. lib.* 9. *tit.* 10. *num.* 13. *vers. sed primò*, Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 17. *à num.* 7. Farin. *in praxi crimin part.* 5. *quæst.* 125. *num.* 349. *cum seqq.* Christoph. de Paz *in scholiis ad* *l. stil. l.* 58. *num.* 5. Rebell. *de obligat iustitiæ, part.* 1. *lib.* 3. *quæst.* 12. *num.* 7. Azor. *institut moral. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 1. Beroard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imperialis lib.* 2. *conclus.* 110. *consid.* 1. *à num.* 9. Petr. Gabal. *de omni genere homicidij num.* 94. Vnde si is, qui se defendit, modum defensionis excedat, iam tunc voluntarium, & iniuriosum erit homicidium dicendum, & per consequens propter illud necessariò Ecclesia reconcilianda, vt tenent, & declarant communiter Doctores; quamuis † taliter homicida non sit etiam tunc pœna ordinaria puniendus, sed extraordinaria propter excessum Iudicis arbitrio imponenda, vt per Duen. *regul.* 192. *ampliat.* 5. Hipp. *consil.* 37. *num.* 21. *cum seq. & singul.* 110. *incip. Occidens aggressorem*, Baiard. *ad Clarum, §. homicid. num* 90. Menoch. *de arbitr. casu* 277. Mascard. *concl.* 1116. *num* 40. Farinac. *dict. quæst.* 125. *num.* 393. Vnus tamen mihi restat scrupulus, quòd etiamsi verum sit, quòd homicidium secutum in defensionem proptium seruato moderamine inculpatæ tutelæ, nec sit culpabile, nec volontarium, & per consequens propter illud Ecclesia, vbi fit, reconcilianda non sit, tamen hoc procedit ex parte aggressi, si tamen aggressor mortuus percuteret prius aggressum, libenter tenerem ex huiusmodi percussione, si sufficiens sit, Ecclesiam pollui, cum re vera voluntaria, & iniuriosa sit.

Requiritur ex modò dictis, quòd homicidium intra Ecclesiam contingat, quia aliàs si extra eandem eueniat, non erit per hoc polluta dicenda. Sed an dicatur polluta Ecclesia ex homicidio, vel sanguinis iniuriosa effusione facta in gradibus Ecclesiæ, vel ante ianuam, vel in ianoa ipsa, controuersum est: non censeri pollutam dicit Graff. *d. lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 11. Sed Gambatopa *d. casu* 6. *num.* 5. cum Gemin. *in cap. vnic. de consecrat. Eccles. lib.* 6. sic distinguit; aut ista sanguinis effusio facta fuit extra clausuram potræ, & non est polluta: aut facta est intra clausuram ostij versus Ecclesiam, & hoc casu est polluta. Illa autem in rei veritate non fœdatur, aut polluitur, cum enim sancta sit, coinquinari non potest, *cap. vestra, de cohabitatione Clericorum*, cum similibus citatis à Gambatopia *dict. casu* 6. *num.* 1. sed tanquam polluta reconciliatur propter scandalum, & ad fidelium exemplum, & terrorem, vt scilicet videntes Ecclesiam, quæ in nullo peccauit, propter alterius culpam lauari, & purificari, remini scantur, quantum de propriis peccatis, eorumque expiatione sit laborandum. Ita Durandus *in rationali Diuinorum, lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 10. Verùm Suar. *d. sect.* 4. *vers.* 3. *violatur*, existimat † rationem, quare Ecclesia polluitur, non consistere in eo, quod

Pp prohibea

17

18

19

20

21

prohibeatur in illa fieri percussionem illicitam, & sacrilegam, sed potiùs ex eo, quia actio turpis est, & sacrilega, velut in pœnam, & facti detestationem ab Ecclesia statutum esse, vt polluta censeatur Ecclesia, & Diuina ibi non celebrentur, donec reconcilietur. Verùm, quòd deformitas, & specialis ratio malitiæ hoc casu non proueniat, ex eo quòd rationes illæ turpes sint, & illicitæ, sed ex eo, quia lex Canonica specialiter constituit, vt certis casibus Ecclesia polluatur, voluerunt Sein. *de benef. part. 1. quæst. 5. num.* 10. Azor. *d. cap. 5. quæs. 3. vers. si roges*, & Valent. & Vasquez quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 15. à num.* 4. ex eo probantes, quia etiam furtum illicitum est, & Lege diuina naturali prohibitum, & tamen etiamsi in Ecclesia fiat, Ecclesiam non polluit: sicut nec hæresis, quæ longè detestabilior est. Cui fundamento postea satisfacere intendens Suar. *tom. 1. de Religione, tract. de reuerentia debita locis sacris, lib. 3. cap. 2. à num. 6. cum seqq.* aduertit se non negasse hoc quod est Ecclesiam pollui per sanguinis effusionem ex legis humanæ constitutione prouenire, sed docere actionem non esse sacrilegam, ex eo quòd Ecclesiam polluit, sed potius ideò statutum esse, vt Ecclesia polluatur, quia actiones illæ illicitæ sunt, & sacrilegæ, & per eas iniuria infertur loco sacro. Sed quicquid sit opinioni Sanch. magis adhæreo.

22 Ecclesiæ autem nomine in hoc proposito intelligitur illa, quia consecrata est, vel specialiter benedicta, vt ibi diuina fiant Officia, & fuerint celebrata, atque ita deducitur ex text. *in cap. vlt. de consecrat. Eccles.* vbi notauit glos. *verb. non consecrata*, & post Nauarr. & alios Henriq. *lib. 9. cap. 27. §. 5. in princ.* post Graff. Fr. Emman. & alios Sanch. *d. disp. 15. num.* 24. Sayr. *d. cap 16 num. 9.* Auil. *d. disp. 7. dub. 2. concl. 1.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap 24. num* 24. Fagundez *d. cap. 14. num.* 37. vbi ait nomine Ecclesiæ intelligi totum illud spatium quod pertinet ad internum corpus Ecclesiæ a tecto interiori vsque ad pauimentum, & à parte interna portæ maioris ipsius Ecclesiæ, vsque ad vltimum parietem Capellæ maioris, vide infrà *num* 45. Nec obstat text. *in cap. penult. de immunit. Ecclesiar.* iuncta gloss. *verb. admittitur*, dum probat sufficere, vt Ecclesia gaudeat immunitate, quod ibi Diuina celebrata sint, licèt consècrata, aut benedicta non fuerit, cuius sensum non percepit Henriq. *d. §. 5. lit. H.* dum contrarium ex eodem colligit: nam melius Sanch. & Auila diuersam esse rationem aduertunt quoad immunitatem; eius enim respectu latior est loci sacri interpretatio, quoad violationem verò strictiùs accipitur, vt iidem optimè probant.

Oratoria, quæ domi habentur, nomine Ecclesiæ non veniunt, quamuis de Episcopi licentia in eis Missæ celebrentur, & ideò tanquam profana immunitate & priuilegiis Ecclesiæ non gaudere resoluit Sanch. *d. disp. 15. num.* 39. vbi *num.* 35. tenet Ecclesiam ab Episcopo benedictam cœptamque illius auctoritate ædificari nomine Ecclesiæ quoad hunc effectum comprehendi, & *num.* 37. resoluit si Ecclesia destructa sit, copulam in ea habitam, aut effusionem sanguinis non esse sacrilegam, nec locum violari, modò destruatur, vt iterum non ædificetur, & *num.* 38. asserit quòd si Ecclesia amplietur ac distendatur, Capella aliqua, aut parte sibi addita, licet ea non benedicatur quoad hunc effectum, comprehenditur nomine Ecclesiæ. Cœmeterium ab Episcopo benedictum reputari locum sacrum, & sic indigere reconciliatione si copula illicita, aut sanguinis iniuriosa effusione violetur, resoluunt Nauar. *in man. cap. 16. num. 3. vers. interrogatus autem*, Henriq. *lib. 5. de Pœnit. cap. 6. § in commento lit. H*, Sanch. *d. disp. 15. num.* 40. Fagundez *dict. cap. 14. num.* 51. declarando prout dixi *allegat. praced. à num.* 30. & de omnibus iterum idem Fagundez *dict. tract. præcepto 2. lib. 4. cap. 4. num.* 27. *cum seqq.*

Ex quo fit, quòd si extra Ecclesiam quis lethale vulnus recipiat, postea ex eadem causa moriatur intra eandem, minime per hoc sit polluta censenda, quia tunc non homicidium, sed sola mors in Ecclesia contingit; cum tamen è conuerso si quis intra vulnus lethale recipiat, & postea extra moriatur, polluta haberi debeat, ex sententia glos. communiter receptæ *in dict. cap. vnic.* quam sequuntur ibi omnes, & post illos Nauar. Iacob. de Graff. Fr. Emman. & Henriq. *dd. locis*, atque etiam Vgolin. *dict. § 1. vers. 3. non polluitur*, Fagundez *dict. cap. 14. num. 89. & præcepto 2. lib. 4. cap. 4. num.* 16. Azor. *dict. cap. 5. quæs. 1. vers. si quæras*, Gambar. *d. cas. 6. num.* 8. Quidquid Suar. *d. sect. 4. statim in prin.* in hoc vltimo casu contrarium censeat, dum enim ibi tenet, & meritò non esse pollutam ex lethali percussione intra eandem citra sanguinis effusionem contingente, donec homicidium sequatur, & consummetur per mortem percussi: insimul dicit, & esse quoque necessarium, quod intra eandem Ecclesiam mors sequatur; quia tunc, & non aliter dicitur verè, & propriè fieri homicidium in Ecclesia, cuius tamen contrarium tenet gloss. communiter recepta *in d. c. vnic.* & est de mente DD. omnium citatis locis: dicitur enim verè homicidium commissum in Ecclesia, vbi intra eandem vulnus lethalis, seu lethalis percussio contingit, à qua ipsum homicidium denominatur, non verò à morte postea subsecuta, licet per eandem, & non aliter constet fuisse homicidium patratum intra Ecclesiam: sicut ex eadem ratione idem quoque dicendum videtur, vbi vulnus intra Ecclesiam infligitur, ex quo datur sanguinis effusio, licet sanguis ipse non cadat intra Ecclesiam, quia vulneratus, vel statim ab ipsa recessit ante effusionem, vel in vase aliquo sanguinem collegit: licet è conuerso contrarium dicendum sit, nempè vbi quis extra Ecclesiam vulnus recipit, & postea, quia ad eam fugit, intra eandem sanguis effunditur, per hoc minimè remanet polluta; prout tenet sæpe citata glos. *in dict. cap. vnico.*

Quæ tamen vltima resolutio iudicio meo maiori 24
indiget censura, si aduertamus quod Iura omnia de hoc loquentia ad sanguinis effusionem intra Ecclesiam contingentem potius quàm ad vulnus intra eandem inflictum se referunt, vt patet ex *dict. cap. vnic.* ibi, *si Ecclesiam pollui sanguinis, aut seminis effusione contingat*, & *in cap. vlt. eodem tit.* ibi, *si Ecclesia non consecrata cuiusque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta*, & *in dict. cap. tuarum, de priuileg.* ibi, *Ecclesiam sanguinis effusione fœdasset*, & *in dict. cap. Ecclesiis, de consecr. dist. 1.* ibi, *aut sanguinis effusione, aut cuiusque semine pollutæ fuerint*; vnde si sermo sit de pollutione Ecclesiæ non ratione homicidij, sed potius effusionis sanguinis dicendum videtur; quod licet per vulnus intra Ecclesiam inflictum Ecclesia ipsa polluatur, quoties sanguis intra ipsam funditur, quamuis non cadat in templo ipso materiali, dum in vase aliquo recipitur; ideoque ex eo, quia verum est dicere intra Ecclesiam dari sanguinis effusionem, contrarium tamen dicendum si ex eo, quod licet vulnus intra infligatur, sanguis tamen extra Ecclesiam effunditur propter recessum repentinum ab eadem, cum hoc casu non verificentur verba prædictorum Iurium. Quemadmodù etiam non erit polluta censenda propter sanguinis effusionem in

ipsa

ipsa factam ex vulnere extra contingente: requiritur enim, quòd ipsa sanguinis effusio contingens intra Ecclesiam sit eidem iniuriosa, id quòd minime verificatur in hoc casu, in quo non data opera, sed potius casu, & per accidens contingit. Vnde si quis intra Ecclesiam se ipsum occidat, polluetur Ecclesia per tale homicidium, quia licet respectu occisi propriè iniuriosum non sit, est tamen valde peccaminosum, cum nemo sit vitæ, & membrorum dominus, vt habetur *in l. liber homo, ff. ad l. Aquiliam. & in cap. non est nostrum*, 23. *quæst*. 5. & ex consequenti iniuriosum propter iniuriam, quæ fit loco sacro.

25 Hinc etiam vbi Iudex reum suspenderet intra Ecclesiam, per hoc similiter ipsa Ecclesia violata censeretur; quia licet huiusmodi homicidium fieri licitè possit, & taliter suspensus supplicio dignus fuerit, fit tamen illi iniuria; licet enim supplicio dignus sit, Ius tamen habet, ne in tali loco talem vim patiatur, & deinde fit etiam iniuria loco sacro, & ipsi Deo, in cuius honorem Ecclesia specialiter dicata, & consecrata est, secùs tamen dicendum sit idem iudex, aut quiuis alius super Ecclesiæ tectum, vel ex parietibus eiusdem hominem suspendat, cum in tali casu non intra, sed extra homicidium contingat, vt optimè tenent Syluest. & Nauarr. Mari. Alter. *d. cap*. 1. *vers. Sed quid*, Suar. *d. sect*. 4. *in princ*. Fagundez *d. c*. 14. *num*. 10. *& part* 2. *lib*. 4. *cap*. 4. *num* 17.

26 Idem dicendum videtur, vbi quis cum esset intra Ecclesiam, hominem existentem extra iaculo occiderit, cum tunc verum sit dicere, quòd homicidium non fuerit intra Ecclesiam patratum, licèt intra eandem initium sumpserit, & per consequens non erit per hoc violata censenda; secus è conuerso, vbi quis existens extra Ecclesiam alium existentem intra iaculo percusserit, aut vulnerauerit, ita vt sanguis intra eandem effundatur, quia iam tunc verificatur homicidium patratum, sicut & sanguinis effusio contingens; vtcumque verò voluntarium, & iniuriosum intra Ecclesiam, prout tenent Nauarr. *dict. loco*, Vgolin. *d*. §. 1. *vers*. 4. *non polluitur*, Fagundez *dict. cap*. 14. *num*. 11.

27 Non obstat doctrina Abb. *in cap. vlt. de immunit. Ecclesiar.* quem sequuntur Angel. *in summ. verb. immunitas, quæst*. 23. Syluest. *eod. verb*. 3. *num*. 6. *in fin*. Remig. *de immunitat. Eccles. fallent*. 4. Azeued *lib*. 3. *num*. 28. *ad fin. tit*. 2. *lib*. 1. *noua recopil*. Gutier. *pract. lib*. 3. *quæst*. 1. *à num*. 29 Decian. *tract. crim. tom*. 1. *lib*. 6. *cap*. 28. *num*. 6. secundùm quam non gaudet immunitate Ecclesiæ ille qui existens in loco sacro alium extra illum existentem percusserit: vnde similiter videbatur dicendum per tale homicidium Ecclesiam pollutam esse censendam, sumpta ratione deformitatis ab initio, & proxima delicti causa.

28 Ratio enim differentiæ inter vtrumque casum in eo est, quod in priori, vt polluta dicatur Ecclesia solum attenditur homicidium, vel sanguinis effusio, si vtrumque voluntarium sit, & iniuriosum intra Ecclesiam patratum, id quod propriè verificatur in homine occiso, vel vulnerato existente intra Ecclesiam, non verò quando existit extra, licet occidens sit intra: in posteriori verò casu, nempe quoad priuilegium immunitatis, attenditur spes, animus, & fiducia, qua quis delinquit, vt ab Ecclesia defendatur, & sic euadat pœnam crimini condignam, id quod verificatur propriè in illo, qui cum sit intra Ecclesiam, occidit alium existentem extra eandem, non verò è conuersu; licet enim in hoc posteriori casu si quis existens extra Ecclesiam occidat existentem intra eandem, & statim ad ipsam confugiat, præsumatur etiam spe veniæ fecisse, & ideò iuxta veriorem sententiam immunitate careat, vt per Cou. *variar. lib*. 2. *cap*. 20. *n*. 15. *vers*. 27. Gutier. *d. quæst*. 1. *num*. 29. Suar. de Pace *in pract. tom*. 1. *part*. 5. *cap*. 3. §. 3. *num*. 99. Bobad. *in sua politica, lib*. 2. *cap*. 14. *num*. 29.

Non leuis est difficultas, an si quis pro defensione Fidei homicidium, & ita martyrium intra Ecclesiam patiatur, per hoc eadem Ecclesia debeat polluta censeri? In qua Abb. *in dict. cap. proposuisti num*. 2. *in fine*, in eo conuenit, vt non sit censenda Ecclesia polluta per rationem ad sanguinem in ea diffusum, quo potius lauatur, & magis sanctificatur Ecclesia, quàm polluitur, optimus ad hoc tex. *in c. fundamenta vers. isti sunt*, ibi, *ipsam glorioso cruore martyrij Christo Domino consecrarunt, de elect. lib*. 6. *& in c. gloriosus* ibi, *qui viuentes in carne prædictam Ecclesiam suo pretioso sanguine plantauerunt, de relig. & venerat. Sanct. & in cap. quamuis* 22. *dist*. Sed per rationem ad iniquam, & iniuriosam effusionem (sicut etiam in homicidio eiusdem Martyris citra sanguinis effusionem patrato intra Ecclesiam) dicendum erit Ecclesiam pollutam esse, quia licèt per mortem illius, qui sanctus est intra Ecclesiam contingentem, quatenus habet rationem martyrij, non polluatur Ecclesia, polluitur tamen quatenus iniustum consideratur ipsum homicidium, & iniuriosum ex parte occidentis: vnde citari solet versus, 29

Actio displicuit, passio grata fuit.

& in hoc sensu intelligenda est glos. *verb. sanguinis in dict. cap. vnic.* & quæ resoluunt Sayr. *dict. cap*. 16. *num*. 13. *vers. Item* Graffis *dict cap* 48. *num*. 25. Vgolin. *dict*. §. 1. *statim in princ. vers id quod locum habet*. Azor. *dict. cap* 5. *quæs* 1. *vers. Rursus*, post S. Antonin. & Nauar. Mari. Alter. *dict. cap*. 1. *vers verum*, Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta p*. 2. *libr*. 4. *cap*. 4. *num*. 17. & cæteri supracitati.

Secunda causa ob quam polluitur Ecclesia, & reconciliatione indiget, est propter voluntariam, & iniuriosam sanguinis effusionem intra Ecclesiam contingentem, vt habetur *in dict. cap. Ecclesiis, de consecrat. dist*. 1. *& in cap. proposuisti, & in cap. vlt de consecrat. Eccles & in cap. vnico, eodem tit. lib* 6. & vltra Ordinarios citatis Iuribus, prosequuntur Nauarr. *dict. cap*. 27. *à num*. 156. Iacob. de Graffis *d cap*. 48. *num*. 26. Tolet. *in summ. lib*. 5. *cap*. 8. *à num*. 12. Ragul. *de Missa in Ecclesia quæsito* 60. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta part*. 1. *lib*. 3. *cap*. 14. *num*. 14. Henriq. *d. cap*. 27. §. 5. Cened. *d. part*. 3. *collect*. 11. Vgolin. *d. cap*. 29. §. 2. Mar. Alter. *d. c*. 1. *vers Secundo*, & cæteri suprà citati: quod tamen vltra supra assignatas declarationes circa primam homicidij causam, quæ legitimè etiam ad hanc secundam adaptantur, videlicet, quod non sit intelligenda de causali, naturali, aut medicinali effusione per supradicta, subsequentibus tamen debet præsens causa intelligi declarationibus. 30

Prima declaratio est, vt intelligatur quoties humanus sanguis effunditur; nam si fuerit cuiusuis alterius animalis irrationalis, non esse per hoc Ecclesia polluta censenda, quia licet horrorem pariat, non tamen est effusio iniuriosa, cum animal nec actiuè, nec passiuè iniuriæ capax sit, licèt aliquando etiam iubeatur comburi, ne restieetur nefandi facti memoria, vt habetur, & notari solet *in cap. mulier si accesserit*. 15. *q*. 1. & ita tenet ac declarat glos. *verb sanguinis in d. c*. 1 & post Nauar. Ledes. & Vioald. notat Ragus. *d. quæsito* 60. *num* 2. Sayr. *d. cap*. 16. *num*. 6. Cened. *d. collect*. 11. *in princip*. Vgolin. *d*. § 2. *vers. excipitur ergo*. Neque refert an alienus, vel proprius effundatur sanguis: si enim quis suæ mentis compos ex ira, vel desperatione se ipsum occidat, vel iniuriosè percu- 31

tias, censebitur Ecclesia violata, & reconciliatione indigebit, vt notant glos. *verb. sanguinis in dict. c. 1.* & Mar. Alter *dict. cap. primò, vers. quaeritur tertio.* Sayr. *cap. 16. n. 4. in fine.* & confirmatur ex iis, quae notant Doctores per tex. *ibi in cap. contingit. 36. de sententia excommunicat.* Sicut nec etiam si mortuum corpus in Ecclesiam delatum sanguinem effundat, quia iam verè non dicitur sanguis humanus, non enim hominis est, sed cadaueris.

32 Multoties accidit, vt cadauer sanguinem effundat, si coram eo occisor sit, & ita in illum occisi eruor impetuosam eiaculationem irruens illum sic prodit, & potest esse haec praesumptio vehemens, quod illum occiderit, si adsint alia indicia, de quo vide Leuin. Lemn. *de natura miraculis, lib. 2. c. 7.* Boer. *decis.* 166. Fran. Mareum *part. 1. decis.* 183. *& part. 5. decis.* 190. Aloys. Ricc. *in collect. decision. part. 3. collect.* 855. *post medium.* Hippol. Marsil. *in praxi crimin. §. diligenter n. 81.* qui se hoc pacto homicidam aliquando deprehendisse affirmat, tempore, quo erat gubernator ciuitatis Albinganae, Paris de Puteo *in tract. de syndicatu, verbo tortura cap. 3. incip. Mandauit Rex, ad fin.* vbi dicit hoc fuisse Romae obseruatum, eo tempore quo occisus fuit Cardinalis Sanct. Marc. Angel. *in tract. Malefic. tit. de homicidio*, vbi testatur in quodam Aegyptiano ita contigisse. Nouell. *in pract. crimin. in princip. n. 94. fol. mihi* 53. vbi dicit se ita alias vidisse in quodam cadauere dum esset Iudex maleficiorum Turni, *& in reg.* 184 in ciuitate Venetiarum dum esset Assessor Federici Raunerij. Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 13. num.* 15. qui testatur his temporibus id contigisse in oppido de Ledesma anno 1546. & vidisse processum originaliter, in quo quidam maritus & frater eius in itinere publico quendam interfecerunt causa depraedandi, & rotti confessi sunt, & ad mortis poenam sagittae condemnati, sed antequam morti traderentur, positus coram occiso ex eius cadauere sanguis effluxit, Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortura à n. 57. indicio num. 2.* dicit quod est verum indicium, & quod aliàs expertus fuit, Blanc. *in tract. de indic. in comment. ad l. fin. ff. de quaest. num.* 408. vbi dicit quod hoc est magnum indicium, & quod ita se habet communis hominum sermo, videlicet quod per praesentiam occisoris cadauer emittat sanguinem, & quòd ista sanguinis emissio non proueniat ob incantationem, seu sortilegium, sed esse quoddam à natura insitum, de quo ratio reddi non potest, Menoch. *de arbitr. casu* 270. *num.* 16. vbi attestatur, hoc indicium esse credibile, & proximum, *& lib. 1. part. 89. n.* 128. Boss. *tit. de indic. num.* 73. Thesaur. *decis.* 173. Bertasol. *cons.* 320. *n. 6.* & ibi eius additionator, Ioann. Zangerus *in tract. de quaest. & tortur. cap. 2. n. 161. pag. mihi* 818. latè Ioan. Stephan. Durant. *var. q. 62. per tot.* Ioan. Mar. Nouar. *in collect. super pragm. Regni Neapol. collect.* 163. *num.* 13. Less. *de Iustit. lib. 2. cap. 29. dub. 17. num.* 167. Anton. Raguc. *in vase ecclesiastica disciplina in tract. de superstit. q. 123. de ebullitione sanguinis occisi ex vulnere pag. mihi* 170. Petr. Bougler *lib. 4. praxis criminis prosequend. tit. 2. art. 15. pag. mihi* 288. Bernard. Zieritzium *in notis & obseruat. nomicopoliticis ad constitut. criminalem Imp. Caroli V. cap. 149. pag. mihi* 157. Henric. Boer. *in tract. de quaest. c. 3. num. 21. pag.* 155. Anton. Queuedo y Hojos *in libro indiciorum, & tormentorum Hispano sermone composito p. 1. cap. 8. num. 9. fol. mihi* 34. Valeriol. Medicum *lib. 2. obseruat. 9.* Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib. 36. cap. 20. num. 8.* Mascard. *de probat. conclus.* 867. *num.* 24. Cened. *ad Decretum collect.* 65. *num.* 3. Farinac. *in praxi crimin. lib. 1. tit. 5. quaest. 55. num. 154. cum seqq.* Fr. Hieron. de Yepes *in historia infantis à Iudaeis occisi part. 3. cap. 4. §.* Ottosi *fol. 58. verso.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 1. cap. 3. quaes. 4. pag. 112. & lib. 5. sect. 4. num. 20. pag.* 680. Hortens. Caualc. *de brachio regio part. 3. num.* 803. Emanuel de Valle *de incantat. & ensalmis opusc. 1. sect. 1. cap. 2. num.* 31. Anton. Sanctorell. *in post-praxi medica cap. 51. vers. argumentum probo, cum seqq.* Georg. Pictor. *successiu. lection. dial. 4. pag* 161. Fragoso *in sua vniuers. chirurg. glos. de los herederos quaest.* 76. Torreblanc. *de magia lib. 1. cap 2. num. 33. cum seqq.* Rauena *en el Iardin del Mundo cap.* 30. Manuel Ramirez de Carrion. *in tract. mirabilium naturalit. S. verbo sangre del hombre muerto num.* 121. Ioan. Riolan. *in comment. ad libros Fernelij de abditis rerum causis cap.* 18. Ioan. Ionston. *in Thaumatograph. naturali class.* 10. *de admirandis hominis cap 3. art. 3. pag.* 519. Fran. de Pueyo *inter decis.* Ioseph. Sesse *decis. 11. à num. 1.*
vbi *num.* 15. mirandum refert † accidisse anno 33
1607. in platea Vallis de Broto, vbi cadauer exhumatum omnibus patebat, & positus ante eum Ioan. Franciscus de Verga vnus ex delinquentibus illicò exiuit sanguis ex vulneribus dicti cadaueris, quousque dictus reus fuit ab occisi conspectu eductus. Et statim adductus fuit ad conspectum dicti occisi Monserat de Verga, alter accusatus, qui cum se culpatum videret, tanto scelere coepit obsecrare Deum, & Coelum, vt in testimonium suae veritatis permitteret miraculum ibi fieri, quo dicto illicò cadauer eleuauit brachium dexterum, & digito signauit vulnera, ex quibus sanguis illicò exiuit, & continuò eleuando idem brachium eodem digito signauit in dictum accusatum. Aliud simile accidisse Mediolani anno 1610. refert Francisc. Collius *in tract. de sanguine Christi lib. 4. disp. 3. cap. 1. &* casum notabilem narrat Thom. Campanella *in tract. de sensu rerum & magia lib. 4. cap. 9.* & se testem de visu de alio simili casu dicit Franc. Valeriola *medicar. obseruat. lib. 2. obser. 9.* Hoc intra septem horas experiri debere tradunt Canon. *in tract. de indic. & tortura in praemiss. c. 5. n. 3.* Ioan. Steph. Duraot. *d. q. 62.* qui addit post septem horas rarissimè se extendere, Adam. Keller *de offic. iuridicopolit. lib. 2. cap. 12. pag. mihi 408. & 409.* Franc. Valeriola *d. lib. 2. obser. 7.* Ioan. Bapt. Bernard. *in seminario totius philosophiae tom. 3. lit. V. verbo vulnerans post aliquod tempus, fol. mihi 407. verso,* Hieron. Cardin. *in tract. de sapientia lib. 4. pag mihi* 230. Anton. Nald. *in pract. quaest. lit. H. verbo homicidium num 4. pag. mihi* 576. Huius rei, ac emissionis sanguinis huiusmodi rationem multifariam reddere conantur Leuin. Lemnius citato loco, Iacob. Sprenger *in malleo malefic. quaest.* 2. Cornel. Gemma *lib. 1. cosmocrit. cap. 6. pag. mihi* 78. Ioan. Langius *epist.* 40. Aegid. Roman. *quaest. 25. quodlib.* 5. Claud. Deodatus *in tract. de hominis vita ad 120. annos salubriter producenda lib. 1.* Panthei Hygiastici *cap. 11. pag. mihi 105. ad fin.* Collius *citato loco*, Campanella *d. lib. 4 c. 9.* Henric. Kornman *in tract. de miraculis mortuor. pag. 9. c. 23. cum tit. seqq.* vbi huius miraculi hanc rationem afferri posse ait quod cum nondum calor omnis in recenti occiso corpore extinctus sit, neque agitatio omnis, visque interior nobis occulta quieuerit, vltionem quidem tanta illa vis clamat, moxque ad vindictam bilis accenditur, ab ea sanguis inflammatur, & ad vulnus confestim prorumpit, patefacto ad exitum per vlnus meatu, eodem concurrunt & spiritus, qui quoniam leues sunt ad occidentem hominem si coram steterit volantes in eum migrant, seruanturque natiuo calore aliquandiu, nempe ad horas plus minusve sex, aut septem; quo

quidem

quidem in tempore si qni intermit in conspectum interempti veniat & in crementum intentè suspiciat vulnus, cruorem versus interimentem eiicit; quod quemadmodum dictum est nondum in cadauere recenter iugulato ad horas aliquot vis omnis interior, calorque extinctus sit; qua quidem latente & interiori vi efficitur vt sanguis spiritus suam repetat, atque etiam spiritus ipsi suum attrahant sanguinem, vnde ipsius manatio, & effluxus consequitur: Galleot. Martius *lib. de doctrina promiscua cap.* 22. Thadæ. Florentin. *in explicat. suis in Isagog. Ioannitij*, Marsil. Ficini. *lib.* 16. *de immortalit. animor. cap.* 5. Thom. Garbus *lib.* 2. *sum. medicinalis scient. tract.* 4. *quæst.* 11. *& lib.* 1. *tract.* 5. *quæst.* 31. Petr. Apono *in commentar. problem.* 6. *part.* 3. *Aristotelis.* Aloys. Mundella *dial.* 1. Marcel. Donat. *de medica historia mirab. lib.* 2. *cap.* 1. *pag. mihi* 38. Marin. Mersenn. *in Genesim. cap.* 4. *vers.* 10. *quæst.* 53. *art.* 1. *pag. mihi* 1438. Hieron. Magius *lib.* 3. *miscel. cap.* 5. Alphon. Paleoth. *in histor. admiranda de Iesu Christi stigmat. cap.* 16. *pag.* 289. Vair. *in tract. de fascino lib.* 1. *cap.* 4. Gaudent. Merula *lib.* 4. *rerum memorabil. cap.* 18. Andr. Libauius *in tract. de cruent. cadauerum thes.* 130. Iacob. Linius *lib.* 1. *de natura miracul. cap.* 2. Astur Siparius *de natura sanguinis lib.* 1. *cap.* 2. Mixaldus *cent.* 1. *memorab.* 4. Cornel. à Lapide *in commeat. in Deuteron. cap.* 21. *vers.* 4. *col.* 1025. Lorin. *in comment. in Leuit. cap.* 24. *vers.* 17. *lit. E pag.* 842. latè Guillelm. Bœkelius *in visionibus publicis disquisit.* 6. *à pag.* 111. Valeriol. *d. lib.* 2. *obseru.* 9. Hieron. Montuus *cent.* 1. *de admirandis facult. num.* 28. Redempt. Baranzanus *tom.* 1. *part.* 2. *sum. philosoph. disp.* 9. *theorem.* 17. Thom. Fienus *de viribus imaginationis quæst.* 24. *pag.* 198. Eusebi. Nieremberg. *in* 2. *part. philosophia occulta cap.* 46. *cum seqq.* Vincent. Moles *in sua philosophia naturali sacros. Corporis Christi cap.* 14. *dub.* 3.

34 *Secunda* declaratio est, vt intelligatur prædicta resolutio non quidem de modica effusione, veluti si gutta sanguinis etiam iniuriosè intra Ecclesiam ceciderit, sed potius de notabili, seu considerabili, hoc enim importat verbum, effusio nempe sanguinis abundantiam, & copiosum fluxum, argumento text. *in cap. sæpe* 41. *dist. & in cap. reuertimini* 16. *quæst.* 1. notat glos. *verb. effusionem sanguinis, in cap. cum illorum* 32. *de sentent. excommunic.* glos. in casus positione *in d. cap.* 1. *vers. nota* 1. Tiraq. *in tract. de in-*
35 *dicio in rebus exiguis vers.* 11. *pag.* 55. & † ideò statutum loquens de vulnere cum sanguinis effusione, non habet locum in vulnere, ex quo modicum sanguinis effunditur, vt per Hipp. *cons.* 80. *num.* 26. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapolit. cap.* 80. *num.* 2. Quo fundamento in nostris terminis resoluunt Fr. Lud. Lopez *in instructorio conscientia par.* 1. *cap.* 33. *vers. sed circa secundum*, Steph. Costa *in cap. is, qui* 18. *num.* 2. *de sentent. excommunic. lib.* 6. Syluest. *verb. interdictum* 4. *quæst.* 1. Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 256. *vers. dixi effunditur*, Gambar. *d. casu* 6. *num.* 8. Ragus. *de Missa in Ecclesia quæst.* 60. *num.* 1. Mat. Alter. *d. cap.* 1. *vers. quæritur quinto*, Fagundex *d. cap.* 14. *num.* 19. *& par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 18. Graff. *d. cap.* 48. *num.* 25. Suar. *d. sect.* 4. *vers.* 2. Vgol. *d. §.* 2. *vers.* 2. *excipitur*, Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 5. hinc optimè notantes non indigere Ecclesiam reconciliatione, quando quis in ea percutitur, vel alia iniuria afficitur citra sanguinis effusionem, etiamsi carnes conterantur, & ossa confringantur, vel quia omnia supra relata sanguinis effusionem requirunt, & sine lege pœnam hanc ad alios casus extendere non licet, iuxta regulam text. *in cap. pœna, de Pœnitent. dist.* 1. & tenent Gambarupt. *d. casu* 7. *num* 8. nisi fortè tumorem causauerit, aut liuorem ex verberibus, & opus sit, vt tumor, seu liuor ferro aperiatur, dicetur enim Ecclesia polluta, quia percussio iniuriosa fuit, & efficax causa effusionis sanguinis, quæ deinde secuta est, vt aduertunt Zerol. *in praxi Episcopal. part.* 1. *verb. pollutio Ecclesiæ*, Sayr *d. cap.* 16. *num.* 8.

Neque existimes quamcumque copiosam sangui- 36
nis effusionem sufficere, vt Ecclesia polluatur, & reconciliatione egeat: nam si percussio leuis fuerit, licet sanguis copiosè effundatur, non ideò polluta censebitur Ecclesia. exemplum frequens est quando in rixa puerorum alter alterum percutit, & ex naribus multis effluit sanguis, Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 92. Mat. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 13. *casu* 6. Viuald. *in candel. par.* 2. *de interd. tit. de casibus quibus Ecclesia, &c. num.* 59. Graff. *lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 25. Fagundex *d. cap.* 14. *num.* 17. si enim percussio lethalis non est, quæ ad mortalem culpam sufficiat, neque ad pollutionem Ecclesiæ sufficiens censeri debet, & ita resoluit Suar. *d. sect.* 4. *§.* 2. *violatur, in fine.* Si tamen sanguis exiret de naso ex percussione violenta inter maiores quatuordecim annorum pollui Ecclesiam resoluit, iudicatúmque refert Mat. Anton. *var. lib.* 1. *resolut.* 112. *casu* 6. quem citat Gambar. *dict. casu* 6. *num.* 9.

Tertia declaratio est, vt procedat prædicta resolu- 37
tio in sanguinis effusione publica, & quæ publicè innotescat; non verò in occulta, per quam non debet Ecclesia polluta censeri, sicut nec per occultam seminis effusionem, de qua erit infrà statim agendum. Ita glos. *verb. pollui in d. c.* 1. Nauar. Sot. Henriq. Graff. Tolet. & alij, quos refert, & sequitur Sayr. *in d. cap.* 16. *num.* 10. Stephan. Costa *in d. cap. is, qui, num.* 5. Sayr. *d. sect.* 4. *vers.* 2. *dubitari solet*, Sanchez *d. disput.* 15. *num.* 10. Fagundex *d. cap.* 14. *à num.* 33. probantes inprimis ex auctoritate text. *in cap. significasti, de adulter.* quatenus expendit mulierem publicè fuisse confessam adulterium, quod in Ecclesia commisit, Suar. verò *vbi proximè*, ex mente communi cum iudicio aduertit hoc generaliter intelligendum in quocunque crimine occulto ex iis, quibus Ecclesia polluitur, per quod in quantum tale est, minimè debet Ecclesia polluta censeri, quicquid frequentius Doctores assumant exemplum effusionis seminis, quia illa frequentius occultè fieri solet; idem tenet Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 251. *in fin.* vbi peculiariter aduertit se publicè Salmanticæ perlegentem in ea fuisse sententia fieri posse, vt effusio sanguinis, vel seminis, modò occulta, ab hinc octo diebus publica fieri possit, quia scilicet testes coram quibus facta fuit, per idem tempus tacuerunt, per quod deuenit in populi notitiam; & illum sequuntur Suar. Auila, & Sayr. *num.* 11. citatis locis, indeque notant receptam esse sententiam contra Alphon. de Castro, & aliorum, quos non citatos sequitur Sà *verb. Ecclesia num.* 19. qui putant Ecclesiam non indigere reconciliatione, si dum effusio erat occulta in eadem Ecclesia semel fuerit celebratum, quasi vna celebratione Ecclesia dicatur reconciliata: loquuntur enim contra iura omnia, quæ formam reconciliatione præscribunt in cinere, & aqua benedicta, vt *in dict. cap. proposuisti, & in cap. vltim. de consecrat. Eccles.*

Occultum, & publicum multis modis dicitur, 38
de quibus per Doctores *in cap. vestra, & cap. vltim. de cohabit. Clericor. & in cap. cum olim* 24. *de verbor. significat.* Menoch. *de arbitr. cas.* 166. Mascar. *de probat. conclus.* 1107. *à num.* 13. Gabr. *commun. tit. de restit. spoliator. conclus.* 1. *num.* 117. Meneh. *illustr. cap.* 2. *num.* 11. *& cap.* 20. *num.* 23. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 2. *à num.* 6. Farinac. *in*

praxi crimin. quæst. 21. num. 1. Ad nostrum proposi-
39 tum occultum dicitur † non solùm per accidens, quòd propriè verificatur, vbi nulli tester adsunt, verùm etiam in occulto, quod tale dicitur prout distinguitur à publico, hoc est, quod licet posset probari legitimè per testes, id est, nulla publica fama notatum, cuius exemplum refertur *in c. 2. de apostat. & in cap. Christiana*, ibi, *latentia peccata* 32. q. 5. vnde ipsum dicendum erit, si talis actus in præsentia paucorum priuatorum hominum contingat, quia talis gestus interim dum non publicatur propter ipsorum taciturnitatem occultus dicitur, ex glos. recepta *verb. secreta, in cap. quis aliquando §. huc ergo secreta, de pœnit. dist. 1. & in cap. de manifesta 2. quæst.* 1. Verùm licèt fauorem Concilij Constantien. seu extrauagantem *Ad euitanda* Martini V. his terminis applicari posse contendat Fr. Ioan. de Peña, quem refert, & probabile dicit Soar. *vbi proximè*; meritò tamen contrariam sententiam concludit, & tutiorem attestatur, quia hæc pollutio à censuris, de quibus agit Extrauagans illa, longè differt; & ideò ad illam extendi non debet sine lege, iuxta vulgarem regulam, *quæ à iure, de regulis iuris in 6.* cum similibus. Igitur consultè faciet Parochus, si cum primum hoc incepit fieri publicum, ad Episcopum negotium deferat, qui præhabita inquisitione, & commissione, determinabit an Ecclesia polluta sit habenda, & reconciliatione indigeat, sitque interim in ipsa à diuinis Officiis abstinendum: nec sibi suadet publicitatem pollutionis efficere tantùm Ecclesiam pollu-
40 tam, nam † notitia illa, & fama superueniens de nouo, illam non polluit, sed potius pollutam ostendit, & talem indicat ad diuina Officia suspendenda; sicut verè dicitur excommunicatus, qui talis est à parte rei, quamuis dum est occultus non sit vitandus, quia denunciatio excommunicationis minimè eum excommunicat, sed potius excommunicatum declarat, *cap. pastoralis §. verùm, de appellationib.* & qui declarat non facit, sed factum denuntiat, sicut, *in l. sed si quæratur*, ibi, *quia per sententiam non debet seruitus constitui sed quæ est, declarari, ff si seruitus vind. l. hæredes palam §. 1.* ibi, *nihil enim nunc dat, sed datum significat, de testament.*

41 Vnde meritò notant Doctores communiter secundùm Sayr. *d. cap. 16. num. 10.* quòd † etsi Sacerdos ex Sacramentali Confessione sciat in Ecclesia effusionem sanguinis contigisse, poterit in eadem celebrare, neque aliqua reconciliatione opus est; quamuis Hostiens. & alij, quos refert Stephan. de Gaeta *in cap. ad limina 20. quæst. 1. §. 5. num.* 521. dicant tutius esse, quòd Sacerdos in genere reuelet Episcopo talem Ecclesiam indigere reconciliatione: nulla enim probabili nituntur ratione; nam text. qui adduci solet *in d. cap. significasti, de adulter.* considerat publicam mulieris confessionem, ex qua Infamia publica orta est, & ideò inde ad sacramentalem Confessionem ineptum est argomentum.

42 *Tertia* causa, ob quam polluitur Ecclesia, est propter voluntariam humani seminis effusionem intra illam contingentem, siue sit hominis, siue mulieris, siue hæretici, aut infidelis, siue etiam per mollitiem, sodomiam, aut bestialitatem contingentem, de quo est text. *in d. cap. vnico, de consecrat. Ecclesiæ lib. 6. & in d. cap. Ecclesiis, de consecrat. dist. 1.* resoluunt Nauar. Syluest. Graff. Fr. Emman. Henriq. & Suar. *d. locis*, Fr. Ludou. Miranda *d. quæst. 39. art. 5. conclus. 1. vers. 2. casus*, Vgolin. *d. cap. 29. §. 3.* Azor *d. part. 2. lib. 9 cap. 5. quæst. 3.* Gambarupta *d. casu 6. n. 11.* Mar. Alter. *d. cap. 1. vers. tertio*, Fagundez *d. cap. 14. num. 20. cum sequentib.* Marta *de iurisd. par. 2. c. 17. à princ.* Castr. Palao *d. punct. 1. n. 1.*

Dicimus Ecclesiam pollui propter voluntariam 43
humani seminis effusionem, quia non sufficit, si fiat in somniis, vt per Fr. Emman. *d. loco*, ex glos. *in cap. Ecclesiis, de consecrat. distinct. 1. verb. semine*, quam communiter receptam dicunt Nauar. *d. cap. 27. num.* 252. Azor. *vbi proximè*, Gambarupta *d. num. 11.* Mar. Alter. *vbi proximè*, Graff. *d. cap. 47. num. 24.* Fr. Ludou. Miranda *d. vers. secundus casus est*, Vgolin *d. §. 3. vers. excipitur tamen*, vbi hoc verum dicit etiam vbi occasionem aliquam seminandi dedisset, vel facta oblectaretur, aut ob ægritudinem semen, aut menstruum mulieris caderet. Dicimus etiam † huma- 44
num ad excludendum effusionem cuiusuis alterius animalis irrationalis, iuxta supra resoluta circa sanguinis effusionem, & glos. *verb. seminis in d. cap. 1.* & Fr. Ludou. Miranda *d. vers. secundus casus est*, & Vgolin. *d. § 3. in fine.* Semen hoc humanum, cuius effusione Ecclesia polluitur, sufficit si in Ecclesia effundatur etiam intra vas naturale contingeret, sicut diximus de effusione sanguinis, per quam similiter polluitur Ecclesia, dummodò intra eamdem contingat, licet non cadat in ipsa Ecclesia materiali, optimè Gamb. *d. cas. 6. num. 2.* † quam tamen minimè pollui 45
dicendum est, si huiusmodi seminis, aut sanguinis effusio accidat supra tectum, vel infra Ecclesiam in aliqua cauerna, aut spelunca, vel in aliqua camera, aut cella, vel in Choro, Sacristia, turri cymbalorum, tribuna, aut confessionariis extra Ecclesiæ corpus, quia illis omnibus, & similibus casibus dicitur extra Ecclesiam contigisse, vt post Sot. & Cordub. tenet Mar. Alter. *d. cap. 1. vers. requiritur*, sequuntur Graff. *d. cap. 48. à num. 23.* Suar. *d. sect. 4 col. 2. vers. quod autem sanguinis*, Sayr. *d. cap. 16. num. 8.* Auila *dict. disp. 7. dub. 1.* Sanch. *d. disp. 15. à num. 21. cum sequentib.* vbi sigillatim de singulis prædictis particulis latissimè differit, & latè Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta p. 1. lib. 3. cap. 14. à num. 37.* vbi de intertecto, & *num. 38.* de Ecclesiæ supratecto, nisi ibi esset aliqua Capella, & *num. 41.* de Cameris ad latus Ecclesiæ adhærentibus, & *num. 42.* de porta Ecclesiæ, & *num. 34.* de Confessionariis, & *num. 46.* de choro, & *n. 53.* de claostro.

Quæstio non leuis est, an idem dicendum sit, 46
quando intra Ecclesiam habitus est coitus coniugalis? In qua videbatur dicendum non esse per hoc Ecclesiam pollutam; quia licet talis effusio, & talis coitus sit voluntarius, non tamen est peccaminosus; text. enim *in cap. si motum, de consec. dist. 1. & in d. cap. significasti, de adulter.* solum faciunt mentionem de fornicatione illicita, & adulterina, in quem sensum videmus etiam intelligendi text. *in d. cap. vnico, de consecrat. Ecclesiæ lib. 6. & in cap. vlt. eiusd. tit. in antiquis, & in d. cap. Ecclesiis, de consecrat. dist. 1.* dum de seminis effusione simpliciter loquimur, itavt semper intelligamus, dummodò de se, & natura sua sit peccaminosa, quæ dici nequit contingens intra Ecclesiam ex copula coniugali, si semoueamus contemptum, vel scandalum; nec enim circunstantia loci sacri, & irreuerentia ratione ipsius talis est, vt per se solam mortale peccatum constituat: cum specialis aliquo iure positiuo talis copula prohibita non reperiatur; & ideò cum simus in materia pœnali, videtur dicendum minimè fore extendenda prædicta Iura loquentia de copula illicita, & peccaminosa, ad copulam coniugalem de se licitam, & honestam. Quare hanc partem sustinent Emman. Sà *verb. Ecclesia num. 14.* Basil. Pont. *de matrim. lib. 10. cap. 10. num.* 13. Vasq. 1. 2. *disp. 98 n. 6.*

Contrariam tamen sententiam tenuerunt glos. 47
in dict. cap. vnico, & in cap. quoniam, verb. opportuna 31. dist.

dist. & in cap. Ecclesiis verb. semine 68. dist. sequuntur Nauar. d. cap. 17. num. 252. Graff. d. cap. 48. num. 16. Couar. de sponsalib. p. 2. cap. 7. §. 2. num. 3. Perez tit. 1. lib. 5. Ordinam. pag. 12. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 28. n. 9. & lib. 2. cap. 15. num. 6. Sayr. d. cap. 16. à num. 19. Soar. d. sect. 4. vers. 3. violatur, Sanchez de Matrim. lib. 9. disp. 15. à num. 7. Toler. d. cap. 8. num. 14. Ceued. ad Sextum collect. 11. num. 2. Marta de iurisdict. p. 2. cap. 17. num. 3. Ragus. de Missa in Ecclesia, quæsito 58. Fagundez dict. cap. 14. à num. 11. & p. 2. lib. 4. cap. 4. num. 20. Auila d. disp. 7. vers. secundus, Azor. d. cap. 5. quæs. 2. vers. dubia, Gambarupta d. casu 6. num. 11. in fine, Vgolin. d. c. 29. §. 3. ver. locum habet, Fr. Ludou. Miranda d. quæst. 39. art. 5. concl. 1. vers. secundus est, quæ opinio ex eo suadetur, quòd coitus coniugalis licet de se licitus sit, est tamen illicitus propter loci sacri circunstantiam, cui fit iniuria, argum. text. in cap. accusatio 2. quæst. 7. & cap. 1. de immun. Eccles. & cap. 1. eod. tit. lib. 6. Vnde cùm sit voluntarius, & peccaminosus contingens intra Ecclesiam, videtur ex consequenti per illum Ecclesiam pollutam censendam: facit quod diximus de iudice suspendente, & suffocante reum intra Ecclesiam, in qua specie licet pœna mortis sit crimini condigna, & ideo de se licita, attamen propter loci sacri circunstantiam redditur illicita, & iniuriosa, & ideo polluta censetur Ecclesia. Cui non obstat, quòd coniugi petenti debitum alter coniux tenetur reddere ex vi matrimonialis obligationis, & coniugalis vinculi, & ita sub pœna peccati mort. maximè si detur periculum incontinentiæ: cessat enim huiusmodi obligatio respectu coniugis intempestiue debitum petentis, & vbi redditio citra peccatum fieri nequit, per ea quæ notantur in cap. inquisitioni, de senten. excomm. & in cap. litteras, vers. porrò, de restitut. spoliator. facit text. cum materia in l. quod diximus, ff. de solut. per quem dici solet, quòd non semper debitor tenetur statim creditori petenti debitum soluere, cum possit dari legitima differendæ solutionis causa.

48 Cum magis communi, & vera sententia hanc quæstionem sub fœdere distinctionis resoluendam puto, videlicet faciendo distinctionem inter coitum coniugalem intra Ecclesiam contingentem illicitum, & peccaminosum; & coitum, qui talis non sit, imò potius licitus, & iustus. Prioris membri sit exemplum quoties coniuges intra Ecclesiam mutuò cohabitant absque vlla necessitatis causa, vel licet detur causa cohabitandi intra Ecclesiam, non tamen datur necessitas petendi, & reddendi debitum, quia nullum subest periculum incontinentiæ: posterioris membri sit exemplum, quoties coitus coniugalis intra Ecclesiam ea necessitate contigit; veluti quia coguntur coniuges diu intra illam commorari, & cohabitare, propter quod prædictum incurrit periculum incontinentiæ, ad quod tollendum fuit coitus coniugalis iustus, & necessarius, quantumuis intra Ecclesiam contingens. In primo igitur casu non est dubium, quod Ecclesia maneat polluta, cum detur intra eandem illicitus, & peccaminosus coitus; secus verò in posteriori à cessante ratione. Ita resoluunt distinguendo Richard. in 4. dist. 32. art. 3. q. 1. & ibi Maior etiam q. 1. Syluest. verb. consecratio, 2. q. 5. Couar. de sponsal. p. 2. cap. 7. §. 2. n. 3. Vict. in sum. n. 276. Suar. d. sect. 4. vers. tertia opinio, Sayr. in claui Regia lib. 9. cap. 8. n. 21. Less. de Iustit. lib. 4. cap. 3. dub. 12. n. 85. Mart. Alter. d. cap. 1. vers. sed est aliqua controuersia, Castr. Palao d. puncto 1. n. 1. in med.

49 Hæc tertia effusionis seminis causa omnes ferè recipit declarationes supra adductas circa præcedentem effusionis sanguinis causam; requiritur namque, vt effusio contingat in sufficienti quantitate, aliàs enim in minima non erit sufficiens, vt Ecclesia polluta censeatur: id quod prouenit tam ex vi verbi, effusionis, vt suprà expendimus, quàm etiam ex eo, quia licet modica effusio ex parte interioris voluntatis sit peccatum mortale intemperantiæ, attamen in ratione exterioris iniuriæ loci sacri, non adeò res grauis est censenda, vt polluta per hoc fiat Ecclesia, prout optimè declarant Suar. d. sect. 4. vers. tertiò violatur Ecclesia Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 153. num. 11. Quicquid contrarium velit Mat. Alter. d. c. 1. vers. sed hæc opinio.

Dicendum est insuper, & declarandum, quòd licèt per occultam, & peccaminosam seminis effusionem Ecclesia polluatur à parte rei, non est tamen talis reputanda, quamdiu ipsa effusio occulta persistit, iuxta supra resoluta circa superiorem causam effusionis sanguinis, quicquid Doctores communiter contrarium censeant, nempe per occultam effusionem Ecclesiam minimè pollui, quorum sententiam iam suprà num. 37. refutauimus, & apertè confunditur ex d. cap. significasti, de adulter. ibi enim adulterium cum Sacerdote intra Ecclesiam à principio occultè contigit; & tamen, quia ex postfacto per confessionem mulieris adulteræ publicè factam, de crimine constitit, præcepit Alexand. III. vt Ecclesia reconciliaretur: id quod fieri non deberet, nisi à principio, & ita quando adulterium fuit patratum intra Ecclesiam, polluta eadem Ecclesia fieret, siquidem confessio criminis, & populi notitia de eo superueniens minimè Ecclesiam violauit, sed potius violatam ostendit, iuxta suprà resoluta, quæ ex decis. dict. cap. significasti, sic ponderari firmiora redduntur. Deinde procedit quoque prædicta resolutio, 50

† vbi peccaminosa seminis effusio contingit intra, non verò extra Ecclesiam, iuxta supradicta, quæ ad hunc casum ex eadem ratione legitimè adaptantur: inde fit vt quemadmodum ad Ecclesiæ pollutionem ex causa voluntariæ, & iniuriosæ effusionis sanguinis contingentis intra Ecclesiam resoluimus contra communem ferè omnium Doctorum sententiam, non aliter Ecclesiam fore pollutam censendam, quam si vtrumque, copulatiuè scilicet, & vulnus, & sanguinis effusio notabilis intra Ecclesiam contingat, nec sufficere quòd vulnus tantum, si effusio extra eueniat, idque ex eo, quia iura de hoc loquentia principaliter ad effusionem ipsam, non verò ad vulnus se referunt: sic similiter idem nobis dicendum videtur in præsenti specie, ita vt quamuis actus hic intra Ecclesiam effusioni ita proximus sit peccaminosus, si tamen actualis effusio non intra, sed extra Ecclesiam contingat, minimè per hoc est Ecclesia polluta censenda, cum verum sit dicere effusionem seminis minimè intra eandem contigisse; quicquid communis sententia sit in contrarium. 51

Quarta causa ob quam polluitur Ecclesia est, quoties intra eandem sepultus fuerit fidelis excommunicatus, de quo est text. in cap. consuluisti, de consecrat. Eccles. qui text. licet loquatur in Cœmeterio, procedit tamen, & habet locum maiori ratione, quando prædictus excommunicatus intra Ecclesiam sepelitur, ad effectum, vt per hoc eadem Ecclesia polluta censeatur; tenent Nauar. dict. cap. 27. num. 252. Victor. verb. Eucharistia, num. 99. Henriq. in summ. lib. 9. de Missa, cap. 27. §. 5. & lib. 13. cap. 51. §. 3. Gambarupta d. casu 6. n. 13. Mat. Alter. d. cap. 1. vers. quartò violatur, Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quæs. 13. vers. tertio, & part. 2. lib. 9. cap. 5. quæs. 1. vers. quarto, Sayr. lib. 2. de censur. cap. 4. num. 11. & lib. 5. cap. 17. n. 22. Auila d. disp. 7. dub. 2. vers. tertius casus. Suar. tom. 3. disp. 81. 52

sect.4.vers.quarta causa,& de Relig.tom.1. tract.2.lib.3. cap.2.à num.3. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit.lib. 32. num.17. Vgolin.de potestate Episcopi,cap. 29. §.4. Fr.Ludou. Miranda d.quæst.39.art.5.concl.1. vers.tertius casus,Nald. verb. Ecclesia,num.19. Homobon. de examine Ecclesiast.tract. 12.cap.3. quæs.13.resol.5. pag. 447. Fagundez d. cap. 14. à num. 55. qui ferè omnes intelligunt præfatam conclusionem procedere tantùm in excommunicato, vel notorio clerici percussore,vel nominatim denunciato, iuxta Martini V.& Basiliensis Concilij Constitutionem Incip. Ad euitanda scandala; per quam solùm in prædictis casibus tenemur excommunicatos vitare,vnde etiam in eisdem tenemur non sepelire, per reg. cui non communicamus viuo,nec mortuo debemus communicare, de qua in c.ex parte,in fine,t1. de sepult. & in cap. à nobis ,de sent. excomm. Ex cuius decisione vltra Doctores in prædictis Iuribus limitanda venit supradicta resolutio deducta ex d. cap. consuluisti , vt non procedat in casu, quo Ecclesia propter signa contritionis,quæ excommunicatus in vita,& mortis articulo ostendit,ipsum absoluerit , etiam post mortem , vt ibidem cauetur, tunc enim cum pro eo sit orandum , poterit similiter intra Ecclesiam sepeliri , quæ per hoc minimè polluta censebitur , cum talis verè sit absolutus ab excommunicatione,in qua decessit,& ex consequenti cesset respectu illius prædicta reg. cui non communicamus viuo,&c. provt habetur in d.cap. à nobis,iunctis traditis per Couar.in cap.alma,part. 1. §. 11. n 4. vbi agit,quo pacto talis post mortem valeat per Ecclesiam absolui.

53 Procedit autem prædicta resolutio non solùm in fideli excommunicato , sed etiam quando infidelis,vel hæreticus sepelitur, per quod erit similiter polluta censenda , ac proinde reconcilianda , atque etiam Cœmeterium , si in ipso talis sepeliatur,pruvt habetur in cap. Ecclesia il 1.& il 2. de consecrat. dist.1. tenent Fagundez d.c.14 num.57.Fr. Ludou. Miranda d conclus.1.vers.quartus casus est,vbi addit in hoc casu non solùm esse reconciliandam Ecclesiam , verùm etiam & illius parietes abradendos , Azor. d. cap. 5. quæs.1. vers quinto,& seq.Sayr.de cens.lib.5.cap.6. n.25. cum seq.vbi asserit locum habere etiamsi infantes infidelium sint,qui sepeliantur, Vgolin.d. cap. 29. §. 5. vbi excipit,quando Catechumenus in Ecclesia sepelitur,cum vi charitatis coniuncti nobis sint,& separari à nobis non debeant in sepultura,de quo etiam Mar. Alter.d cap.1.vers.sed postulabitur.Denique quod Ecclesia polluatur , vbi ab excommunicato denunciato, notoriòve Episcopo consecrata est , dixi præcedenti allegat n.28.

54 Qui in Ecclesia publicè violata Missam celebrat, aut alia peragit diuina Officia, seu defunctum sepelit (nisi vrgente necessitate id fiat de licentia Episcopi) peccat mortaliter, irregularis tamen, aut suspensus non efficitur:ex ea ratione, quia nulla pœna Iure communi constituta est contra eos , qui celebrant in Ecclesia polluta antequam reconcilietur, tum quia pollutio Ecclesiæ non est propria censura,nec interdictum,quo fit,vt in Ecclesia polluta celebrans irregularis non efficiatur. Ita Henriq. lib. 9. de Missa cap.27. §.7.& lib. 13. de excommunic.cap. 51. §. 5. Syluest. verb.consecratio quæst. 9. Vgolin. de irregular.lib.1.cap.1. num.2. & in tract.de officio,& potestate Episcopi,cap. 29. §. 7. multi, quos refert Cened. dict. collect.135.num.5. Fr. Ludou. Miranda d.quæst.39.art. 6. Azor.d.cap.5. quæs. 6. Mar. Alter.d.disput.3. cap.3. Fagundez d.cap.14. à num.3. Quamuis celebrantem fieri suspensum , & si iterum celebret post suspensionem , contrahere irregularitatem asserat Piasec. in praxi noua Episcop.part. 1. cap. 5. num. 5. vers. ante. Nam text. in d. cap. is qui,de sentent. excommun. lib. 6. solummodo loquitur de eo , qui celebrat , aut celebrare facit in loco interdicto , non autem de celebrante in Ecclesia polluta; Ecclesiam enim pollutam non egere reconciliatione , si in ea bona fide celebretur,ait Castr.de lege pœnali lib. 2. c. vlt. cuius contrarium melius resoluit Fagundez in quinque Ecclesia præcepta p.1.lib.3.c.21.n.13.

Ecclesia exacrata, si fuerit consecrata reconciliari 55 non potest, nisi per proprium Episcopum,seu alium Episcopum de ipsius licentia , & hoc cum aqua ab Episcopo benedicta vino admixta, & cineri,& cum verbis , quæ habentur in Pontificali , vel Manuali Romano;ita traditur expresse in cap. aqua, & in cap. proposuisti,de consecrat. Ecclesia, & tenent Henriq. in sum lib.9. cap. 27. num. 6. Sayr.de censur.lib.5. cap. 16. num.31. Azor.d.part.2. lib.9.cap.5.quæs.5. Cened.dict. collect.135.num.1.Vgolin.d.cap.29.§.8.num.1.Gambar. d.casu 6. num. 4. me citato in hoc loco Alzed.de precell. Episc.dignit.part.2.cap.4.num.25. Miranda d.quæst.29. art.8 concl.2.Filliuc.in quæst.moral.tom. 1.tract.5.cap.4. num.118. Diana resol.moral.part.2. tract.1. miscel.resol. 6.& censuit Sac. Cong. Rit.in Cameracen.9. Febr.1608. & in Praten. 21. Iuly 1632. dum habet Ecclesias & cœmeteria consecrata non nisi per Episcopum reconciliari posse. Et in Aretina 9. Aprilis 1633. vbi habetur Ecclesiam consecratam non posse nisi per Ordinarium loci , vel alium Episcopum de consensu ipsius reconciliari.

Vnde infertur Episcopos huiusmodi facultatem 56 reconciliandi Ecclesiam consecratam pollutam non posse simplici Sacerdoti delegare,etiamsi in contrararium sit consuetudo,per d.c.aqua,vbi dicitur quòd hæc consuetudo potiùs dicenda sit corruptela , quia licèt Episcopus committere valeat, quæ iurisdictionis existunt , quæ tamen sunt Ordinis Episcopalis non potest inferioris gradus Clericis demandare, vt censuit Sacra Congregat. Rit. in Cameracen. 9. Febr. 1608. & resoluunt Miranda d.concl. 2. Vgolin.d.§.8. num. 2. vbi addit Summum Pontificem id posse , ex quo de Iure positiuo est; & omnium quæ Iuris positiui sunt , plenam habet potestatem , quod totum etiam tenet Mar. Alter.d. disp.3. cap.4. Quare eadem sacra Congregat.Rituum in Galsillen.24. Septemb.1605. concessit Vicario generali licentiam reconciliandi Ecclesiam pollutam , attenta absentia Episcopi , & in Rothomagien. 13. Iulij 1601. eandem facultatem concessit cuidam Abbati in dignitate Ecclesiastica constituto , aqua tamen prius per Episcopum benedicta.

Si tamen Ecclesia non fuerit consecrata,sed tan- 57 tummodo benedicta , reconciliari potest per quemcunque simplicem Sacerdotem per solam aquæ lustralis aspersionem , cap.si Ecclesia , cum gloss. verb. lauetur,de consecrat. Ecclesia,Mar. Alter. d.cap.4. vers. quod si,Henriq d.cap.27. §. 6. Sayr.d.cap.17. num.31. Tolet.d.cap.8. num.15. Fr. Ludou. Miranda d. art. 8. concl. 1. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastico p.2.tract.12. c.3. quæs.13.1. resol.quæstionis pag.447.& p.3.tract.14.cap.8.q.27. resol.2. Tamburin. de iure Abbat tom.1. disp.23. q. 10. n.11. Diana moral. resol.part. 4.tract.4. resol.91. & antea part. 2. tract. 1. miscel. resol.6. Fagundez d.cap. 14. num.60. Vgolin.d. §.8.num.3. Auila d.disp.7.dub.4.cum quo aduerte non esse necessarium , quòd aqua sit per Episcopum benedicta , vt Ecclesia non consecrata reconcilietur, licet hoc requirat Tolet. vbi proximè ; conuincitur enim ex verbis cap.vlt.de consec. Eccles.ibi,aqua protinus exorcizata lauetur ; quod non liceret , si Episcopi licentia

licentia benedictio, aut auctoritas esset expectanda, & exorcismus aquæ per Episcopum esset faciendus. Hinc *Sacra Congregat. Rit. in Cameracen. 9. Februarij* 1608. *censuit Ecclesia non consecrata, & cœmeterij simplicem benedictionem posse committi alicui Presbytero in dignitate ecclesiastica constituto, & in Hydruntina 15. Decembris* 1632. *fuit dictum Ecclesiam non consecratam posse per Vicarium Capitularem reconciliari.* Et in hoc casu, quo potest simplex Sacerdos reconciliare Ecclesiam benedictam, posse & Regulares Superiores idem facere tenent Portel. *in dub. Regular. p.1. verb. Ecclesia Fratrum n.1.* & Diana *d.p.4. tract.4. resol.91.*

58 De quatuor autem aquæ benedictæ generibus, & de eius vi, & effectibus, vide Durand. *in rationali Diuinorum lib. 4. cap.4. num.10.* Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib.1. cap.21. num.2.* Hieron. Rom. *lib.4. de repub. Christiana cap. 22.* Henriq. *in sum. lib.4. cap. 15. §.8. lit. E,* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 15.* nouissimè Torreblanca *in practicab. Iuris spirit. lib. 12. cap. 26. num. 60.* vbi ait aquam benedictam tripliciter considerari, vel Episcopalem mixtam vino & cinere, qua Episcopus vtitur in consecratione Ecclesiarum, seu Altarium, *cap. proposuisti, de cons. Eccles.* vel Baptismalem, de qua fit mentio *in cap. Sabbato, de consecr. dist. 4.* vel communem, de qua *in cap. iuxta aquam, dict. dist. 4.* Et de illius vsu apud Gentiles, & Hebræos, ad ablutionem, & expiationem agit Ioan.
59 de Pineda *super Iob. part. 1. cap. 9. pag. 380.* Et † de antiqua eius institutione in Ecclesia contra mala spiritualia, Dæmonésque, vide Card. Cæs. Baron. *tom.2. annal. Ecclesia, anno Christi* 132. *pag.* 62. Martin. Delrium *disquisit. magicar. lib 2. cap.2. sect.3. q.3. pag. 523.* Emman. do Valle de Moura *de incantation. & ensalmis sect. 2. cap. 11. num. 27.* Basil. Ponc. *var. disp. part.1. quæst.2. cap.5.* Emman. de la Cerda *in tract. dos pós de Milan p.2. cap 5.* Bozz. *de signis Eccles. tom. 1. lib.5. cap. 2. sig.15.* Raph. de la Torre *de vit. oppos. Relig. quæst. 90. disp. 12. num. 13. & disp. 13. num. 5.* Torreblanca *in practicab. Iuris spirit. lib. 12. cap. 26. à*
60 *num.57.* † Remittit peccata venialia, Azor. *d. lib. 9. cap.15. quæs.5.* latiùs *part.1. lib.4. c.10. quæs.4.* Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta part.1. lib.4. cap.4. num.7.* Petr. Thyre. *de apparit spirit. lib.3. cap.16. n.42.* Durant. *de ritib. Eccles. lib.1. c.21. ex n.2.* Torreblanca *d. lib.12. cap. 26. num. 62.* Liberat à morbis, Emman. de Valle *d. cap.11. num.6.* Confert sanitatem corporalem, idem Emman. do Valle *d. sect.2. cap.13. num.* 8. & plura miracula per aquæ benedictæ virtutem facta referunt Henriq. *d. lib.4. cap.15. num. 8. lit. E,* & Card. Baron. *tom.3. anno Christi 327. pag.284. & tom.7. anno Christi 537. pag.271.*

61 Vbi tamen reconciliatio Ecclesiæ consecratæ haberi non posset per Episcopum, qui longè abest, & venire non potest, posse eundem Episcopum ex iusta causa concedere, vt in Ecclesia polluta ante reconciliationem celebretur, post D. Thom. & Sot. notarunt Auila *d disp.7. dub. 3. concl.2.* Sà *verb. Ecclesia, num.23. vers. Episcopus,* Mar. Alter. *d. disp.3. cap.2. vers. Sed non caret,* Zerol. *in praxi Episcopali vbi proximè.* Soar. *tom.3. in 3.p. S. Thomæ disp.81. sect.4. vers. his positis,* Fagundez *in quinque l. Ecc. præcepta p.1. lib.3. c.14. num. 2.* Sed hoc non probari bene obseruat Henriq.
62 *lib.13. cap.51. §.5. lit. H.* Quare † facilius erit attento Iure communi, quod concedat Episcopus, vt in loco non sacro in Altari portatili celebretur, vel post Concil. Trident. in priuatis Oratoriis, aut Eremitoriis institutis ad Diuina celebranda, secundùm à nobis dicta suprà *alleg.13. à n.8.*

63 Quomodo autem se gerere, & quid agere debeat Sacerdos, si contingat post inceptam Missam Ecclesiam violari, veluti si orta rixa alteri vulnus inferat, vel occidat? In quo dubio communiter distinguitur, vtrum post cœptam consecrationem, aut ante illam casus contingat, ita vt in primo Missam teneatur prosequi, in secundo verò minimè. Ita Vgolin. *de cens. tab.2. cap 8. §.4. & de potest. Episcopi cap. 29. §.7. num.3.* Suar. *d. sect.4. in fin.* Mar. Alter. *d. disp.3. c.3. in fine.* Barthol. ab Angelo *dial.5. de Missa* §.643. Mar. Ant. *var. res. lib.1. res.112. casu* 60. Nald. *verb. Ecclesia num.23.* Scort. *lib.2. de Missa cap.13.* Homob. de Bonis *de examine Ecclesiast. part.1. tract.4. cap.14. quæst.* 138. latè Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta part.1. lib.3. cap.18.*

Prælati Regulares bene possunt reconciliare Ecclesias quacunque ex causa violatas, atque pollutas, 64
aqua per ipsos benedicta, si Episcopus, qui illam benedicat, distet vltra duas diætas, alias debent habere aquam benedictam ab Episcopo, prout constat ex concessione Leonis X. facta Generalibus, & Prouincialibus, ac Custodibus, necnon & Guardianis Fratrum Minorum Obseruantiæ pro tempore existentibus, quæ habetur inter priuilegia Mendicantium, *verb. benedicere Eccles. §.14.* & refert Sayr. *d. cap. 16. num.31.* & de ea testatur Vgolin. *d. §. 8. num. 2.* Mar. Alter. *d. cap.4. vers. quamuis,* & Fr. Lodou. Miranda *d. art.8. concl.3.* & Henriq. *d. §. 6. lit.* D. Marchin. *de sacram. Ordinis tract.3. part.3. cap.11. num.14.* Diana *resolut. moral. p.6. tract.6. resol.22.* vbi etiam post Fr. Emman. Persicum resoluit Regulares posse vti dicto priuilegio non solum quando Episcopus distat per duas diætas, sed etiam quando abest morte, renunciatione, depositione, &c. Quælibet autem diæta continet viginti milliaria, seu circiter septem leucas, glos. *verb. duas diætas in c. nonnulli, de rescript.* Henriq. *in sum. lib.9. c.27. §.6. in com. lit. E, & lib.13. cap.51. §.5.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. cap.19. num. 9.* Gregor. *l.3. verb queres vna legua, tit.16. part.2.* Ordin. Regia Lusitan. *lib.1. tit.90. §.13.* ibi, *à seis legoas por dia,* commensurando per viam vsitatam, Parlad. *d. num.9.* Mascard. *de probat. concl.1056. num.6.* Cabed. *Lusitania decis.13. num.4 p.1.*

ALLEGATIO XXIX.

Episcopus in Capellaniis, quando possit reducere numerum Missarum?

SVMMARIVM.

1 *Missas reducere, & ad minorem numerum reuocare pertinet ad Episcopos in Synodo Diœcesana, & ad Generales Ordinum in suis Capitulis generalibus.*

2 *Causa iusta est necessaria ad huiusmodi reductionem faciendam.*

3 *Defunctorum voluntates inuiolabiliter obseruari publicè interest.*

4 *Anniuersaria, & officia pro defunctis sub huiusmodi reductione cadunt.*

5 *Reductio hæc an debeat intelligi de Missis, & legatis, tam ante Concil: quam post illud relictis? ostenditur.*

6 *Eleemosyna pro ipsis Missis celebrandis, si adeo tenuis sit, sub hac reductione comprehenditur.*

7 *Eleemosyna pro Missis, si multum crescat vt constituta tenuissima sit, quid agendum? ostenditur.*

8 *Episcopus potest aliquando ex iusta causa concedere, vt Missa in alia Ecclesia, vel in alio Altari celebretur*

breturſi nequeat celebrari in loco conſtituto.

9 *Miſſarum numerum, & anniuerſariorum poteſt Epiſcopus reducere in donationibus, & aliis actibus inter viuos.*

10 *Anniuerſaria in totidem Miſſas poteſt Epiſcopus commutare.*

11 *Commemoratio defuncti ſemper eſt facienda in numero Miſſarum reductarum.*

12 *Epiſcopus non poteſt reducere ad minorem numerum Miſſas in fundatione Eccleſiæ impoſitas.*

13 *Epiſcopus non poteſt etiam reducere ad minorem numerum Miſſas beneficiorum requirentium in ſua fundatione certum illarum numerum.*

14 *Miſſæ particulares votiuæ, vel pro defunctis, quæ iuſtis ſtipendiis ſigillatim à particularibus perſonis petantur, non poſſunt ad minorem numerum reduci.*

15 *Epiſcopus etiam ſine Synodo congregata poteſt Miſſarum numerum diminuere, Abbates verò, & Generales non ita extra Capitula generalia.*

16 *Deciſio Sacræ Congregat.* de celebrat. Miſſarum *refertur.*

1 D Epiſcopos in Synodo Diœceſana & ad Generales Ordinum in ſuis Capitulis generalibus pertinet Miſſas reducere, & ad minorem numerum reuocare: ita habetur in Conc. Trident. *ſeſſ.25. de reform. cap.4.* & in Concil. Bracharen. IV. *act.4. cap.26. in fine*, comprobant poſt Nauar. & alios Henriq. *lib.9. cap.22. num.6.* Seraphin. *deciſ.611.* Azor. *inſtit. moral p.1. lib.12. cap.18. quæſ.61.* Fr. Emman. *in ſumm p.1. cap.252. num.13. & quæſt. Regul. tom.1. quæſt.43. art.13.* Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.23. num 239.* Quaranta *in ſumm Bullarij, verb. Miſſa, verſ. poſſe*, Mirand. *in man. Prælat. tom. 1. quæſt.41. art. 24.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.404. in 1. edit. & reſol. 341. in 2. edit.* Bonacina *de Sacrament. diſput. 4. quæſt. vltim. punct. 7. §. 2. num. 9.* Zerola *in praxi Epiſcop p.1. verb. Miſſa, §.3. pag. 228.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.1. q.43. art.13.* latè Monet. *de commut. vlt. volunt. cap.5. num.365. cum ſequentibus*, & me citato *in hoc loco* Homobon. *de examine Eccleſiaſt. tract.11. cap.9. quæſ.21. in fine.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol part.4. deciſ.25.* vbi ex hoc loco me non citato plura deſumpſit, *& deciſ.* 171. *ead. p.4.* Molfeſ. *in ſumm. moralis Theologiæ tract.1. cap.16. n.29. & 30.* Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcopi cap.61.* Diana *moral. reſol. part.1. tract.14. reſol. 1. cum ſeqq.* Lezzana *in ſum quæſt. Regul. part.1. cap.21. num.6.* Nald. *in ſum. verb. Miſſa num.* 8. nouiſſimè Alphonſ. de Leone *de officio Capellani q.5. ſect.20. num. 305. cum multis ſeqq.* etiam nouiſſimè Torreblanca *in pract. Iuris ſpirit. lib. 2. c.9. n.73. cum ſeqq.*

2 *Primò* amplia ſeu declara huiuſmodi reductionem faciendam neceſſariam eſſe iuſtam cauſam, cum voluntas teſtatoris non poſſit abſque illa violari. Ita Fr. Emman. *d. c.252. ad fin.* aliàs *cap.251. concl.13.* Nau. *conſ.9. num.9. de celebrat. Miſſar. in nouis*, Fraxinell. *de oblig. Sacerd. ſect.7. §.5. num.1.* Molin. *de inſtit. tract.2. diſp.249.* Bonacina *dict. §.2. num.12.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.4. deciſ.25. num.3.* Defunctorum enim voluntatea inuiolabiliter obſeruari publicè intereſt, Petr. Magdalen. *de numero teſtium in teſtam. req part.1. cap.8. à num.6.* Card. Manr. *de coniect. vlt. vol lib.3. tit.3.* Paradil. *in ſum legum pœnal part. 2. caſu 15.* Martin. Carill. *en la explicacion de la Bulla de los defuntos, part. 2. cap. 14.* 3 Quapropter † Prælati, qui eam habent auctoritatem in diminuendis obligationibus iam inductis, prudenter, cautè, & cum timore lædendi conſcientias ſuas procedere debent. Iuſta cauſa ad huiuſmodi reductionem faciendam illa poteſt eſſe, videlicet, ſi curſu temporis Clericorum, aut Religioſorum numerus eſt diminutus, aut Eccleſiæ, vel Monaſterij redditus extenuantur, vel impenſæ maiores fiunt, & cætera huiuſmodi. Azor. *inſtit. moral. part.3. lib. 12. cap.6. quæſ.5.* quem refert *d. loco, verſ. tum tractatur.*

4 *Secundò* amplia habere locum in anniuerſariis, & Officiis pro defunctis, & ita declaraſſe *ſacram Congregat. ad inſtantiam Archiep. Neapol. die 26. Nouembr.* 1583. referunt Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. part. 2. c.3. num 15. in fine.* Stephan. Quaranot. *in ſum. bullarum, verbo Miſſa, pag.291.* aliàs 402. Diana *part.1. tract.14. reſol. 5.* Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Miſſa* 4. Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 341. num.2.* Monet. *dict. cap.5. num. 367.* Vtrum autem in vltima voluntate, vel pacto inter viuos liceat bona temporalia, Eccleſiis, aut monaſteriis ſub eo modo, aut conditione dare vt anniuerſaria fiant, Sacrave certis diebus celebrentur? Vide latè diſputantem Anguian. *de legib. lib.4. controuerſ.7.* per tot. vbi *num.24.* refert ſanctiſſimam ſtatura Societatis Ieſu non pati quòd illa ſe obliget ad anniuerſaria.

5 *Tertiò* amplia procedere huiuſmodi reductionem in Miſſis, & legatis, tam ante Tridentin. Concil. quàm poſt illud relictis; quia diſpoſitio Concil. generaliter, & abſolutè loquitur. Ita Poſſeuin. *cap. 2. num. 25. quæſito 9.* Nald. *in ſumma verb. Miſſa num. 9.* Gate. *de benef. part. 7. cap.1. num. 132.* Sed ex declaratione *Illuſtr. Cardinalium* reductionem fieri non poſſe de Miſſis poſt Tridentinum relictis, tenent Miranda *dict. loco, concluſ. vnic. in medio*, Hieron. a Sorb. *in annot. ad compend. priuil. regul. verb. Miſſa 3.* Azor. *vbi proximè.* Fr. Emman. *d. art.13.* Fraxinel. *d ſect.7. §.5. num.2.* Confect. *in ſumm priu. Ordinum Mendican. tit. 19. de diuinis Officijs, & Miſſarum celebrat. cap. 3.* Aloyſius Ricc. *d. Neapol deciſ.25. num.3. in fine p.4.* Fr. Emman. *qq. regul. tom.1. q.43. art.13.* ex Gaſp. Paſſar. *cap.60. de remedio Miſſar.* qui aſſerit hoc ſibi conſulenti à dictis Illuſtriſſ. reſponſum fuiſſe *Romæ die 7. Februar.* 1573. Diana *d p.1. tract.14. reſol.2.*

6 *Quartò* amplia in eleemoſyna pro ipſis Miſſis celebrandis, quæ ſi adeò tenuis ſit, vt non facilè inueniatur, qui velit ſe huic muneri ſubiicere, vt dicitur in Trident. *d. cap.4.* tunc numerus Miſſarum moderandus eſt, iuxta vires legati, refert *à Sacra Congreg.* declaratum Aloyſ. Ricc. *d. reſol.341. à num.2.* vbi etiam dicit per eandem deciſum in huiuſmodi reductione debere Epiſcopum Capituli conſilium requirere, quamuis ſequi illud non teneatur.

7 Aduerte tamen quòd quando teſtator relinquit 100. aureos pro 100. Miſſis celebrandis in tali Eccleſia pro anima ſua, ſi augeatur eleemoſyna præſtanda Sacerdotibus, tenetur hæres data capacitate hæreditatis ſupplere mercedem, quia teſtator non reliquit pecuniam ſimpliciter pro eleemoſyna ſoluenda ſine onere Miſſarum, ſed pro Miſſis celebrandis pro anima ſua, eo tempore, quo præſtabatur minor merces, nam ſi præuidiſſet augmentum, non vtique diminueret numerum Miſſarum, cum hæreditas totum reddere poſſet: ita Marc. Anton. Gennen. *in pract. Eccleſiaſt. quæſt.179.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. part.1. tractat.4 cap. 13. quæſ. 118.* Ricc. *in praxi part. 3. reſolut. 364. num. 3.* Diana *dict. part. 1. tractat. 14. reſol.17.*

8 *Quintò* amplia Epiſcopum poſſe aliquando ex iuſta cauſa concedere, vt Miſſa in alia Eccleſia vel in alio Altari celebretur, ſi nequeat celebrari in loco conſtituto, ſicut poteſt ex iuſta cauſa in caſu aliquo particulari

particulari commutare legata in alios æquales vsus pios, saltem quando non est acquisitum ius tertio, Henriq. *in summ. lib. 7. cap. 15. num. 2. & lib. 9. cap. 22. num. 6.* Grassiis *in decis. aureis part. 1. lib. 2. cap. 53. n. 11.* quos refert, & sequitur Bonacina *d. q. vlt. punct. 7. §. 4. num. 4.*

9 *Sextò* amplia, vt possit Episcopus reducere numerum Missarum, & Anniuersariorum non modò, quæ præscribuntur in testamentis, & aliis similibus dispositionibus causa mortis, sed etiam, quæ in donationibus, & aliis actibus inter viuos, quod in vtrisque eadem est ratio, ac proinde eadem dispositio, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* Ita Monet. *dict. cap. 5, num. 368.*

10 *Septimò* amplia, vt ex eadem facultate ei à Concil. Trid. attributa possit Episcopus commutare Anniuersaria in totidem Missas, Vgolin. *de officio Episcopi, c. 61. n. 1.* Monet. *d. c. 5. n. 360. & seq.*

11 Declarabis tamen vt in huiusmodi numero Missarum, seu Anniuersariorum, qui remanet, facienda semper sit commemoratio eorum defunctorum, qui pro suarum animarum salute legata illa ad pios vsus reliquerunt, vt expressè cauetur à Conc. Trid. *d. c. 4. in fine*, Monet. *d. cap. 5. num. 375.* cui quidem commemorationi satisfieri potest, vel in Memento, vel in Collectis, vt ex Vgol. *d. cap. 61. num. 1.* dicit Monet. *d. c. 5. n. 366.*

12 Limita *primò* suprà positam resolutionem habentem Prælatos vt supra posse Missas reducere, & ad minorem numerum reuocare, non procedere in Missis in fundatione Ecclesiæ impositis, cum in his Episcopus, ac prædicti alij dispensare nequeant, & ita decisum referunt Monet. *in dict. cap. 5. num. 376.* Prasec. *in praxi noua Episcopali part. 2. cap. 3. num. 31.* Aloys. Ricc. *d. resol. 341. à num. 4.* Miranda *dict. art. 11. concl. vnic. prope finem.* Vgolin. *de potest. Episcopi, cap. 61. num. 1.* Ragus. *in vas. eccles. discipl. cap. vlt. de Episcop quæst. 6. num. 86.* Homobon. *de exam. eccles. part. 1. tract. 4. cap. 14. q. 129.* Diana *dict. part. 1. tract. 14. resol. 1. in fine.*

13 Limita *secundò* in beneficiis requirentibus in sui fundatione certum numerum Missarum, quia in eo non potest Episcopus ex vi Concil. Missas reducere ad minorem numerum; prædictum enim Concil. videtur tantum agere de Missis ex defuncti dispositione relictis. Ita *sacram Congregat.* decidisse referunt Galet. *in margarita casuum conscientia verb. beneficium p. 24. col. 2. & verb. Missa, vltim.* Nald. *verb. Missa n. 18.* Posseuin. *c. 2. n. 25. quæstio 9.* Bonacina *d. §. 2. n. 10.* Torrebl. *d. c. 9. n. 74.* Contra Henriq. *lib. 9. cap. 2. num. 6. in commento lit. P*, & Miranda *d. art. 12.*

14 Limita *tertiò* in Missis particularibus votiuis, vel pro defunctis, &c. quæ iustis stipendiis sigillatim à particularibus personis petuntur, nisi consensus eorum, quibus illæ debentur, habeatur; quod tardò, vel nunquam accidere solet; nam iustæ causæ Prælatis ad idem concedendum, non adsunt; quia hoc est contra illud ius naturale, id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, *l. id quod ff. de reg. iuris*, Nau. *cons. 9. n. 9. & cons. 11. n. 1. de celebrat. Miss. in nouis*, Fraxinell. *d. §. 5. n. 3.*

15 Verùm autem, & quando possit Episcopus etiam sine Synodo congregata Missarum numerum minuere? Vide Nauar. *in man. cap. 25. num. 183.* Fr. Emman. *in sum. part. 1. cap. 252. concl. 13. in fine, num. 17.* Henriq. *dict. cap. 22. sub §. 6.* Bonacina *dict. §. 2. num. 9.* vbi contra multus asserit Episcopum non posse absque Synodi consensu commutare, & moderare Missarum numerum; & hanc partem pluribus defendit nouissimè Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta part. 1. lib. 3. cap. 7. à num. 12.* plures apud Dianam *dict. part. 1. tract. 14. resol. 3.* Ego tamen cum Nauar. *citatis locis*, quem refert, & sequitur Miranda *dict. quæst. 41. art. 12. conclus. vnic.* dicendum puto posse Episcopos absque consensu Congregationis Synodalia temperare onera dicendi plures Missas in beneficiis, siue Capellaniis sibi subiectis, prout statutum erat Iure communi; quoad Abbates, & Generales nouiter disponit Concil. *dict. loco* exigendo, vt in Capitulis generalibus fiat talis reductio Missarum: quod quidem meritò tenent Perez de Lara *de anniuers. & Capellaniis lib. 1. cap. 14. num. 9.* Monet. *dict. cap. 5. num. 372.* Diana *part. 1. tract. 14. resol. 4.*

Nouissimè *Sacra Congreg. Illustrissimorum Cardin. Concil. Trid. interpretum* S. D. N. Vrbani Papæ VIII. auctoritate sibi specialiter attributa decreuit, ac primò districtè prohibet atque interdicit, *ne Episcopi in diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquomodo reducant onera vlla Missarum celebrandarum aut post idem Conc. imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perspecta id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas atque inanes decernit.* 16

Præterea ne in Ecclesiis in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis eo tepidiores & segniores reddantur quod onera huiusmodi cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta, statuit, atque decernit, vt pecunia ab bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conuentibus, ac locis omnibus tam Secularibus quàm Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuò Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisititionis statim deponi debeant penes Ædem sacram, vel personam fide & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimùm inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur; ac si eadem bona immobilia auctoritate Apost. deinceps alienari contigerit, eorundem pretium sub eadem pœna, vt supra deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum eiusdem oneris repetitione atque annexione conuerti debeat. 17

Ad hæc Sacra Congreg. quibusuis Capitulis, Collegiis, Societatibus, ac Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum tam Secularium quàm Regularium Superioribus, vel aliis ad quos pertinet, districtè prohibet, ne in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, Seculares verò sine Episcopi vel eius Generalis Vicarij, Regulares verò sine Generalis Prouincialis consensu, & licentia in scriptis & gratis concedenda, alioquin secularis, qui huius prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso, Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque actiuæ ac passiuæ absque alia declaratione incurrat. Eleemosynas verò manuales & quotidianas pro Missis celebrandis, ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, vt noua quoque onera suscipere valeant, alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa, Eleemosyna pro Missis, vel alia simili: sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur. Episcopus verò seu eius Vicarius, 18

aut

aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus cuique Eccleſiæ, monaſterio, aut loco pio incumbentibus, nec ante aſſenſum huiuſmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitimè conſtiterit illius Sacerdotes tam nouo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis iam ſuſceptis ſatisfacere poſſe, præcipuamque rationem habeant, vt redditus qui Eccleſiis & locis piis relinquuntur, omninò reſpondeant oneribus adiunctis, ſecundum morem cuiuſque ciuitatis, vel Prouinciæ, intelligantque ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in nouiſſimo die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros. Hæc in dictis Sacræ Cong. decretis, quæ in typograph. R. Cameræ Apoſt. impreſſa vidi *de anno* 1625. Super quibus *eadem S. Congreg. de anno* 1626. *declarauit, quòd etſi legatum ſit adeò tenue, nihilominus pro reductione oneris, vt ſupra impoſiti ab iis ad quos pertinet, Sedes Apoſt. eſſet adeunda, quæ abſque vlla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino conuenire iudicauerit. Verumtamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſſe cautum fuerit, vt liceat Epiſcopo iniunctum onus reducere ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hæc de re dua non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſeruandam.*

ALLEGATIO XXX.

Epiſcopus ſacramenti Confirmationis miniſter an proprius ſit?

SVMMARIVM.

1 *Miniſter Ordinarius confirmationis eſt ſolus Epiſcopus ordinatus.*
2 *Etiamſi excommunicatus, hæreticus, vel degradatus.*
3 *Et non Confirmatus.*
4 *Confirmationis ſacramentum non poteſt adminiſtrari ab Abbate, nec à ſimpliciter Sacerdote de Epiſcopi licentia, niſi ex delegatione Summi Pont.*
5 *Abbates ex priuilegio Sedis Apoſt. de conſenſu Ordinarij ſacramentum Confirmationis conferre poſſunt.*
6 *Papa an poſſit committere Sacerdoti conſecrationem materiæ huius Sacramenti?*
7 *Sacramentum Confirmationis vtiliſſimum.*
8 *Baptizati per Confirmationem plenè fiunt Chriſtiani.*
9 *Epiſcopus grauiter peccat, ſi multo tempore negligenter omitteret confirmare.*
10 *Epiſcopus tenetur Chriſmatis tantum conferendi gratia ad loca ſuæ diœceſis accedere, ad cuius expenſas tunc non obligantur Eccleſiarum Rectores.*
11 *Confirmare debet Epiſcopus cum Pluuiali, Mitra, Stola, & Baculo Paſtorali.*
12 *Epiſcopus in die feriali, etiam non ieiunus, & non ieiunis, poteſt hoc Sacramentum adminiſtrare.*
13 *Confirmationis ſacramentum in Eccleſia, vel loco honeſto, aut palatio Epiſcopali poteſt Epiſcopus conferre.*
14 *Epiſcopus confirmans in ſua diœceſi ſubditos alterius, à ſuſpenſione, & culpa excuſatur.*
15 *Confirmare in alterius diœceſi non poteſt Epiſcopus ſuos ſubditos.*
16 *Epiſcopus poteſt in alterius diœceſi ſine proprij Epiſcopi licentia dare ſubditis ſuis Tonſuram, benedictionem ſolemnem, & celebrare Miſſam de Pontificali.*
17 *Epiſcopus ad Confirmationem admittere debet omnem hominem baptizatum, ſiue ſit infans, ſiue adultus.*
18 *Adultus tenetur habere intentionem, & accedere ad Confirmationem contritus, vel ſaltem ſe putare contritum.*
19 *Epiſcopus dum adminiſtrat debet eſſe ſine conſcientia peccati mortalis, & habere intentionem, ſaltem virtualem.*
20 *Muti, & ſurdi poſſunt Confirmari.*
21 *Amentes licitè poſſunt Confirmari.*
22 *Forma Confirmationis quæ?*
23 *Confirmandi quare in fronte Chriſmate conſecrato vngantur?*
24 *Chriſmato frons aliquo panno albo circumcingitur, ne recens vnctio defluat, aut deleatur.*
25 *Pannus Chriſmalis poteſt iterum ſuper alterum baptizatum, aut Confirmatum imponi.*
26 *Maxilla confirmati quare percutiatur?*
27 *Colaphi omiſſio non videtur peccatum mortale.*
28 *Confirmationis ſacramentum bis conferens, vel ſuſcipiens, an incurrat irregularitatem?*
29 *Rebaptizans, & rebaptizatus, accedente culpa, irregulares fiunt.*
30 *Confirmationis ex iteratione tam conferentem, quam accipientem non incurrere irregularitatem reſoluitur.*
31 *Doctores citantur qui de ſacramento Confirmationis tractant.*
32 *Baptizandus ſicut ſuſceptores habet v eum erudiant in Fide, ita Confirmatus, cum in Chriſmate conſcribatur in pugna, magiſtro militia eget.*
33 *Suſceptores non ſunt de eſſentia Sacramenti, ſi tamen quis omitteret, peccabit grauiter.*
34 *Suſceptores in Baptiſmo non niſi baptizati, & in Confirmatione niſi Chriſmate etiam vncti eſſe debent.*
35 *Fidelis Baptizans, vel Confirmans filium infidelis, non contrahit cognitionem cum patre, vel matre infideli.*
36 *Abbates, & Monachi non poſſunt eſſe patrini, ſi tamen ſuſcipiant peccabunt mortaliter, ac ſpiritualem contrahent cognationem.*
37 *Pœnitentes publici donec peracta pœnitentia reconcilientur, non poſſunt eſſe ſuſceptores,*
38 *Pueri, imò & infantes ipſi, ſi doli capaces ſunt, & iudicium ſufficiens ad peccandum mortaliter habeant, contrahunt huiuſmodi cognationem, ſi quem in Baptiſmo, vel Confirm. teneant.*
39 *Patrinus poteſt eſſe minor baptizato.*
40 *Suſceptor vnus in Baptiſmo adhiberi debet, vel ad ſummum duo, vnus ſcilicet vir, vnaque fœmina.*
41 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt duo viri, vel duæ fœminæ ſimul ſuſcipiant.*
42 *Viri duo, quorum vnus ſit procurator viri, & alter mulieris, poſſunt baptizatum de ſacro ſonte ſuſcipere.*
43 *Confirmandus an poſſit tenere duos patrinos, ſicut in Baptiſmo?*
44 *Patrinos plures adhibens vltra permiſſos, peccat mort.*
45 *Patrini plures duobus baptizatum de Baptiſmo ſuſcipientes, contrahunt omnes cognationem.*
46 *Parentes tenentur patrinos deſignare, & illis non deſignantibus poterunt tunc parochi.*
47 *Contactus requiritur, ita vt eo deficiente, compaternitas non contrahatur.*
48 *Patrini ſi nulli deſignentur, & multi ſimul tenendo tangerent baptizatum, omnes fierent cognati.*
49 *Cognatio ſpiritualis an poſſit contrahi per procuratorem?*
50 *Cognatio contrahitur à mittente, non verò à procuratore.*

51 *Patrinus*

51 *Patrinus in Confirmatione debet esse alius ab eo, qui tenuit in Baptismo.*

52. *Vnus quando possit in Confirmatione tenere vltra duos eadem die?*

53 *Cognatio spiritualis in Baptismo inter quos contrahitur?*

54 *Cognatio spiritualis in Confirmatione inter quos contrahatur.*

55 *Cognatio spiritualis non contrahitur inter ipsosmet patrinos.*

56 *Cognatio spiritualis à viro contracta non transfunditur in vxorem.*

57 *Vir, & vxor minimè peccant suscipientes alienum puerum in Baptismo.*

58 *Patrinus potest matrimonium contrahere cum ea, cum qua simul alienum filium suscipit.*

1 FRONTIS Chrismationem, seu Confirmationem (per quam Spiritus sanctus datur ad augmentum, & robur, vt habetur *in cap. vnic. §. per frontis, de sacra Vnctione*, nouissimè Torreblanca *in pract. Iuris spiritualis, lib. 2. cap. 6. a. 1.* ad solum pertinere Episcopum, probant tex. *in cap. Presbyteros, de consecrat. dist. 4. & in cap. quanto, de consuet.* quia *Actor. cap. 8. & 19.* soli Apostoli confirmabant baptizatos ab aliis, quorum Episcopi sunt simpliciter successores, *cap. in nouo 21. dist. 1.* ideò in Trid. Synodo *sess. 7. de Sacramento Confirmationis, can. 3.* anathemate feriuntur, qui dixerint sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum non solum esse Episcopum, sed quemuis simplicem Sacerdotem. Vnde ministrum ordinarium Confirmationis esse solum Episcopum multis comprobant Couar. *var. lib. 1. c. 10. num. 4. & 6.* Nauar. *in man. cap. 22. num. 8. vers. dixi Episcopus,* Durand. *in rationali diuin. lib. 5. cap. 84. n. 1.* Alphons. Aluarez *in speculo iuris Pontificij, tit. de Confirmat. pag mihi 179.* Cardin. Bellarm. *controuers. tom. 2. lib. 2. cap. 12.* Cardos. *in praxi Iudicum verb. Sacramentum Confirmationis num. 8.* Cardin. Bellarm. *lib de Confirmat. cap. 12.* Suar. *de Sacram disp. 36.* Zambran. *de casibus in art. mortis cap. 2. dub. 2.* Henriq. *in sum lib. 3. de Confirmat. cap. 6. §. 1.* Piasec. *in praxi noua Episcop. p. 1. cap. 3. de Confirmat. num. 1.* Chamer. *de Sacramentis tract. de Confirm. cap. 5. de ministro Confirmat.* Iodoc. Cocc. *tom. 2. sui thesauri Catholici lib. 5. art. vlt.* Ægid. de Coninch *de Sacram. tom. 1. q. 72. num. 97. & 105.* Balduin. iun. *super opera controuers. Bellarmini p. 2. lib. 2. cap. 6. propè fin. vers. Catholici omnes,* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 4. num. 110.* Filliuc. *quæst. moral. tom. 1. tract. 3. num. 13.* Vgolin. *de potestate Episcopi cap. 25. num. 2.* me citato *in hoc loco* Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. p. 2. cap. 4. num. 1.* Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 44. art. 1. concl. vnic. in fine,* Bonacina *de Sacrament. disput. 3. quæst. vnic. puncto 2. n. 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 738. num. 18.* Anguian. *de legibus lib. 2. controu. 1. num. 69.* & Valent. *tom. 4. disput. 5. q. 2. puncto 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. cap. 4.* Rota impressa per Postium post suum tract. *mandati de manutenendo decis. 64. num. 11.*

2 Qui quidem validè administrat quamuis excommunicatus, hæreticus, vel degradatus; quia per hæresim, vel excommunicationem, vel degradationem non amittit characterem; in quo datur potestas confirmandi: tum quia sicut potest Ordines validè conferre, vt suo loco diximus; ita & poterit Sacramentum Confirmationis, Emman. Sà *verb. Confirmatio, circa finem,* Henriq. *d. cap. 6. num. 2.* Suar. *tom. 3. disp. 36. sect. 1. vers. dicendum est ergo.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 28. num. 20.* Bonacin. *d. puncto 2. num. 7.* Torreblanca *d. cap. 6. num. 24.* Mar. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 1. cap. 3. disp. 8.* vbi contrariis bene respondet.

Sic etiam validè confirmat, quamuis non sit confirmatus; nam cum habeat characterem Ordinis Episcopalis, in quo fundatur potestas confirmandi, validè confert huiusmodi Sacramentum, Bonacina *d. puncto 2. num. 10.* post Henriq. & Suar. tenet Zambran. *de casibus in art. mortis cap. 1. dub. 2. num. 4.* vbi etiam quòd tunc peccat, non tamen mort. quia nullibi reperitur præceptum obligans sub mortali. Et cognationem contrahit, quia verum Sacramentum confert; suscipiens verò, non confirmatus illam non contrahit, cum non sit verus susceptor, Sanch. *de Matrim. libr. 6. disput. 70. num. 21.* & faciunt quæ infra *num 32.* 3

Confirmationis Sacramentum ita est actus Ordinis Episcopalis, vt non possit administrari ab Abbate etiam consecrato, qui non sit Episcopus; nec à simplici Sacerdote de Episcopi licentia, nisi tantum ex delegatione Summi Pontificis, vt probat expressè tex. *in cap. peruenit. 95. dist.* vbi Greg. I. concedit vt vbi absunt Episcopi, Presbyteri confirment, cuius text. argumento Sacramentum Confirmationis ex delegatione, seu priuilegio Pontificis Presbyteros conficere posse obseruant D. Thom. *in 3. p. quæst. 72. art. 11.* vbi Nugn. *dub. 2.* Coninch. *num. 97. & 105.* Couar. *d. cap. 10. num. 6. & 14.* Victor. *de Sacrament. num. 49.* Angel. *in florib. Theolog. tit. de Confirmat. art. 8. conclus. 3.* Cardin. Bellarm. *de Confirmat. cap. 12.* Nauar. *dict. num. 8. & consil 14 num. 2. de priuileg. in nouis,* Henriq. *d. cap. 6. §. 4. & lib 1. cap. 26. §. 5. litt. G, & lib. 10 cap. 23. §. 1.* Idoc. Cocc. *in thesauro Catholico tom. 2. lib. 5. art. vltim.* Alphons. Aluarez *dict. loco,* Iacob. de Graffiis *in decis. aureis part. 2. lib. 1. cap. 5. num. 29. & 30. & tom. 1. consil. tit. de sacra Vnctione cons. 1. num. 5. cum seqq.* Petr. de Ledesma *in sum. p. 1. de Sacram. Confirmat. cap. 9.* Francisc. de Pitigianis *dist. 7. quæst. 1. art. 5. 10. & 13.* Tolet. *in summ. lib. 2. cap. 24. num. 5.* Valent. *tom. 4. disputat. 5. q. 2. puncto 1.* Vasquez *part. 3. quæst. 72. art. 3. disp. 219. cap. 1. num. 3.* Cardos. *d. verb. Sacramentum Confirmationis num. 8.* Reginald. *d. lib. 28. cap. 4. num. 18.* Vgolin. *dict. cap. 15. num. 3.* Viuald. *in candelabro aureo tit. de Confirmat. cap. 4. num. 5.* Piasec. *in praxi noua Episcop dict. num. 1. in fine,* Balduin. iun. *super opera controuersiar. Bellarm. part. 2. lib. 2. cap. 6. propè finem, vers. Catholici omnes,* Suar. *tom. 3. disput. 36. sect. 4* Fr. Emman. *quæst. Regal. tom. 1. quæst. 18 art. 3.* Azor. *instit. moral p. 2. lib. 3. cap 30. quæs. 4. vers imprimis,* Chamer. *d. cap 5. in fine,* Miranda *dict quæst. 24. art. 4.* Cardin. Cæsar Baron. *annalium Ecclesiæ tom. 8. anno Christi 594. pag. 54.* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 28. num. 17. cum seqq.* Bonac. *d. puncto 2. num. 3. vers. dixi,* Torreblanca *d. cap. 6. num. 26.* Monet. *d. cap. 4. num. 110.* Pineda *in monarch. eccles. p. 2. tom. 2. lib. 12. cap. 1. §. 2.* Alzed. *d. cap. 4. num. 2.* Filliuc. *dict. tract. 3. num. 13. & 26.* vbi *num. 27.* quòd inferior Sacerdote nec etiam ex dispensatione Papæ potest esse minister huius Sacramenti. Quam quidem principalem resolutionem non obscurè innuit Concil. Trident. *sess. 7. de Confirmat. can. 3.* dum inquit Ordinarium huius Sacramenti ministrum esse Episcopum, hinc significans non esse inconueniens quòd non Episcopi ex Pontificis Maximi permissione extraordinarij, seu delegati fiant ministri nouissimè me citato *in hoc loco* Ioan. de Solorzano *de Iure Indiarum tom 2. lib. 3. cap. 18. num. 34.* Anguian. *d. loco.* 4

† Vnde Abbates ex priuilegio Sedis Apost. de consensu Ordinarij Sacramentum Confirmationis con- 5

ferte posse decisum refert Armendariz *in addit. ad recop. legum Nauarre lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis n. 77.* Et priuilegio summorum Pontificum Patribus Societatis Iesu, atque Minoritis apud Indos commorantibus concessam administrationem huius Sacramenti post Felician. & alios, refert Henriq. *d. lib. 9. c. 27. §. 6. ad fin. iuncta litt. H.*

6 Sed maius dubium est, an possit Papa committere Sacerdoti consecrationem materiæ huius Sacramenti ? (quæ est Chrisma, quod conficitur ex oleo, & balsamo per Episcopum benedicto, *cap. vnic. § ad exhibendum, de sacram. vnct.*) Multi contendunt posse Summum Pontif. huiusmodi consecrationem materiæ committere Sacerdoti, quia forma consecrandi Chrisma, & alia Sacramentalia, commissa fuit dispositioni Ecclesiæ, & decreta prohibent hunc actum Sacerdoti, sed non irritant. Verùm consuetudo Ecclesiæ probat id benedicere esse proprium Ordinis Episcopalis. Vide tamen Henriq. *lib. 3. cap. 2. §. 2. & cap 7. §. 4.* Chamerota *d. tract. 3. de Confirmat. cap. 5. in fine, & cap. 2. dub. 5.* Barthol. ab Angelo *dial. 3. §. 12. & 13.* Alzedo *d. part. 2. cap. 4. n. 7. & 8.* ac alios apud Bonacinam *dict. quæst. vnica puncto 2. num. 4.* Cardos. *d. verb. sacram. Confirmationis num. 8.* Gregor. de Valent. *tom. 4. disp. 5. quæst. 1. punct. 2.* Valer. Reginald. *d. lib. 28. cap. 2. num. 8.* vbi dicit rem esse, quæ definitionem Ecclesiæ requirere videtur, me citato *in hoc loco* Diana *d. p. 3. tract. 4. resol. 23. in fine.*

Confirmationis Chrisma ex qua materia, & quomodo conficiendum dixi infrà *alleg. 31. n. 2. 3. 4. & 5.*

7 Cùm sacramentum Confirmationis sit adeò vtilissimum, vt sancti Doctores dicant certo modo non esse perfectè Christianum, qui non est confirmatus, Concil. Aurelianen. *can. 3 cap. omnes fideles, de consec. dist. 5.* & quia in eo descendit septiformis gratia Spiritus sancti, cum omni plenitudine sanctitatis, scientiæ, & virtutis, & anima maiorem perfectionem, & gratiam recipit, D. Thom. *in 3. part. quæst. 72.*
8 *art. 11.* † Licèt regulariter loquendo necessitatis non sit, est tamen complementum baptismi; per illud enim baptizatos plenè fieri Christianos dicit Vrban. Pontif. *in princ. de consecr. dist. 5.* & alij Sancti Patres, quos refert Henriq. *d. lib. 3. cap. 1. §. 2. iuncta lit. H*, & iuxta sanum sensum contra Hæreticos benè explicat Suarez *tom. 3. disputat. 34. sect. 2.* non quòd prima gratia per Confirmationis Sacramentum conferatur, & ante Confirmationem Baptismus culpam originalem non remittat, qui est petuctus Raymundi Lupi error, sed quia per Confirmationem Baptismatis gratia roboratur, & confirmatur ad bene operandum, constantérque credendum, & Fidem Christianam firmiter confitendum. Vnde ex præcepto teneri adultos confirmationem sumere docere videntur Petr. Sot. *lect. 2. de Confirmat.* Philipp. Gamachæ. *in sum. Theolog. tom. 3. q. 69. cap. 9.* quicquid aliter sentiant citati à Diana
9 *moral. resol. p. 5. tract. 3. resol. 30.* † Peccat igitur Episcopus grauiter, si multo tempore negligenter omitteret confirmare, Toler. *in instruct. Sacerd lib. 5 cap. 4.* Suar. *super 3. part. D. Tom. quæst. 72. art. 2. disputat. 38. sect. 2.* quos refert, & sequitur Marc. Anton. Genuens. *in man. Pastorum c. 54. num. 2.* quibus addo Reginald.
10 *d. lib. 28. num. 19.* & Alzedo *d. part. 2. c. 4. num. 20.* † Et tenetur, Chrismatis tantum conferendi gratia, ad loca suæ diœcesis accedere, & tunc laici, vel Ecclesiarum Rectores ad illius expensas non obligantur, vt refert decisum Armendariz *d. l. 7. de Episcopis, in declar. n. 77.*

11 Cum Pluuiali, Mitra, Stola, & Baculo Pastorali esse confirmandum respondit Sacra Congreg. *Episcopo suffraganeo Brixien. 19. Februarij 1585.* me citato *in hoc loco* Alzed. *d. part. 2. cap. 4. num. 23.*

In die feriali, etiam post meridiem potest Episcopus quamuis non ieiunus, huiusmodi Sacramentum administrare, nec etiam necesse est suscipientem esse ieiunum, cum hoc nulla lege præscriptum reperiatur; nam solum consulitur, *in cap. vt ieiuni, de consecrat. dist. 5.* Ita Syluest. *verb. Confirmatio q. vnic.* Chamerot. *d. cap. 7. dub. 3. in fin.* Henriq. *d. cap. 6. § 7. & cap. 5. §. 6.* Bonacina *d. puncto 2. num. 14. vers. secundò.* & tempore interdicti non prohibetur confirmare, vt dicam *alleg. seq. num. 19.* 12

In Ecclesia Confirmationis Sacramentum esse conferendum asserit Nugn. *in 3. part. D. Thomæ quæst. 72. art. 12. circa finem, vers. secundum ritus*, & peccatum mortale esse extra illam confirmare, sicut & solemniter baptizare, cum fiat contra vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem in re graui. Attamen Episcopum non teneri in Ecclesia confirmare, imò, & extra illam, in loco scilicet honesto, vel palatio Episcopali Confirmationem posse conferre tenent Henriquez *d. cap. 6. § 7. in fine*, Chamerota *d. dub. 3.* Alzedo *d. part. 2. cap. 4. num. 3. in princ.* Bonacina *d. puncto 2. num. 15.* vbi asserit tutius esse consuetudinem obseruate, quam quidem existimant receptam non esse cum tanto onere, vt reum lethalis culpæ constituat Episcopum alio in loco confirmantem. 13

Subditos alterius Episcopi nullus potest in sua diœcesi confirmare, Tolet. *instruct. Sacerd. lib. 1. c. 24. num. 5.* Aloys. Rice. *in praxi aurea resol. 24.* Marchin. *de sacram. Ordinis, tract. 1. part. 5. cap. 5. num. 7.* Vgolin. *de offic. Episcopi, cap. 25. §. 3. num. 3.* & si aliter faciat, suspensionem incurrere testantur Viuald. *sub d. tit. de confirm. cap. 4. num. 8.* Petr. de Ledesm. *in summ. part. 1. de sacram. Confirmat. cap. 9. vers. septima conclusio.* Barthol. ab Angelu *d. dial. 3. §. 62.* quos refert, & sequitur Bonacina *d. puncto 2. num. 11.* Verùm confirmando non suos subditos minimè fieri irregularem dicit Chamerota *d. dub. 3.* Ego tamen verius existimo Episcopum confirmantem in sua diœcesi subditum alterius à suspensione, & culpa excusari, cum præsumendum sit hoc ratum, & gratum fore proprio Episcopo, præcipuè quando est absens, vel non ministrat hoc Sacramentum. Ita Alzed. *d. part. 2. cap. 4. num. 21.* Sà *verb. Confirmatio num. 2.* Henriq. *d. cap. 6. §. 6.* Zambran. *de cas. in art mortis, cap. 2. dub. 2. num. 2.* Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 54. num. 7.* Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 3. cap. 5. num. 2.* Tanner. *in 3. part. D. Thom. disp 4. quæst. 4. dub. 3. num. 56.* Diana *moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 50.* vel confirmat aliquem afferentem dimissorias sui Episcopi, vt ordinetur; quia qui concedit finem, concedit necessaria ad finem talem, Zambran. *de casib. occurrentib. in artic. mortis, cap. 2. dub. 2. num. 3.* Laymann *d. lib. 5. tract. 3. cap. 6. num. 2.* Diana *moral. resol. part. 3. tract. 4. resol. 24.* 14

In alterius verò diœcesi non potest Episcopus confirmare suos subditos, vel Pontificales actus exercere absque licentia Episcopi, in cuius diœcesi reperitur, sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium. Ita Concil. Trid. *sess. 6. de reform. cap. 5.* tenent Sà *vbi suprà num. 3.* Reginald. *d. lib. 28. num. 21.* Bonacina *d. puncto 2. num. 12.* dicit decisum Armend. *in addit. ad recop. legum* Nauarr. *lib. 1. tit. 18. lib. 7. n. 68.* & affirmant Henriq. *d. §. 6.* † posse Episcopum in alterius diœcesi sine proprij Episcopi licentia dare subditis suis Tonsuram, benedictionem solemnem, & celebrare Missam de Pontificali; quia hi actus non pertinent ad iurisdictionem contentiosam cum 15 16

strepi

strepitu iudicij; de quibus Alzed. *d. part. 1. cap. 13. à num. 88.* Quoad clericalem Tonsuram tantum eius resolutionem non admitto, ex dictis suprà *alleg. 6. n. 15.*

19 Episcopus debet ad Confirmationem admittere omnem hominem baptizatum, siue sit infans, siue adultus, *cap. omnes fideles, de consecrat. distinct. 5.* D. Thom. *dict. quaest. 72. art. 8.* vbi Nugn. & Pisant. Nauarr. *in manual. cap. 22. num. 8.* Valent. *tom. 4. disp. 5. quaest. 2. puncto 2.* Chamerota *dict. tract. de Confirmation. cap 6. dub. 2.* Henriq. *dict lib. 3. cap. 5. §. 1. & 2.* Bonacin. *dict. disput. 3. quaest. vnic. puncto 4. num. 4.* Cardos. *d. verb. sacram. Confirmationis, num. 4.* Barth. ab Angelo *d. dialog. 3. §. 29.* Reginald. *dict. lib. 28. num. 22. & 23.* vbi quod Baptismo carens non est capax Confirmationis. Vtrùm autem possit ordinari qui non sit confirmatus? Dixi suprà *alleg. 11. post num. 6.* Olim confirmabantur infantes ante vsum rationis, quia nihil prohibebat dum essent infantes sumere arma, vt cum adoleuissent possint pugnare, quia susceptor pro eo profitetur, sicut in baptismo. Vnde confirmare infantes non est prohibitum etiam sine causa, Hurtado *de Sacrament. Confirmat. diff. 10.* Granado *de Sacram. in 3. part. controu. 5. tract. 2. disp. 2. n. 10.* nouissimè Diana *moral. resol. p. 5. tr. 3. resol. 31. in fine.* Magis tamen his nostris temporibus expedit, vt puer confirmetur illucescente rationis vsu, scilicet post septennium, quando gratia Sacramenti vti potest, & confiteri Fidem, & meminisse admonitionis, & alapae, & ne per incuriam iterum confirmetur, Victor. *de Sacram. num. 48.* Henriq *dict. lib 3. cap. 5. §. 2.* Petr. de Ledesma *d. cap. 7. vers. quinta conclusio* Chamerota *d. cap. 6. dub. 3.* Regin. *d. lib. 28. num. 23. vers. tertia,* Bonacina *vbi proximè, num. 5.* Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 54. num. 3.* vbi arbitratur, enim hodie malitia multum creuerit, & omnes confirmati describantur, posse pueros trium annorum confirmari, Layman. *in sum lib. 5. tract. 3. cap. 5. n. 2.* Villalob. *in sum tom. 1. tract. 6. diffic. 6. n. 1.* Diana *moral. resol. par. 3. tract. 4. resol. 19.* Zambran. *de casib. in art. mortis cap. 2. dub 5. n. 2.* vbi ait non expedire vt pueri communiter confirmentur ante septennium, nisi ante habeant vsum rationis, me citato *in hoc loco* Torreblanca *d. cap. 6. n. 31.*

18 Nihilominus tamen in infante rationis vsum non habente, cui Sacramentum Confirmationis confertur, loco dispositionis sufficit voluntas Christi, & Ecclesiae; adultus vero tenetur habere intentionem, vt in Baptismo, & accedere contritus, vel saltem se putare contritum, licet autem non sit praeceptum de Confessione praemittenda, quia *in cap. ieiuni, de consecrat. distinct. 5* dicitur, vt admoneatur, non autem praecipit: debet tamen esse in gratia, vel putare se esse in gratia, de quo Episcopus adultos praemonere debet antequam ministret. Ita Chamerot. *dict. cap. 6. dub. 1.* plures, quos refert, & sequitur Bonacina *dict. puncto 4. num. 7.* Zambtan. *de casib. in art. mortis cap. 2. dub. 5. num. 5.* Nauar. *de poenitent. distinct. 5. in princ. par. 3. in glos. num. 26.* Henriq. *dict. cap. 5. §. 6.* vbi etiam

19 asserit, quòd † si adultus recipiat cum peccato Confirmationem, reuiuiscit semper effectus, quantum ad Sacramentalem gratiam auxilij, & augmentum gratiae, quod fuit impeditum, reddirur remoto obice, & §. 7. resoluit Episcopum dum administrat debere esse sine conscientia peccati mortalis, & habere intentionem saltem virtualem.

20 Muti, & surdi possunt confirmari, quamuis enim ore non possint, vita tamen & opere valent Fidem

21 profiteri, Chamerot *d. cap. 6. dub. 3.* † Amentes quoque, si habent dilucida interualla, vel ante amen-

tiam petierunt, possunt licite Confirmari, etiamsi in mortis articulo existant, imò etiamsi sint perpetuò amentes, quia de illis est idem iudicium, quod de infantibus, Chamer. *d. c. 6. dub. 3.* Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 54. num. 4.* Henriq. *d. c. 6. §. 1.* Bonacina *d puncto 4. num. 6.* Zambran. *de casibus tempore mortis c. 2. dub. 5. num. 3.* Villal *in sum tom. 1. tract. 6. diffic. 6. num. 2.* Layman. *in Theolog moral lib. 5 tract. 3. c. 5. n. 3.* Filliuc. *ibi quaest moral. tom. 1. tract. 3. c. 2. n. 38.* Diana *d. p. 3. tract. 4 resol. 20.*

Forma Confirmationis sunt verba: *Consigno te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Referunt Cardos. *d. verb. Sacram. Confirmationis num. 3.* Valer. Reginald. *d lib. 28. cap. 3.* Diana *d p. 3. tract. 4. resol. 17.* Valent. *tom. 4. disp 5 q. 1. puncto 3.* Catechism. Pij V *p. 2. cap. 3. num. 10.* Torreblanca *d. cap. 6. num. 22.* Quae quidem expressio Sanctissimae Trinitatis est facienda de necessitate Sacramenti, nam si verba praedicta quoad sensum substantialem varientur, non valide conficietur Confirmationis Sacramentum. Ita D Thom. *d. quaest. 72 art. 4.* vbi Pesant. Emman. Sà *verb. Confirmatio, num. 1* o. Petr. de Ledesma *in summ part. 1. de Sacrament. Confirm cap 3. vers. tertera conclusion* Barthol. ab Angelo *d. dialogo 3. §. 17.* Henriq *dict. lib. 3. cap. 2. §. 4.* Chamerot. *d. tract. de Confirmat cap 7. dub. 1* Bonacina *dict. quaest. vnic. puncto 4. à num. 7.* Filliuc. *dict. tract. 3. cap. 1. num. 20.* Et cum prolatione eorum verborum debet omnino concurrere vnctio; nam si minister prius vngat, & postea proferat verba, aut prius proferat verba, & postea vngat, non fit Sacramentum, sicut in Baptismo, & extrema Vnctione; quoniam semper verba debent concurrere simul cum Vnctione, Nauar. *in man cap 22. num. 7. vers septimo,* Barthol. ab Angelo *d. dial. 3. §. 14.* Cardos. *d. verb. Sacram. Confirmationis n. 3.*

Vnguntur in fronte confirmandi Chrismate consecrato, ad indicandum huius Sacramenti effectum, qui est gratia collata ad audacter confitendum Christi nomen, cum enim frons sit sedes verecundiae, pat est vt Confirmandus in fronte inungatur, vt sine rubore, & verecundia Christi nomen confiteatur, & ideo de necessitate huius Sacramenti est in forma Crucis fieri vnctionem in fronte, Henriq. *d. lib. 3. cap. 2. §. 3.* Marc. Anton. Genuens. *d cap 54. n. 8.* Bonacin. *d. quaest. vnic. puncto 3. num. 8.* † Chrismato frons aliquo panno albo circumcingitur, ne recens vnctio defluat, aut deleatur, & septima die deponitur, & in Concil. Beluacen. relato *in cap. si quis voluerit 121. de consecrat. dist. 4.* dicitur, quòd † pannus Chrismalis, quo caput pueri in fronte per Episcopum, vel in vertice per Presbyterum circumcingitur, potest iterum super alium Chrismatum, aut baptizatum imponi, refert Durand. *in rationali diuin. lib. 6. c. 84. n. 9.* 23 24 25

Aduertit Diana *d. p. 3. tract. 4. resolut. 21. vers notandum,* non solùm necessarium esse necessitate praecepti quòd vnctio Confirmationis fiat manu immediate confirmantis in fronte sub signo Crucis, sed etiam necessarium esse necessitate Sacramenti. Item certum est obligati Episcopum sub praecepto vngere immediatè dextero pollice, quia ita praecipit Pontificale. Ita Zambran. *de casibus occurrent tempore mortis cap. 2. dub. 1. num. 1.* Laymann *in Theolog moral. lib. 5 tract. 3 cap. 2. num. 5.* Vnde Confirmationis Sacramentum immediate manu Episcopi esse conferendum, itavt sit nullum si conferatur medio alio instrumento, resoluunt Laymann. *d. n. 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib. 28. cap. 2. num 20.* Filliuc. *in quaest. moral. tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 17.* Diana *d. tract.*

tract. 4. *reſol.* 28. Quamuis Fernandez de Heredia *in diſputat. de Sacramento Confirmat. diſſ.* 5. *p.* 5. *dub. vnic. num.* 2. exiſtimauerit non pertinere ad neceſſitatem Sacramenti quòd vnctio fiat pollice dextero, vel ſiniſtro, vel alio digito, vel quouis alio inſtrumento ſiue coniuncto, ſiue ſeparato, &c.

26 Percutitur maxilla confirmati in ſignum, confirmatum forti, & inoicto animo debere ferre pericula imminentia propter Fidem, & vt ſe recordetur hoc Sacramento ſemel initiatum eſſe, ne iterum ad illud audeat accedere, Durand. *dict. cap.* 84. *num.* 6. Barthol. ab Angelo *d. dialogo* 3. §. 34. Chamerota *d. tract. de Confirmat. cap.* 7. *dub.* 4. plures alios refert Bonac. *d. quaſt. vnica puncto* 4. *num.* 9. vbi etiam reſoluit
27 † omiſſionem alapæ non videri peccatum mortale: idem tenet Zambran. *d. cap.* 2. *dub. vlt. num.* 1. vbi ſubdit etiam nullum eſſe peccatum mortale omittere cereum.

28 Quæſtio eſt, vtrùm is, qui bis Sacramentum Confirmationis contulerit, vel ſuſceperit, irregularitatem incurrat? In qua quæſt. gloſ. *in cap. dictum, de conſecration. diſt.* 5. cenſet irregularitatem contrahere, ſequuntur Nauar. *in manual. cap.* 27. *n.* 247. D. Antonin. *par.* 3. *tit.* 28. *c.* 6. Albert. Trot. *de vero, & perfecto Clerico, lib.* 2. *cap.* 14. *req.* 9. *in princ.* Maiol. *de irregular. lib.* 3. *cap.* 15. qui omnes id probari cenſent *in dict. cap. dictum*, quo loci apertiſſima eſt deciſio ſacramentum Baptiſmi, & Confirmationis iterati prohibens, pœnam debitam tranſgreſſoribus imponens, vnde cum ibi æqualiter prohibeatur Baptiſmi, &
29 Confirmationis Sacramentum iterari, & † iteratio Baptiſmi accedente culpa faciat irregularem rebaptizantem, & rebaptizatum, *cap. confirmandum,* 50. *diſt. cap. qui in qualibet* 1. *quaſt.* 7. *cap. ex litterarum, de apoſt.* Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 246. Couarr. *in Clementin. ſi furioſus part.* 1. *in princip. num.* 8. Maiol. *dict. lib.* 3. *cap.* 14. Vict. *de Baptiſmo, num.* 31. & 36. Vioald. *in candel. aureo tit. de Baptiſmo à num.* 45. Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 15. Zerol. *in praxi Epiſcop part.* 1. *verb irregularitas* §. 11. Cened *ad Decretum collect.* 63. *num.* 4 Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. irregularitas*, §. 11. Bonacina *de cenſuris diſp.* 7. *quaſt.* 3. *punct.* 3. *num.* 1. Chamerot. *tract.* 2. *de Baptiſmo dub.* 8. *pag.* 71. Valer. Reginald. *in praxi fori Pœnit lib.* 30. *num.* 173. & *ſeq.* optimè Ægid. de Coninch *de Sacrament. & cenſur. tom.* 2. *diſput.* 18. *dub.* 5. *à num.* 34. igitur mirum non eſt ſi quoad irregularitatem eadem fiat æquiparatio.

30 Verùm contrariam ſententiam, videlicet ex iteratione Confirmationis, tam conferentem, quàm accipientem non contrahere irregularitatem tenuerunt Couar. *dict. num.* 8. Valent. *tom.* 4. *diſput.* 5. *quaſt.* 1. *puncto* 4. *verſ. fin. & diſput.* 7. *quaſt.* 19. *puncto* 3. *ad fin.* Henriq. *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 4. §. 5. *in med.* Suar. *de cenſur diſputat.* 42. *ſect.* 4. *num.* 6. Auila *eod. tract. part.* 7. *diſp.* 7. *dub.* 5. Bonac. *dict. punct.* 3. *num.* 8. Salzed. *ad Bernard d cap* 15. *lit. B*, Zambran. *dict. cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 4. vbi expreſsè tenet quòd iterans etiam ex malitia Confirmationem non incurrit aliquam cenſuram, vel irregularitatem, licèt peccet mortaliter, & grauiſſimè. Nec obſtat inductio text. *in d. cap. dictum*; quia licèt ibi ſacramentum Baptiſmi, & Confirmationis iterati prohibeatur, non tamen inde ſequitur, quod eadem pœna irregularitatis, quæ Baptiſmum repetenti infligitur, imponatur Confirmationem iteranti, cum argumentum à ſimili non valeat in pœnis, præſertim in irregularitate, quæ non contrahitur, niſi in caſibus à Iure expreſſis, *cap. is, qui. de ſentent excomm. lib.* 6.

31 Cætera de ſacramento Confirmationis, & omnia, quæ in materia deſiderari poſſunt, tractarunt Theologi cum Magiſt. *in* 4. *diſtinct.* 7. D. Thom. *part.* 3. *quaſt.* 72. Syluest. Angel. Tabien. & alij Summiſtæ *verb. Confirmatio*, Petr. Sot. *de inſtit. Sacerd. verb. Confirmatio, in duplici lect.* Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 10. Nauar. *in man. cap.* 22. *à num.* 8. Angl. *in florib. Theologicis part.* 1. *tit. de Confirmat.* Marc. Anton. Cuch. *lib.* 5. *inſtit. maior. tit.* 3. *de Confirm.* Petr. Gregor. *ſyntagm. Iuris lib.* 2. *cap.* 15. Durand. *in rationale Diuin. lib.* 6. *cap.* 84. Alphonſ. Aloarez *in ſpeculo Iuris Pontificij, cap.* 50. *tit. de Confirmat. pag.* 179. Ioan. Maldonat. *in tract. de Confirmat.* Galganet. *de Iure publico lib.* 3. *tit.* 86. Fernandez *in examine Theologia moralis part.* 2. *cap.* 3. Molfeſ. *in ſum. moralis Theologia tract.* 4. *cap.* 2. Filliuc. *quaſt. moral. tom. . tract.* 3. Viuald. *in candel. aureo tit. de Confirmat.* Maiol *lib.* 4. *de irregular. cap.* 12. Cardin. Bellarmin. *lib. vnic. de ſacrament. Confirmat.* Henriq. *in ſumm. lib.* 3. *de Confirm.* Suar. *de Sacrament. diſp.* 32. *cum ſequentib.* Barthol. ab Angelo *in examine Confeſſ. dialogo* 3. Petr. de Ledeſm. *in ſumm. part.* 1. *de ſacrament. Confirmat.* Marc. Anton. Genoenſ. *in manuali Paſtorum, cap.* 54. Chamerota *de ſeptem Eccleſia Sacram tract.* 3. *de Confirmat.* Ægid. de Conioch *de Sacr. q.* 72. Fernandez de Heredia *in diſput. mixt. vbi de ſacram. Confeſſ.* Zambran. *de caſibus occurrentibus in articulo mortis, c.* 2. *de Confirmat.* Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Chriſma*, Cardoſ. *in praxi iudic. verb. ſacramentum Confirmat.* Piaſec. *in ſimili praxi Epiſcop. p.* 1. *cap.* 3. *de Confirmat.* Bonacin. *de Sacrament. diſp.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori Pœnit. lib.* 28. Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi. c.* 26. Torreblanca *in pract. Iur. ſpiritualis lib.* 2. *c.* 6. *per tot.*

Sicut qui baptizatur ſuſceptores habet ad eum 32
erudiendum in Fide, *cap. vos ante omnia, de conſecrat. diſt.* 4 ex D. Auguſtino *ſerm.* 215. *de temp.* ita confirmandus cum in Chriſmate conſcribatur in pugna, magiſtro militiæ eget; nam ſi qui gladiatoriam dimicationem ſubeant, alicuius indigent, cuius ope, & conſilio ducantur, qui ictibus ac petitionibus ſaluis ipſis conficere aduerſarium poſſint: quantò magis fideles cum ſacramento Confirmationis, quaſi firmiſſimis armis tecti, ac muniti in ſpirituale certamen, cui æterna ſalus propoſita eſt, deſcendunt, ducis ac monitoris indigebunt? Hæc in Catechiſmo Concilij Trident. *ad Parochos.* Obligatio autem inſtruendi confirmatum non contrahit patrinus, quia Iure ſtatutum non reperitur, ſicut in patrino Baptiſmi, Layman *in Theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 3. *c.* 6. *num.* 1. Diana *d p.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 21. *in princ.*

Huiuſmodi tamen ſuſceptores non ſunt de eſ- 33
ſentia Sacramenti, Sot. *in* 4. *diſtinct.* 7. *quaſt. vnic. art.* 10. & *vltim.* Sylueſt. *verb. Confirmatio, quaſt. vnic.* Cardoſ. *d. verb. Sacram. Confirmationis, num.* 6. peccaret tamen ſi quis ſuſcipere eos omitteret, Chamerot. *d. tract. de Confirmation. cap.* 7. *dub.* 2. *in princip.* Eſt enim obligatio ſub mortali adhibendi patrinum in Confirmatione, vnde peccabit mortaliter tam confirmatus, quàm confirmans ſi id omittatur, niſi ignorantia excuſet, Petr. de Ledeſma *d. tract. de Confirmat. cap. vlt. concl.* 2. Zambran. *de caſibus in art. mortis, c.* 2. *dub.* 6. *n.* 2.

Diligenter ſemper fuit obſeruatum, ne quempiam 34
de fonte ſuſciperet, niſi qui baptizatus eſſet, neque in ſacramento Confirmationis, niſi Chriſmate etiam vnctus; quod adeò verum eſt, vt ſi non baptizatus, vel non confirmatus teneat, inualidè fiat, hoc eſt, nulla inde contrahatur cognatio, quia ſicut ad carnalem cognationem inter aliquos deſideratur proceſſio vtriuſque ab eodem ſtipite, ſecundum carnalem propagationem; ita ad ſpiritualem exigitur

exigitur processio vtriusque ab eodem stipite, nempe Christo, secundum spiritualem regenerationem, mediante visibili sacramento Baptismi, tum quia cum cognatio hæc sit ex mere Ecclesiæ instituto, nequit ab infidelibus contrahi, vtpote qui Ecclesiæ legibus minimè subduntur. Ita probat text. *in cap. in baptismate, de consecrat. distinct.* 4. & resoluunt Nauarr. *in manual. cap.* 22. *num.* 36. *& conf.* 3. *num.* 1. *sub tit. de Baptismo, in* 1. *edit. & consil.* 1. *num.* 1. *de cognation. spirit. in* 2. *edit.* plures refert DD. Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 60. *num.* 7 *&* 20. quibus adde Zambran. *d. cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 3. Rebell. *de obligation. iustit. part.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 6. *num.* 6. *&* 7. Henriq. *in summ. lib.* 12. *cap.* 3. §. 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 21. *num.* 157. Coninch *de Sacrament. & censur. tom.* 2. *disp.* 32, *num.* 25. Fr. Basil. Pont. *de impedimentis matrim. cap.* 24. §. 1. *vers. illud tamen*, Bonacina *de magno Matrimonij sacramento, quæst.* 5. *puncto* 5. §. 2. *num.* 19. Ioan. Sanc. *in selectis disputat. disp.* 40. *num.* 14. *&* 18. vbi *num.* 15. subdit catechumenum esse etiam cognationis spiritualis incapacem, & *num.* 16. extendit, vt nec etiam quamuis postea baptizentur, contrahant infidelis, & catechumenus cognationem spiritualem cum baptizato. Diana *d. part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 21. *vers. secundo*, vbi *resol.* 26. tenet quòd confirmatus suscipiens in confirmatione puerum, non contrahit cum illo eiusque parentibus cognationem spiritualem.

35 Hinc resoluentes fidelem baptizantem, vel confirmantem filium infidelis non contrahere cognationem cum patre, vel matre infideli; nam infidelis illam non contrahit, ergo nec illam contrahit fidelis; cognatio enim est veluti quædam relatio, quæ non ponitur in vno subiecto, nisi adsit terminus illius, infidelis autem non est terminus huius relationis: hæreticus tamen cum baptizatus, & subiectus sit Ecclesiæ, suscipiendo, vel baptizando, cognationem contrahit, Sanch. *d. disp.* 60. *n.* 2. Bonacin. *d.* §. 2. *n.* 22. Reginald. *d. lib.* 31. *n.* 157. Posseuin. *de offic. Cur. c.* 6. *n.* 27. latè Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 2. *c.* 4.

3 Exclusi etiam ab eo munere sunt Abbates, & Monachi, quia præcipitur ne commatres spirituales habeant in Concil. Antisiodorensi *cap.* 15. relato *in cap. non liceat, de Consecrat. distinct.* 4. dummodo qui confirmatur non sint etiam Religiosi: quia tamen in illo text. nullum est verbum irritans factum, veri susceptores erunt, & subinde contrahent spiritualem cognationem, quamuis peccent mortaliter suscipiendo contra prohibitionem sibi impositam. Ita Galleg. *de cognat. spirit. cap.* 9. *in fine*, & multi, quos refert, & sequitur Sanch. *d. disput.* 60. *num.* 21. quibus addo Posseuin. *d. cap.* 6. *num.* 27. *vers. secundo.* Galet. *in margarita casuum conscien. verb. Religiosus, pag.* 225. *in fine*, Rebell. *dict. quæst.* 6. *num.* 10. Reginald. *dict. lib.* 31. *num.* 157. *versic. quarto*, Bonacina *dict.* §. 2. *num* 23. Fr.

37 Basil. Pont. *vbi proximè, vers. exclusi*, vbi subdit † pœnitentes publicos, donec peracta pœnitentia reconcilientur, repulsos esse à susceptione in Concil. Paris. *lib.* 1. *cap.* 54 quamuis ipse ibi malè existimet prædictos omnes si forte susciperent, nullam contrahere cognationem.

38 Pueri cuiuscunque ætatis possunt esse susceptores legitimi, & contrahunt cognationem suscipiendo, modo habeant vsum rationis; imò & ipsi infantes, qui doli capaces sunt intra primum septennium, & iudicium sufficiens ad peccandum mortaliter habentes, si quos in Baptismo, vel Confirmatione teneant, cum eisdem spiritualem cognationem contrahunt. Ita Henriq. *d. lib.* 12. *cap.* 11. §. 2. *ad finem.* Petr. de Ledesma *in sum. part.* 1 *tractat. de sacrament.*

Matrim. cap. 17. *conclus.* 7. *dub.* 3. Sayr. *in floribus decision. sub tit. de cognitione spirituali decis.* 1. Posseuin. *d. cap.* 6. *num.* 29. Sanchez *dict. lib.* 7. *disput.* 61. *num* 4. Bonacin. *dict.* §. 2. *num.* 17. † Nec refert an patrinus 39
sit minor baptizato, quia non requiritur, vt sit maior, Petr. de Ledesma *d. concl.* 7. *dub.* 2. Sayr. *sub d. tit. de cognation. spiritual. decis.* 3. Contra Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 1224. *in fine.*

At de susceptorum numero institutum fuit, vt 40
vnus tantum esset, Leo I. *in cap. non plures, de consecrat. dist.* 4. *& in cap. vltim. de cognat. spirit. in* 6. & in Concil. Moguntino sub Paulo III. statutum fuit, vt non plures quàm vnus patrinus adhiberetur, quia ex impedimentis cognationum spiritualium pericula, & difficultates non rarò solent euenire; & Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 2. vnum tantum iuxta prisca Canonum statuta adhiberi patrinum voluit, vel ad summum duos, scilicet, vnum virum, vnámque fœminam, Posseuin. *d. c.* 6. *n.* 33. † Nec Episcopus 41
potest dispensare, vt duo viri, vel duæ fœminæ simul suscipiant, cum super Conciliari Constitut. dispensandi potestatem non habeat. Ita decisum refertur Zerola *in praxi Episcop part.* 1. *verb. Baptismus*, §. 4 Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 57. *n.* 7. Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *in appendice ad lib.* 4. *num.* 89. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 154. Bonacin. *d.* §. 2. *n.* 33. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de matrimon. in declarat. num.* 75. vbi *num.* 80. decisum etiam refert, quòd † vnus procurator, qui sit viri, & alter, qui sit 42
procurator mulieris, baptizatum de Sacro fonte suscipere possunt, sed non duo viri, nec duæ mulieres; vnusquisque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri.

Sed dubitari potest an Concil. Trident. *dict. loco* 43
disponens ad summum duos patrinos in Baptismo esse adhibendos, vnum scilicet virum, vnamque fœminam, procedat in Confirmatione? Pro parte negatiua facit, quia *in d. c. vltim. de cognation. spirit. in* 6. dicitur, vt vnus tantum patrinus in Baptismo possit adhiberi, & in fine dicit, quod de Confirmatione, quantum ad hoc idem iudicium est habendum: at Concil. de solo Baptismi patrino loquitur, & ideo cum sit correctorium Iuris antiqui *in dict. cap. vltim.* debet restringi, nec ampliari potest vltra terminos, in quibus loquitur. Quamuis idem omnino voluisse Trident. quoad omnia statuere, in patrino Confirmationis, & totum dictum, *cap. vltim*, per illud restringi teneant Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 11. Sanchez *d. lib.* 7. *disp.* 57. *n.* 9.

Transgressio huius præcepti adhibendo plures 44
patrinos, est peccatum mortale; quia præceptum Ecclesiæ in re magni momenti violatur, ex cuius transgressione multiplicantur cognationes sufficientes ad dirimendum matrimonium. Ita Fr. Emman. *in summ p.* 1. *cap.* 226. *n.* 1. Veg. *p.* 1. *cap.* 33. *casu* 39. Bonacina *d.* §. 2. *num.* 32. & ita dicit decisum Armendariz *d. loco n.* 84. quamuis Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 57. *n.* 6. contrarium teneant.

Si tamen plures duobus suscipiant baptizatum 45
de Baptismo, cum omnibus cognatio contrahitur; etsi enim actus contra legem factus regulariter non valeat, *l. non dubium, C. de legib.* excipitur tamen, vbi lex actum non tollit, & pœnam extrinsecam addit, quæ potest cum actus valore consistere, & valor actus non respicit fauorem eius, cui pœna imponitur, vt dicit Bart. communiter receptus *in l. Prætor ait num.* 3. *ff. de noui operis nunt.* & ita est in nostro casu, non tollit enim actum, sed ponit pœnam Parocho admittendi plures duobus, & valor actus non pertinet ad fauorem Parochi, sed suscepti, quo fun-

damento hanc sententiam tenet Vgolin. *de potestate Episcopi cap.25.§.1 num.5.* sequitur Sayr. *decis.4. de cogn. spirit.* dicit decisum Armendar. *vbi proximè num.82.*

47 Ad parentes pertinet patrinos designare, vel illis non designantibus ad Parochos, Posseuin. *d. c. 6. num 33.* Bonacina *d.§. 2. num.27.* & patet ex Concil. Tridentin. *citato loco.* Et requiritur contractus, itavt eo deficiente compaternitas non contrahatur: qui enim tantummodo assistit baptizato, vel Confirmato, ipsúmque non tangit, vel tangit tantum extremitate digiti, non contrahit cognationem, eo quod vere non dicatur tenere, vel suscipere. Ita Henriq. *lib. 22.c.11.§.3.* Verall *decis.164. par.1.* Reginald. *d.lib.31. num.151.* Sanch. *d.lib.7.d sp.56.num.5.* Bonacina *d.§.2. num.14.* Mar. Anton. *variar.lib. 1. resolut. fin. casu 33.*
48 dicit decisum Armendariz *dict.loco num.83.* † Si verò nullus specialiter designatus est patrinus, ex negligentia, aut obliuione parentum, seu Parochi, & multi simul tenendo tangerent baptizatum, aut de fonte hi æquè susciperent, omnes fiunt cognati, quia antiquo iure *cap. vltim. de cognat. spirit. in 6.* omnes contrahebant cognationem tangendo simul, cui standum est, quando aliud non decernitur Iure nouo Concilij Tridentin. ex text. *in l. præcipimus C. de appellat.* Ita Nauar. *in man cap. 22. num. 39.* Iacob. de Graffiis *in decis. aureis part. 1. lib. 2. cap. 85. num. 4.* Petr. de Ledesma *de Matrimonio. quæst. 65. art. 3. versic. est aliud dubium annexum, & in summ. part. 1 de Sacrament. Matrimonij cap.17. conclus.6. dub. 2.* Viuald. *in candelab. aureo tit. de impedimen. matrimonij num. 5. vers. cognatio spiritualis,* Henriquez *dict. §.3* Coninch *tom 2. quæst.32. num.37.* & pro hac opinione decisum referunt Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. lib 3. q.6. num.5. & in append ad lib.4. num.95.* Regin. *d lib.31. n.152. versic. secundum,* Bonacina *d.§.2. n.24.* Quamuis contrarium teneant Gallec. Vega, Fr. Emman. & Sayr. quos referunt, & sequuntur Sanchez *d.lib.7. disput.67. num 12.* & Gutier. *de matrim. cap.100. num.7.*

49 Quæstio est controuersa, an cognatio spiritualis possit contrahi per procuratorem? In qua tenet vna sententia non posse hanc cognationem spiritualem contrahi per actionem procuratoris, quia requirunt actionem personalem, & præsentiam actualem patrini, Iura de hoc loquentia, vt demonstrant text. *in cap. de his 30. quæst. 1.* in hæc verba. *De his, qui filiastros suos ad Confirmationem coram Episcopo tenent, id est, qui filios vxoris suæ, dum chrismantur super se sustinent, & in cap. ad limina, eadem causa, & quæst.* ibi. *eumque ipse propriis manibus retinendo suscepit.* Quare ita resoluunt Franc. Marc. *decis. 830. num. 8. part. 2.* Galleg. *de cognat. spirit cap. 13. num. 14.* Henriq *dict. lib.12. cap.11. num vltim.* Couarru. *de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 4. num.6.* Veg. *tom. 1. summ. cap.33. casu 44.* Fr. Emman. *tom.1. summ. cap. 226. num. 9.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 2. cap. 12.* paulò post *princip.* Candelabr. aur. *part. 1.* vbi *de matrimon. num. 160.* Posseuin. *d cap. 6. num.27. versic. quarto,* Reginald. *d. lib.31. num. 156.* Rebell. *d. lib.3. quæst.6. n.12.* Sanch. *d.lib.7. disp. 59. num.4.* vbi in hanc sententiam refert multos Doctores.

50 At de consuetudine vniuersali verum est dicere cognationem contrahi à mittente, non verò à procuratore, quia quæ agit procurator, non agit proprio nomine, sed nomine mittentis: tum quia mittens fuit designatus, non verò procurator, & de hac consuetudine, secundum quam decidisse *Sacram Cardinal. Congregat.* testantur Sà *verb matrimonium, tit. de impedimentis matrimonij, num.5.* Rebel. *dict. lib. 3. quæst.6. num.12.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. fin. casu 25.* Coninch *disp.42. num.40.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.2. cap.9. num.63. cum sequentib.* Bonacina *dict. §. 4. num. 34. vers. sed mihi*, Armendariz *dict. loco num.75.* & ita etiam censuisse *Sacram Rotam Romanam* referunt Veral. *decis.147. p.3.* Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. cognatio,* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. resolut.630. in 2. edit.*

Aduertendum est maximè, quòd patrinus in 51
Confirmatione debet esse alius ab eo, qui tenuit in
Catechismo, vel Baptismo secundum consuetudinem Ecclesiæ Romæ, *cap. in Catechismo, de consecr. distinct.4.* Chamerota *d. tract. de Confirm. cap.7. dub. 2. vers. debet.* Diana *d. part. 3. tract.4. resol.21. vers. tertio,* Zambran. *de casibus in artic. mortis, cap.2. dub.6. num. 1.*
† Et quamuis vnos non possit tenere vltra duos ea- 52
dem die Confirmationis, vt in Pontificali; tamen quando verè constat volentem tenere esse aliquem virum probum, maximè Curatum, aut senem, in quo, iudicio Episcopi, cessat præsumpta malitia, & voluntas contrahendi cum filia spirituali, vel eius matre propter imparem conditionem, non peccabit Episcopus si permittat tenere vltra duos. Ita resoluit Marc. Anton. Genuens. *in man. Pastorum, c.54. num.6.*

Cùm ergo susceptores patrum vicem gererent, 53
& susceptos pro filiis haberent, nec minori charitatis vinculo inter se coniungerentur, vt dixit Nicol. I. *in cap. ita diligere 30. quæst.1.* meritò constituit Ecclesia vinculum cognationis interuenire, atque adeò ad matrimonium impedimentum esse decreuit nouè Concil. Trid. *cap. 2.* dum constituit in Baptismo cognationem contrahi inter patrinos, & baptizatum ipsum, & illius patrem, ac matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique pa-
trem, ac matrem. † Et in Confirmatione confirman- 54
tem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem non egredi similiter statutum est, Chamer. *vbi proximè, vers. tertio dico.* Cardus. *dict. verb. Sacram. Confirmationis, num.7.* Et huiusmodi parentes debere esse carnales, quamuis illegitimos resoluunt Gallec. *de cognat. spirit. d. cap.7. num.12.* Sanch. *d. lib.7. disput.54. num.16.* Reginal. *d. lib.31. num.150. vers. cæterùm*, me citato *in hoc loco* Torreblanca *dict. cap.6. num 33.*

Ex quibus consequens est cognationem spiritua- 55
lem non contrahi inter ipsosmet patrinos, veluti si vir, & fœmina sint simul patrini, quia non impediuntur inter se coniungi. Ita Lud. Lop. *in instruct. conscient. part.2. cap.51. de matr. colum.2.* Gallec. *cap.9. num.8.* Veg. *tom.1. sum cap.33. casu 40.* Galer. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Matrimonium, pag. 165. colum.1.* Nugn *p.3. q.67. art.8. versus finem,* Sanch. *dict. lib.7. disp.54. num 12.* Reginald. *d. lib.31. n.150.* Bonacina *d.§.2. num.4.* Armendariz *vbi proximè n 84.*

Hinc etiam prouenit huiusmodi cognationem 56
spiritualem à viro contractam, eo quòd aliquem tenuerit in Baptismo, vel Confirmatione, non transfundi ad vxorem, vel è contra, vt resoluunt Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.7. cap.4. num.5.* Matiens. *in rub. titul. 1. glos.1 num.168. lib.5. noua Recop.* Henriq. *dict. lib.12. c.10. §.2.* post Petr. Ledesm. Suar. Fr. Emman. & alios Sanch, *dict. lib.7. disput.54. num.11.* Reginald. *dict. lib. 31. num.149.* Coninch *tom.2. disputat.32. num.24. vers. inter fœminam*, Armendariz *dict. num. 84.* vbi refert decisum hanc cognationem non contrahi inter baptizatum, & coniuges, & concubinos, vel concubinas leuantis.

Vnde fit virum, & vxorem minimè peccare sus- 57
cipientes alienum puerum in Baptismo, vt optimè tenent Nauar. *in man. cap. 22. num. 39.* Armend. *dict. num.84.*

*num.*84.Sanchez *dict. lib.*7. *disp.* 57. *num.*5. Bonac. *d.* §.2.*num.*5.

58 Et potest patrinus matrimonium contrahere cum ea, cum qua simul alienum filium suscepit, vt declarauit Pius V. *in sua Bulla*, incip. *Cum illius vicem, edita* 4.*Kal. Decembris, an.*1566. & post Fr.Emman. ac Nugn. ita resoluunt Sanch.*d.lib.*7.*disp.*54. *num.*11. Bonacina *d.*§.2.*num.*6.

ALLEGATIO XXXI.

Episcopus sancta olea qualiter consecrare debeat?

SVMMARIVM.

1 *Oleum sanctum trina diuersitate consecratur.*
2 *Confirmationis Chrisma conficitur ex oleo oliuarum admixto balsamo cuiuscumque loci sit, benedicto ab Episcopo consecrato.*
3 *Oleum oliuarum est essentiale huic Sacramento Confirmationis, balsamum vero accidentarium.*
4 *Chrisma quod est Confirmationis materia, necessario benedicendum est ab Episcopo, non à simplici Sacerdote.*
5 *Chrisma de necessitate pracepti debet fieri illo anno in die Cœna Domini, quia peccabit Episcopus si ex veteri confirmet.*
6 *Oleum Catechumenorum quale?*
7 *Reges ab Episcopis in suis Regnis hoc sancto oleo Vnctionem accipiunt.*
8 *Oleum, quo vnguntur Reges quid significet?*
9 *Gothorum Reges vngebantur.*
10 *Hispania, Nauarra, Aragonia, & Sicilia Reges vngebantur.*
11 *Francia Reges peculiari priuilegio oleo è Cœlo dimisso vnguntur.*
12 *Pontifices caput Chrismate consecratur, brachium verò Principis oleo delinitur.*
13 *Oleum infirmorum ab Episcopo benedictum est materia remota sacramenti Vnctionis.*
14 *Oleum, & Chrisma de consensu Summi Pontificis an possit à simplici Sacerdote consecrari?*
15 *Oleum oliuarum est materia sufficiens sacramenti Vnctionis, etiamsi benedictum sit ab Episcopo alia benedictione.*
16 *Extrema Vnctionis sacramentum validè non confertur, si aliud oleum per errorem adhibeatur prater oleum infirmorum.*
17 *Chrisma, & olea singulis annis confici debent, & peccabit Parochus si oleum alterius anni adhibeat, non data necessitate.*
18 *Dignum magis attrahit ad se minus dignum.*
19 *Episcopus si absens sit, vel Episcopalis Sedes eo tempore vacet, quo hac olea benedici debent, vicinior est petendus, vt ea consecret.*
20 *Exempti subiiciuntur Episcopo in illis omnibus, qua sunt Ordinis Episcopalis, nempè in petitione Chrismatis, &c.*
21 *Olei ratione nihil pro Chrismate recipi potest.*
22 *Baptismi sacramentum, tam paruulis, quàm adultis tempore interdicti administratur, benedicto fonte, & patrinis adhibitis.*
23 *Confirmationis sacramentum licitè, solemniter, & publicè tempore interdicti celebratur.*
24 *Chrisma tamen clausis ianuis consecrandum.*
25 *Contrarium verius.*
26 *Episcopus peccator si consecret Chrisma, aut oleum infirmorum, peccat mortaliter.*



OLEVM sanctum sua trina diuersitate consecratur; *aliud*, quod vocatur Chrisma ex oleo oliuarum, & balsamo, cuius mixturæ mysterium explicatur *in cap. vni. de sacra Vnctione.* Hoc vnguntur baptizati in vertice, & fronte, Ecclesiæ, Altaria, Calix, Patena, Fons baptismalis, Episcopus, dum consecratur, in capite, & in manibus, & Confirmandi. *Aliud* dicitur oleum Catechumenorum ex oleo oliuarum, solo hoc vnguntur baptizati inter scapulas, & in pectore, Ecclesia, Altare ante chrismationem, Sacerdotis manus, Reges, & Principes in brachio, & humero. *Tertium*, est oleum infirmorum, quo vnguntur infirmi, ex primæua institutione Ecclesiæ, de qua *in Epistol. Can. Iacobi Apost. Infirmatur quis ex vobis, inducat Presbyteros Ecclesia, & orent super eum, vngentes eum oleo*, &c. De hac triplici olei consecratione, & de eius proprietate, latè agit Durand. *in rationali diuinorum lib.* 6. *cap.* 74. Camil.Borrel. *de præstantia Regis Catholici cap.*49.*n.*6. *cum seqq.* 1

Confirmationis Chrisma (quod attinet ad primum oleum sanctum, de quo supra) conficitur ex oleo oliuarum admixto balsamo, cuiuscuoque loci sit, benedicto ab Episcopo consecrato: vt colligitur ex Concil.Trident. *sess* 7. *can.*2. *de Confirmatione*, comprobant Tolet. *in summ. lib.*2. *cap.*24. *num.*2. Nauar. *in man. cap.*22. *num* 8. Syluest. *verb. Confirmatio, num.*2. Sot. *in* 4. *distinct.*7. *quæst.*1. *art.*2. Victor. *de Sacrament. conclus.*40. Viuald. *in candelabro aureo sub tit. de Confirmat. cap.*2. *num.*1. Graf. *in decis. aureis part.*3. *lib.*1. *cap.*5. *num.*16. Sayr. *de Sacrament. in genere lib.*1. *cap.*3. *quæst. vni. art.* 3. *vers. de Confirmat.* Bellarmio, *in controuers. Catholicis lib. de Confirmat. cap.*8. Nugn.3. *part. quæst.* 72. *art.*3. vbi Coninch *num* 29. & 30. Suar. *tom.*3. *disp.* 33. *sect.*1. & 2. Barthol. ab Angelo *de Sacram. dialog.* 3. §.4. Azor. *instit. moral part* 1. *lib.*2. *cap.*9. *colum.*106 & 108. & *part.*2. *lib.*5. *cap.*1. *quæst.*4. *colum.*520. Chamerota *de Sacramen. tractat.*3. *de confirmat. cap.*2. *de materia Confirmat pag.*112. Cardos. *in praxi Iudicum verb. sacrament. Confirmationis num.*2. 2

Oleum oliuarum est essentiale huic Sacramento, balsamum verò est accidentarium, vt probatur ex c. *Pastoralis, de Sacrament. non iter.* vbi interrogatus Innoc. III. quid esset agendum de quodam Confirmato oleo tantùm, respondit non esse iterandum, sed cautè supplendum, si quid deesset; ergo si illud fuit Sacramentum sine balsamo, certum est balsamum non esse de necessitate Sacramenti. Ita Angl. *de Confirmat. art.*12. *conclus.*1. Valent. *tom.*4. *disp.* 5. *quæst.*1. *puncto* 1. *vers. quæstio est autem.* Nauarr. *cap.*22. *num.*8. & *cons. vnico de sacra Vnct. n.* 4. & 8. Sayr. *decis. vni. eod. tit.* Sà *verb. Confirmat. num.*7. Chamer. *vbi suprà dub.* 2. Cardos. *d. verb. sacram Confirmationis num.* 2. Valer.Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 28. *cap.* 2. *num.*7. Philiarch. *de officio Sacerd. tom.*1. *part.*2. *lib.*1. *cap.*11. Fernandez *in examine Theolog moral. part.*3. *cap.*3. §.2. Licèt contrariam sententiam, nempe Chrisma ex oleo & balsamo compositum esse materiam, & de essentia Confirmationis existimauerint Zambran. *de casibus temp. mortis c.*1. *n.*2. Fernand. de Heredia *in disp. mixtis de sacram. Conf. dist.*5. *p.*3. *dub* 1. *concl.*1 Layman. *in Theol. mor. lib.*5. *tract.*3. *cap.*2. *num.*1. Villalob. *in summ. tom.*1. *tract.*6. *diffic.*2. *num.*2. 3

Chrisma hoc, quod est materia Confirmationis, necessariò benedicendum est ab Episcopo, non à simplici Sacerdote, D. Thom.3. *part. quæst.*72. *art.*2. Viuald. *dict. cap.*2. *num* 4. & 5. Valen. *tom.*4. *disput.* 5. *quæst.*2. *puncto* 2. *ad finem.* Francisc. de Pitigianis *distinct.*7. *q.*1. *art.*4. *concl.*2. Nugn. *in* 3. *partem D. Thomæ* 4

quæst.72 art.3. difficult.4. vbi Coninch num.43. Chameroi dict. cap.2. dub.3. & 5. Suar. dict. disput.33. sect.2. Bartholom. ad Angel. dict. dialog.3. §.12. Alzed. dict. part.2. cap.4. num.7. An Papa possit committere simplici Sacerdoti consecrationem Chrismatis, quod est materia Confirmationis, vide alleg. præced. n.6.

5 De necessitate præcepti est, vt Chrisma confectum sit illo anno in die Cœnæ Domini, cap. si quis, de consecrat. distinct.4. cap. omni tempore, eadem distinct. D. Anton. 3. part. art.14. cap.14. §.2. Barthol. ab Angelo dict. dial.3. §.82. Cardos. dict. verb. sacram. Confirmationis num 8. Reginal. dict. lib.28. cap.2. num.8. in fine Alzedo dict. part.2. cap.4. num.16. vbi num.15. ait quòd non licet Episcopo Chrisma conficere nisi Missam celebret, & num.17. post Fr. Emman. in summ. tom.4. cap. 67. num. 14. quòd non peccat mort. Episcopus etiamsi Chrisma consecret in peccato existens, sed peccabit ex eo, quia Missam celebrat. Et si Episcopus habeat duos Episcopatus vnitos, & propinquos, debet vno anno celebrare in vna Ecclesia in die Cœnæ Domini, & ibi Chrisma conficere, & altero anno in alia, & sic alternatis annis hoc officium exercere, & Chrisma de vna Ecclesia in aliam transmittere, vt frequenter solet fieri, iuxta cap. te referente, 12. vbi Hostiens. ante finem; Butr. & Abb. in fine, de celebrat. Missarum, ita illis citatis refert Steph. Grat. discept. forens. tom. 4. disput.655. num.74. qui post hæc scripta ad manus meas peruenit, & me citato in hoc loco Alzedo dict. part.2. cap.4. num.19. Peccabit autem Episcopus si confirmet ex veteri Chrismate, & non ex nouo illius anni. Ita post Soar. tenet Marc. Anton. Genuens. in man Pastorum cap. 54. num.9.

6 Oleum Catechumenorum (quod pertinet ad secundum oleum sanctum, de quo supra) est illud, quo pueri baptizandi vnguntur in pectore, scapulis, manusque Presbyterorum, cùm ad Sacerdotium promouentur, quod etiam seruit ad consecrationem Ecclesiæ, vel Altaris. In pectore enim cum inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, vt nihil mali latentis inimici in eo remaneat, sed mens eius consortetur in Fide Sanctæ Trinitatis, & in scapulis, vt vndique muniatur per Dei gratiam ad bona opera facienda. Durand. in ration. diuin. lib.6. cap.74. num.21. Fusch. de visit. lib.1.
7 cap. 6. num. 4. † Adhibetur etiam ad vnctionem Regum, & Principum: hi enim vnctionem accipiunt ab Episcopis in suis Regnis, vt decidit Innocent. III. in cap. 1. §. vnde, de sacra Vnctione, Selua de beneficiis prima part. quæst.5. num.164. & 165. Gregor. l.13 glos.1. tit.4. part.1. Petr. Alphons. de Vasconcel. in harmonia rubricar. sub rubric. de sacra Vnctione num. 9. Fusch. dict. cap.6. num.5. Azor. instit. moral. part.2. lib.10. cap.5.
8 quæst.2. & 3. † Significationes autem Vnctionis retulit Augustinus de Ancona de potestate Papæ quæst. 38. art.2. Castald. de Imperatore quæst.27. nam oleum, quo vnguntur, significat lætitiam, & promptitudinem ad debellandum inimicos Ecclesiæ, & pugnandum pro Fide ad consequendum victoriam. Vnde intelligi potest illud Ps.44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, oleum enim dicitur lætitiæ, quia hoc significat oleo iniungi, vt ostendatur lætitia qua ingreditur in campum certaminis ad victoriam. Item & quia per oleum nitor conscientiæ designatur, iuxta Matth.25 prudentes Virgines acceperunt oleum in vasis suis: & refertur in cap.1. §.1. de sacr. Vnctione, Durand. dict. cap.74 num.10. & refert D. Thom. 3. part. summ. quæst 108. art.3. in addit. quòd sicut cap.10. Actuum Apostol. dicitur de Christo, quòd prædicauit Ioannes Iesum a Nazareth quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute; & sicut Christus, idest, Vnctus appellatur Dominus noster Iesus, ita Reges iniunguntur, consecrantur, & coronantur, vt intelligant à Christo Vncto potestatem habere, & in eo regnare, quod declarat Innocentius antiquus in cap. venerabilem, de elect.

Ius vngendi, omnibus Regibus Christianis ge- 9
nerale est, nec quod de aliquibus peculiariter scribitur, ius aliis adimit: sed tantum de illis fit mentio, qui vnguntur à Papa, quia sunt Vasalli Ecclesiæ, iuxta ea, quæ notant Doctores per tex. ibi in cap. intelleximus, de iureiur. & citati ad Matt. Laoden. quæst.23. de Princip. & à Restauro Castaldo de Imperat. quæst.19. num.6. & quæst. 36. num. 10. nouissimè D. Roder. à Dunha de Primatu Eccles. Bracharen. cap. 36. num. 1. Alex. Patrit. de iustit. armorum & fœderum Regis Galliæ lib.1. cap.9. vbi probat vnctionem plerisque Regibus Christiani Orbis vsitatam Hispaniarum antiquissimi Reges Gothi vngebantur, prout de Rege VVamba, & Eruigio dicitur in Concil. Tolet. XII. cap.1. & de Flauio Egica narrat Ambr. de Morales in chronicis Hispaniæ lib.12. c.41.53. & 57. Camil. Borrel. de præstantia Regis Cathol. cap.49. num.73. vbi quòd Hispaniæ Reges nihil dignius nihilque sanctius putarunt, quàm vt aliorum Regum more sancto oleo vngerentur, & refert Bambam Regem vnctum fuisse per Episcopum Toletanum, nec passum se Regem nominari donec Sanctorum Regum exemplo per manus Pontificum inunctus, & coronatus esset: solitosque fuisse Gothorum Reges eam sacram Vnctionem recipere asserunt Garcia de Loaysa in synodo Toletana sub Gundemaro, fol.277. & in notis ad Concilium Toletanum nonum cap.10. fol.495. Alex. Patrit. d.
lib.1. cap.10. per tot. † De Regum Hispaniæ Vnctione, 10
eorúmque vsitato ritu, & præcipuè de Alphonso IV. memorat Garibay in compendio historiali, lib. 8. cap.1. ann. 1135. In Regibus Nauarræ idem vsum fuisse quòd scilicet omnes vngerentur, meminit idem Garib. lib.26. cap.1. & lib.27. cap.1. & 4. vbi peculiariter retulit de Ferdinando Phœbo, Philippo, & Carolo III. De Vnctione Regum Aragoniæ agit Hieron. Curita in annal eiusd. Regni, lib.10. cap.68. & lib.7. cap. 8. & cap.28. & 29. mentionem faciens de Vnctione Regis Petri IV. & Regis Ludouici filij Petri, & Nepotis Federici, & de Rege Martino, & Ferdinando. De Vnctione Regum Siciliæ agunt, Castald. de Imper q.18. num.6. Curit. annal. Aragon. p.1. lib.5. cap.17. de omnibus meminit Illustriss. à Cuña cap.36. num.2. Et quòd Rex noster Catholicus tanquam Rex Siciliæ oleo sancto inungitur, refert Camill. Borrel. de præstantia Regis Cathol. cap.49. n.1. & 67. at ibid. num.2. addit quòd Reges Galliæ & Angliæ inunguntur, alij verò minimè, nisi consuetudine id obseruatum fuerit.

Reges tamen Franciæ, Hierosolymitani, & Sici- 11
liæ prætendunt sibi tantùm hanc vnctionem singulari quodam priuilegio priuatim concessam. Oleum enim quo inungitur Rex Franciæ è Cœlo dimissum narratur, de quo remitto lectorem ad Renatum Chopinum lib. 2. de domanio Franciæ tit. 2. num. 7. D. Anton. part. 2. historiali tit. 11. cap. 2. §.7. Forcatul. de Imperio Gallorum, lib.6. fol.370. Cassan. in catalogo p.5. consid.30. & 31. Carolum Grassal. de iuribus Regum Franciæ, lib.2. iure 2. Guidop. quæst.114. Guillem. de Benedict. in cap. Raynutius, verb. duas habens filias, n.77. Castald. de Imperat. quæst.18. num.6. Martin. Laudens. quæst.76. de Principe, Ioan. Ferreult. priuileg.7. Francisc. Marc. decis.456. num.31. & decis.1024. num.5. & 7. Fusc. de visitat lib.1. c.6. num.5. Petr. Greg. in præludiis optimi Iurisconsulti, probique magistratus, lib.1. cap. 11. Card. Baron. annalium Ecclesiæ tom. 6.

an.

n.4.99. Thom. Corm. *lib. 1. rerum gest. Henric. II. Regis Galliæ, fol.* 18. Alex. Patrit. *d. lib.* 1. *cap.* 4. vbi probat vnctionem Regum non imprimere characterem, *&* *cap.* 8. quod vnctio non tribuit Regibus summam potestatem, sed alias quasdam prærogatiuas spirituales, *& cap.* 11. quod Pipinus primus, Regum Francorum inunctus fuit.

12 Solus Pontifex Chrismate in capite vngitur ex balsamo, & oleo confecto mystica ratione, sed Imperatores tantùm oleo in brachiu exorcizato in modum Crucis inunguntur, non chrismate, ex *Ceremoniali sacro, lib.* 1. *sect.* 1. *cap.* 3. & ita ex text. *in cap.* 1. *de sacra Vnctione*, non potest Rex Chrismate inungi, sed solo oleo. Differt autem inter Pontificis, & Principis Vnctionem, quia caput Pontificis Chrismate consecratur, brachium verò Principis oleo delinitur, vt ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis potestatem, notat Restaur. Castal. *de Imperatore q.* 19. *num.* 3.

13 Oleum verò infirmorum (quod pertinet ad tertium oleum sanctum, de quo suprà) benedictum ab Episcopo, est materia remota sacramenti Vnctionis, vt habetur in Concil. Trident. *sess.* 14. *de extrema Vnctione, cap.* 1. Sayr. *de Sacrament. in genere, lib.* 1. *cap.* 3. *quæst. vnic. art.* 3. *versic. de Sacram.* Zerola *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Extrema Vnctio, vers.* 1. Petr. de Ledesm. *part.* 1. *de sacram. Extrema Vnctionis, cap.* 2. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 9. *vers. quotiescumque in fine pag.* 107. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 28. *num.* 50. *cum sequentib.* Coninch *de Sacrament. tom.* 2. *disput. disp.* 19. *à n.* 5. Et de oleo infirmorum, in quo sunt facta multa miracola, vide Martin. del Rio *disquisit. magic. lib.* 6. *cap.* 2. *sect.* 3. *pag.* 512.

14 Quamuis ab Episcopo sit oleum infirmorum benedicendum, tamen probabile videtur Sacerdotem simplicem posse de consensu Summi Pontificis Oleum, & Chrisma consecrare, vt ait Caietanus 3. *part. quæst.* 72. *art.* 3. refert *allegat. præcedent. num.* 6. & tenent aliqui apud Henriq. *in summ. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. Bartholom. ab Angelo *dialogo* 3. §. 98. Fusc. *d. cap.* 6. *num.* 7. Chamer. *dicto loco, dub.* 5. Bonacin. *de Sacramentis, disp.* 7. *quæst. vnic puncto* 2. *num.* 1. vbi *num* 4. resoluit
15 † oleum oliuatum esse materiam sufficientem huius Sacramenti, etiamsi benedictum sit ab Episcopo alia benedictione, quàm benedictione consueta Ec-
16 clesiæ, & *n.* 5. asserit † non esse validum Sacramentum extremæ Vnctionis, si aliud oleum per errorem adhibeatur præter oleum infirmorum, ex ea ratione, quia materia huius Sacramenti est olium benedictum ab Episcopo per ordinem ad hoc Sacramentum, & cum careat benedictione ordinata ad illud, videtur deficere materia requisita, & in hanc opinionem allegat, affirmans idem tenere Nugn 1. *part. quæst.* 29. *art.* 6. Reginald. *dict. lib.* 28. *num.* 50. Francisc. Pirigian. *dist.* 23. *q. vnic. artic.* 3. *versic. debet*, licèt Camerota *dict. loco dub.* 4. asserat Confirmatum oleo infirmorum Sacramentum accipere, quamuis peccaret, qui sic vteretur.

17 Ex consuetudine, & præcepto Ecclesiæ debet prædictum oleum esse benedictum eo anno, per text. *in cap. litteris, de consecrat. dist.* 3. Bonacina *dict. quæst. vnic. puncto* 2. *num.* 6. vbi etiam asserit non videri à peccato excusandum parochum si oleum alterius anni adhibeat, nisi aliud suadeat necessitas, idem asserunt Vgolin. *dict. cap.* 7. §. 2. *num* 1. Posseuin. *de officio Curati cap.* 9. *num.* 1. Addo Parochum posse licitè oleum non consecratum miscere consecrato, quando timet fore vt oleum consecratum non sufficiat: vtrumque enim censetur consecratum per admixtionem, modò quod additur sit minoris quantitatis consecrato: ita Pirigianus *d. art.* 3. Barthol. ab Angelo *d. dialogo* 3. §. 92. *&* 101. Posseuinus *de officio Curati, cap.* 9. *num.* 2. Fusch. *d. cap.* 6. *num.* 10. † ma- 18
gis enim dignum attrahit ad se minus dignum, *cap. quod in dubiis, de consecr. Ecclesiæ*, Dec. *in cap. ex litteris, num.* 4. *de constitut.* Tiraq. *de retractu lignag.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 82. Hieron. Glach. *in cons. Syndicatus, num.* 329. Menoch. *cons.* 2. *num.* 227. Ferret. *in constitut Cathaloniæ gloss.* 2. *num.* 56. † At si absens sit Episcopus, vel 19
Episcopalis Sedes eo tempore vacet, quo hæc olea benedici debent, & illorum necessitas adsit, proximus Episcopus adiri poterit, & curare, vt consecrentur eadem olea, gloss. *verb spiritualibus, in cap. si Episcopus, de suppl. neglig. Prælat.* & notat Vgolin. *d. c.* 27. §. 2. *num.* 2. vbi etiam aduertit, quod si hoc non fiat, & necessitas vrgeat, potest interim veteri vti.

Exempti subiiciuntur Episcopo in eis omnibus, 20
quæ sunt Ordinis Episcopalis, nempe in petitione Chrismatis, consecrationis Ecclesiarum, susceptionis Ordinum, & similium, vt probat *cap. veniens* 19. *vers. Chrisma, de præscript.* vbi Abb. *not.* 2. Balb. *de præscript.* 1. *part.* 5. *partis, quæst.* 12. *num fin.* Rebuff. *in praxi benefic. p.* 1. tit. *de cleric. & à quibus, & quomodo creentur, n.* 22. Cochier *de Iurisdict. Ord. in exemptos, part.* 2. *quæst.* 45. *num.* 16. Nihil pro Chrismate recipi valet
ratione olei, *cap. ea quæ, de simon.* † Nihilque pro eo- 21
dem Chrismate, & aliis oleis sacris recipi etiam potest à Parochis, quamuis liberè oblatum; quare eorum, qui præpositi sunt ad distributionem, consuetudo tollenda est, qui nolunt ea dare, nisi oua, aut aliquid aliud ipsis tribuatur, vt per Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 13. quem refert Vgolin. *de potest. Episcopi, cap.* 4. §. 3. *num.* 2. & optimè disponit Concil. Prouinc. Bracharen. IV. *act.* 4. *cap.* 28.

Restat sciendum, an Chrisma tempore interdicti 22
publicè confici possit? In qua quæstione communis Doctorum opinio tenet, quod licet Baptismi sacramentum iam paruulis, quàm adultis tempore interdicti possit administrari, vt decidit text. *in cap. quoniam, de sent. excom. lib.* 6. & latè prosequuntur Henriq. *in sum. lib.* 2. *cap.* 16. §. 3. Suar. *tom.* 5. *disp.* 26. *sect.* 1. Vgolin. *tabul.* 5. *cap.* 7. §. 4. *num.* 2. Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 3. etiam resoluentes fontem benedici, & susceptores, seu patrinos posse adhiberi, ex vulgari reg. *concesso vno, conceduntur omnia necessaria ad illud vnum*, de qua *in l. ad rem mobilem, ff. de procurat. & in cap. præterea, de officio deleg.* & quia, † cui vnum con- 23
ceditur, conceduntur omnia, cum quibus fieri solet, *l. si quando, C. de inoffic. testament.* cum vulgaribus; & etiam licet Confirmationis sacramentum licitè, solemniter, & publicè, & apertis ianuis eodem tempore interdicti generalis loci, & in Ecclesia specialiter interdicta conferri possit, ex *d. cap quoniam*, vt per Nauar. *in manual. cap.* 27. *num.* 178. Couar. *in cap. alma* 2. *part.* §. 2. *num.* 7. *vers. idem de Confirmationis sacramento*, Vgolin. *dict. cap.* 7. §. 5. Sayr. *dict. cap.* 7. *num.* 6. Mar. Alter. *de censur. tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 2. Tolet. *in summ. lib.* 1. *cap.* 53. Auila *de censur. disput.* 4. *sect.* 2. *dub.* 4. *conclus.* 3. Henriq. *cap.* 6. §. 7. *lib.* 3. *cap.* 45. §. 1. *iuncta lit. I.* 24
Soar. *d. sect.* 1. *à num.* 7. † Chrisma tamen non ita, sed clausis ianuis, iuxta moderationem *in cap. alma mater, vers. adiicimus, de sent. excommun. lib.* 6. Ita post Archid. & Anchar. ac alios communiter ibi, resoluit Couar. Vgolin. Hent. *dict.* §. 1. *lit. M*, & Suar. *num.* 8. *dictis locis*, & post eos Bonacina *de censur. disput.* 5. *puncto* 2. §. 1. *num.* 2. Mar. Alter. *dict. cap.* 2. *vers. communis*, Benzon. *de iustitia Pontificij interdicti, cap.* 6. *vers. præterea. & seq.* vbi intelligit si Episcopus non sit interdictus specialiter.

Verùm licèt huius sententiæ nullum inuenerim 25
contra

contradictorem, ei acquiescere non possunt: nam text. *in d. vers. Adiicimus*, & à principio per totum, non emanauit ad ampliandam interdicti prohibitionem, & tollendos casus, in quibus antiquiori iure illa prohibitio fuerat modificata, sed ad rigorem interdicti temperandum in casibus, in quibus aliàs vsum diuinorum impediat, quare lex inducta in fauorem, & rigorem minuendum, contrarium effectum operari non potest, iuxta reg. *quæ ob gratiam, lib. 6. & l. legata inutiliter*, iuncto summario, *ff. de adim. leg.* Vnde quemadmodum iure antiquo vsus Baptismi, & Confirmationis, quia simpliciter concessus reperitur, tempore interdicti à prædictis Doctoribus conceditur publicè, & apertis ianuis, ita in conficiendo Chrismate ex eadem ratione id ipsum concedere debuerunt. Accedit quia forma præscripta *in d. vers. Adiicimus*, manifestè ostendit applicari non posse Chrismati conficiendo, agit enim *ibi* Pontifex de diuinis officiis, & Missa celebranda singulis diebus, quod Chrismati minimè conuenit, siquidem quotidie fieri non potest, sed semel in anno Cœna Domini. Insuper dici non potest contineri Chrisma in priori parte, qua agitur de Missę sacrificio faciendo, neque etiam in posteriori de diuinis Officiis dicendis, quia Chrisma non dicitur, sed fit, seu conficitur, vnde hic loquendi modus, dicantur officia singulis diebus, propriè, & in toto rigore conuenit recitationi horarum, quas diurnas, & nocturnas appellamus, vt etiam deducitur ex *vers. & canonici*, ibi, *qui horis intersunt.*

26 Episcopus peccator si consecret Chrisma, aut oleum infirmorum, peccat mort. quia id iure diuino pertinet ad materiam necessariam Sacramenti Confirmationis, aut Extremæ Vnctionis; & videtur res grauis annexa Ordini Episcopali: non ita peccat dum Altaria, Calices, & Virgines consecrat, quod non tam pertinet ad solemne officium Ordinis Episcopalis, ita Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 23. §. 5.* sequitur Ioan. de Lugo *de sacrament. in genera disp. 8. sect. 9. num. 156.* Sed contrarium, immo Episcopum siue conficiat Chrisma, siue consecret Ecclesiam in peccato, non peccare mort. minus bene in distinctè sustinent Hurtad. *de sacram. in genere disp. 4. diffic. 10.* Granad. *in 3. part. S. Thomæ de sacram. in genere controu. 3. tract. 5. num. 7.* Mærat. *tom. de sacram. in genere disp. 8. sect. 2. in fine*, Præpos. *in 3. p. q. 64. art. 6. dub. 1. n. 37.* Tanner. *tom. 4 disp. 3. q. 4. dub. 3. num. 34.* quos refert & sequitur Diana *moral. resolut. part. 5. tract. 13. resol. 73. vers. sed sententiam.*

ALLEGATIO XXXII.

Episcopus in Matrimoniis contrahendis, & dispensationibus denunciationum elargiendis, quam habeat auctoritatem?

SVMMARIVM.

1 *Denunciationes non sunt de substantia Sacramenti Matrimonij.*

2 *Peccatum mortale committitur quando huiusmodi denuntiationes omittuntur sine facultate, aut legitima causa.*

3 *Sponsi etiam prædictas denuntiationes omittentes peccant toties quoties habuerint copulam.*

4 *Parochus peccat mortaliter assistendo matrimonio absque præmissis denunciationibus.*

5 *Parochus omittens vnam denuntiationem, si certus sit nullum subesse impedimentum, videtur à mortali excusandus.*

6 *Parochus timore mortis omissis denunciationibus matrimonio assistens non peccat.*

7 *Parochus auctoritate propria, & sine iusta causa denunciationes omittens, suspendendus est ab officio per triennium.*

8 *Matrimonium dicitur clandestinum quoad pœnas, si illicitè denunciationes omittantur.*

9 *Denunciationes sunt faciendæ à Parocho, vel ab alio de ipsius Parochi licentia.*

10 *Denunciationes sunt faciendæ in vtraque sponsi, & sponsæ Parochia, quando sunt diuersarum Parochiarum.*

11 *Contrahentes, quando plura habuerint domicilia, faciendæ sunt denunciationes in eo, in quo verisimilius est sciri impedimentũ.*

12 *Denuntiationes sunt faciendæ tribus diebus festiuis continuis, quæ sibi non succedant immediatè.*

13 *Parochus non peccat mortal. si vno, vel altero die festo omittat denunciationes, dummodo inter vnam, & alteram multos dies festos non interponat.*

14 *Diebus ferialibus huiusmodi denuntiationes fieri non possunt, etiam cum dispensatione Episcopi.*

15 *Denunciationes possunt aliquando fieri alio die, quam festo, si ingens hominum multitudo ad Ecclesiam accedat.*

16 *Denunciationes validè fieri possunt extra Ecclesiam, & Missarum solemnia, si magnus adsit populi concursus, & locus aptus sit, vt ad multorum notitiam perueniant.*

17 *Matrimonium extra Ecclesiam licitè celebrari potest.*

18 *Ordinarius non potest præcipere, ne matrimonia domi celebrentur seruata Concilij forma.*

19 *Quoties timetur impediendum malitiosè matrimonium coram Parocho, & testibus celebrari potest omissis denunciationibus, dummodo postea ante consummationem fiant.*

20 *Parochus, quoties timetur malitiosè matrimonium impediendum, non potest denuntiationes omittere, vt fiant antequam consummetur, nisi dispensatio difficillimè obtineri possit.*

21 *Malitiosè facere dicitur, qui non iustè impedire potest.*

22 *Animus malitiosè impedientium coniecturis detegitur, & iureiurando præstito cognoscitur.*

23 *Animus non nisi iuramento probari potest.*

24 *Falsa impedimenta denuncians, vt matrimonium impediat, arbitraria pœna punitur.*

25 *Cognoscens aliquod impedimentum inter volentes contrahere, etiamsi occultum sit, vel acceptum sub secreto, aut auditum ab aliis, vi denunciationum tenetur manifestare.*

26 *Cognoscens aliquod impedimentum occultum, ita vt solus ipse nouerit, præcipuè si nascitur ex infamia, aut peccato, vel cum graui suo incommodo, aut aliorum scandalo, non tenetur detegere.*

27 *Ordinarius tantum habet facultatem remittendi denunciationes ex causa.*

28 *Ordinarij appellatione venit Episcopi Vicarius.*

29 *Vicarius Episcopi potest remitteri denunciationes.*

30 *Iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, nullique Diœcesano subditi, possunt remittere denunciationes.*

31 *Abbates, cui Ordinarij sunt, & habent iurisdictionem quasi Episcopalem, possunt omnia regulariter, quæ Episcopi in sua Diœcesi, circa ea, quæ sunt iurisdictionis.*

32 *Abbates huiusmodi titulares, & Commendatarij possunt*

sunt remittere denuntiationes.

33 Magister scholæ Salmaticen. respectu Scholasticorum, qui in matricula sunt descripti, potest denunciationes remittere.

34 Archiepiscopus in alterius Episcopatu denunciationes remittere non potest.

35 Episcopus unius contrahentis potest cum vtroque quamuis sint diuersæ Diœcesis in denuntiationibus dispensare.

36 Episcopus alteri delegare potest facultatem dispensandi in denunciationibus.

37 Vicarius Generalis potest facultatem dispensandi in denuntiationibus delegare, non tamen generaliter.

38 Ordinarij absque iusta causa denuntiationes remittere non possunt.

39 Dispensandi causa sufficit, quod extraiudicialiter cognoscatur.

40 Iusta ad dispensandum causa quæ.

41 Causa iusta ad dispensandum est quando creditur matrimonium iniustè impediendum.

42 Vel quando Virgo sub tutela iniqui tutoris est, qui eam viro ignobili, & dispari tradere vult.

43 Vel quando virgo erat à viro deflorata.

44 Vel si filij essent sub potestate nouercali.

45 Vel quando Magnates contracturi sunt matrimonium.

46 Vel quoties inter contrahere volentes adest disparitas conditionis, ætatis, diuitiarum, & qualitatis.

47 Vel quando matrimonium esset contrahendum in mortis articulo.

48 Vel quando tempus, quo nuptiæ prohibentur, instat, ita vt nequeant omnes denunciationes præmitti.

49 Vel vbi contrahere volentes diù habiti fuerint pro coniugibus.

50 Episcopo incumbit cura indagandi, an vera subsit causa dispensandi in denunciationibus, quia remittendo eas sine iusta, & rationali causa peccat mortaliter.

51 Ordinarius existente iusta causa dispensandi tenetur ad petitionem patris sub peccato mortaliter dispensare.

52 Appellari potest de denegatione dispensationis, saltem quoad effectum deuolutiuum.

53 An detur tam vrgens necessitas, vt solum coram Parocho, & testibus matrimonium contrahatur absque denuntiationibus, & Episcopi dispensatione.

54 Quando de licentia Ordinarij, vna tantum denunciatio præmittitur, non statim ea facta matrimonium est contrahendum, sed per aliquod tempus differendum.

55 Qui intra quatuor menses post denuntiationes factas matrimonium non contraxit, non potest illud inire, nisi aliæ denunciationes præmittantur arbitrio Episcopi.

56 Proprius contrahentium Parochus, quis dicatur?

57 Parochiam acquirit quiuis ratione habitationis.

58 Scholares, dimisso Sacerdote in patria, possunt in loco studij confiteri.

59 Parochianus, vt verè aliquis dicatur, debet habere animum constituendi in Parochia domicilium.

60 Cap. questi, 16. quæst. 1. declaratur.

61 Cap. vlt de Paroch. declaratur.

62 Cap. in nostra, de sepult. declaratur.

63 Regulares ad certum locum pro tempore iudicis arbitrio mensurando tenetur contrahere coram Parocho loci, in quo est relegatus.

64 Parochiani verè efficiuntur statim ac animam habitandi maiori parte anni, habuerint.

65 Parochus proprius ad matrimonium dicitur Parochus vxoris, si in eius parochia contrahatur, & Parochus viri, si in viri Parochia fiat.

66 Parochus ruralis non est proprius Parochus, quando rus, vel recreationis gratia, vel ad paucos tantum dies colitur.

67 Fœmina quæ coram Parocho suæ parochiæ contraxit matrimonium inualidum postquam se transtulerit in domum mariti commorantis in alia Parochia, cum intentione ibi perpetuo manendi, non potest postea matrimonium de nouo coram eodem Parocho validè celebrare.

68 Amasia, quæ transtulit ad domicilium concubinarij, intentione ibi commorandi maiori parte anni, potest coram Parocho loci celebrare matrimonium non cum amasio, sed cum alio extraneo.

69 Parochi duo quoad matrimonium contrahendum possunt haberi, vbi quis dimidia anni parte in vna Parochia, altero dimidio in altera habitat.

70 Habitationis inæqualitas si detur, illius Parochiæ erit parochianus, in qua maiori temporis parte habitauerit.

71 Habitans in confinio duarum parochiarum, censetur Parochianus illius, in qua domus aditum habet principalem, & magis frequentatum, si duos habeat.

72 Vagabundi illum Parochum vocant, in cuius Parochia sunt, vel commorantur.

73 Vagorum matrimoniis potest quicumque Parochus interesse diligenti inquisitione præmissa, & obtenta Ordinarij licentia.

74 Parochus, qui in vagorum Matrimoniis prædictam non adhibet diligentiam, peccat mortaliter, sed matrimonium est validum.

75 Vagabundus is propriè dicitur, qui nullum certum domicilium habet.

76 Parochus quilibet potest interesse Matrimonio vagi, etiamsi coniux vnus non sit alienigena.

77 Alienigenarum iure gaudent, qui secedunt aliò non habitaturi, nec mansuri, sed solum ne coram proprio Parocho contrahant.

78 Parochi præsentia in Matrimoniis necessaria, non tantum corporea, sed etiam moralis requiritur, cum intelligentia, & aduertentia actus.

79 Non intelligens dici potest præsens.

80 Parochi præsentia quare hodie de essentia requiratur.

81 Præsentia Parochi pro forma actus exigitur, ita vt Matrimonium contractum in præsentia mille testium eo absente nullum sit.

82 Parochi, vel testium præsentia sufficit, quamuis vi intersint, dummodo intelligant consensum contrahentium.

83 Matrimonium non valet si Parochus assistens non intellexit ea, quæ agebantur, nisi affectatum esset non intelligere.

84 Contrahens coram Parocho inuito grauiter peccat.

85 Parochi præsentia adducti dolosè, & renuentis, sufficit, dummodo intelligat, vel audiat, quamuis claudat aures, & nulla verba proferat.

86 Parochi præsentia requiritur, vt nedum intelligere oporteat eum quid agitur, sed vt videat.

87 Cæcus quamuis retineat dignitatem, & testificari possit de iis, quæ ante cæcitatem vidit, si tamen Parochus sit, vel testis ad Matrimonium contrahendum, eius præsentia non sufficit.

88 Parochi præsentia sufficit etiamsi ad alium finem vocatus, vel casu presens sit.

89 Doctores plures contrarium tenentes, referuntur, quorum opinio non videtur improbabilis.

90 Parochi præsentia, etiam irregularis, suspensi, vel excommunicati, quamuis non tolerati sufficit.

91 Matri

91 *Matrimonium celebratum coram Parocho notorio fornicatore, non tamen adhuc in iudicio condemnato, & confesso, validum est.*

92 *Matrimonium contractum coram schismatico Parocho saltem coloratum titulum habente, si non fuit vt talis declaratus, & Parochia priuatus, validum est.*

93 *Parochus interdictus, seu prohibitus ab Episcopo, aut eius Vicario, ne aliquos coniungat, validè Matrimonio assistit.*

94 *Matrimonia celebrata à Parocho putatiuo ex communi errore sunt valida.*

95 *Parochus, vel Sacerdos de illius licentia extra Parochiam, vel Episcopatum sine licentia Parochi & Episcopi loci validè assistit Matrimonio suorum Parochianorum.*

96 *Parochus, & testes in celebrandis coniugiis non sustinent publicam alicuius officij auctoritatem.*

97 *Parochus in aliena Parochia sine licentia Parochi, vel Episcopi loci assistens Matrimonio suorum Parochianorum, cessante scandalo, non peccat, nec puniendus venit.*

98 *Parochi vnius præsentia sufficit, quando contrahentes sunt diuersarum Parochiarum.*

99 *Parochus delegatus, vel vice curatus potest Matrimonio assistere.*

100 *Parochus delegatus ad vniuersam Parochiæ curam, potest delegare facultatem assistendi Matrimonio, &* n. 115.

101 *Vicecuratus institutus ad vniuersitatem causarum, vbi est consuetudo, vt possit substituere ad vniuersam Parochiæ curam, potest delegare licentiam assistendi Matrimonio, aut ministrandi aliud Sacramentum.*

102 *Parochus quando præsens assumit Vicarium locantem operas, vt illum adiuuet, hic Vicarius non potest delegare.*

103 *Parochus habens iniustum beneficij titulum, quamdiu possessione non spoliatur, potest Matrimonio assistere.*

104 *Laicus communis errore habitus pro Sacerdote de Parochi licentia validè Matrimonio assistit.*

105 *Parochus non Sacerdos validè Matrimonio assistit.*

106 *Parochus assistens in peccato mort. validè Matrimonio assistit.*

107 *Parochus proprius Matrimonio interesse non valens, alium sui vice, & loco Sacerdotem substituere poterit.*

108 *Regularis potest de licentia Parochi matrimonio assistere.*

109 *Parochus fictè concedens facultatem assistendi Matrimonio, illud non efficit inualidum.*

110 *Parochus irregularis, & etiam excommunicatus non toleratus, potest validè dare alteri licentiam assistendi.*

111 *Sacerdos degradatus validè assistit Matrimonio, de licentia Parochi.*

112 *Parochus licentiam assistendi Matrimonio non potest concedere Clerico non Sacerdoti.*

113 *Matrimonium de licentia de licentia Parochi coram Acolyto tempore pestis, vel alterius necessitatis, est inualidum.*

114 *Parochus potest concedere facultatem alteri Sacerdoti coniungendi sponsos, non solum in propria Parochia, sed etiam extra illam.*

115 *Parochus proprius cogi potest ad assistendum Matrimonio, si illi alioquin licito interuenire nolit, vel licentiam alio Sacerdoti interueniendi concedere.*

116 *Ordinarius facultatem concedere potest alicui Sacerdoti Matrimonio assistendi suorum diœcesanorum assistendi.*

117 *Vicarius generalis Episcopi ex proprio officio potest Matrimoniis interesse, & alij Sacerdoti licentiam assistendi concedere.*

118 *Ordinarij appellatione venit Episcopi Vicarius.*

119 *Episcopi iurisdictione suspensa per excommunicationem, aut suspensionem, potest eius Vicarius validè interesse Matrimoniis, aliisque committere.*

110 *Vicarius Episcopi, qui Sacerdos non est, non potest præsentiam Matrimonio contrahendo præstare, sed tantum Sacerdotem delegare.*

121 *Iurisdictionem habens quasi Episcopalem potest facultatem concedere assistendi Matrimoniis suorum diœcesanorum.*

122 *Abbas Ecclesiæ nulli Episcopo subiecta potest huiusmodi facultatem concedere.*

123 *Capitulum Sede vac. potest etiam huiusmodi licentiam concedere.*

124 *Legatus respectu prouinciæ suæ legationis eandem habet potestatem.*

125 *Archiepiscopus non potest coniungere in Matrimonium subditos suorum suffraganeorum, vel facultatem concedere, eos coniungendi, nisi actu visitet.*

126 *Licentia ad assistendum Matrimonio debet esse expressa.*

127 *Licentia generalis ad administranda Sacramenta, vel exercenda omnia intra suam Parochiam ad curam animarum spectantia, sufficit.*

128 *Licentia hæc verbalis sufficit, non autem requiritur in scriptis concessa.*

129 *Licentia debet actum præcedere.*

130 *Matrimonium nullum est cui Sacerdos aliquis Parochi nomine præsens fuit nulla ab eo petita licentia, etiamsi postea factum ratificaret.*

131 *Licentia data ad interessendum matrimonijs non debet esse reuocata; quæ tunc talis censeretur, quando illis, quibus concessa fuit, per certum nuntium, aut litteras significata sit.*

132 *Licentia data à proprio Parocho alicui Sacerdoti, si interim Parochus moriatur, non expirat.*

133 *Licentia obtenta metu, vel dolo sufficit, nisi per dolum, & mendacia versantia circa substantiam, vel causam finalem extorqueatur.*

134 *Licentia data contra prohibitionem Episcopi valida est.*

135 *Sacerdos non debet credere dicentibus se habere licentiam à Parocho.*

136 *Probandi onus incumbit asserenti licentiam proprij Parochi in contrahendo Matrimonio requisitam, non interuenisse, quando contra eam opponitur à tertio.*

137 *Testium duorum, vel trium præsentia vltra Parochi assistentiam necessaria est, ad validè Matrimonium contrahendum.*

138 *Testes in Matrimoniis necessarij possunt esse quicunque rationis compotes, quamuis impuberes, consanguinei, domestici, fœmina, aut infames.*

139 *Testes ad matrimon. non requiruntur rogati, & sufficiunt repugnantes, ac per violentiam præsentes.*

140 *Matrimonium contrahens sine Parocho, & testibus peccat mortaliter, quia inualidè contrahit.*

141 *Parochi, & testium præsentiæ defectus non est impedimentum dirimens sponsalia.*

142 *Sponsalia clandestinè contrahentes non peccant.*

143 *Matrimonium absque præsentia Parochi, & testium contractum, in vim sponsaliorum non resoluitur.*

144 *Obligatio nulla nec ciuilis, nec naturalis oritur ex consensu præstito in Matrimonio clandestino.*

145 *Actus à principio nullus, nullum producit effectum.*

146 *Doctores asserentes Matrimonium clandestinum habere vim sponsaliorum, referuntur, & illorum fundamentis respondetur.*

147 *Matrimonium in articulo mortis, vel tempore pestis, aut belli, sine Parocho, & testibus inualidum est.*

148 *Sponsalia non transeunt in Matrimonium subsequuta copula coram Parocho, & testibus.*

149 *Cohabitatio non efficit hodie matrimonium.*

150 *Traductio sponsæ ad domum mariti cum solemni apparatu, non efficit hodie matrimonium, nisi in traductione ipsa nouus consensus coram Parocho, & testibus exprimatur.*

151 *Contrahentes sine Parocho, & testibus, licet inhabiles dicantur ad sic contrahendum, non manent inhabiles ad rursus inter se contrahendum.*

152 *Contrahere coram Parocho, & testibus non obligantur ignorantes Concilium, & habitatores locorum vbi adhuc promulgatum non fuit.*

153 *Incolæ vnius loci, in quo promulgatum, & acceptatum fuit Concil. si aliò migrent, vbi non est acceptatum, possunt validè contrahere clandestinè.*

154 *Commorantes inter infideles, captiui, vel mercium congerendarum causa, etiamsi ex his locis sint oriundi, in quibus receptum est Concil. non tenentur contrahere iuxta illius formam.*

155 *Incola illius loci in quo non est promulgatum Concilium tenetur contrahere coram Parocho, & testibus, si diuertat ad locum in quo receptum est.*

156 *Matrimonium celebratum sub honesta conditione de futuro, vt validè fiat necessarium est conditionem adimplere coram Parocho, & testibus; quid si conditio sit de præsenti, vel de præterito? ibid.*

157 *Matrimonium qui iam contraxere, inualidè tamen propter defectum consensus, aut metum, non tenetur iterum coram Parocho, & testibus contrahere.*

158 *Infidelium matrimonium, vt fiat Sacramentum, non est necessariò facienda expressio, vel ratificatio consensus coram Parocho, & testibus.*

159 *Parochi, & testium præsentia requiritur, vt matrimonium celebratum per procuratorem sit validum.*

160 *Parochus, vel quicumque alius Sacerdos Regularis, qui matrimonio clandestino interfuerit, incurrit pœnam triennalis suspensionis ab officio.*

161 *Verbum*, suspendatur, *cum sit futuri optatiui importat sententiam ferendam.*

162 *Pœna suspensionis triennalis, quam de iure communi incurrit, qui matrimonio clandestino interest, non est sublata per Concilium.*

163 *Parochus ob licentiam concessam alij Sacerdoti assistendi matrimonio clandestino, non incurrit prædictam suspensionis censuram.*

164 *Parochus triennio suspensus, si eodem durante triennio assistat alteri clandestino coniugio, suspendatúrque iterum triennio, an posterius triennium confundatur cum primo, vel incipiat completo priori.*

165 *Suspensus ab officio, quia interfuit matrimonio clandestino, non est suspensus a beneficio.*

166 *Episcopus non valet dispensare à suspensione triennali.*

167 *Episcopus non potest absoluere à suspensione temporaria intra tempus, nec virtute Decreti* Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 6.

168 *Parochus tenetur interrogare contrahentes de mutuo consensu, aliàs si omittat grauiter peccabit.*

169 *Ad validitatem matrimonij non pertinet, vt Parochus assistens, aliquibus verbis in eius celebratione vtatur.*

170 *Omissio verborum*, ego vos in matrimonium coniungo, &c. *est peccatum mort.*

171 *Parochus curare debet, ne contrahentes in peccato mort. ad sacramentum matrimonij accedant.*

172 *Contrahentes matrimonium cum peccato mort. nondum deleto per contritionem, vel Confessionem, indigne accipiunt Sacramentum, & peccant mort. quatenus eatum recipiunt, non verò quatenus administrant, nec quatenus Concilij præceptum infringunt, cum consilium solummodo contineat.*

173 *Matrimonium an possit impediri donec contrahentes Orationem saltem Angelicam, & Dominicam didicerint, Symbolum Fidei, & præcepta Decalogi, ac Ecclesiæ, septémque peccata capitalia.*

174 *Parochus sub peccato mort. tenetur habere librum, in quo coniuges, testes, diem mortem, & annum scribat.*

175 *Liber hic mortuis testibus & Parocho, plenè probat matrimonium contractum.*

176 *Liber Baptismi à Parocho confectus plene probat quem baptizatum, & illius ætatem, & quomodo sit faciendus, ostenditur.*

177 *Liber eorundem Curatorum probat mortem, excommunicationem, & sepulturam.*

178 *Parochi quomodo fidem de his libris facere debeant, aduertitur.*

179 *Contrahentes ante Eccl. benedictionem ne cohabitent hortatur Concil.*

180 *Consilium quamuis excitet ad deliberandum, non obligat ad sequendum.*

181 *Matrimonium consummare ante Ecclesiæ benedictionem sublato scandalo, & contemptu legis Ecclesiasticæ, non est peccatum mort.*

182 *Excipe si adsit contemptus, vel scandalum; vel latasit in diœcesi excommunicatio contra oppositum facientes, & tunc peccabitur tantum prima vice.*

183 *Benedictiones non tenetur in secundo matrimonio recipere, qui semel contraxit, & mortuo primo coniuge aliud iniit, etiamsi fortè primum matrimonium fuerit inualidum.*

184 *Benedictio solemniter fit ex consuetudine recepta, si fœmina solum nondum fuisset benedicta.*

185 *Benedictiones matrimoniales possunt fieri à Parocho vtriusuis contrahentis.*

186 *Benedictionem secundis nuptiis impertiens in causa non permissa, ab officio, & beneficio suspenditur.*

187 *Sacerdos hanc suspensionem incurrit, si benedicat secundum matrimonium, non dissoluto primo.*

188 *Suspensionis pœna ab officio & beneficio lata non infligitur ipso iure.*

189 *Sacerdos coniungens in matrimonium, vel benedicens subditos alterius Parochiæ, absque Parochi, vel Ordinarij licentia, ipso iure tamdiu suspensus manet, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debeat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur.*

190 *Suspensionem à beneficio, etiam incurrit Sacerdos coniungens in matrimonium, vel benedicens subditos alterius Parochiæ absque Parochi, vel Ordinarij licentia.*

191 *Episcopus, vel eius Vicarius ab hac suspensione absoluere potest.*

192 *Regulares matrimonium administrantes, seu solemnitates, non habita super his parochialis Presbyteri licentia speciali, vltra prædictam suspensionem, ipso facto, sunt excommunicati, excommunicatione Sedi Apost. reseruata.*

193 *A prima die Aduentus Domini, vsque ad diem*

Epiphania, & à quarta feria Cinerum, vſque ad octauam Paſchæ incluſiuè matrimonia non poſſunt celebrari.

194 *Ordinarius poteſt concedere facultatem celebrandi ſponſalia, & matrimonia dictis temporibus ſine ſolemnitate.*

195 *Matrimonium antea contractum, prædictis temporibus conſummari non prohibetur.*

196 *Matrimonium contractum de facto dictis temporibus validum eſt, contrahentes verò peccabunt mort.*

197 *Interdicti tempore, & à perſonis interdictis Matrimonium abſque peccato mort. contrahi non poteſt.*

198 *Matrimonium quoad ſui ſubſtantiam validè contrahitur tempore interdicti.*

199 *Matrimonium vnum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis confert gratiam.*

200 *Matrimonium ſimul tamen, & vbi primum perfectum eſt contractus, Sacramentum efficitur.*

201 *Parochus licet non ſit proprius matrimonij miniſter, concurrit tamen ad illius validitatem, & aliquo modo illud adminiſtrat.*

202 Cap.capellanus, de feriis, *declaratur.*

203 *Matrimonium ſi ab excommunicato contrahatur validum eſt, quamuis illicitè contrahatur.*

204 *Sponſalia tempore interdicti contrahi poſſunt.*

205 *Benedictiones matrimoniales tempore interdicti fieri prohibentur.*

206 *Benedictiones, & matrimonium an tunc fieri poſſint ſeruata moderatione cap. alma mater §. adiicimus, de ſent. excommunicat. in 6.*

207 *Doctores referuntur qui de ſacram. Matrim. tractatus edidere.*

1 DENVNCIATIONES fieri debent eorum, qui matrimonio iungi volunt, vt ſi quis ſciat inter eos qui matrimonio iungendi ſunt, aliquod impedimentum eſſe, illud in medium proferat, iuxta Concil. Trident. *ſeſſ. 24 de reform. matrim cap. 1.* quæ quidem denunciationes de Iure antiquo non erant de ſubſtantia matrimonij nec hodie vllum ius nouum extat in contrarium; ideò non irritari matrimonium ipſarum omiſſione ex iuris reg. & ipſius Concil. decreto manifeſte apparet. Nam in eodem Concilio irritans clauſula illic inſerta *in verſ. quia aliter quam præſente Parocho*, &c. non denunciationum ſolemnitatem reſpicit, ſed Parochi, & teſtium præſentiam, quos ad ſic contrahendum inhabiles reddit, non obſcurè innuens alterum defectum minimè matrimonium vitiare, nec etiam contrahentes inhabiles reddere: & exceptio in hoc caſu, in cæteris regulam firmare cenſetur, arg. *l. nam quod ad fin ff de penu legata. l. quæſitum §. denique ff. de fundo inſtruct.* Et hoc multis rationibus comprobatur: prima, ipſaque verior omnibus eſt, quod vbi denunciationes de ſubſtantia forent, post matrimonium interuenire non poſſent; ſed in ipſo actu adhiberi deberent, *cap audiuit. cap. quia propter, de elect. gloſ.* & omnes *in l. vniuerſa C. de precibus Imperatori offerendis*, Panorm. Anton. & Imola *in cap. cum nos, de his quæ fiunt à Præl.* Paul. de Caſtro. Roman. Alexand. & Iaſon *in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum. ff. de acquir. hered.* indiuiduum enim eſt quicquid ad ſolennitatem actus pertinet, vt nec diuidi, aut ſeparari ab actu poſſit *l. cum auctoritas, C. de teſtam. l. heredes palam, in fine, ff. eodem tit.* atque ideo vno, & eodem tempore adiungi, & præſtari debent, *l. cum his §. ſi Prætor, de tranſact.* cum aliis citatis per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1.*

gloſ. 21. n. 12. Vnde fit vt denunciationes non ſint de ſubſtantia, aut forma, cùm poſſint Ordinarij arbitrio ex cauſa prætermitti. Ideo hanc ſententiam tuentur, & ſequuntur Nauar. *in man. cap. 22. n. 70. verſ. tertio, & conſil. 17. num. 4. ſub tit. de ſponſalibus in nouis.* Salaed. *ad Bernard. c. 75.* aliàs 76. *in nouiſſ. imp. addit. 2. verb. ſuſpenditur ab officio, verſ. ante omnia*, Perea *l. 1. tit. 15. lib. 5. ordinam.* Hippol. Riminald. *conſ. 691. n. 34. lib 6.* Caualcan. *deciſ. 29. de iudic. n. 18. part. 1.* Henriq. *in ſum. lib. 11. cap. 5. §. 1.* Vega *in ſum. lib. 3. caſu* 166. Viuald. *in candelabro aureo tit. de matrim. n. 84. & 85.* Sarmient. *ſelect. lib. 1. cap. 6. num. 7.* Petr. de Ledeſma *de matr. quæſt. 45. art. 5. punct. 2. dub. 1. concl. 2. & in ſum. part. 1. de ſacram. matrim. cap. 6. concl. 6. in fine*, Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. cap* 217. *n. 2.* Fuſc. *de viſitat lib. 2. c. 3. n. 21. in med.* Segura *in direct. Iudicum Eccleſiaſtic p. 2. c. 15. num. 36. & cap. 16. num. 1.* Matienſ. *in rub. tit. 1. gloſ. 1. num. 34. lib. 5. nouæ recopil.* Spin. *in ſpeculo teſt. gloſ. 15. princ. à num. 24.* Gutier. *de iuram confirm. part. 1. cap. 51. n. 2. & canonic. lib. 1. cap. 19. n. 12. & pract. lib. 2. quæſt. 4. num. 13. & in tract. de matrim. cap. 56. num. 2. & cap 73. num. 1.* Chamerota *de Sacram. tract. 22. de matrim. dub. 17. pag* 724. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 83. n. 7.* Piatec. *in praxi noua Epiſcop. part. 2. c. 4. num. 29.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici part. 2. cap. 9. num. 45.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 257. in 1. edit. & reſol. 224. num. 6. in 2. edit.* Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi cap. 15. §. 2. num. 6.* Armend. *in addition. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim. num. 2 & 3.* Franc. Molin *de ritu nuptiar. lib. 2. differ. 11 num. 45.* Marta *de iuriſdict. part. 4. caſu 72. num. 21. cum ſeqq.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 143.* Sanchez *de Matrim lib. 3. diſput. 5.* Rebel. *de obligat. iuſtitiæ part. 2. lib. 2. quæſt. 7. ſect. 2. num. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitential. lib. 31. num. 222.* Coninch *de Sacram. tom. 2. diſp. 27. num. 49.* Bonacina *de Matrimonio quæſt. 2. punct. 6. num. 6.* Fernandez *in examine Theologiæ moral. part. 3. cap. 17. §. 2. num. 5.* nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſiaſt. cap. 15. num. 7.* Baſil. Pont. *in nouiſſimo tract. de Sacramento Matrim. lib 5. cap. 30. num. 2.* Rot. *deciſ. 75. num. 11. part. 1. recentior. & deciſ. 390. num. 5.* apud Farin. *part. 2. recent.* & apud Poſtium poſt *tract. mandati de manutenendo deciſ. 241. num. 12.* Ex quibus rectè infertur duos clariſſimos Iuriſconſultos non bene ſenſiſſe, qui palam reſponderunt matrimonium omiſſis denunciationibus celebratum, irritum eſſe etiam hodie, iuxta Concilij diſpoſitionem, prout conſuluere Cephal. *conſil. 422. à num. 1. lib. 3.* & Menoch. *conſil. 79. num. 70. lib. 1.* atque alius inter eiuſdem conſulta *lib. 4. conſil. 398.*

Peccatum tamen mortale eſſe, quando huiuſmodi denunciationes omittuntur ſine facultate, aut legitima cauſa, quia violatur præceptum in re grauiſſima, tenent Salzed. *cap. 76. addit. 2. verſ. peccaret*, vbi ſubdit peccare grauiter Parochum, qui matrimonium prætermiſſis denunciationibus celebraret, ac contrahentes ipſos, & teſtes ſcienter intereſſentes, Chamerota *dict. dub. 17. notab. 1.* Petr. de Ledeſma *in tract. de matr. quæſt. 45. art. 5. verſ. ſed aliud eſt dubium, & in ſum. part. 1. de Sacram. matrimonij cap 6. concl. 6.* Spin. *dict. gloſ. 15. num. 16.* Ceuall. *commun. contra commun. quæſt. 604. num. 85.* Gotier. *de iuram. confirm. p. 1. cap. 51. n. 29. & d. tract. de matr. c. 56. n. 4. & cap. 67. num. 1.* Aloyſ. Rice. *dict. reſolut. 224. num. 2.* Coninch *diſp. 27. num. 51.* Reginal. *dict. lib 31. num. 223.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis part. 3. cap. 16. § 2. num. 12.* Baſil. Pont. *in nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimon. lib. 5. cap. 30. num. 3.* Sanch. *lib. 3. diſp. 5. num. 6.* & Bonacina *dict. punct. 6. num. 8.* vbi *num. 9.* cum 2

Sanchez

3 Sanch. & Coninch contra Henriq. resoluit † spon-
sos mortaliter peccare, non tantum prima vice con-
summando matrimonium absque præmissis denun-
ciationibus, sed etiam toties quoties habuerint co-
pulam.

4 Quod adeò verum est, etiamsi ipse Parochus mo-
raliter sciat nullum subesse impedimentum, cum ex
earum omissione possent sequi multa mala, Sanch.
d.disp.5.num.6. Rebel. *d.quæst.7.num.10.* Gutier. *d.cap.*
57.num.1. Coninch *d. num.51. vers. aliqui Reg. num.*
223. d.loco, Bonac. *d.quæst.2.punct.6. num.7.* contra So-
tum *in 4.distinct.28. quæst.1.art.2.ad 1.* & alios asseren-
tes non esse peccatum mortale, quando Parochus
adhibuit sufficientem diligentiam ad inquirendum,
5 an aliquod esset impedimentum. † Quando verò
Parochus omittit vnam tantùm denunciationem,
& moraliter certus est nullum subesse impedimen-
tum, tunc videtur à mortali excusandus ratione par-
uitatis materiæ, quamuis reprehendendus, si hoc fa-
ciat. Ita Syluest. *verb. matrimonium 6.quæst.7.* Sanch.
d.loco num.7. Ledesma *d.quæst.45. art.5.* & alij, quos
refert & sequitur Gutier. *d. cap. 57. num. 1.* Contra
Coninch *d.num.51.* existimantem mortaliter pec-
6 care. † Si verò Parochus timore mortis assistat ma-
trimonio omissis denunciationibus debitis, non
peccat, nisi id faciat in contemptum clauium; ita
post Sanchez Galer. *casuum conscient. verb. Paro-*
chus, §.4.

7 Parochum, qui omissis tribus denounciationibus
sine licentia Ordinarij aliquos desponsauit, posse ab
Ordinario puniri, dicit decisum Armendar. *in ad-*
dit. ad recop. legum Nauarra, lib.4.tit.15.l.1. de matrim.
num.4. & suspendendum esse ab officio per trien-
nium, ex *cap. cum inhibitio, de clandest. desponsat.* tenet
Henriq. *lib.11.cap.5. num.6.* quem refert, & sequitur
Bonacin. *d. punct.6. num.3.* Sahag. *ad tit. de sponsalib.*
8 *num.46.* Nam † quando propria auctoritate, & sic
illicitè denunciationes prædictæ omittuntur, dici-
tur matrimonium clandestinum ad incurrendas pœ-
nas clandestinis matrimoniis appositas, etiamsi fiat
coram Parocho, & testibus. Ita Petr. de Ledesma
d.cap.6.dub.3. prope finem, Henriq. *in sum. lib.11. cap.6.*
num.2. lit. M, Gutierr. *pract. lib.2. quæst.4. & de ma-*
trim. cap.55. num.5. Sanchez *lib.3. disput.1. num.7.* Co-
ninch *d.tom.2. disp.18. num.103. & disp.27. n.83.* Fran-
cisc. Molin. *d. differ.11. à num.40.* Contra Sot. *in 4. sent.*
dist.28. quæst. vnic. art.1. & Alph. de Castro *de insta hæ-*
ret. punit. lib.2. cap.18.

9 Quæ denunciationes faciendæ sunt, vt validè fie-
ri debeant, à Parocho, vel ab alio de licentia ipsius
Parochi, vt resoluunt Fr. Emman. *in summ. part.1. cap.*
217. num.6. Sanch. *lib.3. disp.6. à num.4.* Coninch *disp.*
27. dub.5. num.50. Reginald. *lib.31. num.225.* Bonac.
10 *d. quæst.2. puncto 6. num.12.* † In vtraque sponsi, &
sponsæ parochia, quando sunt diuersarum parochia-
rum; quia illi, qui sunt de parochia mulieris, fortasse
nesciunt impedimentum viri, & è contra. Ita Petr.
de Ledesma *quæst.45. art.5. puncto 3. & in sum. part.1.*
de sacram. matrim. cap.6. concl.7. vers. hase de aduertir,
Fusch. *de visitat. lib.2. cap.3. num.21.* Vgolin. *de potest.*
Episcopi, cap.15. §.11. n.2. Zerol. in praxi Episcop. *p.1.*
verb. matrim. §.5. Posseuin. *d. cap.10. num.8.* Henriq.
lib.11. cap.7. §.1. Sanch. *lib.3. disp.6. num.4.* Rebello *d.*
part.2. lib.2. quæst.7. num.10. vers. quo loco, Reginald.
lib.31. num.225. Chamerot. *d. dub.17. vers. quintò*, Co-
ninch *disp.27. num.40.* Basil. Pont. *de impedim. matri-*
mon. cap.26. §.4. in princip. Gutier. *de matrim. cap. 56.*
11 *num.5.* Bonacina *d. quæst.2. puncto 6. num.10.* † Si verò
contrahentes plura habuerint domicilia, seu paro-
chias, faciendæ sunt huiusmodi denunciationes, in

ea, in qua diutius habitant, & principaliorem habent
larem; vel potius in ea, in qua verosimilius est sciri
impedimenta, vt in parochia, in qua fuit antiqua pa-
rentum habitatio; non verò in loco, quem modo,
quasi ignotus, cœpit inhabitare, quia tunc antiquius
domicilium est petendum. Ita Ledesma *d. art.5.* Fr.
Emman. *cap.217. num.6.* Sanchez *lib.3. disp.6. à num.4.*
Reginald. *lib.31. num.225.* Coninch *disp.27. num.50.*
Gutierr. *cap.56. num.6.* Bonacin. *d. punct.6. n.11.* San-
chez *d. disp.6. num.6.*

Fieri autem debent hæ denunciationes tribus die- 12
bus festiuis continuis, Bonacina *d puncto 6. num. 14.*
Chamerota *d. dub.17. vers. secundo*, Sanch. *lib.3. disp.6.*
num.8. Reginald. *lib.31. num.225.* etiamsi sibi succe-
dant, vt intellexit Basil. Pont. *d. cap.26. §.4. in princ.*
Sed meliùs intelligendum est de festis, quæ sibi non
succedunt immediatè, cum Reginald. *vbi proximè*,
Segura *in direct. iudicum part.2. cap.16 num.20.* Aloys.
Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol. 224. num.4. in 2.*
impress. Coninch *d.tom.2. disp.28. num.47.* nouissimè
Marcel Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. cap.15. n.15. in*
fine. Vnde ratione paruitatis materiæ credo Paro- 13
chum non peccare mortal. si vno, vel altero die festo
omittat denunciationem, dummodo inter vnam, &
alteram multos dies festos non interponat, quia tūc
faciendo contra prohibitionem Ecclesiæ in re gra-
ui, peccabit mortaliter: nam ob magnum temporis
interuallum, seu moram fieri potest, vt parochiani
tardiores euadant ad deferenda impedimenta, & in-
terim obliuiscantur præcedentium denunciationum.
Ita Sanchez *d. disp.6. num.8.* Gutier. *cap.56. n.4. ad fin.*
Posseuin. *d. cap.10. num.4. & 5.* Coninch *d. disput.27.*
dub.5. num.47. Regin. *lib.31. n.226.* Bonac. *d. puncto 6.*
num.15. Contra Henriq. *cap.7. num.11. d. loco.*

Ex quo fit huiusmodi denunciationes diebus fe- 14
rialibus fieri non posse, etiam cum dispensatione
Episcopi, cùm super hac Conciliari dispositione di-
spensandi potestatem non habeat. Ita Zerol. *in praxi*
Episcop. part.1. verb. Matrimonium, §.4. nouissimè
Marcel. Vulpe *in praxi iudic. cap.15. num.4.* Chame-
rota *d. dub.17. vers. quartò*, Vgolin. *d. cap.15. §.11. n.3.*
Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap.83. num.28.*
Sanchez *lib.3. disput. 6. numer.9.* & secundum hanc
opinionem *Sacram Congregationem* decidisse refert
praxis Neapol. *cap.26. num.10.* quam citat Aloys.
Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. resolut. 224. num.3. in noua*
impress. Addo tamen † eas fieri posse alio die, quàm 15
festo, eo scilicet, quo ingens hominum multitudo
ad Ecclesiam accedit, vt accidit quando insignis
concionator concionem habiturus est, vel est dies
festus vocationis illius Ecclesiæ, etiamsi non serue-
tur, nisi vsque ad meridiem, cùm Concilij fini hoc
modo satisfactum sit. Ita Sanchez *d. disput.6 num.9.*
Reginald. *dict. lib.31. num. 227.* Gutierr. *de matrim.*
cap.56. num.8. Bonacina *d. quæst. 2. puncto 6. num. 18.*
& 19. Posseuin. *d. cap. 10. num.12.* nouissimè Mar-
cel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. cap.15. numero 6.*
in fine.

Hinc etiam fit, denunciationes validè posse fieri 16
extra Ecclesiam, & Missarum solemnia, si magnus
adsit populi concursus, & locus aptus sit, vt ad mul-
torum notitiam perueniat. Ita Sanchez *d. n.9.* Basil.
Ponc. *d. cap.26. § 4. in princ.* Reginald. *lib.31. num.227.*
Gutierr. *cap.56. num.7.* Bonacina *d. quæst.2. punct.6.*
num.17. Hurtad. *de matrim. disp.5. diffic.18. num.61. in*
fine, vbi intelligit si id sit consuetudine introdu-
ctum.

Sic etiam extra Ecclesiam matrimonium licitè 17
celebrari potest, quia ad hoc, vt dicatur celebrari in
facie Ecclesiæ, non est opus, vt in ipsa materiali Ec-

clesia, vel in eiusdem limine celebretur, sed sufficit
vt coram aliqua fidelium multitudine fiat, quæ tan-
quam quædam Catholicorum congregatio censeri
potest Ecclesia, iuxta text. *in cap. Ecclesia de consecrat.*
distinct. 1. cap. relatum el 2. de testam. gloss. *verb præfa-*
tam Ecclesiam, in cap. fin. ne Prælati vices suas. Vide
18 † Ordinarius non potest prohibere, quin matrimo-
nia domi celebrentur, seruata Concilij forma;
sed cùm maximè deceat, vt in Ecclesia celebren-
tur, id hortari debet, non præcipere: ita decisum
referunt Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici*
part. 2. cap. 9. num. 48. Basil. Ponc. *d. cap.* 26. *§. 2. vers. 1.*
Rebell. *d. p. 1. lib. 2. quæst. 7. num.* 11. Sanchez *lib. 3. disp.*
15. *num.* 20. Reginald. *lib.* 31. *num.* 142. me citato *in hoc*
loco Diana *moral. resolut. p. 3. tract. 4. ref.* 279. nouissimè
Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Ecclesiast. cap.* 15.
num. 15.
19 Cùm probabiliter timetur impediendum mali-
tiosè matrimonium, si trina monitio, vel vna tan-
tum præcedat, Parocho, & testibus præsentibus cele-
brari potest matrimonium, dummodo postea ante
consummationem denunciationes fiant: nisi Ordi-
narius, cuius id prudentiæ committit Concilium,
aliter iudicet debere fieri, vide Perez *l. 1. tit. 15. lib. 8.*
Ordinam. pag. 184. Menoch. *cons.* 69. Armendariz *dict.*
loco, num. 21. *&* 35. Gutier. *canonic. lib. 1. c. 19. & tract.*
de Matrim. cap. 37. num. 3. Franc. Molin. *diff. 11. n. 52.*
cum sequentib. Sanch. *lib. 3. disput.* 9. Coninch *dict.*
20 *disp. 27. n.* 52. † Nullo modo tamen Parochus, quo-
ties timetur malitiosè matrimonium impediendum,
potest huiusmodi denuntiationes omittere, vt fiant
antequam consummetur, nisi dispensatio difficilli-
mè obtineri possit, Henriq. *lib. 11. cap. 5. §* 5. Sanch.
lib. 3. disp. 7. num. 17. Coninch *dict. disp. 27. numer.* 53.
Mat. Ant. *var. resol. lib. 1. resolut. final casu* 4. Menoch.
cons. 69. *num.* 61. Nauar. *cons. 1. sub tit. de clandest. de-*
spons. in vtraque edit. Gutier. *can. lib. 1. c. 19. n. 2.*
21 Qui non iustè impedire potest, is malitiosè face-
re dicitur, arg. tex. *in l. 1. §. huius, ff. de officio eius, & l.*
qui testam. §. mulier ff. de testam. cum latè traditis per
Cephal. *cons.* 521. *num.* 21. *cum seqq. lib.* 3. Gutier. *Ca-*
nonic. lib. 1. cap. 20. num. 12. Et cùm Sacrum Concil.
in eo cap. 1. non declaret, quibus verè, an malitiosè
22 animus impedientium detegatur coniecturis †, rectè
facturus Ordinarios existimo, si iusiurandum præ-
stent impedientibus, quo iurare eos cogant, non ma-
litioso animo se impedimenta afferre, & propalare;
23 † animus enim nonnisi iuramento probari potest,
ex Bart. *in l. admonendi num.* 9. vbi Alexand. *num.* 19 *ff.*
de iureiur. Menoch. *de arbitrar. casu* 241. *num. 4. & ca-*
24 *su* 186. *num. 3. &* 4. † Qui tamen, vt matrimonium
impediat, falsa impedimenta denunciat, arbitraria
pœna punitur, vt habetur *in cap. cùm inhibitio, §. fin.*
iuncta glos. ibi, & Anch. *num.* 13 *de clandest. despons.* Me-
noch. *casu* 453. *num.* 1. Vgolin. *de potestate Episcopi,*
cap. 15. §. 11. num. 6.
25 Vi harum denunciationum, qui nouit aliquod
impedimentum inter volentes contrahere, etiamsi
occultum sit, & illud probare non possit, sub pecca-
to mortali tenetur denunciare. Ita Gutier. *canon lib. 1.*
cap. 11. num. 21. & 27. & de matrim. cap. 59. Sanchez
lib. 3. disput. 13. num. 2. Coninch *disp. 27. dub. 7. num.* 61.
Reginald. *lib.* 31. *num* 218. Chamerot. *dict. dub.* 17.
vers. nano, Hurtado *de matrim. disp. 5. diffic.* 21. nouissi-
mè Marcel. Vulpe *dict. cap. 15. num.* 22. Bonacina *d.*
quæst. 2. punct. 6. num. 20. vbi etiam resoluit cum aliis,
procedere, quando agitur de damno alterius vitan-
du, & quamuis impedimentum acceptum sit sub se-
creto, vel auditum ab aliis, dummodo sint personæ
fide dignæ; secus verò si audierit à persona nihil cer-
tum sciente, vel si non meminerit à qua persona
audiuit.
Cognoscens aliquod impedimentum, vel sub se- 26
creto, vel occultum, ita vt solus ipse nouerit, præ-
cipuè si nascitur ex infamia, aut peccato, non tene-
tur detegere, sicut nec tenetur impedimenta de-
nunciare cum graui suo incommodo, vel aliorum
scandalo, vide Fr. Emman. *in summ. part. 1. cap.* 217.
numer. 9. Chamerota *vbi proximè,* Bonacina *dicto*
punct. 6. numer. 20. optime Basil. Ponci. *dict. cap.* 26.
§. 4. vers. denique, vbi ex Paul. Comitol. *responsor. mo-*
ralium, lib. 1. quæst. 112. duo matrimonia vix opina-
bilia refert, quæ etiam ego referrem, nisi breuitati
studuissem; obstrictus tamen impedimento tenetur
desistere à matrimonio contrahendo, & illud
manifestare iudici interroganti, Sanchez *lib. 3. dis-*
putat. 14. Coninch *disput. 27. num.* 64. Gutier. *cap.* 69.
num. 13. Reginald. *lib. 31. num.* 328. *ad finem,* Bonaci-
na *dict. punct. 6. num.* 21. & de hac re vide infrà *alleg.*
96. *num.* 44. *cum seqq.* In denunciationibus Matrimo-
nij assertioni Parochi standum est, concurrente ve-
risimilitudine proueniente ex taciturnitate, & non
reclamatione partium, Rot. diuersor. *part. 1. decis.* 91.
num. 1 quam refert Beller. *disquisit. cleric part. 1. tit. de*
clerico teste, §. 1. num. 10.
Attento Iure antiquo non poterat Episcopus dis- 27
pensare, ne denunciationes præmitterentur matri-
monio, quia erant præceptæ in generali Concilio
Lateranensi, de quo *in cap. cùm inhibitio, de clandest.*
despons. in cuius lege nequit Episcopus dispensare,
vt suo loco dicemus. Ita Salxedo *dict. cap.* 76. *verb.*
dispensat. lit. D, Henriq. *lib. 11. c. 5. §. 5. in comm. lit. S,*
Sanchez *lib. 3. disp. 7. num.* 1. qui limitant in casu vr-
gentis necessitatis, vel ex consuetudine scita, & to-
lerata à Pontifice. Sed hodie potest Ordinarius ex
causa sibi bene visa dispensare, vt omittantur omnes
denunciationes, vel aliqua illarum, ante, & post ma-
trimonij consummationem, vt expressè definitur in
Concil. Trident. *dict. cap.* 1. Menoch. *consil.* 453. *num.* 5.
Henriq. *d. cap. 5. §. 5.* Salzed. *vbi proximè,* Petr. de Le-
desma *in summ. part. 1. de Sacramento Matrimonij c. 6.*
conclus. 7. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast par. 2.*
cap. 9. num. 51. Vgolin. *de potestate Episcop. cap.* 60. *à*
num. 3. Basil. Ponc. *dict. cap. 26. §. 4. vers. debent,* Sanch.
lib. 3. disput. 7. num 4. *cum sequentib.* Franc. Molin. *dict.*
differ. 11. num. 58. Reginald. *dict. lib. 31. à numer.* 232.
Campanil. *in diuersor. Iuris Canon. rubr. 6. c. 3. num.* 42.
Posseuin. *de Officio Curati cap. 10. de matrim. num.* 2.
nouissimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. cap.*
15. *num.* 8. vbi *num.* 11. ponit practicam, quæ solet
obseruari in remittendis denunciationibus, quam
tamen non esse necessariam affirmat, quia satis est
quòd Ordinarius extraiudicialiter sit informet, &
fiat certior de causa, me citato *in hoc loco* Alxedo *de*
præcellen. Episc. dign. part. 2. cap. 7. n. 28. Hurtado *de*
matrim. disp. 5. diffic. 19. in princ.
Ex his sequitur, quòd cùm Ordinarij appellatio- 28
ne veniat etiam Episcopi Vicarius, poterit is in
vim dicti verbi denunciationes remittere, si sibi vi-
debitur expedire. Quod autem Ordinarius dicatur,
probant glos. *verb generaliter in cap. Romana, de appel-*
lation. in 6. & glos. *verb. Vicarij in cap. tua, de officio Vi-*
carij, Couar. *practicar. cap. 4. num. 7. & lib. 3. variar. cap.*
20. *num.* 4. Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 2. quæst.* 55.
Flamin. *de resignat. lib. 3. quæst. 11. num.* 19. Sic etiam
quoties aliquid Episcopo conceditur, persona Vi-
carij non excluditur, sed potius sub eadem disposi-
tione comprehensa videtur, ex Sanchez *dict. lib.* 3.
disput. 7. num. 10. & disput. 29. num. 16. Erasm. à Co-
chier *de iurisdict. Ordin. in exemptos p. 1. quæst. 1. n.* 10.
nisi

nisi Vicarius reperiatur expresè exelosos, & dummodo materia Vicario ex eius officio conueniat, Sbrozz de officio vicarij lib.2. quæst.43. num.28.& 19. & quæst.101.num.2. Steph.Gratian.dicept.forens.cap. 83. num.12.Marc.Anton. Genuens. in pract. Archiep. Neapol. cap.16.num.1. Gutier.de matrim.cap.59. num. 11. nouissimè Sperell.in decis.fori eccles.decis.97.n.1. vbi idem dicit, nisi apposita esset taxatiua tantùm.

29 † Vnde posse Vicarium Episcopi denunciationes remittere, prædictis rationibus censuerunt Fr. Emman. in sum.tom.1.cap.217.num.4.in 2.edit. Segur.cap. 16.num.2.& 3.Salzed.dict.cap.76.litt. D, vers.sed dubium, Petr. de Ledesm.in summ.part.1. de Sacrament. Matrim.cap.6.conclus.7. dub.1. Iacob. Sbroz de Vicario Episc.lib.2.quæst.101.num 1.& sequenti,& quæst 43. num.28. & 19. Flores de Mena var. lib.3. quæst.14. num.26. Gutier. canon.lib.1.cap.19 num.13.& de Matrim. cap.56.num.11. Cochier dict. tract. de iurisdict. Ordin.vbi proximè.Lazar. de monitoriis sect.1. quæst.6. num.4. Basil.Pont. d.cap.26.§.4. vers.debent, Caualcan. decis.29. num.17. part.2. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis.259. in 1. edit. aliàs resolut.216. in 2.edit. Bonacina dict.quæst.2. puncto 6. num.7. vers. dixit, Saochez lib.3.disput.7.num.9.& 10. vbi num.21. quod etiam potest delegare, Regioald. lib.31. num. 133. Sahagun ad tit.de sponsalib. num.53. Ceual. commun. contra commun.quæst.604.num.92. ad finem, Coninch d.disput.27. num.55 Stephan. Gratian. discept. forens. cap.83. num.10. cum sequentib. citati à Nicol. Garcia de benefic. part.3.cap.8. num. 54. Molfes. in sum. Theolog.moral. tract.4.cap.8.num.20. vbi num.22. limitat in Vicario foraneo, Gasp. Hurtad.de matrim. disp.5. diffic.19. num.63. nouissimè Marcel. Vulpe in d. praxi cap.15. num.10. Alzedo d. part.2. cap.7. n.32. vbi num.33. limitat in Vicario foraneo, Sperell. d. decis.97. num.6. & hanc opinionem veram, & receptiorem esse testatur Narbona de appellatione à Vicario ad Episcopum part.1. num. 216. Quamuis contrarium, imò Vicarium generalem Episcopi iure proprio, & auctoritate sibi à Concil. concessa non posse denunciationes remittere, cùm generali concessione dispensandi potastas non includatur, teneant Cephal. consil.421. num.72. cum seq. volum.3. Menoch.de arbitr. casu 453. numer.5.& consil.69.n.55. cum sequenti, Franc. Molin. d. differ.11. num.64. cum multis sequentib.Suar.de Pace in pract. tom.2.prælud.3. in fine. Spin. d.gloss.15.principali, n.29.Henriq. lib.11. cap.3.num.5. Anton. Gomez in explic. Bull. Cruciata, cap.4.num.19.& 21.Posseuin.d.cap.10.n.2.

30 Hinc etiam fit habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, nullique diœcesano subditos, posse huiusmodi denunciationes remittere, cum Ordinarij appellatione veniant. Ita Nauar.consil.5.sub tit.de sponsal.in 1.edit. & cons.2. sub tit.de clandestina desponsat.in 2.edit. Fr.Emman. in sum.part.1.cap.217.num.4. in 2.edit. Henriq.lib.11.c.5. §.5. Sanchez lib.3.disp.7. num.4. Sahagun ad tit. de sponsal. num.53. Hurtado d.disp.30.diffic.19.num.63.in med. nouissimè Marcel. Vulpe d. cap.15. num.9. me citato in hoc loco Salgado de supplicat.ad Sanctissim.part.2.c.4.n.21.

31 Sic etiam Abbates, qui Ordinarij sunt, & habent iurisdictionem quasi Episcopalem, possuntque omnia regulariter, quæ Episcopi in sua diœcesi, circa ea, quæ sunt iurisdictionis, iuxta gloss. quam inibi commendant Bonifac.& reliqui in Clem.1. verb.pro-
32 prij, de rebus Eccles.non alienand. & dicit † solemnem Nauar. dict. cons.5. de sponsalib. num.4. poterunt denunciationes remittere. Ita Sanch d.disput.7. num.4. Flores de Mena var.resolut.lib.3. quæst.14. numer.16. Sayr. decis.9. de sponsalib. Francisc.Molin. dict. differ. 11.num.60. Steph.Gratian. dict.cap.83. num.15.Molfes.d.cap 8.num.11. Hurtado d. num.63. prope fin. nouissimè Marcel.Vulpe in d.praxi cap.15. num.9. Salgado d. cap.4. num.22. qui non tantùm Sacri Concilij decretum extendunt ad Abbates titulares, sed ad Commendatarios, vt hi etiam possint denunciationes ex causa remittere: duplici mouentur ratione, prima, quia quidquid potest titularis ratione dignitatis, potest illiùs Commendatarius, Panormit. in cap. querelam, de electione, quem refert, & sequitur Deci. in cap. edocere, de rescript. tum & secundò, quia cum decretum Concilij de Ordinariis loquatur indefinitè, regula verò indefinita vniuersali æquipolleat, gloss. communiter recepta in cap. vt circa, de elect. Abbas autem Commendatarius Ordinarius dicatur, gloss. & text.in cap. Ordinarij, de officio Ordinarij, in 6. iuncto text. in cap. cùm Ecclesiarum Prælatis, eod.tit. in antiq. id etiam poterit concedere; & in eo nuncupatim tenent Petr. de Ledesma in summa part.1. de sacrament. Matrimon. cap.6. concl.7. dub.1. versic. sequeso lo secundo, Gonzal. ad regul.8. Cancell. gloss 5. §.8. num.28. Quamuis Abbates, & Commendatarios in eorum Abbatiis, in quibus habent etiam iura Episcopalia, dictas denunciationes sine speciali concessione Apostol. remittere non posse, dicant decisum Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part.2. cap.9. num.55. Armendariz in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.4.tit.15.l.1. de Matrimon. in declarat.num 22. Nicol. Garc. de benefic.part.5. cap.8. numer.56. Hurtado d. numer. 63. in fine. † Item ex eadem ratione 33
Magister scholæ Salmanticen.respectu Scholasticorum, qui in matricula descripti sunt, poterit huiusmodi denunciationes remittere, vt per Fr. Emman. dict.cap.217. num.4. Sanch. dict. disput 7. n.4. Gutierrez de matrimon.cap.56. num.9. Et de Vicario S. Ioannis Hierosol.Basil. Ponc.d.cap.26.§.4. versic. debent. Molfes. d. tract.4.cap.8. num.21. in fine. Parochus neque instante necessitate, neque etiamsi interueniat iusta causa dispensare valet in denunciationibus, Sanchez lib.3. disp.7. num.17.Coninck d.disput.27.dub.5. numer.53. Alzedo d.part.2. cap. 7. num.34.

Archiepiscopos tamen in alterius Episcopatu de- 34
nunciationes remittere non poterit, quoniam nisi in causis appellationum, & aliis paucis à Iure expressis, iurisdictionem in Suffraganeos non habet, ex cap.pastoralis, de officio Ordinar.resoluit Francisc.Molin.d.differ.11.num.86.

Episcopus vnius contrahentis potest cum vtro- 35
que, etiamsi sint diuersæ diœcesis, in denunciationibus dispensare, quia sicut alteruter Episcopus potest vtrumque coniungere in Matrimonium, vt suo loco dicetur, ita etiam poterit cum vtroque dispensare in denunciationibus. Ita Sanch.d.disp.7. num.7. Regin. d.lib.31. num.132. vers.secunda, Coninch disp.17.dub. 6.num.54.vers.nota quando, Gutier.de matrim. cap 46. num.30. ad finem, me citato in hoc loco Alzedo d p. 2. cap.7.num.30. Bonacina d.q.2.punct.6. num.7.vers. sed modò, vbi contra prædictos Doctores putat restringendam hanc resolutionem ad Episcopum, in cuius diœcesi celebrandum est Matrimonium, qui solum cum vtroque contrahente poterit dispensare; ille vero, in cuius diœcesi non est celebrandum matrimonium, sibi subdito tantum dispensationem concedere poterit, cum nullam habeat iurisdictionem directam, vel indirectam erga subditum alterius Episcopi, in cuius Diœcesi celebrandum est matrimonium.

Facultatem dispensandi in denunciationibus, po- 36

terit Epiſcopus alteri delegare, cum hoc poſſit facere habens ordinariam iuriſdictionem: tum quia quando fuit Ordinariis conceſſa poteſtas diſpenſandi in denunciationibus, non fuit electa induſtria perſonæ, cum non cenſeatur eligi induſtria perſonæ quando delegatio fit perſonæ incognitæ, & indeterminatæ, vt quando fit Prælatis præſentibus, & futuris, ſicut accidit in facultate conceſſa Ordinariis ad diſpenſandum in denunciationibus. Ita Sanchez *lib.3. diſp.7. num.20.* Suar. de Paz, & Petr. de Ledeſm. quos refert, & ſequitur Ceuall. *communium contra commun. quæſt.604. num.93. & 99.* Spin. *dict. gloſſ.15. princ. num.19.* Rebuff. *in praxi benefic. in forma Vicariatus, num.155.* Reginald. *lib.31. num.235. in principio,* Coninch *diſp.27. num.55. concl. 3.* Gutier. *de matrim. cap.56. num.13.* Bonacina *dict. quæſt.2. puncto 6. num.7. verſ. ſecundo.* me citato *in hoc loco* Alzed. *d.p.2. cap.7.*
37 *num.35.* † Hinc fit Vicarium generalem poſſe facultatem diſpenſandi in denunciationibus delegare, non tamen generaliter; nam quamuis non poſſit conſtituere alium Vicarium generalem, *cap. Clericos, de officio Vicarij,* nihilominus poteſt vnam, vel alteram cauſam delegare, vt ex Sanch. Gutier. Reginald. reſoluit Bonacina *d. loco.*

38 Illa verò facultas diſpenſandi in denunciationibus, quæ Ordinario conceditur, debet accipi interuenientibus cauſis, quæ ſibi iuſtæ videbuntur; nam Trident. hoc negotium prudentiæ Epiſcoporum remiſit, Henriq. *d. cap.5. §.5.* Gutier. *de Matrim. cap.57. in princip.* Bonacina *d. puncto 6. num.7. verſ. Dixi, ſi t.* Ordinarij non prudenter agunt remittendo denunciationes abſque iuſta cauſa; & ideò ad diſpenſandum in illis iuſtam requiri cauſam tenent Menoch. *conſil.69. num.62. & 63. & de arbitrar. caſu 453. n.5.* Segura *in direct. iudicum Eccleſ. part.2. cap.16. num.17.* Salzedo *in pract. cap.73. verſ. diſpenſet,* Fr. Emman. *d. cap.217. num.3.* Suar. de Paz *in pract. tom.2. prælud.3. num.11.* Henriq. *lib.11. cap.5. §.5.* Spin. *dict. gloſ. 15. princip. num.18.* Anton. Gomez *ſuper Bulla Cruciat. cap.4 quæſ 4. num.16.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſion.258. in 1. edit. & reſol.225. num.1. in 2. edition.* Sanchez *lib.3. diſput.8. num.1.* Ceual. *d. quæſt. 604. num.103.* Coninch *diſput.27. dub.6. num.55.* Gutier. *Canon. lib.1. cap.19. num.6. cum ſeqq. & de Matrim. cap. 57. num.1. & 2.* Bonacina *dict. quæſt.2. puncto 6. num.7.*
39 *verſ. tertiò dubium eſt.* Non tamen neceſſe eſt, vt † iudex cognoſcat iudicialiter cauſam diſpenſandi ſubeſſe, ſed ſufficit, etiamſi nouerit extra iudicium; nam Concilium remiſit hoc negotium conſcientiæ, & prudentiæ Epiſcoporum, vt cum Sanchez *num.4.* & Gutier. *cap.57. num.1. dictis locis* reſoluunt Bonacina *vbi proximè,* Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut.225. num.1.* Noguerol. *tom.1. alleg.23. n.107.*

40 Iuſtæ verò ad diſpenſandum cauſæ multæ à Doctoribus afferuntur, eaſque recenſet Sot. *in 4. diſt.28. quæſt.2. art.3.* Syluest. *verb. Matrimonium, 6. quæſt.7.* Bottæ. *tractat. de Synodo Epiſcopal. part. 3. art.1.* Fr. Ludou. *in instruct. conſcientiæ part.1. cap.87.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.2. cap.4. num.30.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.1. de Sacram. Matrim. cap.6. concl.6. verſ. lo ſegundo,* Zerola *in praxi Epiſcopal. part.1. verb. Matrimonium, §.9.* Henriq. *lib.11. cap.16.* Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut.225.* Franciſc. Molin. *de ritu nupt. lib.2. differ.11. num.50.* Vgol. *de poteſtate Epiſcopi cap.60. num.4.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.83. num. 25. cum multis ſequentibus,* Sanchez *lib. 3. diſputat.9.* Coninch *diſputat.27. à num.56.* Reginald. *lib.31. num.224.* Gutier. *de Matrim. cap.57. à num.3.* Bonacina *d. quæſt.2. puncto 6. num.7. dub.3.* Baſil. Pont. *de imped. Matrim. cap.26. §.4. verſ. ſunt tamen,* Hurtado *d. diſput.5. diffic. 20. à num.68.* Molfeſ. *d. cap.8. num.24. cum ſeqq.* nouiſſimè Marcel. Vulpe *in d. praxi iudic. fori eccleſ. cap.15. à num.20.*

Inter iuſtas cauſas connumerari poſſunt ſequentes, quas vti frequentiores ſcribere operæ pretium 41
duxi. *Prima* eſt quando creditur Matrimonium iniuſtè impediendum, vt per maleficia, aut parentum, vel aliorum fraudes; ita Franciſc. Molin. *d. differ. 11. num.51.* Bonacina *d. punct.6. num.7. verſ. rogabis,* Vgol. *d. cap.60. num.4.* Baſil. Pont. *vbi proximè verſ. tertius,* Molfeſ. *d. cap.8. num.32.* Nouar. *dict. concl. 77. num.1.* Marcel. Vulpe *dict. cap.15. num. 20. verſ. prima.*

Secunda eſt, quando virgo ſub tutela iniqui tuto- 42
ris eſt, qui eam viro ignobili, & diſpari tradere vult. Ita Segura *d. cap.16. num.15.* Mozz. *de contract. tit. de Matrim. col.3. num.16.* Spin. *d. gloſ.15. num.31.* quos referunt, & ſequuntur Sanch. *dicto lib. 3. diſput.9. num.13.* Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut.225. num 3.* vbi idem
reſoluit, † quando virgo erat à viro deflorata, de 43
quo etiam Sanchez *d. diſput 9. num.25.* Vel † ſi filij 44
eſſent ſub poteſtate nouercali, Segura *dict. cap. 16. num. 13.* Gutier. *canon. lib.1. cap.20. num.19. & 30.* Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut.225. verſ. ſecunda.* Nouar. *dict. concl.77. n.6.*

Tertia eſt, quando Magnates contracturi ſunt Ma- 45
trimonium, quia cum magna deliberatione ſolet tractari, eorumque impedimenta valde nota ſunt, ſi quæ adſint. Ita Sanchez *dict. lib.3. diſp.9. num.6.* Iacob. de Graffiis *in deciſ. aureis part.1. lib.2. cap.86. & de arbitr. confeſſ. lib.1. cap.41.* Bonacina *dict. num.7. verſ. quinta.* Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut.225. verſ. Tertia,* Baſil. Pont. *dict. loco, verſ. Primus,* Molfeſ. *d. cap.8. num.30.* Nouar. *d. concl.77. num.8.* Hurtado *d. diffic.20. n.70. verſ. ſexta.* nouiſſimè Marcel. Vulpe *in d. praxi c.15. n.20. verſ. quinta.*

Quarta eſt, quoties inter contrahere volentes 46
adeſt diſparitas conditionis, ætatis, diuitiarum, & qualitatis, quando ſcilicet nobilis cum ignobili, pauper cum diuite, honeſtæ vitæ cum turpi, & infami, Matrimonium contraheret. Ita Nauar. *in manual. cap.22. num. 70. verſ. aduertendum,* Vega *in ſum. lib.3. caſ.211.* Salzed. *dict. cap.73. ad finem, verſ. diſpenſet.* Spin. *dict. gloſ.15. princip. num.18. cum ſeq.* Zerol. *in praxi Epiſcopali part.1. verb. Matrimonium, § 9. in fine,* Sanchez *dict. diſp.9. num.3.* Stephan. Gratian. *d. c.83. num.25.* Franc. Molin. *dict. diff.11. num.50.* Menoch. *conſil.69. à n.7.* Segura *d. cap.16. num.6.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.22. verſ. quinta,* Nouar. *in ſing. Canon. concluſ. 77. num.5.* Hurtado *dict. diffic.20. num.69. verſ. quinta,* Marcel. Vulpe *d. c.15. num.20. verſ. ſecunda, & verſ. tertia* me citato in hoc loco Noguerol. *d. allegat.23. num.106.*

Quinta eſt, quando Matrimonium eſſet contra- 47
hendum in mortis articulo, Sarmi. *lib.1. ſelect. cap.6. num.7.* Couar. *de ſponſalib. part.2. cap.6. in initio n.12. in fine,* Spin. *d. gloſ.15. num.25.* Azeued. *lib. 1. num.38. tit.1. lib.5. noua recopil.* Fr. Emman. *dict. cap.217. num.2. concl.1.* Petr. de Ledeſma *dict. concl.6. verſ. el tercero.* Henriq. *lib.11. cap.5. §.5.* Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut.225. num.3. verſ. ſeptima,* Stephan. Gratian. *dict. cap.83. num.26.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. cap.26. ſub num.2.* Sanchez *dict. lib.3. diſput.9. num.19.* Molfeſ. *d. c.8. num.33.* Nouar. *d. concl.77. num.7.* Hurtado *d. diffic.20. n. 68. in fine,* me citato in hoc loco Noguerol *d. alleg.23. num.5.*

Sexta eſt, quando tempus, quo nuptiæ prohiben- 48
tur, inſtat; itavt nequeant omnes denunciationes præmitti, Zerola *in praxi Epiſcopal. part.1. verb. Matrimonium, §.9. in med.* Genuenſ. *in praxi Archiep. c.16.*

sub

*sub num.*3. Reginald. *lib.*31.*num.*235.*vers.quarta*, Cenual. *dict. quast.*604. *num.*106. Coninch *d.disputat.*27. *num.*56. *vers.quintò*, Aloys. Ricc. *dict.resolut.*225.*vers. sexta*, Bonaciua *d.quast.*2. *punct.*6. *num.*7. *vers. tertia*, Vgolin.*d.cap.*60.*num.*4.Molfes.*d.cap.*8.*num.*31. Hurtado *dict difficult.*20.*num.*69. nonissimè Marcel. Vulpe *in dict.praxi cap* 15.*num.*20.*vers.quarta.*

49 *Septima* est, vbi contrahere volentes diu habiti fuerint pro coniugibus, & in tali forma erant, & propter verecundiam non audent contrahere, Nauar. *in man.cap.*16.*num.*37. Gutier.*de iurament.confirmat. par.*1. *cap.*51.*num.*12.*vers.& tenendo.* Sanch.*dict. lib.*3.*disp.*9. *num* 5. Aloys. Ricc. *dict. resolut.*225.*vers. quarta*, Reginald. *lib.*31. *numer.*235.*vers.prima* Coninch *dict.disp.*27. *numer.*56 *vers. Secundò sine infamia.* Cæteras verò causas videbis apud Doctores suprà in discursu citato; quæ semper Ordinarij relinquuntur arbitrio, Gutier. *canon.lib.*1.*cap.*19.*num* 2.& *cap.*20 *num.*14. Menoch.*de arbitr.casu* 453.*n.*5.Franc. Molin.*d.differ.*11.*n.*50.

50 Episcopo igitur incumbit cura indagandi, an verè subsit causa dispensandi in denunciationibus, quia remittendo eas sine iusta, & rationabili causa peccat mortaliter, Spin. *d glos.*15.*num.*28. Sanch.*lib.*3. *disp* 8. *num.*2. Suar. de pace *dict. prælud.*3.*num.*11.post Ledesm.Gutier. & alios Aloys. Ricc. *resolut.*225.*n.*2. Deinde probabiliter credere debet nullum subesse impedimentum; ad hoc autem credendum adduci potest præmissa inquisitione, qoam expedire iudicauerit; in omnibus enim casibus, in quibus dispensatur, ne denunciationes præmittantur matrimonio, debet Ordinarius informari an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes, ne periculo exponatur impeditus coniungendi, Sanchez *dict.libr.*4.*disput.*9. *in fine.* Item curare debet, vt denunciationes celebrato, sed non consummato matrimonio fiant, si causa solum postulet, vt denunciationes omittantur ante celebrationem matrimonij, vt quando nuptiæ benedici non possint ob vicinitatem temporis, in quo benedictiones noptiales prohibentur, & ex alia parte omninò constar subesse impedimētum. Ita Coninch *dict. disput.*27. *num.*58. Reginald.*lib.*31.*n.*227.& 237. Bonacina *d.punct.*6. *n* 7.*in fin.*Sanchez.*lib.*3.*disput.*11.

51 Existente iusta dispensandi causa tenetur Ordinarius ad petitionem partis sub pœna peccati mortalis, dispensare; præcipuè si scandalum sequeretur, vel esset suspicio malitiosi impedimenti. Ita Sanch. *lib.*3.*disp.*10.*num.*6.Alzedo *d.p.*2.*cap.*7. *num.*27. & 31. vbi metipsum citat, Gutier. *canon.lib.*1.*c.*20.*n.*23.*vers. propterea Ordinarij*, & *de Matrim.c.*57.*n* 4. vbi *num.*5.
52 resoluit † quòd in prædictis casibus potest ab eo appellari de denegatione dispensationis, saltem quoad effectum deuolutiuum, de quo latè Sanchez *d.lib.*3. *disp.*10 *à n.*12.

53 Aliquando tale periculum, & adeò vrgens necessitas esse potest, vt etiam sine Ordinarij licentia coniugium contrahi in præsentia Parochi, & testium, omissis denunciationibus sine peccato posset; cum enim ea lex humana sit, & quæ non præscribit formam contractui, iusta causa ab eius obseruantia excusare potest: vt accidit quando periculum est in mora, itavt non possit Episcopus adiri, & alinquin teneretur dispensare, veluti si Confessarius, & testes curarent, vt quidam gladio grauiter ictus, & iam iam moriturus duceret in vxorem concubinam; tum vt ad salutem æternam pareretur via facilior, tum vt legitima fieret proles suscepta, & peccato, & censura omnino essent immunes. Ita Henriq *lib.*11.*cap.*5.*n.*5. *ad finem*, optimè Sanchez *lib.*3 *disp.*10 *à n.*25.Gutier. *cap.*56.*num.*3.& *cap.*57.*num.*6. Basil. Poot. *d.§.*4.*vers. sunt tamen*, Reginald.*lib.*31.*num.*224.& 236. Bonacina *d.puncto* 6.*n.*7.*vers.dixi il* a Posseuin.*dict.c.*10.*n.*11. Fernandez *in examine Theologia moralis par.*3. *cap.*17. §.2.*num.*12. vbi etiam exemplificat, si vrgeat necessitas instantia mortis pro accipienda in coniugem concubina ad satisfaciendum famæ, aut filios legitimos relinquendom, vel oporteat ad nubendam viro æquali, qui aliter discedit, & voluntatem mutabit, Homobon.de Bouis *in consult.tom.*2 *p.*5.*resp.*310. Marchanti *in resol.Pastor tract.*5.*de denunciat c.*1.*q.*4. Marchin.*de peste p.*6.*cap.*4.*n.*5. vbi docet quòd si pestiferatus in articulo mortis velit concubinam ducere, vel ad prolem legitimandam, vel ad maiorem suæ conscientiæ tranquillitatem, esse denunciationes relinquendas, nouissimè Diana *moral resolut.p.*5. *tract.*3.*resol* 98. vbi ait, noo tamen ex hoc sequi licere io articulo mortis vnquam contrahere sine Parocho & testibus, neque ad hoc potest dare licentiam Episcopus.

54 Aduertendum est, quando de licentia Ordinarij vna tantum denunciatio præmittitur, non statim ea facta contrahendum esse matrimooium, sed per aliquod tempus arbitrio prudentis viri differendum esse, vt deferri possent impedimenta, si quæ extant inter contrahentes. Ita Segura *in direct.iudicum. p.*2. *cap.*16. *num.*21. Aluys. Ricc. *dict. resolut.*214. *num.*4. post Sanch. Gutier. & alios Bonacina *dict. quast.* 2. *punct.*6. *num.*16.

55 Et eum, qui intra quatoor menses post peractas denunciationes non contraxit matrimonium, non posse matrimonium inire nisi nouas denunciationes præmittat arbitrio Episcopi, decisum referunt Rebell. *p.*2. *lib* 4. *in declarat. Illustr.Card.sect.*2.*num.*8. & Bonacina *de Matrimon quast.*4. *puncto* 6. *num.*1. *vers. quartò*, Posseuin. *dict.cap.*10.*num.*13. Et quando omittnotur denunciationes, statuit *S. Cong.* vt post contractum octo dies aote consummationem semel fiant, & alibi iubet, vt nisi necessaria causa obstet; bis aut ter fiant ante consummationem, teste Chamerota *d. dub.*17. *vers. Sextò nota.* Deinde aduertendum est quòd exteri antequam admittantur ad contrahendum matrimonium, debent producere fidem de factis denunciationibus tribus diebus festiuis in propria patria & parochia, & coniuges diuersarum Parochiarum non possunt contrahere matrimonium, nisi factis priùs denunciationibus in vtraque Parochia, Fusc. *de visitat.lib.*2.*cap.*3.*num.*21. Si verò matrimonium contrahendum esset inter personas diuersæ diœcesis, non sufficit fides Parochi affirmantis denunciationes esse ritè factas, quia non probat, & nullius roboris esse censetur: nisi ab Episcopo, vel eius Vicario generali illius diœcesis subscriptione, & sigillo comprobentur, & ab Episcopo, vel eius Vicario loci, vbi contrahitur matrimonium, recognita sit, ab eoque licentia contrahendi fuerit obtenta: ita fuisse dispositum per Paulum V. in Rituali refert Marcel. Vulpe *dict.cap.*15.*num.*19.

Proprius contrahentium Parochus qualis?

56 VAlde controuersum est apud Doctores, quisnam dicatur proprius Parochus ad effectum contrahendi matrimonium. In quo dubio tenent aliqui eum dici proprium parochum ad coniungendum aliquos matrimonio, aliisque licentiam coniungendi concedendum, qui *in c. omnis vtriusque sexus de Pœnit. & remiss* appellatur proprius Sacerdos ad audiendas Confessiones, & dandam alteri Sacerdoti audiendi licentiam: sicuti enim Concil. Trident. *d. cap.*1. requirit, vt assistat proprius Parochus, vel alius Sacerdos ex eius commissione, ita *d. cap. omnis*, vt proprius Sacerdus excipiat Coofessiones, vel alius

de eius licentia;ergo idem eſt proptius Patochus,de quo Trident.loquitur,& proptius Sacerdos,de quo meminit *d.cap.omnis*. Ita docent Petr.de Ledeſma *de Matrimon. quaſt.45.art.5.puncto 3.dub.3.concl.1.& 3.* Spin. *in ſpeculo teſtament.gloſ.15.princip.num.38.* Emman.Sà *in aphoriſm.verb. Parochus ſub n.2.* dum pronunciauit pro reqoiſitione Parochiæ ad effectum matrimonij contrahendi, ſufficere etiam modicam habitationem; & ideo proprium Patochum,qui ad matrimonium hodie requiritur, eſſe Parochum,ſeu Sacerdotem, cui principaliter incumbit cura animarum loco domicilij,refert deciſum Piaſec. *in praxi nona Epiſc.part.2.cap.4.n.23.* Sed prædicta illatio, vt infrà probabimus,vera non eſt.

Quare pro veriori præſentis quæſtionis declaratione ad quatuor enunciationes illius reſolutio reuocanda eſt.

Prima cùm aliquis aliò ſuum tranſtulit totum domicilium, tunc in loco, in quem tranſtulit, ſuam nanciſcitur Parochiam,*c.vltim.de paroch.*

Secunda cum retento domicilio primo,quærit ſecundum, & in vtroque ſe pariter collocat, in vtroque domicilio parochiam habet, *cap.2.de ſepult.lib.* Licet enim per conſtitutionem vnius domicilij cenſeatur alterum deſtitutum, nihilominus tamen ſecus dicendum ſi vtrumque æqualiter ſit retentum, *l.aſſumptio, §.iuriſprudentibus, & l.eius, 27.§.vlt.ff.ad municip.* Lotter. *de re benefic.lib.1.quaſt.20.num.48.*

Tertia cum retento primo domicilio migrat aliò tanquam peregrinus, nouam parochiam nequaquam adipiſcitur, *cap.Romana §.contrahentes, de foro comp.lib.6.*

Quarta ſi priori domicilio retento migrat aliò, ſed non animo illic perpetuò domicilium conſtituendi,anceps relinquitur quæſtio,in qua duplex eſt ſententia.

57 *Prima* tenet acquiri Parochiam ratione habitationis,quando ea breuis temporis non eſt, ſed in id oppidum ſe aliquis recipit cauſa alicuius negotij expediendi, vt eo expedito ad proprium domicilium redeat. In primis probatur ex illatione, quam ſupra fecimus de Parocho, quem requirit tex. *in d. cap.omnis*, pro Confeſſionibus audiendis, ad Parochum, quem poſtulat.Concil. *dict.cap.1.* cum vtroque loco eadem phraſi denominetur; ſed *in d.cap. omnis*, appellatur talis habens curam parochiæ, in qua aliquis per maiorem anni partem habitat, vt ibi tenent Ioan.Andr.*num.13.* Anton.*num.38.* Card. *num.6.*& Anchar. *num.9.* Menoch *conſ.398.num.25.*
58 proot † in Scholaribus, qui dimiſſo Sacerdote in patria,poſſunt in loco ſtudij confiteri, reſoluit Rebuff. *de priuil. ſchol.priuil.139.* Nam ille dicitur proprius parochus Scholarium, & mercenariorum, vbi ipſi habitant, quamquam habeant animum redeundi tempore debito in patriam, reſoluit poſt alios Beller.*diſquiſit.cleric.part.1.tit.de exempt. cler.à ſtatutis ſecul.§.5.num.17.* Ergo ſimiliter is erit proprius Parochus pro matrimonio, nec ad id requiretur animus perpetuò habitandi. Deinde probatur *in c.queſti ſunt 16.quaſt.1.* vbi dicitur decimas perſoluendas iis, à quibus per anni circulum Miſſas audiunt, vbi ſola habitatio ponderatur. *Et in c.fin.de paroch.* ibi, *cùm ad inhabitandum in ea ſe quamplurimi contuliſſent, vt ij,qui ob bellum ad alienam parochiam confugerunt,dicuntur Parochiani.* Et *in cap.in noſtra,de ſepult.* ibi,*ſoluta quarta parochiali Eccleſia, de cuius Parochia mortuorum corpora aſſumuntur*,vbi ſola habitatio,& non animus manendi ponderatur. Quare hanc ſententiam defendit Sanch.*lib.3.diſp.13.à num.12.*poſt Veg.Seg. & Ceuall. quos citat,& refert in quadam cauſa dictum fuiſſe illum dici proprium parochum, in cuius Parochia habitant contrahentes tempore matrimonij, Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 244.in 1.edit.& reſol.214. num.1.in 2.edit.* ſequuntur Bonacina *de Matrimon. quaſt.2. puncto 8.num.1.* Gutier. *eod. tract. cap.63.num.19.* Alphonſ.Narbona *ad l.20 gloſ.2.n.12.tit.1.lib.4.Recopilat.pag.389.*

Secunda ſententia ait, vt verè aliquis dicatur pa- 59
rochianus, exigi animum conſtituendi ibi domicilium;quare ſi illud habeat in vno loco,& transferat ſe in alium,non animo permanendi, ſed ex cauſa limitata ad tempus, qua finita rediturus eſt ad proprium,non cenſeri illius loci, in quo ad tempus adeſt, parochianum, ſed loci domicilij permanentis. Probatur *in cap.is qui,de ſepult.in 6.* vbi expreſsè habetur transferentem ſe ad villam cauſa recreationis, vel ad ruralia exercenda, non effici villæ parochianum,ſed proprij domicilij. Quare hanc partem(cui tanquam probabiliori adhæreo) tenent Panormit. *in cap.in noſtra 11.de ſepult.* Fr.Emman.*in ſumm.tom.1. cap.219. num.6.* Spin *d.gloſ.15.n.41.* optin e Henriq. *lib.11.cap.3.§.3.* Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.c.76. num.18.* Cened. *pract. & canon.lib.1. q.30. à num.45.* Franc.Molin. *de rit.nupt.lib.2.differ.11.num.88* Hurtado *de Matrim. diſp.5. diffic.6.num.19.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. part.2. deciſ.108 à num.1.* Marchin.*de ſacram. Ordinis tract.1.part.5.cap.6. num 20.* vbi cum Sanch. *lib.3. de Matrim.diſp.23. num.7.* oſtendit non poſſe Parochum originis aſſiſtere matrimonio, ſed hanc aſſiſtentiam ſpectare ad Parochum illum ſub cuius Parochia quis habitat. Nam licèt Parochialitas ex ſola habitatione conſtituatur quoad Sacramenta neceſſaria, veluti Confeſſionis, & Communionis, Abb.*in cap. in noſtra num.11.de ſepult.* Sanch. *d.lib.3. diſp.23.ſub num.21.verſ.tertiò probatur*,Lotter. *d.lib.1. q.20.num.41.* nihilominus tamen ad effectum vſus Sacramentorum voluntariorum,quale eſt matrimonium,attenditur formale domicilium, Baſil. Pont. *de impedim.matrim.cap.26.§.5.* Gutier.*de matr.cap.63.* quos refert Lotter.*d q.20.num.52.* Qua retenta non obſtant quæ pro contraria adduxi: in primis ad illationem, quod ſcilicet is eſt proprius parochus ad coniungendos aliquos matrimonio,qui *in cap.omnis vtriuſque ſexus*, appellatur proprius Sacerdos ad audiendas Confeſſiones,reſpondemus illam negando, quia in caſu neceſſitatis poſſunt percipi Sacramenta,in loco habitationis,prout conſtat ex declaratione Eugenij IV. qui declarauit eos,qui tempore Paſchatis nequeunt commodè ad ſuas Parochias accedere,iure poſſe in Parochia,in qua degunt, Sanctiſſimum Chriſti corpus accipere, vt docet cum aliis Azor.*inſtit.moral.p.1.lib.7.cap.30.aliàs vlt. quaſt.8.* ergo illa in qua degebant, non erat propria Parochia: nam ſi fuiſſet, priuilegio opus non eſſet, aut indul-
gentia.† Ad tex.verò *in d.c.queſti*,reſpōdetur eſſe ſpe- 60
cialem, & expreſſam diſpoſitionem Iuris decimas prædiales deberi, vbi prædia ſunt; perſonales verò vbi Sacramenta miniſtrantur,*c.vlt.de paroch.c. vlt. de ſepult. in 6.* Deinde in tex. *in d.cap.vlt. de paroch.* reſpondetur ibi eſſe ſermonem de his, qui recuperata
† Aconenſi ciuitate, aliis occupatis ibi domicilium 61
elegerant, alio relicto, quod in hoſtium poteſtate erat, itaque potius ibi cenſetur parochiam nanciſci ratione domicilij: idque conſtat, quia exiſtentibus aliarum Vrbium Epiſcopis, poſtea ad eas non ſunt reuerſi,quamuis in eis prædia haberent; non autem idem eſt in aliquo loco prædia habere, & domicilium. Denique ad tex. *in d.cap.in noſtra*, reſponde-
tur † in citatis verbis, iunctis præcedentibus, non 62
probari eſſe ſoluendam quartam Parochiali Eccleſiæ, de cuius Parochia extrahuntur corpora mortuorum; expreſsè enim agitur de Parochianis alterius

rius Ecclesiæ; sunt etiam verba illa in narratione facti, in responsione verò dicit Pontifex soluendam esse quartam Parochiali Ecclesiæ, vnde examinandum quæ sit, & cuius Ecclesiæ aliquis dicatur Parochianus?

63 Verùm nouissimè in *Sacra Congreg. Illustrissimorum Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum die 26. Iunij 1621.* dum dubitaretur, *an relegatus ad certum locum pro tempore arbitrio iudicis mensurando, deberet Matrimonium contrahere coram Parocho loci in quo relegatur; an illius vbi domicilium habeat, decisum fuit coram Parocho loci, in quo erat relegatus, Matrimonium esse contrahendum*; ex ea tantum ratione, quia sufficit præsentia Parochi habitationis, iuxta primam sententiam, quam supra retulimus, propter quam decisionem hanc sententiam in praxi sequerer, sed in Iuris rigore aliam Panorm. libentiùs defenderem. Ex quibus ad praxim

64 *Primò* infertur non opus esse expectare vt maiori anni parte bi in parochia, vel diœcesi habitent, sed statim ac animum habitandi maiori anni parte habentes incipiant habitare, effici Parochianos, & posse omnia dicta erga illos exerceri: sicut enim ad domicilium nulla temporis habitatio requiritur, sed statim ac quis incipit habitare cum animo perpetuò manendi, illud acquirit, vt multis citatis dixi *alleg. 4. num. 22. cum seqq.* sic statim ac quis incipit habitare, cum animo perpetuò manendi in Parochia, efficitur Parochianus. Ita Sanch. *d. lib. 3. disp. 23. num. 14.* Marcel. Vulpe *in d. praxi cap. 15. num. 16. in fin.*

65 *Secundò* infertur ad institutum Sacri Concilij proprium Parochum esse ad Matrimonium, Parochum vxoris, si Matrimonium in domo vxoris contrahatur, quando scilicet vir accedit ad domum vxoris pro contrahendo, vel consummando matrimonio. Ita ex aliis decisum refert Atmendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 4. tit. 15. lib. 1. de Matrimon. in declarat. num. 15. & 17.* Fernandez *dict. part. 3. cap. 18. §. 1. num. 11.* Ferentill. *in annot. ad decisiones Buratti decis. 713.* nouissimè Marcel. Vulpe *in dict. praxi cap. 15. numer. 16.* Quando verò Matrimonium est contrahendum inter virum, qui sit de vna Parochia, & mulierem, quæ sit de alia, sufficit quòd intersit Parochus habitationis fœminæ, quando contrahitur in Parochia habitationis vxoris; & sufficit Parochus viri, quando contrahitur in Parochia habitationis viri, quia cum propriè Parocho committatur suum Parochianum Matrimonio coniungere, censetur etiam commissum alienum cum suo coniungere, cùm hæc necessariò connexa sint, arg. *l. 2. de iurisd. omnium iud. & cap. praterea, de offic. deleg.* cum aliis citatis *in libello de principiis vtriusque iuris, lit. N. num. 5.* Ita ex mente Concilij declarasse *Sacram Illustrissimorum Cardinal. Congreg.* referunt Salzed. *d. cap. 76. vers. decimoquartò.* Nauar. *in man. cap. 25. num. 144. & cons. 3. sub tit. de clandest. desponsat. num. 1. in nouis*, Spin. *dict. gloss. 15. num. 47.* Segur. Daualos *in direct. iudicum Eccles. part. 2. cap. 15. num. 47.* Armendar. *d. loco num. 17.* Triuisan. *decis. 23. n. 1. lib. 1.* Vgolin. *dict. cap. 15. §. 10. num. 3.* Francisc. Molin. *d. differ. 11. num. 89.* post Henriq. Fr. Emman. Veg. Petr. de Ledesm. Viuald. & alios Sanchez *d. lib. 3. disput. 19.* per totam, & præcipuè *num. 4.* Paul Layman. *in Theolog. morali lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 5. num. 10.* Hurtado *de matrim. disp. 5. diffic. 6. num. 10.* Marcel. Vulpe *d. cap. 15. num. 16.* & censuit Rota *decis. 390. num. 6.* apud Farinac. *part. 2. recent.*

66 *Tertiò* infertur Parochum ruralem non esse proprium Parochum, quando rus vel recreationis gratia habitatur, aut ad paucos dies tantum incolitur, eo quòd probatum est contrahentes non solere esse ruri maiori parte anni, nec etiam pro dimidia, sed tantùm per tres, aut quatuor menses. Quare ita censuit Rota Roman. *in nouiss. decis. 656. part. 1.* & tenent Menoch *cons. 398. numer. 5. 16. 21. & 37.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de exempt. cleric. à stat. secul. §. 5. num. 8. cum seqq.* Seraphin. *decis. 615.* Aloys. Ricc. *dict. resolut. 214. num. 2.* Franc. Molin. *d. differ. 11. num. 90.* Sanchez *dict. lib. 3. disput. 23. num. 12.* Gutier. *de Matrimon. cap. 63. num. 7.* Bonacina *dict. quæst. 2. puncto 8. numer. 3. vers. tertio, & vers. quarto*, Nauar. *consil. 7. numer. 3. sub tit. de clandest. despons. in nouis.* Aloys. Ricc. *dict. part. 2. decis. 108. numer. 5.*

Quartò infertur fœminam, quæ coram Parocho 67 suæ parochiæ contraxit matrimonium inualidum, seque inde transtulit ad domum sponsi commorantis in alia Parochia, cum intentione ibi perpetuò manendi, non posse postea coram eodem Parocho Matrimonium de nouo validè celebrare; nam ille non dicitur amplius proprius Parochus, & Sacerdos, cùm fœmina mutauerit, & amiserit primum domicilium statim, ac incepit habitare in Parochia sponsi, cum intentione ibi perpetuò manendi. Ita Sanch. *dict. disp. 23. num. 15.* Bonacin. *d. punct. 8. n. 3. vers. secundo.*

Quintò infertur validum fuisse Matrimonium 68 cuiusdam amasiæ, quæ transtulit se ad domicilium concubinarij, intentione ibi commorandi maiori anni parte, ibique coram Parocho illius domicilij celebrauit Matrimonium, non cum amasio, sed cum alio extraneo, quia ipsa habens animum commorandi maiori parte anni statim effecta est parochiana, & domicilium parochiale in eo loco contraxit, ita consultus respondisse asserit Bonacina *d. puncto 8. numer. 3. vers. secundo*, & resoluit Aloys. Ricc. *d. part. 2. decis. 108. num. 4.* Si verò huiusmodi amasia se ad amasij parochiam transferret animo reuertendi ad suam, non expectata maiori anni parte, tunc non posset contrahere, nisi coram suo parocho, non autem amasij, vt resoluit post alios Aloys. Ricc. *d. resol. 214. num. 3.* hinc asserens falsam esse omnino sententiam Triuis. *d. decis. 23* volentis non posse contrahi Matrimonium absque præsentia Parochi mulieris, si in parochia viri per annum habitauerit, vt amasia, in domo eiusdem amasij.

Sextò infertur duos simul proprios Parochos 69 quoad dictum effectum posse reperiri, vbi scilicet quis dimidia anni parte in vna parochia, altero dimidio in altera habitat, tunc æqualiter sic inhabitans duas proprias potest habere Parochias, & coram Parocho vtriusque Matrimonium inire, quia vtraque est æquè parochia, *cap. cùm quis, de sepult. lib. 6.* arg. *l. assumptio, §. fin. ff. ad municip.* Ita Coninch *disp. 27. dub. 2. num. 19.* Segur. *in direct. iud. part. 2. cap. 15. num. 47.* Franc. Molin. *d. differ. 11. num. 91.* Nauarr. *cons. 7. num. 7. sub tit. de cland. despons. in nou.* Sanch. *d. lib. 3. disp. 24.* Gutiert. *cap. 62. num 4. & cap. 64. num. 2.* Bonacina *d. puncto 8. num. 5.* Ferentill. *in annot. ad decis. Buratti 713. num. 4.* Rota *in Toletana matrimonij 10. Decembris 1615. & in Neapolitana matrimonij 30. Martij 1629.* coram *R.P.D. Merlino.* † 70 Vbi verò inæqualitas habitationis datur, maioris temporis pars eum facit proprium Parochum, in quo habitatio fit, arg. text. *in l. 1. §. æstate, ff. de aqua quotid. & æstiua.* Menoch. *consil 398. num. 16. & 17.* & *ibi* Cephal. *num. 23. & 24.* quos refert Francisc. Molin. *vbi proximè.*

Septimò, infertur habitantem in confinio dua- 71 rum Ecclesiarum Parochialium censeri Parochianum

num illius, in qua domus aditum habet, ex notabili doctrina Bart. *in l. 6. num. 6. in fin. ff. de damno infecto*; huius illationis ratio est, quia ex aditu iudicatur de domo, cui cedat *l. ei, cui ædes, ff. de legat.* 3. Bald. *consil. 60. num. 5. vol. 1.* & secundùm Bartol. *in l. prædij, §. qui domum, ff. de legatis* 3. domus, quæ habet duas portas in diuersis Parochiis, iudicatur de ea Parochia, in qua residet porta principalis, & aditus magis frequentatus, refert Aloys. Riec. *in praxi fori Eccles. decis. 333. in 1. edit. & resol. 510. in 2. edit.*

72 Alienigenæ verò, seu vagabundi illum parochum vocant in cuius parochia sunt, vel commorantur, ex declaratione Illustrissimorum Cardin. prout refert Basil. Pont. *de impedimentis Matrimon. cap. 26. §. 5.*

73 *vers. Alienigenæ*: nam † quicumque Parochus potest matrimonio vagorum interesse, vt probat Sanch. *lib. 3. disput. 25 num. 11.* diligenti scilicet inquisitione præmissa, & obtenta Ordinarij licentia, vt habetur expressè in Concil. Trident. *sess. 24. de reformatione Matrim. cap. 7.* ne fortè sint alibi coniugati, aut habeant occultum impedimentum contrahendi. Ita Perez *l. 1. in princ. tit. 14. lib. 8. Ordinat.* Henriq. *lib. 11. cap. 3. §. 3.* Petr. de Ledesma *de Matrimon. quæst. 45. art. 5. dub. 4. vers. dico secundo, & in summ. part. 1. de Sacrament. Matrimon. cap. 7. concl. 4. dub. 3.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 219. num. 3.* Zerola *in praxi Episcopal. part. 1. verb. Matrimonium, §. 6. & part. 2. verb. Parochus pag. 81.* Sanchez *d. disput. 25. à num. 8.* Cened. *canonic. & pract. quæst. lib. 1. quæst. 30. num 66. cum seqq.* Coninch *dict. disput. 27. numer. 10.* Rebell. *de obligat. Iustit. part. 2. lib. 2. quæst. 8. num. 3.* Reginald. *dict. lib. 31. num. 239.* Gutier. *de Matrimon.*

74 *cap. 65.* Bonacina *dict. puncto 6. num. 6.* † Si tamen Parochus eam non adhibeat diligentiam, peccabit mortal. sed valebit Matrimonium; sic Veiac. *in append. ad quæst. quomodo qui vagantur admittendi sint ad Matrimonium, vers. quamuis sic fiat*, Henriq. *dict. cap. 3. §. 3.* Sanch. *dict. disput. 25. num. 16. & 17.* Cened. *dict. quæst. 3. num. 68. in princ.* Basil. Pont. *dict. §. 6. in fine*, Gutier. *dict. cap. 65. num. 15. & cap. 67. num. 3.* idem Basil. Pont. *in nouiss. tract. de Sacramento Matrim. lib. 5. cap. 14. num. 8.* Capeauil. *de admonit. Matrimon. in necessitate quæst. 14.* Filliuc. *tract. 10. cap. 6. quæst. 5. n. 212.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico tract. 11. cap. 10. quæst. 23. resol. 1. & 2.*

75 Vagabundus is propriè dicitur, qui nullum certum domicilium habet, vel qui pristinum domicilium omnino deserens, amisit, & iter agit, aut nauigat animo acquirendi nouum. Ita colliges ex resolutis per Henriq. *dict. §. 3.* Coninch *dict. §. 3.* idem *de Sacram. tom. 1. quæst. 8. num. 62. & tom. 2. quæst. 27. num. 20.* Cened. *dict. quæst. 30. num. 69. & 70.* Sanchez *dict. disput. 25. à num. 1.* vbi *num. 8. vers. intellige*, dicit Trident. loqui de his, qui vagantur, & incertas habent sedes, D. Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde in art. de for. delicti num. 14. & seq. ff. de iud.* Vgol. *de potest. Episcopi, cap. 39. §. 3. num. 1.* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 64.* Gutier. *dict. cap. 65. num. 9.* Hinc

76 infertur, † si alter tantùm alienigena, vel vagus sit, satis esse si quiuis Parochus intersit, cum valeat Matrimonium præsente Parocho cuiusuis ex contrahentibus, Basil. Pont. *d. loco*, Cened. *d. quæst. 30.*

77 *num. 68. vers. circa hanc*, Gutierr. *d. cap. 65. n. 8.* † Quòd si qui, ne coram proprio Parocho contrahant, aliò secedant non habitaturi, nec mansuri, nonnulli censuerunt non gaudere alienigenarum iure, quia dolus nemini patrocinatur, ex quorum numero sunt Fr. Emman. *d. cap. 219. num. 2.* & Rebell. *d. lib. 2. q. 8. num. 6.* ac alij ab illis citati. Alijs tamen secus videtur, quod magis placet, prout resoluunt Sanch. *dict. disp. 23. num. 13. & 14. & disp. 25. num. 11. in fine*, Gutier. *cap. 65. num. 11.* Bonacina *dict. puncto 8. num. 4.* Et pro cognoscendo an & quando quis censeatur contrahere domicilium ad hunc effectum adest bona Rotæ decisio tenoris sequentis, videlicet.

R. P. D. Merlino Toletana Matrimonij.

Mercurij 10. Decembris, 1625.

Matrimonium pro parte D. Ludouici nullum prætendebatur ex eo, quod coram proprio Parocho celebratum non fuerit, iuxta formam, ac dispositionem Sacri Concilij Trid. *sess. 24. cap. 1. de reformat.* vbi Matrimonium coram Sacerdote, vel alieno Parocho absque Ordinarij, vel proprij contrahentium Parochi licentia contractum, ipso iure irritum facit, adeò vt sola declaratoria opus sit, quemadmodum Sacra censuit Congregatio Illustriss. Interpretum: quo tamen non obstante post trinam causæ propositionem visum fuit Dominis pro illius validitate respondere, & sic sententiam de partibus, per quam irritum, ac nullum fuit declaratum, esse reuocandam.

Quamuis enim sit in confesso, quòd Parochus S. Ludouici, coram quo Matrimonium fuit celebratum, per duos menses antea non erat proprius Parochus vilius ex coniugibus; quia D. Ludouicus semper, & continuò inhabitauit in Parochia S. Martini, D. Maria verò inhabitauerat in Parochia S. Sebastiani, nihilominus DD. existimarunt ex depositionibus testium datis in summario D. Mariæ *num. 12. 13. & 14.* probari ipsam per duos menses circiter ante contractum matrimonium à dicta Parochia, & domo Capitanei Didaci, in qua inhabitabat, discessisse animo non redeundi, & se contulisse ad domum Quintilij in dicta Parochia S. Ludouici secum asportando vestimenta, linteamina, & omnia alia ad eius personæ vsum necessaria, ibique vsque ad diem contracti matrimonij habitasse, edendo, bibendo, ac pernoctando, & alia faciendo, & vlterius etiam omnem adhibuisse diligentiam, vt in eadem Parochia domum emeret, & sic nouam Parochiam acquisiuisse; ad hunc enim effectum non est opus expectare, vt quis maiori anni parte in Parochia inhabitauerit, sed statim ac incipit habitare animo habitandi efficitur Parochianus, Card. *in Clem. 1. de priuil. quæst. 16. num. 8.* & *ibi gloss. in verb. Parochialis*, Abb. *in cap. extirpanda, §. qui verò in repet. num. 11. vers. quæro secundo quis dicatur, de prebend.* & ibi etiam Rebuff. *vers. contrariam opinionem, fol. 385. & in cap. omnis vtriusque, num. 23. de pæn. & remiss.* Federic. de Sen. *cons. 234. num. 5. in fin. & num. 6.* Syluest. *in summ. in verb. domicilium, num. 2.* Botgnin. *decis. 12. num. 22. vers. & aduertendum, lib. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 23. num. 14.* Gutierr. *eod. tractat. de matrim. cap. 63. num. 13. & 14.* Emmanuel Sà *in summa in verb. matrimonium, num. 2.* vbi refert ita declarasse dictam Sacram Congregationem, & *in verb. Parochus, num. 2 vers. ad matrimonium verò*, Basil. Pontius *de Matrimon. lib. 5. de cons. clandest. cap. 13. §. 1. num. 4. 5. & 6.*

Quod valdè etiam corroboratur ex relatione Parochi S. Ludouici facta ante matrimonium D. Vicario Madriti, quòd ipse erat informatus dictam D. Mariam esse eius Parochianam à duobus mensibus citra, vt in dicto summario *num. 3.* cui multum videtur deferendum, cum attestetur de eo, quod spectat ad eius officium, *cap. cum inhibitio, de clandest. desponsat.* Ias. *in*

in repet. l. admonendi, num. 132. ff. de iur. iurand. Rot. *decis. 340. num. 2. part. 2. diuers. & decis. 341. num. 2. & decis. 390. num. 3. part. 2. recent.*

Vnde cùm dictus Parochus S. Ludouici esset proprius Parochus Dominæ Mariæ, matrimonium cum illius assistentia fuit legitimè contractum, etiamsi ille nullo modo esset proprius Parochus D. Ludouici; ad hoc enim vt Concilij forma adimpleta censeatur, sufficit matrimonium fuisse celebratum coram Parocho habitationis alterius coniugum contrahentium, Nauar. *in man. cap. 25. num. 144.* Salzed. *in praxi canon. cap 63. vers. 14.* Henriq. *lib. 11. de matrim. cap. 3. numer. 2.* Veg. *in sum. lib. 6. cas. 118.* Petr. de Ledesm. *de matrim. quæst. 45 art. 5. dub. 3. vers. de quo sit secunda concl.* Ludou. Lopez *1. part. instruct. cap. 80. §. præterea, & 2. part. de matrim. cap. 39. §. præterea aduertendum*, Sanchez *de matrim. d. lib. 3. disput. 19. numer. 4.* Rot. *d. decis. 390. num. 6. part. 2. recent.*

Neque obstant testes D. Ludouici *in eius summario num. 2. & 3.* qui videntur deponere de continuata habitatione D. Mariæ in domo dicti Capitanei Didaci, asserentes pluries illam vidisse ingredientem, exeuntem, ac etiam permanentem cum ancillis suis. Quia omissis iis, quæ pro parte D. Mariæ opponebantur tam contra personas, quàm etiam contra examinis validitatem, & omissio pariter, quòd etiamsi essemus in conflictu testium, adhuc viderentur præferendi testes D. Mariæ, cum deponant pro validitate matrimonij iam contracti, & consummati, & D. Ludouicus sit actor, & instet matrimonium declarari nullum, ex eo solo capite, quòd non fuerit contractum coram proprio Parocho, & sic sufficiat quòd eius probatio ex dictis aliis testibus contrarium deponentibus reddatur turbida, ac dubia, & quod propterea dici non possit ipsum defectum huiusmodi plenè, & concludenter probasse per testes omni exceptione maiores, prout probare debuisset, *cap in litteris, & ibi gloss. fin. de testib.* Couarr. *in epit. de sponsal. part. 10. cap. 8. §. 12. numer. 7. & seq.* Mascard. *de probat. concl.* 1033. *num. 19.* Caputaq. *decis. 205. & decis. 150. num. 8. & 9. part. 2.* Perez *lib. 5. Ordin. tit. 1. lib 3. in fin.* Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 45. quæst. 4. num. 30.* Gutierrez *eod. tract. cap. 44. num 9. & sequentib.* Rot. coram sanct. mem. Greg. *decis. 351. num. 2.*

Fuit responsum testes prædictos D. Ludouici in dicto nihil concludere, nec sufficienter probare negatiuam coarctatam de tempore contracti matrimonij, quia testes prædicti tam dati in vltima, quàm in aliis duabus præcedentibus positionibus ad summum nihil aliud videntur concludere, nisi quòd D. Maria etiam de tempore contracti matrimonij, & dictorum duorum mensium præcedentium, ac pluries visa fuit ingredi, & egredi, ac etiam permanere in ædibus dicti Capitanei Didaci vna cum D. Magdalena eius sorore, & cum famulis, ac pedissequis, mobilibus, & supellectilibus. Ex hoc autem non bene infertur, quod ordinaria, ac vera habitatio D. Mariæ cum animo permanendi non fuerit in dicta Parochia S. Ludouici in ædibus Quintilij, prout fuisse affirmant supradicti testes pro eius parte examinati, inter quos idem Quintilius, ac eius vxor, & familiares de veritate optimè informati. Stant enim simul ista duo, quòd nempè D. Maria ex Medicorum consilio, ac etiam, vt tolleret iurgia, & contentiones cum dicto Capitaneo, ab eius domo discesserit animo determinato nunquam redeundi ad continuò inhabitandum, seséque contulerit ad dictas ædes Quintilij, & sic ad Parochiam S. Ludouici, vt in ea in posterum permaneret, & melioris, ac purioris illius aëris auxilio veterem curaret infirmitatem, & nihilominus ad dictam domum antiquæ habitationis sæpiùs redierit, ac permanserit, eo quia ibi dicta D. Magdalena soror, quam maximo prosequebatur amore, inhabitabat, ipsaque etiam supellectilia, ac mobilia retinebat, quæ ad dicti Quintilij domum, propter eius angustiam transportare non poterat; quod omninò dicendum videtur, cum hoc pacto testes hinc inde examinati optimè ad concordiam reduci possint, prout semper quantum fieri potest sunt reducendi, Bart. *in l. de ætate, numer. 7. circa med. ff. de muner.* gloss. & Doct. *in cap. cum sic, de testib.* Cæs. de Graff. *decis. 4. num. 5. de testibus*; Rota *decis. 321. numer. 4 part. 2. recent. & decis. 352. numer. 31. & 38.* coram sanct. mem. Greg. Et denique in omnem euentum ex his probationibus hinc inde factis hæc solùm resultaret, quòd D. Maria eodem tempore duobus in locis inhabitauerit, & duo habuerit domicilia, vnum in Parochia sancti Sebastiani, & alterum in Parochia sancti Ludouici, quòd tamen non obstaret, quia hoc casu, quo quis duo haberet domicilia, ad validitatem matrimonij sufficit coram alterutro Parocho fuisse contractum, Sanchez *de matrimon. lib. 3. disput. 24. num. 1 & seq.* Pontius *eod. tract. lib. 5. cap. 13. num. 2. vers. ex quo consequenter.*

Neque etiam obstat, quod ex dicta non transportatione mobilium, reditu, & permanentia, iuncta præsertim reconciliatione cum dicto Capitaneo Didaco deprehendi videatur, vel D. Mariam nunquam habuisse animum deserendi antiquam habitationem, vel saltem illum postea deposuisse, ac denuò in eadem Capitanei domo permanendi voluntatem reassumpsisse. Quia vltra quod testes dicunt, mobilia ideò non fuisse transportata, quia domus Quintilij non erat capax, & ex eadem causa D. Mariam in ea ancillas retinere non potuisse, ad constituendum alibi domicilium, siue habitationem non est necessarium, quòd quis res suas cum familia detulerit, hoc enim, & similia considerantur in dubio ad eliciendas præsumptiones; secus verò quando adest aperta animi declaratio, tùm ex verbis sæpius, & palam reiteratis, tùm ex facto per demigrationem personæ, si non cum tota supellectili, saltem cum vestibus, linteaminibus, & ornatu muliebri, vt in summario D. Mariæ *num. 14. ad l. ciues*, iuncta gloss. *C. de incol. lib. 10. l. 2. C. vbi Senat.* Bald. *in rub. C. si à non compet. iud.* Abb. *in cap. fin. num. 8. in fin. de Paroch.* Felin. *in c. dilectus il 2 n. 12. vers. secundus casus, de rescript.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 86. num. 2.* Henriq. *lib. 10. de sacrament. Ordin. cap. 22. num. 1.* Sanchez qui alios congerit *d. tract. de matrim. lib. 3. disput. 23. num. 1. & 2.* & pulchre Gutierr. *eod. tractat. dict. cap. 63. num. 13. 14 & 15.* vbi quòd statim contrahitur domicilium non expectato alio tempore.

Quòd autem D. Maria huiusmodi recedendi, se in dicta Parochia S. Ludouici permanendi animum declarauerit, probant octo testes contestes in dicto eius Summario *num. 11. & 14* affirmantes, ortam fuisse rixam, ac contentionem inter ipsam D. Mariam, & dictum Capitaneum Didacum dominum domus, eandémque D. Mariam acceptasse disdictam, & monitionem de discedendo id suadente Religioso quodam S. Francisci de discalceatis pro sedandis dictis dissidiis, & etiam cum iuramento declarasse velle discedere, & numquam amplius ad inhabitandum reuerti, quorum octo testium duo sunt

Religiosi

Religiosi, & omni exceptione maiores, & in specia idem affirmat ipsemet etiam Capitaneus Didacus. Et vlterius etiam constat D. Mariam post discessum omnem adhibuisse diligentiam, vt in dicta Parochia S. Ludouici domum emeret, vt ibi perpetuò posset inhabitare, & supellectilem traducere cum integra familia. Et demum curauit examinari testes super eo, quod ipsa erat Parochia eiusdem Parochiæ S. Ludouici. Ex quibus omnibus maximè simul iunctis, animi declaratio reddi videtur adeò clara, & aperta, vt ille animus ex aliquibus coniecturis, quæ contrarium suadere videntur, in dubium reuocari non debeat; quod autem huiusmodi animus fuerit postea depositus, ac mutatus, nullibi constat, & de Iure non præsumitur, *l. qui voluntatem. ff. de probat. l. cum his statum, ff. de donat. inter vir. & uxor.* Præsertim stante dicta expressa declaratione præcedente, & quidem valdè enixa etiam cum imprecationibus, & iuramento, quæ adeò potens est, vt tollat vires tacitæ voluntatis contrariæ, quæ aliàs ex coniecturis, vel actibus subsequentibus deprehendi posse videretur, iuxta tradita per Bart. *in l. procurator, la 2. §. 1. in 2. opposit. ff. rem rat. hab.* Arer. *cons.* 118 Nauar. *cons.* 101. *num.* 12. Surd. *cons.* 35. *num.* 9. & 10. Eaque tantò magis est attendenda, quia non est incompatibilis, sed bene insimul stare potest cum facto, de quo deponunt testes D. Ludouici iuxta superius deducta, & faciunt tradita per Angel. *in l. iurisgentium. § quod ferè, in princ ff. de pact.* cum aliis relatis à Surd. *cons.* 14. *num.* 59.

Denique non fuit visum obstare, quod pro parte D. Ludouici dicebatur, ex pluribus coniecturis, & ipsamet facti serie deprehendi dictam habitationem in Parochia S. Ludouici præuia animi declaratione fuisse simulatam, & in fraudem dicti decreti S. Concilij Tridentini, & proprij Parochi præiudicium habitam, & consequenter ad matrimonij validitatem suffragari non posse, iuxta opinionem Nauar. *in cons.* 1. *in fin. de decim. lib.* 3. *in non. impress.* Henriq. *in summ. lib.* 11. *de Matrimon. cap.* 3. Petr. de Ledesma *de matrimon. quæst.* 45. *art.* 5. *punct.* 3. *dub. vltim. conclus.* 1. & 3. Bartholom. à Ledesm. *eod. tract. dub.* 21. *fol.* 1332. & Emman. Rodriq. *tom.* 1. *summ. in* 2. *edit. cap.* 219. *num.* 2. *in fin.* Quia omisso quòd contrarium sentit Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 18. *num.* 29. *vers. cæterum displicet, & disputat.* 25. *sub num.* 11. *versic. verùm hæc limitatio,* Basil. Pontius *de Matrimon. tit. de consuet. clandest. cap.* 14. *num.* 6. & Petr. Eger *in tractat. de Sacrament. tom.* 2. *cap.* 27. *num.* 37. Ægid de Coninch *tom.* 2. *de Sacrament. & censur. in fin. tract. de Matrimon. disputat.* 27. *de clandest. dub.* 1. *num.* 14. Filliuc. *quæst. moral. tom.* 1 *tract.* 10. *de Sacramen. matrim. part.* 1. *cap.* 6. *de ministr. matrim. num.* 199. Bonacina *de Sacramen. tit. de matrim. quæst.* 2. *punct.* 8. *proposit.* 1. *num.* 4. Et sanè non videtur fraudem esse considerabilem, vbi quia vtitur iure suo, vt bene considerant Doctores superius citati.

Domini existimarunt fraudem aliquam in proposito nun adfuisse: certum est enim illam non præsumi, sed probandam esse ab allegante, ex congestis per Mascard. *de probat. conclus.* 531. *num.* 1. & *pluribus sequentib.* & Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 82. *num.* 10. Gutier. *dict. cap.* 63. *num.* 34. *vers. sextum fundamentum,* & *num.* 38. & 39. Et quamuis ad hunc effectum sufficiant præsumptiones, & coniecturæ, tamen illæ debent esse perspicaces, & euidentes, Mascard. *vbi supra conclus.* 530. *num.* 7. 8. & *sequentib.* & Gutier. *dict. cap.* 63. *num.* 39.

Tales autem non sunt coniecturæ, & præsumptiones pro parte D. Ludouici allatæ, & in effectu deductæ ex eo, quòd D. Maria nō recessit à dicta domo dicti Capitanei Didaci cum tota familia, & bonis, & quòd ad eam pluries, & præsertim eadem die post cōtractum matrimonium redierit, & in ea permanserit, & demum quod amicabiliter egerit cum dicto Capitaneo: nam vt superius iam fuit dictum, ex testium depositione constat ipsam D. Mariam ob nimiam angustiam, & incapacitatem domus Quintilij vninersa bona mobilia, ac supellectilia transportare, ibique cum tota familia permanere, & nuptias solemniter celebrare non potuisse, & hac de causa, & eorumdem bonorum occasione, & germanæ sororis amore ad domum antiquæ habitationis sæpius rediisse, ibique imbribus etiam aliquando detentam permansisse, cum dicto verò Capitaneo amicabiliter egisse, quia eius consilio, & opera sitam in dicta Parochia S. Ludouici pro construenda domo emere intendebat. Cùm coniecturæ prædictæ nedum non sint tales, vt non possint accipi nisi in malam partem, prout ad fraudem præsumendam requiritur, sed imò potius appareat actus prædictos ex iusta, ac rationabili causa factos, & sic in bonam partem accipi posse, ac debere, non sunt habendæ in consideratione, vt in proposito respondet Gutier. *d. cap.* 63. *num.* 39.

Præterea dici non potest D. Mariam habitationem mutare, & nouam Parochiam acquirere velle simulasse, ne, si denunciationes fierent in dicta Parochia S. Sebastiani, tractatus ad notitiam patris D. Lodouici deueniisset, ab euque matrimonium impediretur, quia ille non degebat in Parochia S. Sebastiani, sed S. Martini, in qua denunciationes effectualiter factæ fuerunt vnde cum allata huiusmodi causa sit inepta, nec appareat aliam idoneam, ac sufficientem afferri posse, cessat ipsius prætensæ fraudis suspicio, Crauett. *cons* 73. *num.* 13. & 17. Rol. *cons.* 38. *numer.* 39. *lib.* 1. Rot. *decis.* 111. *num.* 1. *part.* 2. *diuers.* & *decis.* 418. *numer.* 2. *in fin.* & *decis.* 529. *sub numer.* 3. *part.* 1. *recent.* Quæ etiam visa fuit excludi ex eo, quia constat de primordio veritatis, & de causis veris, & vrgentibus recedendi à dicta domo Capitanei propter dictam locationis dissidium, ac dissidium verè, & realiter habitum, & se transferandi ad dictam Parochiam Sanct. Ludouici ex Medicorum consilio ob valetudinis imbecillitatem. Vnde ex huiusmodi causis verè præexistentibus, & ex quibus licitè, & sine aliqua fraude ad nouam habitationem accedere poterat, accessisse præsumitur, *l. quoties, ff. de reb. dub. l. meritò, ff. pro soc.* Rot. *decis.* 283. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* stante præsertim dicta expressa animi declaratione, qua idem animus alioquin latitans melius detegi non poterat, iunctis dictis iuramento, imprecationibus, & aliis superius ponderatis.

Et ita decisum, vtraque parte, & quidem accerrimè informante, &c.

Parochi præsentia qualis?

78 Præsentiam Parochi in matrimoniis necessariam non tantum corpoream, sed etiam moralem requiri, cum intelligentia, & aduertentia actus resolnunt Petr. Ledesma *de Matrim. quæst.* 45. *art.* 5. *vers. est secundum dubium,* Henriq. *in summ. lib.* 11. *cap.* 3. §. 1. Cened. *practic. & canonic. quæst. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 33. *cum sequentib.* Coninch *in* 2. 2. *D. Thom. disput.* 27. *num.* 44. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 11. *num.* 113. Gutier. *in tractat. de matrim. cap.* 69. Basil. Pont.

79 Pent. de matrim. lib. 5. c. 21. Et ratio est, quia † non in-
telligens præsens dici non potest, ex l. fin. vbi Alciat.
ff. de verb. signific. & præsentia intellectum, & scien-
tiam includit, l. testes, C. de testibus. Alciat. in l. 2.
§. voluntatem num. 10. ff. soluto matrim. Sanch. de ma-
80 trim. lib. 3. disput. 40. † Nec ob aliam causam Parochi
præsentia hodie requiritur, quam, vt auctor qui-
dam insignis snatum pastor ouium ne quidquam
malè fieret, interesset matrimoniis, eandemque
auctoritatem præstet; ideò illius præsentia quouis
modo sufficit, ex l. coram Titio, de verb. signific.
& resoluitis per Tiraq. in l. connub. glos. 7. num. 31.
81 † Eius porrò præsentia pro forma actus exigitur;
itaut matrimonium contractum in præsentia mille
testium, eo absente, nullum sit, cum eius præsen-
tia, vt quæuis forma, per æquipollens suppleri ne-
queat, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 48. num. 29. & 30.
ex quibus
82 Infertur, primò huiusmodi Parochi præsentiam
sufficere, quamuis ipse, vel testes, vi detenti in-
tersint, dummodo tamen intelligat consensum con-
trahentium. Ita resoluunt Salzed. in pract. cap. 73.
aliàs 76. vers. tertio, Posseuin. d. cap. 10. num. 20. Petr.
de Ledesma de matrim. quæst. 45. art. 5. punct. 3. dub. 2.
vers. quo supposito, Fr. Emman. in summa tom. 1, cap.
129. num. 11. in 2. impress. Basil. Pont. de impedim.
matrimon. cap. 30. §. 5. in fine, & in suo nouissimo tract.
de Sacramento Matrim. lib. 5. cap. 21. num. 8. Spino
in speculo testamen. gloss. 15. num. 48. & 49. Paul. Co-
mitol. respons. moral. lib. 1. quæst. 114. Ceual. commun.
contra commun. quæst. 604. num. 70. Aloys. Ricc. in
praxi fori Eccles. resolut. 213. num. 4. in 2. editione.
Sanchez lib. 3. de Matrimon. disputat. 39. num. 9. Re-
bel. de obligat. iustitia part. 2. lib. 2. quæst. 8. num. 4. Gu-
tier. dict. cap. 69. num. 10. Coninch dict. disput. 27.
num. 44. Francisc. Molin. dict. differ. 11. num. 115. Vn-
83 de † non valere matrimonium si Parochus assistens
non intellexit ea, quæ agebantur, nisi tamen affe-
ctatum esset non intelligere tenet Salzed. vbi supra
in 4. dubio, decisum refert Armendariz in addition. ad
recop. leg. Nauarra ad lib. 4. tit. 15. l. 1. de matr. in de-
84 clarat. num. 24. † Peccat tamen grauiter coram Pa-
rocho inuito contrahens, vt per Coninch dict. disp.
37. num. 25. Gutier. d. cap. 69. num. 13. Paul. Layman
d. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 6. vers. esset, Hurtado
d. disp. 5. diffic. 15. num. 51.
85 Secundò infertur sufficere solam Parochi præsen-
tiam adducti dolosè, & tenuentis, dummodo pro-
bè intelligat, & audeat contrahentium verba, nisi
claudens aures affectatus esset non intelligere, &
ipse nulla verba proferat. Ita Segura in direct. iudic.
Ecclesiastic. part. 2. cap. 15. num. 15. Mascard. de probat.
concl. 9. num. 9. Vega in silua casuum lib. 6. casu 114. &
115. & decisum referunt Aloys. Ricc. in praxi fori
Ecclesiast. decis. 243. in 1. impres. & resolut. 213. num. 3.
in 2. impres. Salzed. ad Bernard. d. cap. 76. in 4. dub.
pag mihi 296. Hurtado d. disp. 5. diffic. 15. Rota in
Vlixbonen. matrimon. 16. Febr. 1622. coram Patriarcha
Manzanedo.
86 Tertiò infertur præsentiam Parochi in matrimo-
nio ita requiri, vt nedum intelligere oporteat cum
quid agitur, sed vt videat: nam insufficiens erit si
contrahentes matrimonium à tergo essent alicuius
parietis, vel vbi Parochus infirmitate, seu alio ca-
su cæcus effectus esset, & non videret; quia ideò Pa-
rochi præsentia requiritur, vt ea tot mala & scan-
dala, quæ in dies oriebantur, ex clandestino matri-
87 monio cessarent. Atque ideò † licet cæcus retineat
dignitatem, l. qui furore ff. de statu homin. l. cæcus ff. de
iudiciis; licet etiam possit testificari de his, quæ
ante cæcitatem vidit, vbi notas contrahentium vo-
ces audiuit, in his autem in quibus facilè decipi pos-
set, non integer testis est, quo in casu multum iudicis
arbitrio tribuendum est, quemadmodum scribit Al-
beric. de Meile de testib. cap. 5. n. 35. & 36. & in nostris
terminis resoluit Francisc. Molin. d. differ. 11. n. 120.
vbi num. 124. idem existimat, vbi Parochus furiosus
esset, nisi dilucida haberet interualla, & matrimo-
nio assisteret tempore sanæ mentis.
Quartò infertur quoad matrimonium Parochi 88
præsentiam sufficere, etiamsi ad alium finem voca-
tus, vel casu præsens sit: ita resoluunt Nauar. cons. 20.
num. 1. sub tit. de sponsal. in antiq. & cons. 11. sub tit. de
clandest. desponsat. in nouis. Salzed dict. cap. 73. aliàs 76.
vers. tertiò licet, & dubio 5. Sayr. decis. 24. sub tit. de
sponsalibus. Azeued. l. 1. num. 39. tit. 1. lib. 5. noua reco-
pilat. Piasec. in praxi noua Episcop. part. 2. cap. 4. num.
32. in fine, Ceuall. dict. quæst. 604. num. 66. Spino in
spec. testam. gloss. 15. num. 48. & 49. Henriq. in summ. lib.
11. cap. 3. §. 5. in fine. Sanch. lib. 3. disput. 39. num. 10.
Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 31. num. 182. Fran-
cisc. Molin. dict. differ. 11. num. 119. Gutier. dict. cap. 69.
num. 3. cum sequentib. Nam Parochus, & testes transe-
untes, & casu matrimonio interessentes, dicuntur
verè præsentes esse, cum sufficienter aduertant ad
id, quod agitur, possintque de hoc ferre testimo-
nium, Sanch. d. disp. 39. num. 11. Gutier. dict. cap. 69.
num. 15.
Contrarium tamen, imò Parochum necessariò ad 89
validitatem matrimonij formaliter adhibitum esse,
nec sufficere, si forsan conuiuij, vel confabulationis,
vel aliud tractandi causa præsens audiat huiusmo-
di contractum matrimonij geri, dicunt decisum Ar-
mendariz dict. loco, num. 1. & 55. Gonzal. ad regul. 8.
Cancellariæ glos. 48. num. 35. Basil. Pont. d. cap. 26. §. 5.
in fine, & nouissimè de sacram. Matrim. lib. 5. cap. 21.
num. 4. Bonacina dict. quæst. 2. puncto 8. num. 20. & in-
ualidum esse matrimonium contractum coram Pa-
rocho, & testibus transeuntibus, post Petr. Ledesm.
asserit idem Bonac. d. quæst. 2. puncto 8. num. 46. ex eo,
quia transeuntes non videntur præsentes humano
modo, nec formaliter. Sed primam opinionem ve-
riorem existimo, & hanc secundam nec improbabi-
lem iudico.
Quintò infertur quoad matrimonium Parochi 90
præsentiam sufficere, quamuis sit excommunicatus
etiam non toleratus, suspensus, vel irregularis, mo-
do non sit actualiter depositus; tùm quia hæc assi-
stentia auctoritatiua non est propriè actus iurisdi-
ctionis, ita vt non possit validè ab excommunicato
vitando exerceri, sicut ab eo non possunt exerceri
actus iurisdictionis; tum quia Concil. Trid. solum-
modo requirit præsentiam Parochi, quia etiamsi sit
excommunicatus, vel suspensus, non desinit esse Pa-
rochus propter censuras. Quibus fundamentis hanc
illationem tenent Armend. d. l. 1. de Matrim. num. 5.
Gabr. Vasq. de excomm. dub. 4. Basil. Pont. de Matrim.
lib. 5. cap. 17. num. 6. Petr. de Ledesma de Matrim. q. 45.
art. 5. punct. 3. dub. 3. Nauar. cons. 4. de clandest. despons.
Ceuall. dict. q. 604. num. 65. Sayr. decis. 13. de sponsalib.
Henriq. lib. 11. cap. 3. §. 4. & 5. Galetus in margarita
casuum conscientiæ, verb. matrimonium pag. 163. colum. 1.
Bonacina d. punct. 8. num. 21. Sanch. lib. 3. disp. 21. Co-
ninch disp. 27. num. 24. Rebell. d. lib. 2. quæst. 9. num 9.
Reginald. lib. 31. num. 177. Aloys. Ricc. in praxi fori Ec-
clesiastic. decis. 243. in 1. impress. & resol. 213. num. 1. in 2.
impress. Gutier. de matrim. cap. 62. num. 23. & cap. 66.
num. 19. Bonacina d. quæst. 2. puncto 8. num. 21. Mar. Al-
ter. de censuris tom. 1. lib. 1. disp. 8. cap. 6. per totum Cor-
nejo in 3. part. tract. 5. de excomm. disp. 10. §. 1. dub. 5.

Raynaud. *de monitor. part. 2. cap. 2. num. 23.* nouissimè matrimonio non effici irregularem, & *num. 21.* subdit peccare tamen, & grauiter, de quo etiam Squil-
91 lante *de oblig. Sacerd. part. 3. num.* 10. † Vnde valere matrimonium celebratum coram Parocho notoriè fornicatore, non tamen adhuc in iudicio condemnato, & confesso, refert decisum post alios Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra ad lib. 4. tit. 15. l. 1.*
92 *de matrim. in declar. num.* 19. Sic etiam † Matrimonium contractum coram schismatico Parocho saltem coloratum titulum habente, si non fuit vt talis declaratus, & Parochia priuatus, validum esse resoluit Nauar. *consil. 8. num. 2. sub titul. de clandest. desponsat. in nouis*, & Sayr. *decis. 13. sub titul. de sponsalib.*

93 *Sextò* infertur validè matrimonio assistere posse Parochum interdictum, seu prohibitum ab Episcopo, aut eius Vicario, ne aliquos matrimonio coniungat: tum quia posito eo interdicto seu prohibitione, Parochus adhuc retinet iurisdictionem, tùm quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, ita decisum referunt Salzed. *ad Bernard. cap. 73. alias 76. in nouiss. pag. mihi 293. in 1. dub.* Ledesm. *d. quæst. 45. art. 5.* Posseuin. *d. cap. 10. num. 14. vers. curatus,* Fr. Emman. *in summ. part. 1. cap. 219. num.* 10. Henriq. *lib. 11. cap. 3. num. 4.* Ceuall. *d. quæst. 604. num.* 71. idem Ledesma *in summ. part. 1. de sacram. Matrimonij cap. 6. conclus. 4. dub. 11.* Sanch. *lib. 3. disp. 32. num. 1. & 2.* Rebell. *par. 2. lib. 2. quæst. 9. num. 9.* Aloys. Ric. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 243. in 1. impress. & resolut. 213. n. 2. in 2. impress.* Reginal. *lib. 31. n. 179.* Coninch *disp. 27. dub. 2. num. 28.* Gutier. *tract. de matrim. cap. 63. num. 25.* Basil. Pont. *in nouissimo tract. de Sacram. Matrimonij lib. 5. cap. 17. num. 13.* Bonacina *dict. quæst. 2. puncto 8. num. 18.* vbi etiam idem dicendum asserit, quando huiusmodi prohibitio fuit facta coadiutori, vel Vicario Parochi, Armendar. *dict. loco num.* 23. vbi ampliat siue Parochus interueniat contra talem prohibitionem volens, siue inuitus, vel licet intersit inuitus & compulsus per vim, siue præcedat dicta pro-
94 hibitio, vel non. † Vtrùm autem matrimonia celebrata à Parocho putatiuo ex communi errore sint valida? tractat Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiep. cap. 50. n. 3.* vbi affirmatiuè respondet; sat enim est pro matrimonio præsentia illius, qui communi errore reputatur proprius Parochus, & toleratus est ex titulo colorato per Superiorem dato, cuius virtute accepit, & retinet possessionenem beneficij, vel officij, si notorie constat minimè habere titulum, & iurisdictionem. Ita Henriq. *lib. 11. cap. 3. §. 4.* Fr. Emman. *dict. cap. 219. n. 8.* Sanchez *lib. 3. disp. 22. à num.* 60.

95 *Septimò* infertur posse Parochum validè assistere matrimonio suorum parochianorum extra suam Parochiam, sine licentia Parochi illius loci, in quo assistit; quia proprius Parochus administrare potest Sacramenta suis ouibus vbicunque existant, vt suo loco dicemus: tùm quia ex decreto Trident. constat formam ab eo præscriptam, & seruandam in matrimoniis, in eo intrinsecè, & essentialiter sitam esse, vt adsit Parochus, vel alius Sacerdos de licentia Parochi, siue Ordinarij, & duo præterea testes; igitur reliqua omnia, tempus, & locus, & alia accidentalia sunt. Ex quibus hanc illationem tenent Salzed. *d. cap. 76. vers. vndecimo*, Posseuin. *d. cap. 10. num. 17.* vbi extendit etiam extra Episcopatum, Spin. *dict. glos. 15. num. 42.* Sanch. *lib. 3. disput. 19. num. 8. & 14.* Conich *disput. 27. num. 22.* Basil. Pont. *de impediment. matrim. cap. 26. §. 6. vers. addendum,* Reginald. *lib. 31. num. 177.* Bonacina *dict. quæst. 2. puncto 8. num. 14* Gutier. *cap. 62. num. 5.* Hurtado *de Matrim. disp. 5. diffic. 6. num. 22.* Ioan. Sanc. *in select. disp. 44. num.* 8.
Amplia vt † non solùm proprius Parochus, sed 96
etiam Sacerdos de illius licentia validè assistat matrimonio extra Parochum. Ita Salzed. *d. cap. 76. vers. præmittendum,* Sanchez *dict. lib. 3. disp. 34. n. 3.* Contra Segntam *p. 2. cap. 15. num* 49. Francisc. Molin. *d. differ. 11. n. 136. cum seqq.* & Basil. Pont. *de matrimon. lib. 5. cap. 16. num. 4.* scribentes id non esse Matrimonium. Non obstat id, quo potissimum inductus videtur Nauar. *cons. 52. de sponsal in 1. edit. & cons. 14. n. 2. sub tit. de cland desponsa. in 2. edit.* scilicet Parochum, vel Episcopum extra suam diœcesim esse personam priuatam, & non pollere ea auctoritate publica, quam in celebrandis coniugiis exigere videtur Concilium. Respondetur enim, quòd Concil. ab personarum genere, quarum est in matrimonio præsentia necessaria, non requirit alicuius publici officij auctoritatem, aliàs neque simplex Sacerdos de licentia Parochi, aut testes ex priuatorum numero essent idoneæ personæ, quod stultùm est; sed tantum exigit, vt huiusmodi sint personæ, quæ plenam Ecclesiæ fidem
faciant; abstulit enim matrimonia præsumpta. † 97
Cùm igitur huiusmodi assistentia non pertineat ad iurisdictionem contentiosam, nec alienus Parochus iure offendi possit, si absque illius licentia, vel Ordinarij in eius Parochia, alter Parochus celebret matrimonium suorum Parochianorum, credo eum non peccare cessante scandalo, nec puniendum esse, vt resoluit Sanchez *vbi suprà n.* 18.

Octauò infertur Parochi vnius præsentiam suffi- 98
cere, quando contrahentes sunt diuersarum Parochiarum, quia Trid. declarauit matrimonium contrahendum esse coram Parocho, & non magis expressit, Parochum viri, quam fœminæ. Ita Salzed. *vbi suprà dub. 14.* Caualc. *decis. 12. num. 21. par. 2.* Spin. *dict glos. 15. num. 41.* Ceuall. *d. quæst. 604. in. 6.* Henriq. *lib. 11. cap. 3. §. 2.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 9. num. 39. in fine* Armend. *vbi suprà, num. 7. 13. 14. & 28.* Zerola *in praxi Episcop. p. 2. verb. Parochus, §. 1.* Sanch. *lib. 3. disputat. 19. à num. 1.* Rebell. *par. 2. lib. 2 quæst 8.* Bonacina *dict. quæst. 2. puncto 8. num. 7.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 131. num. 2.* Coninch *disp. 27. n. 19.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta lib. 1. c. 8. n. 13.* Aloys. Ric. *in praxi fori Eccles. decis. 244.* in 1. impress. *& resol. 214. n. 1.* in 2. impress. Gutier *d. c. 62. n. 4.*

Nonò infertur validè matrimonio assistere Pa- 99
rochum delegatum, quem Episcopus constituit, & ad nutum ipsius amoueri potest, & Vicecuratum à Parochu proprietario institutum. Ita Rebell. *lib. 2. quæst. 9. num. 6.* Posseuin. *d. cap. 10. num. 14. in fin.* Hu-
iusmodi † Parochi, quoad matrimonium poterunt 100
alicui facultatem assistendi concedere; quia etsi delegatus ad vniuersam Parochiæ curam, non possit alteri omnem curam, etiam ad modicum tempus, dum abest; delegare, poterit tamen aliquas causas, quia delegatus ad vniuersitatem causarum etiam potest vnam, vel alteram delegare causam; glos. *verb. delegatus, in cap. cum causam, de appellat.* vbi Anton. *num.* 11. Alexand. de Næuo *num.* 16. hinc igitur optimè Sanch. *d. lib. 3. disput. 31. num.* 16. resoluit
† institutum à Vicecurato ad vniuersitatem causa- 101
rum, vbi est consuetudo, vt absens talis Vicecuratus substituat aliquem ad vniuersam Parochiæ curam, posse delegare licentiam assistendi matrimonio, aut ministrandi aliud Sacramentum, & *num.* 17. resoluit huiusmodi Parochum delegatum ad vniuersitatem causarum, licet possit delegare licentiam assistendi matrimonio, aut aliud Sacramentum administrandi,

di, non posse dare illi subdelegato facultatem iterum
102 delegandi, & *n.* 19. asserit, quòd † quando Parochus præsens assumit Vicarium locantem operas, vt illum adiuuet, hic Vicarius non potest delegare; & consuluit Nauar. *cons.* 13. *num.* 4. *de clandest. desponsat. in nouis*, Vicarium Parochi contrahendis Matrimoniis assistere posse, etiamsi sit delatus ab eo, qui ad modicum tempus sine licentia Episcopi recessit.

103 *Decimò* infertur validè matrimonio interesse posse Parochum habentem iniustum beneficij titulum; vt accidit, quando commisit aliquod delictum, ratione cuius est ipso iure beneficio priuatus, vel quando intra annum non est ad Sacerdotium promotus, vel quando habet beneficium incompatibile, vel quando acceptauit beneficium in excommunicatione; quia adhuc est Parochus cum titulo colorato, & errore communi vulgi, arg. text. *in l. Barbarius, ff. de officio Prætoris*, & quamuis ipso facto priuatus beneficio sit, nondum tamen possessione spoliatus est, & quamdiu illa non spoliatur, præsumitur habere iustam retinendi causam, *cap. licet Episcopus, in fine, de prabend. in* 6. Ita Coninch *disp.* 27. *dub.* 2. *num.* 26. Sanchez *lib.* 3. *disp.* 22. *num.* 62. Basil. Ponc. *de sacrament. matrim. lib.* 5. *c.* 19. *per totum*, Bonacina *d. quæst.* 2. *punct.*
104 8. *num.* 24. vbi *num.* 30. resoluit † validum esse Matrimonium contractum coram laico, cui Parochus concessit facultatem assistendi Matrimonio, si communi errore habebatur Sacerdos, pro tali publicè se se gerens, quod etiam tenet Sanch. *d. disp.* 22. *num.* 61. *vers. valet.*

105 *Vndecimò* infertur Parochum non Sacerdotem, (putà cui collata fuit parochia, non tamen est ordinatus Sacerdos) validè assistere Matrimonio: nam assistentia Parochi pro forma huius contractus pendet ex Tridentini dispositione tantum, ex eo autem solum colligitur debere esse Parochum, neque verò est argumentum aliquod efficax, quo probetur debere esse Sacerdotem, quod enim coniungat contrahentes non est functio Sacerdotalis Ordinis, neque se exponet periculo efficiendi nullum Sacramentum; quamuis enim in Concil. Trident. dicatur, *vel alio Sacerdote*, & illa dictio, *alio*, qualitatem Sacerdotij referre quidem videatur, id tamen ob frequentiam accidit; quod vt parochi intra primum annum teneantur ad Sacerdotium promoueri, plerique sint Sacerdotes, atque ita vsui loquendi, non necessitati, aut qualitati id tribuendum est, propter quem vsum nonnunquam à propria significatione receditur, *l. Labeo, ff. de supellect. leg. cap. ex litteris, de sponsal.* Hanc illationem tenet recentiorum schola, vt videre est apud Naост. *cons.* 30. *sub tit. de sponsalib in* 1. *impress.* 9. *cons.* 9. *sub tit de clandest. desponsat. in* 2. *impress.* Vega *in Sylua lib.* 6. *casu* 119. *in fine*, Henriq. *lib.* 11. *cap.* 5. §. 3. *& lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 3. *in fin.* Ioan. Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. part.* 2. *cap* 9. *num.* 39. Piasec. *in praxi noua Episcopali, part.* 2. *cap.* 4. *num.* 22. Armend. *vbi suprà num.* 8. Fr. Emman. *vbi suprà p.* 1. *cap.* 28. *num.* 9. Petr. de Ledesm. *in tract. de Matrim quæst.* 45. *art.* 5. *puncto* 3. *dub.* 3. *conclus.* 3. Sahagun *ad tit de sponsalibus num.* 88. Ceuall. *dict. quæst.* 604. *à num.* 56. Basil. Ponc. *d cap.* 2. §. 3. *vers. Parochus autem, & in nouissimo tract. de sacramento Matrimonij, lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 1. Zerola *in praxi Episcop. part.* 2. *verb. Parochus, vers.* 3. Gutier. *de iuramento confirm. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 13. *in fine*; *& in tract. de Matrimon. cap.* 62. *ex num.* 12. 16. Sanch. *lib.* 3. *disput.* 20. *num.* 2. Layman. *d. lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. Hurtado *d. disp.* 5. *diffic.* 7. latè Cened. *practic. & canon. quæstion. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 54. *cum sequentib.* Francisc. Molin.

dict. differ. 11. *ex num.* 128. Coninch *disp.* 27. *dub.* 2. *n.* 21. Reginald *lib.* 31. *n.* 177. Bonacina *d. quæst.* 2. *punct.* 8. *n.* 16. Nihilominus tamen *Sacram Congreg.* inclinasse in sententiam, vt Parochus non Sacerdos non possit Matrimonio contrahendo interesse referunt addit. *ad d. cons.* 9. *Nauarri*, & Vgol. *de potestate Episcopi, cap.* 15. §. 10. *num.* 5. ac Fernandez *in examine Theologiæ moralis part.* 3. *cap.* 18. §. 1. *n.* 13. Sed dum mihi de hac declaratione *S. Congreg.* meliùs non constat, illationem nostram semper sequerer.

Duodecimò infertur Parochum etiam in peccato mortali existentem validè Matrimonio assistere posses, quia Parochus non est essentialis minister sacramenti Matrimonij, nec ipse formam profert, sed tantùm solemnem ad actum auctoritatem lege eius præsentiam requirente: ita Poss. *de officio Curati, c.* 5. *n.* 40. Bonacina *in tract. de Sacram. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 2. §. 1. *n.* 10. Contra Henriq. *lib.* 1. *c.* 29. *n.* 24. 106

Licentia ad assistendum Matrimonio, cui, & à quo concedi debeat?

SI proprius Parochus matrimonio interesse non possit, alium sui vice, & loco Sacerdotem substituere poterit, ex Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformat. Matrim. cap.* 1. cuius auctoritate Matrimonium celebratum coram Sacerdote à proprio Parocho deputato, & coram testibus valere decisum refert Armendat. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 4. *tit.* 15. 107
lib. 1. *de Matrim. in declarat. num.* 12. † quamuis de licentia etiam celebretur à Regulari, vt probatur ex *Clem.* 1. *de priuileg.* vbi strictè præcipitur Religiosis ne audeant Sacramentum extremæ Vnctionis, vel Eucharistiæ ministrare, Matrimoniave solemnizare, non habita super his parochialis Presbyteri licentia; à contrario sensu satis colligitur, quod habita licentia speciali, id ipsum facere erit sibi licitum, licet autem ibidem dicatur, *Matrimoniave solemnizare*, intelliguntur hæc verba de benedictione nuptiali, vt ibidem tradit gloss. & resoluit Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 48. *art.* 1. 108

Declara *primò* Parochum etiam fictè concedendo facultatem assistendi, non efficere inualidum Matrimonium contractum coram eo Sacerdote, cui huiusmodi facultatem concessit; quia assistentia illa non est actus iurisdictionis, cum valeat etiam inuiti Parochi, & reluctantis, ac contrariam habentis intentionem, vt suprà ostensum est; ita contra Ledesm. tenent Sanch. *lib.* 3. *disput.* 21. *num.* 64. Bonacina *de Matrim. quæst.* 2. *puncto* 8. *num.* 34. 109

Secundò declara Parochum excommunicatum, etiam non toleratum, suspensum, vel irregularem posse validè dare alteri assistendi licentiam: quia huiusmodi licentia non est propriè actus iurisdictionis; & sicut Parochus excommunicatus non est priuatus auctoritate assistendi: ita nec potestate dandi prædictam licentiam; ob eandemque rationem constat Parochum posse validè dare huiusmodi licentiam Sacerdoti excommunicato, vel irregulari, aut suspenso ad assistendum matrimonio. Ita Sanchez *lib.* 3. *disputat.* 21. *num.* 6. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 3. *& lib.* 13. §. 7. Gutier. *de matrimon. cap.* 62. *num.* 24. Basil. Pont. *in nouissimo tract. de sacram. Matrim. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 14. Hurtado *d. disp.* 5. *diffic.* 8. *num.* 26. *cum seqq.* Bonacina *dict. quæst.* 2. *puncto* 8. *num.* 22. idem Hurtado *d. diffic.* 8. *num.* 27. vbi ait collationem dictæ licentiæ non esse actum potestatis Parochi, vt Parochus est, sed auctoritatis à Tridentino annexæ officio Parochi, refert & sequitur nouissimè Diana *moral. resol. p.* 3. *tract.* 9. *resol.* 80. 110

Ss 2 vbi

vbi subdit non solùm validè Parochum excommunicatum licentiam hanc præbere, sed etiam illicitè.

Contra Coninch *disputat.* 27. *num.* 21. Auila *de censur. part.* 2. *cap.* 6. *disp.* 3. *dub.* 1. *concl.* 5. Petr. de Ledesma *de Matrim. quæst.* 45. *art.* 5. *puncto* 3. *dub.* 4. *& in sum. par.* 1. *de sacram. Matrim. cap.* 6. *concl.* 4. Layman *dict. cap.* 4. *num.* 5. *vers. credo*, Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 1. *disp.* 8. *cap.* 6. *vers. Sed dubitatur.* existimantes excommunicatum, aut suspensum, si toleratus non est, alteri Sacerdoti licentiam assistendi nec licitè, nec validè committere.

111 *Tertiò* declara validum esse Matrimonium, cui de licentia Parochi assistit Sacerdos degradatus, quia Sacerdos degradatus est adhuc Sacerdos. Ita Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 22. *num.* 26. Bonacin. *d. q.* 2. *puncto* 8. *num.* 23.

112 *Quartò* declara Parochum, siue Ordinarium, huiusmodi licentiam assistendi Matrimonio non posse concedere clerico non Sacerdoti. Quamuis enim illa coniunctio, de qua supra *num.* 43. non sit functio Sacerdotalis Ordinis, & etiam non Sacerdos Parochus esse possit: attamen cum decretum Tridentin. quo tantùm ea forma est inducta, dicat, *vel alius Sacerdos de licentia Parochi*, est standum eius dispositioni, non tamen necessarium est, vt sit Sacerdos approbatus, is cui datur. Ita Petrus de Ledesm. *in summa part.* 1. *de sacram. Matrim. cap.* 6. *concl.* 4. *vers. seguese lo segundo*, Sanchez *lib.* 3. *disput.* 10. *num.* 9. *cum sequent.* Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 604. *num.* 58. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 11. *num.* 133. Gutier. *tractat. de Matrim. cap* 62. *num.* 22. Sayr. *decis.* 51. *sub tit. de sponsalibus*, Basil. Pont. *de impedim. Matrimon. cap* 26. §. 6. *vers. is autem*, Sahagun *in cap. quamuis num.* 13. *de officio deleg. & ad tit. de spons. n.* 89. Layman *d. tract.* 10. *p.* 2. *c.* 4. *num.* 4. Hurtad. *d. disp.* 5. *diffic.* 7. *in fine num* 25. Nauar. *cons.* 6. *num.* 2. *sub tit. de*
113 *cland. despons. in nouis*, † vbi etiam à principio resoluit Matrimonium de licentia Parochi tempore pestis coram Acolyto contractum esse nullum, quia verba Concilij videntur adeò clara pro hac parte, quod in nullo casu videtur ab illius forma recedi posse.

114 *Quintò* declara Parochum, vel Ordinarium posse concedere facultatem alteri Sacerdoti coniungendi sponsos in matrimonium, non solum in propria parochia, verum etiam extra illam; quia Trident. dicit alium Sacerdotem sufficere ad assistendum Matrimonio de licentia parochi, vel Ordinarij, & non loquitur de propria parochia, tum quia huiusmodi licentia non est actus iurisdictionis contentiosæ, & litigiosæ; sed gratiosæ, ac voluntariæ, quæ exerceri potest vltra locum propriæ iurisdictionis. Ita ex his fundamentis nostram illationem amplectuntur Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 218. *concl.* 6. Coninch *disp.* 27. *dub.* 2. *num.* 23. & *dub.* 3. *num.* 38. Gutier. *cap.* 62. *n.* 10. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico part.* 2. *tract.* 11. *cap.* 10. *q.* 23. *resol.* 3. Reginald. *lib.* 31. *num.* 180. Bonacina *dicta q.* 2. *punct.* 8. *num.* 13.

Contrà Nau. *cons.* 14. *de clandest. despons.* Basil. Pont. *de Matrim. lib.* 5. *cap.* 16. Seguram, quem refert, & sequitur Francisc. Molin. *dict. differ.* 11. *num.* 136. *cum sequentibus*, existimantes non posse Parochum, vel Ordinarium concedere licentiam suis Parochianis ad contrahendum matrimonium extra suam Parochiam, vel diœcesim respectiuè.

115 *Sextò* declara cogi posse proprium Parochum nolentem Matrimonio alioquin licito interuenire, vel licentiam alij Sacerdoti inibi ueniendi concedere; quoniam Sacramenta parochianis inuitus ministrare cogitur ex debito officij, prout resoluit Franc. Molin. *dict. different.* 11. *n.* 85. *cum seqq.*

An autem Parochi delegati, quos Episcopi constituunt, & ad nutum ipsius amoueri possunt, & Vicecurati à Parochis proprietariis instituti, possint alteri Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere? Agit latè per conclusiones Sanchez *lib.* 3. *disp.* 31. ad quem se remittit Gutier. *de Matrim. cap.* 66. *num.* 18. vide Basil. *in nouissimo tract. de Sacramento Matrimonij lib.* 5. *cap.* 18. *n.* 2. Hurtado *d. disp.* 5. *diffic.* 10. *n.* 34. & aliqua dixi supra à *n.* 106. & quod Vicarius perpetuus, vel amouibilis Curati possit huiusmodi facultatem concedere resoluunt Rebell. *par.* 2. *lib.* 5. *q.* 8. *n.* 8 *& in addit. lib.* 4. *n.* 67. Posseuin. *d. cap.* 10. *n.* 14. *in fin.* Quando Episcopus est immediatus Parochos, vt in Regno Granatensi, potest tunc Parochus non proprietarius Matrimonio assistere, & aliis licentiam concedere, quia licet delegatus sit, cum sit delegatus ad vniuersitatem causarum, potest delegasse Episcopalem aliquam causam, subdelegare autem minimè; & de Curis, qui subdunt alicui parocho proprietario, an possint dare licentiam alio Sacerdoti vt assistat Matrimonio contrahendo? latè agit nouissimè Zambran. Hispal. *in suis aureis decis. c.* 7. *de Matrim. dub.* 1. *per tot.*

Septimò declara ex facultate Concil. Trident. sibi concessa posse Ordinarium licentiam concedere alicui Sacerdoti Matrimonio assistendi Parochi loco sibi subiecto, ex *cap.* 1. *sess.* 24. *de reform. Matrimon.* Vnde Rota *decis.* 176. *num.* 8. *p.* 1. *recentiorum*, censuit validum matrimonium contractum coram alieno Sacerdote de licentia Episcopi. 116

Potest etiam Vicarius generalis Episcopi ex proprio officio, & absque speciali commissione interesse Matrimoniis, & alij Sacerdoti assistendi licentiam concedere, Salzed. *ad Bern. in pract. cap.* 76. *vers. decimoquarto*, Petr. de Ledesm. *in summa par. prima de sacram. Matrim. cap.* 4. *concl.* 4. *dub.* 17. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 4. Sanchez *lib.* 3. *disput.* 29. *num.* 18. Armendar. *dicto loco num.* 31. Basil. Pont. *dict. cap.* 26. §. 6. *versic. idem etiam*, Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 45. *quæs.* 2. Sbrox. *de officio Vicarij lib.* 2. *quæst.* 44. *num.* 8. *in fine*, Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 13. *cum sequentibus, & in tract. de Matrim cap.* 66. *ex num.* 12. *& cap.* 69. *ex num.* 9. Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, p.* 1. *num.* 201. Hurtado *d. disp.* 5. *diffic.* 9. *num.* 32. 117
† Ordinarij enim appellatione venit Episcopi Vicarius, gloss. *verb. generaliter in cap. Romana, de appellat. in* 6. Couar. *practicar. cap* 4. *num.* 7. *& lib.* 3. *variar. cap.* 20. *num.* 4. Sbrox. *de Vicario Episcopi, lib.* 2. *quæst.* 43. *& quæst.* 51. *num.* 1. Flam. *de resign. lib.* 3. *q.* 11. *num.* 29. *cum seqq.* Fr. Molin. *d. differ.* 15. *n.* 64. Bonac. *d. q.* 1. *punct.* 8. *num.* 10. 118

Quæri non abs re potest, an suspensa iurisdictione Episcopi per excommunicationem, aut suspensionem, possit eius Vicarius validè interesse Matrimonio, aliisque committere? Dicendum est vtrumque posse, quia neutrum est actus iurisdictionis. Si tamen Episcopus suspensus, aut excommunicatus non toleratus institueret Vicarium, aut Parochus sic excommunicatus Vicecuratum, illeque assisteret Matrimonio, vel alteri committeret, nihil valeret, quia illa institutio est manifestus actus iurisdictionis, & proinde facta à sic excommunicato nihil valet; quare ille assistens Matrimonio non esset verus Vicarius, aut Vicecuratus, Mar. Alter. *de censuris tom.* 1. *lib.* 1. *disp.* 8. *cap.* 6. *vers. ex dictis*, Sanchez *lib.* 3. *disp.* 30. *num.* 10. 119

Sed dubitari potest, an Vicarius Episcopi qui Sacerdos non est, possit præsentiam Matrimonio contrahen 120

trahendo præstare? Matrimonio interesse non posse, sed Sacerdotem delegare debere tenent Nauar. *cons. 2. sub tit. de Officio Ordin. in antiqu. & consil.* 10. *sub tit. de desponsat. impub. in nouis*, Salzedo *dict. cap.* 76. *vers. decimoquarto*, Sayr. *decis.* 1. *sub tit. de offic. Ordin.* Ceuall. *quæst.* 604. *num.* 59. Cened. *practic. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 46. ex eo tantum fundamento, quod non sufficit in contrahendo Matrimonio præsentia parochi, qui non sit Sacerdos; sed hoc non est certum, vt suprà ostendi hac *alleg. num.* 43. & idèo dum mihi non constiterit de contraria decisione, de qua ipsi testantur, libenter amplector tam Parochum, quam Vicarium non Sacerdotem validè Matrimonio assistere, quod nouissimè post primam huius tract. impressionem inueni tenere Basil. Pont. *de sacram. Matr. lib.* 5. *c.* 11. *num.* 11. *in fine.*

121 Idem dicendum esse de habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, in materia de qua agimus, affirmant Petr. de Ledesm. *d. dub.* 17. *vers. digo lo* 2. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 4. Sanchez *lib.* 3. *disp.* 28. *num.* 6. Coninch *disp.* 27. *num.* 17. Gutier. *de Matrim. cap.* 66. *num.* 7. Bonacin *dict. quæst.* 2. *puncto* 8. *num.* 10. Vgolin. *de potestate Episcopi cap.* 15. §. 19. *num.* 3. *in fine*, Basil. Pont. *in tractat. de sacrament. Matrimon. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 3. Hurtado *d. disput.* 5. *diffic.* 9. *num.* 30.

122 Idem etiam dicendum de Abbate Ecclesiæ nulli Episcopo subiectæ, firmant Petr. de Ledesm. *de Matrim. quæst.* 45. *art.* 5. *puncto* 3. *paulo ante dubium* 4. *concl.* 3. Henriq. *libr.* 13. *cap.* 3. *num.* 4. Gutier. *d. cap.* 66. *num.* 6. Basil. Pont. *d.* §. 6. *vers. idem, quod, & d. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 4. vbi *num.* 13. asserit, non permitti hanc facultatem Commendatario, licèt eius Abbatia iura Episcopalia habeat. Gasp. Hurtado *dict. difficul.* 9. *num.* 30.

123 Idem quoque de Capitulo Sede vacante esse resoluendum tenent Coninch *d. disp.* 27. *num.* 17. Gutier. *dict. cap.* 66. *n.* 5. Hurtad. *d. diffic.* 9. *num.* 30. *vers. quartò.*

124 Et de Legato respectu Prouinciæ suæ legationis idem asserunt Sanchez *dict. disp.* 28. *num.* 8. Coninch *dict. disp.* 27. *num.* 16. *vers.* 7. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 6. & *dict. cap.* 66. *n.* 10. Hurtado *d. diffic.* 9. *num.* 9. *vers. quinto*, Basil. Pont. *d.* §. 6. *vers. idem quod, & d. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 7.

Et de Cardinalibus in Ecclesiis suorum titulorum asserunt Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæs.* 2. Basil. Pont. *in nouissimo tract. de sacramento Matrimonij lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 6. Hurtado *d. diffic.* 9. *num.* 31. *vers. tandem.* Sanch. *lib.* 3. *disp.* 28. *num.* 3. Scip. de Rub. *in aphorism. Episcop. verbo* Cardinalis *n.* 2. Antonin. Diana *moral resol. p.* 5. *tract.* 2. *resol.* 35.

125 Archiepiscopus tamen non potest coniungere in Matrimonium subditos suorum Suffraganeorum, vel dare licentiam illos coniungendi: nam ipse non est Ordinarius in territoriis Suffraganeorum, est tamen iudex in causa appellationis, quando per appellationem deuoluitur ad ipsum, *cap. pastoralis, de officio Ordin.* Vnde in casu, quo nolet Episcopus per appellationem ad ipsum deuoluta causa potest licentiam concedere, de quo vide Sanchez *lib.* 3. *disp.* 28. Petr. de Ledesm. *in sum. par.* 1. *de sacram. Matrim. c.* 4. *concl.* 4. *dub.* 17. *vers. digo lo* 3. Spin. *dict. glos.* 15. *num.* 28. & 29. Molin. *d. differ.* 11. *num.* 86. Bonacina *d. quæst.* 2. *puncto* 8. *num.* 15. Basil. Pont. *d.* §. 6. *vers. Archipresbyter*, Gutier. *d. cap.* 66. *num.* 3. Hurtad. *d. diffic.* 9. *num.* 31. *vers. conueniunt*; dum verò actu visitat in diœcesibus suorum Suffraganeorum, potest huiusmodi licentiam concedere, prout resoluunt Henriq. *lib* 10. *cap.* 3. *n.* 3. Suarez *tom.* 4. *disp* 25. *sect* 1. *num* 14. Coninch *d. disp.* 27. *num.* 17. Sanch. *lib.* 3. *disput.* 27. *num.* 6. Gutier. *d. cap.* 66. *n.* 7. Basil. Pont. *de sacram. Matrimon. lib.* 5. *c.* 10. *n.* 6.

Licentia prædicta qualis?

Licentia, quæ per Sacerdotem ad celebranda matrimonia est obtinenda à proprio Parocho, vel 116
eius Vicario permanenti, aut amouibili, aut ab Episcopo, vel eius Vicario generali, aliisque Prælatis quasi Episcopalem iurisdictionem habentibus, de quibus suprà, expressa debet esse: nam tacita non sufficeret, qualis est illa, quæ oritur ex tolerantia, vel ex ratihabitione Ita tenent Menoch. *de arbitrar. casu* 454. *num.* 13. & 14. & *cons.* 398. *num.* 15. *lib.* 4. Salzed. *ad Bernard cap.* 76. *vers duodecimo*, Petr. de Ledesina *in sum. part.* 1. *de sacram. Matrimonij cap.* 6. *concl.* 4. *dub.* 14. Henriq. *lib* 11. *cap.* 3. §. 5. *litt. V.* Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 604. *num.* 114. Petr. Cened. *pract. & Canon. quæstion lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 79. *in fine*, Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel glos.* 47. *num.* 52. Armendariz *in addit ad recopil legum Nauarra ad lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de Matrim. in declarat. num.* 31. Coninch *tom.* 2. *disput.* 30. *dub.* 2. *n.* 31. Reginald. *lib.* 31. *num.* 181. Sanch. *lib.* 3. *disput.* 35. *num.* 15. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 11. *num.* 98. Basil. Pont. *de impediment. Matrimon. cap.* 26. §. 6. *vers. licentia*, Bonacina *de magno Matrimonij sacramento quæst.* 2. *puncto* 8. *num.* 11. Molses. *tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 65. Filliuc. *tract.* 10. *de Matrim. cap.* 6. *q.* 7 *num.* 319. me citato *in hoc loco*, Homob. *de examine Eccles. tract.* 11. *cap.* 10. *q.* 22. *resol.* 3. Hurtado *d. disp.* 5. *diffic.* 11. *num.* 38. & 39. nouissimè Marcel. Vulpe *in d. praxi cap.* 15. *num.* 11. † Sufficiet tamen 117
si communiter generalis administrandi Sacramenta licentia concedatur, prout decisum fuisse ex aliis referunt Armendariz *d. loco*, Bonacin. *dict. num.* 11. Rebello *de obligat. iustit. post lib.* 4. *in declar. sect.* 3. Vel si Parochis concedat licentiam, vt possit intra suam Parochiam omnia ad curam animarum spectantia exercere, Nauarr. *cons.* 27 *sub tit. de sponsalib. in antiq.* quod deest in nouis, quem refert Salzed. *d. c.* 76. *vers. duodecimo, in fine*, Sayr. *in floribus decis. sub tit. de spons. decis.* 31. Tamburin. *de Iure Abbatum tom* 2. *disp.* 8. *q.* 2. Sanch. *lib.* 3. *disp.* 35. *n.* 7.

Quid autem si concedatur facultas administrandi omnia Sacramenta? Hanc sufficere ad celebranda Matrimonia resoluit Sanch. *dicta disp.* 35. *n.* 8. vbi intelligit quando Parochus absens relinquit substitutum, non ita si præsens concedat alicui licentiam administrandi omnia Sacramenta, & ita censuisse *Sacram Congreg. Concilij* attestantur Rebello *de oblig. Iustit. lib.* 4 *in declarat. sect.* 3. Armendar. *d. l.* 1. *de Matrim. n.* 31. & per S. Rotam fuisse decisum colligitur ex *decis.* 750. *num.* 6. *par.* 1. *diuers.* & fuit dictum *in Vicentina Matrim.* 11. *Martij* 1624. coram *R. P. D. Dunoz.* Contra Coninch *d. disp.* 27. *dub.* 3. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 10. *par.* 1. *cap.* 6. *num.* 218. Tamburin. *dict. quæst.* 2. *num.* 1. *prope fin.* Hurtado *d. disp.* 5 *diffic.* 11. *n.* 37. *in fine.*

Verbalis sufficit huiusmodi licentia, non autem in scriptis requiritur; quia sic etiam non exigit 118
Trident. tum quia scriptura non est de essentia gratiæ, & priuilegij, quæ regulariter non requiritur nisi tantum ad faciliorem probationem, non ad actus substantiam. *l. contrahitur ff. de pignoribus*: tum quia omnis actus verbo confici potest, nisi lex expressè scripturam requirat. iuxta glos. ab omnibus receptam *verb. in scriptis in cap.* 1. *de censibus lib.* 6. Quibus fundamentis hanc sententiam tenent Nauar. *cons.* 41. *num.* 1. *sub tit. de spons. in antiq.* aliàs 12. *de clandest. desp. in nouis.* Henriq. *dict.* §. 5. *in comm. lit. Z*, Fr. Emman. *in sum. part.* 1. *cap.* 219. *num.* 13. Vgol. *de irreg. cap.* 6.

§.7. *num.*3. Saneb.*lib.*3.*diſp.*35.*num.*10. Regin. *lib.*31. *num.*180. Frane.Muiin.*dict.differ.*11.*num.*100. Cened. *dict.quaſt.*30.*num.*80.Salzed. *vbi proximè*, Huttad. *d. diffic.* 11. *num.* 36.*in fine.* Sayr.*ſub dict. tit. de ſponſalib. deciſ.*48.Bunaeina *dict quaſt.*2. *punčto* 8.*num.*11. *verſ. addis.*Contra Rebell.*lib.*2.*q.*3.

129 Actum præcedere debet ; nam quæ de ſubſtantia ſunt,in ipſu actu adhiberi debent.*cap. audiuis*, iuncto *cap.quia propter , de elect.* gloſ. & omnes *in l. vniuerſa C.de precibus Imperat. offer.* Imol.Paul.de Caſtro,Roman.Alexand. Aret.& Iaſ. *in l.ſi quis mihi bona* §. *iuſſum ff.de acquir. hered.* Panorm. Anton. & Imola *in c. cùm nos,de his quæ fiunt à Prælatis*;tum quia vbi licentia requiritur , ſemper præcedere debet, ex teſolutis per Caſſan. *in conſuet. Burgund. rub.*13.§.9. *verb. ſans licence,verſ.ſed quare*,Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel. gloſ.*47. *num.* 46. Quibus fundamentis hanc tenent reſolutionem Salzed. *in dict.cap.* 76. *verſ. decimotertio*, Coninch *tom.*2.*quaſt.*27.*num.*31.Sanch.*dict. diſp.*35.*num.*18.Franciſc.Molin.*dict.differ.*11.*num.*99. Cened. *dict.* 130 *quaſt.* 30. *num.* 78. Vnde fit † nullum eſſe Matrimonium , cui Sacerdos aliquis Parochi nomine præſens fuit, nulla ab eo petita licentia , ſi poſt factum ratificaret;nam etſi regulariter ratihabitio retrotrahatur , & mandato comparetur , *reg. ratihabitionem*, cum vulgaribus,*de reg.iuris in* 6. tamen vbi lex , vel ſtatutum præſentiam requirit corpoream , ratihabitio ſequens non ſufficit ad actum validãdum,quemadmodum ex Angel. Felin. & Cota ſcribit Tiraq. *de legib. connub. gloſ.*6. *num.*31. Suar. de Paz *in pract. tom.*1. *part.*1. *temp.*2.*num.*27. & 28. Hinc *S. Congreg. Concilij ſub die* 7.*Septemb.*1620. cenſuit *Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo,qui re vera non habuit à proprio Parocho licentiam veram, eſſe nullum.* Et *ſub die* 5. *Decembris* 1626.& 15. *April.* 1628. cenſuit *etiam Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo,qui habet licentiam à proprio Parocho vnius ex contrahentibus,& ignorat ſe illam habere, prout ignorat vnus ex contrahentibus,eſſe inualidum.*

131 Reuocata non debet eſſe huiuſmodi facultas,quæ tunc talis cenſeretur quando iis, quibus conceſſa fuit, per certum nuntium, aut litteras ſignificata ſit, & ante hanc intimationem acta tenent , etiamſi Sacerdos ille aliunde ſciret reuocationem ſuæ facultatis. Ita Sanch *lib.*3. *diſp.*36.*n.*9.Coninch *dict. diſp.*27. *num.*32. *verſ. ſextò* , Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ,verb. Matrimonium* , *pag.* 164. *col.*2. Hinc te- 132 nerem † datam licentiam à proprio Parocho alicui Sacerdoti , ſi interim Parochus moriatur , illam non expirare; quia licèt mandatum morte mandantis regulariter expiret,*l.mandatum C.mandati, cap. gratum, cap.relatum , de officio deleg.* gratia tamen facta alicui, minimè, *cap.ſi cui, de prabend. in* 6. *cap.ſi ſuper gratia, de officio deleg.eodem lib.*tum quia gloſ.*in Clem.dudum.* §.*ſtatuimus,de ſepult.* docet expreſſim licentiam conceſſam aliquibus Fratribus non expirare morte concedentis;tum etiam,quia facultas ab Epiſcopo conceſſa Ordines accipiendi à quocumque Epiſcopo Catbolico,non expirat morte Epiſcopi concedentis; Cardin.*in Clem.fin.q.*6.*de elect.*& multis aliis caſibus quos poteris videre per citatos à Franc. Molin. *dict. diff.*11.*num.*111.vbi hanc ſententiam in propriis noſtris terminis tuetur ; ſed contrarium cenſuit Rota *in dict. Vicentina Matrimonij* 11. *Martij* 1654. coram *bonæ mem. Dunozetto* , quam poſt aliquas huius tractatus impreſſiones inueni.

133 Metu , vel dolo obtenta licentia ſufficit , niſi per dolum,& mendacia verſantia circa ſubſtantiam, vel cauſam finalem,extorqueatur : quia diſpoſitio facta per dolum verſantem circa cauſam finalem eſt inualida;tum quia nihil eſt magis contrarium conſenſui , quàm error , *l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omnium iud.*Ita tenent Sanch.*lib.*3.*diſp.*39.*a num* 13.& *diſp.*21. *num.*7. Coninch *diſp.*27.*n.*37.Gotier.*c.*69.*n.*14. & 16. Reginald. *lib.*31. *num.*182. Bonacina *d. q.*2.*punct.*8. *num.*17.Hurtado *d.diffic.*11.*num.*39. *in fine.*

Licentia validè datur contra prohibitionem Epi- 134
ſcopi, ad effectum vt Matrimonium contractum coram Sacerdote,cui conceſſa fuit,validum ſit. Matrimonia enim tantum contra interdictum Eccleſiæ valent,licet cum peccato fiant. Ita Baſil. Pont *de impedimentis Matrim.cap.*26.§.6.*verſ. valet*, vbi dicit ita eſſe ab *Illuſtriſſ.Cardin.* deciſum, & iterum *in nouiſſimo tract.de Sacram. Matrimonij lib.*5.*cap.*29.*num.*3.

Sacerdos non debet credere dicentibus ſe habere 135
licentiam à Parocho , vt poſſint coram ipſo contrahere , niſi certa ſigna afferant , vel ſint perſonæ ſpectatæ fidei , de cuius veritate dubitari nullo modo poſſet;nam in iis,quæ pertinent ad externam Eccleſiæ gubernationem,non creditur teſtantibus in propria cauſa, præſertim ſi hoc vergere poſſit in præiudicium alterius;ita Sanchez *lib* 3.*diſp.*37.*num.*2. Coninch *diſp.*27.*num* 39.Reginald.*d.lib.*31.*n.*181. Baſil. Pontij *dict.*§.6.*verſ.conceſſa*, Bonacina *d.q.*2. *puncto* 8. *n.*38.Tamburin.*d.tom.*2.*diſp.*8.*q.*1 *in fine.*

Et aſſenti licentiam proprij Parochi in contra- 136
hendo Matrimonio requiſitam non interueniſſe, quando contra eam opponitur à tertio , incumbit onus probandi, ex Maſcard. *de probat. concl.*982. Vbi enim matrimonium eſt contractum , debet probari quòd non interuenerit proprius Parochus , nec licentia,Sanch.*de matrim. lib.*3. *diſp.*37.*n.*5. Rota apud Poſtium poſt *tract.mandati de manuten.deciſ.*241.*n.*10. & atteſtatio Parochi de licentia , ſuffragatur etiam poſt contractum Matrimonium, Caputaq. *deciſ.*106. *p.*2.Rota apud Poſtium *d.loco,n.*11.

Teſtes ad Matrimonium adhibendi quales?

VLtrà proprij Parochi aſſiſtentiam , vel alterius 137
Sacerdotis de eius licentia, de quibus ſupra, vt matrimonium validè contrahatur , neceſſaria eſt duorum , vel trium teſtium præſentia , vt probat Conc.Trident.*ſeſſ.*24.*de ref.Mat.cap* 1. ibi, *& duobus, vel tribus* , &c. quæ ſimultanea debet eſſe,nec ſufficit ſucceſſiua , quia Trident. copulatiuè exigit præſentiam Parochi , & teſtium , per dict. *&* , quæ copulat , vt cum multis quos citaui,ego ipſe teneo *in meis remiſſ. de dictionibus, & clauſ. dict.* 94. Quare ita reſoluunt Specul. coniug. *in appendice dub.*6. *concl.*4. *pag.*14. Sanch.*de Matrim.lib.*3.*diſp.*41.*n.*3. Bonacina *eod. tract.q.*2.*puncto* 8. *n.*41. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.*1.*de ſacram. Matrim.cap.*4.*concl.*5.Poſſeuin. *de officio Curatis c.*10.*n.*22.Rebell.*de oblig.inſt.p.*2.*l.*2.*q.*8.*ſect.*8. *à n.*8.Conioch.*de Sacram.tom.*2.*diſp.*27.*num.*41.*concl.*1. Filliuc.*d.tract.*10. *à n.*229.

Quod verò attinet ad teſtium qualitatem , cum 138
lex illa odioſa ſit , reſtringens ſcilicet naturalem ad contrahendum libertatem , non ſunt ad ſeueram rationis normam teſtes exigendi , ſed ſatis erunt, quicumque rationis compotes,quamuis impuberes, conſanguinei,domeſtici,fœminæ,aut infames, quia poſſunt eſſe præſentes moraliter;tum quia Trident. nullos teſtes excipit. Sic Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.*15.*princ.num.*46. Petr.de Ledeſma *in tract. de matrim. quaſt.*45. *art.*5. *puncto* 3. *poſt* 4. *dub. verſ. concluſio ſit*, Henriq. *lib.*11. *cap* 3. §.9. Fr. Emman. *in ſumm. tom.*1. *cap.*219. *num* 18. *in* 2. *edit.* plures refert, & ſequitur Sanch. *dict. diſp.*41.*n* 4 *cum ſeqq.*Quibus adde Zerol. *in praxi Epiſcop part.*1.*verb. Matrimonium.* §.14. Ce-

uall.

uall. commun.contra commun.quæst.604.num.84. Galet. in margarita casuum conscientia, verb. Matrimonium. part.164. Basil. Pont. de impedimentis Matrim.cap.26. §. 6. in fine, Bonacina dict. quæst.2. puncto 8. num. 43. Fernandez in examin. Theolog. moral. part. 3. cap. 18. §.1. num.14. Paul. Layman in Theolog. morali tract.10. part.2.cap.4. num.6. vers. secundo. Burat.decis.713.n.7. vbi Ferent. in annot. num. 11. Quamuis testes legitimos, idoneos, & omni exceptione maiores requiri dicat Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comparat. 8. num.64.cum seqq.

139 Nec etiam necessarium est, vt huiusmodi testes sint rogati, cum nullo iure ista solennitas in Matrimonio requiratur, Gregor.Lop. lib.1.verb. sin testigos tit.3.part.4. Henriq.dict.§.9. Sanch.dict. lib.3. disp 41. num.7. vbi plures refert, quibus addo Cald. Pereira de empt.cap.6.num.22. Gutier.de Matrim.cap.55.in fine, Posseuin.dict.c.10. num.22. versic. quares, Bonacina dict.quæst.2.puncto 8.num.44. Vgolin.de potestate Episcop. cap. 13. §. 10. Et sufficit si vi detenti intersint, dummodo intelligant consensu contrahentium, & aduertant, quod agitur, Ceuall. dict. quæst. 604.num. 81. Sanchez dict. disputat. 39. num. 9. Coninch dict. quæst.27.num 44. Gutier de Matrimon.cap.69.num.13. Cened. pract & canon quæst lib.1.quæst.30.num.108.ad finem. Hurtado dict. diffic. 15.num.50. Bonacina dict. puncto 8.n.45. nec refert si dolo ad aliud vocati sint, vt resoluit Sanchez dict.disput.39.num.10.& Hurtado dict.disp.5.diffic.13.num.50. vbi idem dicit si assistant matrimonio à casu.

De Matrimoniis absque Parocho, & testibus irritis.

140 EX supradictis omnibus primò infertur contrahentem Matrimonium sine parocho, & testibus peccare mortaliter, quia inualidè contrahit, & facit irritum Sacramentum, contra prohibitionem Ecclesiæ in re graui. Ita P. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp.5. Gutier. eodem tract. c.56. num.4. Coninch tom. 2.disp.30. dub.2. num.18. Bonacina de magno Matrimonij Sacram. quæst.2. puncto 6. num.3.

141 Secundò infertur defectum præsentiæ Parochi, aut testium non esse impedimentum dirimens sponsalia, sicut est impedimentum dirimens Matrimonium, quia Concil. Trident. irritat tantummodo Matrimonium clandestinum, non verò sponsalia. Ita Nauar.in man. cap.25. num.134. Salzed. ad Bernard. cap.76.vers.nonò illud, Perez lib.1.vers.secundò circa prædicta dubitatur, tit.1.lib.3.Ordin. Vega in summ. par.2. cap.34.casu 20.vers. nota que si solamente, Spino in speculo testament glos.15. princip. num.84. Segura in director.iudicum Eccles.part.2.cap.13.num.1. & 4. Petr. de Ledesm.de matrim.quæst.43.art.3. vers. secundum punctum, dub.4. Emman.Saa in Aphorismis, verb.Sponsalia num.1. Valentia tom. 4. disputat. 10. puncto 5. causa 3. Gutier. canon. lib.1.c.18.num.10.& in tractat. de Matrim. cap.4. Hurtado de Matrimonio disp. 1. diffic. 16. Ceuall. communium contra commun. q. 604. num. 124. Henriq. in summ.lib.11. cap.5. num.8. Rota Romana apud Farinac.decis.273.num.21. Armendariz in addit. ad recopilat. legum Nauarra ad lib.4.tit.14. lib.1. in declarat.num.44.& 45. Sanch. lib.1. disputat.12. Cardin. Tusch. practicar. conclus. tom.7. conclus. 406. Cened. pract.& canon quæst. lib.1. quæst.21. num.9. & quæst.30. num.20. cum sequentibus, Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ.11. num.159. Bonacina in tractat. de magno Matrim Sacramento, quæst.1. puncto 7.num.11. Vnde

142 † contrahentes sponsalia clandestinè non peccare resoluunt Sanchez lib.1.disp.13. n.2. Coninch tom.2. disputat.21 dub.2. num.20. Gutier. d.cap.4.n.2. Contra Syluest.verb. Matrimonium 6. q. 7. & Chamerota de Matrim.cap.2.dub.9.

Tertiò infertur Matrimonium contractum abs- 143
que præsentia Parochi, seu alterius Sacerdotis de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus in vim sponsaliorum non resolui, ita vt contrahentes iudicialiter cogi possint ad denuò contrahendum, seruata forma Concil. Tridentini. Ita Nauar.consil.1. num.3. sub tit.de sponsalib.in 1. edit.& consil.3.num.3.sub tit.de clandest desponsat.in 2. edit. Azeued.lib.1. num.23. 33. & 36 tit.1. lib.5. noua recopil. Petr. de Ledesma de Matrim quæst. 45. art. 5. puncto 2. post dubium 4. conclus. 1. & in summa part. 1. de Sacrament. Matrim.cap.7. conclus.6.dub.2. Spino in speculo testam gloss. 13. principali, num. 78. Armendar. vbi supra num. 26. Salzed. ad Bernard.in pract.cap 76. additione 2. vers. unde pariter. Emman. Sà in Aphor. verb. Matrim. num. 42. Fr. Emman.in summ. part. 2. cap. 220. num. 1. Galetus in margarita casuum conscientia verb. Matrimonium pag. 163. col. 1. Ceuall. communium contra comm.quæst.604.num.79. Triuis.decis.9. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast decis 250. in 1. impress.& resol.219.per totam 2. impress. Sanchez lib.1. disput.2. Gutier.de iuram confirmatio part.1. cap.51. à num. 28. & in tract. de Matrim. cap. 11. Bonacina in tract.de Matr.quæst.2.punct.8 num.48. Sayr decis.1.sub tit.de sponsalibus. Hurtad.de matrim. disput. 5. diffic.2. num.6.

Mouentur præfati Doctores, quia nulla obliga- 144
tio, nec ciuilis, nec naturalis oritur ex consensu præstito in Matrimonio clandestino, ex resolutis per Francisc. Mol.de ritu nupt.lib.1.comparat.19. num.128.

cum † actus à principio nullus nullum producit 145
effectum, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. cap ad præsentiam, de appellat. cum citatis à Card.Tusc.tom.1. lit. A, concl.139. & in libello de principiis vtriusque iuris lit. A. num. 51. tum quia actus gestus contra legem prohibentem substantiam actus, est nullus, & nullam producit obligationem, l. non dubium, C. de legibus, l. hac consultissima §. ex imperfecto, C. de testam. & hæc opinio his nixa fundamentis verior est in puncto Iuris, quam libenter amplectimur.

Quamuis contrariam opinionem, imò Matri- 146
monium clandestinum habere vim sponsaliorum, & obligare ad iterum publicè contrahendum, teneant Barthol.de Ledesm.de Matr.dub.18. Ortiz.in summa, cap. 16. de Matrim. in fine, Veracruz in appendice ad speculum, dub. 9. vers. 2. propositio. fol. 42. Ioan. Petr. Bimius consil.62.num.34 lib 1. Thesaurus fori Ecclesiast. part. 2.cap 9. num. 37. Vega in summa lib. 4. casu 264. & lib.6.casu 120. Henriq.lib.11. cap.5. §.4. Rebell.de obligat.iustitia lib.2.q.9.num.3. Coninch disp.21.n.40. cum sequentib. & præcipuè n. 47. tom.2. Cald. Pereira de empt.cap.13.num.10. in fine. Quorum fundamenta facile destruuntur: & in primis ad illud deductum ex l. tam angusto, ff. de seruit. quod quando actus non valet, vt agitur, valet eo modo, quo valere potest: respondetur procedere quando defectus prouenit ex parte causæ efficientis, non verò quando prouenit ex parte causæ efficientis, & ex parte formæ; in præsenti autem casu defectus non solum prouenit ex parte causæ efficientis (causa enim efficiens sunt ipsi contrahentes, qui ex decreto Trid. redduntur inhabiles ad clandestinè contrahendum) sed etiam ex parte formæ, quæ est solemnitas à Trid. requisita, quam solemnitatem constat deesse quando matrimonium clandestinum contrahitur. Deinde non obstat aliud obstaculum, quod sicut matrimonium clandestinè contractum inter impuberes, seu inter

pubeiem,& impuberem,valetvt sponsalia,ita etiam matrimonium elandestinum debet inducere obligationem sponsaliorum. Nam respoodetur illud esse peculiare in matrimonio elaodestino impuberum,ex *cap. final. de desponsat. impuberum*; quia ius præsumit impuberes se voluisse obligare eo modo, quo possunt, & Coneil. Trident. irritat solummodo matrimonium elandestinum,quòd aliàs erat validum,illique formam, & solemnitatem assignat; non verò irritat matrimonium elandestinum, quod aliàs erat inualidum, sicut erat antiquo iure ex defectu ætatis matrimonium impuberum,& resoluebatur in sponsalia, vt constat ex *cap. vnico, de desponsat. impub. lib.6.*

147 *Quartò* infertur irritum esse matrimonium etiam in articulo mortis, vel tempore pestis, aut belli, & quacumque alia necessitate contractum sine Parocho.& testibus; quia vbi in dispositione dicitur aliter fieri non posse,inducitur forma,prout in Concil. Trident. *d.cap* 1. ibi,*qui aliter*,&c. quæ clausula eum sit decreti irritantis, operatur nullitatem actus ipso iure, si forma prædicta non obseruetur, Matiens. *ad tit.2.gloss.1.rubric.num.34.lib.5.nouæ recopilat.* Flamin. *de resignat.lib.5.quæst final.à num.* 226. Cencd.*practic. quæst.* 30. *à num.*2. Gutier.*de matrimon.cap.* 61. *num.*5. Igitur in nullo euentu absque ea solemnitate matrimonium initum,erit validum; res enim sine sua forma nunquam subsistere potest.Ita tenet Fr.Ludouic. *in instructor.conscientia,part.1.cap.*86.Nauar.*consil.*44. *sub tit.de sponsalibus,in* 1. *impress. & consil.* 6. *sub tit. de clandestina desponsatione, in* 2. *impress.* Segura *in suo direct.iudicum Ecclesiast part.2.cap.15. num.*44. Perez *in l.1.paulò post princip fol.29.tit.1.lib.5. Ordin.* Sarm. *lib.1.select.cap.6. num.*7. Barthol.à Ledesma *de matr. dub.*21. Petr. de Ledesma *in tract.de matrim.quæst.*45. *art.5. circa 3.punctum,dub. 3.vers.ex prædictis sequitur, & in summa part.1.de sacrament. Matrim.cap.6.dub.*15. *in fine.* Spino *in speculo testament.gloss.* 15. *num.* 44. & 86.Fr.Emman.*in summa tom.1.cap.*219. *num.*17. *in* 2. *impress.* Axcuedo *l.1. num.*18. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua recopil. & ibi* Matiens. *gloss.* 6. *verb.candestin. num.3. in fin.& gloss.6.num* 2. Ceuall.*d quæst.*604.*num.*63.& 72. Sanchez *lib.3.disp.17.num.*4. Gutier.*de matrimonio,cap.*61. *num.* 4. *cum seqq.* me citato *in hoc loco* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico tract.11. cap.7. quæs.*14. *resol.3. in med.* Basil. Pont. *de Matrimon. lib.* 5. *cap.*6. Hurtado *disp.5.diffic.*3. Rota *decis.*646. *num.1.par.1. diuers.& in Vicentina matrimonij* 11. *Martij* 1624. coram *bona mem. Dunozetto.* Quamuis contrarium teneaot Vega *in sum.lib.3.casu* 361.& Iacob.de Graffiis *in decis.aureis,lib.2.c.86.n.4.vers.secunda.*

148 *Quintò* infertor hodie stante dispositione Sacri Concilij Tridentin.sponsalia non transire in matrimonium subsequuta copula eoram Parocho,& testibus:nam Concilium abstulit matrimonia præsumpta,& solum ea valere voluit,quæ in iudicio probari non possent: sponsalia autem illa subsequora copula eotam Parocho,& testibus adhue sunt præsumpta matrimonia, illi enim de copula quidem testificari possunt, sed de eonsensu minimè, cum possent accedere sine affectu maritali: quare nisi adsint verba,quæ hoe explicent,copula tantùm insufficiens est post Coneil. Trident. Ita Pettos de Ledesma *de matrimonio,quæst.*56. *art.*2. *dub.*2. Sanehez *lib.3. disp.*40. *num.7.& lib.* 5. *disp.* 8. *num.* 26. Gutiet. *de matrimon, cap.* 40. *num.*13. & *cap.* 81. *num.* 11. Basilius Pont. *de impedimentis matrimonij, cap.* 26. §. 3. *vers. antepenult.* Conineh *disput.22.dub.9. num.*57. *ad finem*,Bonacin. *q.2.punct.1.n.4.*

149 *Sextò* infertur, quòd licet de Iure Ciuili ex cohabitatione inter pares,& eiosdem conditionis præsumeretur matrimoniom,ex *l. in libera*, vbi gloss. *ff. de ritu nuptiar.*& gloss. *in l. de concubinatu.ff. de concubinis*,& etiam de Iure Canonico,aliis concurrentibus coniecturis, iuxta communem omnium sententiam *in cap. lator, qui filij sint leg.* cum citatis per Paleotb. *de nothis, & spuriis, cap.* 19. *num.* 9. Menoch. *de præsumpt.lib.3. quæst.1. num.* 71. *& consil.* 199. *à num.* 48. Mascard.*de probat.concl.*1021.*n.*7. Hodierno iure cohabitatio efficere nequit matrimonium, sed nouus consensus requiritur, & forma Concilij: sic Spin. *dict. gloss.* 15. *num.* 61. *post princip.* Matiens. *in rubr. tit.1. gloss.1. num.* 53. *cum sequentib. lib.* 5. *noua recopil.* Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 1. *comparat.* 12. *num.*26.

Septimò infertur, quòd licet traductio sponsæ ad domum mariti cum solemni apparatu, qao solent eontrahentes publicè eelebrare, matrimonium faceret de iure veteri Canonieo,arg.text.*in cap. vidua, de regularibus*,& iuxta tradita per Panormit.*in cap. ex parte,num.*26. *de restitution.spoliator.* Brunel.*in tractat. de sponsal.concl.*12. *num.*4. Menoch.*d.quæst.1. num.*56. hodie tamen,nisi in traductione ipsa nouus consensus coram Parocho, & testibus exprimatur, nihil traductio efficeret,Matiens.*d.glos.1.num.*55.*cum seqq.* Spin.*d. glos.* 15. *num.* 65. *vers. etiam dicendum*,Franc. Molin.*d.lib.1.compar.*13.*n.*7. 150

Octauò infertor contrahentes sine Parocho & testibos,licèt inhabiles dieantur ad sic eontrahendum, non manere inhabiles ad rursus inter se eontrahendum,vel cum aliis,seruata Concilij forma: ita decisum refetoot Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *q.* 2. *num.* 102. Matiens.*d.gloss.1.d.tit.1.ex num.*39. Franc.Molin. *d.differen.11.num.*158. Pett. Ledesm. *quæst.*45. *art.*5. Rebel.*de obligat.iustitia,part.2. lib.2.q.8.sect.8. num.*9. Gutier.*de matrim.c.61. n.2. & cap.* 75. *n.*4. Bonacina *d.q.2.punct.8.n.*47. 151

Nonò infertur, ad matrimonium contrahendum coram Parocho, & testibus deobligari omnes apud quos promulgatum est Trident. & receptum, eum ipsum statuisset hoe tantum habiturum vim post triginta dies numerandos à prima die publicationis in eadem Parochia, qua publicatione nondom facta, nulla obligatio arctat habitatores, nec ligat ignorantes, provt in quibusdam asserunt Galliæ partibus,& Polooiæ: ita Petr. de Ledesma *in summa p.* 1. *de sacrament. Matrimon.cap.6. concl.4. dub.* 5. Ceuall. *d.quæst.*604. *num.*143. Nauarr. *consil.*8. *num.* 1. *sub tit. de clandest. desponsat. in nouis*, Henriquez *lib.* 11. *cap.* 33. *num.* 8. Galet.*in margarita casuum conscientiæ,verb. Matrimon.pag.*163.*col.*2. Sanchez *lib.3.disp.*18.*num.*1. Rebel.*d.lib.2. q.7. sect.*3. Gutier.*de matrimon. cap.* 61. *num.*12. Fr.Basil. Pont.*d.cap.*26. §.2. *vers.*4. vbi asserit huiusmodi resolutionem non nasci ex eo, quod lex ad sui obligationem exigat,vt aeeepretur à populo, sed ex speciali dispositione Ecclesiæ in hoc easo, quæ hanc legem obligare noluit, nisi post promulgationem in singulis Parochiis factam, trigintaque à publicatione diebus elapsis. 152

Hine fit eos, qui sunt incolæ vnius loci, in quo promulgatum,& acceptatum fuit Concilium,si aliò migrent, vbi non est acceptatum, posse valide contrahere clandestinè, seruata quoad fieri possit antiqua lege Ecclesiastica, siue illac transeant, siue domicilium ibidem collocauerint. Ita Petrus Ledesma *q.45. art.4. puncto* 3.Basil.Pont.*d.cap.26.§.2.vers.hinc etiam fit eos*,Henriq.*lib.* 11. *cap.8. num* 8. Rebell.*dict. part.2.lib.2. q.7. n.*15. Reginald.*in praxi fori pœnitent. lib.31.num.*176. Conineb *disp.27. dub.1.n.*14. Sanch. *dict.lib.* 3. *disput.*18. *num.*28. Gutier. *cap.* 61. *num.* 12. 153

Bonaciu.

Bonacin. *d. quæst.* 2. *puncto* 8. *num.* 2. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract.* 11. *cap.* 7. *quæs.* 17. *resolut.* 5 *vers. secundo.* Filliuc. *tract.* 10. *cap.* 6. *num.* 200. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 8. Hoc tamen limitant Ledesma, Henriq. Rebel. & alij, nisi eò proficiscantur, vt nubant non seruata lege Concilij Tridentin. & in eius legis fraudem, cum Ius non foueat fraudem committenti in legem, quam limitationem sibi displicere asserit Sanch. *d. disp.* 18. *n.* 29. *vers. cæterum.*

154 Hinc etiam mihi fit valdè verosimile eos, qui inter infideles commorantur, vel mercium congerendarum causa, vel alia ratione, aut inter Turcas captiui detinentur, etiamsi ex his locis sint oriundi, in quibus promulgatum, & receptum est Tridentini decretum, non teneri contrahere iuxta formam Concil. præscriptam. Ita contra Ledesm. & alios resoluunt Basil. Pont. *vbi proximè*, Bonacina *d. punct.* 7. *n.* 3. & Sanchez *d. disp.* 18. *n.* 35.

155 Hinc denique colligitur incolam illius loci, in quo non est acceptatum Concilium Tridentinum, teneri contrahere matrimonium coram Parocho, & testibus, si diuertat ad locum, in quo est receptum: licet enim sit regula generalis extraneum non teneri legibus loci ad quem diuertit, absque intentione ibi manendi maiori anni parte; nihilominus ab ea regula excipitur lex generalis, qualis est ista; & deinde contractus, qui celebrari debet iuxta conditiones præscriptas in eo loco, in quo ipse celebratur, *l. si fundus, ff. de euictionibus*, ita Petr. de Ledesma *quæst.* 45. *puncto* 3 *ad finem*, Sanch. *lib.* 3. *disp.* 18. *num.* 26 Reginald. *lib.* 31. *num.* 176. Coninch *disp.* 27. *dub.* 1. *ad fin.* Bonacina *dict. puncto* 7. *num.* 5. Nota *sacram Congreg. Concilij in Russanen. die* 18. *Nouemb. &* 2. *Decembris* 1628. censuisse *Episcopum non posse matrimonia inualidare per sua decreta Synodalia, quæ clandestinè & sine Parocho, & testibus contracta essent, si ibi non est promulgatum Concilium Trident. itavt matrimonia etiam post huiusmodi decretorum publicationem aliter contracta, si nullum obstet legitimum impedimentum, valida, ac firma sint.*

156 *Decimò* infertur matrimonium celebratum sub honesta conditione de futuro, vt valide fiat, necessarium esse conditionem adimplendam coram Parocho, & testibus, si tamen celebratum fuerit sub conditione de præsenti, vel de præterito, requiri conditionem adimplendam coram Parocho, & testibus, vel vt Parochus, & testes cognoscant conditionem de præsenti, vel de futuro esse adimpletam. Ita Petr. de Ledesma *de Matrim. quæst.* 47. *art.* 5. *dub.* 7. *concl.* 3. Coninch *disput.* 29. *dub.* 1. *num.* 15. *& dub.* 2. *num.* 33. Gutier. *cap.* 1. *num.* 7. Bonacina *dict. quæst.* 2. *puncto* 10. *num* 22. Contra Sanch. *lib.* 5. *disp.* 8 *num.* 28. Dicit tamen Galet. *verb. matrimon.* decisum esse matrimonium de præsenti coram Parocho, & testibus sub conditione contractum, & non expectato conditionis euentu consummatum dici verum matrimonium.

157 *Vndecimò* infertur non teneri iterum coram Parocho, ac testibus contrahere, qui iam semel coram eisdem contraxere, inualide tamen, propter defectum consensus vtriusque contrahentis, vel propter metum vtrique incussum, quia Parochus, & testes fuerunt præsentes externo contractui, & eorum præsentia requiritur, quandò matrimonium contrahitur secundum omnes partes, non verò quando suppletur aliquis defectus occultus. Ita Fr. Emman. *in sum. part.* 1. *cap.* 208. *num.* 7. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 2. Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 70. Aluys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 98. *& in praxi fori Eccles. decis.* 146. *in* 1. *impress.* Sanch. *lib.* 2. *disp.* 32. *num.* 13. Reginald. *lib.* 31. *num* 183. *ad finem*, Gutier. *cap.* 46. *num.* 15. Bonacina *dict. quæst.* 2. *puncto* 9. *num.* 4. Rebell. *de obligat. iust. part.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 5. *cum seqq.* Posseuin. *dict. cap* 10. *num.* 15. Existimat tamen non sine ratione Basil. Pont. *dict.* §. 3. *vers. ego tamen*, nequaquam posse subsistere huiusmodi matrimonium, nisi iterum seruata forma Concil. Trid. celebretur, vel super eo accedat Pontificis dispensatio, cum renouatione vtriusque consensus, oportere tamen, vt vel conditionaliter explicetur, vel sequuta copula post eam cognitionem. est enim signũ consensus, ita respondisse graues Theologos affirmat idem Basilius *dict. loco*, vbi cum Paolo Comitulo *resp. moral. lib.* 1. *cap* 110. *num.* 3. asserit Clementem VIII. felicis memoriæ per Pœnitentiarium respondisse esse necessarium nouum consensum vtriusque coram testibus, & Parocho, admonito prius marito de matrimonij nullitate, sed ad euitandum scandalum esse dispensandum, vt secretò inter se contrahant, renouato consensu cum legitimatione prolis. Hinc paululum melius dicit Thesaur. fori Ecclesiast. *part.* 2. *cap.* 9. *num.* 41. matrimonium impuberum coram P[...]cho, & testibus contractum esse postquam pub[...] facti fuerint, iuxta formam Concilij contrahendum. Qui autem subsistente aliquo impedimento occulto publicè iuxta formam sacri Concilij Trident. Matrimonium celebrarunt, etsi nullum fuerit matrimonium, eo sublato non coguntur denuo eandem formam dicti Concil. obseruare. Ita decisum referunt Petr Ledesma *quæst.* 45 *art.* 5. *concl.* 2. *ante vltim. dub.* Sanch. *lib* 2 *disput.* 37. Reginald. *lib.* 31. *num.* 183. *ad finem* Ioan. Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 3. *cap.* 9. *num* 83. *cum sequentib.* Coninch *disp.* 14. *num.* 83. Francisc. Molin. *dict. differ.* 11. *num.* 160. Bonacina *dict. quæst.* 2. *puncto* 9. *num.* 10. Receptissimum enim est matrimonium nullum ex aliquo defectu, celebratum tamen iuxta formam Concilij, si post ratificetur, non egere noua solennitate, vt tradunt Nauarr. *cons.* 32. *sub tit. de sponsal.* Henriq. *lib.* 11. *cap.* 3. §. 6. Sanch. *dict. disp.* 37. *num.* 3. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 17. *num.* 59. & dicit Nauar. *cons.* 14. *in fine, de spons. in nouis*, referente Illustrissimo Cardin. Alciato Propœnit. in Signatura placuisse Sanctissimo, in huiusmodi impedimentis occultis, quando matrimonium est renouandum, possit hoc fieri inter ipsos coniuges secretè, & quod non sit necessaria præsentia Parochi, vel testium.

Verùm post aliquas huius tractatus impressiones, materiam huius illationis meliùs & exactius considerantes, nunc videmus illã ita Doctores confundere, vt inde nihil certum sumere valeamus; quare, secluso casu impedimenti occulti, existimamus matrimonium nullum propter impedimentum non ratificari, nisi de nouo repetitis solemnitatibus Concil. Trid. etiamsi partes permanendo simul libere consentiant: hanc sententiam inconcussè sequitur Rota coram Seraph *decis.* 900. & coram Greg. XV. *decis.* 395. & apud Farin. *decis.* 204. *num.* 1. *part.* 2. *recentiss. in posthum.* Hurtado *de Matrimon. disp.* 3. *diffic.* 11. *n* 40. Ratio est, quia quotiescunque Matrimonium non tenet ex aliquo impedimento, quod ab initio viget, si postea cesset, opus est quòd omnia de integro ponantur, quæ sunt necessaria, & de essentia matrimonij, vt ex multis bene comprobat Victor. *in suis relect. Theologicis relect.* 7. *de matri. in* 2. *puncto par.* 1. *vers. in contrarium, num.* 9. *& tribus seqq.* Nau. *cons.* 14. *de sponsalib.* tum quia vbi consensus requiritur certo tempore, prout requiritur ex dispositione Concilij tempore, quo Parochus est præsens, nunquam re-

contrahitur,

trnttahitur, nec potest deseruite solemnitas per prius sequuta; qunniam ille debet concurrere de tempore actus, nec potest ab eo separari, neque iuuare potest fictio, aut rettottactio, cùm non fiat quando actus est omniuo nullus, Batt. *in l.obseruari num. 9. ff. de offic. Proconf.* Alex *conf. 78. n. 24. lib. 7.* Dec. *in l.semper, qui non prohibet, num. 16. ff. de regul. iuris*; quia tune reirnttactin non inuenit principium conseruabile, Bald. *in l.fin. num. 2. C. ad Velleian.* tum quia ratificatio reconeiliat ea, quæ pendent ab animo, sed non ea, quæ pendent ex aliqua forma, iuxta dnctrinam Bald. *in l.mancipia C. de rebus alien.* quem io materia matrimonij sequitur Rota apud Farin. *decis. 293. n. 4. p. 1. recentiss. in posthumis*: tum denique, quia eadem solemnitas est necessaria in ratificatione contractus, quæ requiritur io celebratione conttactus, Tiraq. *de retracta lign. §. 1. gloss. 10. num. 90.* Rota *d. decis. 293. n. 4. in princ.*

158 *Duodecimò* infertur expressionem, vel ratificatiooem consensus non esse necessariò faciendam coram Parocho, & testibus, vt matrimonium infidelium fiat Sacramentum, quia Concilium Trideotin. tequirit præsentiam Parochi, & testium, vt contractus validè eelebretur; contractum vero infidelium valide celebratum fuisse ante baptismum supponendum est, neque videtur necessaria præsentia parochi, & testium, vt matrimonium infidelium post susceptum baptismum fiat Sacramentum, sed videtur sufficere expressio noui consensus, vel ratificatio præcedentis, qua posita fit Sacramentum matrimonij, & recipitur sacramentalis gratia ad ritè obeunda munia coniugalia, nisi aliquod impedimentum Canonicum sit, quo matrimonium prius contractum sustineri minimè possit. Vide Fr. Emman. *in summ. part. 1. cap. 230. num. 1.* Nauar. *conf. 4. in fine, sub tit. de pactis in 1. edit. & conf. 2. in fine, de conuers. infidel. in 2. edit.* Sanch. *lib. 2. disputat. 9. num. 1.* Rebel. *lib. 2. quæst. 6. num 5.* Gutier. *cap. 42. num. 6.* Bonacina *d. q. 2. punct. num. 6.*

159 *Decimotertiò* infertur præsentiam Parochi, & testium requiri, vt matrimonium celebratom per Procuratnrem sit validum; nam inualidè absque Parocho, & testibus celebrat Procurator; sicut etiam inualidum est matrimoniom contractum per litteras, quando illud non innotescit Parocho, & testibus: quando verò per literas traditio, & acceptatio vtriusque contrahentis innotescit, validum fit matrimonium. Ita Henriq. *lib. 11. cap. 2. n. 6.* Sanch. *lib. 2. disp. 12 num. 3. & lib. 3. disp. 8. num. 24.* Conineb *disp. 24. dub. 9. num. 78.* Gutier. *de matrim. c. 45.* Bonacina *d. q. 2. puncto 5. num. 5.* Vgolio. *de potestate Episcopi c. 15. §. 10. num. 4 vers. qua.* Victorel. *in notis ad Possenin. d. cap. 10. num. 49.*

De pœna Parochi, qui Matrimonio clandestino interfuerit.

160 Contra Parochum, vel quemcunque alium Sacerdotem Regularem, aut secularem, qui matrimonio clandestino interfuerit, imposita est pœna triennalis suspensioois ab officio, qua etiam mulctatur Parochus, quamuis non intersit, si sciens talia matrimonia non prohibuerit; ita definitum est *in cap. vltim. §. fin. de clandest desponsat.* in hæc verba, *Sanè si Parochialis Sacerdos tales coniunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam Regularis, qui eis præsumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur,*

161 *grauius puniendus, si culpa qualitas postulauerit* † Hæc triennalis suspensio non est ipso iure lata, sed ferenda à iure, vt indicat verbum illud, *suspendatur*; quod eum sit futuri optatiui modi, respicit hominis actum, & iudicis ministeriom; resoluunt Moneta *de distribus. quotid. p. 3. q. 7. num. 21.* & in nostris terminis Sanch. *lib. 3. disp. 48. n. 2.* quos Ego ipse refero *in meis Remiss. de dictionibus, & claus. dict. 343.*

Difficultas autem non modica est, an hodie Concil. Trident. *dict. cap. 1.* in illis verbis ibi. *Insuper Parochum, &c.* voluerit corrigere, & derogare constitutioni *d. cap. vlt.* quoad pœnam triennalis suspensionis impositam Parocho assistenti matrimonio clandestino; qoia Trident. Synodus decernit Parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium nomero, quàm duorom, matrimonio clandestino interfuerit, esse grauiter arbitrio Ordinarij puniendum? Verior sententia tenet pœnam suspensionis triennalis non esse sublatam, sed præterea licere Ordinario in illum alia pœna arbitraria animaduertere, ad eius temeritatem, & præsumptionem coërcendam, quia Concil. Trident. *d. cap 1. paulò post princip.* expresè fatetur se velle inhærere vestigiis Concil. Lateran. vnde desumptum est illud *cap. vlt.* tum quia quando diuersæ pœnæ infliguntur diuersis legibus contra idem delictum, nec apparet vtra earum alteram corrigat, vtraque seruanda est, ex Bat. *in l. 1. num. 1. ff. de vi bonor. rapt.* recepto per Clar. *in pract. crimin. § fin. quæst. 85. num. 5.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. num. 38. vers. quarta conclusio.* tum quia lex noua in vno casu extenditur ad alium casum per legem antiquam, ex doctrina Bart. *in l. Marcellus n. 6. ad Trebel.* quem refert Armendariz *in proœm. ad addit. in recopil. legum Nauarra num. 36.* Quibus, & aliis fundamentis ita tenent Verac. *in append. ad Specul. dub. 11. in fine,* Mainl. *de irregul. lib. 23. cap. 17.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 76. vers. octauo non est obliuioni,* Fr. Emman *in sum. p. 1. cap. 221. num. 4. in 2. edit.* Petr. de Ledesma *in sum. part. 1. de sacram. matrimonij, cap. 6. concl. 4. dub. 16.* Coninch *disput. 27. n. 84.* Sanch. *lib. 3. disp. 48. à n. 3.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. num. 147. cum seq.* Mat. Alter. *de censuris tom. 2. disp. 21. de suspens. c. 5. in princ.* 162

Parochus ob licentiam concessam alij Sacerdoti assistendi matrimonio clandestino, non incorrit prædictam suspensionis censuram, quia Concil. solum suspendit Parochom, vel aliom Sacerdotem coniungentem, vel benedicentem alienos Parochianos, nec exprimit dantem licentiam, mandantem, vel consulentem: censura enim lata in committentem aliquod delictum non obstringit mandantes, consulentes, vel aliter consensum præstantes, nisi in Canone id exprimatur. Quare ita teneut Sanch. *d. lib. 3. disp. 49.* Mat. Alter. *d. cap. 5. vers. secunda principalis quæstio.* 163

Quæret aliqois an Parochus triennio suspensus, qui interfuit clandestino matrimonio, si eodem triennio durante assistat alteri simili coniugio, suspendatúrque iterum triennio, hoc posterius triennium confundatur cum priore, vel incipiat completo priori triennio? Cui sic interroganti poterit responderi, tempus posterioris suspensionis incipere statim à die sententiæ iudicis imponentis posteriorem suspensionem triennalem, nisi iudex declarauerit in sententia, vt incipiat finito priori tempore: ita Mat. Alter. *d. c. 5. vers. tertiò dubitari,* Sanchez *d. lib. 3. disp. 50.* 164

Deinde dubitari potest, an Parochus suspensus ab officio, quod interfuerit clandestino matrimonio, sit consequenter suspensus à beneficio? Quicqoid verò sit de illa quæstione, an suspensus ab officio, sit suspensus à beneficio id nostrum propositum solum attendens, verius duco suspensum ab officio qui interfuit 165

interfuit matrimonio clandestioo, non esse suspensum à beneficio, quia text. *in dict. cap. vlt.* solùm mandat suspendendum esse ab officio; & ita resoluunt Mar. Alter. *d. cap. 5. vers. quarto dubitatur*, Sancb. *d. lib. 3. disp* 51.

166 Ab hac suspensione triennali oon valet Episcopus dispeosare, vt sesoluunt Couar. *de spons. p. 2. cap. 6. in princ. num.* 14. Bernard. *in pract. cap. 76. num. 3. in vltim. impress.* Henriq. *lib. 13. cap. 39.* §. 3. Sanch. *d. lib. 3. disput.* 52. per totam, Mar. Alter. *d. cap. 5. vers. quinto.* me cirato *in hoc loco* Alzed. *d. part. 2. cap. 7. num.* 40. Non obstat suspensum à iure, eo quòd sibi absolutionem noo reseruauit, posse ab Episcopo absolui; quia id est intelligendum, vbi suspensus est à iure iodefinitè, onllo designato termioo; secus vbi terminus suspensioni adiicitur, vt io casu præsenti; nam Episcopus ooo potest absoluere à suspensione temporaria intra tempus, Gutier. *canon. lib. 1. cap. 5. num. 6.* Nec etiam obstat *cap. nuper, de sentent. excomm.* quia loquitur io specie de excommunicatione, cuius absolotio, si non sit reseruata, permittitur Episcopo, & Parocho, vt infrà dicemus; quod ooo habet locum in suspensione de qua agimus.

167 Adeò verum est non posse Episcopum hac triennali suspensione absoluere, vt nec etiam virtute decreti Concil. Trideot. *sess. 24. de reformat. cap. 6.* id sibi permissum sit: quia hæc suspensio non incurritur ipso iure, sed per seotentiam iudicis cognitione præmissa de delicto, vnde supponitur delictum deductum ad forum contentiosum, Sanch. *d. disp. 52. n 4.* Mar. Alter. *d. c. 5. propè fin.*

De obligatione Parochi Matrimonio assistentis.

168 PRoprius contrahentium Parochus, vel alius Sacerdos, de ipsius Parochi, seu Ordioarij liceotia, præsentibus duobus vel tribus testibus, factisque denunciationibus, vel illis omissis de forma præscripta à Coocil. vt supra, teoetur interrogare contrahentes de mutuo consensu, vtrum scilicet fœmina velit ducere virum, & vir fœmioam. Ita Reginald. *lib.* 31. *num.* 175. Coninch *disp. 27. dub. 5. num.* 74. Gutier. *cap. 68. ad fin.* Bonacina *d. quæst. 1. puncto* 8. *num.* 40. Aliàs si omittat, grauiter peccabit, vt resoluit Basil. Pont. *de impedimen. matrim cap. 26.* §. 2. *vers. ex quibus, condit.* 6. Attamen quando Parochus certus est de mutuo illorum consensu, omissionem istius interrogationis esse tantummodo peccatum veniale resoluit Bonacina *dict. num.* 40. & ita contraheotes tenentur declarare mutuum consensum, vt si opus sit Parochus de eo, & testes ferre testimonium possint, ex eodem Basil. *d. loco condit.* 3.

169 Neque ad validitatem matrimonij requiritur vt Parochus, vel alius Sacerdos assisteos, vtatur aliquibus verbis, in eius celebratione, quia Trident. in clausula irritaote non facit vllam mentionem verborum. Ita Pesez *l. 1. vers. præterea necessarium est, tit. 1. lib. 5. Ordinam. pag.* 39. Petr. de Ledesm. *de matrim. quæst. 43. artic. 1. dub. 4. concl. fin. & q. 45. art. 5. puncto 3. ante primum dub. concl. 2. & in sum p. 1. de Sacram. matr. cap. 1. concl. 25. in fin.* Henriq. *lib. 11. cap. 2. num.* 7. Sanch. *lib. 3. disput.* 38. *num.* 4. Segur. *in directorio iudicum Ecclesiast. part. 2. cap. 15. num.* 52. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici part. 2. cap 9. num.* 36. Cenalh. *d. quæst.* 604. *num.* 53. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. num.* 125. Basil. Pont. *vbi proximè condit.* 7. Coninch *disput. 27. dub. 4 num.* 45. Reginald. *lib.* 31. *num.* 175. Sayr. *decis. 61. sub tit. de sponsalib.* Cened. *practic. & canonic. quæstionum lib. 1. quæst. 30. num.* 38. Gutier. *de matrim. cap. 69. num.* 4. Campan. *in diuers. Iuris Canonici rub. 1. num.* 50. Bonacina *d. quæst. 2. puncto 8. num.* 39 vbi etiam quòd Parochus tenetur ex præcepto eiusdem Trident. *sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.* vti his verbis, *Ego vos coniungo in nomine Patris*, &c. vel saltem vti aliis iuxta ritum, & consuetudinem patriæ.

Vnde omissionem horum verborum, *Ego vos in matrimonium coniungo*, &c. esse tantummodo peccatum veniale ob paruitatem materiæ resoluunt Sanchez *lib. 8. disput. 38. num.* 7. Cooinch *num.* 45. Gutier. *num.* 16. Bonacina *num. 39. vers. Rogabis dictis locis.* Verùm omissionem prædictorum verborum esse peccatum mortale, cùm violetur Conilij præceptum, melius tenent Henriq. *lib. 11. cap. 2.* §. 1. Rebell. *lib. 2. quæst. 7. section. 1. num.* 4. Salzed. *ad Bernard. d. cap. 76. lit. B. vers. secundo.* 170

Curare maximè debet Parochus, ne contrahentes io peccato mortali ad huiusmodi Sacramentum accedant, & vt triduo antequam contrahant, peccata confiteantur, & communicent: cum contrahentes matrimooiom cum peccato mortali, nondum deleto per contritionem, vel per Confessionem, indigne recipiant Sacramentum, ac per consequens peccatum mortale incurriant, prout resoluunt Fr. Emman. Sanchez, & alij citati Gutier. *cap. 83. num.* 13. & à Bonacioa *de Matrimon. quæst. 3. puncto 9. num. primo,* 171
vers. 6. † Non committuntur tamen duo peccata mortalia, vnum qoateous recipiunt Sacramentum, alterum quatenus administrant, quia solum committuur quatenus recipiunt. Ita Sanch. *lib. 3. disput. 6. num.* 4. Sayr. *de Sacramen. in genere lib. 2. cap. 7. quæst. 1. art.* 5. Booacina *de Sacramen. disput. 1. quæst. 3. puncto 2.* §. 1. *num.* 10. Nec aliud incurrunt peccatum quatenus videntur præceptum Concilij violare Confessionem præcipientis; quia consilium tantum, non præceptum decretum illud quoad hoc continet; vt resoluunt Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici p. 2. c. 9. n.* 49. Basil. Pont. *d.* §. 2. *vers. quibus condit.* 1. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta p. 2. lib. 1. c. 2. n.* 12. 172

Matrimonium oe contrahatur impediri potest donec contrahentes Orationem saltem Angelicam, & Dominicam didicerint. Symbolúmque fidei, præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, ac septem peccata capitalia, nisi qui præ senio, aut ingenij rudis tarditate incapax prorsus sit: ita Barthol. à Ledesm. *de matr. dub.* 11. quem sequitur Vega *lib. 3. summ. casu* 2. 5. & faciunt quæ adducit Basil. Pont. *de Matrim. lib. 5. cap. 36. num.* 8. Verùm non licere absolutè, & per longum tempus, aut vbi sponsi instarent, detinere ob dictam causam ne matrimonium inirent, expedire tamen suauiter, & absque violeotia, ad breue tempus impedire, vt sic doctrinæ addiscendæ curam habeant, tenent Sanchez *lib. 3. disp. 15. sub n.* 19 Campan. *in diuersor. iuris Canon. rubr. 21. cap. 14. n.* 7. Ioan. Saoc. *in select. disp. 28. num.* 9. Homobon. de Bonis *de examine eccles. p. 3. tract. 13. cap. 11. q. 33. resol.* 2. Diana *moral. resolut. p. 4. tract. 4. resol.* 85. & plures per *Sacram Congreg. super negotiis Episcoporum* fuisse decisum refert Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, decis. 638. in prima impression. & resolut. 576. in 2. editione.* Certum est enim non esse obligationem grauem retinendi memoriæ verba Synodi, vel præceptorum, itaut sit peccatum mortale hoc committere, Bonac. *de legib. disp. 3. q. 6. puncto 2. n.* 14. Sanch *in decalog. lib. 2. cap. 3. num.* 3. Suar. *de fide disp. 13. sect. 5. num.* 8. Diaoa *moral. resol. part. 2. tract. 2. miscel. resolut.* 14. 173

Parochus etiam debet habere librum, in quo coniuges, testes, diem, mensem, & aonum scribat, prout præcipit Concil. Trident. *dict. cap. 1. prope fin.* & tenent Fusch. *de Visitation. lib. 2. cap. 3. num.* 26. Nauar. *in manual.* 174

*manual.cap.*62.*num.*79. *verſ.*5. Poſſeuio.*de officio Curati cap.*6.*num.*44. *& cap.*12.*num.*42. Azeued.*l.*8.*num.* 2.*tit.*1.*lib.* 5.*noua recopil.*Ceuall.*d.quæſt.*604.*num.*138. Baſil. Pont.*d.*§.2. *verſ.ex quibus,condition.* 9. Henriq. *lib.*11. *cap.*7. §.4. Rebello *par.* 2. *lib.*2. *quæſt.* 7. *num.*6. Coninch *d.diſp.* 27.*num.*74. Thom. Valaſc.*alleg.iuris tom.*1. *allegat.*72. *num.*106. Homobon.*de humana vita ſtatib. part.* 1. *cap.* 14. *in fine*, Nicol. Genoa *de priuata ſcriptura lib.* 5. *q.*6. Molfeſ.*in ſum.tract.*4.*cap.*8. *n.*68. Et cùm hæc ad ſolemnitatem Sacrameoti pertineaot propter finem neceſſarium vitandi lites, obligant ſub mortali, Sanch.*lib.*3. *diſp.*15. *num.*22. Reginald.*lib.*31.*num.*242.*verſ.vltim.* Gutier.*de matr.cap.*60. *n.*9. Baſilius Pont.*vbi proximè*, Poſſeuin.*d.c.*12.*n.*44. Nald.*in ſum.verb.Parochus n.*20.

175 Vnde Iure nooiſſimo mortuis teſtibos, & Parocho, ſolo huioſmodi libro abſqoe aliis probationibus matrimoniom contractum plenè probari dicendum eſt, quia in hoc Curati fides, & induſtria fuit electa à Sacro Concil. ita Bellet.*diſquiſit.clerical. part.*1 *tit de clerico teſte*, §.1.*num.*9. Maſcard.*de probat. concl.*672. *num.*18. *cum ſequentib.* Mar. Anton. *variar. reſol. lib.*1. *reſol.fin.caſu* 33. *verſic. nihilominus*, Caualcan.*deciſ.*12.*ſub n.*22. *verſ.& liber Parochi*, *p.*2. Franc. Molin.*de ritu nupt. lib.*1. *comparat.*9. *d.n.*35. & tenoit Rot.Roman.*deciſ.*750.*n.*10. *p.*1. *& in Colonien.ſtatus* 20. *Februar.* 1581. coram *Robuſterio*, qoæ eſt impreſſa *deciſ.*340. *p.* 2. *in nouiſſimis*, quam refert Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici dec.* 249. *in* 1. *impreſſ.& reſol.* 218.*in* 2.*edit.*

176 Sic etiam ex libro baptiſmi à Parocho confecto, quis baptizatus, & illius ætas probatur, vt per Caputaquen.*in deciſ.*714.*n.*1.*p.*1. Bellet.*d.*§.1.*n.*10. Mandoſ.*ad regul.*18. *Cancellar q.*10. *à n.*1. Menoch.*de præſumpt.lib.* 2. *q.*52. *n.*53. Viui.*deciſ.*184. *num.* 15. *lib.*1. Franc. Molin. *dicta compar.*9. *n.*41. Verall.*deciſ.* 114. *lib.*1. Aloyſ. Ricc *dicta reſol.*218.*n.*5. *& Neapol. deciſ.* 238 *n.*6.*p.*4. Farin.*fragment.crimin.verb.ætas num.*141. Probatur etiam origo, Rebuff. *de pacif. poſſeſſ.n.*217. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel.gloſ.*9. §.1. *à n.*105. Piaſec.*in praxi noua Epiſcop.p.*1.*c.*1.*n.*9. Huiuſmodi enim liber de baptizatis tenendus, & faciendos eſt à Parocho, in quo nomina, & cognomina ipſorum ſiot deſcripta, parentúmque, ſi de legitimo matrimonio nati ſint, cum nominibus patrini, vel patrinorum, die, meoſe, & annoiita Fuſc.*de Viſitat.lib.*2.*c.*3.*n.*24.

177 Sic etiam ex libris eoruodem Curatorum mortem probari, excommunicationem, ac ſepulturam teoent Meooch *d q.*51.*n.*53. *cum ſequen.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem verb.minoribus n.*33. *cum ſeq.* Ioſeph. Ludouic. Peruſ.*deciſ.*55.*num.*7. Fuſch.*d.cap.*31. *num.*28.

178 Franc. Molin.*d.compar. num.* 39. † Videant Parochi modo fidem de his libris facere debeant nam in Curia Archiepiſcopali Neapolitana qoendam Parochum, qui fidem fecerat de ſolemnizatiooe matrimonij inter quaſdam perſonas, referendo ſe ad librum matrimonij, cum poſtea perquiſito hoc libro non reperiretur ſolemnizatio, iudicatum fuit crimen falſi incurriſſe qoia vero cum torqueretur, nihil confeſſus foit, ſed grauiora contra ipſum indicia extarent, ſoſpenſus à cura per quinquennium diffioitiua ſenteotia condemnatus fuit, vt refert Aloyſ.Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 729. *in* 1. *edit. & reſol.* 607.*in* 2.*edit.*

De Benedictionibus matrimonialibus.

179 CONtrahentes ante Eccleſiæ benedictionem ne cohabitent hortatur Concil. Tridentin.*ſeſſ.*24. *de reform.matrim.cap.*1. his verbis. *Præterea eadem S,*
Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem Sacerdotalem in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitent; quod cùm non præcipiat, ſed hortetur, liberam voluntatem excitat, & oon obligat, *cap. vlt. in fine* 4.*diſt.* gloſſ.*verb ſtatuta in cap.*1. vbi Abb. *num.* 9.
& Felin.*num.*20.*de conſtit.* quia † conſilij natura eſt, 180
vt quamuis excitet ad deliberandum, non tamen
obligat ad ſequeodum, vt multis citatis probatur *in*
*libello de principiis vtriuſque iuris, lit.C.num.*50. Quare
† peccatum mortale non eſſe ante Eccleſiæ bene- 181
dictionem matrimonium conſummare, ſublato
ſcandalo, & contemptu legis Eccleſiaſticæ, maximè
ſi probabile adſit incontinentiæ periculum, reſoluont Nauat. *in manual cap.* 22. *num.* 83. Couar. *de ſponſalib part.*2. *cap.*7. §.2. *num.*2. Viuald.*in candelab. aureo part.*1.*de matrim.num.*254. Victor.*in ſum.de matrimon.n.*267. Ludou.Lopez *in inſtruct.conſc.par.* 2.*de Matrim.cap.* 39. *verſ. deinde diſceptari ſolet.* Perez *l.*1. *verſ.quæri poteſt, tit.*1. *lib.* 5. *Ordin.* Fuſc. *de viſit.lib.*2. *cap.*3. *num.*21. Matienſ.*in rubr. tit.*1. *gloſſ.* 1. *num.* 98. *lib.* 5. *noua recop.* Petr.de Ledeſma *de matr. quæſt.* 45. *art.*5.*puncto* 3.*dub.*1. *& in ſum.par.*1.*de Sacram. Matr. cap.*6. *concl.*7. *propè fin.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 15.*princip.n.*18. Cened.*ad Decretal.collect.*49.*num.*3.*& pract.ac canonic.quæſt.lib.*1. *quæſt.*30. *propè fin.* Henriq. *lib.*11. *cap.*5. §.7. *in fine, & cap.*7. §. 3. *& cap.* 16. §. 2. Rebell.*de obligation.inſtit.par.*2.*lib* 2.*q.*7.*n.*2. Coninch *de Sacram.& cenſ.tom.*2.*diſput.*27.*num.*71. *cum ſequen.* Baſil. Poot.*de impedimentis Matrim.cap.* 26. §.2. *verſ. ex quibus, condit.*4. Franciſc.Leo *in theſauro fori Eccleſ. par.*2.*cap.*9. *num.*4. *verſ.nam licet*, Sanch.*de Matrim. lib.*3.*diſp.*12. Gutier *eodem tract cap.*48.*n.*3.*& cap.*106. *num.*13. Bonacina *quæſt.*4. *puncto* 6. *num.*1. *in fine, & num.* 4. *verſ. rogabis quartò*, nouiſſimè Matel. Vulpe
in d. praxi cap. 15. *num.* 23. † Excipe niſi adſit con- 182
temptus, vel ſcandalum, iuxta præcepta in materia de ſcandalo, vel lata ſit io ea diœceſi excommuoicatio coorta oppoſitum facientes, ita Baſil. Pont. *vbi proximè*, & intendit Henriq.*dict. cap.* 16. §. 2. & cum in his caſibus peccatum eſt, tantum peccabitur prima vice, quia ea prohibitio oon eſt niſi vt debitus ordo conſummandi ſeruetor, & reoerentia benedictiooibus debita, præmittendo eos priori copulæ, qua matrimonium legitimè conſummator, qua habita ſeruari amplius non poteſt; ſecus autem eſt qoando conſummatur Matrimonium ante denunciatiooes, quia ea prohibitio eſt propter impedimenti timorem, quod per denunciationes detegi poteſt, quæ ratio militat etiam io ſequentibus copulis, ita Sanch.*d.diſp.*12.*n.*11.
Qui ſemel contraxit matrimonium, & mortuo 183
primo coniuge aliod iniit, non tenetur in ſecundo Matrimonio recipere benedictiones; etiamſi fortè primum Matrimonium fuerit inualidum, quia benedictiones non reſpiciunt nuptias, ſed perſonas Ita Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 83. Perez *l.* 1. *verſic. eſt alia pœna, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Mozz.*de contract. tit. de Matrim.cap. de naturalib. Matrim.num.* 10. Menoch. *de arbitrar.caſu* 417. *num.*2. Cened.*ad Decretal.collect.* 49. *num.*1. Coninch *diſp.* 27. *dub.*8. *num.* 72. Gutier. *c.*106.*num.*14. *cum ſequentibus*, Sanchez *lib.*7. *diſp.* 82. *num.*15. Rebell.*lib.*3. *quæſt.*20. *num.*3. Bonacina *dict. quæſt.*4.*puncto* 6.*num.*4. Hurtado *diſp.*5.*diffic.*28. *n.*84. Semper tamen ſeruanda eſt legitima diœceſis conſuetudo, Poſſeuin. *de officio Curati cap.* 10. *n.*48. itavt quamuis prohibeantur ſponſi benedici, ſi vnus eorum, qui contrahit ſecundas nuptias, receperit benedictiones, quamuis alter nunquam recepiſſet ex conſuetudine licet vtrumque benedicere, nec cenſetur ea beoedictio iterari, quia ipſa per ſe datur ratione

tione coniugis nonquam benedicti, Henriq. *lib.* 11.
184 *cap.16. §.2. lit. M.* Verùm † consuetudo generaliter
recepta obtinuit, quod si fœmina solùm nondum
fuisset benedicta, posset tunc benedictio solemniter
fieri. Ita Couat. *de sponsalib. part. 2. cap* 8. §. 11. *num.* 2.
Gregor. *l. 2. verb. no deuen ser velados, tit.* 11. *p.* 4. Salzed.
ad Bernard. c.74. lit. B, Marc. Anton. Genuens. *in pract.*
Archiep. Neapolit. cap. 59. Mar. Alter. *de censur. tom.* 2.
disp.11. de suspensione c. 4. vers. tertio dubitatur, Aloys.
Ricc *loca infrà citando* 313 *in fine.*

185 Sed quæret aliquis à quo huiusmodi benedictio-
nes fieri debeant? Quibusdam placet non integrum
esse vtriusuis contrahentis Parocho benedictiones
has impertiri, sed id esse parochi mulieris. Ita Fusc.
de visitat. lib. 2. cap. 3. num. 21. Caualcan. *par. 2. decis.* 12.
num. 21. Ceuall. *communium contra commun. q.* 604.
num. 148. Sed Ego existimo sufficere Parochum
vtriusuis contrahentis, quia eodem tenore, & eadem
clausula petitur à Concil. *dict. cap.* 1. vt proprius Pa-
rochus intersit Matrimonio, & vt benedictiones
conferat: sed ad illud sufficit Parochus vtriusuis
contrahentis, vt suprà dictum est *hac alleg. num.* 39.
ergo & ad hoc. Quare ita resoluunt Cened. *ad De-*
cretal. collect. 81. *num.* 8. Sanchez *lib. 7. disp.* 82. *num.* 4.
Armendariz *in addit. ad recopilat. legum Nauarra lib.*
4. tit.15. l.1. de Matriva. in declarat. num. 32. Gutier. *de*
Matrim. cap. 106. *n.* 8. *&* 9. Bonacina *dicta q. 4. punct. 6.*
num. 3.

Benedictiones coniugales non possunt nisi inter
Missarum solemnia fieri, *S. Congregat. Concil. in Bi-*
sauren. 13. Iuly 1630. Et Parochus proprius debet
accipere eleemosynam ratione benedictionis, &
non alius, *S. Congreg. Rituum in Acherontin. 25. Ia-*
nuary, 1602.

Sacerdos secundis nuptijs benedictionem imper-
tiens, vel coniungens in Matrimonium,
absque Parochi licentia, quam pœ-
nam incurrat?

186 QVæret opportunè aliquis, quam pœnam in-
currat Sacerdos benedictionem secundis nu-
ptiis impertiens in casu non permisso? Responde-
tur, ab officio, & beneficio suspensum ad Apostoli-
cam Sedem mittendum esse, cum litteris Episcopi,
prout disponitur *in cap. 1. de secundis nuptiis*, quæ ta-
men missio ad Romanam Curiam sublata fuit per
Extrauag. constitutionis Ioan. X X I I. de qua meminé-
runt Couat. *d. §. 10. num. 2. versic. est tamen*, Salzed.
ad Bernard cap. 77. lit. C, Henriq. *dict. cap. 16. §. 2. lit.*
Q, Sanchez *dict. disp.* 82. *num.* 28. Mar. Alter. *d. cap.* 4.
vers. quinto. Et quamuis aliqui teneant prædictam
suspensionis pœnam locum habere tantùm vbi
constante priori Matrimonio Presbyter secundas
nuptias benedicit: ex quorum numero sunt Cuuar.
dict. §. 11. num. 2. & ab eo citati, ac etiam Aloys. Ricc.
in praxi fori Ecclesiastici, decis. 369. *num.* 2. *in 1. edit. &*
187 *resolut.* 313. *in 2. edit.* Verius tamen est † Sacerdotem
huiusmodi suspensionem incurrere, si benedicat se-
cundum Matrimonium, etiam dissoluto primo, vt
ostendit text. *in cap. vir autem, de secundis nupt.* ibi,
cum alia vice benedicti sint, sequuntur Mar. Alter. *dict.*
cap. 4 vers. sed primo. Salzed. *dict. cap. 77. lit. D*, Mar.
Anton. Genuens. *dict. cap. 59. in addit.* Sanchez *dict.*
disput. 82. *in fine*, Vgolin. *de potestate Episcopi cap.* 15.
188 *§. 12. num.* 6. † Quæ quidem pœna suspensionis ab
officio, & beneficio lata *in dict. cap. primo, de secundis*
nuptiis, non infligitur ipso iure, quia præcipitur ibi
vt ipsum suspensum remittat absoluendum ad Pon-
tificem; quasi dicat, *ipsum suspende, & vbi suspende-*

ris, à solo Pontifice potest absolui, & resoluunt Bernard.
dict. cap. 77. num. 2. Couar. *dict. §. 11. num.* 2. Clar. *§.*
final quæst. 75. vers. Sacerdos, Henriquez *lib. 13. cap* 39.
num. 3. & dict cap. 16. §. 2. Nauarr. *cap. 25. num.* 137.
Mar. Alter. *dict. cap. 4. vers. secundo*, Marc. Anton.
Genuens. *dict. cap. 59. in addit.* Perez *l. 5. colum. 5. vers.*
intelligas, tit. 1. lib. 5. Ordin. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1.
cap. 241. in fine, Sanch. *dict. disp.* 82. *num.* 27. Gutier.
cap. 106. *à num.* 16. Quamuis arbitraria tantùm pœ-
na esse puniendum clericum in casibus sibi non per-
missis nuptiales benedictiones indulgentem asse-
rant Iacub. de Graffiis *in decis aureis par. 1. lib. 2. c.* 82.
num. 2. in fine, Menocli. *de arbitrar. casu* 417. *num.* 8.
Perez *dict. vers. intelligas*, Ceuall. *dict. quæst.* 604. *num.*
135. Salzed. *dict. cap. 77. lit. F. vers. in hoc delinquens*,
Aloys. Ricc. *d. resol.* 313. *num.* 1. Vgolin. *d. §.* 12. *num.* 6.
in fin.

Circa pœnam verò, quam Sacerdos incurrit con- 189
iungens in matrimonium, vel benedicens subditos
alterius parochiæ, absque Parochi, vel Ordinarij li-
centia, disponit Concil. Tridentin. *dict. cap.* 1. his
verbis. *Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos, siue*
Regularis, siue secularis sit, etiamsi id sibi ex priuilegio, vel
immemorabili consuetudine licere contendat alterius Pa-
rochia sponsos, sine illorum Parochi licentia Matrimonio
coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandiu
suspensus maneat, quandiu ab Ordinario eius Parochi,
qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio
suscipienda erat, absoluatur. Hanc † suspensionis pœ- 190
nam nedum ad officium, sed etiam ad beneficium
extendi posse resoluit Francisc. Molin. *de ritu nupt.*
lib. 2. differ. 11. num. 149. quoniam in grauibus id re-
gulare est, ex gloss. *in Clem. cupientes, de pœnis & in cap.*
latores, de clerico excommunic. minist. & gloss final. in cap.
pastoralis, de appellat. Couar. *de spons. part. 2. cap. 6. in*
princip. num. 13. Perez *in l. prima, versic. est etiam alia*
pœna, tit. 1. lib. 5. Ordinat. † Ab hac suspensione non 191
solùm Episcopus, sed etiam eius Vicarius potest ab-
soluere, vt resoluunt Sanchez *lib. 3. disp. 52. num.* 4. &
Mar. Alter. *d. c. 5 in fin.* Contra Franc. Molin. *dicto loco*
num. 156.

Sacerdotes Regulares Matrimonia ministrantes, 192
siue solemnizantes, non habita super his Parochialis
Presbyteri licentia speciali, vltra prædictam suspen-
sionem, quam ipso iure incurrunt per Concil. vbi
proximè, ipso facto sunt excommunicati excom-
municatione Sedi Apostol. reseruata *in Clem. 1. de*
priuileg. cum suspensionis pœna à Concil. Trident.
nouiter prolata in casu de quo agimus, non videa-
tur sustulisse veterem aliis legibus impositam, vbi
vtraque sustineri potest, vt supra probauimus. Quare
hanc sententiam tenent Nauar. *consil. 1. num. 7. sub tit.*
de pœnis, in 1. edit. & cons. 10. sub tit. de constitut. in 2.
edit. Maiol. *de irregularitat. lib. 3. cap. 25. num. 12. vers.*
clandestinum, Vgolin. *dict. §. 12. num.* 8. Sanchez *lib.* 3.
disput. 48. num. 8. & 9. Mar. Alter. *dict. disput. 11. cap.* 4.
vers. sed quæres, Fr. Ludouic. Miranda *in manual. Præ-*
lat. tom. 1. quæst. 48. art. 2. quicquid contrarium teneant
Henriq. *lib. 13. cap.* 38. *§. 2. in com. lit. E*, Soar. *de censur.*
disputat. 12. sect. 4. num. 13. Sayr. *eodem tract. lib. 4. cap.*
15. *num.* 2. Bonacina *de matrim. quæst. 4. puncto 6. num.* 8.
& de censuris, disput. 3. quæst. 6. puncto 5. num. 19. in
fine, Fr. Basil. Pont. *dict. cap. 26. §. 2. vers. ex quibus, con-*
clus. 10. & §. 6. in princip. Nec obstat quòd leuior pœ-
na legis nouæ corrigat duriorem antiquæ Consti-
tutionis, quia hoc intelligendum est, vt inquiunt
Ioan. Anan. *in c. vlt ad finem, de collus. deteg.* & Nauar.
d. cons. 10. in pœnis, quæ ab ipso iudice inferuntur,
non in iis, quæ ipso iure incurruntur, vt est excom-
municatio illa *d. Clem.* 1.

De temporibus quibus Matrimonium celebrare vetitum eſt, benedictioneſque nuptiales non ſunt faciendæ.

193 A Prima die Aduentus Domini vſque ad diem Epiphaniæ, & à quarta feria Cinerum, vſque ad octauam Paſchæ incluſiuè matrimonia clebrare vetitum eſt, quod tempus incipit à media nocte Dominicæ. Aduentus, & à media nocte feriæ quartæ Cinerum, cum tunc incipiat Aduentus, & Quadrageſima more Romano, decidit Concil. Trident. *ſeſſ.24. de reformation. matrimon. cap.*10. & plores Doctores ad hoc refert Cen. *ad Decretal. collect.*22. quibus adde Matien. *in rubric. tit.*1. *gloſ.*1. *n.*147. *l.*5. *noua recopilat.* Henriq. *in ſumm. lib.*11. *cap.*16. §.2. Petrus de Ledeſma *in ſumm. part.* 1. *de Sacram. Matrimonij cap.* 10. *concl.*8 *dub.*1. *verſ. el tercero*, Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *num.*188. Bonacina *de Magno Matrimonij Sacramento quæſt.*3. *puncto* 14. *num.*4. latè Sanchez *de Matrimon. lib.*7. *diſp.*7. Poſſeuin. *dict. cap.*10. *num.*25. *verſ quæritur.*

194 Verum tamen eſt de licentia Ordinarij poſſe dictis temporibus celebrari ſponſalia, & matrimonia ſine ſolennitate, vt ait gloſſa communiter recepta *in c. Capellanus, de feriis.* nam matrimonium prohibetur per Eccleſiam in Aduentu, & Quadrageſima, quoad ſolemnitates, traductionem ſcilicet ad domum, conuiuium, & benedictionem, prout deciſum referunt Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. matrimonium. pag.*163. *col.*1. Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt part.*2. *cap.*9. *n.*57. reſoluunt Sanch. *num.*12. Reginald. *num.* 188. Bonacina *num.* 4. *dictis locis*, Coninch *de Sacram. diſp.*30. *de Matrim. dub.*3. *num.*36. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiep. Neapol. deciſ.*9. *p.* 4. Vnde poſſe Epiſcopum ex magna cauſa concedere vt his temporibus prohibitis nuptiæ celebrentur, dummodo celebratio matrimonij, ſi commode fieri poteſt, fiat ſecretò, & ſine populi frequentia, reſoluunt Emman. Sà *verb. matrimonij impedimenta non dirimentia num.*12. *in fine*, Sanch. *d. lib.*7. *diſp.*7. *n.*6. Alzedo *d p.*2. *cap* 1. *num* 42.

195 Conſummare Matrimonium antea contractum his temporibus non eſt prohibitum, cum Iura non loquantur de conſummatione. Ita Nauar. *in manual. cap.*22. *num.*71. Sanchez *dict. diſput.*7. *num.*21. Card. Bellarm. *lib.*1. *de Matrim. cap.*31. Coninch *diſput.*30. *dub.*3. *ad finem*, Reginald. *d lib.*31. *n.*189. Quamuis
196 † prædictis temporibus vetitum ſit Matrimonium contrahi, ſi tamen de facto contractum validum erit, contrahentes verò peccabunt mortaliter prout deciſum refert Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib.*4. *tit.*15. *l.*1. *de Matr. in declarat. num.*10. reſoluunt P. Sanchez *d. diſp.*7. *à num.*3. Matienſ. *dict. gloſ.*1. *num* 147. Cened *d. collect.*21. *num.*2. Bonac. *dict. num.*4. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiep. Neapol. deciſ* 8. *num.*3. *p.*4.

197 Vltra prohibitionem de qua ſupra, etiam matrimonium licitum non eſt, neque abſque peccato contrahi poteſt tempore interdicti, vel à perſonis interdictis, & oſtenditur ex principali, & certiſſima reſolutione in hac materia, quod ea ſolum Sacramenta tempore interdicti licita cenſeri debent, quæ ſpecialiter à iure conceduntur, ſed matrimonium vnum eſt ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, denique nullibi permiſſum reperitur: ergo à prima regula generali excipiendum non eſt; accedit quia ratio neceſſitatis, quæ in aliis permiſſis conſideratur, matrimonio non conuenit, quia nulla neceſſitas poterit occurrere, vt matrimonium nunc, & ſtatim ab interdictis, vel in loco interdicto celebretur, nec etiam ſi deferatur, Eccleſiis debitus honor ſubtrahitur, neque hæreſes pullulant, nec creſcit indeuotio populi, quæ ſunt rationes conceſſionis factæ *in cap. alma mater, de ſent. excomm. lib.* 6. vt in principio exprimitur: ita Vgolin. *de cenſur. tab.* 5. *cap.*8. §.3. *num.*1. eumque ſequitur, & laudat Sayr. *eodem tract. lib.*5. *cap.*7. *n.*43. ac etiam P. Suarez *tom.*5. *diſp.*33. *ſect.*1. *à num.*51. latè diſputans *à num.*46. ſequitur etiam Bonacina *de cenſ. diſp.*5. *puncto* 2. §.3. *n.*7.

Verùm communis ſententia eſt in contrarium, 198
reſoluens quòd licitè & indiſtinctè Sacramentum Matrimonij, quoad ſui ſubſtantiam contrahi poteſt tempore interdicti, atque ita tam in Eccleſia, quàm à perſonis ſpecialiter interdictis, ſolet hæc doctrina deduci ex gloſ. *verb. Sacramentis in d. cap. alma*, ſequitur Abb. *in cap. non eſt, num* 8. *de ſponſal.* vbi Alexand. de Næu *num.*21. & poſt alios antiquiores Nauar. *in manual. cap.*27. *num.*179. Couar. *in d. cap. alma part.*2. §.2. *num.*7. *verſ. Matrimonij autem*, plures refert Henriq. *in ſumm lib.*13. *cap.*45. §.3. Tolet. *lib.*1. *cap.*53. *n.*3. Sà *in aphoriſm. verb. interdictum num.* 17. Fr. Emman. *quæſt. reg. tom.*2. *q.*109. *art.* 3. latè tuetur poſt multos, quos refert, Sanch. *de Matrimon. lib.*7. *diſp.*8. *à num.*2. latiſſimè Mar. Alter. *de cenſur. tom.*2. *diſp.*4. *c.*7. Auil. *de cenſur. p.*5. *diſp.*4. *ſect.*1. *dub.* 6. Zerola *in praxi Epiſcopali part.*1. *verb. interdictum.* §. 4. plures afferentes rationes; *prima* eſt ex gloſſ. *d. verb. Sacramentis*, quod
† reliqua Sacramenta prohibita tempore interdicti 199
gratiam conferunt, non ita matrimonium; ſed falſa eſt, & hæretica hæc doctrina: cùm enim matrimonium vnum ſit ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis neceſſariò conferre gratiam dicendum eſt ex Trident. *ſeſſ.*7. *de Sacram. in genere can.* 1. *&* 6. & de ipſo matrimonio definit idem Trid. *ſeſſ.*24. *can.*.. & ex Florent. I. & Colonien. ac receptiſſima Theologorum ſchola comprobat Couar. *de ſponſal. part.*2. *cap.*5. §.1. *n.*3. & ex ſanctis Patribus latè probat Idoc. Cocc. *in ſuo theſauro Chriſtiano tom.*2. *lib.* 9. *art.* 2. Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 15. *princip. num.* 15. Sayr. *de Sacrament. in genere lib.*1. *cap.* 2. *quæſ.* 2. *art.* 4. *verſic. quod verò ad Matrimonium*, Petrus de Ledeſma *in ſumm. part.*1. *de ſacram. Matrim. cap.*1. *concluſ.*1. *&* 19. Card. Bellarm. *tom.*2. *de Matrim. ſacram. lib.*1. *cap.*5. *arg.*12. Valent. *tom.*4. *diſputat.*10. *quæſt.*1. *punct.*5. Gutier. *de Matrimon. cap.* 42. Bonacina *eodem tract. quæſt.* 2. *puncto* 1. *num.*1. Franciſc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.*2. *differen.*18. *num.*5. Henriquez *in ſumm lib.* 11. *cap.*8. *in princip.* Sanch. *de Matrimon. lib.*2. *diſp.*10. *à num.*2. Rebell. *de obligat. Iuſtit. part.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *cap.*1. *à num.*2. Coninch *de ſacrament. tom. ſecundo diſp.* 24. *dub. ſecundo, à num.*5.

Quare reiecta illa ratione, aliiſque à prædictis 200
Doctoribus congeſtis, primam ſententiam veriorem duco, non obſtantibus in contrarium adductis, quibus pro faciliori explicatione ſigillatim reſpondendum eſt. *Primò* prædictæ communis ſententiæ Auctores dicunt ſpeciale habere Matrimonium præ cæteris Sacramentis, quod licet à Chriſto Domino excellentia Sacramenti fuerit illuſtratum, prius tamen ei conuenit ratio contractus ciuilis, quàm Sacramenti perfectio, ſemperque veri contractus naturam retinet, & veluti contractus ſua ſpecialia ſortitur impedimenta, nec ad inſtar aliorum Sacramentorum prohiberi ſolet, vt poſt alios aduertit Sanchez *dict. diſp.*8. *n.*5. Cui obiectioni reſpondeo, quod licet contractus ſit, ſimul tamen, & vbi primum perfectus eſt, Sacramentum efficitur; ita vt in nullo inſtanti perfecti contractus ratio poſſit conſiderari, in quo Sacramentum non ſit, vt notabiliter reſoluit

Sanch

Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 10. *num.* 6. quare licet dum fit, ex eisdem causis conponatur, quibus constat in genere contractus, quia tamen eodem instanti, quo perficitur, statim fit Sacramentum, repugnat principiis in materia interdicti, quod ab interdictis, vel in loco interdicto celebretur sine speciali legis concessione contra generalem regulam, quæ omnia prohibet Sacramenta, exceptis permissis.

201 *Secundò*, pro sua sententia considerat Auil. contra primam quam sequimur, Sacramenta prohibita actum Ordinis requirere, non ita matrimonium, in quo contrahentes sunt proprij ipsius ministri, vt ex D. Thom. Bellarm. Henriq. & aliis resoluit Sanch. *dict. lib.* 2. *disp.* 6. *num.* 2. Cui considerationi respondeo, quòd licet ante Trident. *sess.* 24. *de reformat. Matrim. cap.* 1. aliquam habere videtur probabilitatem, post illud non ita, cum iam matrimonium sine præsentia Parochi, vel alterius Sacerdotis de eius licentia non valeat, & licet fateamur etiam hodie non esse proprium matrimonij ministrum Parochum, sed ipsos contrahentes, ex resolutis per Sanch. *dict. lib.* 2. *disput.* 6. negari tamen non potest concurrere Parochum ad matrimonij validitatem, & aliquo modo illud administrare, & consequenter legem Canonicam, quæ eam formam præscribit, addens, vt Parochus contrahentes coniungat, dicendo, ego vos coniungo, &c. voluisse ne fiat interdicti tempore, bene considerant Henriq. Vgolin. *n.* 1. *in fine*, Sayr. *n.* 45. *dictis locis*.

202 *Tertiò*, pro sua opinione etiam adducunt auctoritatem tex. *in cap. Capellanus, de ferijs*, dum inquit Matrimonium quocumque tempore contrahi posse, ergo & tempore interdicti, adducunt etiam receptam sententiam, quæ docet matrimonium ab excommunicato valide contrahi posse, iuxta *cap. significasti, de eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium*, cum aliis, ex quibus est receptissima omnium conclusio, ex adductis à Sanchez *lib.* 7. *disput.* 9. *num.* 2. Sed prædicto tex. *in c. Capellanus*, respondent Vgol. & Sayr. procedere secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, cuius meminit. Sed facilius respondebis quæstionem de qua in eo text. non fuisse de tempore interdicti, pro vt censura est Ecclesiastica, sed de prohibitione nuptiarum tempore feriarum, vnde istæ inciperent; & iuxta hunc sensum ait Romanam consuetudinem esse, vt matrimonium quocumque tempore contrahatur, id est, non obseruatis vllis ferijs: vnde generalitas hæc terminos, habiles supponit circa ea, quæ specialiter non decidit, itavt sensus sit posse matrimonium fieri quocumque tempore habili, & non prohibito, iuxta reg. *l. qui testamento* 20. *in princ.* ibi. *si aliud nihil impediat, ff. de testam.* & generalem doctrinam gloss *in cap.* 1. *de constit. & in l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* Et ad illud de
203 excommunicato respondendo dico † potius contra communem retorqueri; nam verius est matrimonium ab eo contractum validum quidem esse, idque solum probat tex. *in d. cap. significasti*, non tamen licitè contrahi, sed potiùs in peccato; vt ex D. Anton. Palud. Nau. Henriq. & innumeris aliis comprobat Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 8. *num.* 3. quare eodem modo concludendum est prædictis non obstantibus matrimonium in loco interdicto, & ab interdictis validè, non tamen licitè contrahi posse.

204 De sponsalibus autem nemo dubitauit tempore interdicti licitè contrahi posse; ratio enim Sacramenti, ob quam secundum nostram resolutionem matrimonium eo tempore prohibitum est, apertè deficit in sponsalibus; sunt enim purè contractus humanus; atque ita aduertit Vgolin. *d. cap.* 7. §. 3. *num.* 2. Sayr. *d. cap.* 7. *n.* 40. Mart. Alter. *de censur. tom.* 2. *disput.* 4. *c.* 7. *in princ.* Neque his terminis applicari potest reg. text. *in l. oratio, ff. de spons.* quòd prohibito matrimonio prohibentur sponsalia: non procedit enim data diuersa ratione, quæ in proposito requiritur, vt benè explicant Conan. *comment. Iuris Ciuilis lib.* 8. *c.* 2. *num.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *q.* 93. *n.* 7. Gutier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 51. *n.* 9.

De benedictionibus tamen Matrimonij aliqui 205
Doctores constanter tenent illas licitè fieri posse tempore interdicti, vt est Angel. *verb. interdictum* 6. *num.* 10. & alij relati à Sanch. *d. disp.* 8. *num.* 9. rationem sumentes ab illa communi sententia, quam impugnauimus, asserente Matrimonium licitum esse, vnde colligunt benedictiones tanquam ipsius accessorias licere debere, ex reg. *cap. accessorium, de reg. iur. in* 6. Contrarium tamen resoluunt communiter reliqui omnes, vt constat ex Palud. D. Anton. Cou. Henriq. Vgolin. & infinitis aliis relatis à Sanch. *d. disp.* 8. *n.* 10. Sayr. *d. c.* 7. *n.* 41. Bonacina *d.* §. 3. *n.* 9. ex ea ratione, quia secundum veriorem sententiam, quam sequimur, si Matrimonium est prohibitum, à fortiori concluditur prohiberi benedictiones, & etiam data, & non concessa aduersariorum communi sententia, Angeli ratio nihil concludit, quia benedictiones fiunt precibus, & orationibus adhibitis tempore Missæ, vt in Miss. Rom. scribitur, & consequenter continent officium Ecclesiasticum, quod tempore interdicti prohibitum esse constat.

Dubium tamen restat in hac materia dicendum, 206
an scilicet licitè fiant benedictiones, & Matrimonium seruata moderatione *cap. alma mater §. adycimus, de sent. excom. lib.* 6. Negatiue respondent Vgol. *d. c.* 7. §. 3. *in fine.* Sayr. *d. c.* 7. *n.* 41. *in fine.* ea scilicet ratione, quia licet Diuina, seu Ecclesiastica officia tempore interdicti permittantur cum illa moderatione, debēt tamen Laicos excludi, vt est receptissima omnium scribentium sententia, post glos. *verb. interdictis in d. c. adycimus*, quam ibi sequuntur Dominic. Anchar. Franc. Calder. & alij omnes, qui de hac materia scripserunt, vt asserit Cou. *part.* 2. §. 2. *num.* 4. Nauar. *num.* 174. Vgolin. §. 4. *num.* 1. Henriq. §. 3. Sayr. *num.* 24. Suar. *disputat.* 34. *sect.* 1. *à num.* 21. Auil. *disputat.* 4. *sect.* 2. *dub.* 4. *conclus.* 1. *dictis locis*, amplíantes non solum ab integris officiis diuinis, sed etiam à qualibet eorum parte laicos esse excludendos, ita vt neque ad faciendam oblationem in medio Missæ, neque extra Ecclesiam ad pacem sint admittendi, tempore quo in Missa dari solet, & ideò cum huiusmodi Matrimonium sine præsentia laicorum, quales sunt contrahentes, contrahi non possit, neque dari benedictiones, rectè sequitur moderationi, *dict. §. adycimus*, in hoc proposito locum non esse, quamuis contrarium teneant post Syluest. Couar. *dict. part.* 2. §. 2. *num.* 7. *vers. Matrimonij* Auil. *d. disp.* 4. *sect.* 1. *dub.* 6. *concl.* 4. Henriq. *cap.* 44. § 1. *lit. D*, & alij, quos sequitur Sanch. *dict. lib.* 7. *disp.* 8. *num.* 11. qui non effugit vim prædictæ rationis, sed magis ei succumbit, dum ex Henriq. respondet intelligendam esse Vgol. & Sayr. resolutionem si contrahentes habeant priuilegium; hoc enim nihil aliud est quàm concedere secundum Iuris rigorem dari non posse benedictiones cum ea moderatione, vt resoluit Vgol. & alij, qui eum sequuntur. In Ecclesia autem specialiter interdicta apud vtriusque opinionis Auctores est indubitatum dari non posse benedictiones, nec contrahi matrimonium, vt ex communi multis probat Sanch. *d. disp.* 7. *num.* 12. quia moderatio illa solum obtinet in interdicto locali generali; non in Ecclesia specialiter interdicta, vt notauit gloss.

verb. Eccleſiis in dict. §. adycimus, quam omnes ibi ſequuntur. Per contrarium autem poſſe eas dari in feſtiuitatibus exceptis, ſi ex alio capite prohibitæ non ſint, vt prohiberi conſtat in feſto Paſchatis, & Natalis Domini, ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. Matrimony, c.* 10. receptiſſimum eſt, vt comprobant Vgolin. *cap.* 8. §. 10. Couat. Henriq. Viuald. & alij, quos refert Sanch. *d. diſp.* 8. *num.* 25. Sayr. *d. c.* 47. Auil. *dict. dub.* 6. *ad finem*, Mar. Alter. *dict. cap.* 7. *verſ. ſecundò dubitatur.*

207 Hæc pauca, quæ quotidiana ſunt in materia Matrimonij, in compendium reduxi, quia Epiſcoporum conueniunt iuridictioni, cætera autem, quæ de Matrimonij Sacramento deſiderari poſſunt, ſunt latiſſimè in multis libris de hac re editis tractata, qui ea ediſcere cupit, conſulat Verac. *in ſpeculo coniug.* Viuald. *in candelabro aureo tit. de Matrim.* Matienſo *tit. 1. lib. 5. noua recop.* Card. Bellarm. *in ſuis contron. tit. de Matrim* Iul. Sanazar. *de Matrim diſſolut.* Franciſc. Anton. Oliuer. *de nullitate Matrim.* Iacob. Nauclant. & Anton. Cont. *de Matrimonijs clandeſtinis irritandis*, Gregor. de Valentia, *de Matrimonij indiſſolubili vinculo*, Fernandez *in examine Theologiæ Moralis part.* 2. *cap.* 15. *cum ſeqq.* Vincent. Filliuc. *quæſt. moral. tract.* 10. *de Sacram Matrim* Petr. de Ledeſma *in ſpeciali tract. de Matrim. & in ſua ſumm part.* 1. *de Sacram. Matrim.* Henriq. *in ſumm. lib.* 11. *de Matrim.* Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Matrimonium*, Steph. Quaranta *in ſumma Bullary verb. Matrimony impedimenta, & verb. Matrimoniales diſpenſationes*, Ægid. de Coninch *de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 21. *cum ſeqq.* Iuan. Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 2. *cap.* 19. *de ſponſalibus, & Matrim.* Rebell. *de obligat. Iuſtitiæ p.* 2. *l.* 3. *de contractu Matrimonij*. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 31. *de Matrimonij ſacramento*, Io. Petr. Fontanella *in tr. de pactis nuptialib. ſiue capitulis Matrimonialib.* Franciſc. Molin. *de ritu nuptiarum, & pactis in Matrimonio conuentis*, Fr. Baſil. Pont. *in tract. de impedimentis Matrimonij*, & nouiſſimè *in tract. de Sacramento Matrimony*, & Ioan. Gutter. *in ſpeciali tract. de Matrimonio*, Bonacina *in tract. de magno Matrimony Sacramento.* & nouiſſimè Gaſp. Hurt. etiam *de Matrimonio*. Omnium latiſſimè tribus tomis totam hanc materiam eleganter tractauit doctiſſ. Thom. Sanch. illius quidem Sacri Ordinis, qui nominis, quod ſuper omne nomen eſt, titulo præſignitur.

ALLEGATIO XXXIII.

Epiſcopus in Pontificia, vel generalis Concilij lege quando poſſit diſpenſare?

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio in genere ſumpta eſt iuſta diſtributio rei communis in ſingulos, iuxta cuiuſque neceſſitatem.*
2 *Diſpenſare in Iure noſtro idem eſt, quod legibus ſoluere.*
3 *Diſpenſatio definitur, quod ſit iuris communis relaxatio cum cauſa cognitione ab eo, qui habet poteſtatem Diſpenſandi.*
4 *Diſpenſatio emanans ab inferiore requirit neceſſariò cauſæ cognitionem, & expreſſionem.*
5 *Diſpenſatio ſine cauſa dicitur potius diſſipatio.*
6 *Diſpenſatio ceſſat, ceſſante cauſa.*
7 *Diſpenſatio eſt quid odioſum, & ſtricti iuris ſtrictéque intelligenda.*
8 *Diſpenſatus ad vnum cenſetur diſpenſatus ad omnia conſequutiua ad illud vnum.*
9 *Diſpenſatio facta ad vnum effectum, vel in vno defectu, ad alios non extenditur.*
10 *Argumentum de maiori ad minus non habet locum in diſpenſationibus.*
11 Cap. cui licet. 53. de reg. Iur. lib. ſexto *non procedit in diſpenſationibus, ſed tantùm in his, quæ propriè, & abſolutè à Iure communi conceduntur.*
12 Cap. ex parte 27. de decimis *declaratur.*
13 *Argumentum de maiori ad minus in priuilegiis particularibus, ſeu diſpoſitionibus odioſis affirmatiuè prolatum non valet.*
14 *Monachus, cui conceditur diſpenſatio ad beneficium curatum, non poterit ſimplex poſſidere.*
15 Cap. per venerabilem, verſ. autem, qui filij ſint legitimi, *declaratur.*
16 *Epiſcopus in his, quæ ſunt de genere permiſſorum, poteſt ex rei natura intra propriam diœceſim ea omnia, quæ Summus Pontifex poteſt in Eccleſia vniuerſali, niſi per ſacros Canones, aut per Summum Pontificem prohibeatur.*
17 *Epiſcopis videtur abſoluendi poteſtas eſſe conceſſa, quoties conditor Canonis cenſuræ abſolutionem non reſeruauit.*
18 *Refertur ſententia aſſerentium Epiſcopos in lege Canonica poſſe diſpenſare, quando eis expreſſè, vel tacitè conceditur diſpenſandi facultas.*
19 C. dilecti, de tempor. ordinat. *declaratur.*
20 Cap. nuper, verſ. in ſecundo, de ſententia excommunicat. *declaratur.*
21 *Epiſcopis ſit diſpenſandi facultas à lege, vel tacitè vel expreſſè.*
22 *Diſpenſatio Epiſcopis quando tacitè concedatur.*
23 *Epiſcopus quando diſpenſat ex tacita legis permiſſione, ſi faciat ſine iuſta cauſa, non tenet diſpenſatio in vtroque foro.*
24 *Concilij decreta expreſſa egent Pōtificis derogatione.*
25 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare in lege Concilij generalis, quamuis abſolutè permittat diſpenſationem.*
26 *Epiſcopus ſuper Concilio an data cauſa neceſſitatis poſſit diſpenſare?*
27 *Conciliaris Conſtitutio quando dicatur.*

ISPENSATIO in genere ſumpta nihil aliud eſt, quàm iuſta diſtributio rei communis in ſingulos, iuxta cuiuſque neceſſitatem, vnde diſpenſatores dicuntur illi, quibus ſpiritualia, aut temporalia inter ſingulos diuidenda mandantur, vt probatur *Luc.* 12. ibi, *quis putas eſt fidelis diſpenſator*, Paul. 1. *ad Corinth.* 4. *ſic nos exiſtimet homo*, &c. & cap. 9. *diſpenſatio mihi credita eſt*, faciunt text. *in l. diſpenſatori* 51. & *in l. diſpenſatorem* 62. *ff. de ſolut. l. vrbana* 166. & *ibi* Alciat. *ff. de verb ſignif.* docent D. Thom. 1. 2. *q.* 97. *art.* 4. & 2. 2. *q.* 88. *art.* 10. D. Anton. 2. *part. tit.* 11. *cap.* 2. §. 6. Sylueſt. *verb diſpenſatio q.* 1. Sot. *de iuſtit. lib.* 1. *q.* 2. *art. vlt.* Couar. *de ſponſalib. p.* 2. *cap.* 6. §. 9. *num.* 1. At verò 1
† attento Iure noſtro *in cap. de multa, ad finem, de præb & in cap propoſuit de conceſſ. præbenda, & in cap. & ſi clerici, §. de adulterys, de indic.* & paſſim alibi, diſpenſare idem eſt, quod à legibus ſoluere, & à vinculo legis eximere, *l. Princeps ff. de legibus*, Cardoſ. *in praxi Iudicum, verb. diſpenſatio.* 2

Diffinitur autem diſpenſatio, quod ſit Iuris communis relaxatio cum cauſæ cognitione, ab eo, qui poteſtatem habet diſpenſandi; ita *gloſſ. penult. in princ. in cap. requiritis, §. niſi rigor.* 1. *quæſt.* 7. recepta communiter ibi, vt per Nauar. *in cap quem pænitet, num.* 7. *de Pænitent. diſtinct.* 1. & *in man. prælud.* 9. *num.* 25. Couar. *dict. num.* 1. Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſat. n.* 2. 3

pag.

pag.179. Monet. de distributionibus quotidianis, part. 2.
quaest.14.num.2. Fr. Emman. quaest. Regul. tom. 2. q. 46.
art.1. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis.260.
in 1. edit. & resolut. 227. num. 1. in 2. edit. Iacob. de Graf-
fiis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 31. num. 2. Sayr. in
claui Regia lib. 6. cap. 11. à princip. Alphons. Aluarez
in speculo Iuris Pontificij, cap. 17. de dispensat. Sanctissim.
Episcop. in princip. Cardinal. Tusch. practicar. conclus.
litt. D. conclusion. 437. Suar. de legibus lib. 6. cap. 10.
num. 7. Cardos. in praxi Iudicum, & aduocat. verb. di-
spensatio, num. 1. Fr. Ludou. Miranda in manuali Praelat.
tom. 2. q. 30. art. 1. Vgolio, de potestate Episcopi cap. 7. à
num. 1.

4 Verùm haec diffinitio, quamuis sit communiter
recepta, non videtur admittenda, quia per illam so-
lùm Ius commune, non verò particulare, velut mu-
nicipale, aut synodale, relaxatur; siquidem hoc Iuris
communis appellatione minime continetur, cap. 1.
de const. lib. 6. Deinde comprehendit etiam solùm dis-
pensationes emanantes ab inferioribus, in quibus
necessariò causae cognitio, & expressio praerequiri-
tur, vt in Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 18.
ibi, causa cognita, & sess. 14. de reformat. cap. 7. ibi, causa
cognita, itaut non valeant ex gloss. vltim. in fine, ibi,
vel dic. &c. in cap. litteras, de concess. praebenda, gloss.
vltim. in princip. in cap. 1. de aetate, & qualit. lib. 6. gloss. 1.
per textum in cap. 2. de schismaticis, Menoch. vbi
multos refert, consil. 15. num. 15. Nauar. in consil. vltim.
num. 4. de simonia, post alios Gutier. canonic. lib. 1.
5 cap. 19. num. 5. † Quod enim fit sine causa, dicitur
potius dissipatio, quàm dispensatio, vt B. Bernardum
referendo, dicit Curt. sen. cons. 19. Aggredior num. 6.
Socin. iun. cons. 120. num. 28. volum. 2. & ideò requiri-
tur causa, quia per dispensationem vulneratur Ius
publicum, vt dicit Put. Rota Roman. decis. 3. lib. 2. re-
6 fert Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 410. n. 3. Et † ces-
sante causa cessat dispensatio, Archidiac. in cap. 1. per
illum text. post princip. 35. distinct. cap. vltim. in fine, 77.
dist. glos. in cap. post translationem, verb. cessante, de re-
nunc. cum aliis citatis à Ricc. dict. resol. 410. num. 8.
Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 30. num. 14. intelligen-
do cum Diana moral. resol. part. 1. tract. 10. resol. 41. quae
tamen cognitio, & expressio in dispensationibus
à supremo Principe emanantibus necessariò non re-
quiritur, ex Rebuff. vbi suprà num. 9. aduertit Suar. de
Relig. tom. 2. tract. 6. lib. 6. cap. 9. num. 1. Dic ergo, quod
dispensatio sit legis, seu Iuris alicuius per legitimum Su-
periorem relaxatio. quae diffinitio videtur magis con-
gruere materiae, de qua agimus, & effugere difficul-
tates, de quibus suprà.

7 Dispensatio est quid odiosum, & stricti Iuris,
strictéque intelligenda, cap. 1. & cap. 2. de filijs Pres-
byt. lib. 6. cap. non potest, de praeben. eodem libro. cap. quòd
dilectio, de consang. & affin. l. ex pacto in princip. ff. de
vulgari, & pupillari. Ias. in l. re coniuncti, num. 178. ff. de
legatis 3. Matiens. l. 10. gloss. 1. num. 7. tit. 8. lib. 3. nouae
recopil. Monet. d. q. 14. num. 5. Mar. Antonin. variar.
lib. 1. resol. 19. num. 14. & lib. 3. resol. 2. num. 18. Cardos.
in praxi iudicum, verb. dispensatio, n. 9. & 19. Campan.
in diuers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. n. 90. Fr. Ludou.
Miranda d. q. 30. art. 12. concl. 2. Brunor. in locis commu-
nibus, verb. dispensatio, num. 9. Aloys. Ricc. d. resol. 227.
num. 3. & d. resol. 410. num. 4. Sanchez d. disp. 1. num. 3.
Gironda de priuilegiorum explicatione, num. 1111.
cum sequentibus; nam dispensatio vocatur vulnus,
quia per eam Ius ipsum vulneratur, cap. ipsa pietas 23.
quaest. 4.

8 Et licèt dispensatus ad vnum, dispensatus censea-
tur ad omnia consequutiua ad illud vnum, vt per
gloss. verb. plures in cap. quia in tantum. de praebendis,

Sayr. de censuris lib. 7. cap. 14. num. 11. plenè Sanchez
dict. lib. 8. disput. 1. num. 19. tamen † dispensatione 9
facta ad vnum effectum, vel in vno defectu, ad alios
non extenditur, Afflict. decis. 320. num. 12. Rota di-
uers. decis. 233. part. 1. quam refert Ricc. dict. resolut.
227. num. 6. Burg de Pace l. 3. Tauri num. 121. cum se-
quentib. Gironda d. loco num. 1113. vbi limitat quan-
do dispensatio fit motu proprio, vel ratione con-
nexitatis, & accessorij; vel in his, quae recipiunt in-
terpretationem à Iure communi; vel quando pro-
prietas verborum extensionem requirit; aut quando
dispensatio est fauorabilis ex causa necessaria, vel
est necessaria ex fauorabili causa, & quando alicui
data est potestas dispensandi contra Ius, tunc enim
vt fauorabilis extenditur, nec quidem fit extensio ad
casum minorem, licèt maiorem habeat rationem, vt
per Panorm. in cap. ad aures num. 7. de rescriptis, Nat.
cons. 163. n. 5. Aloys. Ricc. d. resol. 227. n. 3. Et dicit D.
Felician. de Vega nunc Archiepiscop. Mexican. in re-
lect. c. & si clerici. §. de adulterijs n. 84. de iudic.

Argumentum enim de maiori ad minus non ha- 10
bet locum in dispensationibus, Cou. de spons. p. 2. c. 8.
§. 8. num. 11. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 48.
& sequen. Brunor. à Sole in locis commun. verb. dispensa-
tiones sunt odiosa, Surd. decis. 268. num. 20. & 21. Cald.
Pereira de nomin. emphyt. q. 21. num. 65. Gutier. canon.
lib. 2. cap. 15. n. 12. Rendina in prompt. recept. sent. tom. 1.
tit. 29. n. 12. Molina de Iustit. tract. 2. disp. 391. num. 2.
Sanch. d. disp. 1. n. 32. & disp. 24. n. 17. lib. 8. me citato in
hoc loco Iannez Faiardo ad cap. tanta, qui filij sint leg.
memb. 1. n. 91.

Sic etiam reg. cui licet 53. de regulis Iuris lib. 6. non 11
procedit in dispensationibus, sed tantum in his, quae
propriè, & absolutè à Iure communi conceduntur.
Ias. in l. 3. num. 43. ff. de constit. Principum, Felin. in cap.
postulasti. n. 9. de rescriptis, Paul. Aemil. decis. 8. n. 6. p. 1.
Campanil. d. c. 13. n. 92. Rebuff. in praxi tit. de dispensat.
ad plura num. 64.

Hinc intelligitur text. difficilis in cap. ex parte 27. 12
de decimis; omissis námque varijs intellectibus de
quibus Couar. lib. 1. variar. cap. 17. num. 13. Gutier.
Canon. lib. 2. cap. 21. à num. 116. Fortun. in §. & quid si
tantum, num. 164. Rebuff. de decimis, quaest. 14. à princ.
Suar. de Relig. tom. 1. de decimis lib. 1. cap. 23. à num. 4.
Menoch. consil. 33. à num. 2. dicendum est text. illum
non agere de priuilegio, aut concessione speciali,
circa decimas recipiendas; sed magis de concessio-
ne Iuris communis, per quam eodem attento pote-
rat Abbas, vel Parochus ille percipere decimas de
laboribus terrae Parochiarum suarum, & ita sensus
est, cùm tibi concessum sit, similiter à Iure communi,
de quo in cap. cùm contingat, vers. vnde, de decimis quod
maius est, † nempè vt percipias decimas de labori- 13
bus, & minus concessum esse videtur, nempè vt eas per-
cipias de noualibus, & ita fit argumentum de ma-
iori ad minus affirmatiuè in his, quae competunt
iure speciali: nam in priuilegiis particularibus, seu
dispositionibus odiosis argumentum de maiori ad
minus affirmatiuè non valet, cap. fin. de translat. Prae-
lati, cap. cui de non Sacerdotal. de praebend. in 6. cum si-
milibus, Sanchez d. disp. 1. num. 32. Ioan. Andr. in cap.
ea quae, de reg. Iuris in 6. vbi dicit, quòd ex dispensa-
tione Monacho concessa, vt possit beneficium Cu-
ratum obtinere, minimè poterit simplex possidere,
& Nat. cons. 304. non sum nescius num. 4. & 5. asserit
quòd † dispensatio Monacho facta ad beneficium 14
Curatum, non porrigitur ad simplex, refert Aloys.
Ricc. in d. praxi resol. 410. n. 3.

Obstat maximè text. in cap. per venerabilem, vers. 15
quod autem, ibi. quod in maiori conceditur, licitum, esse

videtur & in minori, qui filij sint legitimi, vbi Summus Pontifex in materia legitimationis, seu dispensationis arguit de maiori ad minus; cui variis modis respondent scribentes; alij etiam distinguunt inter dispensationes odiosas, & fauorabiles, vt in his posterioribus procedat *d.cap.per venerabilem*, qui de legitimatione agit, quam inquiunt ea ratione fauorabilem, quia per eam fit regressus ad ius naturale, secundum quod omnes homines legitimi nascebantur, *Auth.quibus modis naturales efficiantur sui, §. illud*, notat glos. *verb. alpha in cap. ab exordio 35. distinct.* recepta, vt per Mantuam *dialogo* 82. At verò in prioribus, scilicet odiosis, procedat communis sententia negatiua, & Iura pro eo adducta. Ita Abb. *in cap. ad aures num.*8. *de rescript.* Dec. *in cap & si clerici*, §. *de adulteriis n. num.*91. *de iudic.* Sanch. *d. disp* 1. *num* 31. quorum sententiam videtur sequi Suar. *de legib.lib.*8. *cap.* 27. *n num.* 2. Sed contra hanc distinctionem multis insurgit Felin. *dict.num.*9. *vers.limita secundò*, tum quia omnis dispensatio ex ipso, quod à Iure communi recedit, odiosa censeri debet, & exorbitans, ac proinde restringenda, *l.singulare ff.de reg.iur.reg.quæ à iure communi, de reg.iuris lib.*6. Alij igitur distinguunt inter legitimationem, quam fatentur odiosam, & restringendam, sicut dispensationem, & inter potestatem legitimandi, de qua intelligunt *dict.cap.per venerabilem*, quam inquiunt esse fauorabilem, & extendendam, iuxta *cap.vlt.de simonia*. Ita Couar. *de sponsa. lib.*2. *par cap.*8. §.8. *num.*6. & alij, de quibus Sanchez *d lib.*8. *disp.*2. *num.*1. Sed non satisfaciunt, quia text. *in d.cap. per venerabilem*, non solùm de potestate agit legitimandi, sed etiam de ipsa legitimatione facta, vt patet, ibi, *cùm in spiritualibus dispensetur, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum*; & deinde, quia vt bene Alciat. *lib.*1. *Parad.cap.*16. frustrà distinguitur inter potestatem legitimandi, & ipsam legitimationem, vtrum enim potestas illa fauorabilis sit, vel odiosa, non aliunde expendi potest, quàm ex fine, seu effectu, propter quem conceditur, vel in quem dirigitur. Quare reiectis his, & aliis, facilis, & verus sensus est argumentum illud de maiori ad minus, de quo *in d.cap. per venerabilem* non esse Pontificis, sed patris petentis etiam temporalem legitimationem, quam Pontifex denegauit.

16 Deueniendo ad quæstionem nostram dicendum est liberum non esse Episcopis dispensare in his, quæ per Canones & ius commune statuta, aut prohibita sunt, repugnante reg. *cap. cùm inferior, de maior. & obed.* quomodo enim Episcopi, quippe qui licèt Prælati, subditi tamen, & inferiores respectu Romanorum Pont. & Conciliorum vniuersalium, illorum Canones siue decreta, suprema auctoritate, & maturo iudicio in lucem edita, & præsertim ad corpora Iuris redacta, poterunt relaxare? nullatenus certe, nullaque ratione credibile est Episcopis siue similibus Prælatis competere talem dispensandi potestatem, vt ratiocinatur Anguian. *de legibus lib.*2. *controu.* 3. *num.* 1. Qua in re Doctores aliquas exquisierunt resolutiones: quidam enim existimauerunt Episcopum in his, quæ sunt de genere permissorum, posse ex rei natura, & ex ipso Iure diuino intra propriam diœcesim ea omnia, quæ Summus Pontifex potest in Ecclesia vniuersali super omnem Orbem Christianum, nisi per Sacros Canones, aut per Summum Pontificem prohibeatur: vt videtur probare tex. *in cap.nuper.*29. iuncta glos. *verb.non retinuit, de sententia excommun.* ex quo regulam tradunt scribentes omnes, quod quoties conditor Canonis censuræ abso-
17 lutionem non reseruauit, potestatem absoluendi † Episcopis videtur concessisse, secundùm Nauar. *in man.cap.*27. *num.*39. Anguian. *d lib.*2. *contr.*3. *num.*25. plenè Gutier. *can.lib* 1. *cap.*5. *à princ.* Suar. *tom.*5. *disp.*6. *sect.*4. Sayr. *de cens.lib.*2. *cap.*19. *à num.*2. Hinc glos. *in cap in quibusdam, de Pœnit. verb. dispensatum*, explicans verba textus in fine, ibi, *nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum*, inquit quòd potestas dispensandi intelligitur concessa Episcopo, si illam Papa sibi expressè non reseruauit, idem confirmat glos. *verb. dispensatam in cap. postulastis, de cler.excom. & in cap clerici, verb monitis, eod.tit & in cap.excommunicamus*, §. *credentes, verb. Apostolica, de heret.* facit glos. *verb.interdictis, cap.cum illorum* 32. *de sent excommun. glos. penult. vers. de dispensatione, in cap.requiritis*, 1. *quæst.*7. intendit tex. *in cap.ad honorem, de auctoritate, & vsu pallij*, ibi, *in plenitudinem*, & ibi, *in partem*, iuncto *cap.*1. *de officio Ordinarij*, ibi, *in suis diœcesibus liberam*, & ibi, *secundum quod Canones censent*, & ex doctrina Archid. *in cap.licet Canon, de elect.in* 6. quam probant Abb. & alij *in cap & si clerici*, §. *de adulteriis, de iudic.* cum multis relatis per Cott. *in memorab. verb. Episcopus*, & tanquam indubitatum tradunt Victoria *de matrim. part.*1. *num.*7. Pelag. *de planct. Eccles.lib.*1. *cap.*50. *vers. in his*, vbi testatur Communem; post Sot. Abulens. & alios sequitur Henriq *in sum.lib.*10. *de Sacram.Ordin. cap.*35. *num.*2. *lit.D*, & *de Matr.lib.*12. *cap.*3. *num.*2. *in com.lit.N*, Ceuall. *quæst.*227. & post multos Sanch *de Matrim.lib.*1. *disp.*61. *num* 3. Suar. *tom.*4. *de pœnit. p.*2. *disput.*25. *sect.*1. *num.*14 & *de legib. lib.*6. *cap.*14. *sub num.*3. & *tom.*2. *de Relig. de voto lib.*6. *cap.*21. Lessi. *de instit.lib.*2. *cap.*40. *dub.*13. *num.*103. Castr. Palau *in opere morali tract.* 1. *disput.*6. *puncto* 4. Trullench *in exposit. Bullæ Cruciatæ lib.*1. §.7. *cap.*3. *dub.*6. *num.*3. & *dub.*15. *n.*1. Fr. Ludou. Miranda *in man.Prel.tom.*2. *q.*30. *art.*10. *concl.*2.

Verùm alij aliter sentiunt, & longè veriorem attestantur esse sententiam, quæ docet Episcopos in le- 18
ge Canonica posse dispensare, quando eis expressè, vel tacitè conceditur dispensandi facultas: ita resoluunt glos. *verb suspensos in cap.cupientes. de elect. in* 6. Card. *in cap.dilecti, in princ.de temp. ordin.* Abb. *d.*§. *de adulteriis num* 6. vbi Dec. *num.*6. Anton. *p.*1. *tit.*17. *cap. vn.*§.10. Suar. *comm.opin.verb.Episcopus, num.*134. Selu. *de benef.p.*4. *quæst.*7. Rebuff. *in praxi tit.de dispens. ad plura num.*27. Mandos. *regul.*13. *Cancell.quæst.*6. *num.*6. Aluar. Pelag Lusit. noster *de planctu Eccles. lib.*1. *cap.* 50. *col.*2. *vers. in ipsis*, vbi laudat tenentes hanc partem, licèt contrariam communiorem appellet, late Anguian. *citato loco*, Cardos. *in praxi Iudicum verb. dispensatio num.*14. me citato *in hoc loco* Alzed. *de præcellent.Episcop.dignit.par.*1. *cap.*7. *num.*1. *cum seqq.* Borgas. *de irreg.*3. *par.tit.de dispensatione Episcoporum num.* 10. Vgolin. *de potestate Episcop.cap.*57 §.1. Mat. Alter. *de censu.tom.*2. *disput.*8. *cap.*3. *vers. sed controuersia.* Ex quibus constat hanc esse hodie magis communem & receptam sententiam, licèt olim contraria magis communis fuerit; pro qua sententia vltra regulam *d.cap.cùm inferior, de maioris. & obed. & Clem.ne Romani, de elect.* cum similibus, quibus habetur † inferio- 19
res non posse tollere ius Superioris; maximè pro hac parte facit tex. *in d.cap.dilecti*, ibi, *dispensatio à Canone minimè sit permissa*, quæ verba satis euincunt Episcopum, vel Archiepiscopum tantummodo dispensare posse in casibus in quibus dispensatio à Canone permittitur eisdem, & ita conceditur expressè, vel tacitè: aliter enim si secundum contrariam sententiam Episcopi, & similes possint dispensare in casibus in quibus prohibiti non reperiuntur, textus ille non bene argueret, quia quamuis Episcopo non permittatur, aut non concedatur à canone dispensatio in eo casu, adhuc ille posset dispensare, nisi specia-

tim

tim prohibetur, & consequenter ad conuincendum Episcopum, & improbandum dispensationem, de qua textus ille agit, debuit Pontifex dicere, quod dispensatio in eo casu à Canone non est prohibita, quod tamen non dicit, sed è conuerso, nempè quod dispensatio à Canone non est permissa.

20 Non obstat text. *in dict. cap. nuper, vers. in secundo,* ibi, *ex quo conditor Canonis,* &c. quod est præcipuum contrariæ sententiæ fundamentum; quia vltra illa, quæ ad illius intellectum tradunt post alios Cou. *in cap. Alma mater par. 1. §. 12. num. 5. & 6.* & Duen. *reg. 252.* respondetur text. illum procedere in absolutione ab excommunicatione, quæ à dispensatione, de qua agimus, differt, & facilius concedi solet, ne excommunicatus in excommunicatione decedat, & datur periculum animæ, argum. *cap. cum illorum. 32. vers. primò si fuerint,* vbi glos. *verb. ignorat, de senten. excommunic.* quod in dispensationibus non contingit, vt tradit glos. *dict. verb suspensos,* & post Borgas. notat Gutier. *canon. lib. 1. cap. 3. n. 4. & 5.* latè & eleganter Auguian. *d. lib. 2. contr. 3. num. 28. & 29.* intendit Concil. Trid. *sess. 24. de reform. c. 6.* ibi, *dispensare,* & ibi, *absoluere.*

21 Aduerte tamen legem dispensandi facultatem facere Episcopis aliquando expresse, prout in specie *cap. sanè, de clericis coniugat. & cap. penultim. in fine, de elect. & cap. cum ex eo 34. de election. in 6. & cap. 1. in princip. de filiis Presbyter. eodem lib. 1. & c. 1. de ætate, & qualitat. eodem lib.* cum aliis, de quibus per *gloss. 1. & 3. in cap. si clerici, §. de adulteriis, de iudiciis.* Aliquando verò eandem potestatem concedit tacite, seu vir-
22 tualiter, veluti † quando lex impersonaliter dispensandi facultatem facit, scilicet, *possit dispensare.* non adiciendo per Sedem Apostolicam, vel Romanum Pontificem. prout in specie *cap. 2. de eo qui cognouit, & cap. postulasti, 7.* vbi *gloss. 3.* & Doctores *de clerico excommunicato, & cap. penult.* iuncta *glos. vltim. de pœnis,* cum aliis, Cardos. *d. verb. dispensatio num. 15.* tunc enim, quia frustrà dispensatio conceditur Summo Pontifici, qui de Iure potestatem dispensandi habet, *cap. proposuit, de concess. præbend.* censetur illa facultas data Prælatis inferioribus, & in hoc casu potest etiam intelligi dictum *cap. nuper, vers. in secundo,* ibi, *non retinuit,* & ibi, *eo ipso.* Ita docet glos. *vltim. in dict. cap. pen. de pœnis,* vbi cum text. dicat certos hæredes non posse assequi prælationis honorem, & subdat hæc verba; *nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum,* ait ex quo text. non determinat à quo, posse Episcopum, sequuntur Abb. *ibi num. 5.* Cardin. & Henric. *in fine,* docet etiam glos. *verb. dispensatum in cap. postulasti, de cler. excomm. minist.* vbi text. decidit
23 † excommunicatos non posse retinere beneficia, subdens, *nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum,* ait cùm non dicat à quo, posse Episcopum, sequitur ibi Abb. *num. 8.* resoluunt Henriq. *lib. 14. de excomm. cap. 19. num. 2.* & multi citati à Sanchez *dict. lib. 8. disput. 5. num. 1.* nouissimè D. Felician. de Vega *in relect. cap. & si clerici §. de adulteriis num. 42. de Iudic.* Quæ quidem dispensatio si ab Episcopo, vel alio inferiori à Principe potestatem dispensandi habente, concedatur sine causa iusta, non tenet in vtroque foro, vt resoluunt Couar. *de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 11.* Gutier. *Canon. lib. 1. c. 19. num. 5.* Sanchez *de Matrim. lib. 8. disputat. 17. num. 4.* Anguian. *dict. lib. 2. controuers. 3. num. 14.*

Vnde extra omnem dubitationem sunt illi duo casus, veluti quando per Canones, aut statuta Principum spectatim Episcopis, aut similibus Prælatis facta fuerit dispensandi potestas, vt in exemplis quorum meminit *glos. 1. & 3. in cap. & si clerici §. de adulteriis, de iudic.* & sæpissimè Tridentina Synodus nonnulla prohibens & concedens Episcopis relaxandi, & dispensandi facultatem, si illis visum fuerit: & è conuerso quando specifice & expresse per Canones, & iura scripta fuerit denegata dispensandi facultas Episcopis, siue aliis quibuscunque Prælatis inferioribus, vt in exemplis, de quibus *in cap. de multa, in fin. de præbend. & in cap. pen. de filiis Presbyter. & in cap. pen. de simon. & in cap. 1. vers. scituri, de re iudic. lib. 6.* quibus in locis dispensatio sic opportunè facienda Pontificibus Max. seu Apostolicæ Sedi reseruata fuit, & per consequens sublata Episcopis, & aliis Prælatis inferioribus, illisque denegata omnino. His ita constitutis,

Primò infertur, quæ suprà diximus circa prohibitam Episcopis dispensandi facultatem in his, quæ per Canones statuta, aut prohibita sunt, non esse extendenda ad Canones pœnitentiales, & pœnitentiam, quæ per illos frequenter imponitur, vel imponi solet; in his enim certissimum est, & citra omnem disputationem non solùm Episcopus, sed & alios inferiores Confessarios dispensare posse; illorum enim arbitrio relinqui consueuerunt tales pœnitentiæ, Henriq. *in sum. lib. 5. cap. vlt. num. 9.* Menoch. *de arbitr. casu 391.* Anguian. *d. lib. 2. controu. 3. num. 10.* vbi *n. 11.* tractat an hodie de medio sublati sint dicti Canones pœnitentiales?

Secundò infertur benigna quadam consideratione, & per quandam epikeiam tacitè, & virtualiter factam fuisse Episcopis potestatem dispensandi contra Canones, & illorum statuta, etiamsi expresse non concedatur, quando materia, & negotium, de quo agitur, esset leue, & parui ponderis, ac momenti, & quando si expectandus esset Principis consensus, magnum timeri posset scandalum, vel animarum periculum, vrgensve sese offerret necessitas, aut summè difficile esset ipsummet Principem adire, vt in puncto resoluunt Nau. *in man. c. 12. n. 85.* Henriq. *in sum. lib. 10. c. 35. n. 3. & lib. 12. c. 3. n. 1. & 2.* Anguian. *d. lib. 2. controu. 3. n. 16.*

Tertiò infertur supradictam principalem resolutionem de qua *n. 16. in princip.* declarandam quoque esse, vt tantùm procedat, & intelligatur de Canone Pontificio; nam si Concilij generalis sit, quamuis absolutè permittat dispensationem, non poterit Episcopus dispensare; tunc enim negata hac facultate Episcopo, adhuc ea verba aliquid operantur, & duos habebunt effectus. Prior est, vt ad illi Concilij decreto derogandum non desideretur specialis eius mentio. Posterior, vt Pontifex ad dispensandum in eo facilior reddatur, vt cum aliis aduertit Sanch. *d. lib. 8. disp. 6. num. 6.* nam decreta Concilij expressa egere derogatione, ac proinde non sufficere clausulam derogatoriam generalem, resoluunt Cotta *in memorabil. verb. clausula non obstante,* Rebuff. *in auth. habita, verb. examinatione, pag. 550. cum seq. C. ne filius pro patre, & in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectum natalium, num. 24.* Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 17. num. 231.* Aloys. Ricc. *in collect. d. part. 4. collect. 849. & coll. 1367. propè finem, & in praxi fori Eccles. decis. 556. in 1. edit. & resolut. 478. num. 4. in 1. edit.* Henriq. *lib. 3. cap. 57. §. 1.* Zerola *in praxi Episcop. part. 2. verb. absolutio, vers. dice quinto, pag. 5.* Flores de Mena *var. lib. 1. quæst. 10. num. 50.* Gratian. *discept. forens. cap. 397. à num. 135.* Verall. *decis. 176. par. 1.* Fr. Emman. *quæst. reg. tom. 1. q. 8. art. 10. & tom. 3. q. 36. art. 2. & quæst. 39. art 4.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 14. col 574.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit lib. 5. num. 2.* Bonacina *de censur. disput. 1. quæst. 3. puncto 2. num. 4. in fin.* Mat. Anton. *var. resolut. lib. 1. resolut. 58. num. 6.* Nicol. Garc.

*de benefic. par.4 cap.5.num.*30. Campanil.*in diuersorio Iuris Canonici rubric.*11. *cap. vlt. num.*27. *& rubr.*12. *cap* 13 *num* 154. *verf.in causa.* Hieron. Fernandez de Otero *in repet.cap.* 1. *de indic. à num.* 10. me citato *in hoc loco* Alzed. *dict. part.*2. *cap.*7. *num.* 5. Rota *in Valentin. decimarum* 8. *February* 1588. coram *Orano, & in Conchen. exemptionis decimarum* 13. *Martij* 1585. coram eod.*& in eadem* 9. *Decemb.*1602.coram *Penia,* refert Anton. Ricciul. *de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ Existentium lib.*5. *cap.*14. *n.*16. *& lib.*8. *cap.*4.*num.*6.

Pro derogatione tamen Decretorum sacri Concilij Trident.sufficere clausulam generalem *Non obstantibus Constit. Apost. &* aliis similibus, per *cap.*21. *sess.*25.*de reformat.*censuit Rot. *in causa S. Angeli pensionis* 16. *Decemb.*1594. coram *Illustrissimo Cardin. Pamphilio sen. & in Bononien. Prioratus* 9. *Iunij* 1606. coram *Illustrissimo Patriarcha ManZanedo*, & obseruant Stephan. *discept. forens. tom.*5. *cap.* 490. *&* 963. Gonzal *ad reg.*8.*Cancell gl* 6.*n.*120. Matt.*de claus.p.*4. *claus.*14.*num.*3. Marescot. *var resol. lib.*2. *cap.*38. *n.*41. Monet, *de commut. vltim. volunt. cap.* 11. *num.* 250. Massobr. *in praxi habendi concursum requis.* 17. *dub.* 4. *num.*8. Bonac. *de clausura Relig. disput.*1.*q.*5. *puncto* 2. *n.*4.*vers. ratio.* Sigism. à Bononia *de elect.dub.*5. Anton. Riceius *citatis locis.*

25 Et ideo Episcopum Conciliarem Constitutionem tollere, aut in ea dispensare minimè posse resoluunt Rebuff *in tract. nomin.quest.*5. *num.*30. Gutier. *de iuramentconfirmat.part.*1.*cap.*51. *num.*24. *& canon. lib.*1. *cap.* 5. *num.* 10. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.*1 *cap.*8.*num.*44. Henriq.*dict.lib.*13.*cap* 57. § 1. *litter.C.* Franc.Molin. *de ritu nupt. lib.*2. *differ.* 11. *num.* 145. Stephan.Gratian. *dict. cap.*397. *num.*33. Gutier. *canonic lib.*1.*cap.*5.*num.*10.Valer.Reginald.*in praxi fori pœnitent.lib.*31.*cap.*27.*num* 102.*in princip.*

26 Ex magna tamen causa necessitatis poterit Episcopus dispensare, & præcipuè quando Concilium vel permittit dispensare, vel loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo, nec imponendo aliquam pœnam. Vide Tiraq. *de pœnis temper. in præf. num.*31. Lambertin.*de iurepatro par.*1.*lib.*2. *art.*19. *q.*7. *princ. num.*2. Cott. *in memorab. verb Episcopus,* Brunor.à Sole *in locis commun. verb. dispensatio,*1. Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. ad plura beneficia, & num.*30. Spin.*in speculo testam glos.*15. *princ.à num.*8. Humada *in glos.*11. *in fine, vers. limitatur, tit.*5. *par.* 1. optimè Mich.Grass.*commun.opinion. tom.*1. *lib.*1. *tit.*2. *num.*67. Sanch.*de matrim.lib.*2.*disp.*40. *à num.*2. Ce ned. *pract. & canon.quæst.lib.*1.*quæst.*30.*a num.*30. Alzed.*d part.*2. *cap.*7.*n.*6. Cardos.*d. verb. dispensatiõ num.*17. etiamsi dubitetur an sit causa magnæ necessitatis, vel an ea dispensandi causa iusta fuerit, ad resoluta per Dianam *d.p.*4.*tract.*3.*resol.*44.

27 Quæres non abs re, quando dicatur Constitutio Conciliaria, quando autem Pontificia, vbi ab vtroque dimanat? De qua re latè Sanch.*d.lib.*8. *disput.*5. *num.*6.*cum seqq.* ex quo pro faciliori, & breuiori explicatione sequentes regulas collegi. *Prima* est, si materia trahat originem à Concilio, dicitur Constitutio Concilij, vt si Concilium rem illam definiendam proponat, si verò originem trahat à Pontifice, dicitur Pontificia, cum enim Constitutio ab vtroque dimanet, ad discernendum vtri potius attribuatur, iure optimo origo spectanda est. *Secunda* regula, quando in subscriptione decreti dicitur, *ex tali Concilio,* vel *in tali Concilio*, signum est id à Concilio traxisse originem; ac proinde censeri Concilij. *Tertia* regula, quando Pontifex attribuit Constitutionem ipsi Concilio, vt *in cap.fin.*2. *quæst.* 1. ibi, *decernente nobiscum sancta Synodo. & in c.nimis, de iureiur.* ibi, *Sacri auctoritate Concilij prohibemus.* Ita Dec. *in cap.*1.*in noua edit.in* 1.*lect. à num.*1. *de indic.* vbi Alciat. *num.*1. & alij, quos refert, & sequitur Sanch *d. disp.*5. *n.*6.7. 8. *&* 9. & ibi *num.* 11. resoluit censeri Conciliarem Constitutionem, vbi Summus Pontifex sic diceret, *definimus hoc cum consensu Concilij.* Quare Constitutiones, quæ ex Conciliis desumuntur, quandoque sub nomine Romani Pontificis, quandoque sub nomine ipsius Concilij edantur. Vide Anast. Germon. *animaduers.lib.*2.*cap.*1.

ALLEGATIO XXXIV.

Episcopus an validè in suis Constitutionibus absque causa dispensare possit?

SVMMARIVM.

1 *Inferiores in lege Superioris dispensantes absque iusta causa nulliter faciunt.*

2 *Dispensatio Episcoporum, vel aliorum inferiorum in propriis Constitutionibus facta sine causa valida est.*

3 *Episcopus, vel Archiepiscopus in sua diœcesana Synodi Constitutionibus validè dispensat.*

4 *Episcopi quamuis validè dispensent in prædictis Constitutionibus sine causa, peccabunt mortaliter: si verò non detur scandalum, aut notabile aliorum damnum, peccabunt venialiter.*

5 *Episcopus non potest dispensare in suis Constitutionibus à se iuramento firmatis.*

6 *Nec quoque si Constitutio transierit in contractum ad commodum alterius.*

7 *Nec etiam, si prædicta Constitutiones sint auctoritate Pontificia confirmata.*

8 *Archiepiscopus inualidè dispensat sine causa in decretis Synodi Prouincialis.*

9 *Concilium Prouinciale maior est Archiepiscopo.*



SVPPOSITA potestate Episcopi in condendis Constitutionibus ex latè adductis per Rot.*in Vlixbonen.tabernariorum, & vendariorum* 10. *Martij* 1614.coram *D Dunozetto, &* 1. *Iulij* 1615. coram *D.Vbaldo,* impressa per Farin.*dec.*757.*p.*2.*recent.* ionctis traditis per Anguian. *de legib.lib.*2.*contron.*28.Suar. *in simili tract.lib.*4. *à n.*2. Salas *eod.tract.disp.*8.*sect.*5 *num.*37. Bonacin.*eod.tract. disp.*1 *quæst.*1.*puncto* 3.*n.*21.*cum seqq* Layman *in Theolog.moral.lib.* 1.*tract.*4.*c.*7.§ 4.*num.*9. dicendum est dupliciter considerari posse dispensandi potestatem in Episcopo, *primo* circa legem Superioris, tunc non absolutè ea conceditur, sed quoties Superior eam dispensationem sibi non reseruauit, vel inferiori non prohibuit dispensandi potestatem: ita Bonacin.*de legib.disp.*1.*q* 2.*puncto* 1. *num.*12. *cum sequentibus.* Vel, vt alij meliùs existimant, expressè de Episcopo loquentes, non poterit dispensare nisi in casibus sibi concessis: vt per Gutier.*canon lib.*1.*cap.*5.*n.*10. Suar. *de legib.lib.*6.*c.*14.*num.*4. Bonacin *d puncto* 1. *num.*17. sed id limitat multis modis *in vers. primo,* quando in lege Pontificia hoc exprimitur, & *in vers. secundo,* quando vir prudens interpretatur hanc esse Pontificis intentionem, vt Episcopos in aliquo casu dispenset; veluti quando res leuis est; vel quando præcipiuntur ea, quæ sæpe eueniunt, & quæ frequenter indigent dispensatione; & quando grauis aliqua necessitas, vel vtilitas subdito aduenit, ita vt Sedes Apost.

Apost. commodè adire nequeat, vt præcedente alleg. ostendimus; vel deoique quando dubitatur an rea egeat dispensatione, de quo *alleg. seq. num.* 8. *Secundò* circa propriam legem, seu Constitutionem, & tunc Episcopum posse dispensare etiamsi Constitutio Synodalis sit, resoluunt Bonacin. *d. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 1. *num.* 5. Suar. *d. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 8. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 33. Salas *de legib. disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 43. Sed dubitatur an semper requiratur iusta causa dispensandi ad validitatem dispensationis? *Resp.* quod si versemus in primo membro, quando scilicet Episcopus dispensat in lege Superioris in casibus sibi permissis, certum est dispensationem huiusmodi sine iusta causa factam non solùm non esse licitam, sed etiam neque validam, Bonacin. *d. quæst.* 2. *puncto* 3. *num.* 12. nisi dubium sit circa iustitiam causæ, Diana *moral. resol. p.* 4. *tract.* 3. *resol.* 44.

2 Dispensatio verò Episcopi, vel aliorum inferiorum in propriis Constitutionibus facta, sine causa, valida est. *Primò*, quia Episcopus in sua diœcesi potest ea omnia, quæ potest Pontifex in toto Orbe, exceptis specialiter reseruatis, vt dixi *alleg.* 1. *num.* 6. sed Pontifex in lege Ecclesiastica, & Princeps secularis in Ciuili sine causa validè dispensat, mutando rem propriam, & propriam voluntatem, à qua sola vim habebat lex, vt probat Sanchez *dict. lib* 8. *disput.* 7. *num.* 24. ita etiam Episcopus potest dispensare sine causa in suis Constitutionibus, cum ab eius voluntate pendeat illas vim habere, atque adeò declarare possit eas omnino cassare, sua potestate ordinaria vtens, nec in aliquo Ius commune offendens. Ita Doctor. *in cap. & si clerici* §. *de adulteriis, de iudic.* vbi Anton. *num.* 17. Abb. *num.* 10. Felin. 6. Aretin. 24. & Alexand. de Næuo *num.* 16. Bottæ. *in tract. de Synodo Episcopi. part.* 2. *art.* 4. *num.* 8. Gambar. *de auctoritate Legati lib.* 10. *num.* 442. *& seq.* Nauar. *in man. cap.* 25. *num.* 74. *in fine*, Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 11. plures, quos refert, & sequitur Sanchez *d. disp.* 17. *num.* 27. quibus addo Salas *de legib. disp.* 20. *sect.* 4. *n.* 37. Suar. *in simili tract. lib.* 6. *cap.* 19. *num.* 6. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 2. *dub.* 41. *num.* 5. Pont. *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 7. Dianam *moral. resol. p.* 1. *tract.* 10. *resolut.* 32. Sic Episcopus poterit extra visitationem reuocare statuta condita in visitatione per suum prædecessorem, vt post Bellet. & Nouar. tenuit Rota coram R. Duran. *decis.* 292. *num.* 28 *p.* 2.

3 Ex eadem ratione validam censeo dispensationem Episcopi, aut Archiepiscopi in suæ diœcesanæ Synodi Constitutionibus, absque causa factam, quia etiam hoc casu, sicut in supradicto, dicitur dispensare in re propria, mutando propriam voluntatem, cum solus ille in Synodo diœcesana suffragium habeat decisiuum, cæteri autem, qui communiter sunt Parochi, & clerici, qui nulla statuendi facultate gaudent, assident illi, vt consilium præbeant. Ita nuncupatim de Constitutionibus Synodalibus resoluunt Nauar. *dict. cap.* 25. *num.* 74. Bott. *d. art.* 4. *n.* 9. Salas *d. disp.* 20. *sect.* 4. *n.* 42. Bonacin. *d. q.* 2. *puncto* 3. *n.* 1. Sanch. *d. disput.* 17. *num.* 33. Ad quod fecit huiusmodi Constitutiones non ligare successores constituentes; immo nec ipsum constituentem, quem possit aliter constituere, quàm ab initio fuerat, Abb. *consil.* 25. *n.* 5. *lib.* 2. Rota *decis.* 240. *num.* 1. *p.* 2. *recentior.* non enim Episcopus ligatur suis Constitutionibus, Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.* 146. *num.* 2. Vgolin. *de offic. Episcopi num.* 1. *cap.* 47. §. 1. *num.* 3. Alzed. *de præcellent. Episcop. digni. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 25. *vers. neque.* Et denique potest Episcopus contra Constitutiones suas, ac Synodalia, & alia ipsius decreta dispensare, quia potestas dispensandi commensuratur à potestate statuendi, & pœnam imponendi, & in omnibus casibus in quibus quis potest statuere, & punire, potest dispensare. Ita Franc. Leo *in thesauro fori Eccl. p.* 2. *c.* 8. *n.* 58. Azor. *inst. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæst.* 3. Suar. *de legib. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 8. Salas *eod. tractat. disp.* 10. *sect.* 4. *num.* 41. me citato in hoc loco Alzed. *de præcellent. Episcop. dign. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 54. Bonacin. *de legib. disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 1. *num.* 5. Basil. Pont. *de Matrim. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 3. vbi *num.* 4. resoluit Episcopum in legibus dispensandis non pendere à Capitulo.

Peccabit tamen sic absque iusta causa dispensando, cum faciat contra Ius commune, imò & diuinum naturale, dictans neminem à lege generali esse absque iusta causa eximendum, *cap. cum omnes, de constit.* & tenent Nauar. *dict. prælud.* 9. *num.* 15. Azor. *institut. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæst.* 3. *in fine*, Sanch. *d. num.* 27. Salas *d. sect.* 4. *num.* 60. Bonacin. *d. quæst.* 2. *puncto* 3. *num.* 1. *vers. addo.* At non dato scandalo, nec notabili aliorum damno, aut legis grauitate, credo culpam esse venialem, prout explicant Nauar. *dicto prælud.* 9. *num.* 14. *& cap.* 25. *num.* 5. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 237. *num.* 1. Valentia 1. 2. *disp.* 7. *q.* 5. *puncto* 9. *ad finem, lib.* 5. Azor. *instit. moral p.* 1 5. *quæst.* 2. Salas *d. disp.* 20. *sect.* 5. *n.* 50, 58. *&* 59. Bonacin. *d. puncto* 3. *n.* 1. *vers. dixi.* Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 18. *n.* 3. *&* 7. Vide Dianam *d. tract.* 10. *resol.* 32. *in fine.* 4

Primò, limitatur hæc nostra Principalis resolutio, nisi Episcopus eas Constitutiones iureiurando firmauerit; cum enim nequeat secum in iuramento dispensare, nequibit in eis Constitutionibus iuramento firmatis dispensare. Ita Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 11. Bottæ. *de Synodo Episcopi part.* 2. *art.* 4. *num.* 13. Azor. *dict. lib.* 5. *cap.* 15. *quæst.* 7. *vers. in præsenti*, Rota *decis.* 240. *n.* 1. *in fin. d. p.* 2. *recentior.* Alaed. *d. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 54. *&* 55. plures refert, licèt non sequatur Sanchez *dict. disp.* 17. *n.* 31. & Bonac. *d. puncto* 3. *n.* 2. Basil. Pont. *d. cap.* 5. *num.* 5. 5

Secundò limitatur, nisi illa Episcopi Constitutio transierit in contractum in commodum alterius; Ita Gambar. *d. lib.* 10. *num.* 444. Syluester *verb. dispensat. quæst.* 13. *num.* 19. Pont. *d. cap.* 5. *num.* 7. Salas *d. disputat.* 20. *sect.* 4. *num.* 42. *limitat.* 1. multi, quos refert, & sequitur Sanchez *dict. disputat.* 17. *n.* 29. vbi, addit, licèt hæc limitatio sit vera, etiam posse Episcopum ex legitima causa superuenienti contrauenire, Rota coram Duran. *d. decis.* 292. *à n.* 37. Bonacina *d puncto* 3. *n.* 2. *versic. hac tamen.* 6

Tertiò limitatur, nisi eæ Constitutiones sint auctoritate Pontificia confirmatæ, quia ex ea confirmatione gaudent auctoritate Papæ, & reputantur, ac illius leges, ac proinde se habet ad illas Episcopus, ac ad ius commune, quia nequit eam confirmationem ex parte tollere. Ita docent Bottæ. *dict. art.* 4. *num.* 12. Sayr. *dict. num.* 11. Azor. *vbi proximè.* Bonacin. *dict. quæst.* 2. *punct.* 1. *num.* 16. Sanchez *dict. disp.* 8. *num.* 31. & alij plures ab eis citati; quibus adde Basil. Pont. *de Matrimon. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 6. Salas *disp.* 20. *sect.* 4. *differ.* 11. Rot. *in Montis Regalis iurisdictionis* 13. *Februarij* 1609. coram *Illustrissimo Cardin. Canalerio*, apud Farinac. *decis.* 140. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* vbi aliæ similes decisiones referuntur. 7

Quæret aliquis opportunè, an dispensatio Archiepiscopi in decretis Synodi Prouincialis facta sine causa legitima valeat? In qua quæstione negatiua pars verior est, quæ quidem ex multis suadetur, quæ adducunt Nauar. *consil.* 7. *de offic. Ordin. in antiq. & consil.* 6. *sub tit. de maioritat. & obed. in nouis*, Sanchez *dict. disputat.* 17. *num.* 36. Layman in *Theolog. morali, lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 22. *num.* 4. *& cap.* 47. §. 3. *num.* 8. Bonacin. *dict. quæst.* 2. *punct.* 1. *num.* 44. & in primis 8

9 mis quia † Concilium (loquimur de Prouinciali; nam in generali reſpectu Summi Pontificis longe aliter reſoluendum, quia ita ille eſt ſupra ipſum generale Concilium, vt ab eo Concil. ad ipſum Summum Pontificem poſſit appellari, Iacobat. *tract. de Concil.lib.*10.*art.*2.*num.*2.*in fine.* Scacc.*de appellat. q.*8. *num.* 100. eſt ſuperius ſingulis omnibus, qui conſtituunt illud, quorum vnus eſt ipſe Archiepiſcopus, qui poterit ab ipſo mulctari, & excommunicari, vt probat Nauar. *d. loco n.*3. tum quia Concilium adeo maius eſt Archiepiſcopo, quod ab eo appelletur ad illud, tanquam ab inferiori ad Superiorem, vt tradunt *gloſ final.in cap. à collat. de appellat. lib.*6. Cardin. *in Clement.*1. *§. quod etiam interdictus, num.* 1. *notab.* 1. *de ſentent. excommun.* vbi Ancharan. *num.* 5. *notab.* 1. Nauar.*d.loco, num.*4. vbi *num.*5. reſpondens ad obiectionem, quam in principio adduxerat, dicit, quòd Archiepiſcopus eſt caput Concilij ad hunc effectum, quod ad eum pertinet vocatio, & congregatio eius, & vt debeat habere primam ſedem, vt habet Decanus, & Canonicus ſenior in Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, ſed non quoad hoc, vt ſit Superior eius, vel maior eo iam congregato; neque quod habeat eamdem iuriſdictionem, quam habet illud; imò eſt coniudex, & collega aliorum Epiſcoporum, quare irritam eſſe illam diſpenſationem ſine cauſa factam ab Archiepiſcopo in decretis Synodi prouincialis, tenet Sanchez *diſput.*17.*num.*36.

10 Intellige procedere eo caſu, quo diſpenſatio ſit reſeruata, ſecus verò ſi talis non ſit, quia tunc tam Archiepiſcopo, quàm Epiſcopo cenſetur data facultas diſpenſandi pro ſua diœceſi, alioquin magnum onus & incommodum ſubditis & ipſis Archiepiſcopis & Epiſcopis imponeretur ſi pro ſingulis diſpenſationibus obtinendis adeundus eſſet Summus Pontif. vel expectanda eſſet alia Synodus Prouincialis. Ita Suar. *de legib. lib.*6. *cap.*15. *num.*7. Salas *eodem tract. diſp.*20 *ſect.*4.*num.*46.*&* *diſput.*8.*ſect.*9.*num* 48. Bonacina *d.quaeſt.*2. *puncto* 1.*num.*14. Sanchez *d. diſput.*17. *num.*35.

ALLEGATIO XXXV.

Epiſcopus in impedimentis matrimonij, quando poſſit diſpenſare.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex ſolus poteſt diſpenſare in impedimentis iure Pontificio dirimentibus matrimonium.*

2 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimentis, quæ impediunt matrimonium contrahendum, ſed non dirimunt contractum.*

3 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimento dirimenti, quando illud fuerit occultum, & matrimonium publicum, neque coniuges poſſunt ſeparari abſque magno ſcandalo, nec ad Summum Pontificem, aut eius Nuncium patet recurſus.*

4 *Intellige quando Matrimonium contractum fuerit bona fide.*

5 *Epiſcopus in prædictis dirimentibus impedimentis poteſt diſpenſare, dum poſtulauerit vrgentiſſima neceſſitas.*

6 *Confeſſarij quibus detegitur aliquod impedimentum in Confeſſione à volentibus ſtatim Matrimonium contrahere quid facere debeant, oſtenditur.*

7 *Epiſcopus data huiuſmodi vrgentiſſima neceſſitate, poterit diſpenſare in impedimentis cognationis orta ex Baptiſmo tempore neceſſitatis non ſolemniter collato.*

8 *Epiſcopus poteſt ad petendum debitum diſpenſare cum coniuge, cui debiti petitio eſt interdicta propter cognationem ſpiritualem, vel affinitatem ſuperuenientem poſt matrimonium.*

9 *Epiſcopus poteſt diſpenſare ad petendum debitum in cognatione ſpirituali orta inter ipſoſmet coniuges.*

10 *Epiſcopus in prædictis caſibus non poteſt diſpenſare, quando facilè recurri poteſt ad Nuncium Apoſtolicum.*

11 *Epiſcopis conceditur poteſtas diſpenſandi in dictis impedimentis occultis pro ſolo conſcientiæ foro.*

12 *Priuilegium habentes diſpenſandi in caſibus Epiſcopalibus, etiam matrimonialibus, non poſſunt diſpenſare in prædictis.*

13 *Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt diſpenſare in prædictis caſibus, niſi ad hoc haberet ab Epiſcopo particularem commiſſionem.*

14 *Epiſcopus poteſt delegare facultatem diſpenſandi in impedimentis matrimonium dirimentibus, caſu quo poteſt ipſe diſpenſare.*

15 *Iuriſdictio ex Principis priuilegio competens non perſonæ, ſed perpetuo dignitati, vel officio, non eſt delegata, ſed Ordinaria.*

16 *Ordinarius iudex ille dicitur, qui iure officij, vel dignitatis iuriſdictioni, ſeu iuridicundo poteſt.*

17 Cap. vltim. de officio Ordinarij, & cap. vlt. §. cæterum, de officio delegati, *declarantur.*

18 *Epiſcopus ſi dubitetur an res egeat diſpenſatione, poteſt declarare illam non deſiderari, vel ad cautelam diſpenſare.*

19 *Opinio probabilis poteſt ſequi in foro conſcientiæ relicta probabiliori.*

20 *Epiſcopus cum minoribus non habentibus requiſitam ætatem ad matrimonium, poteſt diſpenſare, vt illud ineant, quando ſunt prope ætatem, & dubium eſt, an malitia eam ſuppleat.*



N impedimentis ſolo Iure Pontificio dirimentibus Matrimonium ſolius eſt Pontificis diſpenſare; nam illa omnia ſunt Iure communi inducta, in quo tanquam in lege Superioris nequit Epiſcopus, qui inferior eſt, diſpenſare, *cap. cùm inferior, de maioritat. & obedient.* Ita Couar. *de ſponſalib. part.*2. *c.*6. *in princip. n.*15. *&* §.10.*num.*11. Angel.*verb. matrimonium*, 3. *impedim.* 18.*num.*3. Sylueſt.*verb. Matrimonium* 6.*in fine*, Gutier. *Canon.lib.*1.*c.*5.*num.*10. Nauar.*in manual.cap.*22. *n.*85. *verſic. tertio dicendum*, Henriq.*in ſum.lib.*12. *cap.*3. §.1. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit.lib.*31.*num.*201. alios citat Sanchez *de Matrimon.lib.*2.*diſp.*40.*num.*1. *lib.*8. *diſp.*6 *à num.*14. & referunt deciſum Nicol. Garcia *de benefic part.*11.*cap* 5.*num.*344. Armendar. *in addit.ad recopilat.legum Nauarræ, lib.*1. *tit.*18. *lib.*7. *num.*28. *& lib.*4.*tit.*15.*lib* 1. *num.*98. *&* 99. Solus enim Papa diſpenſat in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis, vſque ad quartum incluſiuè *cap. non debet, de conſang. & affin.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.*2.*cap.*8. *num.*39. Alzed.*de præcellent. Epiſcop. dignit. part.*2. *cap.* 7. *num.*15. Et etiam Papa ſolus diſpenſat in impedimento publicæ honeſtatis, quod primum gradum non excedit, & oritur ex ſponſalibus validè contractis, *c. iuuenis, cap. ad audientiam, de ſponſal.* Alzed.*cap.*8. *num.* 16. Et denique ſolus Papa diſpenſat in cognationis impedimentis ex Baptiſmo quouis tempore collato, ortæ, Alzed. *dict. part.*2. *cap.*7. *num.*8. *in princip.* 1
†In aliis verò impedimentis, quæ impediunt qui- 2
dem Matrimonium contrahendum, ſed non diri-

muot

ment contractum, potest Episcopus dispensare; quia licèt inferior non possit dispensare in lege Superioris, consuetudine tamen receptum est, vt dispensatio istorum impedimentorum non obtineatur à Papa, excepto voto Religionis, & castitatis. Ita post alios antiquiores, Vgolin. *de potestate Episcopi cap.*60. §.3. Bonacina *de magno Matrimonij Sacramento quæst.* 3. *puncto* 15.*num.*3. Henriq. *d.lib.*12.*c.*2.§.2.*vers.Secundo*, Sanchez *lib.*7.*disp.*17.*num.*15. nouissimè Basil. Pont. *de Matrim.lib.*8.*cap.*13. Valer. Reginald. *vbi suprà*, nouissimè etiam me citato *in hoc loco* Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. part.*2.*cap.*7.*num.*13.

3 Aliquibus tamen casibus poterit Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus.

Primus erit quando impedimentum est occultum & celebratum Matrimonium publicum, nec coniuges possunt separari absque magno scandalo, nec ad Summum Pontificem, nec ad eius Nuntium pater recursus propter paupertatem, aut propter locorum distantiam, aut ob alia legitima impedimenta; quia non est credibile Summum Pontificem velle reseruare sibi dispensationem in casu tantæ necessitatis, & cum tanto periculo animarum, tum quia licet regulariter nequeat Episcopus in lege Pontificia, vel Concilij dispensare, poterit tamen in casu magnæ necessitatis, vt suprà *alleg.* 33. *n.* 26. ostendimus ex multorum sententia. Quare ita resoluunt Nauar. *dicto vers. tertiò dicendum*, Valeor. *tom.* 4. *disput.* 10. *quæst.* 5. *puncto* 4. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 236. *concl.*2. Iacob. de Graffiis *consil.*16. *num.*19. *de sent. excomm.* Cost. *de remediis subsidiariis remed.*35.*num.*3. & *seqq.* Mar. Antonin. *var. resol. lib.*1. *resol.*112. *casu* 54. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.*261. *in* 1. *edit.* & *resolut.*228. *in* 2. *edit.* Sanch. *de Matrim. lib.*2. *disput.*11. *num.*3. Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.*2.*cap.*8. *num.*43. Henriq. *lib.*6. *de pœnit. cap.*10. §.1. & *lib.*11. *de Matrim. cap.*3. §.2. Spin. *in speculo testam. glos.*15.*num* 86. Vgol. *dict. c.*60. §.1. Valer. Regin. *dict. lib.*31. *num.*206. Diana *moral. resol part.*2. *tract.*2. *miscel. resol.*19. *in princ.* Gutier. *de Matrimon. cap* 49. *num* 6 *cum sequentib.* & *cap.*123. *num.*7. Bonacina *dicto puncto* 15. *num.*4. nouissimè Fr. Francisc. de Araujo ex Ordine Prædicatorum in Salmantica Academia Primariæ Cathedræ moderator nunc Episcopus Segobien. *in* 1.2. *D. Thomæ quæst.*97. *disp* 3. *sect.*7. *diffic.* 2. *in fine*, *vers. hoc titulo*, vbi resoluit Episcopis licere Iure communi dispensare in impedimentis occultis matrimonio iam contracto superuenientibus, v. g. affinitatis ortæ ex copula illicita, cognationis spiritualis, & similium, secus si antecedant matrimonium contrahendum; quia tunc eorum dispensatio soli summo Pontifici est reseruata.

4 Intellige in euentu de quo agimus tacitam facultatem dispensandi in foro conscientiæ Episcopo esse concessam, modo Matrimonium contractum fuerit bona fide; si verò mala fide contractum sit, præsumitur Summum Pontificem in eo casu reseruasse sibi facultatem dispensandi, & nolle fauere iniquitati contrahentium, iuxta Trident. *sess.* 24. *cap.* 5. docentem separandos esse sine spe dispensationis obtinendæ, ita ex aliorum sententia resoluit Sanchez *dict. disput.* 11. *num.* 4. & *lib.* 8. *disput.* 6. *num.* 19. Contra Henriq. *dict. cap.* 3. §. 2. *in comment. litt.* K, & *litt.* O, existimantem bonam fidem in contrahentibus non desiderari, vt Episcopus possit dispensare. Quare resoluit Alzed. *dict. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. quòd maritus consanguineam vxoris antea cognouerat, & ignorabat vxoris consanguineam fuisse, de quo certioratur matrimonio contracto, tunc dispensabit Episcopus si denunciationes in matrimonio requisitæ per fraudem omissæ non sunt, nouissimè Alphons. Moscos. *in sum. tract.* 10. *cap.* 19. *num.* 22. ibi, *Quando el matrimonio inualido es celebrado con esta mala fé, la commun tiene, que en ninguna manera puede el Obispo dispensar, aunque aya grandes escandalos, y difficultades de accudir por dispensacion a su Santidad, y aya peligro de incontinencia y fornicacion. Mas la esperiencia que oy tengo de ver almas affligidas, viendose en peligro de perdicion, y quasi impossibilidad de hallar remedio, si lo obispo no las remedian me mueue, à tener por muy probable la opinion contraria, y dezir, que aunque aya auido mala fé en ambos casados, puede el Obispo dispensar, concurriendo las causas dichas de ser el matrimonio publico, y el impedimento secreto que no se puede publicar, y grande escandalo en apartasse, y difficultad notable en acudir a su Santidad*, &c. Vnde Communis sententia videtur tenere tunc Episcopum posse dispensare in impedimentis dirimentibus quando matrimonium est bona fide saltem vnius contractum, & publicè; ac impedimentum est occultum, & separatio coniugum nequit fieri absque magnæ famæ iactura, aut scandalo, aut alio magno inconueniente. & nequit ad Pontificem iri, neque ad alium habentem priuilegium dispensandi, aut si aditi potest, dispensatio tamen differri nequit absque probabili periculo peccandi. Ita Ochogau. *de Sacram. tract.*5. *de Matrim. q.*2.*n.*7. Salas *de legib. disp.*20. *sect.*3. *num.*25. Pont. *de Matrim. lib.*8. *cap.*13. *n.*4. Hurtad. *eod. tract. disp.*26. *diffic.*2. *n* 6. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 14. *diffic.*15. *n.*4. Præpos. *in* 3. *p. q.*8. *de dispens. Matrim. dub.*2. *num.*12.

Secundus casus est, quando scilicet postulauerit vrgentissima necessitas, quia tunc poterit Episcopus per se, vel per alium delegatum, non solum post contractum matrimonium, verum etiam ante, in impedimentis dirimentibus dispensare; præsumitur enim habere tacitam facultatem Summi Pontificis in vtroque casu. Ita Henriq. *dict. lib.* 1. *cap.* 3. §.2. D. Felician. de Vega *in relect. cap.* & *si clerici* §. *de adulteriis, de iudic. num.* 169. vbi extendit ad casum, quo nondum contractum erat matrimonium, & *num.*165. resoluit Episcopum posse dispensare in impedimento dirimente matrimonium, quando illud est occultum, licèt matrimonium fuerit publicum, si est difficilis aditus ad Papam, & coniuges separari non possunt sine scandalo. Valer. Reginald. *dict. lib.*31. *num.*202. nouissimè Alzedo *d part.*2 *cap.*6. *num.*9 *vers. quarto*. Villalob. *in sum. tom.*1. *tract.*14. *diffic.* 25. *num.*12. Bonacin. *de matrim. quest.*3. *puncto* 15. *num.* 6. Pont. *in simils tract. lib.*8. *cap.*3. *num.*7. Molfes. *in sum. tom.*1. *tract.*4. *cap.*12. *num.*35. Homobon. de Bonis *de examine eccles. part.*1. *tract.*5. *cap.*5. *quæst.*32. me citato *in hoc loco* Diana *dict. part.*2. *tract.* 2. *miscel. resol.*19. *vers. tota igitur difficultas*. Sanch. *dict. lib.*2. *disp.*40. *num.*7. vbi etiam asserit posse Episcopum in foro conscientiæ dispensare cum illa, quæ manè accedit ad confitendum, & inuenitur habere impedimentum dirimens, cuius manifestatio esset illi causa grauis infamiæ, sed iam parata sunt omnia ad nuptias eo manè, aut vespere celebrandas, nec adest alia via euadendi infamiam, vel suspicionem grauis delicti in Confessione manifestati, si tunc non celebrentur nuptiæ, refert me citato *in hoc loco* Alzedo *dict. part.*2. *cap.* 7. *num.* 12. quamuis hoc non approbetur à Gutier. *de Matrim. cap* 49 *num.*11. Quare videtur quod † securius possit Confessarius, cui in Confessione detegitur aliquod impedimentum dirimens, si iam non possit abstineri à nuptiis ad vitandam suspicionem

alicuius

alicuius criminis, vel infamiæ inter sponsos, consulere, vt fœmina, vel sponsus voueat castitatem ad mensem, deinde dicat consanguineis, aut etiam aliis se voto castitatis obstrictum esse, sibique à Confessario mandatum esse, vt abstineat à matrimonio, donec obtineatur dispensatio à Sede Apostolica: caueat tamen ne dicat votum esse ad tempus, ne audientes asserant sufficere dispensationem Episcopi, sicque remedium eludatur.

7 Sic etiam, data vrgentissima necessitate, poterit Episcopus dispensare in impedimento cognationis ortæ ex baptismo tempore necessitatis non solemniter collato, vt resoluit Sanchez *d. lib. 8. disput. 6. num.* 17. reprobata opinione Sot. *in 4. dist. 42. quæst.* 1. *num.* 1. *immediatè ante resolut. ad* 1. *princ.* quem sequuntur Ludouic. Lop. *in instr. casuum conscient. part.* 2. *vbi de Matrim. cap.* 51 *in fin.* Emman. Sà *verb. Matrim. vbi de impedim. dirim. num* 6. *in fine*, asserentes posse Episcopum dispensare hoc casû, dum facillimus non pateret ad Papam aditus, nam impedimentum hoc æquè est Iure Pontificio inductum, ac alia; & æquè dirimit Matrimonium, igitur si in aliis impedimentis nequit Episcopus dispensare, siue ante contractum Matrimonium, siue post, nisi postulauerit vrgentissima necessitas, sic in hoc, cum in omnibus vrgeat eadem prohibitio, debet & esse eadem dispositio me citato *in hoc loco* Alzed. *d. part.* 2. *cap.* 7. *num* 8. D. Felician. de Vega *in d.* §. *de adulteriis, num.* 166. *cum seqq.*

8 *Tertius* casus est, quando impedimenta superueniunt Matrimonio, & impediunt debiti petitionem, veluti in cognatione spirituali, vel affinitate, ratione cuius coniux, qui est effectus affinis, priuatur iure petendi; nam tunc Episcopus poterit ad petendum debitum dispensare cum coniuge, cui debiti petitio est interdicta. Ita Emman. Sà *verb. debitum, num.* 13. Petrus de Ledesma *de Matrim. quæst.* 58. *art.* 4. *dub.* 1. *vers. in huius rei explicationem*, Valent. *part.* 4. *disput.* 10. *quæst.* 5. *puncto* 5. *in fine*, Fr. Emman. *in summ tom.* 1. *cap.* 243. *num.* 12. *& Bullam Cruciat.* §. 13. *num.* 7. Vega *in sum. tom.* 2. *cap.* 5. *casu* 1. *in fine*, Henriq. *lib.* 11. *cap.* 15. *num.* 11. *in fine*, Bonacina *dict. puncto* 15. *num* 5. Quamuis contrarium, imò Episcopum non posse dispensare in hoc casu, teneant Couarr *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 7. §. 2. *num.* 6. *ad finem*, Matiens. *ad rubr. tit.* 1. *gloss.* 1. *num.* 103. Iacob. de Graff. *in decis. aureis part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 12. Quicquid etiam in nostro casu Episcopi dispensationem, data necessitate, eo quod non pateat facilis aditus ad Pontificem, sitque incontinentiæ periculum, admittant Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 17. Vgoliu. *dict. cap.* 60. §. 2. *num.* 2. & alij ab eis citati.

9 Hinc etiam poterit Episcopus dispensare ad petendum debitum in cognatione spirituali orta inter ipsosmet coniuges: vtpote quia filium proprium baptizarunt extra casum necessitatis, vel malitiosè facti sunt patrini proprij, cum baptizaretur, vel confirmaretur, & ratio est quia cognatio hæc post Matrimonium interueniens non tollit Matrimonium, sed impedit ne debitum exigatur, vt dixit glos. *in cap. nosse desideras*, 30. *quæst.* 1. sed sic est, quod in impedimentis, quæ impediunt, potest Episcopus dispensare, vt supra dixit, ergo & in hoc cognationis spiritualis cum tale sit. Ita Nauar. *in man. cap.* 16. *num.* 34. *vers. interrogatus autem*, Fr. Emman. *ad Bullam Cruciat.* §. 13. *num.* 17. Iacob. de Graff. *dict. cap.* 83. *num.* 13. Gallet. *de cognat. spiritual. cap.* 19. *num.* 13. Matiens. *dict. glos.* 1. *num.* 143. Vgolin. *dict.* §. 2. *num.* 1. D. Anton. Verac. Valent. Syluest. Sà, & alios Sanchez *dict. lib.* 8. *disputat.* 12. *num.* 15. me citato *in hoc loco* Alzed. *dict. part.* 2. *cap.* 7. *numer.* 21.

Quartus casus est quando periculum incontinentiæ esset, si expectaretur donec dispensatio veniret, & similiter si ex parte fœminæ, quæ cum viri consanguineo ante matrimonium contractum copulata est, petitur dispensatio; nam licet diues sit, timet famam, & fortè vitam amittere, si ad mariti notitiam impedimentum veniat; nam tunc dispensat Episcopus, Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 40. *num.* 5. Alaed. *d. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 11.

Quintus casus est, quando debiti petitio est prohibita ratione affinitatis contractæ cum altero coniuge ob copulam habitam, cum consanguinea vxoris, vel vxor cum consanguineo viri, licèt ad Nuncium pateat aditus; tunc enim Episcopus dispensat, vt post multos resoluit Alzed. *d. part. c.* 7. *n.* 22.

Sextus casus est, quando ad contrahendum dispensatio Pontificia subreptitiè impetrata fuit super impedimentum dirimens; nam si delictum occultum est, & timetur quod si iterum dispensatio Pontificia impetretur, scandalum oriri posset, tunc ob vitandum scandalum dispensare poterit Episcopus, & confirmare dispensationem subreptitiè obtentam, & dispensare etiam cum illis, qui virtute talis dispensationis subreptitiè impetratæ, bona fide interueniente, & etiam cum bona fide contraxerunt, si timetur quod si detegatur, scandalum considerabile oriri posset; tunc enim Episcopus debet dissimulare, & in illo matrimonio putatiuo, & inuincibili ignorantia excusato viuere permittere, & tacitè dispensare, *c. quia circa, de consang. & affin.* Emman. Sà *verb. matrimonium, n.* 22. *&* 23. Sanch. *d. lib.* 38. *n.* 18. refert & sequitur Alzedo *d. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 14.

Quæter aliquis an in prædictis casibus possit Episcopus dispensare, quando facilè recurri potest ad Nuntium Apost. si potestatem Pontificis habeat ad dispensandum in simili casu, vel ad quemcumque alium simili facultate præditum? In qua quæst. pars affirmatiua suaderur, ex eo, quia Ius soli Pontifici reseruat dispensationem; cum ergo is consuli nequeat, poterit Episcopus tanquam Pastor ordinarius dispensare. Ita Henriq *lib.* 6. *de Pœnit. cap.* 10. *num.* 11. *commento litt. D, & lib.* 11. *de Matrim. cap.* 3. *num.* 1. *in comm litt. H.* Verùm licèt hæc opinio probabilis sit, contraria tamen est securior; nam Episcopus solum potest in hoc casu dispensare ratione necessitatis vrgentis, sed quando adest potens dispensare, ad quem confugi potest, necessitas cessat, ergo non poterit Episcopus. Quare hanc partem sustinent Nau. *in man. c.* 22. *n.* 85. Vega *lib.* 6. *sum. casu* 143. *in fine*, & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *dict. lib.* 2. *disp* 40. *num.* 8. me citato *in hoc loco* Alzed. *dict. cap.* 7. *num.* 18. vbi *num.* 19. idem dicit si ad Commissarium Cruciatæ recursus haberi potest, qui facultatem habet dispensandi in impedimentis dirimentibus occultis post contractum matrimonium, declarando vt per eum *ibi num.* 20. 10

Pro pleniori prædictorum declaratione obserua *primò* hanc potestatem Episcopi dispensandi in dictis impedimentis occultis esse pro solo conscientiæ foro, vt bene docet Henriq. *lib.* 11. *cap.* 3. §. 2. *prope finem*, quem refert, & sequitur Sanch. *dict. disp.* 40. *num.* 10. vbi *num.* 11. resoluit dici impedimentum occultum, quando non publicè constat, nec facilè constare potest, plericulúmque non est, vt in foro externo detegatur. 11

Secundò obserua habentem priuilegium dispensandi in casibus Episcopalibus etiam matrimonialibus 12

bus, minimè posse dispensare in casibus, qui non iure Ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis competunt Episcopo, & hi non dicuntur casus Episcopales, sed verè ad Pontificem pertinentes, qui ex quadam Iuris interpretatione Episcopo censentur permissi. Ità Fr. Emman. *in Bullam Cruc.* § 9. *num.* 118. Henriq. *lib.* 6. *de Pœnit. cap.* 14. §. 7. *in com. litt. P*, quos refert, & sequitur Sanchez *d. disp.* 40 *num.* 9.

13 *Tertiò* obserua non posse generalem Episcopi Vicarium dispensare in prædictis casibus, in quibus Episcopo conceditur dispensandi facultas, nisi ad illud habeiet ab Episcopo particularem commissionem. Ita Fr. Emman. *in d. cap* 236. *num.* 5. Henriq. *d. lib.* 11 *cap.* 3 § 2. *propè fin.* Alzedo *d. part.* 2. *c.* 7. *num.* 37. Sanchez *d. disp.* 40 *num.* 12. Aloys. Ricc. *d. resolut.* 228. *num.* 3. vbi etiam cum Nauar. quòd nec Prælati inferiores Episcopo poterunt dispensare.

14 *Quartò* obserua posse Episcopum delegare facultatem dispensandi in impedimentis Matrimonium dirimentibus, casu, quo ipse potest dispensare. Ita gloss. licèt generaliter loquatur, *verb. casibus, in cap. vlt. de officio Ordin.* vbi Bald. *num vn.* Ioan Andr. *n.* 3. Anton. *num.* 4. Abb. *num.* 5., & in propriis terminis resoluunt Sanch *d. disp.* 40. *à num.* 14. Valer. Regin. *d. lib.* 31. *num.* 107. me citato *in hoc loco* Alzed. *dict.*
15 *part.* 2. *cap* 7. *num.* 36. † ex ea ratione, quia iurisdictio ex Principis priuilegio competens non personæ, sed perpetuò dignitati, vel officio, non est delegata, sed ordinaria, & potestatis ordinariæ iura habet, & sequitur, Bart. *in l. ambitiosa, num.* 34 *ff. de decretis ab ordine fac.* Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 20.
16 *num.* 6. *in princip. & num.* 9. *in fine.* † Dicitur enim iudex ordinarius ille, qui iure sui Officij, vel dignitatis, iurisdictioni, seu iuridicundo præest, prout tradunt Morla *in emporio Iur. part.* 1. *tit.* 2. *in prælud. num.* 88. Molina *de iustitia tom.* 6. *disput.* 8. *num.* 2 & 3. D. Barbosa *in l. cùm Prætor* §. 1. *à num.* 15. *ff. de iudic.* ergo cùm hæc sit potestas ordinaria, po-
17 terit delegari, *dict. cap. vltim. de offic Ord.* † quod procedit in eo, qui habet potestatem ex officio suo, & non ex delegatione, & ideo potest eam delegare; text. verò *in cap. vlt.* §. *caterùm, de offic. deleg.* habet locum in eo, qui ex delegatione, & commissione habet potestatem, quapropter illam nequit alteri delegare. Ita vtrumque textum conciliant Zerol. *in praxi Episc. part.* 1. *verb. delegatus*, §. 9. Nau. *cons.* 15. *in fine sub tit. de sent. excomm in* 1. *edit. & cons.* 11. *in fine, sub tit. de priuileg. in* 2. *edit.* D. Barbosa *in d. l. cùm Prætor.* §. 1. *num.* 530.

18 *Quintò* obserua, in dubio an res egeat dispensatione, posse Episcopum declarare illam non desiderari, vel ad cautelam dispensare. Ita Emman. Sà *verb. dispensatio, num.* 1. Laymann *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 25. *num* 4. Castr. Palaus *tom.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *disp.* 6. *part.* 5. *num.* 10. Diana *moral. resol. part.* 4. *tract.* 3. *resol.* 46. Pro cuius dicti maiori explicatione sciendum, quòd dubium hoc dupliciter potest euenire, vel in iure, vel in facto; in iure quando hinc inde essent opiniones quorundam asserentium adesse impedimentum, aliorum verò negantium, tunc si opinio negans esset verè probabilis, quamuis affirmans esset probabilior, posset ille sequens opinionem probabilem inire id Matrimonium absque aliqua dispensatione: doctissimus enim Parens meus, quem nonagenarium senem in patria relictum, venerandum Iurisconsultum oculis cernere nil amplius desidero, qui filios suos ex se feliciter abdicans, vnum Ecclesiæ, me scilicet indignum Presbyterum, duos alios insignes Theologos sacris Sanctissimæ Trinitatis, & Beatissimæ Virginis Carmelitan. Religionibus obtulit, aliúmque vtriusque Iuris studiosum, & in Conimbricensi Academia Artium Magistrum mihi in hanc Curiam proficiscenti socium dedit, ille, inquam, quem non minus naturæ, quàm doctrinæ meæ reuereor auctorem, *in comment. ad Ordinat. Regiam Lusit. lib.* 3. *tit.* 64. §. 1. *n.* 10. post
Arag. Ban. Sal. Valent. Suar. Sanch & alios, resoluit † 19
in foro Conscientiæ sequi posse opinionem probabilem relicta probabiliori, quibus addo Ioan. Sanc. *practic. disp* 44. *à num.* 10. Fr. Anton. Brauo *en su resolucion nueua y cierta, num.* 1. licèt alij securius sentiant in conflictu opinionum veriorem à iudicibus esse amplectendam, ex quorum numero sunt Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæst. vlt.* Gabr. Vasq. 1. 2. *disp.* 64. *cap.* 2. Tanner. 1. 2. *disp.* 4. *quæst.* 4. *dub.* 6. Vincent. Filliuc *in quæst moralib tom.* 2. *tract* 21. *cap.* 4. *num.* 144. Villalob. *in sum. tom* 1. *tract* 1. *diffic.* 15. *n.* 6. Becan. *in sum. tom.* 2. *tract.* 1. *cap* 4. *quæst.* 9 *num.* 13. Malder. 1. 2. *q.* 16. *art.* 5. *disp.* 86. Carol. Scriban. *tom.* 2. *cap.* 9.

Quando verò dubium consistit in facto, dupliciter potest euenire, vel res omnino est dubia, vel pro vna parte præsumptio præponderat: in primo casu non est opus dispensatione, quia in illo præsumptio est pro libertate ad contrahendum: in secundo verò casu ad cautelam requirenda est Episcopi dispensatio. Vide Bonacin. *de legib. disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 1. *n.* 18. quia quando dubitatur an res egeat dispensatione, poterit Episcopus in lege superioris dispensare, Castr. Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 6. *puncto* 5. *num.* 10. me citato *in hoc loco* Trulench *in exposit. Decalogi lib.* 2. *c.* 2 *dub.* 39. *n.* 4. *in fine.*

Sextò obserua posse Episcopum cum minoribus 20
non habentibus requisitam ætatem ad Matrimonium dispensare, vt illud ineant, quando sunt propè ætatem, & dubium est an malitia eam suppleat. Ita Henriquez *dict. lib.* 11. *cap.* 13. §. 12. vbi etiam refert dispensationem valere pro vtroque foro, sequitur Sanchez *lib.* 7. *disput.* 104. *num.* 12. & videtur sentire Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 171. *vers. notandum est secundò*, me citato *in hoc loco* Alzed. *dict. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 24. & id probant ex tex. *in c.* 1. *de desponsat. impub.* quatenus prohibet ne aliqui ante ætatem Canonibus præscriptam coniungantur, nisi fortè aliqua vrgentissima necessitate interueniente, vtpote pro bono pacis, talis coniunctio toleretur, & in illo text. cum Summus Pontifex dispensationem sibi non reseruasset, visum est tacitè illam Episcopis concedere, iuxta resoluta *allegat.* 33. *num.* 17.

ALLEGATIO XXXVI.

Episcopus in iuramentis, & votis quando dispensare possit?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet potestatem suorum subditorum iuramenta præstita intuitu diuini obsequij, & vota dispensandi.*

2 *Causa iusta, & rationabilis requiritur ad dispensandum in his votis, & ne fiant in tertij præiudicium.*

3 *Calicem alicui Monasterio dare si quis iuret, vel voueat, potest excommunicatione Episcopi dare alteri Monasterio, vel pio loco.*

4 Cap. 1. de voto, *declaratur.*

5 Cap. si verò, vers. verum, & cap. verum 15. de iureiuran. *declaratur.*

6. *Epiſcopi electi, & confirmati quamuis nondum conſecrati poſſunt in prædictis iuramentis diſpenſare.*

7 *Epiſcopus non conſecratus dicitur verè Epiſcopus quoad omnia, quæ pertinent ad poteſtatem iuriſdictionis.*

8 *Capitulum Sede vacante habet huiuſmodi poteſtatem diſpenſandi in votis, & iuramentis.*

9 *Capitulum Sede vacante poteſt ea omnia exercere, quæ pertinent iure communi ad Ordinariam Epiſcopi iuriſdictionem, exceptis nonnullis ſpeciatim iure prohibitis.*

10 *Poteſt etiam diſpenſare in iis, in quibus Epiſcopus ratione Epiſcopalis iuriſdictionis valet diſpenſare, in delegata verò Epiſcopo iuriſdictione non ſuccedit.*

11 *Prælati inferiores habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, poſſunt in iuramentis, & votis diſpenſare, & in illis caſibus in quibus Epiſcopi diſpenſare valent.*

12 *Prælati Regulares, tam Generales, quam Prouinciales, & locales, ab Ordinario exempti, poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in votis, & iuramentis.*

13 *Prælati Religionum ex priuilegio, & ſpeciali iure poſſunt diſpenſare in votis volentium intrare ſuum Ordinem.*

14 *Abbatiſſa in votis ſuarum Monialium diſpenſare non poſſunt.*

15 *Confeſſarij Regulares Ordinum Mendicantium ex priuilegio ſpeciali poſſunt diſpenſare in votis, & iuramentis illorum omnium, quorum Confeſſiones audierint, non tamen reſeruatis Epiſcopo iure ſpeciali.*

16 *Confeſſores etiam Parochi, ſeu quicumque alij Curam animarum habentes in ſuorum ſubditorum votis, ſeu iuramentis, in vtroque foro nequeunt diſpenſare.*

17 *Diſpenſandi poteſtas in votis, & iuramentis conceditur ſupradictis reſpectu illorum, qui ſunt verè, & propriè ſubditi ratione domicilij, non habitationis.*

18 *Scholaris non poteſt in voto diſpenſari ab Epiſcopo loco ſtudij, ſi in eo domicilium non habet.*

19 *Habitatio maioris partis anni in loco ſufficit ad hoc, vt ibi poſſint recipi neceſſaria Sacramenta, domicilium vero requiritur, vt recipi valeant voluntaria.*

20. *Archiepiſcopus non poteſt diſpenſare in votis, & iuramentis ſubditorum ſui Suffraganei.*



1 PISCOPOS, omneſque Prælatos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in foro externo ordinariam habentes, quoad ſibi ſubditos habere poteſtatem iuramenta præſtita intuitu diuini obſequij, & vota diſpenſandi tenet Innoc. *in cap. ad aures, de his, quæ vi, & in cap. debitores num. 2. de iureiurand.* Felin. *in cap. 1. num. 9. illo tit.* D. Thom. 2. 2. *q. 88. art. 12.* D. Anton. *2. part. tit. 10. cap. 6. in princip.* Sot. *de iuſtit. lib. 8. q. 1. art. 9.* Caietan. *2. 2. quæſt. 89. art. 9.* Angel. *verb. iuram. 6. in princip.* Syluest. *eodem verbo 5. quæſt. 3.* Selu. *de iure iurando part. 4. quæſt. 2.* Nauar. *manual. cap. 12. n. 64. verſ. 2.* Couar. *in cap. quamuis p. 1. §. 3. num. 5. verſ. nono, & num. 12.* Suar. *de Religione tractat. de iuram. lib. 2. cap. 40. num. 3. & tract. 6. de voto lib. 6. cap. 10. num. 3.* Leſſ. *de Iuſtit. lib. 2. cap. 40. dub. 12. num. 99. cum ſeq. & dubit. 13. in princip. & c. 42. dub. 12. num. 62.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. c. 4. à n. 116.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis tract. 12. cap. 15. à n. 109.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 38. à num. 5.* Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi cap. 38. §. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 330.* Bonacin. *in decem præcepta diſput. 4. q. 2. puncto 7. §. 4. num. 4. & 5.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 4. c. 8. num. 6.* Filliuc. *in quæſtion. moral. tract. 26. c. 9. num. 249.* nouiſſimè Boſſi. *de triplici Iubilæi priuil. ſect. 2. caſu 8. num. 56.* & Trullench *in expoſit. Decalogi lib. 2. cap. 1. dub. 22. num. 3.* Fr. Ludou. Miranda *in manual. Prælatorum tom. 2. quæſt. 32. art. 1. concl. 1. & 3. & concl. 4.* cum D. Thom. & Nauar. † reſoluit ad diſpenſandum in 2
huiuſmodi iuramentis, & votis requiri iuſtam, & rationabilem cauſam, & peccare diſpenſantem ſine illa, & diſpenſatum non manere ſecurum in conſcientia, & *art. 2. concluſ. 1.* aſſerit quòd quælibet cauſa reddens complementum alicuius voti malum, aut inutile, vel maioris boni impeditiuum, eſt iuſta cauſa, & rationabilis ad diſpenſandum in ipſo. Intellige dummodo non fiat in præiudicium tertij; nam ſi quis iuret, aut voueat dare Calicem huic monaſterio, poteſt ex commutatione Epiſcopi dare alteri monaſterio, aut pio operi, quia hinc non eſt quæſitum ius monaſterio, ſed Deo, & poteſt Dei Vicarius moderari reſtitutionem Deo debitam, non ita debitam homini. Ita Henriq. *in ſum. lib. 7. c. 28. §. 4. in comm. lit. G*, quem referunt Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 47. art. 4. concl. 1.*

Probatur hæc principalis reſolutio, quia licet Epi- 3
ſcopi non poſſint diſpenſare in illis caſibus, in quibus ſpecialiter ipſis denegatur diſpenſandi facultas, veluti quando ius prohibet, ne illi diſpenſent; vel quando diſpenſandi facultas Summo Pontifici, ſeu Sedi Apoſtolicæ reſeruatur; prout *in cap. vltim. de filiis Presbyter. & cap. quod tranſlationem*, vbi *gloſſ. v. magiſtra, de officio legati, & in cap. penult. de ſimonia, & in cap. de multa, in fine, de præbend. & in cap. penult. in princip. de elect. & in cap. 2. verſ. ad ordines, de filiis Presbyter. in 6. & in cap. 1. verſ. ſcituros, de re iudicata in 6. & in c. 1. in fine, de ſent. excomm. eodem lib.* & in multis aliis per Bertachin. *de Epiſcopo lib. 4. par. 2. num. 144.* & per Pelag. *de planct. Eccleſ. lib. 1. c. 50. verſ. prohibetur.* Nihilominus tamen è conuerſo poſſunt diſpenſare in illis caſibus, in quibus ſpecialem à Iure habent facultatem diſpenſandi, prout in ſpecie *c. ſanè, de clericis coniug. d. cap. penult. in fine, de elect. cap. cùm ex eo 34. eodem tit. in 6. cap. 1. in princip. de filiis Presbyter. eodem lib. cap. 1. de ætate, & qualit. eodem libro.* Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 6.* cum aliis, de quibus per *gloſ. 1. & 3. in c. & ſi clerici, §. de adulteriis, de iudic.* citati à Bertachin. *d. p. 2. à n. 107. cum ſeqq.*

Conſtat autem poteſtatem diſpenſandi in votis, 4
ac per conſequens in iuramentis intuitu diuini obſequij factis (quia habent eandem rationem, & idem fundamentum, vt per Suar. *d. lib. 2. de iuram. cap. 40. num. 3. & d. tract. 6. de voto, lib. 6. cap. 14.* Sanchez *de Matrim. lib. 7. diſput. 13. num. 1*) fuiſſe auctoritate Eccleſiæ Epiſcopis communicatam, iuxt. text. *in cap. 1. in fine, de voto*, cuius textus argumentum non euitabit, qui dixerit illum agere de Summo Pontifice tantum, vt colligi videtur ex illis verbis, *ab illius, qui præſidet, pendet arbitrio*; tum quia ille ſolus toti Eccleſiæ præeſt, iuxta *cap. ad honorem, in fine, de unctor. & vſu pallij*; tum etiam quia ſcribens ibi Alexander III. ad quendam Epiſcopum non dicit, *tuo arbitrio*, ſed, *eius qui præſidet*; non, inquam, euitabit argumentum, qui hoc dixerit, quia ſi Pontifex de ſe ipſo loqueretur, potius diceret, *à noſtro pendet arbitrio*: tum etiam, quia in omni proprietate verborum Epiſcopus præeſſe dicitur in ſua diœceſi, *d. cap. ad honorem*, ibi, *in partem ſolicitudinis*; præſertim, quia quando in Iure ſermo eſt de propria Pontificis

iuriſdi

iurisdictione, vel ponuntur verba, quæ maiorem significant potestatem, *d.cap.ad honorem*, ibi, *in plenitudinem*, vel additur, *qui toti Ecclesiæ præest*, & sic dicendum est in eo textu agi de Episcopis; quia verò generaliter erat intelligendus, & respectiuè, scilicet de vnoquoque Episcopo in sua diœcesi, ideò textus vsus est illo modo loquendi, quem intellectum præstant glossa, & omnes ibi. Nec etiam vrgent asserentes illum textum non agere de dispensatione, sed de commutatione voti, prout existimant nonnulli citati à Suar. *d.lib.6.cap.10.num.5.* quia respondebitur verum quidem esse interrogationem factam fuisse Pontifici de commutatione, seu redemptione voti, & ideò de commutatione etiam respondet. Nihilominus tamen in fine ita concludit, significans iuxta qualitatem negotij posse Episcopum dispensatione vti vel purè, vel miscendo commutationem prout iudicauerit expedire. Neque obstant text. *in cap. si verò §. verum, & in cap. verum 15. de iure-*
5 *iur.* vbi videtur † dispensationem, seu absolutionem à iuramento esse soli Papæ reseruatam, vt existimat Specul. *tit. de legato § nunc ostendendum, n.25.* quia respondetur solum in illis Iuribus narrari stylum Curiæ circa præstandam absolutionem à iuramento, de quo ibi, ad effectum informandi inferiores Prælatos, & sic non negat, imò supponit, illos absoluere posse.

6 *Primò* amplia in Episcopis non solum consecratis, sed etiam electis & confirmatis, nam illi habent omnem administrationem Episcopatus, & omnia possunt, quæ pertinent ad potestatem iurisdictionis, de quibus *glos. penult in cap. aqua, de consecrat. Ecclesiæ*, probat text. *in cap. nosti 9. & in c. transmissam 15.* vbi glos. *de elect.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 136. n.1.* & cùm huiusmodi potestas dispensandi in iuramentis, & votis, non sit Ordinis, sed iurisdictionis, rectè in illis prædicti electi, & confirmati dispensare possunt, vt resoluit Lessi. *de iustit. lib.2.c.40. dubitat. 12. n.100. vers secundo*, Sanch. *d.lib.4.c.38.n.7.* vbi secùs dicit si solum electi sint.

7 At Episcopum non consecratum verè, & propriè non dici Episcopum probant text *in cap. eam te*, ibi, *ante promotionem tuam*, & ibi, *neque esses adhuc in Episcopum consecratus, de rescript. cap. tua*, ibi, *Episcopo, vel electo, de his, quæ fiunt à Prælatis, cap. iam litteris 33. de testibus.* Ex quibus ita obseruant Abb. *num.2.* Felin. Dec. & omnes *in d.cap. eam te, glos.1.* & Communis *in cap.1. de religiosis domibus*, glos. *verb. Pontificum in Clement.2. de celebrat. Missar. glos.2. in Clement.1. de pœnis*, Ias. *in l.2. num.4. ff. de inofficioso testam.* Gomez *in reg. de triennali quæst.36.* Fr. Emman. *quæst. Regularium tom.1. quæst.18. art.2.* Sed his non obstantibus potius dicendum etiam Episcopum non consecratum dici verum Episcopum, quoad omnia, quæ pertinent ad potestatem iurisdictionis, cùm nomen, *Episcopus*, videatur ex sui etymologia competere electis, & confirmatis, quibus à tempore confirmationis possessione legitima apprehensa totius diœcesis administratio, & cura incumbit, *cap. cùm in cunctis, §. cùm verò*, iuncta glos. *verb. administrationem, de elect.*

8 An autem Archiepiscopus ante receptum pallium possit in sua diœcesi hac dispensandi potestate vti? Affirmatiuè respondet Sanch. *d.lib 4.cap.38.n.9.* ex ea ratione, quia tantum interdicuntur ante receptum pallium cogere Concilium, & exercere, quæ sunt Ordinis Episcopalis, *cap. quod sicut, §. super eo, de elect.*

9 *Secundò* amplia huiusmodi potestatem dispensandi in votis, & iuramentis transire in Capitulum Sede vacante, vt tenent Aragon. 2.2. *q.88. art.2. fol.1042. col.2. concl.5.* Anton. Gom. *in Bullam Cruciatæ decis.10. num.62.* Henriq. *lib.6. de pœnit. cap.6. §.1. & lib.14. de irreg. cap.18. §.2. in fine*, Sanch. *d.lib 4 cap.38. n.17.* Sayr. *in claui Regia lib 6. cap.11. num.84.* me citato nouissimè Troleuch *in exposit. Decalogi lib.2. cap.2. dub. 37. n.10.* quia potest ea omnia exercere, quæ pertinent Iure communi ad ordinariam Episcopi iurisdictionem, exceptis nonnullis speciatim Iure prohibitis, *cap. cùm olim 14.* vbi *glos.2. de maiorit. & cap. ad abolendam*, vbi glos. *verb. Sede vacante, de hæreticis, cap. penult.* vbi glos. *verb. sed capitulum, & c. vlt. de supplenda neglig. Prælat. lib.6. cap.1. de instit. eod. lib. cap. cùm nullus, in fine principij, de temporibus ordin. eod. lib.* (qui tamen text. restrictus per Concil. Trident. *sess.7. de reformat. cap.10.*) *cap. vnic. de maiorit. & obed. in 6. Clem.1 §.1.* vbi glos. *verb. Sede vacante, de hæreticis*, Felin. *in cap. cùm omnes n.10. de constit.* Pauin. *de potestate Capituli p.11.* Sel. *de beneficio par.2.q.11.n.4.* Syluest. *verb. Capitulum §.2.* Rebuff. *in praxi tit. de deuol. à n.57.* Nau. *in cons.7. de filiis Presbyter. & cons.44. de tempor. ordin. in nouis*, Gutier. *Canon. lib.1. cap.11. num.10.* Vgolin. *de censuris tab.1. cap.10. n.2. §.2.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut. 118. in princ.* Flam. *de resign. lib 7. q.23. num 11. cum seq.* Soar. *de censuris disput.7. sect.2. num. 4.* Sayr. *in claui Regia lib.6. cap.11. num.10.* Molin. *de Iust. tract.5. disp. 21. num.1. 3. & 10.* Quaranta *in summa Bullarij verb. Capitulum Sede vacante, in princ.* Cardos. *in praxi iudicum verb. Capitulum num. 2.*
† Potest etiam dispensare in iis, in quibus Episcopus ratione Episcopalis 10
iurisdictionis valet dispensare. Henriq. *in summ. lib. 14. de irregular cap.20. §.1. in fine*, Gutier. *d. lib.1. cap.3. num.10.* Sayr. *d. cap.21. num.84.* Mulina *d. disp.11. n.5.* Cardos. *d. num.2.* Cened. *p.3. collect.4. num.3.* Dixi, *ordinariam*, quia in delegata Episcopo iurisdictione non succedit Capitulum, Abb. *in cap. cum olim, quæst. 5. de maiorit. & obed.* Azeued. *ad Curiam Pisanam lib.1. c.8. n.12.* Sbroz. *de Vicario Episcopi lib.1. q.16. num.1. & lib.2. q.135 num.4.* cum aliis citatis per Aloys. Ricc. *d. resol.118. n.2.*

Tertiò amplia in Prælatis inferioribus habenti- 11
bus iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, qui poterunt in iuramentis, & votis dispensare, cum prædicta potestas dispensandi ad iurisdictionem spectet, illique habeant Episcopalem, vel quasi, potestatemque ordinariam in sua veluti diœcesi, in eaque tribunal constituunt, & sic succedunt loco Episcoporum; vnde in illis casibus possunt dispensare, in quibus Episcopus potest, prout in specie *cap. & si clerici §. de adulteriis, de iudic. & cap.1. de ætate, & qualit. libr.6. & cap. cum ex eo, de elect. eodem lib.* cum similibus, resoluunt Abb. *num.13.* & Dec. *num.16. in d. §. de adulteriis*, idem Abb. *in cap. significasti num.5. cum sequentib. de foro comp. & in Clement. ne in agro §. ad hæc, de statu Monachor.* Innoc. *in cap. statuimus, de transact.* Bald. *in auth. hoc ius, col.3. C. de sacros. Ecclesiis*, Cassan. *consuetud. Burgundiæ rubr.9. num.26.* iuuat doctrina glos. *verb. proprij, in Clem.1. de rebus Ecclesiæ*, recepta communiter, vt per suprà citatos, Couar. *in cap. Ioannes num 1. de testam. & lib.1. variar. cap.3. n.9.* Nauar. *in man. c.27. n.39. vers. quarto*, probant in specie Abb. *in cap.1. n.7. de voto*, vbi exponit verba illius textus ibi, *ab illius qui præsidet*, &c. scilicet, habentis iurisdictionem Episcopalem, quia talis Prælatus potest exercere iura Episcopalia, Nau. *in man. cap. 12. num.75. vers. secundo, in fine*, Suar. *d. lib.6. cap.10. n.13.* Sayr. *in claui Regia lib.5. cap.8. n.9. lib.6. c.11. num.82. cum seq.* Lessi. *lib.2. de iustitia cap.40. dub.12. num.101.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom.1. lib.4. c.38. num.19.* Valer. Reginald. *lib.18. suæ praxis numer.339.* Molfes.

dict. tract. 11. c. 15. n. 113. Trulench dict. dub. 37. n. 13.

12 *Quartò* amplia in Prælatis Regularibus exemptis ab Ordinario, (quales hodie ſunt ferè omnes ex Summi Pontificis priuilegio) qui poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in votis, & iuramentis, quia, ſuppoſito quod ſunt exempti, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecti, habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & ideò ſicut Epiſcopi, ita illi poſſunt circa ſuos ſubditos diſpenſare, nec hæc poteſtas illis competit vt delegata, ſed vt ordinaria: quando enim aliqua Religio eximitur per Pontificem à iuriſdictione Epiſcopi, conceduntur Prælato ea, quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis, & ita ſuppoſita illa exemptione, & approbatione Religionis competit poteſtas illis, ex vi muneris, & officij, reſoluunt Syluest. verb. votum 4. quæſt. 3. Nauar. dict. cap. 12. num. 75. Sot. de iuſtit. lib. 7. quæſt. 4. art. 3. Caietan. & alij, quos refert, & ſequitur Suar. d. lib. 6. cap. 10. num. 14. Fr. Emman. quæſt. Regularium, tom. 1. quæſt. 25. art. 4. cum 4. ſequentibus, plures refert Sayr. in Claui Regia lib. 5. cap. 8. num. 10. & lib. 6. cap. 11. num. 87. cum multis ſequentibus, latè Fr. Ludouic. Miranda d. quæſt. 32. art. 4. Azor. inſtit. moralium part. 1. lib. 11. cap. 18. dubit. 4. Leſſ. d. lib. 2. cap. 40. dubit. 13. à num. 107. Sanchez d. lib. 4. cap. 39. num. 3. cum ſequentib. Molfeſ. dict. tract. 11. cap. 15. à num. 116. Trullench d. dub. 37. num. 15. Valer. Reginald. d. lib. 18. num. 340. Quod etiam intellige non ſolùm in Prælatis Generalibus, ſeu Prouincialibus, ſed etiam in localibus, ſeu Conuentualibus; adhuc enim illi poſſunt in ſubditorum iuramentis, ſeu votis diſpenſare, ex ſupradicta ratione, vt per Sot. d. q. 4. art. 7. Suar. d. cap. 10. num.

13 14. Sayr. dict. cap. 11. num. 89. † Qui quidem Religionum Prælati ex ſpeciali iure, & priuilegio, etiam poſſunt diſpenſare in votis volentium intrare ſuum Ordinem, ex conceſſione Eugenij IV. de qua Fr. Ludouic. Miranda d. q. 32. art. 5. & art. 6. reſoluit omnia nouitiorum vota realia, & perſonalia, & mixta includi, & commutari in ſolemne Religionis votum, ita quod profeſſione emiſſa in aliqua Religione per Sedem Apoſtolicam approbata, ſupradicta vota ceſſent, quia ſolemniter profitens totaliter mundo moritur, viuit autem Deo, ad quam vitam ſolemnis illa profeſſio dirigitur; quo fit, vt ceſſante præterita vita, ceſſent etiam omnia vota in ipſa fa-

14 cta. † Abbatiſſæ verò in votis ſuarum Monialium non poſſunt diſpenſare, quia iure ordinario non ſunt capaces iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, cap. dilecta, de maioris. Fr. Emman. d. quæſt. 25. art. 7. Suar. d. c. 10. num. 15. Leſſ. d. num. 17. In votis Regularium Epiſcopum diſpenſare non poſſe, quòd ab eius iuriſdictione exempti ſint, & immediatè ſubiecti Sedi Apoſt. reſoluit Sanch. d. lib. 4. cap. 39. numer. 26. vbi num. 27. cum ſequentib. latè diſſerit an hi Religioſi exempti poſſint cedentes exemptionis priuilegio ex licentia ſuorum Superiorum ſe Epiſcopo ſubiicere, vt ab illo abſoluantur, vel cum eis diſpenſet in caſibus, in quibus Epiſcopus hoc poteſt cum ſuis ſubditis; vbi affirmatiuè reſpondet, de quo etiam Trulench d. dub. 37. n. 20.

15 *Quintò* amplia procedere in Confeſſariis Regularibus Ordinum Mendicantium, qui ex priuilegio ſpeciali ipſis à Summis Pontificibus conceſſo poſſunt diſpenſare in ſupradictis votis, & iuramentis illorum omnium, quorum Confeſſiones audierint, vt per Nauar. in man. cap. 12. num. 79. verſ. vndecimo, Ludou. Lopez in inſtruct. conſcientiæ part. 1. cap. 50. Miranda in man. Præl. tom. 1. q. 47. art. 4. & ſeq. Fr. Emman. in ſum. p. 1. c. 102. concl. 10. & Reg. quæſt. tom. 1. q. 63. art. 2. cum ſeq. Sayr. lib. 5. cap. 6. num. 10. & lib. 6. cap. 11. n. 95. cum ſeqq. Leſſ. dict. lib. 2. cap. 40. dub. 13. num. 108. Quamuis huiuſmodi Confeſſarij Regulares poſſint commutare, & diſpenſare in omnibus votis Epiſcopis iure communi, & ordinario reſeruatis, non tamen in reſeruatis ipſis iure ſpeciali, vt firmat Franc. Ludouic. Miranda dict. art. 4. concl. 2.

Alij autem Confeſſores, quamuis Parochi, ſeu quicunque alij curam animarum habentes in ſuorum ſubditorum iuramentis, ſeu votis nequeunt in neutro foro diſpenſare, vt reſoluunt Innoc. Hoſtien. Abb. & communiter Doctores in cap. 1. de voto, & alij, quos refert, & ſequitur Sayr. d. lib. 5. cap. 8. n. 9. & lib. 6. cap. 11. n. 85. cum ſequent. Suar. lib. 6. tract. de voto, cap. 10. num. 10. cum ſequenti, Leſſ. dict. lib. 2. c. 40. dub. 13. n. 109. Sanch. d. cap. 38. à num. 29. Reginald. d. lib. 18. n. 339. verſ. meminerint, Molfeſ. d. tract. 11. c. 15. num 114. Ioan. Malder. de virtut. tract. 10. cap. 5. dub. 10. verſ. & quid ſi periculum, Filliuc. d. tract. 26. c. 9. n. 249. Lauor. d. p. 2. c. 27. num. 71. me citato in hoc loco Boſſi. d. caſu 8. num. 18. Quamuis Gabr. in 4. diſtinct. 38. quæſt. 1. art. 5. & Fr. Emman. quæſt. Regularium tom. 2. q. 46. art. 9. abſque fundamento contrarium teneant. 16

Intellige ſupradictam poteſtatem diſpenſandi in votis, & iuramentis conceſſam Epiſcopis, Capitulo, Sede vacante, & Prælatis inferioribus, procedere ſolùm reſpectu illorum, qui ſunt verè, & propriè ſubditi, & habent domicilium, non autem habitationem, etiam cum animo ibidem permanendi maiore parte anni, & ita quamuis Epiſcopus poſſit diſpenſare in voto, & iuramento ſui ſubditi in ſua diœceſi domicilium habentis, † non poterit tamen diſpenſare in voto Scholaris, qui in ſtudio commoratur, & in loco ſtudij habitat, non tamen domicilium habet: ratio eſt, quia ſcholaris ſimpliciter non eſt ſubditus Epiſcopo Academiæ, & ideò non poteſt ab eo ordinari ſine licentia ſui proprij Epiſcopi, cap. cùm nullus, de temporibus ordin. in 6. ergo non poterit in illius votis, ſeu iuramentis diſpenſare, quam ſententiam tenet Abb. in cap. nullus, num. 4. de Parochis, quem ſequuntur Angel. Tabiena, & Syluest. verb. domicilium, Suar. dict. lib. 6. de voto cap. 11. num. 11. & hæc eſt verior opinio in puncto Iuris, vt alibi dixi. Quamuis contrarium teneant Henriq. lib. 3. de Pœnitentia cap. 14. §. 1. Sanchez de matrim. lib. 3. diſput. 23. num. 11. cum duob. ſequentib. Leſſ. d. lib. 2. cap. 40. dub. 13. n. 103. aſſerentes † non requiri domicilium, ſed ſufficere habitationem maiore parte anni, vt Epiſcopus loci poſſit diſpenſare in votis, quia, vt inter omnes ſuprà citatos conuenit; Scholares, & ſimiles maiore parte anni habitantes in aliquo loco, ſunt ſubditi Epiſcopo, & Parocho illius loci, reſpectu Confeſſionis, & Communionis: cui tamen argumento reſpondetur faciendam eſſe diſtinctionem inter Sacramenta neceſſaria, prout eſt Confeſſio, & Communio; & inter voluntaria, prout eſt Sacramentum Ordinis, & alia ſimilia; vt ſcilicet priora per Epiſcopum loci ſtudij ſcholaribus conferantur, non ita poſteriora, vt per Syluest. vbi ſuprà, & verb. confeſſor 1. §. 10. Vnde cùm regulariter nulla poſſit dari tam vrgens neceſſitas, quæ compellat tolli vinculum voti, ideò ad Epiſcopum loci ſtudij non pertinet diſpenſatio, ſi verò aliquando detur, poterit Epiſcopus ſuſpendere executionem voti ex voluntate tacita proprij Epiſcopi, vt explicat Suar. d. n. 11. Et addit Bonacin. d. diſp. 4. quæſt. 2. punct. 7. §. 4. n. 6. poſſe Epiſcopum cum his ſubditis diſpenſare in votis extra diœceſim. 17 18 19

Ex quibus colliges Archiepiſcopum non poſſe diſpenſare in votis, & iuramentis ſubditorum ſui Suffraganei, cum nec ex vi muneris, nec ex iure ſpeciali, 20

ciali, nec conſuetudine, in eos habeat poteſtatem: licet in foro contentioſo ſit Ordinarius iudex appellationum, quas iidem ſubditi à propriis Epiſcopis ad ipſum interponunt, *c. paſtoralis, de officio Ord. c. 1. in princip. de foro compet. lib. 6.* ita reſoluunt Syluest. *verb. votum 4. quæſt. 3.* Sot. *lib. 7. de inſtit. q. 4. art. 3.* Sayr. *lib. 6. cap. 11. num. 79.* Suar. *lib. 6. cap. 10. num. 7.* Henriq. *lib. 14. cap. 18. §. 3.* Auil. *de cenſuris part. 7. diſput. 10. dub. 6. poſt 1. concl. not. 2. & p. 1. cap. 7. diſp. 1. dub. 10.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 38. num. 11.* Baſil. Pont. *de Matrim. lib. 8. cap. 5. num. 9.* Valer. Reginald. *d. lib. 18 num. 333.* Fr. Ludou. à Cruce *d. cap. 6. dub. 19. num. 7.* Trulench *d. dub. 37. num. 9.* Poterunt tamen Archiepiſcopi in votis ipſorummet Epiſcoporum Suffraganeorum diſpenſare, quia ſunt illis ſubiecti, vt cum Palud. Antonin. Henriq. Auil. Sayr. & aliis reſoluunt Bonacina *d. diſp. 4. q. 2. p. 7. §. 4. n. 7.* Sanchez *d. cap. 38. num. 10.* & Mulfeſ. *d. tract. 11. cap. 15. num. 111.* Ludou. à Cruce *d. dub. 19. n. 10.* Quamuis Suar. *de Relig. lib. 6. de voto c. 11. n. 3.* dicat conſulendam eſſe conſuetudinem.

21 Vtrùm autem poſſint Epiſcopi, aliique Prælati facultatem concedere ſuis Confeſſariis, vt ſecum diſpenſent in illis caſibus in quibus ipſimet Prælati diſpenſare poſſunt cum ſuis ſubditis? Negat Suar. *d. lib. 6. de voto cap. 11. num. 4.* Sed contrarium meritò reſoluunt S. Antonin. Auila, & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib. 8. diſp. 3. num. 3. & in præcepta Decalogi lib. 4. cap 37. à num. 42.* Molfeſ. *dict. tract. 11. c. 15. n. 112. & 118.* Henriq. *lib. 6. de pœnit. c. 4. num. 3. in comm. lit. I. & c. 7. n. 5. in com. lit. B.* Anton. Gom. *in Bull. Cruc. clauſ. 10. num. 85.* Sayr. *de cenſur. lib. 7. cap. 14. num. 5.* Fr. Ludou. à Cruce *in expoſ. Bull. Cruc. diſp. 1. cap. 6. dub. 18. per tot.* aliàs enim peioris eſſent conditionis, quàm ſubditi; duriſſimum ſanè eſſet Prælatos ſaltem ſoli ſummo Pont. ſubditos cogere ipſum pro quauis diſpenſatione obtinenda adire. De Cardinalibus quòd poſſint in ſuis titulis diſpenſare in voto contra Suarez & Sanchez, tenet nouiſſimè Diana *moral. reſol. p. 5. tract. 2. reſol. 58.*

ALLEGATIO XXXVII.

Epiſcopus in votis ſolemnibus quando diſpenſare poſſit?

SVMMARIVM.

1 *Papa ſolus poteſt diſpenſare in quinque iuramentis, ſeu votis ſolemnibus.*

2 *Vota, ſeu iuramenta ſolemnia ſunt Pontifici reſeruata ex antiquiſſimo Curiæ ſtylo, excepto voto terræ ſanctæ, quod in iure reſeruatur.*

3 *Peregrinatio in templum B. Virginis Lauretanæ an ſit etiam ex reſeruatis Summo Pontifici?*

4 *Votum terræ ſanctæ non diſpenſatur ab Epiſcopo, licet deuotionis, & viſitationis gratia tantum factum fuerit, ex hodierna praxi, & conſuetudine.*

5 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare in iuramentis, ſeu votis conditionalibus de materia aliàs reſeruata, etiam pendente conditione.*

6 *Diſpoſitio omnis conditionalis in ſua eſſentia à principio eſt perfecta.*

7 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in prædictis quinque votis, ſi in pœnam fiant.*

8 *Continentia in voto, ſi detur vrgens cauſa, ſeu grauis neceſſitas, vel graue impedimentum adeundi Pontificem, poteſt Epiſcopus diſpenſare.*

9 *Diſpenſare ex legitima cauſa poteſt Epiſcopus cum*

eo, qui poſt votum ſimplex caſtitatis matrimonium ratum contraxerit, ad effectum, vt poſſit petere debitum.

10 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus, vt poſſit petere debitum ille coniux, qui poſt Matrimonium conſummatum fecit votum caſtitatis.*

11 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus, quando poſt Matrimonium coniuges mutuo conſenſu faciunt ſimplex votum caſtitatis, ſi detur periculum incontinentiæ, & non poſſit de facili patere aditus ad Summum Pontificem.*

12 *Diſpenſare poterit Epiſcopus, vt inceſtuoſus petat debitum ab vxore ſua iam eidem effecta affine per prædictum inceſtum.*

13 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in omnibus quatuor votis data graui, & vrgenti neceſſitate, & interueniente ſimul difficultate adeundi Pontificem.*

14 *Confeſſarij Mendicantes, & illorum priuilegio gaudentes non poſſunt diſpenſare in ſupradictis caſibus, quibus Epiſcopo diſpenſandi poteſtas conceditur.*

15 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in voto caſtitatis ad tempus.*

16 *Votum peregrinationis faciendæ tali tempore ſi iuſta adſit cauſa poterit Epiſcopus prorogare.*

17 *Diſpenſare in voto de non contrahendo Matrimonio poteſt Epiſcopus.*

18 *Diſpenſare in voto Virginitatis poteſt Epiſcopus.*

19 *Diſpenſare in voto ſuſcipiendi Ordines poteſt Epiſcopus.*

20 *Voto ſuo an quis poſſit ita ſe obligare, vt intendat efficaciter, quod a nemine tolli poſſit, niſi a Papa, negatiuè reſpondetur.*

21 *Diſpenſandi poteſtatem habens in votis, & iuramentis, poteſt illa commutare.*

22 Cap. cui licet 53. de regulis Iuris lib. 6. *procedit in his, quæ à Iure communi conceduntur.*

23 *Delegata poteſtate diſpenſandi in iuramentis, ſeu votis, cenſetur conceſſa poteſtas commutandi.*

24 *Diſpenſandi poteſtas alicui conceſſa non inter odioſa, ſed fauorabilia cenſenda eſt.*

25 *Commutandi iuramenta, ſeu vota poteſtate tradita, non cenſetur eo ipſo poteſtas diſpenſandi conceſſa.*

VLLVS Prælatos, quantacunque præfulgeat poteſtate, præter Romanum Pontificem, poteſt diſpenſare in quinque iuramentis, ſeu votis, nempe de intranda Religione, de perpetua caſtitate ſeruanda; de Peregrinatione in terram Sanctam, quod vocatur Hieroſolymitanum: de viſitando limina Apoſtolorum Petri, & Pauli; & de peregrinatione in Diuum Iacobum Compoſtellæ. Ita Angel. *verb. votum 4. §. 6.* Syluest. *eod. verb. 4. quæſt. 3.* Sot. *lib. 7. de inſt. quæſt. 4. art. 3.* Nau. *in man cap. 12. n. 73. & tom. 4. de Regular. n. 22. verſ. ſexto*, nouiſſimè Fr. Franciſc. de Araujo in Salmantica Academia primariæ Cathedræ moderator, de iuriſdictione Eccleſiaſtica optimè meritus *in 1. 2. D. Thomæ quæſt. 97. diſp. 3. ſect. 7. diffic. 1. verſ. hoc titulo pag. 717.* Homobon. *de examine Eccleſiaſt. tract. 11. c. 6. quæſ. 11. reſolut. 3. verſ. porrò.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 4. c. 40.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 330.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tract. 11. c. 15. à n. 137.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 2. cap. 97. n. 1. & in explic. Bullæ Cruc. §. 9. n. 104.* Ludou. Lopez *in inſtructor. conſcientiæ part. 1. c. 49.* Couar. *in c. quamuis pactum part. 1. §. 3. num. 12.* Henriq. *in ſumm. lib. 7 cap. 31. §. 6. lite. A.* Iacob. de Graff. *in deciſ. aur. p. 1. lib. 2. cap. 31. n. 21.* Fillinc. *in quæſt. moral. tom. 2. tract. 26.* 1

cap.9.num.262.& 266. Paul. Layman *in ſum. Theolog. moral. lib.4.tract.4. cap.8.num.7.* Bonacin. *in precepta decal. diſp.4. quæſt.2. puncto 7. §.4. num.11.* Ioan. Malder. *de virtut.tract.10. cap.5. dub.10.* Lauor. *de Iubil. §.2.cap.27.num.5.* Alzed. *de præcellent. Epiſc. dign. p.2.c.8.à princ.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi cap.58.§.4.* Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. diſpenſatio num.35.* Valer.Regin. *in praxi fori pœnit.lib.18.num.330.verſ. quod idem,* nouiſſimè Fr. Ludou.à Cruce *in expoſitione Bullæ Cruc.diſp.1.cap.6.dub.1.num.2.* me citato *in hoc loco* Boſſi.*de triplici Iubil. priuilegio,ſect.2. caſu 8. à princ.* Azor *inſtitut. moral.part.1. lib.11. cap.18. quæſ.4. verſ. mihi videtur, & cap.19. quæſ.3.* Sayr. *lib.5. ſuæ clauis Regiæ cap.8.num.9.& lib.6. cap.11. num.33. cum ſequentib.* Suar. *de Religione tom.2.tract.de iuram.lib.2. cap.40.num.4. cum ſequentib.& tract.de voto lib.6.c.21. num.2. cum ſequent.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.2.cap.8.num.51.* Leſſ.*de iuſtit.lib.2.cap.46.dubit.13. num.104.*nouiſſimè Trullench *in expoſit. Decalog.lib.2.cap.1. dub.22.num.7. & cap.2.dub.39.num.2.* qui aſ-
2 ſerunt † prædicta quinque iuramenta, ſeu vota eſſe Summo Pontifici reſeruata ex antiquiſſimo Curiæ ſtylo, potius quàm Iure ſcripto; nec huiuſmodi reſeruatio eſt hodie expreſſa *in Extrauag.vlt.ante finem, verſ. & generaliter, de Pœnitent. inter communes*, quia, vt optimè aduertit Leſſ. *num.104.* ſolùm ibi fit mentio prædictorum votorum ad effectum ea ſubtrahendi Confeſſariis, qui prætextu facultatum à Sede Apoſtolica conceſſarum ab illorum vinculis abſoluebant, quos etiam ibidem excommunicat, & ſic totum tribuendum eſt ſtylo, vel conſuetudini Summorum Pontificum, qui in euulgandis Iubilæis abſolutionem prædictorum votorum ſibi reſeruant, excepto voto terræ Sanctæ, de quo fit mentio *in cap. licet,* cum aliis, *de voto.*

3 De voto peregrinationis in templum Beatæ Virginis Lauretanæ, quòd ſit etiam ex reſeruatis ſummo Pontifici, tenet Nauar.*comm.1.de Regular.num.21.* quem ſequuntur Henriq.*dict.§ 6. litt. A, in fine,* Fr. Emman. *dict.num.104.* Fr. Ludouic. à Cruce *dict.n.2.* & quod fuerit reſeruatum in Bulla Papæ Leonis X. aſſerit P. Ioan.de Rojas *lib.2.hiſtoria Lauretanæ c.16. pag. mihi 85.* de quo tamen dubitant Pont. *dict.§.1. num.6.* Filliuc.*dict.cap 9.num.265.* Sanch.*dict.cap.40. num.8.* Suar. *dict.cap.21. num.14.* Homobon. *de examine eccleſ. part.2. tract.12. cap.3. pag. 444. & part.3. tract.13.cap.11.quæſ.34 reſol.4.* Boſſi.*dict.ſect.2. caſu 8. num 4.* Trullench *d. cap.3.dub.17.n.6.*

Hìc autem aduertendum duxi, integrum eſſe Epiſcopo cum eo ſeculari ſubdito diſpenſare, qui arctiorem Religionem ingredi vouit, vt ad laxiorem tranſeat, ſiquidem hoc non eſt diſpenſare in voto Religionis, cùm ſemper ſit Religioni obnoxius, ſed in modo & illius qualitate, hoc eſt, in arctiori vinculo. Ita Molfeſ. *in ſum. tract.11. cap. 15. num.146.* Bonacin. *in precepta diſp.4. quæſt. 2. puncto 7.§.4. n.21. verſ.tertio.* Iul. Lauor. *de Iubilæo part.2. cap. 27. n.110.* Alphonſ Leo *de Iubil.part.2.quæſt.10.ſect.3. num.116.* Baſil. Pont.*de Matrim.lib.8. c.8.§.2. num.23.* Barthol. à S. Fauſto *in theſ. Religioſor.lib. 3. quæſt.95. & lib.4. quæſt.69.* nouiſſimè Boſſi. *dict. ſect.2. caſu 19.* Fr. Emman. Sayr. & Sanch. quos refert, & ſequitur Homobon.*dict.reſol.3.in fine.* Leſſi.*dict.lib.2. cap.40. dub.18. num.124.* Azor.*dict.lib.11.cap.18 quæſ.8.* Fr. Ludouic.à Cruce *dict cap.6.dub.12. num.9.* Quicquid dicat Nauar.*comm 4.de Regular.num.10.ad fin.* & Trullench *d. lib.2.cap.2.dub.39.num.30.*

4 *Primò* amplia in voto terræ Sanctæ Epiſcopum minimè poſſe diſpenſare, non ſolùm quando emittitur in ſubſidium, ſeu in redemptionem illius, & itæ ad eam à faucibus hoſtium liberandam, vt olim faciebant Cruce ſignati, de quibus *in cap. quod ſuper his, de fide inſtrum. & in cap. licet, & in cap. ex multa, de voto;* verùm etiam ſi cauſa deuotionis ad viſitandum Sanctum Domini Sepulchrum, & loca illa pia iuramentum, ſeu votum fiat: idque attento ſtylo, ſeu praxi hodiernæ, iuxta quam quodcumque votum terræ Sanctæ ex cauſa ſolius deuotionis, & viſitationis factum (quale eſt hodie omne fere, quod emittitur) indiſtinctè cenſetur reſeruatum. Ita Syluest.*verb. votum 4 quæſt.3. verſ.5.* Couar. *in cap. quamuis part.1. §.3.num.12.* Greg.*in l.5.tit.8.part.1.* Fr.Emman. *in expoſitione Bullæ Cruciatæ §.9.num.129.* Azor.*inſtitut.moral part.1.lib.2. cap.19. dub.4.* alij, quos refert, & ſequitur Suar. *dict.lib.6.cap.21.num.5.* Sayr.*dict.cap. 11. num.36.* Leſſius *dict.num.104.* Ludou.à Cruc.*dict.c.6. dub.15.num.4.* Quamuis gloſſ.*in dict.cap ex multa,* vbi Anton.Abb. & alij, atque etiam *in d. cap.quod ſuper his, de fide inſtrum.* vbi Felin. *num.1.* Angel. *verb. votum 4.§.6.* Nauar.*in man.cap.12.num.75.* & alij citati à Suar.*dict.cap.21.num.2.* & à Sayr. *dict.num.36.* exiſtiment prædictum votum ſolum eſſe reſeruatum, quando fit in ſubſidium terræ Sanctæ, quorum ſententia de rigore Iuris vera videtur; quia Iura ſupradicta hoc ſolum caſu huiuſmodi votum reſeruant, non tamen ſecundum hodiernam praxim, & conſuetudinem, refert me citato Alzed. *d.part.2.cap.8. num.32.*

Secundò amplia in iuramentis, ſeu votis conditionalibus de materia aliàs reſeruata, prout ſunt ſupradicta, in quibus nec pendente conditione poteſt 5
Epiſcopus diſpenſare. Ita Sot.*lib.7.de iuſt. q.x. art.1. ad 4. & quæſt.4. art.3.* Nauar. *in man. cap. 12. num.43.* Fr.Emman.*dict.§.9.num.125.* Gutier.*canon.lib.2.c.22. num.vltim.* Azor.*inſtit.moral.part.1. lib.11.cap.19.q.13.* Suarez *dict.lib.6.cap.22.num.11.* me citato *in hoc loco* Sanctarel. *in tract.de Iubilæo anni ſancti, cap.11.dub.2.*
Cuius ratio eſt, quia † votum, ſeu iuramentum 6
conditionale, ſtatim ac fit, eſt perfectum quoad vinculum voti, ſeu iuramenti; omnis námque diſpoſitio conditionalis in ſua eſſentia à principio eſt perfecta, ex *l. vſusfructus 26. ad finem,* ibi, *ex præſenti vires accipit, ff. de ſtipulat. ſeruorum,* Afflict.*deciſ.280. num.3. vel 6.* Tiraquell. *de retract.lignag. §.14. gloſſ.2. num.17.* Conan. *lib.4. cap.8. à num.6.* Valaſc. *de iure emphyt.quæſt.49. num.6.* Et ita hæc opinio in puncto Iuris verior eſt. Quamuis contrariam ſequantur omnes fere Theologi, ex quorum numero ſunt Cardinal. Tolet.*in ſumm.lib.4.cap.19.in fin.* Sayr.*dict. cap.11. num.77.* Leſſ *vbi ſuprà, dubit.13.num.6. verſic. ſextus,* Sanchez *de Matrim.lib.8. diſput.10. n.12. cum ſequenti,* vbi alios refert, *& in precepta Decalogi lib.4. cap.40. num.8.* Fr. Ludouic. à Cruce *in expoſit. Bullæ Cruc.diſp.1.cap.6.dub.8.à num.4.* Filliuc.*dict. tract.26. c.9 num.269.* Baſil.Pont.*de Matrim.lib.8.cap.6.num.7.* Tambur. *de iure Abbatum tom.2. diſp.18.quæſt.6.n.37.* Paul.Layman.*d.tract.4.lib.4.cap.8. num.10.* nouiſſimè Boſſ.*d. ſect.2. caſu 10. num.34. cum ſeqq.* Trullench *in expoſit. Bull.S. Cruciat.lib.1.§.7.cap.3.dub.7.num.9. & d.lib.2.cap.2.dub.40.n.3.* Alzed.*diſp.2.c.8.num.6.* Diana *moral. reſol. part.1. tract.11. reſol.54. verſic. & ita etiam,* Bonacin. *d.diſp.4. quæſt.2.punct.7.§.4.num. 17. verſ.quinto,* quorum potiſſimum fundamentum eſt, quod votum conditionale non impleta conditione, nondum eſt perfectum, & conſummatum: igitur ad illud non poteſt extendi reſeruatio, quæ cum ſit odioſa, tanquam detrahens iuri Epiſcoporum, debet reſtringi, *cap. ſtatutum,* ibi, *cùm ſit pœnale, de elect in 6.* Cui tamen argumento reſpondemus negando antecedens; quia quamuis executio voti, ſeu iuramenti,

ſicut

ſicut cuiuſcunque alterius contractus,ſub conditione celebrari, ſit interim ſuſpenſa, pendente conditione, eſt tamen ſtatim, ac celebratus eſt perfectus contractus in ſua ſubſtantia, iuxta ſupradicta. Sed

7 *Primò* limita principalem reſolutionem quatenus habet nullum Prælatum præter Romanum Pontificem poſſe diſpenſare in prædictis quinque iuramentis, ſeu votis,non procedere, ſi fiant in pœnam, verbi gratia, *iuro, ſeu voueo me non luſurum tali ludo*,vel,*me non peccaturum tali,aut tali peccato, quod ſi ſecus fecero,ingrediar Religionem, aut ibo in terram Sanctam*,&c. ſuper quibus Epiſcopus ex cauſa poteſt diſpenſare,ex ea ratione, quia illa ſolum vota, ſeu iuramenta propriè Summo Pontifici reſeruantur,quæ ſimpliciter, & abſolutè ſunt Religionis, & caſtitatis voliiæ, & peregrinationis deſideratæ, qualia non ſunt pœnalia.Ita tenent Arsgon.2.2.*quæſt*.88.*art*.12. vbi ait eſſe Communem ſententiam,Lopez *in inſtruct. conſcientiæ, part*.1.*cap*.44. *colum*.2. vbi aſſerit eſſe ſententiam Doctorum ſui temporis, Tolet. *in ſum. lib*.4.*cap*.18.*in fine*,Henriq.*lib*.7.*de indulgentiis,cap*.30. §.6. vbi dicit eſſe Communem praxim poſt multos, quoz citat Fr. Emman. *in ſum part*.2. *cap*.97.*& quæſt. regularium, tom*.1.*quæſt*.63. *art*.7. vbi refert viros grauiſſimos eandem tenentes, Baſil. Pont. *de Matrim. lib*.8.*c*.9.*à n*.20.Sanctarel.*in tract. de Iubilæo anni Sancti, c*.11. *dub*.1 Trulleoch *d.lib*.2.*c*.2.*dub*.40.*n*.1. Leſſ. *lib*.2.*c*.40.*dub*.13.*n*.106. *verſ*.7. vbi probabilem dicit, & addit multos Theologos Salmaticen. ita reſpondiſſe,plures alios referunt,& ſequuntur Anton. Gomez *in Bullam Cruciatæ clauſ*.10.*num*.99.Soarez *dict. lib*.6. *cap*.23. *num* 6. *cum ſequenti*, *& cap*.26. *num*.17. Sayr. *dict.cap*.11.*num*.72. Fr.Ludou.Miranda *in man. Prælat.tom*.1.*quæſt*.47.*art*.6. Sanchez *dict.lib*.8.*diſp* 10. *num*.8. Vgolin.*de poteſtate Epiſcopi cap*.58.§.2.Valer. Regin.*d.lib*.18.*num*.337. Ioan.à Cruce *in directſ.Conſcient.part*.2.*prax*.2.*art*.2.*dub*.10.*concl*.4.*in fine*, Bonac. *d.punct*.7.§.4.*num*.17. *in fine*, Villalob.*in ſumm.tom*.2. *tract*.27.*clauſ*.9.§.3.*num*.42. latè Fr.Ludou.à Cruce *d. cap*.6. *dub*.9.*à num* 10. Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom* 2.*diſput*.18.*quæſt*.8.*num*.36. Paul. Layman *in ſumm. Theolog moral.lib*.4 *tract*.4. *cap*.8. *num*.9. Alzedo *d.part*.2.*cap*.8.*num*.3. Filliuc. *tom*.2.*tract*.26.*c*.9. *num*.270.Ioan.Malder.*de virtut.tract*.10.*cap*.5.*dub*.10. *verſ. nota*, Alphonſ. Leo *de Iubil. part*.2. *quæſt*. 13. *ſect*.1.*n*.85. Lauor. *in ſimili tract. part*.2.*cap*.27.*n*.177. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib*.3.*quæſt*.107. *num*. 4. *&* Boſſ. me citato *in hoc loco*, *ſect*. 2. *caſu* 10. *num*.29. Trullench *in expoſit. Bull. S. Cruc. lib*.1.§.7. *cap*.3.*dub*.6.*num*.12.Quamuis contrarium,imò etiam hoc votum, ſeu iuramentum eſſe reſeruatum exiſtiment Sot. *lib*.7.*de iuſtit.quæſt*.2.*art*.1.*ad* 4. Nauarr. *in manual. cap*.12.*num*.43. Couar. *in cap.quamuis.part*.1. §.3. *num*.12. Alcocer *in ſua ſumm. cap*.16. Graffiis *in deciſ. aureis, part*.1.*lib*.2.*cap*.28.*num*.3. Gutiet. *Canon. lib*.2. *cap*.22. *a num*.50. Azor. *inſtitut. moral.part*.1.*lib*. 11.*cap*.19.*quæſ*.13.Fr.Emman.*in Bullam Cruciatæ*, §.9. *num*.124. *dub*.2. qui tamen poſtea citato loco ſe retractauit, veriorem dicit Leſſ.*dict.verſ*.7.

Limita *ſecundò* circa votum de intranda Religione, vt non procedat in voto Religionis non approbatæ, in quo poterit Epiſcopus diſpenſare; quia Religio non approbata à Sede Apoſtol. non eſt verè Religio, & ideò id votum non eſt Religionis. Sic docent Leſſi. *lib*.2. *de iuſtit. cap*.40.*dub*.13. *num*. 205. Valer. Reginald.*d.lib*.18. *num*.332. *verſ. primo in voto*,Barthol.à S. Fauſto *in theſ.Relig.lib*.3. *quæſt*.96.Alphonſ. Leo *de Iubil.part*.2.*quæſt*.10. *ſect*.3.*numer*.113. Trullench *d.cap*.3.*dub*.16 *num*.3.Boſſi. *dict ſect*.2.*caſu* 19. *numer*. 6. Bonacina *d*. §.4. *num*. 21. *verſ. ſecundo*. Sanchez *d.lib*.4.*cap*.40.*num*.71. vbi hinc infert poſſe Epiſcopum diſpenſare in voto aſſumendi habitum fœminarum, quas vulgo *Beatas* appellant, & *num*. 72. reſoluit poſſe Epiſcopum diſpenſare in voto paupertatis & obedientiæ, ſiue in ſeculo, ſiue in Religione non approbata emiſſo, & *num*.73.pariter reſoluit poſſe Epiſcopum diſpenſare in voto ingrediendi aliquam Religionem ex Militaribus,excepta illa Equitum Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani de quo latè Diana *dict. part*.1. *tractat*.11.*reſol*. 77. *&* 78. ſubdit etiam Sanchez *dict. diſput*. 43. *num*. 74. poſſe Epiſcopum diſpenſare in qualitate adiuncta ſubſtantiæ voti Religionis, & *num*. 75. ſimiliter aſſerit ſi quis promittat non tantùm Religionem, ſed perſeuerantiam in illa, quamuis Pontifici reſeruetur diſpenſatio circa ingreſſum,poſſe Epiſcopum diſpenſare circa perſeuerantiam, & ita vt poſſit hic tempore nouitiatus exire ſi expertus Religionis auſteritates iuſta cauſa ad non perſeuerandum,ducatur, quia votum perſeuerandi eſt virtute diuerſum à voto Religionis,de quo etiam Trullench *d. cap*.3. *dub*.26. *num*.7. Fr. Ludou. à Cruce *d. cap*.6. *dub*.22. *num*.5. Vnde Epiſcopum poſſe diſpenſare in voto ingrediendi Religionem arctiorem, commutando illud in laxiorem, vt per Henriq. *d.lib*.7.*c*.22. §.7. Bonacin. *d*.§ 4. *num*. 21. *verſ. tertio*. Sayr. *in claui Reg.lib*.6. *cap*.11.*num*.62. Trullench *d.lib*.1.§.7. *art*.3. *dub*.16.*n*.7. Leſſ.*d.lib*.2.*cap*.40. *dub*.18. *n*.124. quos & alios refert,& ſequitur Diana *moral.reſol.p*.1.*tract*.11. *reſol*.55. *verſ. & ideo*. Hinc fit vt ſi contingat quòd Pontifex votum Religionis commutet in aliam materiam, non reſeruatam, vt in Confeſſiones menſtruas,aut quid ſimile, poſſe materiam ſubrogatam per Epiſcopum diſpenſari,quia votum illud reſeruatum fuit per Pontificiam commutationem extinctũ, & aliud loco illius ſubſtitutum, quod non eſt reſeruatum. Ita Henriq. *d.lib*.7.*c*.30.*num*.5.*verſ*.4. Fr.Emman. *in ſumm tom*.2.*cap*.96. *ad fin*. Bonac.*d*.§.4.*n*.18. *verſ.ſexto*. Sanchez *d.diſp*.9.*num*.20. Leſſ.*d.lib*.2.*c*.40. *dub*.18. *num*.124. Ioan. Sanc.*in ſelect.diſp*. 14.*num*.14. Filliuc.*tom*.2.*tract*.26. *cap*.10. *num*.294. Fr. Ludou. à Cruce *d.cap*.6.*dub*.12. *num* 8. *cum ſeqq*. Trullench *d. lib*.1.§.7.*cap*.3.*dub*.14. *num*.7. Boſſ. *d.ſect*.2.*caſ*.12.Similiter ex dictis infertur votum vouendi Religionem, aut perpetuam caſtitatem, eſſe commutabile per Epiſcopum, quia non eſt Religionis, neque caſtitatis, Suarez *d.lib*.6. *de voto*, *cap*.21. *num*.7. Sanchez *d.cap*.40. *num*.70. Layman *d.lib*.4. *tract*.4.*cap*.8. *num* 8. *verſ.ſexto*.Barthol.à S.Fauſt. *in theſ.Relig lib*.3. *quæſt*.22.Boſſ.*dict ſect*.2.*caſu* 17.Denique poterit Epiſcopos ordinaria poteſtate diſpenſare, vt votum Religionis ex iuſta cauſa non impleatur tempore præſtituto, Sanchez *dict. lib*.8.*diſput*.9.*num*.19. *& d. lib*.4.*cap*.40. *num*.76. Diana *d.part*.1. *tract*.11. *reſol*.80. Bonac.*d*.§.4.*n*.12.*verſ.ſexto*.

Limita *tertiò* eandem principalem reſolutionem, vt non procedat in voto continentiæ, ſi detur vrgens cauſa, ſeu grauis neceſſitas, quæ ſuadeat neceſſariam eſſe diſpenſationem in tali voto, prout eſt probabile periculum incontinentiæ, vel ſimile, & interueniat ſimul Impotentia moralis, vel graue impedimentum adeundi Pontificem, & ſic detur probabile periculum in mora, in quo caſo poteſt Epiſcopus diſpenſare. Ita per text. *in cap. veniens*, *qui clerici*, *vel vouentes*, reſoluunt Sylueſt. *verb. votum*, 4.*quæſt*.4. *& verb. diſpenſatio*, §.9. Nauar. *in man cap*.11.*num*.76. Fr. Emman. *quæſt.Regul. tom*. 1. *quæſt*.63. *art*.6. plures refert Sanchez *de Matrimon. lib*.8. *diſput* 9. *num*.22. *cum ſeq*. *& in præcepta Decalogi*, *lib*.4.*cap*.40. *num*.32. Bonacin. *dict.diſp*.4.

quæst. 2. *puncto* 7. §. 4. *num.* 15. latè Suarez *dict. lib.* 6. *cap.* 26. *à num.* 8. *cum sequentib.* Less. *d. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 13. *num.* 106. *versic. quarto*, Basil. Pont. *de Matrimon. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 20. & 21. me citato *in hoc loco* Homubon. *de examine Ecclesiastico tract.* 12. *cap.* 3. *quæst.* 11. *limitat.* 2. *pag.* 445. & etiam me citato *in hoc loco* Sanctarel. *de Iubilæo anni sancti cap.* 9. *in fine.* Vtrùm autem votum castitatis perpetuæ saltem metu incussum possit per Episcopum dispensari? latè disputant Fr. Ludouic. à Cruce *dict. cap.* 6. *dub.* 13. *per tot.* Boss. *dict. sect.* 2. *casu* 14. *per tot.* Diana *d. tract.* 11. *resol.* 73. Suarez *d. lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 4. Trullench *d. dub.* 13. Bonacin. *d. disput.* 4. *quæst.* 2. *punct.* 7. §. 4. *num.* 17. *versic. secundo*, vbi affirmatiuè respondit, quamuis metus leuiter emissus sit, vbi *in versic. tertio*, post Suarez *dict. cap.* 26. *num.* 6. & Sanchez *d. cap.* 40. *num.* 26. & 80. subdit quòd quando dubitatur vtrùm votum castitatis sit validum, vel vtrùm sit reseruatum, dispensat Episcopus.

9 Aduerte Episcopum data legitima causa etiam dispensare posse cum eo, qui post votum simplex castitatis, matrimonium ratum contraxerit, ad effectum, vt possit petere debitum; quamuis enim peccauerit contrahendo, iuxta ea, quæ notant Doctores *in cap. meminimus*, & *in cap. rursus, qui clerici, vel vouentes*, & adhuc votum posset implere, si velit, ingrediendo Religionem, etiam in vita vxoris, iuxta *cap.* 2. *cap. ex publico*, *cap. ex parte* 14. *de conuers. coniugat.* Nihilominus tamen ad id non tenetur, quia formalem Religionis ingressum non vouit, iuuat text. optim. *in cap. penult. de Regularib. in* 6. tenent Sot. *in* 4. *distinct.* 38. *quæst.* 2. *art.* 1. latè Sayr. *dict. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 6. Less. *dict. dubit.* 13. *num.* 106. Quamuis Nauarr. *d. cap.* 12. *versic.* 14. Azor. *lib.* 11. *cap.* 19. *dub.* 5. & multi alij citati à Sayr. *vbi proximè*, contradicant. Ac subinde potest Episcopus dispensare dando facultatem debitum petendi. Ita Syluest. post D. Thomam, quem refert, *verb. matrimonium* 7. *num.* 5. *vers.* 11. Valer. Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 331. *versic. tertio*, Diana *dict. part.* 1. *tract.* 11. *resol.* 66. Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 17. Sayr. *lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 53. *vers. idem etiam*, vbi addit eandem dispensationem posse fieri ab Episcopo, cum eo, qui post contractum matrimonium ratum, votum castitatis emisit.

10 Sic similiter ex eadem ratione potest Episcopus dispensare, vt possit petere debitum ille coniux, qui post matrimonium consummatum, fecit votum castitatis sine alterius coniugis consensu. Ita D. Anton. 3. *p. tit.* 1. *c.* 22. §. 2. & 3. & Syluester *d. vers.* 11. Sot. & alij, quos refert Sayr. *d. cap.* 11. *num.* 52. me citato *in hoc loco* Alzed. *dict. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 24. rectè aduertens, quòd mortua vxore iste, qui in his casibus fecit votum castitatis, non potest matrimonium licitè contrahere; quia Episcopus non dispensauit in castitate perpetua, sed tantùm, vt possit petere debitum. At quod attinet ad hanc materiam melios quàm omnes illam attingit Trullench *in exposit. Bullæ Cruciatæ lib.* 1. §. 7. *cap.* 3. *dub.* 15. *per tot.* vbi *num.* 14. resoluit quòd quando coniux alter solus de licentia alterius vouit continentiam matrimonio non consummato, & animo ingrediendi Religionem, sciendo non aliter esse in sua potestate implere perfectè votum, tunc non potest cum eo Episcopus dispensare etiam ad debitum petendum; at si iam matrimonium consummauit, poterit dispensare Episcopus ad solum debitum petendum.

11 Item quando post matrimonium coniuges mutuo consensu faciunt votum castitatis, controuersum est an solus Pontifex possit dispensare in tali voto? Dic quòd si detur periculum incontinentiæ in altertutro, & non possit ex infirmitate, paupertate, aliave ratione patere aditus ad Summum Pontificem, poterit Episcopus dispensare, vt matrimonio vtantur, siue petendo, siue reddendo, Angel. *verb. votum* 4. *quæst.* 6. *specul. coniugatorum*, *part.* 1. *art.* 15. *in fine.* Nauar. *dict. cap.* 12. *num.* 39. *vers.* 31. & *num.* 76. *vers.* 5. Henriq. *in summ. lib.* 11. *cap.* 15. *num.* 8. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 243. *num.* 14. Sanchez *dict. lib.* 8. *disp.* 11. *num.* 10. Anton. Gom. *in Bulla Cruc. claus.* 10. *num.* 108. Fr. Ludou. à Cruce *d. c.* 6. *dub.* 14. *num.* 6. me citato *in hoc loco* Alzedo *d. p.* 2. *c.* 8. *n.* 96. Azor. *d. c.* 19. *q.* 18. Trullench *d. cap.* 3. *dub.* 13. *num.* 16. vbi *num.* 17. subdit quòd hæc Episcopi dispensatio ob eam vrgentem necessitatem concessa solum potest esse ad petendum & reddendum debitum in eo matrimonio, quia ad hoc solùm necessitas vrget.

12 Vtrùm verò possit Episcopus dispensare, vt incestuosus petat debitum ab vxore sua iam eidem effecta affine per prædictum incestum? Dubitant DD. in qua quæst. Gutier. *d. cap.* 23. *num.* 10. *cum sequenti*, post aliud resoluit non posse Episcopum dispensare, nisi casu necessitatis, eo quod non patet facilis aditus ad Pontificem, & sit incontinentiæ periculum, quod admittit in eo, qui incestum committeret scelestissimum, videlicet cum socru, vel sorore vxoris, Iacob de Graffiis *d. lib.* 2. *cap.* 81. *num.* 3. Verùm communiter tenent Doctores posse semper Episcopum in hoc dispensare; ita Galet. *de cognat. spirit. cap.* 19. *num.* 14. Tulet. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 6. Vgolin. *de potestate Episcopi*, *cap.* 60. §. 2. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 15. *num.* 11. *in fine.* Fr. Emman. *in Bullam Cruciata*, §. 13. *num.* 7. & *in summ. tom.* 1. *cap.* 243. *num.* 12. plures alios Doctores refert, & sequitur Sanchez *d. lib.* 8. *disput.* 12. *num.* 13. vbi *à num.* 15. an possit Episcopus dispensare cum coniuge ad petendum debitum, qui cum suo coniuge contraxit cognationem spiritualem?

13 Aduerte etiam Episcopum non solùm in prædicto voto castitatis, sed etiam in omnibus aliis quatuor posse dispensare certo modo, data graui, & vrgente necessitate, & interueniente simul difficultate adeundi Pontificem: Sanchez *d. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 37. Fr. Ludou. à Cruce *d. cap.* 6 *dub.* 15. *num* 3. *cum seq.* vbi intelligit procedere etiamsi adsit recursus ad Apost. Nuntium, Suar. *d. tom.* 2. *de Relig. lib.* 6. *de voto cap.* 26. *n.* 9. & *seq.* Less. *d. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 13. *num.* 106. Bonacin. *d. disp.* 4. *quæst.* 2. *punct.* 7. §. 4. *num.* 15. Filliuc. *dict. tract.* 26. *cap.* 9. *num.* 277. Paul. Layman. *d. lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 16. Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 3. *q.* 61. Leo *d. sect.* 2. *à num.* 107. me citato *in hoc loco* Boss. *d. sect.* 2. *casu* 20. *num.* 23. cum quo declara *numeris seqq.* Trullench *in exposit. Bull. S. Cruc. lib.* 1. §. 7. *cap.* 3. *dub.* 6. *n.* 2. Alzed. *d. p.* 2. *cap.* 8. *num.* 13. quia verò regulariter in his quatuor votis, cum illa sint affirmatiua, non potest dari necessitas, quæ suadeat illorum dispensationem, sed dilationem, in illis poterit Episcopus dispensare, data etiam prædicta causa, & difficultate adeundi Summum Pontificem, verbi gratia, si aliquis intra annum voueat fieri Religiosus, vel facere peregrinationem reseruatam, poterit Episcopus cum illo dispensare, vt per alium annum differat, de quo vide omnino Vgolin. *de potestate Episcopi*, *c.* 58. §. 4. *num.* 2. Suar. *dict. lib.* 6. *cap.* 26. *à num.* 9. *vsque ad num.* 12.

14 Intellige deinde in casibus contentis in hac limitatione non posse Confessarios Mendicantes, nec illorum priuilegio gaudentes dispensare. Licèt enim possint dispensare in votis Episcopo reseruatis, vt alibi notauimus: nihilominus tamen id intelligitur de votis reseruatis Episcopo Iure communi, & ordinario, non tamen de votis ipsi reseruatis iure speciali,

ciali, in qoibus videtur electa industria personæ, vt resoluunt Fr. Emman. tom. 1. quæst. 6. art. 6. Leo in tract. de Iubileo, part. 2. q. 13. sect. 2. num. 97. me citato in hoc loco Diana moral. resol. part. 1. tract. 11. resol. 56. vers. notandum, me citato in hoc loco Trullench in exposit. Bulla Cruciata, lib. 1. §. 7. c. 3. dub. 15. num. 19. me etiam citato in hoc loco Homobon. vbi supra limitat. 3. Suar. dict. cap. 26. num. 16. cum sequenti, vbi n. 15. tenet quòd Episcopi in prædictis votis dispensare possint, licet Nuncius, seu Legatus Apostolicus sit in eadem Prouincia, cum quodam tameo temperamento, de quo ibi.

15 Limita quartò, vt procedat solùm in voto perpetuæ castitatis, noo autem ad tempus; putà ad annum, vel decennium, in quo potest Episcopus dispensare, sicut & in voto certæ castitatis, veluti in non committendo adulterium, aut aliud certum libidinis genus, quia huiusmodi votum non est perpetuæ castitatis, quod Papæ tantùm reseruatur. Ita Sot. in 4. dist. 38. quæst. 2. art. 2. concl. 1. in fine, & lib. 7. de iustit. quæst. 4. art. 3. col. 1. Nauar. in man. cap. 12. num. 76. versic. 5. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. paulò ante solut. ad 1. Iacob. de Graffiis in aureis decis. part. 1. lib. 2. c. 31. n. 29. Bonacina dict. §. 4. num. 18. versic. septimo. Anton. Gomez in exposit. Cruciata claus. 10. num. 109. Henriq. lib. 7. cap. 30. §. 6. Valent. 2. 2. disputat. 6. quæst. 6. punct. 7. col. 10. vers. ex quo sequitur, Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 96. num. 5. & in exposit. Cruciata, §. 9. num. 1. & 120. Fr. Ludou. à Cruce d. disput. 1. cap. 6. dub. 10. Fr. Emman. in summ. tom. 4. cap. 187. num. 17. vbi limitat in voto facto ad centum, seu 80. annos, quia reputatur perpetuum, post Angel. Emman. Sà, Palat. Angl. Fr. Ludou. Lopez, & plures alios Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 9. num. 6. Azor. d. lib. 11. cap. 19. dub. 6. Vgolin. d. cap. 59. §. 3. num. 1. & alij, quos refert, & sequitur Sayr. dict. cap. 11. num. 48. Valet. Reginald. d. lib. 18. num. 331. vers. secundo, & num. 334. vers. tertium, & num 336. Ascan. Tambutin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 18. quæst. 8. num. 7. Alzed. d. p. 1. cap. 8. num. 14. & multò plures Sanctarel. de Iubilao anni sancti, cap. 9. dub. 1. Sanchez d. lib. 4. cap. 40. num. 48. Trullench d. lib. 2. cap. 2. dub. 39. num. 16. Bonacin. in præcepta disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 4. num. 18. vers. septimo, Paul. Layman d. lib. 4. tract. 4. c. 8. num. 8. Barbol. à S. Fausto in thesauro Relig. lib. 3. quæst. 70. Sanctar. de Iubil. cap. 5. dub. 1. Alphons. Leo in simili tract. part. 2. quæst. 13. sect. 1. num. 95. me citato in hoc loco Boss. d. sect. 2. cas. 17. Diana d. part. 1. tract. 11. resol. 57.

16 Er posse Episcopum votum peregrinationis faciendæ tali tempore prorogare, si iusta adsit causa, veluti quia vouens morbo impeditur, vel viaticum non habet, aut carcere detinetur, resoluit Vgolin. d. c. 58. §. 4. n. 3. & latè de potestate Episcopi circa dilationem executionis votorum reseruatorum, vide nouissimè Boss. d. sect. 2. cas. 19. n. 4. cum seq. Sanchez d. lib. 4. cap. 40. num. 76. vbi probabilius existimat
17 † posse Episcopum Ordinaria potestate dispensare in hac dilatione, dummodo votum non adeò differatur, vt sit periculum in eum statum incidendi, vt vouens reddatur impotens ad votum implendum, quod hoc non sit dispensare in substantia voti reseruati; sed in eius qualitate, Trullench d. c. 3. dub. 16. num. 9.

Ex prædicta etiam ratione poterit dispensare in votu de non contrahendo matrimonium, seu nunquam nubendi, quia non est votum simpliciter castitatis, neque illud violatur, si vouens eum alia fornicetur. Ita Nauar. Valent. Henriq. Fr. Emman. & Iacob. de Graffiis, vbi supra, Fr Ludou. in instruct. conscientia, part. 1. cap. 49. col. 2. versic. licet Episcopus, Gotier. Canon. lib. 2. cap. 22. num. 49. Trullench d. cap. 3. dub. 15. num. 23. Sanchez d. disp. 9. num. 11. & d. lib. 4. cap. 40 num. 66. Vgolin. d. cap 58 §. 3. num. 3. Sanctarel. dict cap. 9. dub 5. Azor. d cap. 19. quæs. 5. Basil. Pont. de Matrim. lib 8. cap. 8. §. 2. num. 19. Sayr. dict. cap. 11, num. 46. cum sequenti Fr. Ludou. à Cruce d disp. 1. cap. 6. dub. 10. num. 4 Barthol. à S. Fausto d. lib. 3. quæst 74. Homobon. part. 2. exam. tract. 12 cap. 4. pag. 445. col 1. Iul. Lauor. d. cap. 27. num. 11. Leo d sect. 4. n. 100. Boss. d. sect. 2. casu 20. num 2. Ioan. de la Cruz in direct. conscient. p. 1. prac. 2. art. 2. dub 10. concl. 3. me citato in hoc loco Diana dict. part. 1. tract. 11. resol. 59.

Sicut etiam votum virginitatis erit ab Episcopo 18
dispensabile, si vouens intendat solum seruare corporis integritatem, fugiendo primum actum venereum; si enim illam semel admittat, iam voti obligatio euanescit, ac subinde cum non sit perpetuæ castitatis, manet ab Episcopo dispensabile; secus erit si habeat intentionem castitatem simpliciter seruandi, quia tunc erit reseruatum, iuxta ea quæ notant Sayr. dict. cap. 11. num. 55. cum 4. sequent. Graff dict cap 21. num. 31. Gutier. de matrim. c. 123. num. 8. Azor. instit. moral part. 1. lib. 11. cap. 19. quæs. 10. Portel. in addit. ad dubia Regular. verb. voti dispensatio num. 78. me citato in hoc loco Diana moral. resol. part. 1. tract. 11. resol. 60. vers. & ita

Hinc etiam ex dictis deducitur posse per Episcopum dispensari votum seruandi castitatem coniugalem, cum id non sit votum castitatis absolutum, sed partis. Ita Henriq. lib. 7. de Indulgent. cap. 30. num. 6. Sanch. dict. lib 8. disp 9. num. 14. & dict lib. 4. cap. 40. num. 50. Sanctarel. de Iubila. cap. 9. dub. 3. Fr. Ludouic. à Cruce dict. cap 6. dub. 10. n. 10. Diana dict part. 1. tract. 11. resol. 62. Trullench dict. lib 1. §. 7. cap. 3. dub. 25. num. 10.

Sicut etiam potest dispensari votum de abstinendo à quouis peccato venereo, etiam mollitiei, quia huiusmodi vota non sunt absolutæ castitatis, cum possit sic vouens adhuc matrimonium contrahere. Ita Diana d part. 1. tract. 11. resol. 61. Valer. Reginald. d. lib. 18. cap. 22. num. 331 Less. lib. 2. cap. 40. num. 127. Bonacin. d. §. 4. num. 21. vers quinto, Trullench d. cap. 3. dub. 15. num. 14. Molfes. in sum. tom. 1. tract. 11. cap. 15. num. 50. Vgolin. de potest. Episc. cap. 58. §. 3. num. 3. Portel. in addit. verb. voti dispensatio num. 78. Fr. Ludou. à Cruce d. dub. 10. num. 12.

Limita quintò circa triplicis peregrinationis reseruatæ votum, vt non procedat supradicta principalis resolutio quando expressus vouentis finis fuit non ad inuisenda ea loca, sed ad alium finem; vt si quis promittat ire Romam ad inuisendam imaginem Beatissimæ Virginis, vel ad osculandum Pontificis pedes, vel ad impetrandum alicuius peccati absolutionem ab eo; ac proinde in his casibus, & similiter in aliis cæterarum peregrinationum reseruatarum posse Episcopum dispensare resoluit Alzed. dict. part. 2. cap. 8. num. 31. Sanch. dict. cap. 40. num. 77. vbi num. 78. tenet posse etiam Episcopum dispensare in qualitate his peregrinationibus adiuncta. & num. 79. asserit votum non petendæ dispensationis ab alio quàm à Romano Pont. non esse reseruatum, ac proinde posse Episcopum in illo dispensare, & num. 80. dicit in dubio an votum sit reseruatum nec ne, iudicandum esse in partem benigniorem, vt reseruatum non censeatur, de quo etiam Diana moral. part. 4. tract. 3. resol. 39.

Circa votum etiam suscipiendi sacros Ordines 19
resolue non esse Papæ reseruatum, sed posse per Episcopum dispensari, cum non sit castitatis, sed assumendi statum, cui castitas annexa est, Nauar. cons. 32.

in antiquis alias 18. *in nouis de voto*, Azor. *dict.lib.* 11. *cap.* 19. *quæst.* 9. Filliuc. *dict. tract.* 26. *cap.* 9. *n.* 262. Layman *dict. cap.* 8. *num.* 8. Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 3. *quæst.* 94. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp* 9. *num.* 13. *& dict. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 69. Basil. Pont. *dict. lib.* 8. *cap.* 8. §. 2. *n.* 21. Trulench *dict. cap.* 3. *dub.* 15. *n.* 26. Sanctarel. *dict. cap.* 9. *dub.* 4. Molfes. *dict tract.* 11. *cap.* 15. *n.* 148. Lodou. à Croce *d. cap.* 6. *dub.* 10. *num.* 6. Vgol. *d. cap.* 58. §. 3. *vers. quinto.* Suar. *d. cap.* 21 *num.* 6. *cum seq.* Sayr. *dict. cap.* 11. *num.* 60. Valer Reginald. *d. num.* 331. *vers. quarto* Leo *dict. sect.* 2. *num.* 105. me citato *in hoc loco* Bossi. *d. sect.* 2. *casu* 20. *num.* 9. Diana *d. part.* 1. *tract.* 11. *resolut.* 64. Bonacin. *dict.* §. 4. *num.* 17. quia, vt supra dicebam, tale votum non est votum castitatis, eo quod non promittit castitatem præsentem, sed futuram, scilicet postquam fuerit ordinatus; vnde si iste talis antequam ordinetur, peccet cum aliqua, non proinde facit contra votum, Nauar. *vbi supra, & in man. cap.* 12. *n.* 47. Azor. *dict. loco*, Suar. *d. c.* 21. *num.* 7.

20 Vtròm autem possit quis ita se suo voto obligare, vt intendat efficaciter quod à nemine tolli possit, nisi à Papa, & ita suum votum efficere reseruatum, licet alias non sit: Responde, quòd non, cum Suar. *d. cap.* 21. *num.* 15. apud quem à *num.* 11. cum duobus sequentibus videbis nonnullas declarationes circa votum terræ Sanctæ.

21 Quæstio restat in hac materia non contemnenda,
virùm scilicet, qui habet potestatem dispensandi
in votis, & iuramentis, possit eadem commutare? In
qua quæst. affirmatiuè respondendum est cum Sayr.
in clau Regia lib. 5. *cap* 8. *num.* 14. Lessi. *dict. lib.* 2. *cap.*
41 *num.* 58. Suar. *lib.* 6. *de voto cap.* 9. *num. vltim. & cap.*
10. *num.* 1. Vgolin. *de potestate Episcopi cap.* 59. *num.* 5.
Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap* 52. *à num.*
1. nouissimè Fr. Ludou. à Cruce *in exposit. Bullæ Cruciatæ disp.* 1. *cap.* 6. *dub.* 7. *in princ.* & Trulench *dict. lib.*
2. *cap.* 2. *dub.* 46. propter regulam, quæ habet, quod
cui conceditur maius, & minus concessum esse vi-
22 detur, vt *in cap cui licet* 53 *de reg. iuris in* 6. † qui pro-
priè & absoluté procedit in his, quæ à Iure commu-
ni conceduntur, tradunt Ias. *in l.* 3. *num.* 43 *ff. de constit.*
Princip. Felin. *in cap. postulasti, num.* 9. *de rescriptis*, Re-
buff. *in praxi titul. de dispensat. ad plura num.* 64. & sic
intelligitur text. difficilis *in cap. ex parte* 27. *de decimis*, vltra varios intellectus, quos adducunt Couar.
lib. 1. *var. cap.* 17. *num.* 13. Fortun. *in* § *& quid si tantum*,
num. 164. Rebuff. *de decim q.* 14. *à princ.* Menoch. *consil.* 36. *à num.* 2. & de eo suprà tractaui *Allegat.* 33. *n.* 1.
Trullench *dict. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 47.

23 Difficilior tamen quæstio est, an delegata potestate dispensandi in iuramentis seu votis, censeatur cõcessa potestas commutandi? Affirmatiuè respondendum est cum Fr. Emman. *in summ part.* 1. *cap.* 192. *conclus.* 1. Henriq. *lib.* 7. *de indulgent. cap.* 30. *num.* 5. Sayr. *dict. num.* 14. *& eod. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 15. *& cap.* 11. *à n.* 116. latè Suar. quæstionem disputante in vtramque partem dicto *lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 7. *cum seq.* Lessi. *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 13. *num.* 44. Bonacin. *in decem præcepta disp.* 4. *q.* 2. *puncto* 7. §. 3. *n.* 10. Filliuc. *in quæst. moralib. part.* 2. *tract.* 26. *cap.* 9. *num.* 252. Paul. Layman *in sum. Theol. moralis lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 20. Homobon. de Bonis *de examine eccles. part.* 1. *tract.* 5. *cap.* 6. *q.* 40. Basil. Pont. *de matrim. lib.* 8. *cap.* 10. *num.* 3. *&* 4. nouissimè me citato *in hoc loco* Boss. *de triplici Iubilæi priuil. sect.* 2. *casu* 3. *per tot.* Licèt contrarium teneant Nauar. *in man. cap.* 12 *num.* 79. *vers. illud.* Sorb. Azor. & Beia, quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib.* 4. *cap.* 53. *num.* 4. contra quos efficaciter vrget, & retorquetur argumentum, quo illi vtuntur; quia licèt dispensatio sit odiosa respectu illorum cum quibus dispensatur, & vti talis restringenda, *cap.* 1. *de filiis Presb. in* 6. *cap. non potest.* *cap. cum in aliis, de præbend. eod. lib.* Brunor. à Sole *verb. dispensatio num.* 7. Cardos. *eod. verb. num.* 9. *&* 19. Moner *de distrib. quotid. q.* 14. *num.* 5. Girond. *de priuilegiorum explicat. num.* 1111. me citato Bossi.
dict. casu 3. *num.* 5. † nihilominus potestas dispen- 24
sandi alicui concessa, non inter odiosa, sed inter fa-
uorabilia censenda est, ita vt quemadmodum beneficium Principis largissimè est interpretandum respectu ipsius, *l.* 3. *de constit. Principum*, *cap. cùm dilecti, de den. cap. olim de verborum significat.* Moner. *d. q.* 14. *n.* 39. Cardos. *verb. beneficium num.* 67. Valasc. *cons.* 58. *n.* 11. ita prædicta dispensandi potestas quoad eum, cui conceditur, latissimè est amplianda, text. optimus, vbi notarunt *glos.* 2. & Abb. *in cap. vlt. de simon.* in proposito Suar. *d. cap.* 12. *n.* 9. Lessi. *d. c.* 42. *n.* 60. Bossi. *d. casu* 3. *n.* 5. *in fine.*

E conuerso autem † data potestate commutandi 25
iuramenta, seu vota, non censetur eo ipso potestas dispensandi concessa, vt post alios, quos refert, & sequitur, resoluit Suar. quæstionem disputans in vtramque partem, *d. cap.* 12. *à n.* 1. *vsque ad num.* 6. sequitur Valer. Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 339. *vers. potest.* latè Ludou. à Cruce *d. dub.* 7. *à num.* 1. Bonacina *d. puncto* 7. §. 4. *num.* 30. Sayr. *d. cap.* 11. *n.* 118. Basil. Pont. *d. cap.* 10. *num.* 1. Bossi. *dict. sect.* 2. *casu* 4.

ALLEGATIO XXXVIII.

Episcopus an possit ad tempus, vel ad certum effectum interdictum suspendere, & quid liceat, vel non liceat ei agere tempore interdicti?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest pro certa festiuitate, vel occasione interdictũ ad tempus suspendere, secundum aliquos.*

2 *Contrarium defendunt alij.*

3 *Distinctionis fœdere has contrarias opiniones ad concordiam reducunt alij.*

4 *Verior opinio est, quæ indistinctè tenet Episcopum nullum interdictum posse suspendere, etiamsi illud protulerit.*

5 *Absoluere qui valet à censura, non potest eandem ad tempus suspendere.*

6 *Censura quomodo dicatur pendere ab intentione proferentis.*

7 Cap. dilectis, vers. qui verò, de appellat. *declaratur.*

8 *Interdicti effectus in eius prolatione potest Episcopus diuidere, & limitare.*

9 *Interdictum à Papa promulgatum non licet Episcopo per se, vel per alium violare, nisi in casibus à Iure permissis.*

10 *Episcopus violans suum interdictum incurrit pœnas Iuris & irregularitatem.*

11 *Episcopus ex priuilegio Iuris eximitur à generali interdicto loci, nisi dederit causam interdicto, vel in eo culpabilis sit.*

12 *Interdicti tempore tenentur Missam audire sub præcepto peccati mort. quibus ex priuilegio vel à Iure conceditur, vt possint diuinis interesse.*

13 *Confirmationis Sacramentum licet Episcopo conferre tempore interdicti.*

14 *Episcopo licet tempore interdicti cum moderamine, cap. alma mater, conficere Chrisma Feria quinta in Cœna Domini.*

15 *Inter*

15 *Interdicto in loco, & personis interdictis non licet Episcopo Ordines conferre, etiam primam tonsuram, nec aquam, palmas, vel cineres solemniter benedicere, vt n. 16.*

16 *Episcopo non licet ponere interdictum generale personale pro culpa vnius priuati hominis, nisi ex speciali commissione Papæ.*

17 *Interdictum generale loci ob non solutionem debiti pecuniarij priuati non potest Episcopus ponere sine licentia Papæ.*

18 *Interdicti tempore licet Episcopis exercere iurisdictionem circa spiritualia.*

19 *Benedictionem priuatam in itinere licet Episcopo dare tempore interdicti.*

1 PRo certa festiuitate, vel occasione, veluti pro Missa noua, professione facienda, aut pro sepultura alicuius nobilis personæ, posse Episcopum interdictum suspendere ad tempus, vel ad certum effectum, videtur probare *glos. 1. in fine in c. præsenti, de sentent. excom. lib. 6.* & docet Nauar *in man. cap. 27. num. 183.* sequitur Sayr. *de cens. lib. 5. cap. 23. num. 18.* & pro eis videtur expressa decisio text *in cap. dilectis 55. vers. quia verò, de appell.* ibi, *cuius effectum ad tempus duxerat suspendendum*, & ibi notat glossa. Et in excommunicatione videntur firmare Cou. *in cap. alma mater §. 11. à num. 6.* & Lauret. de Franchis *in controuers. inter Episcopum & Regulares q. 14 pag. 329.* dum tenent, quòd licèt excommunicatio verè non possit suspendi, tamen nihil impedit quin ab ea detur absolutio ad certum actum, vel tempus, quo finito ille reincidit in eandem excommunicationem vt prius.

2 Contrarium tamen, imò Episcopum huiusmodi interdictum in prædictis casibus suspendere non posse expresè resoluit glos. *in cap. ad hæc 37 de appellat.* & eam sequuntur communiter Doctores; vt constat ex relatis ab Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 51. § 4. vers. quarto*, & constanter Auila *de censur. disp. 6. dub. 6. concl. 4.* Villolob. *in sum. tom. 1. tract. 19. diffic. 12. n. 2.* nouissimè me citato Ioan. Machado *in tract. del perfeto Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 13. docum. 14. n. 4.* vbi hanc partem dicit probabilem; at contrarium in quocumque interdicto locali, aut personali generali tenet. qui plures afferunt rationes; tum quia Episcopi sunt inferiores lege Pontificia, ac subinde eam seruare, non autem priuilegio, aut dispensatione tollere possunt, iuxta regulam *cap. cùm inferior, de maiorit. & obed.* cum vulgaribus; tum etiam, quia censura secum trahit executionem, & ideò nec per appellationem eius effectus suspendi possunt, *c. pastoralis §. verùm, de appell.* iuncto *d. cap. ad hæc 37. eodem tit.* ergo à fortiori neque Episcopus inferior poterit eam suspendere.

3 Alij tamen distinctionis fœdere has contrarias opiniones ad concordiam reducere nituntur, hoc modo. Aut interdictum est latum à iure, vel ab homine; quando à iure prolatum est, ab Episcopo suspendi posse concedunt, vt ex Soto (qui hoc non dicit) *in 4. distinct. 22. quæst. 3. art. 1. concl. 3.* tradit Fr. Emman *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 111. art. 1.* & post Syluest. Suar. *tom. 5. disp. 38. sect. 3. num. 6.* quod ea ratione probatur, quia quoties conditor Canonis censuræ absolutionem non reseruauit, potestatem absoluendi Episcopis videtur concessisse, iuxta regulam text. *in cap. nuper, vers. in secundo, de sent. excommunic.* cum traditis per Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 19. num. 2.* Cùm ergo interdicti absolutio nemini soleat

4 reseruari, consequens fit, quod † proprius Episcopus illud in totum tollere potest, à fortiori ad tempus suspendere, iuxta regulam *l. qua tota ff. de rei vendic.* cum similibus. Aut interdictum ab homine prolatum est, & subdistinguitur, vel enim agimus de Episcopo, qui illud protulit, vel de aliis: in priori casu aiunt procedere primam sententiam affirmatiuam quod Episcopus, qui interdictum protulit, illud pro certo tempore, aut causa suspendere valeat, & esse ita intelligendum textum *in d. c. dilectis*, & praxim Salmanticæ de qua testatur Nauar. *d. c. 23. n. 183.* in posterioribus verò procedere contrariam negatiuam, quod inferiores Romano Pontifice interdictum ab ipso Pontifice, vel ab aliis Prælatis prolatum, relaxare non possunt, nec in totum, neque etiam ad tempus suspendere. Atque ita hanc distinctionem expresè tradunt Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 11. n. 6. in vers. secundo*, Henriq. *d. § 4. vers. 4.* Suar. *d. disp. 38. sect. 3. à num. 5.* ex ea ratione, quia effectus censuræ ex intentione, & nutu pendent proferentis, *cap. veniens 2. de testib.* & eatenus ligant, quatenus intendit, qui ligat, ex reg *l. non omnis ff. si certum petatur, & c. cùm super, de officio delegati*, cum vulg. Quæ omnia post hæc scripta, & me in alio loco citato, optimè tradit doctissimus Diana *moral. resol part. 5. tract. 10. resol. 69.*

Verùm licèt supradicta hæc distinctio sit in praxi secuta, & à Doctoribus recepta, in rigore tamen Iuris indistinctè tenerem nullum interdictum locale, vel etiam personale à Iure, vel ab homine prolatum, posse ab inferioribus Romano Pontifice, etiamsi illud protulerint, ad tempus suspendi, ita Abb. & Dec. *in d. cap. ad hæc.* Syluest. *verb. interdictum 3. q. 8.* Auila *d. concl. 4.* iunctis præcedentibus. Neque obstant fundamenta adducta per Doctores suprapositam distinctionem facientes: ad illud enim, quo probant suspendi posse ab Episcopo interdictum latum à Iure, quia potest absoluere ab omni censura Iuris nemini reseruata, respondetur cum Abb. & Auila negando consequentiam: nam ex eo, quod in totum absoluere possit, & censuram absolutione relaxare, minimè sequitur posse eandem ad tempus suspendere; patet differentiæ ratio, quia absoluendo in totum agit secundum naturam actus, & Iuris dispositionem, quando vero suspendit effectum censuræ, quæ adhuc manet, contra naturam ipsius censuræ agit: medium enim ordinatum à Iure ad tollendas censuras est absolutio; proferuntur enim censuræ, vt non perpetuò durent, sed vt cessante contumacia cessent, & ideò, quando lex, quæ censuram imponit, nemini reseruat absolutionem, Episcopis, vt ordinariis ministris, absoluendi potestatem videtur relinquere: at vero suspendere effectum censuræ, quæ manet, est species dispensationis, vt scilicet contra Iuris prohibitionem exerceantur actus ipsi censuræ prohibiti, nullibi autem expressum reperitur, quod Episcopi interdictum, vel aliam censuram dum manet, eiusve effectus possint suspendere, imò in excommunicatione contrarium decidit text. *in cap. cùm desideres, de sentent. excommun.* & licèt in ea contrarium voluerit Nauar. meritò tamen in hoc reprehenditur à reliquis omnibus, & satis comprobat Suar *tom. 5. disput. 5. sect. 4. à num. 6.* Neque satisfacit idem Suar. dum *disp. 38. sect. 3. num. 9.* ait speciale esse in excommunicatione, iuxta *d. cap. cùm desideres*; nullam enim specialitatis rationem assignat, neque assignari potest: & verba illius text. satis ostendunt ex natura cuiuscumque censuræ intrinseca id prouenire, cum constet excommunicatum fuisse, & verum sit absolutum non esse, nec Episcopi, nec alij debeant communicare eidem; quæ sanè ratio similiter interdicto

dicto potest applicari, & licet forsan admitti possit differentia inter excommunicationem, & interdictum, quoad modum absolutionis, quia in illa requiritur absolutio in forma Ecclesiæ, in hoc non ita; semper tamen in toto rigore verum est dicere, quod si constat aliquem excommunicatum, vel interdictum esse, & absolutum non fuisse, non potest per Episcopum, vel alios inferiores Roman. Pont. ei concedi, vt faciat actus censuræ prohibitos.

6 Nec etiam vrget fundamentum aliud, quo probare nitebantur Episcopum posse interdictum à seipso prolatum suspendere ad tempus; quia pendet, sicut reliquæ censuræ, ab intentione proferentis; respondetur enim quod licet tempore quo proferuntur, pendeant in ipso actu prolationis, vt sunt in fieri, ex intentione eius, qui profert, & eatenus ligent quatenus intendit, tam quoad personas in quas proferuntur, quàm quoad actus prohibitos, quia non negamus posse ferri interdictum quoad certos actus, veluti Ecclesiæ ingressum, vt bene notant Couar. *in cap. alma part. 2. §. 1. num. 3. vers. hinc apparet.* & Vgolin. *de censur. tabul. 5. cap. 16. in princ.* postquam tamen prolatæ sunt, suam secum trahunt executionem, omnesque suos effectus non hominis, sed ipsius legis ministerio statim operantur, & ideo iam dici non potest quod in actuali executione pendent ex voluntate proferentis, neque effectus ipse consistens in prohibitione Diuinorum, vel actuum prohibitorum, separabilis est ab ipsa sententia, vt dum manet censuræ substantia, ab ea effectus separentur. Neque quoad hoc quod est trahere secum executionem, aliqua considerari potest differentiæ ratio inter excommunicationem, & interdictum: imò in hoc expressè vtrumque æquiparat text. *in d. cap. hac,* iuncto *d. §. verùm.*

7 Denique ad tex. quo præcipuè mouentur *in d. c. dilectus, vers. quia vero,* respondet Auila (licet inaduertenter alleget *dict. cap. ad hac*) quòd procedit ex consuetudine, quæ tribuit hanc facultatem Episcopis ex tacito consensu Papæ: sed minimè textus consuetudine nititur, nec eam approbat. Quare melius respondet Dec. *dict. cap ad hac num.* 8. videlicet text. illum non continere quoad hoc Pontificis decisionem, sed partis allegationem, quod enim decidit est de nullitate interdicti prolati post appellationem, quod factum negabat Decanus, contendens ante appellationem illud promulgasse, sed postea ad tempus suspendisse, quam allegationem reiicit Pontifex, minimeque decidit interdictum suspendi potuisse: quamuis Abb. contrariam sententiam magis approbans secundùm rigorem concludat hunc textum adeo vrgere, vt non audeat eam defendere. Vide Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 4. decis.* 123. vbi post primam huius tractatus editionem ex hoc loco me non citato plura transcripsit.

8 In ipsa verò prolatione interdicti, potest Episcopus ipsius effectus diuidere, & limitare, itavt intendat prohibere solam sepulturam, v. g. vel ingressum Ecclesiæ, vel vsum Communionis dumtaxat, vel diuinorum Officiorum præcisè, non autem aliarum rerum sacrarum: sicut etiam potest diuidere effectus suspensionis, itavt de facto suspendat ab hac solum re, & non ab alia: attamen in excommunicatione non potest Episcopus limitare, seu diuidere eius effectus, sed hoc ad solum Papam spectat, qui solus potest diuidere, & dispensare in excommunicationis effectibus; ita Henriq. *lib.* 13. *cap.* 2. §. 3. Et ratio est, quia omnes excommunicationis effectus sunt Iure communi inuicem annexi, super quos solus Papa, non Episcopi dispensant: aliarum autem censurarum effectus sunt eodem iure communi diuisibiles, ac proinde quomodo mens ferentis illas expressa sit, attendi debet, quod si absolutè feratur interdictum absque vlla effectuum limitatione, omnes effectus in Iure contentos comprehendere intelligendum est, & tunc non posse ab inferioribus Romano Pont. etiamsi illud protulerint, ad tempus suspendi optimo Iure supra resoluimus. † Inter- 9
dictum à Papa promulgatum non licet Episcopo per se, vel per alium violare, nisi in casibus à iure permissis, aliàs suspenditur ab officio ac beneficio, & omni Iurisdictione priuatur, vt habetur *in cap. vlt. de excessibus Prælat.* quando scilicet in ipsa sententia tam à Iure quàm ab homine lata expressa fit de Episcopo mentio, per tex. *in cap. quia periculosum. de sent. excomm. lib.* 6. docent ibi Archid. Domin. & alij, Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 165. §. 3. quod etiam procedere in censura suspensionis, non autem in excommunicatione generaliter lata resoluunt per me citati *alleg.* 111. *num.* 1.

Generale autem interdictum siue interdicator ciuitas, prouincia, regnum, siue vniuersitas ab ipsomet Episcopo, siue ab alio, qui imposuit, nisi sit Papa, seruandum est, docent Syluest. *in sum. verb. interdictum* 6. §. 1. Henriq. *lib.* 13. *de excom. cap.* 50. §. 1. obseruantes Episcopum violantem suum interdictum incurrere pœnas Iuris, & irregularitatem. 10

Ex priuilegio tamen Iuris eximitur Episcopus à generali interdicto loci, cum deceat illum quotidie audire, aut dicere Missam, vnde seruato moderamine *dict. cap. alma,* licitè potest celebrare, vel celebrari sibi facere, & audire diuina, quamuis sit interdicta ciuitas, vel terra, Regnum, &c. vt est text. *in cap fin. de priuileg. lib.* 6. & docet Couarru. *in cap. alma mater part.* 2. §. 4. cum Ioan. Andr. *in cap dilectus, de appellat.* nisi tamen causam dederit interdicto, tunc enim cum & ipse Episcopus personaliter sit interdictus, hoc priuilegio gaudere non posse resoluunt Nauar. *dict. cap.* 27. *num.* 178. *&* 180. & Henriq. *dict. lib.* 13. *cap.* 43. per *cap. licet, de priuileg. in* 6. nam omnia priuilegia à Iure, vel ab homine concessa vt tempore interdicti intersint, illis tantum prosunt, qui interdicto causam non dederunt, seu aliàs in eo culpabiles non sunt, de priuilegiis Iuris probat tex. *in c. quod nullus* 25. *vers. verum, de priuil. lib.* 6. & in vtrisque est receptissima omnium scribentium traditio, vt constat ex Nauar. *dict. num.* 180. & Henriq. *d. lib.* 13. *cap.* 48. §. 5. *litt. A,* & post alios Sayr, *de censur. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 29. *&* 31. Ratio est, quia illi, propter quos interdictum personale etiam generale, vel etiam locale profertur, aut qui ei causam dederunt, licet alias culpabiles existant, personaliter interdicti censentur, vt arg. tex. *in cap. si sententia, vers. caeterùm, de sent. excomm. lib.* 6. notant Doctores communiter ex Nauar. & aliis, quos adducit Sayr. *dict. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 10. *vers. secundo;* constat autem concessionem etiam Iure communi factam aliquibus personis, vt tempore interdicti possint celebrare, vel interesse diuinis, personaliter interdictis non prodesse, vt post Couar. & alios etiam in terminis *dict. cap alma § aducimus,* explicat Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 34. *sect.* 3. *num.* 2. Hinc euenit concessionem factam *in dict. cap. alma mater,* vt tempore interdicti Pœnitentiæ Sacramentum infirmis, atque etiam bene valentibus possit administrari, non prodesse personaliter interdictis, vel illis, qui aliquo modo culpabiles existunt, nisi satisfaciant, vel cautionem idoneam præstiterint, vt probat idem *cap alma, vers. illis etiam.* & notant Nauar. *num.* 178. Vgolin. *de censur. tab.* 5. *cap* 7. Sayr. *cap.* 6. *à n.* 10. Suar. *disp.* 33. *sect.* 1. *num.* 9.

num.9.& 17. dictis locis. Sic etiam cap. quod in te, de Pœnitent. dum clericis interdicti tempore Ecclesiasticam concedit sepulturam, eam eisdem denegate si interdictum non seruauerunt, multóque magis si ei causam dederunt, prosequitur ex aliis Vgolin. cap.9.in princip.& cap.15.§.4.Suar.disp.35.sect.3.num 1. Et generaliter clericis quibus conceditur, vt cum modificationibus, dict.§. adiicimus. celebrare, & aliis Diuinis interesse, non ita id licitum esse si causam interdicto dederunt, comprobat Sayr. d.cap.5.num.4. Hinc denique licet in §. in festiuitatibus, ob singularem eorum festorum honorem, concedatur personis illis, propter quarum culpam interdictum prohibetur ne Altari appropinquent, in quibus verbis explicandis Doctores non satis conueniunt; alij enim interpretantur excludi culpabiles à sumptione Eucharistiæ; alij verò ab offertorio, vt per Henriq. d. lib.3.l.47.§.2. Sed facilius est cum Vgolino c.8. § 12. à num.4. intelligere verba simpliciter vt sonant, quod non appropinquent Altari, sed à longè stantes ad valuas Ecclesiæ, vt sic rubore suffusi faciliùs à contumacia resipiscant, & ad pœnitentiam inducantur, vt in simili probat text. in cap.50. distinct.

12 Huiusmodi personæ, quibus à iure, vel ab homine conceditur vt tempore interdicti possint interesse Diuinis, vt sunt Episcopi, Clerici, atque etiam Laici, omnes illis diebus, quibus interdictum suspenditur, tenentur Missam audire sub præcepto peccati mortalis: probatur, quia cum Diuinis licitè interesse possint, ac subinde cesset impedimentum, quo à præcepto deobligantur, fit locus generali præcepto Iuris, de quo in cap. Missas, de consecrat. dist.1. cum similibus, quæ explicat Suar. tom.1. de Relig. tract. de diebus festis lib.2.cap.15.& in nostro proposito expresse resoluunt Nauar. in manual. cap.21. num.3. in fine, & post Sot. Medin. & alios, Henriq. lib.7. cap.13. §.3. iuncta litt.I, & lib.13.cap.48.§.5.iuncta litt.D, & de habentibus Bullam Cruciatæ, Fr. Emman. in eius explicat. §.5. num.6.& Sebast. Acosta ad eandem quæst.28.per totam: confirmantes, quia nemo dubitat detentum in carceribus, si habeat facultatem à Iudice exeundi, mortaliter peccare si non audiat Sacrum: ergo similiter illi quibus facultas Diuinis interessendi tempore interdicti conceditur, mortaliter peccabnot si Missam non audiant; neque probabile aliquod fundamentum adducunt Victor. Cano, Mantius, & alij Salmanticenses, quos isti referunt, & constanter sequitur Auila de censur. part.5. disp.4. sect.2. dub.6. contendentes nullam culpam committere habentes priuilegium interessendi Diuinis tempore interdicti, si Sacrum omittant diebus festis. Quorum fundamentum est, quòd nemo cogitur vti priuilegio sibi concesso, l. pen. C. de pactis, cap. si de terra, de priuileg. cum similibus; nam facilè respondetur hanc obligationem non prouenire ex priuilegio, sed ex illo remoueri impedimentum, quo excusabantur, eoque remoto succedere obligationem legis præceptum huiusmodi imponentis omnibus non impeditis; & confirmatur; quia, vt fatetur Auila, & reliqui omnes vtriusque opinionis Auctores, tenentur Clerici tempore interdicti audire Missam, quia secundum Ius commune non sunt prohibiti, sed potiùs seruata moderatione dict. cap. alma, eis conceditur celebrare, atque aliorum Diuinorum vsus, ex qua ratione necessariò etiam concedere debuerunt hoc idem in reliquis omnibus priuilegiatis, quia supposito priuilegio prohibiti non sunt interesse Diuinis.

13 Licet Episcopo Confirmationis Sacramentum conferre tempore interdicti tam paruulis, iuxta cap responso 43. vers. præterea, de sent. excom. quàm adultis, iuxta cap. quoniam, eodem tit. lib.6. Et tam in Ecclesia specialiter interdicta, quàm etiam in interdicti tempore generalis loci, atque etiam solemniter, vt est receptissima omnium scribentium traditio, passim illorum Iurium auctoritate adæquantium duo illa Sacramenta, Baptismum scilicet, & Confirmationem. Nauar. d.cap.27.num.178. Cou. dict. part.2. §.2.num.7.vers.idem, de confirmationis Sacramento, Vgolin.tab.5.cap.7.§ 5. Henriq. d. lib.13.cap.45. §.1. iuncta litt.I, & seq. Sayr. dict. lib.5.cap.7.num.6. Tolet. in sum. lib.1.cap.53. Auila dict. disput.4. sect.1. dub.4. concl.3. Suar. d. disp.33. sect.1.à num.7. obseruantes non licere Episcopo conferre Sacramentum Confirmationis iis, qui interdicto generali personali affecti sunt, si causam interdicto dederunt.

Præterea licere Episcopo tempore interdicti cum moderamine d. c. alma conficere Chrisma, quod est necessarium pro Confirmatione, & ad ritum Baptismi in feria quinta maioris hebdomadæ, resoluunt citati per me alleg.31.n 14. licet ibi, n.25. eorum sententiam non approbem. 14

Non licere tamen Episcopo in loco interdicto & personis interdictis Ordinis Sacramentum conferre resoluunt citati per me alleg 11. num.21. vbi num. 24. id limitandum esse censeo, data scilicet ministrorum necessitate. 15

Vide etiam tempore interdicti non licebit Episcopo primam Tonsuram dare, neque aquam solemniter benedicere, neque solemnem benedictionem populo impartiri, neque palmas, vel cineres solemniter benedicere, similesque actus sacros publicos exercere; cum ii omnes ad rationem diuinorum Officiorum, quæ tempore interdicti prohibita sunt, reducantur: ita Syluest. Angel Nauar. & alij, quos refert, & sequitor Suar. disp.34. sect.3. 16

Episcopo non licet ponere interdictum generale personale pro culpa vnius priuati hominis, nisi ex speciali commissione Papæ, qui rarò, & cum difficultate id aliis committit, arg. text. in Extrauag. prouida, de sent. excomm. & ex iis, quæ Cou. in cap. alma mater par 2.§.1 num.5. Suar. de censur. tom.5. disput.36. sect.3.n.8.cum seqq. 17

Episcopus non potest ponere sine licentia Papæ interdictum generale solum ob non solutionem debiti pecuniarij priuati, d. Extrauag. prouida, Nauar. d.c.7. n.168. Armil. verb. interdictum § 5.n.27. Posset tamen ferre interdictum particulare alicui Ecclesiæ, vt dicit Cald. in tract. de Ecclesia interdicto memb. 1. cap.4. 18

Episcopis, vel Prælatis interdicti tempore licet exercere iurisdictionem circa spiritualia: vis enim interdicti extenditur tantùm ad exercitium Ordinis, Syluest. verb. interdictum 5. §. 3. num. 4. in fine. 19

Item licet Episcopo eo tempore benedictionem priuatam in itinere, etiam publicè date, Nauar. d. cap. 27. num.176. cum illa non sit actus Ordinis, sed iurisdictionis. 20

ALLEGATIO XXXIX.

Episcopus in quibus irregularitatibus, & suspensionibus hodie dispensare possit?

SVMMARIVM.

1 *Episcopis in quibus irregularitatibus, & suspensionibus de iure Concilij Tridentini concedatur dispensandi facultas.*

2 *Episcopus electus, & confirmatus, quamuis non consecratus, potest in casibus sibi permissis dispensare.*

3 *Episcopi illarum Regionum, in quibus adhuc Concil. Trid. publicatum non fuit, concessa ab eo Concil. dispensandi facultate non gaudent.*

4 *Subditi, quos potest Episcopus virtute Concilij absoluere ab occultis delictis, sufficit, quod illi subdantur, quoad solum conscientiæ forum.*

5 *Vagabundi, Scholastici, & mercatores, quoad Sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ subditi sunt Episcopo loci, in quo reperiuntur.*

6 *Episcopus ad hoc vt absoluat aliquem ab irregularitatibus, & suspensionibus in casibus sibi permissis, debet habere in eum iurisdictionem Ordinariam.*

7 *Dispensandi potestas Episcopo concessa in terminis, de quibus agitur, potest extra diœcesim exerceri, & circa absentem.*

8 *Verba, in foro conscientiæ, sunt intelligenda, idest, in foro Sacramenti Pœnitentiæ, & in Confessione Sacramentali.*

9 *Episcopus si sciat aliquem ordinandum esse irregularem, vel suspensum, & tandem eum admittat ad Ordines, censetur cum eo dispensare, si sibi permittatur.*

10 *Dispensandi, & absoluendi potestatem in delictis occultis Episcopo concessam sine eius speciali mandato Vicarius generalis exercere non potest.*

11 *Episcopus an possit committere aliis hanc dispensandi, & absoluendi potestatem? referuntur quatuor diuersæ opiniones,* & n. 12. 13. 14.

15 *Episcopus potestatem, quam habet dispensandi cum sibi subditis, potest alteri demandare, vt secum dispenset.*

16 *Capitulum Sede vacante eandem habet potestatem dispensandi, & absoluendi, quam habet Episcopus virtute Concilij* d. cap. 6.

17 *Abbates, & alij inferiores Prælati habentes iurisdictionem Ordinariam & quasi Episcopalem, prædicta dispensandi, & absoluendi facultate non gaudent.*

18 *Superiores, seu Conuentuales Religiosorum exemptarum non gaudent facultate dispensandi concessa* in d. cap. 6.

19 *Archiepiscopus dum actu visitat, gaudet prædicta dispensandi, & absoluendi potestate circa subditos Suffraganeorum, & cum ipsis Suffraganeis.*

20 *Occultum secundum vnam opinionem quoad præsens institutum dicitur, quod probari non potest.*

21 *Occultum melius dicitur, quod non est publicum etiamsi ab aliquibus sciatur.*

22 *Notorium est plena rei notitia inducens indubitatam, & notitiam probationem discussione non egentem.*

23 *Delictum notorium dicitur commissum, vel confessum in iudicio.*

24 *Notorium dicitur omne illud, quod ex actis iudicij constat.*

25 *Episcopus poterit dispensare quando delictum non fuerit publicum, vel notorium, quamuis sit notum tribus, vel quatuor.*

26 *Episcopus dispensare poterit etiamsi actus sit materialiter publicus, non vero formaliter in quantum delictum.*

27 *Irregularis, quia celebrauit in excommunicatione, poterit ab Episcopo dispensari, quando excommunicatio est occulta, licet celebratio sit manifesta.*

28 *Delictum deductum ad forum contentiosum dicitur, statim ac denunciatio, seu occasione de illo coram legitimo superiore facta est.*

29 *Delictum deductum ad forum contentiosum verius dicitur post litis contestationem.*

30 *Litis contestatio negando, vel confitendo etiam in criminalibus inducitur.*

31 *Iudicium propriè post litem contestatam dicitur.*

32 *Episcopus poterit dispensare in delicto deducto ad forum contentiosum, si de eo fuerit habita sententia absolutoria.*

33 *Etiamsi mediis deprauatis obtinuerit absolutionem ab iniecto crimine.*

34 *Vel iudicium non fuerit sententia finitum, eo quod accusator per annum tacuerit.*

35 *Episcopus non potest dispensare in delicto deducto ad forum contentiosum, & punito iam iudicio finito.*

36 *Irregularis occultus ob reiterationem Baptismi potest ab Episcopo dispensari.*

37 *Irregularis occultus ob duos Sacros Ordines, vel Acolytum cum Subdiaconatu, eodem die susceptos, potest ab Episcopo dispensari.*

38 *Suspensus, eo quod nesciente Episcopo, neque examinante Ordines suscepit, si occultus sit, potest ab Episcopo dispensari.*

39 *Suspensus ob receptionem Ordinum sine litteris dimissoriis si sit occultus potest ab Episcopo dispensari.*

40 *Episcopus potest dispensare cum eo, qui per saltum promotus ad Ordines, celebrauit, vbi delictum fuerit occultum.*

41 *Irregularis ob administrationem in Ordinibus malè susceptis, si sit occultus, potest ab Episcopo dispensari.*

42 *Episcopus potest dispensare cum eo, qui Ordines minores suscepit ab Episcopo, qui renuntiauit dignitati, vel Episcopatui, aut à censura irretito, dummodo delictum sit occultum.*

43 *Irregularis ob exercitationem Ordinum, quos non habebat, potest dispensari ab Episcopo, vt exerceat susceptos, ac alios suscipiat, modo delictum sit occultum.*

44 *Simoniacus occultus potest dispensari ab Episcopo, non autem rehabilitari ad beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit.*

45 *Episcopus non potest absoluere à censuris incursis propter ingressum ad monasteria Monialium, etiamsi delictum sit occultum.*

46 *Homicidium voluntarium, quod attinet ad præsens institutum, illud dicitur, quod est illicitum intentum, & volitum in se.*

47 *Episcopus potest dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio licito, vel facto auctoritate legitima, & iusta de causa.*

48 *Episcopus dispensare valet in irregularitate ex homicidio casuali proueniente, modo delictum sit occultum.*

49 *Dispensare potest Episcopus in mutilatione membri, etiam voluntaria, si est occulta.*

50 *Dispensare potest Episcopus cum illo, qui aliquem hominem occidit, non intendens occidere.*

51 *Dispensare potest Episcopus cum eo, qui mandauit seruo, vt alterum percuteret; sed caueret, ne occideret.*

52 *Homicidium mandans in persona vnius, si committatur in personam alterius, non incurrit irregularitatem.*

53 *Dispensare potest Episcopus in homicidio occulto patrato causa defensionis, non seruato moderamine inculpatæ tutelæ.*

54 *Conciliaris constitutio habens committendam Ordinario loci facultatem dispensandi in irregularitate*

ic contracta ob homicidium commissum vim vi repellendo, quomodo intelligenda?

55 *Irregularis efficitur quis homicidium committens transgrediendo moderamen inculpata tutela.*

56 *Inuasorem occidens, etiam ex odio, & cum intentione sumenda vindicta, quando non potest aliter se defendere, non fit irregularis.*

57 *Moderamen inculpata tutela versatur circa modum, tempus, & causam.*

58 *Moderamen inculpata tutela excedere, quando quis dicatur?*

59 *Dispensare hodie non potest Episcopus in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifesto, neque ad Ordines minores, nec ad simplex beneficium obtinendum.*

60 *Homicida est irregularis, neque ad Ordines promoueri potest, nec in susceptis ministrare.*

61 *Episcopus iam non potest dispensare cum homicida voluntario ad retinendum Curatum.*

62 *Episcopus in foro exteriori etiam post Concilium poterit dispensare pro minoribus Ordinibus, & simplicibus beneficiis in homicidio iusto, vel casuali exequuto sine diligentia.*

63 *Papa dispensare potest in qualibet irregularitate proueniente ex homicidio iusto, vel iniusto, voluntario, vel casuali.*

1 
Ooie vittote S. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform cap.* 6. licet Episcopis in tegularitatibus omnibus, & suspensionibus ex dicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ ntitur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare; & in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostol. reseruatis, delinquentes quoscunque sibi subditos, in diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum in foro conscientiæ, gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari; de cuius materia tractant Vgolin. *de irreg. cap.* 33. *§.* 2. *cum sequentib. & cap.* 26. *& de off. & pot. Episc. c.* 57. *§.* 2. *cum seqq.* Henriq. *in summ. lib.* 7. *cap.* 13. *§.* 2. *lit. V, & lib.* 14. *cap.* 18. *cum sequent.* Suar. *tom.* 6. *de censur. disput.* 7. Sayr. *eodem tract. lib.* 7. *cap.* 7. Mar. Alter. *eodem tract. tom.* 2. *disput.* 8. *de suspen. cap.* 3. Bonacin. *eodem tract. disput.* 7. *quæst.* 5. Nauar. *cons.* 15. *sub tit. de sentent. excomm. in antiq. & consil.* 11. *sub tit. de priuileg. in nouis*, Sanchez de *Matrim. lib.* 2. *disputat.* 37. *num.* 11. *cum sequentib. & disput.* 40. *num.* 17. *& lib.* 3. *disput.* 23. *num.* 12. *& lib.* 8. *disput.* 2. *à num.* 10. & latius *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 11. Iacob. de Graff. *tom.* 2. *cons. tit. de homicid. consil.* 2. *num.* 14. *cum sequentib.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 5. *à num.* 1. *& lib.* 30. *tract.* 2. *tit.* 3. *à num.* 91. Coniuch *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disput.* 18. *dub.* 14. Didac. de Arnjo *de Sacrament. tit. de irregular. num.* 10. Anton. Fernandez *in examine Theolog mor. p.* 3. *cap.* 9. *§.* 16. *n.* 7. *&* 8. *& part.* 4. *cap.* 7. *§.* 1. Nicol. Garc. *de benef. part.* 7. *cap.* 11. *à num.* 18. *& part.* 11. *cap.* 10. *n.* 112. *cum sequentib.* Armend. *in add. ad recopil legum Nauar. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de irreg. in declar. num.* 6. *cum sequentib.* Inan. Valer. *de differen. inter vtrumque forum, verb. irregularitas differ.* 7. Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neapol. decis.* 117. *p.* 4. vbi me non citato multa ex hoc loco deduxit; nouissimè Fagund. *in quinque Ecclesia præcepta p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 23. *cum sequentib.* nouissimè Inan. Machado *in tract. del per fetta confessor y cura de almas, lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 16. *docum.* 10. Mautit. de Alzedo *in praxi de Episcop. part.* 2. *cap.* 6. Pattel. *in dub Regular. verb. dispensare n.* 8. *cum seq.* Villalob. *in sum. part.* 1. *tract.* 21. *diff.* 9. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 52. *n.* 13. *cum seq.* nouissimè Philibet. Marchio. *de Sacram. Ordinis tract.* 1. *p.* 9. *per tot.* latissimè Ioan. Angel. Bossi. *in tract. de tripl. Iubil priuileg. sect.* 1. *casu* 10. *§.* 1. *cum seqq.* Trullench *in expos. Bulla Cruc. lib.* 1. *§.* 7. *cap.* 2. *dub.* 6. & cæteri omnes in discursu citandi.

Verùm pro faciliori præsentis quæstionis explicatione, quæ quotidiana, & in praxi vtilissima est, sub triplici distinctionis membro præsens huius Allegationis materia diuiditur. In primo tractabitur, Episcoporum, & subditorum nomine qui contineantur. In secundo quod dicatur occultum, & qui sint casus occulti in quibus Episcopus dispensare valet. In tertio, irregularitates quæ dicantur ex homicidio voluntario prouenientes, in quibus Episcopo dispensandi facultas non conceditur.

Episcoporum, & subditorum nomine qui contineantur in hac materia?

Episcopi, quibus à Concil. Trident. *dict. cap.* 5. conceditur dispensandi facultas in casibus ibi permissis, sunt quicumque subditos habentes, etiam electi, & confirmati, quamuis non consecrati, quia illis competunt ea quæ sunt iurisdictionis, qualis est hæc dispensandi facultas, nec indigent consecratione, vt probaui *alleg.* 36. *num.* 6. quare ita tenent citati à Cened. *ad Sextum collect.* 4. *num.* 3. quibus adde Suar. *tom.* 5. *disput.* 42. *sect.* 2. *num.* 7. me citato *in hoc loco* Alzed. *d. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 39. Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disput.* 2. *num.* 11. Gutter. *eodem tract. cap.* 49. *à num.* 16. Mat. Alter. *d. tom.* 2. *disput.* 8. *de suspens. cap.* 3. *vers. tertiò notandum*, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, & quotidiana resolut.* 146. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 10. *num.* 270. Floron. *de casib. reseru. par.* 1. *cap.* 4. *§.* 7. *num.* 9. Hieron. Pharao. *d. tract.* 1. *sess.* 18. *casu* 30. *&* 31. Bossi. *dict. casu* 10. *n.* 201. nouissimè Trullench *in exposit. Decalogi lib.* 1. *c.* 3. *dub.* 4. *n.* 2. 2

Sed Episcopi illarum regionum, in quibus Concil. Trident. adhuc receptum non est, non possunt vti ista facultate concessa *dict. cap.* 6. quia vbi non est acceptatum quoad leges onerosas, neque videtur acceptatum quoad fauorabiles. Ita tenent, & decisum referunt Armendar. *dict. loco num.* 11. Nicol. Garcia *dict par.* 7. *cap.* 11. *num.* 23. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 532. *in* 1. *edit & resolut.* 445. *num.* 3. *in* 2. *edit.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Mar. Alter. *dict. cap.* 2. *conclus.* 4. *vers. primò animaduertendum est*, Bonacina *dict. disput.* 7. *quæst.* 5. *puncto* 1. *num.* 2. Vgolin. *de offic. Episcopi cap.* 57. *§.* 2. *ad fin.* Filliuc. *d. tract.* 10. *cap.* 10. *num.* 269. Gauant. *dict. verb. absolutio num.* 6. Bossi. *dict. casu* 10. *num.* 201. me citato *in hoc loco* Alzed. *dict. part.* 2. *c.* 6. *num.* 29. Trullench *citato loco*, Stephan. Daluin *de potest. Episcopor. cap.* 16. *num.* 19. *in princ.* 3

Non conuenit hæc potestas Episcopo in ordine ad omnes indifferenter, sed conceditur proprio Episcopo habenti iurisdictionem in suos subditos, vt Concil. declarat: sub quorum nomine comprehenduntur in præsenti materia omnes illi, qui sibi quomodocunque subduntur, vel qui sunt ordinarij subditi, vtpote, qui ibi domicilium habent, vel quia subduntur quoad solum Pœnitentiæ forum, eo quod in sua diœcesi inueniuntur tanquam aduenæ, & peregrini, etiamsi sint vagabundi, scholastici, ac mercatores: nam quoad Sacramenta † Confessionis, & Eucharistiæ sunt subditi Episcopi loci, in quo reperiuntur, ex consuetudine generali Ecclesiæ, vel ex interpretatiua voluntate Summorum Pontificum. Ita Suar. *de Pœnit. tom.* 4. *disput.* 30. *sect.* 2. *num.* 3. Sanchez *de Matrimon. lib.* 3. *disput.* 23. 4 5

*num.*12. *& in præcepta Decalogi lib.*2.*cap.*11. *num.*8. 9. & 17. Nicol. Garcia *dict. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 139. Zerola *in praxi Episcop.part.*1.*verb.Vicarius*,§.18.*dub.*4. Bonacina *de censuris disput.*1. *quæst.*3. *puncto* 2.*num.*5. Henriq. *in sum. lib.*14. *cap.*10. §.3. me citato *in hoc loco* Homobon. *de examine Ecclesiastico tract.*12.*cap.*4. *quæst.*16. *resolut.*4. pag 460. Nald. *in sum. verb. absolutio à peccatis num.*9. Nouar. *dict.conclus.*2. *n.*1. Duard. *in Bullam Cœnæ lib.*3.§.2.*q.*11. *num.*19. Marchin. *dict. tract.*1.*part.*9.*diffic.*5. *à num.*1. Floron. *de casib. reseru. part.*1.*cap.*4.§.7.*num.*10. me citato *in hoc loco* Bossi. *d. casu* 10.§.6. *num.*115. Trullench *d.lib.*1. *cap.*3. *dub.*4. *num.*6. In absolutione enim casuum reseruatorum, & censurarum impedientium receptionem Sacramenti, videtur requiri ea saltem subiectio, quæ sufficit, vt Episcopus Sacramentalem absolutionem impendat, Bonacina *dict. disput.*7. *quæst.*5. *puncto* 1. *n.*4. & ideò ille, qui non est subditus Episcopi, putà Medicus, Prætor, & similes exteri, qui tamen habitant in ciuitate, sub decreto *d.c.*6. comprehenduntur, vt in Sacramento Pœnitentiæ à suis criminibus absolui valeant, etsi illa alibi in ciuitatibus commiserint; ita decisum referunt Nicol. Garcia *d.c.*10. *n.*139. *in* 3. *declarat.* Armend. *dicto loco n.*18. Stephan. Daluin. *d.cap.*26. *in fine.*

6 Verùm licèt prædicta vera sint in absolutione casuum reseruatorum, & censurarum in Sacramentali Confessione pro foro conscientiæ: in obtinenda tamen dispensatione irregularitatis, ac suspensionis requiritur, vt Episcopus habeat iurisdictionem ordinariam in eum, cui concedit relaxationem irregularitatis, iuxta ea, quæ resoluo *alleg.*36.*n.*17. & decisum referunt in propriis terminis Nicol. Garcia, & Armendar. *locis proximè citatis*, me citato *in hoc loco* Alzedo *p.* 2.*cap* 6.*n.*45. quamuis contrarium teneat Henriq *d.*§.5.

7 Quæ quidem dispensandi potestas etiam extra diœcesim potest ab Episcopo ergà subditos suos exerceri: nam verba Concilij *in d.c.*6. ibi, *in diœcesi sua*, referuntur ad posteriorem illius capituli partem, in qua conceditur Episcopis facultas absoluendi à reseruatis, ex ea ratione, quia Episcopus dum in sua diœcesi existit, potest cum suo subdito in aliena diœcesi existente extraiudicialiter dispensare, cum iurisdictio dispensandi exerceri possit circa absentem. Ita docent Suar. *de censur.tom.*5. *disp.*41.*sect.*2. *num.*10. & 12. *in fine.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib.*2.*c.*11.*n.*12. Bonac. *d. disp.*7 *q* 5.*punct.*1. *n.*4. Fagundez *in quinque Eccl.præcept.p.*2.*lib.*8.*c.*8.*n.*35. Præpos. *in* 3.*p. D.Thom. p.*1. *de censur. in communi dub.*14.*n.*99. Diana *resol.moral.p.*4 *tract.*4.*resol.*96. me citato *in hoc loco* Marchin. *d.p.*9.*diffic.*5.*num.*12. Bossi. *d. casu* 10.*num.*166. Fr. Emman. *in sum. tom.* 3. *cap.*5. *num.* 3. Alzedo *d. part.* 2. *cap* 6. *num.*28. Quicquid dicant Fr. Emman. *in sum. tom.*2.*cap.*69.*n.*1 *in fine*, Henriq. *d.*§.5 *in princ.* Vgol. *de offic. Episc.c.*57.§.2. *n.*6. Alzedo *in praxi p.*2.*c.*6. *n.*42. Auila *de censur. p.*7. *disput.*10. *dub.*6. Cum ergo Episcopus in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, valeat dispensare cũ sibi subditis, hac potestate vti poterit intra; vel extra diœcesim, iuxta principia dispensationum; at verò in absolutione à quibuscunque casibus occultis, etiã Sedi Apostolicæ reseruatis, de quibus agit secunda pars *d.c.*6. cum debeat esse Sacramentalis, vt ibi ostenditur in illis verbis, *in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari*; & non possit fieri per nuntium, vel per litteras, requiritur, quòd fiat ab Episcopo præsente pœnitente intra diœcesim commorantibus.

Et quòd verba illa, *in foro conscientiæ*, sint intelligenda, id est, in foro Sacramenti Pœnitentiæ, & in Confessione Sacramentali, refert plurima *Sacram Cardinalium Congregationem* censuisse Nicol. Garcia *de benef.par.*11.*cap.*10. *num.*139. resoluit Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol.*445. *num.*8. & accipi à quodam docto viro, ita tenere praxim S. Pœnitentiariæ; quicquid prædicta verba significare, quòd absolutio data vel facta, nihil prosit quoad forum exterius, & per consequens posse Episcopum extra Confessionem absoluere in casibus particularibus occurrentibus, dicant Nauar. *dict.consil.*11. *num.*2. Henriq. *lib.*7. *cap.*13. §. 2. *vers. Episcopus*, Fr. Emman. *quæst. regul. tom.*1.*q.*20.*art.*7. *& quæst.*61.*art.*10. Suar. *de relig.tom.*2. *tract.*6.*lib.*6.*cap.*16.*num.*4. Sanch. *lib.*8. *disput.*14. *num.*29. Graff. *lib.*1.*cap.*13. *num.*32. Claudius Solerte *de potest.Confessar.cap.*30.§.1. Homobon. *de examine Eccles.tract.*5.*cap.*5. *quæst.*31. Diana *resolut. moral. tom.*1, *tract.*5.*resol.*2. *in fine*, Marchin. *diffic.*5. *num.*13. Lazar. *de monit.sect.*5.*quæst.*15.*num* 9. Duard. *d.quæst.*11.*num.*30. Floron. *de casib. reseru. par.*1. *cap.*4. §.7. *num.* 17. Hieron. Pharon. *in suo prompt. tract.*1.*sect.*18. *casu* 31. Bossi. *d.casu* 10.*num.*167. idem Suar. *in tractat. de Fide disput.*41. *sect.*4.*num.*6. Castr. Palao *de pœnis hæreticor. tract.*4.*disput.*4.*num.*11. nouissimè Trullench *d. lib.*1. *cap.*3.*dub.*4. *num.*7. vbi tamen propter praxim Sacræ Pœnitentiariæ nostram sententiam esse sequendam asserit. 8

Ex quibus infertur Episcopum eo ipso, quod aliquem irregularem admittit ad Ordines, aut concedit litteras dimissorias, censeri cum eo dispensare in irregularitate, aut concedere facultatem, vt dispensetur ab Episcopo, ad quem mittitur pro recipiendis Ordinibus, modo sciat Ordinandum esse irregularem, & intentionem habeat dispensandi; tum quia Episcopus non præsumitur velle delinquere ordinando irregularem, aut concedendo facultatem, vt promoueatur, Maiol. *de irregul. cap.*51. *num* 8. Henriq. *d lib.*14.*cap.*17.§.4.*litt.P*, Suar. *de censur.disp.*41.*sect.*3.*num* 4. Sayr *eod.tract.lib.*7.*c.*14. *n.*10. Auila *par.*7. *disput* 6. *sect.*5. *dub.*6. Menoch. *de arbitr. in addit.casu* 564.*n.fin.* Basil. Pont. *de matrimon. lib.*8. *c.*15. *num.*7. 15. & 16. me citato *in hoc loco* Marchin. *d.tract.*1.*par.*9.*c.*4. *num.*3. *cum seqq.* Quicquid dicant Nauar. *in man.c.*27. *n.*74. *vers. sed dubium*, Sench. *de matrim. lib.*7.*disp* 3 *n.*25. Tiber. Decian. *respons.*31. *n.*7. *tom.*4. Dec. *cons* 18 *n.*24. *tom.*1. & Oldrad. *cons.*329. *n.*4. ibi, *Præterea video in Episcopo, quòd si aliquid conferat alicui, vel promouet eum, qui de iure communi promoueri non potest, nec illud sibi potest conferri quod in casibus, in quibus potest, dispensare intelligitur, vt est casus*, & gloss. *in cap. Ioannes*, 51. *dist.* & quòd ipso facto dispensetur, probatur *in cap. veniens, de fil. Presbyt. & in cap. litteras, de restit. spoliat.* & latius idem prosequitur *num.* 5. idémque latissimè comprobat per totum consilium sequens 330 præcipuè *n.* 6. per text. *in l. fin. C. qui admitt. ad bonor. poss.* vbi pupillus non potest sine tutore bonorum possessionem petere, nec Prætor dando aliquid agit; sed si Prætor sciuit illum pupillum, dispensare & supplere videtur defectum ætatis, & eandem sententiam tenent Nett. *cons.*402.*n.*29 Roman. *cons.*216. *n.*7. & *cons.*307. Ex facto enim eius, qui potest absoluere, inducitur absolutio realis, vt optimè Alex. *cons.*164.*n.*8.*concl.*7. 9

Hanc dispensandi, & absoluendi potestatem Episcopo concessam sine eius speciali concessione Vicarius generalis exercere non potest, quia id Conc. requirit, ibi, *aut Vicarium ad id specialiter deputatum*; tum quia in generali concessione hæc non veniunt, *cap.penult. de pœnit. in* 6. Quare ita tenent Rebuff. in 10

praxi

praxi beneficiali, tit. de forma vicariatus, num. 179. *cum sequentib.* Sbrozius *de Vicario Episcopi lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 2. *& quæst.* 179. *num.* 1. *& quæst.* 180. *n.* 2. *& q.* 184. *num.* 1. Vgolin. *d. potestate Episcopi, cap.* 4. §. 7. *num.* 2. *verſ. postremo*, Suar. *de censuris disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 8. Narbona *de appell. à Viccar. ad Episcopum par.* 1. *n.* 229. faciunt quæ eleganter tradit Campan. *in diuersorio Iuris Canonici rubr.* 11. *c.* 23. *n.* 148.

11 An autem Episcopi possint committere hanc potestatem dispensandi, & absoluendi aliis? Quæstio est dubia; in qua pro affirmatiua parte, quod scilicet possit committere, & delegare illis, faciunt multa, & validiora fundamenta; in primis nulla occurrit ratio sufficiens cur credere debeamus voluisse Concilium illam facultatem reseruare Episcopo per seipsum tantum exercendam, præsertim cum non declaret hanc potestatem Episcopis conuenire tanquam delegatis Sedis Apostolicæ, sicut aliquaodo facit, sed simpliciter eam Episcopis concedit; ergo videtur virtute huius decreti hæc potestas annexa iure Ordinario iurisdictioni Episcopali, atque ita delegabilis est ab Episcopo. Deinde quia non eligitur industria personæ; si enim eligeretur, nec generaliter, nec specialiter posset Episcopus delegare, tum quia quoties aliquid conceditur Prælatis præsentibus, & futuris in perpetuum, non potest dici electam esse industriam personæ cum personæ incognitæ delegetur, vt tradunt Ias. *in l. more maiorum, num.* 65. *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, Gregor. Lopez *l.* 47. *in fine, tit.* 18. *p.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 64. *n.* 17. Quare hanc partem tenent Nauar. *d. conſ.* 11. *de priuilegiis num.* 4. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disput.* 40. *n.* 17. *verſ. Sed dicendum, & in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 23. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10. *q.* 11. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta par.* 2. *lib.* 8. *c.* 8. *num.* 26. Marchin. *d. diff.* 5. *num.* 14. Duard. *in Bull. Cœnæ lib.* 3. §. 2. *quæst.* 11. *num.* 34. Paul. Layman *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *c.* 5. *num.* 2. obseruantes Concilium *d. cap.* 6. intelligendum esse, vt velit Vicarium Episcopi non habere ex generali commissione vicariatus hos casus, nisi sibi specialiter committantur; non autem vt velit negare Episcopo potestatem specialiter delegandi.

12 Verum Henriq. *lib.* 14. *de irregul. c.* 19. *in fine, & lib.* 6. *de pœnit. c.* 14. §. 7. *iuncto comment. litt. O*, ait non posse Episcopum generaliter Vicario, vel alij delegare hos casus, vt habeant facultatem generalem absoluendi, vel dispensandi pro suo arbitrio, sed tantùm posse delegare, quando casus occurrerit, & dare facultatem, vt de mandato, & nomine ipsius faciat; quod quidem ex eo comprobat, quia Concilium *d. c.* 6. expressè concedit Episcopis posse dispensare per se, vel per Vicarium specialiter deputatum, tum quia dum hi casus Episcopo conceduntur, eligitur industria personæ.

13 Alij verò putant Concilium dicto loco distinguere voluisse inter facultatem dispensandi super irregularitate, & suspensione; ac absoluendi à casibus reseruatis: vt in prima exerceri possit per quemcunque, cui generaliter ab Episcopo sit delegata iurisdictio: secunda vero conueniat tantum Vicario, qui specialiter deputatus sit per Episcopum cum facultate absoluendi à casibus reseruatis; differentiæ rationem in eo constituunt, quia Concil. *d. c.* 6. Episcopis facoltatem dispensandi super irregularitate, & suspensione generaliter concedit, quando verò in eodem capite eis tribuit potestatem absoluendi in quiboscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, suos subditos, dicitur, *in diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum* potius volens coarctare, quàm ampliare hanc iurisdictionem; nam si non addidisset verba illa, liberum fuisset Episcopo hanc facultatem committere cuicunque Sacerdoti: Concilium autem volens illam concedere tantùm Episcopo, & Vicario ad id specialiter deputato, ita peculiariter espressit.

14 Sed nonnulli diuersum prædictorum verborum esse sensum arbitrantur, sentientes Concilium voluisse hanc potestatem dispensandi super irregularitate, & suspensione solis Episcopis indulgere, vt per seipsos illam exercerent, neque possent aliis delegare, quasi in hoc sit electum ministerium personale Episcopum; ita Suar. *tom.* 5. *de censur. disp* 41. *sect.* 2. *num.* 8. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 29. Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Eccleſ. existent. lib.* 5. *c.* 16. *num.* 3. Hieron. Pharaon. *in suo prompt. tract.* 1. *sect.* 18. *casu* 33. *in fine.* ex eo probant, quia Concil. *in eodem cap.* agit de dispensatione, deinde de absolutione, & facultatem dispensandi simpliciter concedit Episcopis sine vlla extensione, potestatem autem absoluendi extendit etiam ad Vicarium specialiter deputatum; ergo clarissimè apparet mentem Concilij fuisse priorem iurisdictionem communicare tantum Episcopis, quia extensio, quæ in secundo casu ponitur, & tacetur in primo, apertè ab illo excluditor: constitutio enim in vna parte declaratur ab alia, vel suppletur, aut limitatur, & restringitur *l. vnic. in princ. C. de inoff. dotib.* Cum igitur Concil. nihil dicat de Vicario in prima parte, non debemus intelligere illam facultatem commissam esse Vicario, si enim illam voluisset concedere Vicario, vtique id expressisset, sicut fecit in secunda parte, in qua agit de absolutione, argum text. *in l. vnic.* §. *sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* cum aliis citatis *in libello de principiis vtriusque iuris litt. L. num.* 32. Ratio autem diuersitatis propter quam Concil. voluerit potius extendere ad Vicarium facultatem absoluendi in casibus reseruatis, quam potestatem dispensandi ab irregularitate, & suspensione eam assignant, quia absolutio est magis necessaria ad salutem animarum, quam dispensatio, ita Mar. Alter. *dict. cap.* 3. *concl.* 4. *verſ. tertiò notandum*, vbi ex aliis hunc sequitur intellectum. Ego tamen in hoc opinionum conflictu meam interponere sententiam non audeo, dum super hoc peculiarem non habuero decisionem, interim studiosus iudicet lector.

15 Quæret aliquis, quis possit cum Episcopo dispensare, si occurrat casus, vt ipsemet incidat in aliquod delictorum, de quibus in Concil. *d. cap.* 6. Putat Mar. Alter. *d. concl.* 4. *verſ. tertiò quæri potest*, non posse Episcopum, cum sit delegatus, huiusmodi potestatem, quam habet dispensandi, alteri committere, vt secum dispenset. Verum alij communiter, & melius respondent posse ipsummet Episcopum alteri committere vices suas, vt secum dispenset, & ad se absoluendum proprium suum Confessarium deputare cum eadem auctoritate, quam ipse habet ex *d. cap.* 6. Concilij Trident. in sibi subditos. Ita Maiol. *de irreg. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 12. *verſic. est autem, & lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 7. Suar. *tom.* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 9. Henriq. *in sum. lib.* 14. *de irreg. c.* 18. §. 3. Piasec. *in praxi noua Episcop. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 17. *pag.* 107. Sayr. *d. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 5. Armend. *vbi proximè num.* 12. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 518. *in* 1. *edit. & resolut.* 445. *n.* 2. *in* 2. *edit.* Beller. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 1. *num.* 54. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 3. *num.* 3. *& in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap* 11. *num* 11. nouissimè Fr. Lud. à Cruce *in exposit. Bull Cruciata, disp.* 1. *cap.* 6. *dub.* 18. *num* 1. *in fine*, Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. iurisdictio, differ.* 9.

num.12. Filliuc.tom.1.tract.10.c.10. num. 272. Floron. de casib.resern.part.1.cap.4.§.7. num.14. Guant. in manual. Episcop.verb. Absolutio,num.7.Duard.in Bull. Cœnæ lib.3.§.2.quæst.11.num.29.me citato in hoc loco Boss. d.sect.1.cas.10.n.188.me etiam citato in hoc loco Alzed. de præcell. Episcop.dignit.part.1.cap.5. num.123. & c.6. num.68.

16 Capitulum Sede vacante eandem habet facultatem dispensandi, & absoluendi concessam Episcopis per Concil. d. cap.6.nam licèt illa facultas competat Episcopo iure speciali, tamen competit ei Iure communi & iurisdictione ordinaria illi tributa. Ita in terminis resoluunt Beja in responsis casuum conscientiæ,part.4.casu 37.vers. tandem nullus, Sayr. in claui Regia, lib.6. cap.11. num.84. Henriq. lib.6. cap.16. §.1.& lib.14.cap.20.§.1.Fr.Emman.quæst.Regul.tom.1. quæst.61.art.9.Cened.ad Sextum collect.4.num.3. Suar. tom.4.de pœnit.disp.30.sect.2.n.4. Aloys.Ricc.in collect. decis.part.3.collect.721.vers.tertiò dubitatur,& in praxi fori Ecclesiastici,decis.533.in 1.edit.aliàs resol.466.in 2. edit & in praxi aurea resol.118.num.5. Sayr.decis.31.de tempor.ordinat. Alzed.d.part.2.c.6.n.73. Piasec.in praxi noua Episcop.part.2.cap.1.num.16.pag.106.Sanchez de matrim.lib.8.disp.2.num.14.Nicol.Garc.de beneficiis, part.5.cap.7.num.41.& part.7. cap.11. n.21. Nouar. in sing.Canonic.conclus.2.num.3. Diana part.4. tract.4. resol.211.vers.notandum est.Floron.de casib reseruatis,part. 1.cap.4.§.7.num.9.Duard.in Bull.Cœnæ lib.3.§.2. quæst. 11.num.16.& 17.Gauan.in man.Episcop.verb. Capitulum Sede vacan.num.48.Boss.dict.casu 10.n.207.nouissimè Marcel. Vulpe in praxi c. 44.num.9. Quamuis contrarium teneant Marc.Anton.d.cap.3. vers.ex eodem,& Bonacin. de censuris disp.7.q.5.punct.1. Alter. tom.2.disp.6.de suspens.cap.3.Stephan.Daluin de potest. Episcop.c.27.num.1.

17 Abbates verò,& alij Prælati Inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, etiam nullius diœcesis, non gaudent prędicta facultate dispensandi,& absoluendi concessa Episcopis in Concil.d.cap.6. ex eo, quia Conciliaris illa Constitutio hac in parte derogat Iuri communi, & idcirco potius est limitanda, vt nomine Episcopi intelligamus secundùm propriam significationem huius nominis illos tantum, qui in Episcopali dignitate constituti sunt,non inferiores.Ita Aragon. 2. 2. q.88. art.12.conf.4. Cened.d.collect.4.num.5. Tolet. in summ. lib.1.cap.83.num.5.ad finem. Suar.tom.4. de pœnit. disp. 30.sect.2. num.6.& tom.5.de censuris, disput.41. sect.2. num.7. Petr.de Ledesm.in summ. tom.2. tract.1. cap.6. post concl.2.diffic.1. Aloys.Ricc.in praxi fori Ecclesiast. decis.532.num.1 in 1.edit. & resol.555.in 2. edit. Mari. Alter.d.cap.3.vers.sed hic,Bonacina d.disp.6.q.5.punct. 2.num.6.Gauant.verb absolutio,num.5.& verb. censura, num.2. Campan. rubr.7. cap.5. num.5. & censuisse sacram.Congregationem referont Nicolaos Garc.d. part. cap.11.num.15.& 17. Armendariz d.loco num.9. & 10. Nouar.d concl.2.num.4. Quamuis huiusmodi Abbatibus prædictam dispensandi,& absoluendi potestatem eodem modo esse concessam,quo Episcopo, asserat Henriq.lib.6.cap.6.§.1.Fr.Emman. quæst. Regular.tom.1.quæst.24 art.13.& 17.& quæst.61.art.9. & in summ.tom.2.cap.10.num.6.Flores de Mena variar. lib. 3.quæst.24. num. 18. Sayr. in claui Regia lib.6. cap. 11. num.83. in fine, Auila de censuris, part.7. disput. 10. dub.6. Sanchez in præcepta Decalogi lib.1. cap.11. n.5. Duard.in Bullam Cœnæ lib.3.§.2.q.8. num.55. Mooer. de commut.vltim.volunt.cap.5.n.455. Sigism. à Bononia de elect.dub.51.num.8. Diana moral p.4.tract.4.resol.211.nouissimè Marchin.d.tract.1.p.9.diffic.1.à n.3. Pottel.verb.Prælati potestas ad absoluendum,n.30.Pharon.d.tract.1.sect.18.cap.34. cum seqq. Boss. d. casu 10. n.211.Castr.Palao de pœnis hæretic. tract.4. disp.4. n.4. nouissimè Trullench d.lib.1.c.3. dub.4. n.3. Stephan. Daloin cap.27.num.2.

Ex eadem ratione videtur dicendum Superiores 18
seu Conuentuales Religionum exemptarum huiusmodi facultate à Concilio Episcopis concessa erga Religiosos sibi subditos,vti non posse, & ita à sacra Illustrissimorum Cardinalium Congregatione decisum fuisse referunt Garcia d.cap.11.num.13.& 20.Armendariz d.loco num.10.& resoluunt. Suar de Relig.tom.4. tract.8.lib.2.cap.12.num.12.& tom.5.disp.4.sect.2.Petr. de Ledesm. in sum.tom.2. tract.1.c.6. post conclus.20. diffic.3.Valer.Regin.d.n.29.versic. quintum est. Lezana c.11. num.6. Contrarium tamen, imò prædictos Superiores erga Religiosos sibi subditos hanc potestatem habere, facultate ipsis ad hoc data à Pio V. Constitutione sua,incipit Romanus, de anno 1571. die 21.Iulij, tenent Piasec. in prax. noua Episcop. part. 2. p.3. num.52. in princ. Henriq. in summ. lib. 6. cap. 16. §8.& lib.7.cap.25.§.2.& lib.14. cap. vltim. §.5. ad fin. Fr.Emman.quæst.Regul tom.1.quæst.61.art.9. Fr. Lud. Beja in responsis casuum conscientiæ, part. 4. casu 37. in princip. Fr. Ioannes de la Cruz de statu Religionis lib.1.cap.6.dub.16.Sayr.de censuris,lib.7.cap.7.num.25. Molin.de instit.tract.3.disp.61. num.4. & 5. disp.70. in fin. Iacob.de Graffiis tom.2. consil. sub tit. de homicidio consil. 2. num. 23. cum sequentib. Sanchez de Matrim. lib.8.disp.2. num.13. in præcepta Decalogi lib.2. cap.11. num.7. Coriolan. de casib. resern. part.1. sect. 1. art.22. num 6 & art.27.num.4. Barthol.à S. Fausto in thesauro Relig.lib.3.quæst.125. Portel.in dub. Regularib. verb. Prælati, num.36. nouissimè Boss. d. cap.10. num.220. cum seqq. vbi num. 223. subdit huiusmodi Prælatos Regulares posse alteri committere dictam facultatem dispensandi & absoluendi. Ioan.Valer. de differ. inter vtrumque forum,verb.Regularis differ.6. vers.denique,Nouar.d concl 2.num.6.Barthol.de Vechis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disput.9.dub.18.ex num.4. Hieron.Roderic.d.resol.52. num.23.Diana part.4.tract.5.resol.211.in fine.Marchin. d.diffic.1.n.9.Sigism.& Bonacin.de elect.p.2.c.1.dub.50. & hæc secunda opinio attenta dicta Pij V. Constit. in praxi sequenda est,illa verò non obstante, in puncto Iuris primam veriorem iudico, me citato in hoc loco Trulleoch d.dub.4.n.5.

Archiepiscopus dum actu visitat habet facultatem 19
absoluendi ab irregularitate occulta virtute Concilij Tridentini circa subditos suorum Suffraganeorum,tunc enim ratione officij ordinariam habet facultatem ad absoluendum. Ita Henriquez lib. 14. cap. 18. num.3. Suar. tom. 4. disput. 30. sect. 2. num. 8. Sayr. in claui Regia lib.6.c.11.num.79. Auil. de censur. part.2. cap.7. disput.1. dub.10. conclus.3. & part.7. disp. 10. dub.6. notab.2. circa primam conclusionem, Sanchez in præcepta Decal.lib.2. cap.11.num.6. & lib. 4. cap.38. num.13. & 15. Marchio.d.tract.1.part.9. diffic.1. n.8. Ioan.Valer. de different.inter vtrumque forum, verb. iurisdictio, different.4. num.1. me citato in hoc loco Boss. d.casu 10.num.215.Alzed.d.part.2.cap.6.num.40.Bonacina de censur. disput. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 7. vers. tertio, vbi in vers. secundo,dicit etiam posse Archiepiscopum à censuris latis à Suffraganeis, vel à Sede Apostolica absoluere subditos Suffraganeorum, quando maliciosè, aut negligenter differunt absolutionem,vel quando ad illum fuit appellatum, & vocatæ fuerunt partes. Sic etiam in actu visitationis non solùm potest dispensare cum subditis Episcoporum Suffraganeorum, sed etiam cum ipsismet Episcopis Suffraganeis, vt contra Suar. tenent Henriq. dict.

dict.cap.18. num.4. Auila part.7.disput.6.sect.5. dub.5. Bonacina de censuris disput.7.quæst.5.punct.1.num.2. in fine. Boss.d.cas.10.num.216. vbi num.217. subdit quòd immo quocumque tempore, & sic extra visitationem, poterit Archiepiscopus vti dicta facultate dispensandi & absoluendi circa suos Episcopos Suffraganeos, sicut potest circa subditos suæ propriæ diœcesis, & citat post alios Sayr.dict.c.11.num.79. Floron. de casib. reseru. part.1. cap.4. §.7. num.14. Trullench d. dub.4.num.4.

Occultum quid dicatur, & qui sint casus occulti, in quibus Episcopus dispensare valet?

20 CVm Episcopi virtute Concilij Tridentini sess. 24.de reformat. cap.6. possint omninò dispensare in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, opportunè inquirendum est quando dicatur delictum occultum, vt Episcopus possit dispensare in irregularitate, vel suspensione per illud incursa? Sunt qui teneant occultum in præsenti materia secundum terminos Iuris esse regulandum, & propriè dici, quod non potest probari. Ita Iacob.de Graff.tom.2.cons.sub tit de homicid cons.2.num.20. Nicol.Garcia de benef.part.7.cap.11. num. 46. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de irregularitat. in declaration. num.25.

21 Verùm communis Doctorum resolutio tenet occultum in præsenti dici, quod non est publicum, etiamsi ab aliquibus sciatur, & potest tergiuersatione celari; quia Concil.d.cap.6. à regula dispensandi excipit deducta ad forum contentiosum: ergo non excipit occulta, quæ probari possunt, si tamen ad forum contentiosum non sunt deducta; tum quia occultum plerumque accipitur non prout est improbabile, sed prout contra distinguitur à notorio, publico, vel saltem famoso, secundum Panormit. in cap. fin. de tempor. ordin. vbi occultum crimen ad hoc, vt quis possit promoueri, appellat illud quod opponitur notorio, licet probari possit, idem Panormit. in cap.
22 quæsitum, de Pœnis & remiss. † Et notorium est plena rei notitia inducens indubitatam, & finitam probationem, discussione non egentem, vt per text. in cap. vestra, de cohabit. cleric. & in cap. cura olim, 14. de verb. signif. tenent Clar.lib.5.§.fin.quæst.9. Mascard. de probation.conclus.1101. Paul.Comitol.respons.moral.lib.1. quæst.57. Mench.illustr.cap.2. num.11.cap.20. num.25. Farinac. in praxi crimin. quæst.18. Menoch. de arbitr. casu 166. num.4. Iacob. de Graffiis in aureis decis. p.1. lib.1. cap.13. num.43. & seq. Aldrete de religiosa disciplina tuenda lib. 1. cap. 5. §. 2. num. 6. nouissimè me citato in hoc loco Bossi. de triplici Iubil. priuilegio, sect.1.
23 casu 10. §.3. num.26. in fine Hinc † notorium dicitur delictum commissum, vel confessum in iudicio, Mascard.concl.1326.num.4. post Afflict. Menoch.& alios, Farinac d quæst.21.num.31. Stephan. Gratian. discept. forens.cap.142. num.9. & 10. Aldrete d. §.2. num.11.
24 Item, † & omne illud, quod ex actis iudicij constat, ex citatis per Menoch. remed. 2. recup. num.132. & de arbitr.casu 166.num.6.& cons.100.n.6. Tiraquel.de retract. lignag.§.36 gloss.2. n.44. Mascard. conclus.1101. num.13.cum sequentib. Farinac.d. quæst.21. num.14. & quæst. 9. num. 20. Mendez à Castro in praxi Lusitana lib.3.cap.15.num.4. Aldrete dict.§.2.num.10. Boss. d §. 3.num.30. Vel deducitur ex sententia in iudicio prolata, Mascard.conclus.1296.num.15. Farinac.d.quæst.21. num. 31. Quare textum illum intelligendum esse de illo occulto, quod probari potest, sed à paucis scitur, & aliqua valet tergiuersatione celari, tenent Nauar. in man.cap.27. num. 254. in fine vers. vndecimo Sotb. compend. Mendicant. in resol. materia absolut pag. 48. Anton.Roch.de visitatio verb.occultis, Vega in summa part.1.c.49. casu 16. Tolet. in summ.lib.1. cap.89.num. 5. Læl. Zech. de casibus Episcopo reseruatis casu vltim. num. 1. & casu 1. de irregular. circa finem, Viuald. in candelabro aureo, tit.de irregul. n. 315. Zerola in praxi Episcop p.2. verb. irregularitas §.1. Azor. instit. moral. part.1 lib.8.cap.10.quæst.9. Auila de censur part.2.cap.7. disp.1.dub.12.concl.2.& p.7.disp 10.dub.6. Mar. Alter, vod.tract. tom. 2. disp. 8. de suspens. cap. 3. vers secundo notandum, Suar.tom.4. disp.30. sect.2. num.2. & tom.5. disp.41. sect. 3. num.6. Campan.in diuers. Iuris Canon. rubr.6.cap.5.num.7. Doard in Bull.Cœna lib.3.§.2 q.11. num.4.& 5. Floron.de casib.reseruat part.1. cap 4.§.21. num.2. Gauant in manuali Episcop.verb absolutio, n.11. me citato in hoc loco, Alzed.d.p.2.cap.6. n.12. Molina de iustitia, tract.3. disp.79.n.8.vers secundo, Fr.Emman. quæst.Regular.tom.1. quæst.24. art.11. Paul. Comitol. respons.moral.lib.6.quæst.44.num.2. Vgolin.de potestate Episcopi, cap. 57. num.5. Piasec.in praxi noua Episcop. part.1.cap.1.num.56.pag.62. Aloys. Ricc.in praxi fori Ecclesiast.decis.523.in 1.edit.& resolut.450.in 2. edit. Sayr.de censur. lib.4. cap.17. num.21. & lib.7. cap. 13. num.12. Sanch.de Matrim.lib.2. disput. 37. num.11. & lib.8. disput.34. num.55. & in præcepta Decalogi lib. 2. cap.11. num.19. cum sequentib. Reginald. in praxi fori Pœnit.lib. 30. tract. 2. num.30. me citato Bonacin.de censur.disp.1.quæst.3 punct.2.num.1.vers quartò, Fr. Sigism.à Bononia de elect.dub.71.à num.7. Nouar inter decisiones Neapol. Aloysij Riccij decis. 117. part 4 vbi multa ex hoc loco me non citato desumpsit; nouissimè Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta par.2.lib.8. cap.8.n.23. Barthol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 9. dub.16. n.3. Hieron. Rodcric.in compend.quæst. Regul.res. 52. num.23. Alzed.d.part.2.cap.6. num.12. March.in dict. part.9.diffic.2. nouissimè me citato in hoc loco Bossi de triplici Iubilæi priuil sect.1.casu 10. §.3. num.26. nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic fori eccles.cap 44. n. 20. latè & eleganter Stephan. Daluin de potest. Episcop.cap.26. num. 3.cum seqq. vbi ex præscripto Iuris, & Iurisperitorum doctrina aliquid occultum dici tripliciter ait. *Primò* illud, quod non est sua natura probabile, quia vt tale non cadit sub cognitionem hominis, eiusmodi sunt cogitationes hominum, de quibus nec Ecclesia iudicat. *Secundò* id, quod sua quidem natura est probabile, probari tamen non potest, quia nemo illius notitiam habeat, vtpote coram nemine factum. *Tertiò* illud, quod probari quidem potest, quia notum, sed tam paucis, quod neque est vulgare, neque in iudicium deductum, & num.9. notat per casus occultos Sedi Apost.reseruatos vigore Concilij dict.cap.6. Episcoporum iurisdictioni concessos, non intelligendos eos, qui primo modo dicuntur occulti, sed tantum eos, qui secundo, & tertio modo. nouissimè D.Felician.de Vega, nunc Archiep. Mexican.in relect.cap.& si clerici §.de adulteriis n.152. cum seq.de Iudic.

Ex quibus rectè infertur posse Episcopum virtu- 25
te Concil.in dict.cap.6. dispensare, quando delictum non est publicum, vel notorium, quamuis sit notum tribus, vel quatuor, nec de illo sit fama in maiori parte viciniæ, vel collegij; vnde in magna ciuitate quatuor, quinque, aut sex vidisse testes, non satis videtur ad notorium, vt docent Henriq.d.lib.13. cap.5. §.2. Sayr.de censur.lib.2.c.12. n.19. Sanch.dict.cap.11. num.19. Trullench d.cap.2.dub.6. num.1. Vnde etiam optime aliqui Doctores exigunt, vt delictum non sit occultum, sed publicum, quòd non tantùm actus,

qui est delictum, sit publicus, sed etiam vt sit publi-
26 cumeum fecisse delictum, hinc tesolueotes † posse Episcopum dispensare etiamsi actus sit materialiter publicus; non verò formaliter in quantum delictum, adhuc enim occultum dicitur delictum. Ita Emman. Sà verb. Episcopus num. 35. Fr. Emman. in sum par. 1. c. 176. n. 3. Heotiq. lib. 14. cap. 20. num. 4. Sayr. de censuris lib. 7. cap. 3. num. 13. Bonaciua eodem tract. disp. 7. quaest. 5. puncto 1. num. 4. vers. dixi in prouenientibus, Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 71. num. 8. Faguodez dict. cap. 8. num. 25. & 29. Sanch. dict. lib. 8. disp. 34. num. 56. Piasec. in praxi noua Episcop. part. 1. cap. 1. rub. de dispensat. sub num. 56. fol. 61. Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. resolut. 450. num. 5. in 2. edit. Vgolin. de censuris tab. 1. cap. 13. §. 7. sub num. 4. Galet. in margarita casuum conscientia verb. delictum, vltim. Campao. in diuersorio iuris Canonici rub. 7. cap 5. num. 3. me citato Trullench dict. cap 2 dub. 7. num. 3. & nouissimè in sua exposit. Decalogi, me citato, d. dub. 4. num. 8. Hinc vnus Texeda tom. 2. lib. 3. tract. 3. n. 138. existimauit posse Episcopum dispensare io irregularitate ex homicidio voluntario occulto prouenieote, dummodo ita sit occultum vt nullus alius sciat id delictum fuisse à tali persona, nisi solus ipse homicida, quasi Concilium d. loco an loquatur de homicidio omnino occulto, sed aliquo modo, scilicet de illo, quod in iudicio probari ooo potest, sed merito illud reprehendit Diana moral. resol. p. 6. tract. 6. resol. 58. in med.

27 Hinc etiam colliges posse Episcopum dispensare in irregularitate proucoiente ab excommunicato celebraote, quando excommunicatio est occulta, licèt celebratio sit manifesta; nam ad hunc effectum censura dicitur occulta, quae incurritur coram multis ignorantibus, illam tamen eo casu incurri. F. Ludou. Miraoda in man. pral. tom. 2. q 8. art. 14. concl. 2. Piasec. in praxi noua Episc. p. 1. c. 1. n. 56. pag 62. Nauar. cons. 2. sub tit. de clerico non ordinato minist. in vtraque edit. Galet. d. verb. delictum pen. Lael. Zech. d. casu vltim. num. 1. vers. & quod, pag. 248. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 12. cap. 3. quaest. 13. resol. 3. in fine, & me hîc citato March. d. tract. 1. p. 9. diffic. 1. n. 4. 5. & 6. nouissimè Bossi. d. §. 3. num. 33. Quidquid dubitet additionator ad dictum cons. Nauarri. Hinc si contingat delictum in vna ciuitate esse publicum, vel per facti notitiam, vel quia in iudicio confessum, vel quia per Iudicis sententiam probatum, in alia verò ciuitate, in qua petitur absolutio, vel dispensatio io irregularitate esset occultum, tunc licebit Episcopo absoluere, vel dispensare, modo ootitia talis delicti non sit illuc facillime peruentura; quia io tali loco delictum verè dicitur occultum, nec semper adest periculum diffamationis propter locorum distantiam. Ita contra Suar. de Poenit. disp. 30. sect. 2. n. 2. Sanctarel. de haeresi c. 5. dub. 6. num. 26. resoluunt Auila de censur. part. 2. cap. 7. disput. 1. dub. 11. concl. 3. Sanch. in praecepta Decal lib. 2. cap. 11. num. 20. Duard. in Bull. Coena Domini lib. 3. § 2. q. 11. n. 10. Fagundez in quinque Eccles. praecepta part. 2. lib. 8. c. 8. n. 28. Marchin. d. part. 9. diffic. 2. n. 7. Trullench d. dub. 6. n. 2.

28 Delictum deductum ad forum contentiosum, ad hoc vt Episcopus in irregularitatibus, & suspensionibus ab eo prouenieotibus, dispensandi facultatem non habeat, dicitur statim ac deonciatio, aut accusatio de illo coram legitimo iudice facta est, ita Mar. Alter. d. cap. 3. vers. postulabit, vbi multis nititur suam comprobare sententiam. Vel vbi primum citatio est facta, quia regulariter à citatione incipit iudicium, §. fin. Instit. de poena temere litig. glos. in rub. C. de in ius vocando, vt tenet Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 522. in 1. edit. & resol. 449. in 2. edit. Floron. de cas. reser. c. 4. §. 21. n. 2. nouissimè Marcel. Vulpe dict. cap. 44. n. 10. in fine.

Verùm ego tenerem delictum dici deductom ad forum contentiosum post litis contestationem, ex sequentibus, primò quia † forus contentiosus verè dici non potest, nisi inter partes super delicto commisso contendatur, negando, vel confitendo, quo actu litis contestatio etiam in criminalibus inducitur, vt tenent Viui. Neapol. decis. 310. num. 13. Farin. in praxi crimin. quaest 10. sub n. 35. ad finem. Deinde † forus conteotiosus idem sonat quod iudicium; at iudicium propriè post litem contestatam dicitur, ex resolutis per Azin. in praxi Florentina §. 1. cap. 1. num 14. & seq. Lancellot. de attent. in praefat. num. 7. Peregr. var. lib. 2. sub rubr. de iudic. num. 54. Vlterius forus cooteotiosus nihil differt à lite motâ, quia idem est, si non plus, in foro contendere, & in eo litem mouere; at lis mota dicitur postquam litis contestatio facta fuerit, vt probat text. in cap. ex parte 30. de verbor. signific. & resoluunt Marania de ordine iudic. part. 5. tit. & omnia fiant durante instantia, num. 64. Surd. de alim. tit. 5. q. 8. n. 64. Cabed. Lusitan. decis. 15. n. 10. part. 2. ergo etiam teoendum delictum deductum ad forum contentiosum, dici post litem contestatam, quod post primam huius tractatus editiooem sentire videtur Fr. Sigismund. à Bonacica de elect. dub. 71. num. 10. à princip. Ganani in man. Praelat. verb. absolutio. n. 12. Diana resolut. moral. part. 4. tract. 2. resol. 93. Boss. d. §. 3. n. 6. Trullench d. dub. 6. n 1. & nouissimè me citato in hoc loco in sua exposit. Decalog d. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 9. Castro Palao de legib. tract. 3. disp. 6 punct. 15. §. 1. n. 1. & de poenis haereticor. tract. 4. disp. 4. n. 14.

Deducto igitur delicto ad forum contentiosum, modo supra explicato in irregularitate, vel suspensione ex illo proueniente impeditur Episcopus dispensare; quod quidem impedimeotum non est dicendum semper durare, ex eo quod semel deductum fuerit ad forum contentiosum, sed tantum quousque durauerit iudicium, quo finito habita sententia absolutoria, licebit eidem Praesuli dispensare, quia adhuc maoet occultum, & non potest dici deductum cum effectu, ex quo probatum oon fuit; ita Viuald. in candel. aureo tit. de excommun. num. 42. Emman. Sà verb. Episcopus, num. 34. Fr. Emmao. in summ. part. 1. cap. 167. num. 4. Vega in summ. part. 1. cap. 15. casu 2. Iacob. de Graffiis in aureis dec. part. 1. lib. 1. cap. 13. n. 42. & tom. 1. consil. sub tit. de homicid. consil. 20. n. 20. Suar. de censur. disput. 41. sect. 2. num. 6. Sayr. eodem tract. lib. 4. cap. 7. num. 12. Auila eodem tract. part. 7. disput. 1. dub. 11. conclus. 3. Henriquez lib. 14. cap. 17. §. 2. in commento lit. H. Campan. in diuers. Iuris Canonici rub. 11. cap. 23. num. 144. Mat. Anton. variar. resol. lib. 3. resol. 16. sub num. 21. vers. nec obstat, Mat. Alter. d. cap. 3. vers. postulabit, Molina de iustitia, tract. 3. disput. 79. num. 8. vers 2. & 3. Sanchez de Matrim. lib. 2. disput. 37. n. 12. & lib 8. disp. 34. num. 57. & in praecepta Decalogi, lib. 2. cap. 11. num. 21. & me citato Bonacina de censur. disp. quaest. 3 punct. 2. num. 2. & disput. 7. quaest. 5. punct. 1. n. 4. vers. dixi excepto, Fagund. d. cap. 8. num. 26. Nouar. dict. conclus. 2. num. 16. in fine, Fr. Barthol. de Vecchis d. disp. 9. dub. 16. num. 5. Alzed. d. part. 2. cap. 6. num. 10. & 11. Boss. d. §. 3. num. 40. Trullench d. dub 4. n. 9. D. Felician. de Vega in relect. cap. & si clerici, §. de adulteriis, n. 153. de iudiciis.

Quin etiamsi mediis depravatis obtinuerit absolutionem ab iniecto crimine dispensabit Episcopus, Henriq. dict. lib. 14. cap. 27. §. 4. Suar. dict. sect. 2. à n. 6. Sayr. d. cap. 7. num. 12. Sanchez dict. lib. 2. de Matrim. disp. 37. num. 12. in fine, & lib. 8. disp. 34. num. 57. Barthol. de Vecchis d. dub. 16. num. 7. in fine. Fr. Sigism.

à

à Bononia *de elect.dub.* 71. *num.*12. Campan.*in diuerſor.Iuris Canon.rubr.*7.*cap.*5.*num.*7.*& rubr.*11. *cap.*23. *num.*144.vbi tenet,quòd ſi iudicium non fuerit ſententia finitum,eo quòd accuſator per annum iacue-
34 iit, † poteſt ab Epiſcopo elapſo anno diſpenſari,vel ordinari,& allegat gloſſ.*verb.obrepſit,in cap.tantis*,81. *diſt.& cap. omnipotens Deus,de accuſat.* Maiol.*de irregular.lib.*3.*cap.*17.*ſub num.*9. & Sayr. *d.cap.*7. *num.*11. me citato *in hoc loco* Marchin. *d. tract.* 1. *p.* 9. *diffic.*4. *num.*8.*&* 9.Sigiſm.à Bononia *d.dub.*71.*num.*10.Boſſ. *d.*§.3.*n.*43.*in princ.*

35 Dubitari tamen poteſt, vtrum Epiſcopus poſſit diſpenſari ſi delictum deductum ſit ad forum contentioſum, & iam finito iudicio punitum? In qua quæſtione tenet vna ſententia etiam hoc caſu poſſe Epiſcopum diſpenſare, ſubſcribunt Henriquez *dict. lib.*14.*c.*7.*n.*3. Auila *de conſ.p.*2. *diſp.*2. *dub.*7. *& p.* 7. *diſp.*10.*dub.*7.Sanchez *in præcepta Decalogi lib.*2.*c.*11. *n.*21.*verſ.Sed quid*,Regioald.*d.lib.*30.*tract.*2.*num.*29. *verſic.ſexto*.Fr. Sigiſm.à Bononia *de elect.dub.*71.*n.*13. Sanctar.*de hæreſi,cap.*5.*dub.*6. *num.*29. Hurtado *in tr. de irregul.diſp.*2.*diffic.*20. *num.*68. Diana *moral.reſolut. part.*4.*tract.*2. *reſol.*97. Marchio *dict. diffic.*4. *num.*11. Sed contrariam ſententiam veriorem doceo,quia delictum hoc non poteſt negari ad forum contentioſum eſſe deductum,nec deinde occultum,imò publicum; nam quæ probantur in iudicio, appellantur publica.Ita Gutier.*canon.lib.*1.*cap.*3.*ad finem*,Fr.Emman.*in ſumm.part.*1.*cap.*168.*in fine*,Suar.*d.ſect.*2.*n.*5. *ad finem*,Bonacina *d.punct.*2.*num.*2. *& diſp.*7. *quæſt.*5. *punct.*1.*num.*5.Barthol.de Vecchis *d.diſp.*9.*dub.*16. *in fine*,Garcia *de benef.part.*7.*cap.*11.*num.*50.Sayr.*de cenſur.lib.*4. *cap.* 17. *num.* 23. Stephan. Daluin *de poteſt. Epiſcop. cap.* 21. *in fine*, vbi refert *ſacram Congreg.* ſic cenſuiſſe. *Qui occaſione dictorum delictorum occultorum Papæ reſeruatorum (de quibus intelligitur idem cap. liceat) fuerunt inquiſiti, ſed quia potuerunt delicta probari, Rei ipſi non fuerunt quidem abſoluti diffinitiuè, nec alio modo, ſed ſimpliciter dimiſſi recepta promiſſione de ſe repræſentando non poſſe huiuſmodi vti dicto cap. liceat, beneficio; quia in eo ſcriptum ſit,exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, ſicque ſufficit ſola deductio, quicquid inde ſequatur.*

36 Ex quibus omnibus *primò* collige poſſe Epiſcopum virtute Concilij *d. cap.* 6. diſpenſare in irregularitate, quæ contrahitur ex reiteratione Baptiſmi occulta.Ita Toler.*in ſumm.lib.*1.*cap.*70. Auila *de cenſur.part.*7.*diſp.*7.*quæſt.*3.*punct.*3.*num.*9. Fillioc.*in ſum. tract.*20. *cap.*6. *quæſ.*5. Alzed.*d.part.*2. *cap.*6. *num.*53. Homobon.*de examine Eccleſiaſt.tract.*12.*cap.*3.*q.*8.*in reſol.*1. *quæſtionis*,vbi citat metipſum in hoc loco;etiamſi incurratur ab aliquo publicè baptizante,dummodo neſciatur an qui baptizatur, fuerit antea baptizatus,Sayr.*d.lib.*7.*c.*10.*n.*16.Auila *d.dub.*6.Sanch. *de Matrim.lib.*2.*diſp.*37.*n.*11.

37 *Secundò* collige Epiſcopum etiam poſſe diſpenſare in irregularitate contracta ab eo, qui duo Ordines Sacros, vel Acolytatum cum Subdiaconatu eodem die ſuſcepit, quando delictum eſt occultum, Henriquez *lib.*14.*cap.*6.*num.*5. Auila *part.*7.*diſput.*9. *ſect.*1.*dub.*4.*ad finem*,Sayr.*d.lib.*7.*cap.*10. *num.*26. Bonacina *d.diſp.*7.*quæſt.*3.*punct.*4.*num.*4. Vgolin.*de cenſuris,tract.de irregul.cap.*39.§.1.*n.*31.*& de poteſt. Epiſcopi cap.*57.§.2.*n.*4.*verſ.quarto.*

38 *Tertiò* collige poſſe etiam Epiſcopum diſpenſare in ſuſpenſione contracta ab eo,qui furtiuè,ideſt,neſciente Epiſcopo, neque probante, neque examinante, Ordines ſuſcepit, ſi occulta ſit. Henriquez *lib.*14.*cap.*6.§.3.Suar.*d.diſp.*42.*ſect.*3.*num.*5.Coninch *diſput.*18. *dub.*5. *num.* 43. Bonacina *d.punct.*4. *num.* 5. Vgolin.*d.tract.de off.& poteſt Epiſcop.cap.*57.§.1.*n.*4. *verſ.quarto.*

Quartò collige Epiſcopum etiam poſſe diſpenſare in ſuſpenſione, quam quis contraxit recipiendo Ordines ſine litteris dimiſſoriis, ſi ſit occulta. Bonac.*de Sacr.diſ.*8.*q.vnic.punct.*4.*n.*25. 39

Quintò collige poſſe Epiſcopum diſpenſare cum eo,qui per ſaltum promotus ad Ordines,celebrauit, vbi delictum fuerit occultum. Vgolin.*d.*§.2.*num.*4. *verſ.tertio.* 40

Sextò collige eodem modo poſſe Epiſcopum diſpenſare in irregularitate occulta proueniente ab adminiſtratione in Ordinibus malè ſuſceptis. Ita Auct.Catecheſis Neapolitan.*lib* 4.*cap.*12. *verſ.tertio*, Maiol.*de irregular.lib.*1. *c.*30. *n.*9. *in fine*,Campan. *in diuerſ.iuris Canon.rubr.*7.*cap.*3.*num.*2. qui hoc verum eſſe dicunt ſi Epiſcopus non fuerit etiam ſcienter particeps eiuſdem culpæ. 41

Septimò collige poſſe etiam Epiſcopum diſpenſare cum eo,qui Ordines minores ſuſcepit ab Epiſcopo, qui renontiauit Epiſcopatui,vel dignitati,aut à cenſura irretito, ſchiſmatico, hæretico, depoſito, vel degradato,dummodo delictum ſit occultum. Vgolin.*d.*§.2.*n.* 4. *verſ.quinto*,Alzed. *de præemin. Epiſcop. dignit.p.*2.*c.*5.*n.*16. 42

Octauò collige poſſe etiam Epiſcopum diſpenſare in irregularitate,quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat, vt exerceat ſuſceptos ac alios ſuſcipiat,modo delictum ſit occultum, Vgolin.*d.cap.*57.§.3.*num.*2. *verſ.ſi etiam*,Bonacina *de cenſur.diſp.*7.*q.*3.*punct.*6. *num.*10. Alzedo *d.p.*2.*cap.*6. *num.*34. 43

Nonò collige Epiſcopum etiam poſſe diſpenſare cum ſimoniaco occulto, non tamen illum rehabilitare ad beneficia in poſterum obtinenda, nec ad ea retinenda,quæ per ſimoniam occultam obtinuit.Ita per *ſacram Congregat.* deciſum fuiſſe teſtantur Suar. *de relig.tom.*1.*tract.*3.*lib.*4.*cap.*61.*num.*11.Leſſ.*de iuſt. lib.*2.*cap.*35.*num.*140. Nicol. Garcia *de benefic.part.*8. *cap.* 1. *num.* 74. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.*1.*tit.*18. *lib.* 7. *de irregularit. in declarat. num.*15.*&* 26. Alzed. *d.cap.* 6. *num.* 41. me citato *in hoc loco* Marchin.*d.tract.*1.*par.*9.*cap.*3.*num.*2. Gauant. *in manuali Epiſcop.verb.Cenſura,num.*6.Chapeauil.*de caſib.reſeru.cap.*22. *quæſ.*3. Boſſ.*d.caſu* 10. §. 5. *n.* 132. Quamuis contrarium aſſerere videatur Campan. *in diuerſ. Iur. Canon.rub.*11. *c.*27. *n.*66. nam contra eum ſe habet veritas, vt nouiſſimè tenet D. Felician. de Vega in *relect.cap.& ſi clerici*,§.*de adulterijs,num.*160. *de iudic.num* 163. ſubdit ſimoniam etiam publicam poſſe diſpenſari in Indiis occidentalibus quoad cenſuras,& pœnas ex indultis conceſſis DD.Epiſcopis,& *num.* 164. affirmat idem eſſe in locis vbi talia indulta non ſunt, ſi tamen adſit difficilis acceſſus ad Papam & ſit periculum in mora. 44

Decimò collige Epiſcopum poſſe diſpenſare cum promoto de facto, & præſumptuosè ante ætatem legitimam, & celebrante, ac proinde irregularitatem incurrente, ſi huiuſmodi delictum promotionis ſit occultum; licèt celebratio ſit publica, vt reſoluunt Nauar.*in man.cap.*27. *num.*241. *verſ.dixi Iure antiquo*, ſic intelligens deciſionem Concilij Trident *ſeſſ.*24.*de reformat.cap.*6. & Viuald.*in candel.aureo tit. de Sacramento Ordinis num.* 37. *in fine*, Maiol. *de irregular.lib.*1. *cap.*30. *num.*9. *in fine*,quos refert,& ſequitur Aluyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.* 105. *in fine.*

Vndecimò collige non poſſe Epiſcopum diſpenſare ſuper illegitimitate ex delicto occulto prouenientes;quia Conc.tribuit Epiſcopis auctoritatem diſpenſandi

sandi super irregularitates contractas ex delicto, sed irregularitas illegitimorum est irregularitas contracta ex defectu, non ex delicto, ergo, &c. Ita Suar. *tom.5. de cens. disp.50. sect.5. num.5.* Bonacin. *in simili tract. disp.3. punct.13. q.2. num.15.* Sayr. *eod tract. lib.6. cap.11. num.8.* Filliuc. *tom.1. tract.19. cap.6. num.152.* Coninck *de sacrament. disput.18. dub.14. num.11.* Arrojo *de sacrament. tit. de irregular. num.10.* Alzedo *d. part.1. cap.6. num.30.* Piasec. *in praxi Episcop. part.1. cap.1. num.56. & 60.* videtur non improbare Diana *moral. resol. part.2. tract.1. miscel. resolut.21.* Quicquid contrarium teneat Auila *de censur. part.7. disputat.3. dub.7.*

Duodecimò collige non posse Episcopum dispensare in irregularitate orta ex hæresi occulta exteriori, quia Episcopi post Bullam Cœnæ non possunt absoluere ab hoc crimine hæresis, vt resoluimus *alleg. seq. num. 24.* ergo nec poterunt dispensare; maior siquidem est potestas dispensandi quàm absoluendi. Ita Maiol. *de irreg. lib.5. cap.46. sub n.6.* Suar. *de censur. disp.43. sect.1. num.7.* Bonacina *in simili tr. disp.7. q.3. punct.6. n.11.* Contrarium verò, immo non esse Episcopis hanc facultatem denegandam verius mihi videtur, quia Conc. Trid. *d. c.6.* Episcopis expressè concessit facultatem dispensandi in quacunque irregularitate orta ex quocunque delicto etiam hæresis, neque ea alio Canone habemus hanc facultatem fuisse illis reuocatam; ergo retinendi sunt in sua possessione, & ideo hanc partem merito sustinent Nicol. Garcia *de benef. part.11. cap.10. num.86.* Farin. *de hæresi quæst.192. num.79.* Vgol. *de irregul. c.36. num.5.* Viu. *in cand. aureo tit. de irregul. 3. num. 21.* Sanch. *in præcepta Decal. lib.2. cap.25. n.18.* Filliuc. *in quæst. mor. tom.1. tr.29. c.9. n.246.* Ant. Dian. *moral. resol.24. tom.1. tract.15. miscell. resol. 24. per tot.* Boss. *de triplici Iubilæi priuilegio sect.1. cas.10. §.12. n.244.* Marchin. *de sacram. Ordinis tract.1. part.8. cap.1. num.11.* vbi duo aduertit, *primum* quod antequam Episcopus in hac irregularitate dispenset, semper est præmittenda Sacramentalis absolutio ab Apost. Sede impetrata ad culpam delendam. *Secundum* quòd quæcunque gratia facta hæreticis, vel de hæresi suspectis, vel hæresim abiurantibus nunquam se extendit ad potestatem audiendi Confessiones secularium ex decreto Pauli IV.

Vtrùm autem per Bullam Cœnæ Domini, & aliàs Constitut. Summorum Pont. sit derogatum facultati, & priuilegio Episcoporum, vt possint absoluere à casibus occultis etiam Summo Pontif. reseruatis, vt eis concedit Conc. Trid. *d. c.6.* Partem affirmatiuam probant Sorb. Tolet. & Iacob. de Graffiis, quos refert, & sequitur Macel. Megal. *lib.1. instit. Confess. c.13. n.15. & 16.* Contrarium nihilominus tuentur Viuald. *in candelabro aureo sub tit. de absol. n.13. & in explic. Bullæ Cœnæ n.141.* Claud. Soler. *in tr. de iuridica potest. Confess. c.3. q.1.* Henriq. *l.6. cap.14. §.7.* Ægid. de Coninch *de cens. disp.14. n.243. vers. nota dubium esse. & de sacram. Pœnit. disp.8. n.87.* quos refert, & sequitur Molfes. *in sum. Theologiæ Moralis tr.7. c.16. à n.20.* vbi *n.24.* obseruat ob varietatem opinionum standum esse consuetudini, vt qui solent absoluere absoluant, & qui non solent abstineant, præcipuè in partibus propinquis Romæ, vt tutiorem partem eligant, & ita rescriptum sibi fuisse ab vrbe Romæ attestatur.

45 Aduertendum maximè est quòd à censuris incursis propter ingressum ad monasterium Monialium non potest Episcopus absoluere, etiamsi delictum sit occultum, quia ita declarauit *sacra Congreg.* teste Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccl. dec.648. in 1. edit. & resol.544. n.5. in 2. edit.* Nicol. Garc. *p.11. c.10. n.122.* Armendar. *d. lib.7. de irreg. n.23.* Iacob. de Graff. *de casib. reseru. c.5. post n.6.* Læl. Zech. *in simili tract. cas.10. n.1.* Chapeau. *eod. tr. c.14. q.2.* Gauant. *in man. Episcop. verb. absolutio, n.15.* Marchin. *d. p.9. c.3. n.3.* Alzed. *d. p.2. c.6. num.21. & 22.*

Contra Bonac. *de clausura Religiosorum, & pœnis eam violantibus impositis q.1. punct.5. n.1.* Boss. *in tr. de Iubilæo sect.1. cas.10. §.5. n.154. pag.54.* Diana *mor. p.1. tr.16. resol.33.* existimantes posse Episcopum virtute Concil. Trident. *citato loco* absoluere à censura incursa ob violationem clausuræ, ob malum finem, etiam occultum.

A suspensione tamen à Diuinis, quam incurrunt Religiosi admittentes fœminas, si sit occulta, posse Episcopum absoluere virtute Concil. Trid. *d. c.6.* resoluit Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2. lib.6. cap.17. num.41. in princ.*

Homicidium voluntarium quod dicatur, ad hoc in irregularitatibus ex eo prouenientibus Episcopus dispensandi facultatem non habeat?

IN proposito, & hoc respectu illud tantum dicitur homicidium voluntarium, quod est illicitum, intentum, & volitum in se. Ita Nauar. *in manual. c.27. num.240.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.1. q.14. art.9.* Couar. *in Clem. si furiosus, part.2. in initio & §.1. num.2.* Veg. *in espejo de Curas c.12. num.325.* Ludou. Lopez *in instruct. conscient. tom.2. part.1. c.28. in princ.* Auil. *de cens. part.7. disp.3. dub.7. & disp.6. sect.1. dub.1.* Vgolin. *eod. tract. tit. de irregular. c.33.* Suar. *eod. tract. tom.5. disp.44. sect.1. & disp.45. sect.2.* Sayr. *eod. tract. lib.7. cap.7. num.5. cum seqq.* Fr. Eman. *in sum. tom.2. cap.179. cum seq.* Vasq. *1.2. disp.10. n.39.* Anton. Roch. *de visitat. verb. homicidio voluntario,* Molin. *de iustit. tract.3. disp.35. & 39.* Martin. Bonacin. *in tract. de contractibus, disp.2. quæst. vltim. punct.2. num.1* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.519. in 1. edit. & resolut. 446. in 2. edit.* Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub.11. cap.13. n.137.* Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.8. art.9. concl. vnic.* Hieron. Roderic. *d. resol.32. n.14.* 46

Primò ex dictis infertur Episcopum vigore facultatis Concilij *dict. cap.6.* posse dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio licito, vel facto auctoritate legitima, & iusta causa, nempe illo, quod procedit ex defectu lenitatis, quale iudices, cæterique ministri iustitiæ proprium officium iustè exequentes, committunt, quod neque culpabile, neque iniustum apparet. Quare ita tenent Couar. *in Clem. si furiosus, part.1. §.3. num.7. in fine,* Nauar. *dict. cap.27. num.240. versic. quarto, & in rub. de iudic. num.109. vers. tertiò, cum seqq.* Hieron. Roder. *d. resol.52. in retract. num.59. & resol.81. num.3.* Ioan. de la Crua *in direct. part.2. de irregul. dub.9. conclus.1.* Nuuar. *de iure nouo Pontif. conclus.81. num.3.* Roch. Veron. *de visitat. verb. homicidium voluntarium,* Polanc. *in direct. Confess. tract. de irregular. reg.3.* Machado *in su perfetto Confessor lib.1. p.3. tract.27. docum.2. pag.215.* Marchin. *d. tr.1. p.9. c.2.* me citato *in hoc loco* Alzed. *d. p.2. cap.6. n.47.* Campan. *in diuersor. Iuris Canonici rub.11. c.23. n.138.* & ita etiam concludit Fr. Emman. *dict. quæst.24. art.8.* reiecta contraria opinione, quam antea firmauerat *in summ. part.1. cap.174.* ob illam rationem quod Concil. *dict. cap.6.* facultatem tribuerit Episcopis dispensandi in irregularitatibus prouenientibus ex delictis occultis: ergo non concessit in proueniente ex homicidio iusto, in quo nullum adest delictum, idem tenent Viuald. *in candelabro aureo, part.2. tit. de irregul. 6. de dispens. quo ad fratres num.326. & 327.* 47

dicens

dicens ita practicari, Medin. *in summ. part. 1. cap. 11. §. 12.* dicens esse multorum Doctorum opinionem, & Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 6.* asserens quòd homicidium voluntarium, cuius irregularitas soli Papæ reseruatur, & quod non comprehenditur in iubilæis, ac in aliis priuilegiis concedentibus facultatem ad dispensandum irregularitatibus, solummodo comprehendit, illud homicidium, quod est prohibitum, atque illicitum, quia, inquit, homicidium significat factum iniustum, quod prohibetur per quintum præceptum Decalogi. Idem etiam tenet Bañes 2. 2. *quæst. 40. art. 2. dub. 4.* vbi agendo de Prælatis Regularibus dicit posse illos dispensare cum sibi subditis, qui in bello iusto occiderunt aliquem, cum hoc homicidium non sit illud homicidium voluntarium, ratione cuius contrahitur irregularitas solummodo per Summum Pontificem dispensabilis. nouissimè Ioan. Machado *in tract. del perfecto Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 12. num. 3.* vbi tenet ex irregularitate quæ contrahitur ex homicidio iusto, & quod procedit ex defectu lenitatis posse Episcopum dispensare virtute Concilij Trid. *in dict. cap. 6.* cuius exceptionem de homicidio voluntario intelligendam esse ait de iniusto. Quamuis contrarium, imò Episcopum non posse in homicidio voluntario iusto dispensare, resoluunt Iacob. de Graffiis *in decis. aureis, par. 1. cap. 13. num. 38.* Molina *tract. 3. disp. 79. num. 8. vers. 4.* Zerola *in praxi Episcop. part. 1. verb. irregularitas §. 8.* Vega *in summ. part. 1. cap. 56. cas. 6. & cap. 117. casu 17. & part. 2. cap. 15. casu 40. & en espejo de Curas cap. 11. num. 287. & cap. 12. n. 323.* Vgolin. *de irregular. cap. 33. §. 1. num. 1. & c. 44. §. 2. num. 4. & cap. 62. §. 2. num. 5.* Aulla *de Censur. p. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 1.* Guiter. *Canon. lib. 2. cap. 6. num. 170.* Præpos. *in 3. part. quæst. 5. de irregul. dub. 13. num. 112.* Filliuc. *tom. 1. tract 19. cap. 10. num. 18.* Hurtad. *de Censur. disp. 2. de irregul. diffic. 20. num. 56.* Tanner *in 3. par. disp. 6. quæst 10. dub. 11. num. 113.* Gauant. *in enchirid. Episop. verb. Irregularitas, num. 105.* Molin. *de iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 79. num. 8.* Homobon. *de examine Ecclesiast. tract. 12. cap. 3. quæs. 13. resolut. 2. in fine*, Nicol. Garcia *de benefic. part. 7. cap. 11 num. 40.* Henriq *in summ lib. 14. cap 9. §. 3. & cap. 19. §. 4. in comment. litt K*, Nauar. mihi visus sibi contrarius, *consil. 34. sub tit. de homicid. in antiq. & consil. 39. in nouis*, vbi tenaciter hanc partem defendit, asserens pro hac parte facere consuetudinem totius Orbis petendi illam à Papa, refert Sayr. *in floribus decis. sub tit. de homicidio decis. 31.* Sic etiam dicerem posse Episcopum dispensare cum Clerico in Sacris constituto pugnante, & occidente in bello iusto, vt tenent Ban. 2. 2. *quæst 40. art. 2. dub. 4.* Henriq. *d. cap. 19. § 4.* Auila *part. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 5.* Contra Bonacinam *de censur. disput. 7. quæst. 4. punct. 4. num. 13. & punct. vltim. n. 10.* Cornejo *in 3. p. D. Thom. tract. 5. de irreg. dub. 13. num. 112.* Diana *p. 4. tract. 1. resol. 69. & 70.* existimantes solum summum Pont. posse dispensare. Vnde etiam Aragon. 2. 2. *quæst. 64. art. 8.* & Salon. *ibidem controu. 4. concl. vlt.* meliùs tenent Villalob. *in sum tom. 1. tract. 21. differ. 18. num. 10.* Diana *in resolut. moral. part. 4. tract. 1. resol. 70.* Candid. *disquis. moral. disp. 17. art. [illegible] dub. 4.* Ioan. Machado *d. docum. 12. num. 4.* quòd omnes priuilegium habentes dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, excepto homicidio voluntario, dispensare possint in irregularitate, quæ prouenit ex homicidio iusto, & ex defectu lenitatis. Item etiam cum eo, qui vertit infirmum intentione accelerandæ mortis, ne tandiu patiatur, vt tenent Auila *d. dub. 5. ad finem*, contra Henriq. *d. cap. 19. §. 3.* Nam homicidium voluntarium, de quo similiter agit Concil. *sess. 14. cap. 17.* illud est, quod illicitè, per insidias, & ex proposito fit; Concil. enim *d. loco* tretom, ac moltoties repetit huiusmodi particulas, *per industriam, per insidias, ex proposito, propria voluntate*, &c. ad insinuandum quòd huiusmodi homicidium, de quo loquitur, & cuius irregularitas dicitur ibidem quod sit Summo Pontif. reseruata, debet esse illicitum, intentum, ac volitum, siue voluntarium in se, aut saltem æquipollenter in sua causa, prout asserunt Nicol. Garcia *d. cap. 11. num. 44.* Aluys. Ricc. *in d. praxi decis. 519. in 1. edit. & resolut. 446. num. 2. in 2. edit.* Turrian. *de censur. lib. 9. disput. 63. dub. 1.* Diana *part. 4. tract. 1. resol. 72.* Hinc licet Suar. Filliuc. & alij, quos sequitur Bonacin. *de censur. disput. 7. quæst. 4. punct. 5. num. 13. in fin.* existimauerint solum Summum Pont. dispensare posse in irregularitate proueniente ex assistentia in bello iniusto, & illius cooperatione quamuis nullum occiderit, aut mutilauerit, nihilominus contrarium verius est, dummodo suis manibus nullum homicidium commiserit, aut membri mutilationem, vt nouissimè sentit Ioan. Machado *d. docum. 12. n. 2.*

Secundò infertur Episcopum dispensare posse in irregularitate ex homicidio casuali proueniente, modò delictum sit occultum; ex eo quia Conc. Trident. *d. cap. 6.* Episcopis potestatem dispensandi concedit in irregularitate ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario; sed homicidium casuale non est propriè voluntarium; ergo Episcopus potest dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio casuali, modò sit occultum. Sic resoluunt Miranda *d. quæst. 8. art. 13. conclus. 2. & 3.* Alxed. *d. part. 2. cap. 6. num. 6.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 11. num. 27.* me citato *in hoc loco* Marchin. *d. part. 9. diffic. 3. num. 9.* vbi extendit siue homicidium casuale sit occultum, siue publicum, & notorium, & ad hoc citat Nauarr. *consil. 45. num. 1. de homicid.* Henriq. *in summ. lib. 14. c. 19. §. 2. & in commento lit. R.* Sayr. *de censur. lib. 7. c. 7. num. 20.* & Auila *in simili tract. part. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 2. concl. 3.* Vnde deducitur non solùm licere Episcopo dispensare in irregularitate orta ex homicidio casuali, vt dictum est, sed etiam in homicidio volito, non ex consilio, aut matura deliberatione facto, sed ex repentina ira, vel rixa. Ita contra Suar. *de censur disp. 44. sect. 1. num. 3.* resoluunt Auila *dict. part. 7. disp. 6. sect. 1. dub. 1. & sect. 5. dub. 5. concl. 2.* Fr. Emman. *in summa part. 1. cap. 177. num. 2.* Diana *moral resolut. part. 1. tract. 15. resol. 19.* Marchin. *d. tract. 1 part. 9. diffic. 3. num. 10.* nam, vt aduertit Stephanus Daluin. *dict. tract. de potestate Episcop. cap. 26. num. 5* etsi multi sciant id factum esse delictum, & videant fieri, sed nesciant censuram ob id incurri, poterit sano in ea dispensari, & *n. 6.* ex Emman. de Sà colligit quod si dubitetur in quam censuram incurrerit, super ea dispensare potest intrepidè Episcopus, & nouissimè Ioan. Machado *in tract. del perfecto Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 16. docum. 13.* ibi, *Quando el homicidio es verdadera y formalmente inuoluntario y casual, como si yendo vn hombre a cauallo se le rompiessen las riendas y atropelasse alguno, ya hemos dicho atras que del mismo derecho contra que del no prouiene irregularidad, y por consequente no necessita dispensacion; aunque Mayolo siente que por derecho nueuo del Concilio Tridentino es necessaria dispensacion*, &c. Quibus autem casibus incurratur irregularitas ex homicidio casuali, vide eundem Ioan. Machado *d. tract. 16. docum. 11. per tot.* 48

Tertiò infertur posse Episcopum dispensare in mutilatione membri etiam voluntaria, si est occulta, in qua nihil innouauit Concil. *d. cap. 6.* quod solum ex- 49

kepit

eepit homicidium voluntarium,ſub qua exceptiòne non-intelligitur murilario volootaria,cùm verè oon ſit homicidium. Ita Nauarr.*in man.cap.27. num.*194. Sa *verb Iregularitas, in fine*, Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep.cap.66.num.9.in 2.edit.* Cardin. Tol. *in ſumm.lib.1.cap.*88.*verſ.6.& cap.89. num.*3. Fr. Emman *quæſt. Regul.tom.1.quæſt.24.art.10. & in addit ad Bullam Cruciata,*§.13.*num.6.*Piaſec.*in praxi noua Epiſcop.part.1.cap.3.anm.*57. Soat.*tom.5. diſput.44. ſect.2. num.4.ſect.4.num.*35.Molina *de Iuſtitia,tom.4. diſput.* 79. *ſub num* 8. Valer. Reginald.*in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 2. *num.* 91. me citato *in hoc loco* Alzed. *d.part.2.cap.6 nam.*2.Fr.Ludou. Miranda *dict.quæſt.*8. *art.*11. Coninch *de Sacramentis,& cenſur.tom.*2. *diſp.* 18. *dub.* 8. Auila *de cenſuris part.* 7. *diſput.* 6. *ſect.* 5. *dub.* 4. Bonacin. *de Cenſuris diſput.* 7. *quæſt.* 4. *puncto vltim.num.* 11. Villalob.*in ſumm.part.* 1. *tract.* 21. *diffic.9.num.*16.Hieron. Roder.*d.reſol.*52. *num.*26. Portel.*in dub. Regularib verb. diſpenſare,num.*7. & 9. Barthol.de Vecchis *d.diſput* 9.*dub.*17. *num.*1. Gauant.*in enchirid. Epiſcop. verb. irregularitas,num.* 108. Filliuc. *tom.1.tract.20.cap.2. nam.*51. Homobon.*de exam. Eccleſ.part.1. tract.12. cap.3. quæſt.*10. Portel.*in dub.reg. verb.diſpenſare,num.* 7. & 9. Nuuar. *de Iure nouo Pontif.concluſ.*81. *num.*16 Hurtad.*de cenſur.diſpat.2.de irregal.diffic.*20. *num.*66. Alzed.*in praxi Epiſcop.part.*2. *cap.6.num.*2. Diana *part.4.tract.2.reſol.*71. Marchin.*d. tract.1.part.*9. *diffic.* 3. *nam.*7. & ſuper hoc latam eſſe à *ſacra Congregat.* declarationem referunt Armendariz *in addit. ad recopil. legum Nauarra ad lib.* 1. *tit.* 28. *lib* 7. *de regul. in declarac. nam.* 14. Nicol. Garcia *de benefic.part.7.cap.* 11. *num.* 30. *cum ſeqq.* Campan. *dict.cap.*23.*num* 143.Aloyſ. Ricc.*d.reſolut.*447. *num.*4. Miranda *d quæſt* 8.*art.*11.me citato *in hoc loco* Homobon.*de examine Eccleſiaſt.tract.*12.*cap.*3. *quæſ.*10.*reſol.* 5.*quæſtionis.pag.*438.Ioan.Machado *d.lib.1.p.2. tract.* 17. *docum.*12. *num.*7. vbi aſſerit me pro hac opinione ſexdecim hoc in loco citaſſe Doctores. Licèt contrarium tueantur Medina *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 12. & alij,quos refert, & ſequitur Sanchez *in præcepta Decalogi tom.1.lib.1.cap.*10.2.40. & Franciſc. Leo *part.*2. *cap.8.num* 8.

50 *Quartò* infertur poſſe Epiſcopum cum illo diſpenſare,qui aliquem hominem occidit, non intendens occidere, cum huiuſmodi homicidium caſuale dicatur; nam qui facit aliquid vnde ſequuta ſit mors, non tamen fecit animo inferendi mortem,incurrit irregularitatem ex homicidio caſuali prouenientem. Ita Nauarr.*in man.cap.27.num.*240.*& conſil. de homicid.* Henriq. *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 19. §. 3. *in commento litt. E.* quos referunt, & ſequuntur Aloyſ. Ricc.*in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*521. *in 1.edit.& reſolut.*448.*num.*2.*&* 3.*in 2.edit.*Bonacina *d punct.vlt. num.*7.

51 *Quintè* infertur Epiſcopum poſſe diſpenſare cum eo, qui mandauit ſeruo, vt alterum percuteret, ſed caueret ne occideret;nam homicidium inde ſequens non eſt propriè voluntarium reſpectu mandantis, ſed eſt caſuale culpabile. Petr. Molin. *tom.4. tract.* 3. *diſput.3.num.*7. Henriq.*dict.lib.*14. *cap.*19. §.3. *in comment.litt. E,& cap.* 14. §. 2. Bonacina *d.punct.vlt. n.*8. Marchin *d.tract.1.part.9. diffic.3. num.*4. Alzedo *d.p.2. cap.6.num.*4.

52 Mandans enim homicidium in perſona vnius, ſi committatur in perſona alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario,prout referunt deciſum Campan.*d.c.* 23. *n.* 84. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.* 412. Et ſuper hoc fertur fuiſſe in *ſacra Congregatione* propoſitum dubium his verbis, *An is, qui mandauit aliquem baculo vulnerari, eo expreſſo ne occideretur, ſi mandatarius armis percuſſerit, & occiderit, intelligatur incidiſſe in decretum* Concilij ſeſſ.24. de reformat.cap.6.*vt in omni ordinatione à beneficio, & officio, abſque ſpe diſpenſationis perpetuò carere debeat? Congregatio cenſuit negatiuè, cum Concil. requirat homicidium per induſtriam, per inſidias, & ex propoſito*;referunt Garcia *d.c.*11.*nam.*44. Aloyſ Ricc.*in dict.praxi deciſ.* 519. *in* 1. *edit. & reſol.* 446. *in* 2. *edit. & in praxi aurea reſol.* 407. *& Neapol. deciſ.117.p.4.*Diana *reſol.moral.part.1.tract.*15.*reſol.*17. *in fine.*

Sextò infertur Epiſcopum poſſe diſpenſare in irregularitate ex homicidio occulto patrato cauſa defenſionis, non ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, quia huiuſmodi homicidium volitum cauſa defenſionis, non comprehenditur ſub homicidio voluntario,imò potius,licet non ſit merè neceſſarium, neceſſarij vim habet,quatenus vitandæ mortis cauſa fit. Quamuis Fr. Emman. *dict. quæſt.* 8. *art.* 24. *in princ.* exiſtimauerit neceſſarium homicidium comprehendi ſub cauſali, ob illam rationem, quod factum non ex propoſito, ſit ſemper caſuale, per Ariſtot.2.*Phyſic.*& propterea conentur reſpondere textui Concilij Trident *ſeſſ.*14. *de reform.c.*7. inſinuanti duas prædictas ſpecies homicidij in illis verbis, *ſed caſu, vel vim vi repellendo*, & aſſerit ipſe Fr. Emman. prædictam diſiunctiuam non fuiſſe appoſitam cauſa diſtinctionis formalis ſignificandæ inter illa duo homicidia, ſed cauſa maioris declarationis, præſertim quod in exemplis non eſt ſemper vigor loquutionis ſeruandus. Nihilominus prædictis non obſtantibus,& ſaluà pace tanti viri verior amplectenda eſt Doctorum diſtinctio plures conſtituentium homicidij ſpecies,vt aliud ſit voluntarium,aliud caſuale,& aliud neceſſarium.Ita Petr. Greg.*lib.4.part iuris Canon.tit.*13.*cap.*2.Campan.*d.cap.*23.*num.*31. Quare hanc illationem tenent Nauarr. *in man.cap.*27. *num.* 239.Henriquez *lib.*14. *cap.*10. *num.*2. Valentia *tom.*4. *diſput.7.quæſt.*19.*punct.*3.§.5. Gut. *canon.lib.*1. *cap.*65. *num.*13. Paul. Comit.*reſpon.moral.lib.*6. *q.*54. *num.* 3. Vgolin.*de officio Epiſcop. cap.* 57. §.2. *nam.*14. Sayr.*de cenſur.lib.7.cap.7.num.*22. Molina *d.diſput.*79. *num.*8. *&* 11.Auila *p.7.diſput.6.ſect.5. dub.*5. Bannes in 2. 2. *D.Thomæ quæſt.*64.*art.*8.*verſ.ad ſecundam*,Fr.Emman. *in ſumma tom.1.cap.*175. *num.*1. Vega *part.*2. *cap.*15. *caſu* 23. *verſ. nota.* me citato *in hoc loco* Marchin. *d. tr.1. part.9.difficult.3.nam.*4.& Alzed.*d.part.2.cap.6.à num.*13.

Nec videtur obſtare Conciliaris Conſtitutio, 54
quatenus habet committendam Ordinario loci facultatem diſpenſandi in irregularitate contracta ob homicidium commiſſum vim vi repellendo. *Primò* Bonacina *d.q.4 punct.vltim.num* 9.dicit illam non agere de homicidio occulto,ſed publico, vt patet ex illius verbis ibi, *qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus*, &c. item aliter reſpondet Concil. ſcilicet loqui de diſpenſatione in foro externo, at verò noſtram ſexti Corollarij reſolutionem de diſpenſatione in foro conſcientiæ,iuxta *cap.6.ſeſſ.*24. *de reform. Secundò* Maiol.*de irregul.lib.1.cap.2.num.*10. *verſic.*20. *& lib.* 5. *cap.* 48. *nam.* 10. *&* 11. dicit diſpoſitionem Concilij *ſeſſ.*14.*cap.*7. procedere in quocumque homicidio etiam vim vi repellendo commiſſo contra *Clement. ſi furioſus, de homicid. Tertiò* denique, & meliùs dicendum eſt eam non loqui de illo homicida, qui occidit ob ineuitabilem neceſſitatem defendendi vitam, quia talis nullatenus eſt irregularis,*ex d.Clem.ſi furioſus*,iunctis reſolutis per Aloyſ. Ricc.*in collect.deciſ part.* 4. *collect.* 930. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ.part.3. cap.9. num.*29. Campan.*in diuerſ.*

diuerſ. Iuris Canon. rub. 11. cap. 23. num. 51. Bonacina d. diſput. 7. q. 4. puncto 6. num. 3. cum ſeq. Alzedo d. p. 2. cap. 6. num. 14. Sed agere de eo, qui eget diſpenſatione, & per conſequens de eo, qui in ſe defendendo exceſſit moderameo inculpatæ totelæ: talis enim fit Irregularis, quamuis non ea irregularitate, quæ eſt indiſpenſabilis niſi à Papa, ſed illa, quæ ab Epiſcopo diſpenſari poteſt. Ita Sayr. d. cap. 7. num. 22. & deciſ. 9. de homicid. Paul. Comitol. reſponſ. moralium lib. 6. q. 54. num. 3. Iacob. de Graffiis in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 65. num. 13. vbi reſoluit quòd excedens modum in ſe defendendo fit irregularis ea irregularitate, quæ poteſt ab Epiſcopo cauſa cognita diſpenſari, & circa intellectum d. cap. 7. latiùs Valerius Reginald. in praxi fori pœnitem. lib. 30. tract. 2. num. 112. Coninch de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 18. à num. 73. latiſſimè Cened practicar. quæſtionum lib. 1. quæſt. 24. n. 13. cum ſequentis, optimè Petrus de Ledeſma in ſumma part. 2. tract. 8. de iuſtit. commutat. c. 18. concl. 14. difficultate 1. Bellet. diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de diſciplina clericali § 5. n. 109. cum ſeq.

55 Vnde ſciendum eſt quod quando propter ineuitabilem neceſſitatem tutandi propriam perſonam commiſit quis homicidium, moderameo inculpatæ totelæ tranſgrediendo, irregularis eſt per cap. ſignificaſti il 2. ibique notant gloſ. & Doct. de homicidio, Cuiac. in Clem. ſi furioſus p. 3. §. 1. num. 1. in fine, Iacob. de Graffiis dict. num. 13. præcipuè ſi dolo, & ex propoſito excedat, Farinac. d. quæſt. 125. num. 418. Hine irregularis eſt, qui percuſſorem ab eo fugientem occiderit, propter exceſſum gloſ. verſ. ſecularibus in c. 3. de homicid. Paul. Comit. reſponſ. mor. lib. 4. quæſt. 10. n. 12. Farin. d. quæſt. 125. num. 385. quin, & pro homicidio punitur, ſed extraordinaria pœna iudicis arbitrio imponenda, ex reſolutis per Dec. in l. vt vim n. 18. ff. de iuſt. & iur. Clar. § homicidium num. 27. vbi Baiat. num. 90. Menoch. de arbitr. caſu 268. idque tametſi modum præfatum ioculpatæ tutelæ exceſſiſſet, tam ob culpam, quàm ſi propter dolum, vt firmant Bertrand. conſ. 274. n. 2. vol. 1. p. 1. Clar. d. n. 27.

56 Nam qui occidit iouaſorem, quando oon poteſt aliter ſe defeodere, non fit irregularis, quamuis inuaſorem occidat ex odio, & cum inteotione ſumendæ vindictæ, vt per Molin. de iuſtit. tom. 4. tr. 3. diſp. 72. num. 8. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 327. Bonacina dict. diſp. 7. quæſt. 4. punct. 6. verſ. dixi etiamſi occidat, Farin. dict. quæſt. 125. num. 382. me citato in hoc loco nouiſſimè Torreblanca in practicab. Iuris ſpirit. lib. 2. cap. 9. n. 63. Tunc verò dicitur quis tali moderamine vti, qui ſe non poterat defendere, aot tueri, niſi eo modo, qoo ſe defendit, vt ait Bertan. d. conſ. 274. num. 14. per text. in l. ſcientiam, §. qui cùm aliter ff. ad legem Aqu. Bar. & alij in l. 1. C. vnde vi.

57 Moderamen inculpatæ tutelæ cooſiſtit circa modum, tempus, & cauſam, vt aduertunt Abb. in cap. olim il 1. num. 15. de reſtit. ſpol. Chircou. tom. 2. comm. opin. lib. 9. tit. 10. num. 13. verſ. Sed primò, Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 17. à num. 7. Farinac. in praxi crimin. quæſt. 125. n. 350. cum ſeqq. Chriſtoph. de Paz in ſcholiis ad leges ſtyli, l. 58. n. 5. Petr. Cabal. in tract. de omni genere homicidij num. 94. Rebel. de oblig. iuſtit. part. 1. lib. 3. quæſt. 12. num. 7. Azor. inſtit. mor. part. 3. lib. 2. cap. 1. quæſ. 2. Bernard. Grauæ ad practicam Cameræ Imper. lib 2. concl. 110. conſider. 1. à num. 9.

58 Dicitur moderameo inculpatæ totelæ excedi, ſi aliquibus feriat armis inuaſorem ſine armis, quando inuaſor prouocato robuſtior, & ferocior eſſet, vt tenet Bernard. Grauæ. dict. conſid. 1. num. 12. & 13. vbi num. 18. reſoluit quòd inuaſus à fœmina, non tenetur adhibere potiora arma, niſi moderatius egerit, vel maſculus ſit minutus, & trepidi animi, fœmina verò ferox. In dubio enim robuſtior præſumitur aggreſſor, ex Tiraquel. de iure primog. quæſt. 17. opin. 8. num. 7. & 8. Gomez variar. tom. 3. cap. 3. num. 25. Probatio exceſſus accuſatori iniuncta eſt, vt tenent Honded. deciſ. conſultiua 99. num. 14. & 15. Viu. Neapol. deciſ. 458. num. 8. Bernard. Grauæ. dict. conſid. 1. à num. 44. Defenſionem ſatis eſt probare, vt eius neceſſitas probata cenſeatur, qoamuis de neceſſitate non articuletur, Barb. tom. 2. communium opin. lib. 9. tit. 10. n. 19. & ibi Mich. Craſſ. num. 45. Farin. in praxi crimin. q. 125. n. 418. verſ. limitn ſecundò.

Circa verò diſpenſationem reſpectu fori exterioris oon prohibebatur Antiſtes à Iure communi illam concedere homicidæ voluntario ad mioores Ordines conſequendos, ſimpliciaque obtinenda beneficia, ſecundum Anan. in cap. 2. num. 5. vbi Hoſt. Ioan. Andr. & Butr. ac Abb. num. 5. de clericis pugnantibus in duello. Hodie tamen Epiſcopus diſpenſare non poteſt in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifeſto, neque ad Ordines minores, nec ad ſimplex beoeficium obtinendum. Ita Nauar. in man. cap. 27. num. 194. verſ. 7. & num. 240. verſ. 4. & conſil. 17. de homicidio num. 2. Gregor. de Valentia tom. 4. diſp. 7 quæſt. 19. punct. 3. §. 5. Petr. de Aragon. 2. 2. quæſt. 64. art. 8. in fine, Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 31. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 7. num. 14. & 15. Henriq. in ſumm. lib. 14. cap. 19. §. 1. lit. D, Farinac. in praxi criminali part. 5. quæſt. 119. num. 62. me citato in hoc loco Alzed. d. part. 2. cap. 6. num 9. nouiſſimè Ioann. Machado in tract. del perfeto Confeſſor y cura de almas lib. 1. p. 5. tract. 16. docum. 10. num. 4. † Homicida enim eſt irregularis, nec ad Ordines promoueri poteſt, cap. final. de temper. ordinat. cap. de cætero, de homicid. Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 7. ibi, ſed omni ordine; etiam de minori intelligunt Cou. in Clem. ſi furioſus p. 2. §. 5. num. 6. in fine, Plures, quos refert Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol. 404. n. 2. Henriq. d. §. 1. lit. D. Neque deinde io ſuſceptis miniſtrare poteſt, d. c. 3. de clericis pugnantib. c. ſuſcepimus, de homicidio, Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 11. n. 6. 59 60

An autem hodie poſſint Epiſcopi diſpenſare cum homicida voluntario ad retinendum Curatum? affirmatiuè reſpondent Sayr. in floribus deciſ. ſub tit. de offic. Ordin. deciſ. 13. Zerola in praxi Epiſc. p. 2. verb. diſpenſatio, §. 3. Naur. conſil. 13. de offic. ordin. in antiq. aliàs conſ. 45. ſub titul. de homicid. in nonis. Sed hæc opinio nullo modo recipienda eſt ex eiuſdem Concil. verbis ſimpliciter prohibentibus Epiſcopis facultatem diſpenſandi cum homicida voluntario, nec diſtinguentibus ad beneficia, vel ad Ordines, quinimò expreſsè loquentibus de vtriſque io illis verbis ibi. nec illi aliquin Eccleſiaſtica beneficia, etiamſi curam non habentia vnquam conferre liceat, ſed omni Ordine, ac beneficio, & officio Eccleſiaſtico perpetuò careat: ideo ſi quis omne dicit, nihil excipit, ex Iuris regula, certè dum in eodem capite ſancitur, vt omni Ordine perpetuo careant, non eſſe eius diſpoſitionem ad Sacros tantùm, aut Curata beneficia reſtringendam, ſed ad minores etiam, aut ſimplicia extendendam tenent Nauarr. conſ. 18. incip. Quidam clericus, num. 3. de homicid. in antiq. & conſil. 13. in nonis, Sayr. in ſuis deciſ. ſub dict. tit. de homicid. deciſ. 19. Auila de cenſur. part. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 3. verſ. ſecunda concluſio, & firmat Couar. in cap. alma mater, part. 2. §. 7. n. 1. Quamuis circa ſuſceptos, & ſuſcipiendos Ordines diſtinctionem faciat Zerol. in praxi Epiſcop. vbi proximè, & videatur firmare Henriq. dict. cap. 19. num. 1. & circa beneficia obtenta ante, & poſt irregularitatem, Fr. Ludouic. Miranda d. quæſt. 8. art. 12. Decernum 61

tamen Concilij Trident. *sess.14. de reform. cap.7.* quod loquitur de incapacitate beneficiariorum, in qua sunt homicidæ, non extendi ad pensiones referunt decisum Nicol. Garc. *de benefic. part.1. cap.5. num.136.* & Armendar. *dict. lib.1. tit.18. l.7. de irregular. part.5.*

62 Quod si occultum homicidium non sit in se voluntarium, sed iustum, vel casuale exequutum sine diligentia, poterit etiam post Concilium dispensare adhuc in foro exteriori, quilibet Antistes pro minoribus Ordinibus, & simplicibus beneficiis: tùm quia Concil. *dict. cap.* 6. prohibet tantùm ne Episcopi dispenseot eum homicida voluntario; idcirco eius non est extendenda dispositio ad alios homicidas. Ita Henriq. *dict. lib.14. cap.9. §. 3. & cap.19. §. 2. litt. X.* Nicol. Garc. *dict. part.7. cap.11. num.* 34. Campan. *in diuers. Iuris Canonici rub.* 11. *cap.* 23. *num.* 132. *&* 142. Fr. Ludou. Miranda *dict. quæst.* 8. *art.* 13. *concl.* 2. Zerol. *in praxi Episc. part.* 2. *verb. dispensatio*, Bonac. *de censur. disp.7. quæst.4. puncto vlt. num.4.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract.3. quæst.69. in fine part.* 2.

63 Summus verò Pontifex dispensare potest in qualibet irregularitate prouenienie ex homicidio iusto, vel iniusto, voluntario, vel casuali, ex eo quia omnis irregularitas à Iure ipso Ecclesiastico introducta est, prout resoluunt Bonacina *de censur. disput.7. quæst.1. punct.1. num.1.* Conar. *in Clement. si furiosus part.2. §.3. n.3.* Nauar. *in man. cap* 27. *n.*191. *& ad cap.1. §. Quibus, num.*10. *de pœnitent. distinct* 7. Henriq *lib.14. cap.1. §.3.* Campanil. *dict. cap.* 23. *num.* 3 *&* 4. tum quia sic colligitur ex Trident. *sess.24. cap.* 6. Quare ita resoluunt Molin. *de iustit tom.4. disput.79.* Vgolin. *de irregular. cap.*32. Suar. *de censur. disput.44. sect.4. num.35.* Auila *eodem tract. part.7. disp* 6. *sect.*3. Bonacina *d. disput.7. quæst.4. puncto vlt. n.* 1. Reiecta illa periniqua, & temeraria opinione, quæ credit minimè licere Papæ dispensare in irregularitate prouenienie ex homicidio voluntario, quam tenuit Borgas. *in tractat. de irregularit. part.1. in princip. quæst.*3.

64 Est tamen in hac re distinguendum, an sit concedenda dispensatio in ista irregularitate procedente ex homicidio, quandoquidem vbi illud patratum est præcedente mera, & directa voluntate occidendi præter peccatum, est indispensabile, quia negat in ea dispensationem Concil. Trident. *sess.14. de reformat. cap.7.* in illis verbis ibi, *perpetuò careat*; & per argumentum à contrario sensu, quatenus in eius calce permittit concedi dispensationem si illud commissum fuerit absque voluntate directa occidendi: cuius namque cap. verba non operantur omnimodam impossibilitatem dispensandi, sed difficultatem præmaximam, cum qua esset illa quandoque concedenda in mentionato casu, iuxta notata per Henriq. *lib.14. cap.14. §.2.* In cæteris tamen homicidij speciebus æquior est Papæ voluntas, qui in illis faciliùs consueuit dispensationes elargiri, si in illis contrahatur irregularitas, & probatur ex text. *in d. cap. 7. vers. si verò homicidium, dict. sess.* 14. dum namque in eius calce præcipit committi loci Ordinario, qui nonnisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit, apertè insinuat requiri supremi Præsulis auctoritatem, sine qua non liceret Ordinario elargiri dispensationem, Maiol. *de irregularit. lib.5. cap.48. §.3. sub num.*18. Henriq. *in sum. lib.14. cap.19. §* 1. & ita intelligendus est Sayr. *de censuris lib.7. cap.7. sub num.* 8. indefinitè loquens. Nec contradicunt quæ Mar. Anton. *variar. lib.* 3. *resolut.16. sub num.* 20. *vers. Octauus*; quia vindicant sibi locum in homicidio occulto, & irregularitate ab illo causam habente, quo quidem casu militat dispositio *cap.6. sess. 24. de reform.* ad cuius adimplementum satis est, si illa non oriatur ex homicidio voluntario, ac delictum non sit deductum ad forum contentiosum, vt possit dispensare Præsul.

ALLEGATIO XL.

Episcopus, virtute Concilij Tridentini, an possit absoluere occultos hæreticos?

SVMMARIVM.

1 *Occultum per se siue absolutè dicitur, quod nihil habet vnde possit ab hominibus cognosci.*
2 *Occultum per accidens est, quod extrinsecus progreditur, sed à nemine auditur.*
3 *Occultum, siue secretum dicitur, quod plenè probari non potest.*
4 *Hæretici occulti, qualiter dicantur?*
5 *Hæretici purè occulti possunt absolui non solùm ab Episcopis, quibus subsunt, sed etiam à quolibet Confessario per suum Superiorem approbato.*
6 *Hæretici omninò occulti, & purè mentales non sunt ipso iure excommunicati, neque incidunt in pœnas contra hæreticos statutas.*
7 *Canonistæ contrarium tuentur, sed illorum fundamentis respondetur.*
8 Cap. 1. §. verum quia, de hæret. *declaratur.*
9 Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap.6. in fine, *non intelligitur de hæreticis occultis simpliciter, & per se.*
10 *Hæretici occulti per accidens, & à fortiori, qui tales probari possunt, in excommunicationem, & alias pœnas per Ecclesiam aduersus hæreticos latas, incidunt.*
11 *Hæretici occulti per accidens, & qui tales probari possunt comprehenduntur* in cap. 1. processus Bullæ in Cœna Domini.
12 *Confessarij non possunt absoluere hæreticos occultos per accidens, & manifestos, seu notorios.*
13 *Confessarij de quibus interrogare debent pœnitentes qui tepidi sunt in fide.*
14 *Apostatæ in absolutione obtinenda sequuntur hæreticorum conditionem.*
15 *Apostatæ sunt hæretici.*
16 *Dubius in Fide quando dicatur hæreticus?*
17 *Hæretici occulti ad hoc vt in excommunicationem incurrant, quales actus, seu signa, vel opera exteriora facere debeant.*
18 *Hæreticus mentalis, si coram Inquisitoribus occultissimam hæresim confiteatur, vel eam reuelet amico, petens ab eo consilium, non incidit in excommunicat. propter illum actum.*
19 *Hæresim occultam confessus non dolens de peccato, in excommunicationem incurrit.*
20 *Hæreticus purè mentalis non est excommunicatus, quamuis per iocum dixerit se aliquando hanc, vel illam hæresim credidisse, meliùs sub distinctione resoluitur.*
21 *Episcopum posse post Conc. Trid. per seipsum, & non per suum Vicarium in foro conscientiæ absoluere in sua diœcesi hæreticos sibi subditos, tamen tenent multi Doctores.*
22 *Doctores prædicti reprehenduntur.*
23 Cap. 1. processus Bullæ in Cœna Domini *refertur.*
24 *Verior sententia tenet Episcopis esse sublatam facultatem absoluendi occultos hæreticos.*

Episcopi

25 *Episcopi à S. D. N. Papa facultatem petunt absoluendi prædictes hæreticos occultos.*

26 *Inquisitores Apostolici, aut eorum Vicarij, siue commissarij in foro conscientiæ absoluere non possunt occultos hæreticos, virtute Extrauag. Clement. VII.*

27 *Inquisitoribus Apost. solum in prædicta Extrauag. tribuitur potestas, vt possint in suo auditorio hæreticos accipere ac secretam abiurationem, & secretas quoque pœnitentias.*

28 *Inquisitores Apostol. an hodie extante reuocatione facta per processum Bullæ in cœna Domini, possint absoluere ab hæresi in foro conscientiæ.*

29 *Absolutus in foro conscientiæ à crimine hæresis potest accusari in foro iudiciali, nec tueri se potest exceptione recepta pœnitentiæ in foro interiori.*

30 *Clausula in Iubilæis apposita, vt Pœnitentes à Confessariis approbatis, quos elegerint, absolui possint ab omnibus, & quibusuis peccatis, & censuris, etiam Sedi Apost. reseruatis, etiam ab illis, quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur, tenent aliqui posse tunc hæreticos emendatus absolui in foro conscientiæ, reseruata potestate Inquisitoribus procedendi in foro exteriori.*

31 *Sententia contraria verior est; & in praxi tenenda.*

32 *Hæreticorum pœnas in foro interiori non incurrunt, licet grauiter peccent, qui metu mortis, aut cruciatuum, seu tormentorum, vel diuitiarum cupidi, se hæreticos fingunt, integram tamen Fidem in corde retinentes.*

33 *Hæretici dicto modo proximè explicato, cum in excommunicationem non incurrant à quolibet idoneo Confessario absolui poterunt.*

34 *Episcopis ab Illustriss. DD. Cardinalibus Vrbis, & Orbis generalibus Inquisitoribus quomodo concedatur licentia absoluendi occultos hæreticos?*

35 *Episcopi in recipiendis hæreticis, seu schismaticis in locis, seu diœcesibus, in quibus ob multitudinem talium delinquentium ordo iudiciarius plenè seruari non potest, quam practicam, & modum retinere debeant? ostenditur.*

36 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem in foro exteriori absoluere possunt quoscumque hæreticos credentes, fautores, &c. non obstante cuiuslibet Canonis, Concilij, aut processus Bullæ in cœna Domini decreto.*

37 *Inquisitores huiusmodi sunt viri grauissimi, & æquissimi, ac prudentissimi.*

38 *D. Ferdinandus Martins Mascarenhas Regni Portugaliæ generalis Inquisitor laudatur.*

39 *Hæresis delictum pertinet hodie ad Inquisitores priuatiuè ad omnes alios iudices, non excluso tamen iudicio Ordinarij coassistentis Inquisitoribus in causis propria ouis.*

40 *Casus directè, & reductiuè ad tribunal Sanctissimæ Inquisitionis spectantes quales? remissiuè.*

41 *Confessores, qui in Sacris Confessionibus confitentem ad libidinem prouocauerint, vti de hæresi suspectè puniuntur ab Inquisitoribus.*

42 *D. Rodericus à Cunha olim Episcopus Portugalensis, nunc Archiepiscopus Bracharen. & Hispaniarum Primas, vtriusque Iuris studiosissimus laudatur.*

43 *Clericus Matrimonium siue clam, siue publicè contrahens, si in sacris sit constitutus Ordinibus, est suspectus de hæresi, & potest puniri per Inquisitores.*

44 *Monachus nuptias contrahens an puniatur per Inquisitores? remissiuè.*

45 *Matrimonium contrahens simul cum duabus vxoribus, videtur malè sentire de Sacramento, & contra eum, tanquam contra suspectum de hæresi procedunt Inquisitores.*

46 *Missarum celebrationes vsurpantes, & Sacramentum Pœnitentiæ Christi fidelibus ministrare præsumentes, ad Sacrum Presbyteratus Ordinem minimè promoti, puniantur per Inquisitores.*

47 *Sodomiæ criminis punitio ex concessione Gregor. XIII. pertinet ad Inquisit. in Regno Portugaliæ priuatiuè ad omnes iudices, & Superiores Ecclesiasticos, cumulatiuè tamen ad seculares potestates.*

48 *in Excommunicatione per annum perseuerantes tanquam suspecti de hæresi puniuntur ab Inquisitoribus.*

49 *Iudices seculares tenentur Inquisitorum litteras, & illorum mandata celeriter exequi.*

50 *Iudex secularis in causa hæresis est merus executor, nec de processu, nec de sententia, aut mandato Inquisitorum, nec de crimine illo cognoscere potest.*

51 *Inquisitores pœnis, & censuris contra inobedientes procedere possunt.*



R o vera præsentis quæstionis explicatione, duo à nobis erunt examinanda, *Primum*, quot modis dicantur hæretici occulti, & quos occultos hæreticos possint Episcopi, & quilibet Confessarij à suis Ordinariis approbati absoluere. *Secundum*, an facultas absoluendi concessa Episcopis per Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. sit eisdem adempta per processum Bullæ in Cœna Domini? Et in casu, quo sit adempta, quomodo se gerere debeant in absoluendis occultis hæreticis?

Quot modis dicantur occulti hæretici, & quos occultos hæreticos poterunt Episcopi, & quilibet Confessarij approbati absoluere?

QVantum ad præsens institutum spectat trifariè dicitur aliquid occultum fieri. 1

Primò dicitur quoddam occultum per se, siue absolutè, & simpliciter, quod nihil habet vnde possit ab hominibus cognosci, & hoc dicitur occultum cordis, siue mentis, quia solo corde, & mente intus retinetur, nec voce, scripto, opere, aut alio quolibet actu, siue signo exteriori foras, siue extra procedit. Caietan. 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 3. & *ibidem* Petr. de Arag. & Bann. *art.* 4. Syluest. *in summ. verb. communicatio* 7. *princ. vers. secunda est*, Alphon. de Castro *de iusta hæreticorum punit. lib.* 2. *cap.* 18. Simanch. *de Catholic. institution. tit.* 42. nouissimè me citato *in hoc loco* Bossi. *de triplici Iubilæi priuileg. sect.* 2. *casu* 10. § 4. *num.* 103. *cum seqq.*

Est aliud occultum per accidens, quod extrinsecus progreditur, & natura sua manifestum, & cognitum fieri potest, sed quia desunt, qui audiant, vel indicant, occultum & secretum remanet, id tamen contingit quando quis in vasta solitudine solus proferret hæresim aliquam, talis hæresis occulta per accidens dicetur, quia nemo aderat, qui eam audiret, & natura sua intelligi potuit, & probari, cum ad actus exteriores processisset, quamuis & defectu testium sit occulta per accidens, & probari non possit, Caiet. Alph. de Castr. Simanch. & Bossi. *dictis locis.* 2

Tertiò, & postremò dicitur quid occultum, siue secretum, quod plenè probari non potest, quale est illud, 3

illud, quod vnus tantum scit, aut licet ab aliquibus sciatur, sunt tamen singulares, etenim occultum in hac significatione dici potest, quod non manifestum. *cap. vestra, de cohabit. cleric.* vbi communiter Doctores. & Turrecrem. *in cap. si peccauerit 2. q. 1.* Simanch. *dict. tit. 42. de occultis, num. 1.* Stephan. Aluio *de potest. Episc. cap. 29. num. 3.* vbi dicit appellatione hæresis occultæ intelligi eam, quæ non est notoria per euidentiam facti, vel per sententiam Iudicis, vel per propriam hæretici confessionem in iudicio, & quæ item per testes probari nequit, itaut occultum hoc loco sumendum sit vt à notorio, & publico distinctum est.

4 Similiter trifariè potest dici quis occultus, siue secretus hæreticus, aut per se, & simpliciter, aut per accidens, aut quia plenè talis probari nequit, & hæc occulti differentia, vt prudenter Simanchas *d. tit. 41. n. 7.* obseruat, recepta est à viris doctissimis, & retinenda in praxi, sicut mox explicabitur.

5 Si hæretici sunt omninò occulti, id est, simpliciter, & per se occulti, quos aliqui pure mentales, siue intellectuales appellant, non modo ab Episcopis, quibus subsunt, sed etiam à quolibet confessario per suum Superiorem approbato, si pœniteant, & confiteantur, perinde absolui poterunt à peccato hæresis mentalis, sicut à quolibet alio mortali crimine: nam crimen hæresis non est reseruatum, nisi ratione excommunicationis, quam non habet annexam hæresis omninò occulta, vt mox dicetur. Et hæc sententia verissima est, quam magni viri absque controuersia recipiunt, neque hæresis purè mentalis, quæ nunquam prodit in actum exteriorem, vt verè Simanch. affirmat, eget absolutione Inquisitorum, neque abiuratione, aut reconciliatione, sed sufficit eam proprio Sacerdoti confiteri, & ab illo beneficium absolutionis impetrari potest. Ita Caiet. *in summa verb. hæresis, in fine*, Vmbertus Locatus *in opere iudiciali, siue in praxi hæreseos, verb. hæreticus num. 24.* Simanch. *d. tit. 42. n. 11.* Petr. de Aragon. *d. q. 11. art. 3. § Sed dubium est, quisnam possit, vers. quinto dico*, Læl. Zech. *de casibus Episcopo reseruatis, circa casum vltimum n. 1. vers. hinc est.* Diana *moral. part 6. tract. 6. resol 51.*

6 Verissima, & certissima huius positionis ratio illa est quam præstantes viri sequuntur, quoniam hæretici omnino occulti, & pure mentales, quales paulo antea descripsimus, nec sunt ipso iure excommunicati, neque in alias pœnas incidunt, quæ contra hæreticos statutæ sunt: idque propterea, quia vt concorditer, & verè Theologi docent, Ecclesia militans non ligat, neque iudicat actus solum interiores, & pure mentales, neque illos sua iurisdictione prohibet, aut punit, quod ipsum frequenter iura profitentur, è quibus natum est prouerbium communiter receptum, Ecclesia non iudicat de occultis, & illud, non habent latentia peccata vindictam, & D. Thom. constanter, & vere affirmauit dicens, de his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare, iudicium autem hominis esse non potest de interioribus, qui latent, sed solummodo de exterioribus actibus, qui apparent, & ideò lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus, ex quibus hæreticos omninò occultos non esse excommunicatos quoad Ecclesiam, quamuis sint verè hæretici, quoad Deum, tenent D. Anton. *in summ. par. 3. tit. 24. cap. 4.* Petr. Palud. *in 4. sentent. dist. 13. quæst. 3. art. 1. concl 8* Angel. Clauasi. *in sum. verb. hæreticus, n. 2.* Syluest. *verb. excommunicatio 7. num. 3. & 4.* Armil. *verb. hæresis, num 1. & 19.* Caiet. *in summ. verb. hæresis in fine, & 4. quæst. 11. art. 3.* vbi Aragon. & Bann. *art. 4.* Alphons. de Castro *d. cap. 18. & de lege pœnali, lib. 2. cap. fin.* Iacob. Almayn. *in 4. sentent. dist. 17 quæst. 1.* Sot. *in 4. distinct. 22. q. 2. art. 3. concl. 9.* Simanch. *d. tit. 42. num. 3. cum sequentib.* Couar. *in reg. peccatum 2. part. in initio num. 7.* Nauar *in man. cap. 11. num. 17. & cap. 27. num. 56. & in cap. cognationis, de pœnit. distinct. 1. & in princ. de Pœnit. dist. 5. num. 19. & 20. & in rubr. de iudiciis num. 67.* Rebuff. *super Bulla in Cœna Domini in verb publicè, vel occulte*, Burs. *consil. 289. incip. In subhastatione, num. 13. lib. 3.* Valent. *tom. 2. disput. 7. quæst. 5. puncto 7.* Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 4. §. 1. in gloss. lit. D.* Iac. de Graffiis *in aureis decision. lib. 2. cap. 9. num. 5.* Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Eccles. existentium lib. 4. c. 10. num. 9.* Paul. Laymann. *in Theolog. morali lib. 2. tract. 1. cap 14. num. 1.* Vgolin. *de censuris tab. 1. cap. 9. §. 12. & de irregular. cap. 34. in princ. num. 6. & in Bulla Cœna part. 1. cap. 1. §. 2. num. 16. & seq. & §. 4. num. 12.* Ludouic. Carb. *de legibus lib. 8. disput. 14.* Azor *institut. moral. part. 1. lib. 5. cap. 10. & lib. 8. cap. 10. quæs. 3. & cap. 19. quæs. 4.* Auila *de censuris par. 1. dub. 10. & part. 7. disput. 2. dub. 1.* Sayr. *eod. tract. lib. 1. cap. 9. num. 14. & 15. & lib. 3. cap. 4. à num. 20.* Suar. *eod. tract. disput. 4. sect. 2. num. 3. & disput. 21. sect. 2. & de legib. lib. 3. cap. 13. & lib. 4. cap. 12.* Salas etiam *de legibus disputat. 9. sect. 1.* Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 8. num. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 11. cap. 10. num. 91.* Homobon. *de examine Ecclesiast. tract. 6. cap. 7. quæs. 3.* Bonacina *de censur. disput. 2. quæst. 5. puncto 2. num. 4. & de censuris in Bullam Cœna disp. 1. quæst. 2. puncto 2. num. 1.* Duard. *ad Bullam Cœnæ lib. 2. in can. 1. quæst. 14. num. 24.* Diana *resolut. moral. part. 4. resol. 240. vers. notandum*, nouissimè me citato *in hoc loco* Bossi. *de l. casu 10. num 107. cum seqq.* Castr. Palao *de hæret. tract. 4. disput. 3. puncto 3. num. 1.* nouissimè Trullench *in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 3. dub. 1. num. 2.* & alij multi à prædictis citati; frequenter Iura profitentur *in cap. sicut tuis, in fine, & in cap. tua nos, §. licet autem, de simon. & in cap. erubescant*, vbi gloss. *32. dist. in cap. humana aures 22. quæst. 5. & in cap. Christiana 32. q. 5.*

Verùm Canonistæ nostri contrariam tuentur sententiam, asserentes hæreticum occultum omnino in excommunicationem incurrere, per text. *in Clem. 1. §. verum quia*, vbi glos. *verb. eo ipso, de hæreticis*, Panorm. Ioan. Andr. Anan. & Felin *in cap. vltim. de hæret.* Archidiac. & Geminian. *in cap. hinc etenim 49. distinct.* Rojas *de hæret. part. 1. num. 246.* Ioannes Vela *de pœnis delictor. cap. 14. vers. iure vero Canonico*, Cantera *quæst. criminal. part 2. cap. 1.* Azeued *l. 1. num. 152. tit. 3. lib. 8. nouæ recopil.* Menoch. *de arbitr. cap. 160. num. 6.* Spio. *in speculo testamen. glos. 7. num. 13. cum sequen.* Cenal. *communium contra com. q. 698.* Ioannes Medina *de oratione, q. 15.* Albert. Pyghius *lib. 6. de Ecclesiastica hierarch. cap. 16.* Albertin. *tract. de agnoscendis assertionib. quæst. 33.* Cened. *ad Decretal collect. 103. n. 2.* nouissimè Torreblanca *in pract. Iuris spirit. lib. 14. cap. 10. n. 9.* 7

Illi enim putant efficaciter probari suam sententiam ex *dict. Clem 1. verum quia, de hæreticis*, vbi hæreticæ prauitatis Inquisitores, qui odio, aut amore aliquid fecerint contra reos non faciendo, aut aliquid omittendo, quod facere tenentur, aiunt enim odium, & amorem actus esse interiores, & nihilominus ob illos excommunicati iudices Fidei. Sed Theologi verè respondent, Inquisitores non incidere in excommunicationem ob solum odium, aut amorem, quæ interius omnino latent, sed eam incurrunt ob actus exteriores, qui ab illis interioribus procedunt, & hic est vetus intellectus illius *Clem.* vt Caiet. Bann. Castr. & alij docuerunt, & eodem quoque modo respondendum est ad cætera Iura adducta 8

ducta

ducta per glos. *verb. eo ipso, in d. Clem.* 1. illa enim Iura, & Canones, pœnas, siue censuras imponunt actibus interioribus, quatenus per aliqua signa exteriora in publicum prodeunt, aut manifestantur, nec vllum reperitur decretum, quod actibus solùm interioribus occultis penitus, ac pure mentalibus pœnam, ac censuram irroget.

9 Cùm ergo hæretici primo modo occulti, id est simpliciter, & per se occulti, seu mentales, non incidant in excommunicationem; inde fit, vt non modò ab Episcopis locorum, sed etiam à Confessariis quibusuis approbatis, & idoneis absolui possint, vt paulò antea dictum est, & decretum Concil. Tridentin. non est de absolutione horum occultorum accipiendum; frustra enim, & inutiliter concessisset in priuilegio, quod iure ordinario competebat, solùm enim de aliis occultis intelligitur, sicut mox dicetur.

10 Si verò hæretici fuerint occulti per accidens, quales sunt, qui verbo, scripto, aut aliquo opere, seu facto exteriori hæresim protulerunt, in excommunicationem, & alias censuras, seu pœnas per Ecclesiam aduersus hæreticos latas incidunt, quoniam eorum hæresis iam deuenit ad eos actus, ad quos Ecclesiæ iurisdictio pertingit, & ex natura sua iudicio hominum obiicitur, quamuis ex defectu testium sit per accidens occultum per signa, & actus exteriores, quæ illam comitantur, nota fieri poterant: ita Caiet. dicit *q. 11. art. 3.* Syluest. & Alphons. à Castro, Pet. Paludan. D. Anton. Sur. Rebel. *dictis locis*, Ban. *in D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 4. quæst. 2. concl.* 2. & ibidem Aragon. *à num. 3. in princ. vers. hoc supposito.* Eadem prorsus ratione, aut multo maiori comprobatur hæreticos occultos in tertia significatione paulò antea relata omninò incurrere excommunicationem, & alias censuras, & pœnas contra hæreticos à Iure latas.

11 Iuxta has duas postremas occulti significationes intelligenda est excommunicatio lata *in primo cap. processus Bullæ in Cœna Domini, in verb. occultè*: hoc enim aduerbium, *quod*, vt rectè Rebuff. aduertit, ad omnes ibi nominatos refertur, id est, hæreticos, credentes, fautores, receptatores, defensores, & cæteros ibidem contentos, non comprehendit hæreticos mentales, vt Nauar. obseruat, aut alios omninò occultos, de quibus non iudicat Ecclesia, sicut idem Rebuff. *super Bullam Cœnæ Domini, verb. publicè, vel occultè*, prudenter affirmat: isti enim non incurrunt in excommunicationem, seu censuram ibi contentam, nec in aliam quamlibet à iure humano latam, sed eos tantum occultos ligat, qui hæresim protulerunt verbo, scripto, vel nutu, aut signo verbis æquipollenti, licet nemine id audiente, vel vidente, quia sufficit sua natura esse probabile, quamuis contingat probari non posse ad hoc, vt includatur sub potestate, & iurisdictione humana, & pœnis illius.

12 Ex prædictis infertur Confessarios non posse absoluere hæreticos occultos in secunda, & tertia significatione, hoc est occultos per accidens, & hæreticos manifestos, seu notorios; isti enim re vera in excommunicationem incurrerunt, cuius absolutionem Summus Pontifex reseruauit, id negando, vel adimendo aliis iurisdictionem super tali casu, vt rectè Caiet. *d. q. 11. art. 3.* obseruauit, neque de hoc articulo est aliqua dubitatio, cum notissimum sit hæreticos iure excommunicatos, eorum absolutionem ad Romanum Pontificem pertinere, quam sibi reseruauit per processum *in Cœna Domini.*

13 Cum igitur Confessarius non possit absoluere nisi solos hæreticos mentales, diligenter eos, vt rectè Caiet. *d. q. 11. art. 3.* & Nauar. *in dict. cap. cogitationis, de Pœnit. dist. 1. num. 22. vers. tertiò infertur*, explorare oportet omnes circumstantias, & interrogare prudenter illos præsertim pœnitentes, qui tepidi sunt in Fide, & victi sæpè tentationibus consentiunt contra Fidem, aut circa eandem, vel aliquem eius articulum voluntariè dubij sunt, & ancipites, vtrum etiam eum soli essent ore, vel scripto, aut alio modo significatiuo protulerit hæresim, seu infidelitatem suam, quando in ea erant, aut voluntarie dubitantior de illis, quæ firmiter credere tenebantur, quoniam si aliquo modo significatiuo, & probabili hæresim mentis detexerint, absolui non poterunt, cum iam in excommunicationem inciderint. Vnde videtur in parte posse defendi resolutionem Iacobi Granado *in 2. 2. D. Thomæ controu. 1. tract. 15. disp. 13. num.* 14. dum existimat contingere posse vt quis exterius proferat hæresim internam, quin subiaceat censuris Ecclesiæ, veluti quando hæresim manifestaret ad petendum consilium, vel ad illam aperiendam Confessario, vel illam scriberet inter sua peccata vt manifestaret Confessario; vel quando quis omnino indeliberatè, & absque vlla aduertentia exteriùs diceret hæresim, seu iocosè tantùm, & non assertiuè eam proferret; vide tamen quæ infrà dicemus *à n.* 18.

Quæ hactenus dicta sunt, aut posterum dicentur de triplici genere occultorum hæreticorum, & de eorum absolutione intelligenda etiam sunt, vt locum habeant in apostatis, & illis, qui vel ad iudaismum, vel ad paganismum, seu gentilitatem, aut quamlibet aliam sectam transeundo, vel redeundo, Fidem Catholicam omnino deseruerunt, & in totum ab ea recesserunt: nam neque apostatæ mentales incurrunt in excommunicationem, nec in alias pœnas, & censuras contra malè credentes latas, & propterea à quolibet Confessario approbato absolui poterunt: sed illi apostatæ in eas censuras inciderunt, qui per accidens occulti forent, aut iuxta tertiam significationem initio huius Allegationis allatam, essent occulti. † Ratio in promptu est, quoniam apostatæ à Fide Catholica, quantum ad pœnas, & censuras attinet, pari iure cum hæreticis censendi sunt, & eodem modo ad Ecclesiæ gremium vel recipiuntur, vel ab ea pelluntur, nam apostatæ sunt hæretici, & vti tales tractandi, Repertor. Inquisitor. *verb. apostasia*, Syluest. *in summ. verb. apostata* 2. Gondisal. *de hæret. quæst.* 20. Alphonsus de Castro *de iusta hæreticor. punit. lib. 1. cap.* 23. Aloys. Rice. *in praxi fori decis. 671. num. 1. in 1. edit. & resol. 423. num. 1. in 2. edit.* 14

15

Idem penitus iudicium est de dubiis in Fide, quos hæreticos esse ius affirmat, qui enim sciens, & volens, & animo deliberato dubitationi non resistens, non magis applicat mentem ad veritatem Catholicam, quam ad errorem contrarium, sed medius inter vtramque partem nutat, & incertus fertur, nec curat quid potissimum sequatur, paratus nunc hanc, nunc illam eligere partem, parum sua interesse dicens, aut affirmans an hoc, vel illud teneat verbi gratia, an in venerabili Eucharistiæ sacramento sit verè, & realiter Corpus Domini Nostri Iesu Christi, nec ne? an Virgo Maria mater Dei fuerit perpetuò Virgo, aut non fuerit? an Romanus Pontifex sit vere Christi Vicarius, & Petri successor, & caput Ecclesiæ militantis, aut non sit? aut his similia, hæreticus est, quoniam ad Catholicam Fidem magna firmitas requiritur, & dubitatio omnis voluntaria ab ea procul esse debet: si quis ergo fuerit dubius mentalis; 16

tialis, abſolui poterit à quolibet Confeſſario ab Ordinario approbato; ſed ſi dubitationem exterius protulerit, non poterit abſolui, quia in excommunicationem, & alias cenſuras, & pœnas iam incidit: dubios enim in fide, prout ſupra deſcripti ſunt, hæreticos eſſe ius affirmat *in cap. de hæreticis*, vbi communiter Doctores, D. Anton. 3. *part. tit.* 22. *cap.* 5. §. 10. Albertin. *tract. de agnoſcendis aſſertion. quæſt.* 3. *num.* 9. *& in rub. de hæret. lib. ſexto, quæſt.* 13. *num.* 26. *& ſequentib.* Melchior Cano *de locis Theolog. lib.* 12. *cap.* 9. Auguſt. de Ancona *in ſumm. de poteſtate Eccleſ. quæſt.* 22. *art.* 1. Nauar. *in man. cap.* 11. *num.* 17. *& in cap. ſi quis autem num* 18. 19. *&* 49. *de Pœnit. distinct.* 7. *& in cap. inter verba concl.* 6. *concl.* 19. *num.* 55. Perez *l.* 1. *verb. ſama ſe. tit.* 1. *lib.* 1. *Ordinam pag.* 16. *& l.* 3. *verſ. ex quo requiſito tit.* 4. *lib.* 8. *pag.* 83. Menoch. *conſ.* 149. *num.* 48. *& a num* 52. Clar. *lib.* 5. §. *hæreſis num.* 2. Valent *in* 2. 2. *diſput.* 1. *quæſt.* 11. *puncto* 1. *diffic.* 2. Azeued *l.* 1. *num.* 74 *cum ſequentib tit.* 3. *lib.* 8. *noua recopil.* D. Barb. *in rub ff ſoluto matrim par.* 2. *num.* 23. Pegn. *in director Inquiſitorum part.* 2. *comment.* 1. Azor. *inſtitut. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *quæſ* 5. Farin *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 124. *n.* 114. *& ſeq* eleganter Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 17. *num* 49. optimè Sanch *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 7. *num* 11. Zerol. *in praxi Epiſcop p.* 1. *verb caſus verſ. dubij*, Suar. *de Fide diſp.* 19. *sect.* 4. *n.* 10. Caſtr. Palao *de hæreſi tract* 4. *diſp.* 3. *puncto* 2 *num* 9 me citato *in hoc loco* Trullench *in expoſit. Decalogi lib.* 1. *cap.* 2. *dub* 2. *n.* 6.

17 Ad meliorem prædictorum intelligentiam ſciendum eſt, quanta ſit neceſſaria expreſſio, aut quales actus, ſeu ſigna, vel opera exteriora exigantur, ad hoc, vt hæretici occulti in excommunicationem incidant. Bannes ait *dict. quæſt.* 11. *art* 4. *quæſt.* 2. *concl.* 3. § *tertiò arguitur, verſ. quod ſi aliquis. Primò*, quod vbi primum quocunque ſigno, vel motu, vel facto aliquis intelligitur ab aliquo alio quòd ſit hæreticus, incurrit in excommunicationem, quoniam iam tunc eſt hæreticus manifeſtus. *Secundò*, dicit quod ſi ex aſſenſu interiori, quem habebat, protulit aliqua verba, quæ non ſunt ſufficientia ſecundum ſe, neque ex circonſtantiis, vt explicetur hæreſis, vt ſi intus conſentiens huic errori, filius eſt inæqualis patri ſecundùm Diuinitatem, exterius proferat, ita eſt, non erit excommunicatus, niſi fortè ex aliqua circumſtantia illa verba ſint ſufficientia ad explicandum errorem. Hæc Bannes *d. loco*, quem citat Boſſi. *d. caſu* 10 *n.* 119.

18 Prædictus mentalis hæreticus ſi coram Inquiſitoribus occultiſſimam hæreſim confiteatur, vel eam reuelet amico, petens ab eo conſilium, vel ob aliam honeſtam cauſam, non incidit in excommunicationem propter illum actum exteriorem, tum quia exterior ille actus bonus eſt, & cum antequam proferret illa verba non eſſet excommunicatus, propter illum actum bonum non potuit excommunicari: tum quia tunc non protulit hæreſim aſſerendo, & proteſtando illam, quod videtur neceſſarium, vt incurrat in excommunicationem, ſed potius diſtando. Ita Aragon. *dict quæſt.* 11. *art.* 3. & ibi Bann. *art.* 4. *quæſito ſecundo ad quartum argumentum.* Couar. *ad d. reg. peccatum* 1. *part. in initio num.* 7. Simanch. *dict. tit.* 24. *de occultis num.* 9. Granado *dict diſp.* 13. *num.* 14. Boſſi. *dict. caſu* 10. *num.* 139. Quod quidem multo magis procedit, cum hæreticus in foro ſacro Pœnitentiæ intellectualem hæreſim confeſſus eſt, quia non ſolùm actus ille bonus eſt, ſed pius, & extra iudicium humanum, iuxta ſupra citatos.

19 Verùm ſi quis aliquando hæreſim ſuam occultam confiteatur, nec doleat de peccato, vt ait Aragon. *d. quæſt.* 11. *art.* 3. *verſ. ſed dubium*, aut ſciens, & prudens dubitet de auctoritate Eccleſiæ Romanæ, vt ſentit Bannes *dict. quæſt.* 11. *art.* 4. *quæſito* 2. *concl.* 2. *ad quintum argumentum, verſ. reſpondetur quòd ſi ille homo*, etiamſi interroget Doctorem Catholicum ad ſequendum, quod ille dixerit, in excommunicationem incurrit, cum explicet ſuam hæreſim, quoniam non eſt paratus corrigi ab Eccleſia, cum vnius hominis iudicium illius auctoritati præferat.

Hæreticum purè mentalem excommunicatum non eſſe, tametſi per iocum dixerit ſe aliquando hanc, aut illam hæreſim credidiſſe, refert Franciſcum Victoriam ſenſiſſe Simanchas *dict. tit.* 42. *de occultis n.* 16. quia non aſſerit illam hæreſim, ſed tantum narrat, aut refert: eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Bannes *loco proximè citato*, cum ait neceſſarium eſſe hæreſim proteſtari, hoc eſt affirmare, vel aſſerere, ad hoc vt cum illam profert hæreticus mentalis in excommunicationem incurrat. Quamuis primum de hoc dubitet Simanch. deinde concludit eam fortaſſe benignitatis gratia defendi poſſe. Sed quæſtio hæc ſub diſtinctione ia fœdere reſoluenda, in hunc modum venit, vel is, qui per iocum dicit ſe aliquando hanc, vel illam hæreſim renuiſſe, quo tempore eam per iocum protulit, iam eius pœnituit, & omninò dimiſit, vel nondum errorem dimiſit: primo caſu non incidit in excommunicationem, nam excommunicatio eos ligat, qui vere hæretici ſunt, de quorum numero amplius non eſt is, qui iam dimiſit errorem, & qui declarat, narrat, aut refert, nihil noui facit, *l. hæredes palam*, § *ſi quid*, *ff. de teſtam.* in ſecundo verò caſu licet non aſſerendo dicat ſe aliquando ita credidiſſe, aut credere, in excommunicationem incurrere videtur, quoniam, qui aiunt, ſufficere actum exteriorem ſignificatiuum, & de ſua natura probabilem, vt hæreticus incurrat in excommunicationem regulariter non addunt neceſſariam eſſe aſſertionem in illo actu. Neque actus iocandi poteſt appellari ſimpliciter bonus ad hoc, vt proferentem defendat, ſicut tuetur actus petendi conſilium ad reſipiſcendum, vt proximè dictum eſt, & qui iocatur non pœnitet, & hæc ſententia tutior eſt, vt ſaluti animæ conſulatur. 20

An facultas conceſſa Epiſcopis abſoluendi ab hæreſi occulta in vim Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 6. *ſit eiſdem adempta per proceſſum Bullæ in Cœna Domini?*

DVbium hoc controuerſum eſt apud Doctores quorum aliqui negant, alij verò affirmant. Vna ſententia tenet poſſe Epiſcopos poſt Concil. Trid. per ſe ipſos, & non per ſuos Vicarios in foro conſcientiæ abſoluere in ſua diœceſi hæreticos ſibi ſubditos, occultos tamen, hoc eſt illos quorum hæreſes non fuerunt ad forum contentioſum deductæ, quamuis exterius prolatæ, cuius auctores inſuper addunt, & præcipuè Bannes loco infra citando, non obſtare proceſſum Bullæ in Cœna Domini, aſſerentes per illum non reuocari facultatem Epiſcopis conceſſam in Concil. Trident. vt poſſint abſoluere in foro conſcientiæ, ſed reuocari illud priuilegium conceſſum ipſis perſonis, qui admittunt hæreſim, vt patet ex forma Bullæ, vbi dicitur, quod non vadant pro abſolutione, niſi ad Summum Pontificem, niſi in articulo mortis, vel intuitu priuilegiorum. Cæterum qui vadit ad Epiſcopum, vt abſoluatur, non ex priuilegio ſibi conceſſo abſoluitur, ſed Epiſcopus habet auctoritatem abſoluendi iure diuino, non ex aliquo 21

aliquo priuilegio Pontificis, vnde quotiescumque non coarctauerit Episcopi auctoritatem, vt summus Prælatus Ecclesiæ, poterit Episcopus absoluere ex auctoritate sui officij ab omnibus peccatis suos subditos, à quibus Summus Pontifex potest absoluere vniuersos fideles, & huius sententiæ sunt sectatores Bann. 2.2. quæst. 11. art. 4. dub. 2. post secundam conclusionem, arg. 3. vers. & si quis obiiciat, & ibi Aragon. art. 3. vers. sed dubium est, quinam possit, Vela de pœnis delictorum cap. 14. vers. Iure verò Canonico, Angl. in floribus Theologicis part. 1. tit. de Confessione, quæst. 4. art. 1. diffic. 6. Llam. in methode Curator par. 3. cap. 1. §. vlt. in fine, Viuald. in candelabro aureo par. 1 tract. de absolutione num. 13. & par. 2. in expositione Bullæ Cœnæ num. 51. Sà verb. Episcopus, num. 37. Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 131. num. 3. & in explicat. Bullæ Cruciatæ § 9. num. 70. & quæst. Regular. tom. 1. in quæst. 20. art. 10. Vega in summ. tom. 2. cap. 15. casu 11. Nign. in addit. ad 3 par. quæst. 8. art. 5. dub. 10. ad finem, Zecol. in praxi Episcopali par. 2. verb. absolutio §. 8. & 18. & verb. hæreticus §. 4. Anton. Gomez in Bullam Cruciatæ clausula 19. num. 44. in fin. Henriq. in summ. lib. 6. cap. 14. §. 7. lit. M, & cap. 16. §. 1. & lib. 13. cap. 27. §. 5. lit. Q, Petr. de Ledesm. in summ. par. 2. tract. 1. cap 6. post conclus. 20. diffic. 7. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta par. 2. lib. 8. cap. 8. num. 82. Boss. in tract. de Iubilæo sect. 1. casu 10. §. 2. num. 10. Fernandez in examine Theolog. moralis par. 4 cap. 7. §. 1 num 5. Granado in 2.2. D. Thomæ controuers. 1 tract. 15. disput. 15. sect. 2. n. 8. cum seqq. Alzed. dict. part. 2. cap. 6. num. 15. Portel. in addit. ad dubia Regul verb Episcopus num. 1. Sousa in Bull. Cœnæ cap. 23. disp. 100. conclus. 3. num. 7. Lorca 2.2. quæst. 11. art. 4. disp. 45. num. 10. Sanc. in selectis disp 50. num. 32. Anton. à Sousa in suis aphorismis lib. 3. cap. 4. n. 5. & videtur tenere Trullench d. lib. 1. c. 3. dub. 4. n. 12

22 In re tam graui fortassis non licebat hos Doctores tam audacter suam sententiam interponere, concludentes securè posse Episcopos virtute Concil. Trident. in foro conscientiæ hæreticos occultos absoluere, nam ratio illa, quam addit Bann. citato loco, & sequuntur alij post eum, quod scilicet processus Bullæ in Cœna Domini non tollit Episcopis priuilegium absoluendi, sed personis, nihil euincit, quia si ablatum est priuilegium committentibus hæresim, vt non possint absolui nisi à Romano Pontifice, iam Dominus Papa, tanquam Summus Ecclesiæ Prælatus, Episcoporum auctoritatem in hac parte coarctauit, & quamuis Episcopi iure diuino hanc iurisdictionem habeant, de quo articulo nunc non tractatur, Romanus Pont. illam impediuisse & suspendisse videtur per reseruationem criminis hæresis, cuius absolutionem ad se solum voluit pertinere; quamuis ergo Episcopi non amiserint potestatem, seu iurisdictionem absoluendi, quam iure diuino ipsis competere Bannes asserit, exercere tamen illam non possunt, ex quo Dominus Papa in dicto processu Bullæ constituit, vt nullus talis, nisi à Domino Romano Pontifice absolui possit, ibi, *cæterùm à prædictis sententiis, nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, &c.*

23 Verùm omissis metaphysicis solemnitatibus non videtur posse in dubium reuocari, quin Episcopis sit sublata facultas absoluendi prædictos occultos hæreticos per dictum processum Bullæ, cum specialiter ibidem, & de Episcopis mentio fiat, & de decretis cuiusuis Concilij in Bulla S. D. N. Gregor. XV. anni præteriti 1621. cuius hæc sunt verba, *Cæterùm à præteris sententiis nullus per alium quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & in adultorum quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conuentibus, & domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, necnon laicis etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreta, verbo, litteris, aut alia quacumque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum, &c.*

Cùm in hoc decreto dicatur, quòd nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem absolui possit, priuilegium, si quod habebat, aufertur à personis absoluendis, quod & sequentia indicant; ac cuiusvis Concilij decreta, & cætera, quæ mox subduntur, priuilegium auferunt non modo absolutionis recipiendæ, sed etiam impendendæ, quibusuis quomodolibet habentibus huiusmodi facultatem. Quare hanc sententiam tenent Maiol. de irregularit. lib. 5. cap 46. num. 6. vers. caueant, Tolet. in instruct. Sacerdotum in explicat. Bullæ Cœnæ excommunicat. 14. in fine, Viuald. palinodiam recantans in editione nouori anni 1602. in suo candelab. aureo par. 1. tit. 11. de absolut. n. 13. Vgolin. de casibus reseruatis Summo Pontifici par. 2. cap. 2. §. 4. vers. etiam prætextu quarumcumque facultatum, Sayr. decis. 16. de sentent. excommunicat. Pàram. de origine Inquisition. lib. 3. quæst. 9. num. 191. Felician. de excommunicat. cap. 18. Nauar. in man. cap. 27. n. 72. & consil. 15. de sentent. excommun. in antiq. aliàs consil. 11. de priuileg. in nouis, Philiarc. par. 2. lib. 2. cap. 25. & lib. 4. cap. 22. & in Bulla Cœnæ cap. 2. vers. etiam prætextu quarumuis facultatum, n. 3. Raguſ. in lucerna Paroch. quæst. 125. num. 5. Torteblanca de magia lib. 3. cap. 10. num. 27. Franscisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 1. cap. 37. num. 46. Piasec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 1. num. 14. pag. 110. Aloys. Ricc. in collect. decis. par. 4. collect 821. vers. tertio, & in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. decis. 13. num. 8. & 9 par. 2. & decis. 180. part. 3. Molin. de Iustit. tract. 3. disput. 64. num. 8. & tract. 5. disput. 18. num. 2. Beda in defens. Fidei in causa Moriscor. par. 1. cap. 13. Nicol. Garc. de benefic. par. 11. c. 10. num. 115. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 11. num. 26. & 27. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. par. 1. tract. 5. cap. 5. quæst. 31. vers. nono, & cap 6. quæst. 35. & tract. 7. q. 5. & tract. 12. c. 4 q. 15. resol. 4. pag 459. Duard. in Bulla Cœnæ Domini lib. 3. §. 2. q. 13. & 12. n. 47. Chapeauil. de casibus reser. c. 4. different. 4. Coriol etiam de casibus reser. par. 1. sect. 2. art. 23. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum verb. hæresis diff. 5. Ant. Ricciul. de Iure personarum extra gremium Eccles. existent. lib. 5. cap. 14. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 26. num. 55. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 414. num. 22. Farin. de hæresi quæst. 192. §. 4. num. 53. Mar. Alter. de censur. lib. 5. disput. 22. cap. 1. pag. mihi 767. latè Torreblanca in practicabil. Iuris spirit. lib 14. cap. 10. n. 5. Bonacina in Bullam Cœnæ disput. 1. quæst. 22. puncto 2. num. 2. vers. secunda. Scorr. in constit. Pontif. epit. 166. theorem. 431. Villalob. in summ. par. 1. tract. 9. diffic. 21. n. 2. & 5. Hurtado de excommun. disp 15. diffic. 3. n. 12. Gauant. in manu. Episcop. verb. absolutio 4. & verb. hæretici 15. Diana resolut. moral. par. 1. tract. 5. resol. 2. & par. 4. tract. 4. resolut. 239. & secundùm hanc opinionem in supremo generalis Inquisitionis Prætorio Romano pronunciatum fuisse testatur Pegna in direct. Inquisitorum par. 3. quæst. 92. comment 141. vers. penult. sic declarasse Gregorium XIII. & Clemen-

tem VIII. referunt Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 31. num. 5. &* *cap. 23. num. 4.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop Neapol. cap. 67. n. 10. in 2. edit.* Prasec. *in praxi noua Episcop. dict. cap. 1. n. 13.* nouissimè March. *de Sacram. Ordinis tract. 1. par. 9. cap. 1. diffic. 9. &* 10. Georg. Polach. *in Bull. Vrbani VIII. sect. 42. num. 61.* Floron. *de casibus reseru. par. 1. cap. 4. §. 22. num. 5.* Suat. *de Fide disput. 1. sect. 4. n. 13.* me citato *in hoc loco* Trullench *in expos. Bull. S. Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 6. num. 4.* & audiuisse à Religioso docto, & fide digno sic declarasse prædictum Clementem VIII. dicit Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 19. q. 3. & c. 10. q. 10.* & ita censuisse *Sacram Cardinalium Congregationem* asserunt Prasec. *d. num. 13.* Nicol. Garc. *d. cap. 10. num. 122.* Suar. *tom. 4. disput. 30. sect. 2. num. 11.* Almendar. *in add. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 21. leg. vnica de familiaribus Inquisitorum num. 3.* Bonacin. *de censur. disput. 1. quæst. 3. punct. 7. num. 1. vers. 1.* latissimè Stephan. Daluin. *de potestate Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum cap. 28. per tot.* vbi asserit hanc partem in consulendo, & in practica longe veriorem esse, quia nimirum totum hoc negotium facultatis absoluendi, aut non absoluendi hæreticos, à voluntate, intentione, & concessione summorum Pontificum præsertim, immo & omnino pendeat.

25 Et propterea vsus iam obtinuit, quod & inuiolabiliter obseruatur, vt Episcopi à S. D. N. Papa facultatem petant absoluendi prædictos hæreticos, quam Pontificis nomine causa cognita Domini Cardinales Inquisitores Generales Vrbis, & Orbis concedere solent, confectis super ea re parentibus litteris, quibus omnes prædicti Cardinales suo ordine subscribunt; refert me citato *in hoc loco* Trullench *in exposit. Bulla S. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 8. num. 4. prope fin.* Et Stephan. Daluin. *d. cap. 28. mihi tamen negatiua fol. 181.* se vidisse, & legisse diploma quoddam originatium in pergameno subsignatum à septem Illustrissimis ac Reuerendissimis Cardinalibus Presbyteris in vniuersa Rep. Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Sede Apostol. specialiter deputatis, congregatis in Generali Congregatione S. R. & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apost. Apud S. Petrum coram S. D. * Clemente VIII die 21. mensis Martij anni 1601. Pontificatus eiusdem anno X I. quo licentia, facultas, & authoritas concedebatur Episcopo Verdunensi in extremitatibus, & confiniis Galliæ, & Lotharingiæ, ac eius in eadem Verdunensi Ecclesia Officiali, seu Vicario in spiritualibus generali, tunc & pro tempore existenti, in solidum, ad triennium futurum proximè à data præfati indulti numerandum dumtaxat duratura, vt omnes, & quoscunque dictæ Verdunensis ciuitatis, vel diœcesis, seu ea aliis partibus, in quibus hæreses impunè grassantur, ad Episcopum, vel ad eius Officialem, siue Vicarium Generalem præfatum, in ciuitate tamen Verdunensi, vel diœcesi constitutos, seu residentes, sponte venientes, vtriusque sexus, ac tam laicos, quàm clericos seculares, & cuiusuis Ordinis Regulares hæreticos, schismaticos, & à Sancta Fide Catholica quomodolibet aberrantes, illorumque credètes (non tamen in hæreses relapsos, aut errores, aut de præfatis in iudicio indiciis præuentos, vel condemnatos, de quibus tamen Pontifex, seu sacrum Inquisitionis Officium consulere tenebantur (pœnitentes quidem ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, & pœnis, quas propter hæreses, &c. quomodolibet incurrerint, dummodo corde syncero, & fide non ficta coram notario, & testibus publicè, vel priuatim, prout casus exegerit, & eidem Episcopo, seu eius Officiali, siue Vicario in spiritualibus Generali magis expedire videretur, hæreses, schisma, & errores supradictos, ac alios quoscunque detestati fuerint, anathematizauerint, & abiurauerint, ac gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ recipi & admitti humiliter postulauerint, atque præstito per eos iureiurando promiserint, de cętero ab huiusmodi hæresibus, schismate, & aliis similibus excessibus penitus abstinere in forma Ecclesiæ consueta; iniuncta inde eis, ac eorum cuilibet pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis iniungendis, &c. Adoertit D. Felician. de Vega nunc Archiep. Mexican. *in relect. c. & si clerici §. de adulteriis, num. 19. de indic.* quòd Indi noui Orbis possunt absolui per Episcopos ab omnibus delictis etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini, & etiam ab hæresi, & idololatria, & aliis casibus reseruatis ea concessione Gregorij XIII. *& num. 176.* ait quòd dispensatio in irregularitate contracta ob hæresim petenda est à Papa, quamuis quoad Ordines iam susceptos, bene potest Episcopus dispensare excepto sacerdotio.

Quemadmodum non est integrum Episcopis post decretum Conc. Trid. absoluere in foro Conscientiæ 26 prædictos hæreticos, ita non videtur licere Inquisitoribus Apostolicis, nec eorum Vicariis, siue Commissariis eosdem in prædicto foro absoluere virtute *Extrauag. Clem. Papa VII. incip. Cum sicut §. vobis etiam*, refertur *in fine Director. Inquisit.* inter litteras Apost. pro officio S. Inquisit. in qua sic scriptum extat. *Vobis etiam ac Vicariis prafatis extraiudicialiter Lutheranos occultes, & non inquisitos per Ordinarium, siue alios iudices, aut alios quoscunque hæreticos fautores, defensores, & receptatores, necnon à sancta fide apostatas, eosque qui contra inhibitionem Sedis Apostolica tenuerunt, vel legerunt libros Martini Lutheri, vel aliorum, aut eidem, siue eisdem quomodolibet adhaserunt (si ad cor reuersi pœnitentes ad humiliter petierint) post quam hæresim, qua polluti, & infecti erant, abiurauerint, medio iuramento promiserint de catero ab huiusmodi hæresi penitus abstinere, absoluendi, illisque pro præmissis pœnitentiam iniungendi salutarem, eosque ad gremium sanctæ matris Ecclesia restituendi, & reducendi auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus*, &c.

Quoniam in supremo sacrosanctæ Romanæ, & 27 Generalis Inquisitionis Tribunali sæpe pronunciatum, & declaratum est verbum illud, *extraiudicialiter*, non excludere formam iudicij, hoc est notarium, & testes abiurationis, sed tantum iudicij solemnitatem, per quam alij spectatores admittuntur, & delictum, ac pœnitentia pro eo iniuncta pluribus innotescit. Per hanc ergo Extrauag. non conceditur Inquisitoribus Apostolicis, & eorum Vicariis, seu Commissariis facultas absoluedi hæreticos occultos in foro conscientię, sed solum tribuitur potestas, vt possint in suo Auditorio eos accipere ad secretam abiurationem, & secretas quoque pœnitentias, quod satis indicant illa verba, *postquam hæresim abiurauerint*; item illa, *medio iuramento promiserint*: hæ enim propriæ solemnitates sunt fori exterioris, non interioris. Et ideo Inquisitores non habere facultatem absoluendi in foro conscientiæ hæreticos occultos exteriores, tenent Viuald. *in candel. aureo tit. de irregul. 3. num. 21.* Soar. *de censur. disp. 43. sect. 2. num. 5.* Sanctarel. *de hæresi cap. 5. dub. 7.* Nicol. Garc. *de benef. part. 5. 3. cap. 10. num. 115.* Bonacin. *de censur. disp. 2. q. 5. puncto 2. num. 11.* Farinac. *in tract. de hæresi quæst. 192. num. 52. & 54.* Greg. Pollach. *in Bullam Vrbani VIII. sect. 42. num. 61.* Castr. Palao *in oper. mor. tom. 1. tract. 4. disput. 4 puncto 3. §. 3. num. 3.* Alphon. de Leone

ne de officio Confess. tom. 2. recollect. 6. num. 127. Diana part. 4. tract. 8. resol. 35.

28 Inquisitores Apostolicos ex priuilegio absoluere posse ab huiusmodi criminibus in foro conscientiæ non obstante reuocatione facta per processum Bullæ in Cœna Domini, libenter admittit Baun. dict. q. 11. art. 4. vers. præterea aduertendum est, quamquam nolint, inquit ille, audire nisi cum testimonio tabellionis, idque vel quia Inquisitores postea petierunt eandem facultatem, vel antiqua facultas non erat priuilegium concessum hæreticis etiam pœnitentibus, sed ministris Sancti Officij in fauorem fidei, quare sine dubio non fuisse illis reuocata, hæc sentit Ban. dicto loco, Iacob. de Graff. in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 9 num. 5. Fr. Emman. in Bullam Cruciata §. 9. num. 70 Henriq. in sum. lib 6. de Pœnit. cap. 4. num. 9. Gutier. Canon. lib. 1 cap. 13. num. 7. Duard. in Bul. Cœna lib. 3. §. 2. quæst. 12. num. 10. Bossi. in tract. de Iubil. sect. 1. casu 10. § 2. n. 14. & §. 11 per tot. Diana moral. res. part. 1. tract. 5. resol. 3. Licèt hæc sententia sustineri possit; nulla tamen causa suadet Inquisitores Apostolicos in foro conscientiæ hæreticos credentes, & cæteros huiusmodi absoluere debere; cum Inquisitores, vt supra dicitur, in hac causa potissimum sint iudices in foro iudiciali, & exteriori, non in foro pœnitentiali, & interiori. Tutius est ergo, vt tali facultate, licet illam habeant (de quo non est mediocris controuersia) non vtantur, sed pœnitentes audiant coram notario, & testibus, vt eos Ecclesiæ reconcilient, & deinde à Confessariis approbatis in foro conscientiæ absolui possunt.

29 Sed obseruandum est reum quemcumque siue ab Episcopo, siue ab Inquisitoribus Apost. siue ab aliis quibusvis potestatem absoluendi habentibus, absolutum in foro conscientiæ, siue Sacramentali, & accusari in foro exteriori, & in eum inquiri posse, si crimen eius in iudicium deducatur, nec iuuare eum, aut tueri se posse exceptione receptæ pœnitentiæ in foro interiori, vt tradunt Zanchin. de hæret. c. 34. Direct. Inquisit. verb. absolutio, §. sed an absolutio, & verb. Confessio, § vtrum si in foro, Locat. in opere iudic. verb. absoluere num. 1. & verb. hæreticus num. 24. Sanch. dict. lib. 2. cap. 12. num. 7. Duard. in Bull. Cœna lib. 3. §. 2. quæst. 12. num 12. nouissimè me citato in hoc loco Bossi. dict. casu 10. num. 231. Ratio huius assertionis illa est, quam Canonistæ communiter tradunt, & sequuntur, quoniam pœna imposita per Confessarium in foro pœnitentiali quantumcumque sit magna, non tollit aliquo modo pœnam imponendam in foro iudiciali Canonico, vel Ciuili; nam pœna pœnitentialis in foro interiori imposita tendit ad vnum finem, videlicet vt per eam pœnitens satisfaciat Deo, & animæ suæ, alia verò pœna, nempè temporalis, spectat ad punitionem corporis, & ad publicam vindictam, vt Reip. satisfaciat is, qui malo exemplo delinquendo eam offendit, glos. verb poterit in cap gaudemus, de diuort. glos. 1. in fine in cap. 2. de schismat. & ibi Panorm. Zabarel, & alij in cap. vlt. 25. distinct. glos. vlt. in cap. 2. de empt. & vendit. & ita declarauit Gregor. XIII. in quadam Bulla Iubilæi de ann. 1572. tertio Idus Septembris; de qua per Pen. in directorium Inquisitorum part. 2. commento 25. § quod autem absolutis. Multum igitur interest ipsorum delinquentium, & pœnitentium, vt quamuis absoluti sint in foro conscientiæ, accedant quoque ad suos Episcopos, vel ad Inquisitores Apostolicos, vt ab ipsis in foro exteriori absoluantur, & per ipsos gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ reconcilientur: ita enim plenam securitatem consequentur, nec poterunt vlterius in foro exteriori molestari, vel inquietari. Confessariorum quoque partes erunt in hac causa huiusmodi pœnitentes admonere, vt ad iudices Fidei propterea sese confestim conferant.

Supposita communi illa sententia, quæ tenet hæresi occultæ per accidens vltra excommunicationem esse annexam irregularitatem, vt per Felician. de censur. cap. 7. de irregular. Nauar. in man. cap. 27. num. 205. vers. 3. Valent. tom. 4. disp. 19. part. 3. in 3 specie irregular. Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 46. num. 1. & 2. Pena in direct. Inquis. part. 3. quæst. 113. com. 162. & 175. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 11. quæs. 13. & cap. 21. q. 8. Anton. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 5. c. 17. & plures citatos à Sanch. dict. lib. 2. cap. 25. num. 1. & à Garc. de benefic part. 11. cap. 10. n. 83. & etiam supposito quòd per Bullam Cœnæ sit sublata Episcopis & Inquisitoribus dicta facultas absoluendi ab hæresi occulta in foro conscientiæ, vt supra dixi, dubitatur an illis etiam sit sublata facultas dispensandi super dicta irregolaritate orta ex hæresi occulta? Maiol. d. cap. 46. n 6. vers. sic elicio, tenuit non esse sublatam: sed contrarium, imò quoad vtrumque forum sublatam esse sustinent Vgolin. de irreg. cap. 36. §. 5. n. 3. Sanchez dict. c. 25. n. 18. Garc. dict. c. 10. n. 86. Bossi. dict. casu 10. n. 244. vbi num. 246. subdit posse Inquisitores dispensare in foro conscientiæ super præfata irregularitate hæresis occultæ.

Sæpè Romani Pontifices per Iubilæorum, & Cruciatorum diplomata liberales Indulgentias omnibus fidelibus largiuntur, addita clausula generali, vt Pœnitentes à Confessariis approbatis, quos elegerint, absolui possint ab omnibus, & quibusuis peccatis, & censuris, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, etiam ab illis, quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur; quo casu putant aliqui posse tunc hæreticos emendatos, & pœnitétes à crimine hæresis absolui in foro conscientiæ, reseruata tamen potestate Inquisitoribus procedendi in foro exteriori. Ita Sot. in 4. sentent. distinct. 22. quæst. 2. art. 3. vers. primus eius casus, Frechil. de excommun. art. 1. part. 4. num. 7. dub. 1. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. absolutio §. 5. & part. 2. eodem verb. §. 4. Cordub. in summ. quæst. 8. in fine, Stephan. Fagund. in quinque Ecclesi. præc. p. 2. lib. 8. cap 8. num. 38. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 8. num. 53. in fine, Lorca 2. 2. disp. 45. num 13. Filliuc. tom. 1. tract. 8. cap. 10 quæs. 9. num. 165. Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 7. c. 21 num. 62. Leo de Iubilæo part. 2. num. 41. Gregor. Polacch in Bullam Vrbani VIII. sect. 42. num. 61. Sanctarel. de Iubilæo cap. 7. dub. 3. Bossi. eod. tract sect. 1. cas. 8. n. 2. & 3. 30

Verùm contraria sententia verior est, & in praxi omnino obseruanda, asserens quod nec virtute Iubilæorum, nec Bullarum Cruciatarum, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, potest quis absolui ab ea, licet expressè detur facultas in genere absoluendi à casibus Bullæ: neque enim verisimile est id generaliter esse concessum, quod specialiter denegaretur; neque est probabile Pontificem Maxim. tot legibus in Fidei fauorem latis tam facilè derogare voluisse. Ita Couar. in c. alma mater part. 1. §. 11. numer. 15. Nauar. in man. cap. 27. num. 175. vers. decimoquarto, Rojas de hæret part. 2. assert. 39. num. 321. & de priuileg. Inquisit. num. 416. vbi ait id hodie pleniùs declaratum esse per Motum proprium Pij V. de ann. 1572. Simanch. de Cathol instit. tit. 3. de absol. num. 2. & in Enchir cap. 15. num. 4. Viuald. in candelabro aureo tit. de absol. num 16. & in explic. Bullæ Cœnæ n. 154. Angel. in floribus Theolog. quæst. de Confess. art. de casibus reser. diffic. 6. Aragon. 2. 2. quæst. 11. art. 3. § sed dubium est quisnam possit, vers. dico quartò, vbi addit ita declaratum fuisse à Gregor. XIII. ad petitionem Inquisitorum Hispaniæ, qui dederunt 31

operam,

operam, vt per Concionatores hæc declaratio euulgata ad omnium notitiam perueniret, quod etiam teſtantur Fr. Emman. *in explicatione Bullæ Cruciatæ in addit ad* §. 9. *num.* 66. Iacob. de Graffiis *in aureis decis. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 33. *& lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 25. Vgolin. *de censuris tab.* 1. *cap.* 10. §. 4. *num.* 12. Henriq. *lib.* 3. *cap.* 17. §. 2. *& lib.* 7. *cap.* 13. §. 1. *& lib.* 13. *cap.* 27. §. 5. Farinac. *de hæresi quæst.* 192. §. 4. *num.* 63. Ceuall. *commun. quæst.* 802. *num.* 67. Miranda *in manual. Prælat. tom.* 2. *q.* 7. *art.* 4. Feroaodez *in compendio Theologiæ moralis part.* 3. *cap.* 8. §. 11. *num.* 1. Vaſq. *de excommun. dub.* 19. *à num.* 5. Vega *in summ. part.* 1. *cap.* 125. *casu* 12. Petr. de Ledeſma *in summ. part.* 2. *tract.* 1. *cap.* 6. *concl.* 19. *&* 20. *diffic. vlt.* Azot. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10. *quæst.* 12. *& c.* 19. *quæst.* 2. dicens ita habere ſtylum, & vſum Curiæ Romanæ, Acoſta de Andrada *ad Bullam Cruciata quæst* 59. *& seq.* Suar. *de censur. disp.* 7. *sect.* 5. *num.* 12. *& de Fide disp.* 21. *sect.* 4. *num.* 21. Ludou. à Cruce *in exposit. Bullæ Cruc. disp.* 1. *cap.* 3. *dub.* 6. me citato *in hoc loco* Trullench *in simili exposit. lib.* 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 7. *num* 9. *& eod. lib.* 1. *c.* 3. *dub.* 5. *num.* 2. Auila *eod. tract. de censur. part.* 2. *cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 7. Nicol. Garcia *d. part.* 11. *cap.* 10 *num.* 109. Saochez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. *& cap.* 12. *num.* 10. Nouar. *in sing. Iuris Canon. concl.* 3. Portel. *in addit. ad dub. Regular. verb. Episcopus num.* 1. Aoroein, Diana *resol. moral. p.* 1. *tract.* 5. *resol.* 2. Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 9. *cap.* 1. *diffic.* 9. *num* 13. *cum seqq.* Caſtr. Palao *in tract. de Fide tract.* 4. *disp.* 4. *puncto* 3. §. 4 *num.* 2.

32 Dubium ex dictis oritur non contemnendum, an illi, qui vel metu mortis, aut cruciatuum, ſeu tormentorum territi, vel amore capti, vel diuitiarum cupidi, vel ne à poſſeſſionibus pellantur, aut ob aliam cauſam aliquid dicont, vel faciunt ad infidelitatem pertinens, quod hæreticum, vel apoſtaticum meritò iudicatur, vt ſi Mahometum adorent, aut verum Prophetam, & Dei amicum eſſe dicant, idola colant, hæreticos feciſſe fingant, eorum vſus exterius obſeruent, mores illorum ſumant, Eccleſias eorum frequentent, concionibus interſint, iuramentum, & fidelitatem eis ſpondeant, & iurent, ac ſimilia perpetrent, quæ Catholica Religio penitus abhorret; ſed retineot nihilominus integram Fidem in corde, ocque ita interius ſentiant, ſicut exterius faciunt, vel dicunt, vtrùm in excommunicationem, & aliàs cenſuras contra hæreticos, apoſtatas, vel idololatras ab Eccleſia latas incurrant? In quo Caiet. 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. *circa finem. vers. in responſ. ad* 2. *& quæst.* 1. *art.* 1. tenet non modò in foro interiori, ſed etiam in exteriori excommunicatos eſſe; ex cuius ſententia apertè conſequitor eos non poſſe ab approbatis Confeſſariis abſolui, cum reſeruatio caſus Confeſſariorum iuriſdictionem, & poteſtatem vel auferat, vel impediat, aut ſuſpendat. Verùm oppoſita ſententia verior eſt, ex eo, quia excommunicatio Iuris lata eſt in eos, qui verè ſunt hæretici, apoſtatæ, vel idololatræ: at illi, de quibus dictum eſt, non ſunt huiuſmodi, cum Fidem Catholicam interius integrè retineant; ergo non incurrunt in excommunicationem. Ita Atchid. *in cap.* 1. *de summ. Trin. lib.* 6. *in fine*, D. Aoton. *part.* 2. *tit.* 12. *cap.* 5. §. 1. Sylueſt. *in summ. verb. apostasia q.* 3. *num.* 4. *& verb. hæresis* 1. *q.* 6. *n.* 9. Roſel. *verb. hæreticus num.* 4. *vers. quid de illo*, Repert. Inquiſit. *verb. hæreticus* §. *si verò hoc facis*, Nauar. *in man. cap.* 11. *num.* 17. *vers. tertiò peccat mort.* Bann. *in* 2. 2. *q.* 11. *art.* 4. *quæst.* 2. *vers. tertia conclusio*, vbi ait hanc eſſe communem ſententiam Iuriſperitorum, & ibi Aragon. *art.* 3. §. *sed dubium est quisnam possit, vers. dico sextò*, vbi ſatiſfacit rationibus Caietani contrarium aſſerentis, eam tandem ſequitur Peñs *in direct. Inquisit. part.* 2. *super q.* 41. §. *an autem qui metu*, Mercer. *in* 3. *part. D. Thomæ q.* 66. *art.* 9. *num* 4. Granad. *in* 2. 2. *D. Thomæ tract.* 15. *disp.* 13. *n.* 11. Diana *moral. resol. part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 140. *in fine*. Qui tamen omnes tanquam veriſſimum conformiter docent eos, qui talia hæreticalia, vel apoſtatica dicunt, aut faciunt, quamuis fidem interius retineant, grauiſſimè, & mortaliter peccare, gloſſ. & Canon *in c. non solum lo* 2. 11. *q.* 3. Nulla enim cauſa, vel caſus excuſari quemquam poteſt in materia, & Confeſſione Fidei, quin cum opus eſt confiteri eam teneatur, nec metus mortis in cauſa eſt metus cadens in conſtantem virum, nec licet ore negare Chriſtum, aut Fidem, & corde tantùm retinere, hæc putauerunt Helchæſetæ, & propterea meritò, velut hæretici, damnati ſunt à Fabiano Papa, vt in eius vita refert Breuiarium Roman. *die* 20. *Ianuar.* quod citat Peña *in direct. Inquisit. part.* 1. *commun.* 24. *super quæst.* 9.

Cùm igitur ſupradicti hæreticalia, vel apoſtatica dicta, vel facta exterius dicentes, aut facientes, Fidem interius retinentes, in excommunicationem non incurrerunt, à quolibet idoneo Confeſſario abſolui poterunt, non enim habet eorum crimen aliam reſeruationem, per quam pœnitentes abſolui, & Confeſſarij abſoluere prohibeantur, ita ſentire videntur omnes præcitati, ex eo quod aſſerunt non eſſe excommunicatos, & nominatim id profitentur Arag. *d. q.* 11. *art.* 3. § *sed dubium est quisnam possit, vers. dico sexto quod qui Fidem*. Ludou. à Cruce *in exposit. Bullæ Cruc. disp.* 1. *cap.* 3. *dub.* 7. & me citato *in hoc loco* Trullench *in simili exposit. lib.* 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 7. *n.* 3. *vers. suppono tertiò*. Quia tamen Eccleſia, quæ non iudicat de occultis, exiſtimat iſtos ex dictis, vel factis hæreticalibus exterioribus, quæ dixerunt, vel perpetrauerunt, hæreticos, apoſtatas, vel excommunicatos, ideò illos punit, & à cenſuris, in quas putat incurriſſe, abſoluit, & mitius punit eum, qui vel ſponte acceſſit ad iudices Fidei, ad confitendum ſuam delictum, vel eum, qui ob grauius periculum, vel metum inductus, indignum facinus perpetrauit. Ita Bañes *d. q.* 11. *art.* 4. *q.* 2. *vers. est* 2. *argum. Ecclesia punit.* Pen. *in direct. Inquisitorum part.* 2. *super q* 41. § *& quamuis in foro conscientia*, Trullench. *vbi proximè.* 33

Ex prædictis omnibus, quod attinet ad noſtram principalem quæſtionem, conſtat Epiſcopos virtute Concilij Trid. *dict. cap.* 6. non abſoluere occultos hæreticos, quoniam per proceſſum Bullæ *in Cœna Domini*, & Romanorum Pontificum declarationibus, fuit Concilio derogatum, & quamuis derogatum non fuiſſet, adhuc non debent Epiſcopi facilè vti tali facultate, propter aliqua inconuenientia, quæ ex nimia illius decreti obſeruantia oriri poſſent, quod iam olſeruat Ioan. Rojas *in singularibus Fidei sing.* 5. incip. *Accusatum, vers. tertiò fallit num.* 38. Hinc Domini Cardinales Inquiſitores Generales Vrbis, & Orbis Apoſt. auctoritate re maturè conſiderata, vbi expedire vident, Epiſcopis petentibus, concedunt facultatem abſoluendi occultos hæreticos in foro conſcientiæ, tantum eam facultatem patentibus litteris teſtatam faciunt, & parciſſimè largiuntur, quia longo rerum vſu & quotidiana experientia didicerunt ita expedire. Regulariter igitur cauſa cognita id obſeruare ſolent quod à Clement. VIII. conſtitutum eſt, nam Epiſcopis locorum indulget, vt hæreticos, credentes, fautores, receptatores, vel defenſores hæreticorum, pœnitentes, & humiliter conuerti voleotes poſtquam errores ſuos abiurauerunt, à cenſuris, in quas incurrerunt, abſoluant, ad gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ reſtituant, & reducant, & pœnitentias ſalutares iniungant. Addunt præterea, 34

vt

vt Epiſcopi poſſint ad idem peragendum eligere ſibi
tres, vel quatuor viros in Theologia Magiſtros, aut
in iure Canonico Licentiatos, qui eodem modo
præfatos delinquentes abſoluere poſſint. Hos viros
plures, vel pauciores concedunt pro latitudine diœ-
ceſis Epiſcopi talem facultatem petentis, ac etiam
pro multitudine hæreticorum, ſeu ſchiſmaticorum
in diœceſi habitantium: & quoniam interdum in
quibuſdam prouinciis, aut ob defectum Academia-
rum, aut ob alias cauſas difficulter Magiſtri in Theo-
logia, aut Doctores, ſeu Licentiati in iure Canonico
haberi poſſunt, ideo hunc rigorem temperantes per-
mittunt, vt ſi prædicti Magiſtri, vel Licentiati habe-
ri non poſſunt, alij viri idonei arbitrio Epiſcoporum
eligantur, qui munus ad quod aſſumuntur, obire
ſciant, & valeant. Hæc omnia litteris patentibus
comprehenduntur, qui omnes Domini Cardinales
Inquiſitores Generales ſuo ordine ſubſcribunt,
quam quidem facultatem non ſolent ad indetermi-
natum tempus concedere, ſed annos præfiniunt
tres, vel quatuor, ſicut occaſio, & circunſtantiá
ſuadet.

35 Epiſcopi, ſeu Epiſcoporum Vicarij, aut officiales,
& alij viri per Epiſcopos deputati in recipiendis
hæreticis, ſeu ſchiſmaticis in eis locis, ſeu diœceſi-
bus, in quibus ob multitudinem talium delinquen-
tium ordo iudiciarius plenè ſeruari aut non poteſt,
aut non expedit vt ſeruetur, ſequentem practicam,
& modum retinere debent. Qui ab hæreſi, vel ſchiſ-
mata, vel aliis delictis contra Fidem, & Catholicam
Eccleſiam commiſſis pœnitentiam acturus ad Epi-
ſcopum, ſeu alios per eum deputatos acceſſerit, ver-
bo, vel ſcriptis culpas ſuas coram Epiſcopo, vel præ-
dictis deputatis narrabit, notario, ſeu tabellione
præſente coram duobus, vel tribus teſtibus eas exci-
piet, iurabit reus de veritate dicenda, interrogabi-
tur de multis circunſtantiis, de credulitate, de tem-
pore, quo in errore permanſit, & de pleriſque aliis,
quæ ad ſecuritatem eius conſcientiæ ſpectant, dice-
tur illi, ſi opus fuerit, vt integrè, & confidenter expli-
cet omnes ſuos errores, nec timeat aperire vulnus, vt
copioſam, & ſalutarem recipiat medicinam: admo-
nebitur quàm grauiter errauit, Catholicam Roma-
nam Eccleſiam deſerendo, eius dogmata ſpernendo,
& à vera illius, & recta via declinando, quæ vehe-
menter eius ſalutem exoptat. Poſtquam confeſſio
fuerit ſic in iudicio recepta in priuato auditorio
Epiſcopi, ſeu Vicarij illius, aut alibi, prout duxerint
eligendum, tunc Epiſcopus, ſeu deputati iubebunt
pœnitentem flexis genibus coram libro Euangelio-
rum abiurare hæreſes, & errores, quos confeſſus eſt.
Peracta abiuratione, & promiſſione quòd nunquam
deſeret Catholicam Romanam Eccleſiam, Epiſco-
pus, ſeu deputati ab eo in forma Eccleſiæ abſoluent
pœnitentem, iniungéntque illi pœnitentias ſaluta-
res: notarius totius actus conficiet patentes litteras,
ſeu publicum inſtrumentum, cui præter notarium
ſubſcribet Epiſcopus, aut deputatus ab eo, qui pœ-
nitentiam impoſuit reuertenti, & confitenti, idque
inſtrumentum dabitur reo abſoluto, vt conſtet
ipſum, & reconciliatum fuiſſe Eccleſiæ gremio, &
pœnitentiam recepiſſe. Poſtquam reus in foro exte-
riori prædicto modo ſatisfecerit, & fuerit à cenſuris
abſolutus, deinde per approbatos Confeſſarios ab-
ſoluetur in foro pœnitentiali.

36 Iudices verò Fidei, videlicet Inquiſitores contra
hæreticam prauitatem, non obſtante cuiuſlibet Ca-
nonis, Concilij, aut proceſſus Bullæ in Cœna Do-
mini decreto, in foro exteriori abſoluere poſſunt
hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & de-
fenſores eorum, & alios quoſlibet contra Fidem de-
linquentes, ab excommunicatione, & aliis cenſuris
contra eos latis, illoſque gremio Eccleſiæ reconci-
liare, iuxta ſacram Eccleſiæ ſanctionem, in qua ita
ſcriptum extat. † De præeminentia horum Inquiſi- 37
torum, & obedientia eiſdem ab omnibus præſtanda
extat Bulla Pij V. quam refert Stephanus Quaranta
in ſumma Bullarij, verb. hæreticus. Sunt enim grauiſſi-
mi, & æquiſſimi, ac prudentiſſimi, ſanctitate, & do-
ctrina pollent; quippe quod ad illud munus iam
ſanctum, & venerandum non vulgares homines, ſed
doctrina, prudentia, probitate, aliiſque magnis vir-
tutibus inſigniti eliguntur, prout ita quotidie fieri
nos experientia docet, & exemplis confirmant Si-
manch. *de Catholicis inſtit. tit. 34. à num. 9.* Sigiſmund.
Scacc. *de iudiciis lib. 1. cap. 87. à num. 1.* Eymeric. *in
director. Inquiſitorum part. 3. quæſt. 1.* Rojas *de priui-
legiis Inquiſitorum, num. 410.* Ludou. à Paramo *de ori-
gine Officij ſanctæ Inquiſitionis lib. 3. quæſt. 9. à num. 23.*
Fr. Didacus Morillo *de las excellentias de Caragoça
tract. 1. cap. 21.* Cuius rei non vulgare teſtimonium
nobis Luſitanis præſtat Illuſtriſſimus Dominus
meus Ferdinandus Martins Maſcarenhas, † cui pri- 38
mos meorum laborum fructus, & me ipſum iure
optimo deuoui, vir & gentilitia nobilitate, & littera-
tis inſignis, qui poſtquam Conimbricenſis Acade-
miæ integerrimus extitit gubernator, & rector, &
poſtquam Algarbienſem Eccleſiam digniſſimus
Præſul multis annis feliciter gubernauit, nunc Por-
tugaliæ Regni Inquiſitor generalis, viros integerri-
mos, eruditos, & omni laude digniſſimos, ſacris
Tribunalibus præficit, qui maturo ſemper conſilio
cauſas ad Fidem ſpectantes æqua lance iudicant.

Iam hodie omne delictum hæreſis ſpectat ad In- 39
quiſitores priuatiuè ad omnes alios iudices, non ex-
cluſo tamen iudicio Ordinarij coaſſiſtentis Inquiſi-
toribus in cauſa propriæ ouis, vt decreuit S.D. Pau-
lus V. adhibitis ſeueriſſimis pœnis contra Superio-
res Religioſorum intromittentes ſe vlterius hac de
re in ſuis ſubditis, eoſque non deferentes illico ad
ſanctum Tribunal, prout refert Luſitanus noſter
Emman. do Valle de Moura *de incantationibus, & en-
ſalmis, ſect. 3. c. 1. num. 10.* me citato *in hoc loco* Trul-
lench *in expoſit. Decalogi lib. 1. cap. 2. dub. 5. num. 1. in
fine*, vbi *num. 2. in princip.* addit quòd in terris, vbi ſan-
cta Inquiſitio ſita non eſt, vt in Gallia, Germania, &
Polonia, Inquiſitorum munus Epiſcopi præſtant.
Hodie præcipuè in Hiſpania, ſoli Inquiſitores co-
gnoſcunt, Epiſcopi autem per ſe, vel per Vicarios In-
quiſitoribus aſſiſtunt, & non poſſunt ſeparatim ab
Inquiſitoribus, de cauſis hæreticalibus cognoſcere:
Ita Molin. *de iuſtit. tract. 5. diſput. 28. num. 12. & 13.*
D. Acuña *de Confeſſ. ſollicitant. quæſt. 2. n. 1.* Sanctarel. *de
hæreſi, cap. 40. dub. 2. num. 15.* Ioan. Valer. *de different.
inter vtrumque forum, verb. hæreſis differ. 3. num. 1.* Peña
in direct. Inquiſ. part. 3. quæſt. 52. comm. 101. Souſa *in
aphor. Inquiſ. lib. 1. cap. 2. num. 11.* qui omnes etiam re-
ſoluunt ad ſolos ipſos Inquiſitores ſpectare proceſ-
ſum formare, procedere, reoſque comprehendi fa-
cere, atque in ſolo ſuo carcere cuſtodire, itaut
ſi Ordinarij eos comprehendant, teneantur tranſ-
mittere ad Inquiſitores, vel illos certiores facere, vt
eum ad ſuos carceres adducant, & hoc idem ad
Vicarium Capituli Sede vacante loco Epiſcopi ex-
tendit Diana *p. 4. tract. 6. reſol. 33.* Cùm ergo (vt ſupra
vidimus) in proferendis ſententiis Epiſcopi per ſe,
vel per eorum Vicarios Inquiſitoribus aſſiſtant, ideo
non poterit Inquiſitor ſine Epiſcopo cogere reum
ad abiurationem, quia abiuratio quidem ſua eſt, &
condemnatio, Zanard. *in direct. Theolog. part. 1. cap. 6.
quæſ.*

queſ.15. Azor.inſtit.moral.part.1.lib.8.cap.18.quaſ.16. Molin. de iuſtit. tract.5. diſp.28. num.19. Diana part.4. tract.8. reſol.49. Quicquid in contrarium teneat Ferdin.de Caſtro in opere moral.tom.1.tract.4.diſp 8. p.23. num.18. Sic etiam non poterunt Inquiſitores ſine Epiſcopo proferre ſententiam abſolutoriam Rei, vt per Sanchez de Cathol. inſtit.,tit.3. num.9. & in enchirid.tit.61.num.2.Rojas ſing.27.num.7. Azor.d.quaſ.16. Zech.in ſum.tract.1.de fide cap.11.num.14.Dianam d. reſol. 50. contra Molin. d. diſput.28. num.15. Et addit idem Diana vbi ſuprà reſol.126. in Regnis Hiſpaniarum ſolùm Inquiſitores, & non Epiſcopos poſſe pu-
40 blicare edicta Fidei. Et † quot ſint caſus directè, & reductiuè ad tribunal ſanctiſſimæ Inquiſitionis ſpectantes,numerant Aloyſ. Ricc. in prax. fori Eccl. dec. 671.in 1.edit.& reſol.423.in 2.edit. Alphonſ. à Leone de officio & poteſt.Confeſſ.recollect.22.& vltra caſus numeratos aliquos adducam peculiaribus Summorum Pontificum Conſtitutionibus ad ipſos Inquiſitores pertinentes, vt eorum notitia ad omnes peruenire poſſit,ne de eiſdem cognoſcere,& iudicare ſe intromittant.

41 Contra Confeſſores,qui in ſacris Confeſſionibus confitentem ad libidinem prouocauerint, cum malè de Sanctiſſimo Pœnitentiæ Sacramento ſentire cenſeantur, eo abutentes, vti de hæreſi ſuſpectos iure optimo hodie procedunt hæreticæ prauitatis Inquiſitores. Ita Decian.tract.crimin. lib.6. cap.21. num.42. & cap.23.num.1.cum ſequentib. Nauar.conſil.1.ſub tit. de hæreticis,Sà in ſum. verb. Confeſſio, num.25. Peña in comment ſuper Director.Inquiſitor.par.2. quaſt.56. comment.81. §. ille quoque.Iacob. de Graffiis conſ.1. ſub tit. de cognatione ſpeciali, Petr. de Ledeſm. in ſum. part. 1. de ſacram pœnitentia cap.19. verſ.ſexta concl. Farinac. in praxi crim.quaſt.187.num.28. Marcus Anton. Genuenſ. in praxi Archiepiſcop. Neapolit.cap. 66. num.2. Henriquez in ſumm lib.6. cap.18. §.4. & lib.13. de excommunicat.cap.24.num.2.lit.P.Ludou. à Paramo ad conſtitut.Pij IV.lib.3.quaſt.10.num.159.Peirinis in priuileg.Minimor.tom.2.conſtit.4. Gregor. XV. §.3. num. 6. Sanctarel. de hæreſi cap.44. dub. vnic num.2. Diana part.4. tract.7.reſolut.7. Emman. do Valle dict. tract. de encantat. & enſalm. ſect. 3. cap. 2. num. 6. & latiùs cap.3.à n.10. Salzed. ad Bernard. cap.85. lit. A, & in nouiſſima edit. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſolut. 440. Quarant. in ſumma Bullarij verb. Confeſſor. quod & iuſtiſſimè ordinauit, ac decreuit Pius IV. quadam ſua Conſtitutione, cuius tenorem fideliter deſumptum ex archiuo ſanctæ Inquiſitionis Generalis Vlyſſiponis copiam libri in qua continebatur ſibi faciente Reuerendiſſ. D. Antonio de Matos de Noronha Epiſcopo Eluenſi, & Generali Inquiſitore ſanctæ Inquiſitionis Regni Portugaliæ, refert Fr.Emman.quaſt. Regul. tom.1. quaſt.59. art.4. num.2. quaſt.26. art.1. & doctiſſimum ſuper prædicta Pij V.
42 Bulla ſcholium edidit † Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus meus D. Rodericus à Cunha, olim Portugalenſis Epiſcopus,nunc verò Archiepiſcopus Bracharenſis,Hiſpaniarumque Primas, hac noſtra tempeſtate inter cæteros litteris, & prudentia clariſſimus, eruditione ſingulari, & acerrimo iudicio ornatiſſimus, qui opus doctiſſimum ſanè ſuper Ius Canonicum molitus eſt: quam quidem Bullam nunc ex Apoſtolica commiſſione S. D. Pauli V. ad id nuper ſpecialiter emiſſam habemus, de qua Luſitanus noſter Benedictus Ægidius in tract.de iure, & priuil honeſtatis, art.11.à num.18. vbi etiam agit an Confeſſarius crimen inceſtus committat cum ea, quam in Confeſſione audit?

43 Religioſus,ſiue Clericus matrimonium,ſiue clam, ſiue publicè contrahens, ſi in Sacris ſit conſtitutus Ordinibus, non ſolùm committit ſacrilegium, ſed etiam de hæreſi ſuſpectus eſt, ita vt contra eum procedi poſſit per Inquiſitores Sancti Officij. Ita Bernard. in pract.cap.80.aliàs 84.num.3. verſ. redditur præterea ſuſpectus,& ibi Salzed.lit. D. Decian. tract.crim. lib.6. cap.22. de clericis contrahentibus matrimonium, num.11. Director.Inquiſitor. part.2.quaſt.49.pag.365. vbi Pegna comment. 74. §. iam apoſtata, Paramus de origine ſancta Inquiſitionis lib. 5. quaſt.10. num.75. Farin.in praxi crimin. part.5. q. 138. n.94. Ioſeph. Seſſe tom.4. deciſ.449. num.8. Souſa in aphor. Inquiſit. lib. 1. cap.7.num.16. Hieron Roder. compend.quaſt. Regul.reſol.quaſt.3.num.1.Diana part.4.tr.7. reſol.5. Traſmiera de polygam. lib.2. quaſt.17. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib.13.cap.13.quaſ.vltim.Carol. de Graſſis de effectibus clericalibus effectu 1. num.1036. & effectu 5. n. 50. Emman do Vall.dict.ſect.5.cap.3.num.9.Fr.Emman.quaſt. Reg. tom.3. q.1. art.1. vbi an Inquiſitores procedere poſſint contra Monachum nuptias contrahentem? Alphonſ.de Leone de poteſtate Confeſſ.part.1.reſol.12. num.13.caſ.25.

Matrimonium contrahentes ſimul cum duabus vxoribus videtur malè ſentire de Sacramento & contra eum tanquam contra ſuſpectum de hæreſi procedunt Inquiſitores contra hæreticam prauitatem, vt per Perez ad leges Ordinamenti, tit.1. lib.5.pag.44. in fine, Menoch.de arbitr. caſu 420. num.14.& lib.5. de præſump. quaſt.6. num.57. Nauarr.conſ.1. de hæreticis num.8. Azeued. l.5. num.3.tit.1.lib.5. noua recopil.Gutier. pract. lib.2. quaſt.8. num.1. Henriquez in ſumm. lib.11.cap.2.num.3. & lib.12.cap.6. num.4. Farin. d p.5. quaſt.140.num.24. Emman. de Valle d.ſect.5.c.1 n.14. in princip. & cap.3. num. 5. Scacc. de iudic. cauſ. lib.1. cap.12.n.55. Anton. Souſa in aphor. Inquiſ.lib.1.c.35. num.18. Homobon. in exam. Eccleſ. part.2. tract.11. cap.7.quaſ.18.Aloyſ.Baryol. in aphor.litt.V.verb. vxor §.2. Diana part. 4. tract. 8.reſol. 4. Ioan. Eſcobar de puritate probanda, quaſt.2.num.45. cum ſeqq. Traſmiera in tract.de polygamia lib.2. quaſt. 1. per tot. vbi quaſt.2. diſputat, an quando non conſtat contrahentem duplex matrimonium,errorem habere in intellectu,hic puniendus ſit per Inquiſitores, an verò remittendus foro Ordinario? & quaſt. 3. qualiter ſunt ſuſpecti contrahentes binas nuptias,ad actum tamen carnalem non deuenientes, & qualiter ſint habendi talia attentantes? nouiſſimè S.D.N.Vrbanus VIII. in Breui,incip. Magnum in Christo 20. Iunij 1637. vltra pœnas, quibus ordinariè puniri ſolent illi qui ſub mentito nomine,ſeu cognomine, adhuc vera vxore viuente, ad ſecundas nuptias tranſire audeant,decernit vt huiuſmodi ſic delinquentes damnentur ad triremes in perpetuum, quod ſi inhabiles reperti fuerint, publicè fuſtigentur, & damnentur ad carceres in perpetuum: ſi verò pro qualitate, & enormitate delicti grauiores pœnas meruerint,etiam Curiæ ſeculari arbitrio eorundem Congregationis vniuerſalis, & generalis Inquiſitionis Cardinalium puniendi tradantur. 44

Contra eos, qui cum ad ſacrum Presbyteratus Ordinem minime promoti ſunt, Sacerdotis tamen auctoritatem temere ſibi aſſumentes, Miſſarum celebrationes vſurpant, & Sacramentum Pœnitentiæ Chriſti fidelibus miniſtrare præſumunt, procedunt etiam Inquiſitores contra hæreticam prauitatem.Ita Fr. Emman.quaſt.Regul.tom.2 quaſt.27.art.2.Bobadil. in ſua Politica lib 2.cap 17.num.89. Emman. do Vall. d.ſect.3.cap.3.num.9. S. D. N. Vrbanus VIII. per ſuas litteras in forma Breuis, incip. Apoſtolatus officium, die 23. Martij 1628.ampliauit conſtitutionem Clementis VIII. contra non promotos ad ſacrum Preſbyteratus Ordinem, ſacramentales Confeſſiones 45

audien

audientes, aut Missam celebrantes Curiæ seculari præuia degradatione tradendos editæ, ad omnes etiam minores vigintiquinque annis, dummodo vigesimum ætatis annum compleuerint. Scott. *in Bull. Pontif. epit.* 162. *theor.* 403. Sanctarel. *de haresi cap.* 42. *dub.* 5. *num.* 5. Homobon. *in constitut. part.* 1. *respons.* 105. *vol.* 1. Sousa *in opusc. de solicitant. tract.* 1. *c.* 9. *n.* 1. Diana *par.* 4. *tract.* 7. *resol.* 11. & 12. Et addit Trasmiera *d. lib* 2. *q.* 2. *num.* 55. idem contra celebrantes vna die Missas plures absque legitima causa & approbata, vel vnam tantùm postquam comederit.

47 Ex concessione Gregorij XIII. qui ad instantiam Sebastiani Regis Portugaliæ, existente Cardinale Henrico eius patruo, successoreque in Regno Inquisitore Generali, habent Lusitani Inquisitores cognitionem, & punitionem nefandi criminis cum plenissima potestate, & priuatiuè ad omnes iudices, & Superiores Ecclesiasticos; cumulatiuè tamen ad seculares potestates, vt refert Emman. do Valle *d. sect.* 3. *cap.* 1 *num.* 16. & infr. *alleg.* 44. *num.* 30.

48 Contra perseuerantes in excommunicatione per annum proceditur tanquam contra suspectos de hæresi leuiter, vt per glos. *in cap. contingit, de dolo, & contum.* Couar. *in cap. alma part.* 1. §. 7. *num.* 10. *vers. quartò,* Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscop. Neapol. cap.* 7. *num.* 5. Roxas *sing.* 60. *num.* 2. Sayr. *de censur. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. Sanctarel. *de haresi cap.* 4. *dub.* 4. *num.* 4. Diana *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 18.

49 Circa hæresis crimen tanta fides, & obedientia Inquisitoribus debetur, vt sæculares iudices teneantur litteras, & illorum mandata celeriter exequi, & suum officium nullatenus impedire; aliàs contrarium facientes excommunicationem incurrere decidunt text. *in cap. vt officium,* §. *statuimus, & in cap. vt Inquisitionis, in fine, de haretic. lib.* 6. resoluunt Simanch. *de Catholicis institut. tit.* 23. *num* 9. Carret. *in praxi tit. de hareticis,* §. *circa secundum, num.* 56. Lucerna Inquisitorum *verb. impedientes num.* 1. Azeu. *l.* 5. *num.* 7. *tit.* 1.

50 *lib.* 4. *noua recopil.* nam † iudex secularis in causa hæresis merus executor est, nec de processu, nec de sententia, aut mandato Inquisitoris, nec de crimine illo cognoscere potest, etiam si mortis pœna imponenda sit hæretico; quia totum hoc Inquisitoris prudentiæ relinquitur, itaut locus non detur reuisioni. Ita Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 330. *in* 1. *edit. & resolut.* 287. *in* 2. *edit.* Suar. de Paz *in pract. tom.* 2. *pralud.* 2. *num.* 30. Curia Philippica *part.* 3. §. 3. *num.* 19. Fr. Ludouicus Miranda *de ordine iudiciario, q.* 1. *art.* 5. *concl.* 5. Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib.* 2. *c.* 1. *n.* 16. & tenetur absque alia cognitione officium suum impertiri statim, & omni casu, oculis, vt aiunt, clausis, Azeued. *d. leg.* 16. *num.* 9. Pegna *in Director. Inqui-*

51 *sitorum part.* 3. *comment.* 85. † Si tamen inobediens fuerit, Inquisitores censuris, & pœnis eum compellere poterunt, Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 22. *num.* 21. Bobadil. *in sua Politica lib.* 2. *cap.* 17. *num* 81. Farinac. *in praxi crimin. quast.* 97. *num.* 105. *cum sequentib. & de haresi quast.* 186. *num.* 162. Mendez à Castro *dict. cap.* 1. *num.* 16. Ex quibus iam sublata est theorica Bartoli *in l. Diuus la* 2. *col* 2. *num.* 3. *& in l. non dubium ff de custodia reorum,* asserentis iudicem secularem non teneri præcisè credere sententiæ, vel processui hoc casu, sed posse facere alia acta de nouo, & ex illis hæreticum condemnare, quia Magistratus, qui huiusmodi mandatis non obtemperat, & præstare auxilium recusat, est suspectus de hæresi, & vt hæreticus apprehendi, & iurisdictione sua priuari potest, Rebuff. *tom* 1. *ad leg. Gallia tit. de litteris requisitoriis in princip. num* 10. Menoch. *de prasumpt. lib.* 5. *quast.* 6. *num.* 31. Vnde bene Trasmiera *dict. tract. de polygamia lib.* 2. *quast.* 16. *num.* 5. *cum seqq.* resoluit quòd capti per alios Iudices ex alio crimine, si de hæresi sint delati, debent statim Inquisitoribus eos postulantibus remitti, & interim executio ratione aliorum criminum est suspendenda quousque de hæresis crimine cognoscatur, & idem Trasmiera *citato loco à num.* 3. tenet quod si contingat quem simul ab Inquisitoribus, & ab Episcopo in causis Fidei citari, prius coram Inquisitoribus vt maioribus iudicibus sui copiam facere tenetur.

ALLEGATIO XLI.

Episcopus quibus in casibus excommunicatos, ob violentam manuum iniectionem in clericos, absoluere possit, & an possit dispensare, vt quis retineat beneficium, obtentum tempore excommunicationis?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatos pro violenta manuum iniectione in clericos solus Papa absoluit.*
2 *Episcopi huiusmodi excommunicatos absoluunt, quando percussio est leuis.*
3 *Percussio leuis qua dicatur.*
4 *Iniuria leuis iudicanda est arbitrio boni viri.*
5 *Percussio leuis non dicitur, qua in foro, platea, vel alio publico loco cum scandalo fit.*
6 *Impedimentum legitimum habens, propter quod excommunicatus non potest Summum Pontificem adire sine periculo vita potest ab Episcopo absolui.*
7 *Impedimentum iustum habet is, qui ire non potest, licet mittere valeat pro absolutione.*
8 *Impedimentum iustum quoad hoc censetur habere, qui curam animarum, vel filios, aut vxorem habet, timetque ob suam absentiam damnum notabile excepturos.*
9 *Inimicitias capitales etiam sua culpa contrahens, propter quas non valet Romam adire, potest ab huiusmodi excommunicatione per Episcopum absolui.*
10 *Inimicitia capitales, qua dicantur?*
11 *Inimicitia capitalis oritur ex lite super omnibus bonis, vel maiori illorum parte.*
12 *Accusatio criminalis inducit capitalem inimicitiam.*
13 *Status quastio inducit capitalem inimicitiam.*
14 *Mortis, aut grauis infirmitatis periculum potest efficere, vt à quolibet Sacerdote huiusmodi excommunicatus absolui possit.*
15 *Absolutioni ab excommunicatione ratione articuli mortis, vel cuiusuis impedimenti imponenda est obligatio sub iuramento, vt cessante morbo, vel eo impedimento se prasentet Superiori, nisi illud impedimentum sit perpetuum.*
16 *Clerici collegialiter, seu communiter viuentes, qui se se mediocri, & non enormi percussioni affecerunt possunt ab Episcopo absolui.*
17 *Monachi, siue alij Regulares se ad inuicem percutientes per eorum Pralatos absolui possunt, cum certis declarationibus: Episcopus tamen de aquitate eos etiam exemptos absoluit. num.* 19.
18 *Religiosus, qui percusserit clericum secularem, debet ab Episcopo absolui, quando percussio est leuis.*
20 *Filij impuberes possunt ab huiusmodi excommunicatione per Episcopum absolui.*

21 *Ætatis ob fragilitatem mitiùs quis punitur.*
22 *Ianitor, seu officialis turbam arcendo non ex deliberatione, ab huiusmodi excommunicatione potest per Episcopum absolui.*
23. *Inopes ab huiusmodi excommunicatione quando possit per Episcopum absolui?*
24 *Pauper quis dicatur?*
25 *Æger quacunque corporis impotentia impeditus quando ab huiusmodi excommunicatione possit per Episcopum absolui.*
26 *Ægri qui dicantur?*
27 *Senex à prædicta excommunicatione, quando possit per Episcopum absolui?*
28 *Senes qui dicantur?*
29 *Existens in potestate alterius, qualis est seruus, vel filiusfamil. potest ab huiusmodi excommunicatione per Episcopum absolui.*
30 *Mulieres cuiuscunque sint ætatis, & conditionis, ab excommunicatione possunt per Episcopum absolui.*
31 *Pontificem Summum non valent adire pro absolutione huius excommunicationis, an teneatur adire Legatum.*
32 *Inferior ab Episcopo, quando possit ab hac excommunicatione absoluere.*
33 *Dispensarè an possit Episcopus, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis: ostenditur.*
34 *Dispensare non potest Episcopus, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis quando collatio esset facta per Papam.*
35 *Beneficium Episcopus scienter conferens excommunicato non potest dispensare, vt illud retineat.*
36 *Dispensare non potest Episcopus, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, quando simul cum excommunicatione concurrit intrusio.*
37 *Episcopus non potest concedere, vt cum excommunicato communicetur.*
38 *Excommunicatos tenetur vitare Episcopus prout cæteri.*

1 INCIDENTES in excommunicationem pro violenta manuum iniectione in clericum à solo Papa absolutionem consequi possunt, vt probant text. *in cap. si quis suadente 17. quæst. 4 & in cap. cùm illorum, de sentent. excommunicat.* de quorum lutium materia latè agunt Nauar. *in man. cap. 27. num. 78 cum sequentib.* Tolet. *instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 51.* Perez *l. 1. tit. 3 lib. 1. Ordin. pag.* 61 Ludou. Beia *respons. casuum consc. part. 1. casu 46. & casu 60.* Cened. *ad Decretum collect.* 14. Lxl. Zech. *de priuileg. Eccles. priuil.* 155. Carol. de Grassis *de effectib. cler. effectu 9. à num.* 148. Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap.* 49. Suar. *tom. 5. de censur. disp.* 22. Sayr. *eod. tract. lib. 5. cap. 26. & seq.* Molin. *de iustit. tom. 4. disp* 52. Bonacina *de censur. disp. 4. & de censur. extra Bull. Cœna contentis disp. 2. quæst. 3. puncto 6. sect. 5. num.* 1. Portel. *in dubiis Regular. verb. manus violenta,* Paul. Laym. *in summ. Theolog moral. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 5.* Squillante *de priuil. cleric. c. 6.* Molin. *de iustit. tract. 5. disp.* 59. Bellet. *disquisit. clericali p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis.*

2 Aliquando tamen possunt Episcopi à prædicta excommunicatione reseruata absoluere, quando scilicet percussio est leuis, iuxta text. *in cap. peruenit. de sentent. excommunicat.* & quæ resoluunt Viui. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 12. num. 10. vers. sed antedicta conclusio, pag.* 196. Gutier. *canon. lib. 1. cap. 5. num. 11. cum sequentib.* Ioan. Garcia *de nobilit. glos. 9. num.* 40. *cum sequentib.* latè Sayr. *de censuris lib. 5. cap. 28. cum seqq.* Iacob. de Graff. *d. cap. 49. num. 51. cum sequentib.* Bonacina *d. quæst 4 puncto 5.* Beller. *d. tit. de fauore clericorum canonis §. 3. a n.* 33. Carol. de Graff. *d. effect. 9. à num.* 173. Paul. Layman *d. cap. 5. num.* 10. Molin. *d. disp. 59. num.* 1. vbi *num.* 2. post Panorm. & Felin. *in d. cap. peruenit.* & Syluest. *verb. absolutio. 4. num.* 5. resoluit Prælatum, qui Episcopus non sit, esto iurisdictionem quasi Episcopalem habeat, absoluere non posse ab hac excommunicatione, esto iniuria percussionis, ob quam fuerit incursa, leuis fuerit, Bonacin. *d. puncto 6. sect. 5. num.* 5 vbi *n.* 4. post Molin. *d. disp.* 59. *n.* 2. Reginald. *lib. 1. n.* 238. Lazar. *de monitor. disp. 1. q.* 6. resoluit Vicarium generalem posse per se ipsum absoluere, & dare aliis facultatem absoluendi.

Percussio leuis regulariter illa dicitur, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam maculam, vel suggillationem carnium relinquit, vel quæ fit absque abscissione membri, sine effractione dentis, sine exclusione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis, vt patet ex Extrauag. Ioan. XXII. quam referunt Nau. *in man. c.* 27. 27. *num.* 92. Piasec. *in praxi noua Episcop part 2. cap. 1. num.* 13. & resoluunt Philiarch. *de officio Sacerd. par. 1. lib. 3. cap. 33. fol.* 171. Molin. *d. tom 4. disp. 57. num.* 1. Sayr. *d. lib. 5. cap. 18. num.* 8. Iacob. de Graff *d. cap 49. num.* 51. Bonacin. *d. puncto 5. num.* 2. Layman *d. cap. 5. num.* 10. 3
Et denique † leuis iniuria iudicanda est arbitrio boni viri, seu iudicis, id est, Episcopi, ex circunstantiis personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis, vt tenent citati à Belleto *d. §. 3. num* 34. & Sayr. *d. cap. 28. num.* 5. quibus addo Molin. *de Iust. tract. 3. disp* 57. Squillante *d. c. 6. num.* 100. Gutier. *Canon. lib 1. c. 15. num.* 14. 4

Ex quibus decidenda venit quæstio illa an dicatur leuis percussio quæ in foro, platea, vel alio publico loco, cum scandalo fit? In quo gloss. *verb. mutilationem in dict. cap. cùm illorum*, tenet percussum in platea, vel in Ecclesia, etiam leuiter, dici atrociter iniuriatum, propter quod sic percutiens non potest per Episcopum absolui, quia huiusmodi non potest dici leuis, ex quo est notoria, sequitur ibi Abb. *num.* 9. Syluest. *verb. absolutio 4. in princip.* Iacob. de Graffiis *d. cap. 49. num.* 56. Beller. *d. §. 5. à num.* 56. Bonacina *d. quæst. 4. puncto 5. num. 2. vers. mediocris.* Atrox enim iniuria dicitur, si percutiatur aliquis in platea, vel in theatro. *§. atrox. Instit. de iniur. l. Prætor. §. atrocem ff. eodem*, Hippol. *sing.* 549. Quamuis contrarium, imò huiusmodi percussionem dici leuem, quæ fit in publico, & ab ea posse Episcopum absoluere, nisi in se fuerit percussio notabilis, & magnum aliquod generaret scandalum, teneant, Card. *cons.* 42. Lap. *alleg.* 76. Nauar. *d. 17. n.* 92. Marc. Anton. Genuen. *in pract. Archiep. Neap. cap. 80. per totum.* Gutier. *d. lib. 1. cap. 5. num.* 17. 5

Dantur etiam aliqui casus in quibus potest Episcopus absoluere, etiamsi percussio sit mediocris, vel enormis, quos quatuor versiculis recenset Abb. *in d. cap. cùm illorum, num.* 1. & etiam adducunt Sayr. *d. cap.* 28. Nauar. *d cap. 17. num* 91. Bellet. *d. §.* 3. Bonacina *q. 4 puncto 5. num.* 3. Squillante *d. cap. 6. num.* 106. *cum seqq.*

Primus casus est de habente legitimum impedimentum, propter quod excommunicatus non possit Summum Pontif. adire sine graui periculo vitæ, vt probat *cap. de cætero, de sentent. excomm.* Henriq. *in summ. lib. 6. de Pœnit cap. 11. num.* 5. Suar. *tom. 4. disp. 30. sect. 5. num.* 4 Molin. *d tom. 4. disp. 63. num.* 2. Bellet. *d. § 3. num.* 12. Bonacina *dict. puncto 5. num. 5. ver. tertius, & d. sect. 5. num.* 10. Sayr. *dict. cap. 28. num.* 39. Hieron. 6

Monte

Munte *quæst.* 15. *num.* 29. & 30. Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *à n.* 181. & *n.* 158. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 13. *n.* 9. Zambran. *de casibus in articulo mortis c.* 4. *dub.* 4. *n.* 14. Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 64. *à princ.*

7 Iustum impedimentum habet is, qui ire non potest, licet mittere valeat pro absolutione, Henriq. *d. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 7. & *lib.* 23. *de excommun. cap.* 29. *num.* 3. Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis part.* 3. *cap.* 2. *verb. nisi in mortis articulo*, §. 4. *num.* 2. *vers. item habet locum*, & *de censur. tab.* 1. *cap.* 4. *num.* 13. *in fin.* Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 41. Bossi. *discept. moral. discept.* 1. *num.* 1. Molin. *dict. tract.* 3. *disp.* 64. *num.* 6. *vers. obseruat.* Bonac. *d. sect.* 5. *num.* 10.

8 Deinde iustum impedimentum, quoad hoc censetur habere, qui curam animarum habet si timet eas ob suam absentiam damnum notabile accepturas, nisi tamen idoneum Vicarium constituere possit. Vel, qui ad Papam pro absolutione proficisci tenetur habeat vxorem & filios, quos in extrema necessitate relicto agnoscat, Sayr. *d. cap.* 28. *n.* 38. Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 64. *num.* 6. *in princip.*

9 Vnde si quis propter capitales inimicitias non possit Romam adire, etiamsi eas contraxerit ex sua culpa, potest ab Episcopo absolui, *dict. cap. de cætero*, ibi, *capitales inimicitias*, vbi Ego ipse *in collect. n.* 2. Syluest. *verb. absolutio* 4. *num.* 3. *vers. quartus*, Tolet. *in summ. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 2. *vers. quarto ista*, Sayr. *dict. cap.* 28. *num.* 16. Carol. de Grass. *dict. effectu* 9. *num.* 158. Beller. *dict.* §. 3. *num.* 12. & *num.* 18. Bonacina *dict. num.* 3. *vers. tertius*. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 9. Zambran. *de casibus in articulo mortis, cap.* 4. *dub.* 4. *num.* 14. me citato *in hoc loco* Bossi. *dict.*
10 *discept.* 1. *num.* 130. † Inimicitiæ capitales quæ dicantur? vide Barr. *in l.* 3. §. *vlt. ff. de adimendis leg.* & *in l. licet*, vbi gloss. *verb. capitales, ff. de arbitr.* Abb. vbi gloss. magistra *verb. inimicitias in cap. per tuas* 32. *de simonia*, Menoch. *de arbitrar. casu* 239. *num.* 8. & 11. Card. Mantica *de coniectur. vltimar. volunt. lib.* 12. *tit.* 5. *num.* 14. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 15. *art.* 3. Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 158. Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verb. inimicitia à num.* 1. & *verb. testis, num* 15. Menoch. *de præsumption. lib.* 3. *quæst.* 37. *num.* 26. *cum sequentib.* Farinac. *in praxi criminal. quæst.* 49. *num.* 1. *cum sequentib.* Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 56. §. 7. *vers. e declaramos ser inimigo ca-*
11 *pital, &c.* † Ex lite super omnibus bonis, vel maiori illorum parte oritur inimicitia capitalis, Viui. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 137. *vers.* & *sic secundum omnes, pag.* 528. Menoch. *dict. casu* 239. *num.* 11. & *de præsumpt. lib.* 3. *quæst.* 42. *num.* 5. Mascard. *conclus.* 898. *num.* 7. Tiber. Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *cap.* 25. *num* 55. & 57. *tom.* 1. Farinac. *dict. quæst.* 49. *à num.* 1.
12 Item † ex criminali accusatione, Hippol. *cons.* 8. *num.* 7. & *in l.* 1. *num.* 56. *vers. item dicuntur capitales inimici*, & *num.* 57. *ff. de quæst.* Lanfranc. *in repet. cap. quoniam contra, de probat. verb. testium depositiones n.* 50. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 45. *num.* 4. Mascard. *concl.* 898. *num* 1. & 16. & *concl* 899. Decian. *d. cap.* 25. *num.* 43. *cum seqq.* Farinac. *d. quæst.* 49. *à n.* 24. Steph. Gratian. *Mar-*
13 *chiæ decis.* 133. *n.* 21. Item † contrahitur inimicitia capitalis, si moueatur quæstio status, Hippol. *cons.* 3. *num* 11. Burg. *cons.* 28. *n.* 11. Mascard. *conclus.* 898. *num.* 6. Menoch. *de præsumption. lib.* 5. *q.* 42. *num.* 2. Farinac. *d. quæst.* 49. *num.* 23. Fr. Emman. *d. quæst.* 15. *art.* 3. *vers.* 7. Et ex verbis iniuriosis, Viui. *d. num.* 137. *vers. imò inimicitia pag.* 528. Hippol. *in l.* 1. §. *præterea n.* 57. *vers. item oritur etiam capitalis inimicitia ex verbis iniuriosis, ff. de quæst.* Mascard. *concl.* 898. *num.* 24. & 41. Menoch. *d. quæst.* 42. *n.* 17. Diana *d. cap.* 25. *num.* 52. Farin. *d. q.* 49. *à num.* 38.

Hinc etiam quando imminet periculum mortis, 14
vt quando excommunicatus graui laborat infirmitate, potest à quolibet Sacerdote absolui non solùm ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericos contracta, ex adductis per Molin. *de Iustit. tract.* 3. *disp.* 63. Bonac. *d. sect.* 5. *n.* 11. sed etiam ab alia quacunque, iuxta ea, quæ habentur *alleg.* 25. *à n.* 49.

Notandum tamen est quod absolutio ratione ar- 15
ticuli mortis, aut cuiusuis impedimenti à quacunque excommunicatione, siue iuris, siue hominis reseruata siue Pontifici, siue cuicunque inferiori, tenetur Confessarius iniungere, vt cessante morbo, vel eo impedimento se præsentet Superiori, qui extra eum casum de Iure poterat illum absoluere, & hoc se præsentandi onus est sub iuramento imponendum, non vt iterum is ab excommunicatione absoluatur, quia plenè ab illa absolutus est, sed vt Superior conuenientem medicinam adhibeat, satisfactionémque imponat, si imponendam iudicauerit. Vide Henriq. *d. cap.* 11. §. 5. Suar. *tom* 4. *disput.* 30 *sect.* 3. *num.* 6. & *tom.* 5. *disput.* 22. *sect.* 1. *num.* 62. Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 24. *cum seqq.* Verum tamen est clericis collegialiter viuentibus, filiis impuberibus, Religiosis, & officialibus Principum arcentibus turbam, item & perpetuum impedimentum habentibus, propter quod non possunt adire Summum Pontificem, de quibus omnibus infra, non esse iniungendum præceptum præsentandi se Sedi Apostol. in illis casibus in quibus possunt ab Episcopo absolui, gaudent enim peculiari priuilegio, vt aduertit Bonacina *d. quæst.* 4. *punct.* 5. *num.* 3. *vers. aduertendum est secundò*. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 13. *num* 26. Homobon. de Bonis *de examine eccles. part.* 1. *tract.* 5. *cap.* 4. *quæst.* 26. *vers. quartò licet*, Duard. *d. quæst.* 10. *num.* 18. Philib. Marchin. *de bello diuino part.* 3. *cap.* 3. *num.* 18. me citato *in hoc loco* nouissimè Bossi. *in discept. moral. discept.* 1. *num.* 173. *cum seqq.* & *num.* 202.

Secundus casus est de clericis collegialiter, seu com- 16
muniter viuentibus, qui sese mediocri, & non enormi percussione affecerunt; hi enim ab Episcopo absolui possunt, vt probat text. *in cap. quoniam, de vita & honestat. cleric.* Beller. *d. tit. de fauore cleric. can* §. 3. *num.* 5. Suar. *dict. disput.* 22. *n.* 71. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 15. *cap.* 1. *num.* 39. me citato Bossi. *dict. discept.* 1. *num.* 188. *cum seqq.* Bonacina *dict. num.* 3. *in princip.* & *sect.* 5. *n.* 9. Beller. *dict.* §. 3. *num.* 5. Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 91. *in princip.* Layman. *dict. cap.* 5. *num.* 10. Squillante *dict. cap.* 6. *num.* 106. *in casu nobili.* Gutier. *Canonic. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 18. vbi de duobus Canonicis se adinuicem percutientibus in eadem Ecclesia, in qua quotidie ad diuina Officia celebranda conueniebant, quod tanquam communiter ac simul viuentes reputentur in proposito ad hoc vt eos tanquam de iniuria mediocri possit Episcopus diœcesanus absoluere, vt *in d. cap. quoniam.*

Monachi tamen, siue alij Regulares se adinuicem 17
percutientes per eorum Prælatos sunt absoluendi, *cap. Monachi* 2. *cap. cum illorum*, §. *qui si claustrales*, *de sentent. excomm.* Nauar. Bonac. Layman. & Beller. *d. locis*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 20. *art.* 12. vbi addit quòd verba *d. cap. Monachi*, ibi, *in claustro*, non ponuntur quasi innuant, quod si extra claustra se percusserint, ab Episcopo, & non à suo Prælato debeant absolui; sed quia hoc crebrius in claustro contingit: deinde aduertit, quòd si Superior aliquis percusserit suum subditum, potest ipse secundum priuilegia absolui ab alio Sacerdote subdito suo, electo ab ipso in Confessorem, & si subditus, & Prælatus se ad inuicem percusserint, & in Conuentu non sit aliquis,

qui eos possit absoluere, possunt adinulcem se absoluere, de quo etiam Cotiolan. *de casibus reseruatis part. 2. casu 10. de indic. Regul. §. 10. num. 17. vers. nam licet,* aduertens quòd licet de Iure communi excommunicatione non possit alium pariter eacommunicatum absoluere, ex notatis *in cap. audiuimus 24. q. 1.* in casu tamen necessitatis, vbi oon est alius Religiosus, qui possit eos absoluere, potest excommuuicatus alium excommunicatum absoluere, ex quo idem Coriolan. *d. loco n. 26.* resoluit percutientem excommunicatum incurrere in excommunicationem, quia eacommunicatus retinet Ordinem ratione cuius inducta est immuoitas, de qua etiam Carul. de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9. num. 120.* quem refero Ego ipse *in collect. ad cap. 1. num. 2. in fine, de sentent. excom.* & idem Fr. Emm. *d. q. 20. art. 19.* obseruat qoòd si Prælatus Regularis non sit Sacerdos, & nullus alius sit Sacerdos Regularis in Couueotu, vel si sit excommunicatus, aut aliter impeditus; potest eius subditus absolui ab Episcopo à minori clerici læsione. Si verò Munachum alterius monasterij alius monachus percusserit, per Abbatem vtriusque monasterij debet absolui, *d. cap. cum illorum, §. si verò claustralis, & ibi Abb. num. 13.* & Hostiens. *n. 14.* Aduertas tameo quòd Abbas non absoluit nouitium incidentem in excommunicationem *Canon. si quis suadente,* ante religionis ingressum, Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 8. num. 36.* Quicquid dicat Bonacina *de censuris disp. 2. q. 4. punct. 5. n. 1. prope finem.*

18 Si verò Regularis percusserit clericum secularem, debet ab Episcopo absolui, quando percussio est leois, *cap. religiosi, de sentent. excomm. in 6.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 20. art. 12.* Molin. *de instit. tr. 3. disp. 60. n. 4.* Quicquid dicat Bonacina *d. sect. 5. num. 9. vers. minor.* Quamuis enim prælatus Regularis monachos sibi subditos se adinuicem percutientes absoluendi ius habeat, iuxta supradicta, Episcopus tamen de æquitate eos etiam exemptos ab excommunicatione *d. c. si quis suadente* absoluere potest, Syluest. *verb. absolutio 5. n. 2. & 3.* Bellet. *d. §. 3. n. 7.*

19 Item si Monialis Monialem, vel Conuersam, aut Clericum percusserit, per Episcopum in cuius diœcesi monasteria foetint, absolui potest, *cap. de Monialibus,* vbi *gloss. fin.* & Doct. *de sent. excommun.* Syluest. *verb. absolutio 4. num. 3.* Bellet. *d. §. 3. num. 4.* qui hoc procedere asserunt tam in exemptis, quàm in non exemptis, me citato *in hoc loco* Boss. *in discept. moral. discept. 1. num. 79.*

20 *Tertius* casus est de filiis impoberibus; isti enim possunt ab Episcopo absolui non solùm ab excommunicatione leuis, sed etiam mediocris, & enormis percussionis factæ tempore impubertatis, *cap. vltim. de sentent. excommun.* Bellet. *d. §. 3. num. 20.* Carol. de Grassis *d. effectu 9. n. 172.* Bonacina *d. n. 3. vers. quintus casus,* Aloys. Ricc. *in dec. Curia Archiep. Neapol. part 5 decis. 22.* Squillante *d. cap. 6. sub num. 107. vers. præcipuè pueros,* me citato *in hoc loco* Boss. *d. discept. 1. n. 103. cum seqq.* & *à n. 186.* Molin. *d. disp. 59. n. 3.* Bo-
21 oacina *dict. sect. 5. num. 12.* † minus enim quis punitur ob fragilitatem ætatis, Duen. *reg. 259.* Tiraq. *de de pœnis temper. causa 7.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. vel aduersarij dolo à num. 50.* Molina *d. tom. 4. disp. 36. num 6.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1845.* Vnde clerici impuberes abinuicem se percutientes possunt ab Episcopo absolui, vt per Bellet. *d. num. 20.* Molin. *de instit. tract. 3. tom. 4. disp 59.* quos refero Ego ipse *in collect. ad cap. 1. num. 2. de sent. excommun.* vbi *num. 6.* cum gloss. & aliis intelligo si sint doli capaces, alias ab excommunicatione excusarentur, Figund. *in quinque Eccles. prec. p. 2. lib. 1. c. 3. n. 12. in med.*

Quartus casus est de ianitore, seu officiali turbam arcente non ea deliberatione, sed fortuito casu clericom lædente, qui potest ab Episcopo absoloi, nisi forte grauiter vulnerauerit, *cap. si vero, §. officiales, de sentent. excom.* Sayr. *d. lib. 3. cap. 28. num. 27.* Coninch *de sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. num. 193.* Bonacina *d. n. 3. vers. secundus,* Bellet. *d. §. 3. n. 22.* Molin. *d. tr. 3. disp. 62. n. 2.* Nau. *d. c. 27. n. 91.* Filliuc. *citato loco n. 39.* idem Bonac. *d. sect. 5. n. 9. vers. secundus casus.* 22

Quintus casus est de inope, id est, tanta paupertate grauato, quòd Romam pro absolutione accedere non possit, is enim si clericom percusserit, potest ab Episcopo absolui, *cap. quod de his, cap. quamuis, de sentent. excommun.* Tolet. *d. cap. 8. num. 2. vers. quarto ista.* Hieron. de Monte *dict. quæst. 15. à num. 6.* Carol. de Grass. *d. effectu 9. num. 164.* me citato *in hoc loco* Boss. *discept. 1. num. 110. cum seqq.* Beller. *dict. §. 3. num. 24.* vbi cum Hostien. & *in d. cap. quòd de his, num. 1.* & Abb. *in cap. ea noscitur num. 5. de sentent. excommun.* resoluit hoc habere locum in eo paupere non mendicante, sed viuente ex suo artificio, de quo etiam Azeued. *l. 2. num. 46. tit. 18. lib. 4. recopil.* † Pauperes enim dicuntur non solùm Mendicantes, sed etiam habentes coogruam sustentationem, qoi tamen attento statu personæ, & dignitate videntur indigere, Bart. *in l. 1. num. 35. C. de sacros. Eccles.* Lara *in l. si quis à liberis, §. sed si filius num. 44. ff. de liberis agnosc.* Tiraq. *de pia causa in præfat. pag. 10.* D. Barbosa *in l. maritum, num. 6. ff. soluto matrim.* Surd. *de alimentis tit. 1. quæst. 93. num. 30. & tit. 7. quæst. 9. à num. 29. decis. 61. num. 3.* Mascard. *de probation. conclus. 1154. num. 14.* Spin. *in speculo testam. gloss. 6. num. 10.* Maxi. *in tract. tussa panis concl. 1. num. 46.* vbi etiam resoluit data paupertate potius oobili, quam ignobili succurrendum, Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 42. consid. 1. num. 2.* & Surd. *dict. quæst. 9. num. 33.* asserit paupertatem dici, qui habet multas filias nubiles. Denique an quis pauper dicatur, iudicis discretioni committitur, qui attenta personarum, & circunstantiarum qoalitate arbitrabitur, Menoch. *de arb. cas. 65. & de præs. lib. 6. q. 25.* Surd. *d. tit. 7. quæst. 9. num. 10.* Mascard. *d. concl. 1154.* Perez *l. 1. vers. ex qualitate tit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 461.* Seraph. *de priuilegiis iuramen. priuil. 4. num. 98.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 16. num. 47.* D. Barbosa *in d. l. maritum num. 6.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 57. num. 93. & seq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. num. 43.* Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 40. num. 8.* plures per Flores de Mena *var. lib. 1. quæst. 21. num. 130.* & me citato Boss. *d. discept. 1. num. 117.* Et paupertatis plura priuilegia referunt Rebuff. *priuileg. 9.* Paul. Montan. *de tutelis cap. 36. gloss. 2. num. 4.* Ceued. *part. 1. collect. 27. à num. 2.* 23 24

Sextus casus est de ægro, siue valetudinario, aut quacumque corporis impotentia impedito, & à fortiori membrorum destituto, qui ab Episcopo suo absolui possunt ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in Clericos incursam, etiamsi infirmitas temporalis sit, vel non immineat periculum mortis, puta in febre tertiana, quartana, vel podagra. Ita Abb. & Innoc. per text. *ibi in d. cap. quod de his,* Carol. de Grass. *d. effectu 9. num. 162.* Syluester *d. verb. absolutio 4. num. 3. vers. nonus,* Sayr. *d. cap. 28. n. 14.* Bellet. *d. §. 3. num. 25.* me citato *in hoc loco* Boss. *d. discept. 1. num. 81. & 82.* 25

Infirmi, & valetudinarij dicuntur ex consilio medicorum, Roland. *cons. 22. num. 10. ad finem lib. 3.* Menoch *de arbitr. casu 60.* Farinac. *in praxi crimin. part. 2. quæst. 76. num. 90.* Boss. *de triplici Iubilæi priuilegio sect. 4. cas. 21. n. 82. vsque ad 116.* 26

Septimus

27 *Septimus* casus est de sene, qui à prædicta excommunicatione per Episcopum absolui poterit, *cap. ea noscitur*, 12. *de sentent excom.* ibi, *senes*, Ego ipse *in collect. ad illum text. num.* 3. vbi amplio etiamsi fortes sint ad ambulandum, Syluest. *verb. absolutio* 4. *num.* 3. *vers. decimus*, Carol. de Grass. *d. effect.* 9. *à num.* 160. Sayr. *d. cap.* 28. *n.* 25. Belletus *dict.* §. 3. *num.* 26. me citato *in hoc*
28 *loco* Boss. *d. discept.* 1. *num.* 85. Senes qui dicantur arbitrio iudicis relinquitur, Menoch. *de arbitr. casu* 59. *& de præsumpt. lib.* 6. *quæst.* 46. *n.* 25. Flamin. *de resignation. lib.* 5. *quæst.* 6. *à num.* 4. vbi *quæst.* 3. *num.* 47. asserit quòd senectus, & morbus à pari procedunt, imò senes dicuntur perpetuò infirmi, Monteleon. *in tract. de priuileg. senect. cap.* 5. Thom. Acti. *de infirmis cap.* 19. & Farinac. *in praxi crim. part.* 3 *quæst.* 92. *num.* 22. refert senem dici ab anno 50. perfecto, vsque ad annos 70. Senum multa priuilegia ennmerant vltra aliquos excitatis, Paleoth. *in speciali tract. de senect.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 328. *à num.* 1. Pineda *in vita D. Ioannis Baptistæ lib.* 2. *art.* 1. *cap.* 9. §. 139. *pag. mihi* 98.

29 *Octauus* casus est de existente in potestate alterius, qualis est seruus, & filiusfamil. modò dominus graue damnum inde patiatur absque sua culpa ex serui absentia, *cap. mulieres* 6. *de sentent. excom.* Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *num.* 167. Bonacina *d. quæst.* 4. *punct.* 5. *num.* 3. *vers. septimus*, Bellet. *d.* §. 3. *num.* 29. me citato *in hoc loco* Boss. *dict. discept.* 1. *num.* 119. *cum seqq.* Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 64. *num* 2. *cum seqq.* idem Bonac. *d. sect.* 5. *num.* 14.

30 *Nonus* casus est de mulieribus cuiuscunque sint ætatis, & conditionis: possunt enim à locorum Ordinariis absolui, cum illis periculosum sit peregrè proficisci, & se viuorum cœtibus immiscere, *d. cap. mulieres, dict. cap. ea noscitur*, Nauar. *dict. cap.* 27. *n.* 88. Tiraquell *lib.* 10. *connub. gloss.* 1. *part.* 10. *num.* 33. Sayr. *dict. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 18. *vers. tertius casus*, Hieron. de Monte *quæst.* 15. *num.* 6. Carol. de Grassis *dict. effectu* 9. *num.* 159. Bellet. *d.* §. 3. *n.* 17. Bonacina *d. num.* 3. *vers. sextus*, Duard. *d. quæst.* 8. *n.* 2. me citato *in hoc loco* Boss. *in discept. moral discept.* 1. *num.* 78. Molin. *d. disput.* 59. *n.* 5. Bonacin. *d. sect.* 5. *num.* 13.

31 Aduertendum est eum, qui non potuit Summum Pontificem adire ob legitimum impedimentum, non posse ab Episcopo absolui, quando potest saltem adire Legatum, aut alium habentem facultatem absoluendi ab huiusmodi excommunicatione reseruata Summo Pontifici, Nauar. *dict. cap.* 27. *num.* 88. *vers. ad quartam*, Sayr. *d lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 39. Bonacin. *d. num.* 3. *in fine, & d. sect.* 5. *n.* 17.

32 Deinde aduertendum est supradicta non solum procedere in proprio Episcopo, sed etiam in quocunque alio extraneo Episcopo, in cuius diœcesi percussio contigerit, vt per Capell. Tholosan. *decis.* 231. *Item fuit quæsitum*, Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. sed inferiorem Episcopo non posse absoluere excommunicatum pro leui iniuria illata in personam Clerici, vel existente aliquo ex prædictis impedimentis, resoluunt Hieron. de Monte *d q.* 15. *n.* 19. & 30. Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *n.* 181. Nisi in articulo mortis, vt per eundem Carol. de Grassis *d. loco num.* 153. Bellet. *d* §. 3. *num.* 9. vel quando Episcopus in specie mandauerit suo Vicario, vt possit absoluere ita excommunicatos, Sbroz *de Vicario Episcopi, lib.* 2. *quæst.* 180. *num.* 2. *& sequenti.* vel alicui Vicario ad id specialiter deputato, Bonacina *d. punct.* 5. *n.* 4. *vers. addo.*

Aduertit Molin. *d. tr.* 3. *disp.* 64. *num.* 7. antequam Episcopus in euentibus omnibus explicatis absoluat illum, qui est absoluendus, debere satisfacere Ecclesiastico, qui iniuriam est passus, si ad aliquam satisfactionem ei efficiendam teneatur, & commodè possit illam efficere, aut certe præstare debet cautionem si satisfacere non possit iuratoriam saltem, quando aliam præstare non potuerit, quod satisfaceret cum primum potuerit præstare: item præstare debet iuramentum quod cessante eo impedimento, accedet cum primum potuerit, *cap. ea noscitur, cap quod de his, de sent. excomm.*

Vtrùm autem possit Episcopus dispensare, vt quis 33
retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis? non abs re erit inuestigare; in quo dubio gloss. *verb. dispensatum in cap. postulastis, de clerico excommunic. ministr.* tenet quòd sic ex reg. quòd omnis dispensatio, quæ non reseruatur Papæ, potest concedi ad Episcopo, argument. *cap. nuper, de sentent. excomm.* atqui *in dict. cap postulastis* dispensatio non reseruatur Papæ, Ergo, &c. sequuntur ibi Abb. *num.* 8. & Rebuff. *num.* 64. Couar. *in cap. alma mater part.* 1. §. 7. *num.* 8. Vgolin. *de censur tab.* 2. *cap* 13. *num.* 21. Suar. *tom* 5. *disp* 12. *sect.* 1. *num.* 34. Azor. *institut. moral part.* 1. *lib* 6. *cap.* 7. *quæs.* 2. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib* 4. *cap.* 12. *num.* 5. vbi *num* 6. cum Suar. *citato loco sub num.* 36. extendit vt procedat etiam in eodem Episcopo, qui contulit beneficium excommunicato, ignoranter tamen, & bona fide, putans, illum, cui facta est collatio, non esse excommunicatum, & *num* 7. cum Abb. *in d. cap postulastis num.* 9. *vers. intellige*, extendit secundo, vt procedat etiamsi collatio non spectet ad Episcopum, sed ad inferiorem collatorem, quia nihilominus sufficit dispensatio Episcopi; quod tamen intelligunt Couar. *d.* §. 7. *num* 8. *vers. ego verò non admitterem*, & Suar. *d. num.* 36. *versic. addit Panormit.* dummodo is, ad quem spectat collatio, dispensationi consentiat, & non aliàs.

Limita tamen *primò* quando collatio esset facta 34
per Papam, tunc enim non posset inferior etiam dispensando se ingerere, vt per Abbatem *in d. cap. postulastis, sub num.* 10. *versic. sed si collatio.* Rebuff. *ibid. num.* 66. Couarruu. *d* §. 7. *num.* 8. *versic. quòd si Romanus Pontif.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 54. *n.* 22. Nicol. Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 13. *num.* 78 Ricciul. *d. c.* 12. *num.* 9.

Limita *secundò* in eo Episcopo, qui scienter con- 35
tulit beneficium excommunicato, vt per Abb. *in d. cap. postulastis n.* 9. *versic. dum tamen*, Syluest. *in summ. verb. excommun.* 3. *num.* 1. *vers.* 4. Ricciul. *d. cap.* 12. *n.* 10. Quicquid teneant Suar. *d. sect.* 1. *num.* 36. & Nicol. Garc. *d. cap.* 13. *à num.* 84.

Limita *tertiò* quando simul cum excommunica- 36
tione concurrit intrusio scienter in beneficio, prout contra Fr. Emman. & Aurlam, resoluunt Garc. *d. c.* 13. *n.* 88. & Ricciul. *d. c.* 12. *in fine.*

Illud pro coronide huius allegation. aduertendum 37
duxi Episcopum non posse concedere vt cum excommunicato communicetur, vt per Ioan. Andream *in cap. cum desideres, num.* 4. *de sentent. excommun.* quem ibi sequuntur Butr. *num.* 7 & Abbas *n.* 3. quos refert Anton. Ricc. *dict. tractat. lib.* 4. *cap.* 43. *num.* 6. vbi *num.* 7. cum Socin. *in cap inter alia num.* 22. & 23. *de sentent. excommun.* asserit non valere priuilegium concessum ab Episcopo, vt quis non teneatur vitare excommunicatum; ille enim tenetur vitare excommunicatos perinde ac cæteri, vt per Abb. *in dict. cap. cum desideres* 15. *de sentent. excomm. num.* 2. vbi Anchar. *num.* 6. Socin. *num.* 3. & 4. Suar. *tom.* 5. *disput.* 55. *sect.* 7. *sub num.* 4. *versic quod adeò verum* Valer Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 22. *cap.* 64. Anton. Ricc. *de iure personarum extra gremium Eccles. existent.*

lib.4.cap.44. n.8. Si enim Episcopus participet otiosè cum denunciato à se, incurrit minorem excommunicationem, vt per Couar. *in cap. alma mater p. 1. §.1.n.2.& §.3.num.5.* Henriq. *in sum. lib.13. de excom. c.3.§.4.litt.N.*

ALLEGATIO XLII.

Episcopus an possit cum sibi subditis dispensare in irregularitatibus prouenientibus ex vitio, siue defectu corporis?

SVMMARIVM.

1 *Clericus non debet esse corpore vitiatus, aut diminutus.*
2 *Romani quos olim Sacerdotes eligebant?*
3 *Persæ sacrorum ministros corpore integros admittebant.*
4 *Facies sæpè indicat quale sit corpus.*
5 *Corporis species simulachrum est mentis, figuraque probitatis.*
6 *Anima pulchra sæpe residet pulchro in corpore.*
7 *Philosophia apprime vtilis est ad capiendam de aliquo præsumptionem.*
8 *Exteriora indicant interiora.*
9 *Deformis non facile fieri potest vt bonus sit.*
10 *Mutilatio inducit irregularitatem, quæ in aliquo membro, dummodo principali, euenit, & ob culpam contingit.*
11 *Membrum sumitur pro ea parte, quæ habet certum officium deputatum, & in corpore nostro distinctam habet operationem.*
12 *Mutilatio partis alicuius membri non producit irregularitatem, nisi pars illa abscissa celebrandi adimeret potestatem, vel notoria culpa in illius abscissione accedat.*
13 *Castrari se permittentes fiunt irregulares, nec possunt esse clerici, etiam quod hoc fecerint, vt castè viuant.*
14 *Castratus, vel sectus non sponte, sed casu, potest fieri clericus, & si iam sit, in susceptis valet Ordinibus ministrare, nisi id sua culpa acciderit.*
15 *Castratus ab adultera marito, quia ipsum inuenit cum sua vxore coire, non potest fieri clericus, cum id sua culpa acciderit.*
16 *Membrum genitale amittens ex eo quod sciens cognouerit mulierem morbum Gallicum habentem, non potest fieri clericus.*
17 *Manum habens mutilatam, articulatam, vel aridam, aut perpetuò tremulam, non potest ad Ordines promoueri.*
18 *Digito carens, quando fiat irregularis?*
19 *Digitus non est propriè membrum nostri corporis.*
20 *Pollicis pars si desit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impediat, minime inducit irregularitatem, dummodo eiusdem nulla præcesserit culpa.*
21 *Digito illo carens, qui medius est, non est irregularis.*
22 *Digitos senos habens in manibus non est irregularis.*
23 *Digitos superfluos habens, potest eos sibi amputare, vel amputari permittere, dummodo nullum inde periculum sibi immineat.*
24 *Capillorum defectus ob membrum gallicum, aut similem procedens, irregularitatem potest operari arbitrio Episcopi.*
25 *Facies deformis quando inducat irregularitatem?*
26 *Color in facie non est quid essentiale, sed accidentale.*
27 *Cæcus non potest fieri Clericus: at in susceptis Ordinibus, in quibus visu non est opus, ministrare potest.*
28 *Cæcorum aliqua miranda referuntur.*
29 *Monachus non potest esse clericus etiam prima tonsura.*
30 *Lippus non potest fieri clericus, modo longa, & diuturna, ac continua sit lippitudo.*
31 *Oculi sinistri, siue Canonis visiua virtute si quis careat, & tanta polleat virtute in dextero, vt sine deformi faciei conuersione possit legere Canonem, non est irregularis.*
32 *Nasum pressum, grandem, aut tortum detinens, præcipuè si pariat deformitatem, prohibetur ordinari.*
33 *Nasi abscissio inducit irregularitatem.*
34 *Os habens deforme, & imperfectum, non est admittendus ad Ordines, quando fœditatem ac horrorem generat.*
35 *Balbus, ac blesus, qui detinetur loqui & verba explicare, non est ad Ordines assumendus.*
36 *Dentes non numerantur inter membra.*
37 *Dentes sibi euellens ex indignatione, vel impatientia, quando ad Ordines sit admittendus.*
38 *Auris an sit membrum?*
39 *Auribus carens propria culpa, aut notorij peccati causa, est irregularis.*
40 *Claudus potest ad Ordines promoueri, nisi talis sit, quem oporteat cum baculo accedere ad Altare.*
41 *Barbam habentes corrosam aliave deformitate maculatam, non est ordinandus.*
42 *Gibbosi, vel curui dicuntur corpore vitiati, præcipuè si nimia in eis sit deformitas.*
43 *Morbosi quando possint ordinari?*
44 *Podagra, & scabie laborantes nimiam inducentibus deformitatem, irregulares fiunt.*
45 *Paralysi, vel apoplexia laborantes irregulares sunt.*
46 *Gallico morbo laborantes si foris appareat, horroremque & scandalum gignat, irregulares fiunt.*
47 *Febris quartana neminem retrahit ab Ordinibus suscipiendis.*
48 *Comitiali morbo correptus Ordines assumere non valet, nec in susceptis ministrare.*
49 *Leprosus promoueri non debet.*
50 *Furiosi, mente capti, & ij, qui in furorem aliquando versi insaniauerunt, non possunt fieri Clerici.*
51 *Dæmoniaci non possunt fieri Clerici.*
52 *Dæmoniaci tandiu erunt ab officiis suis, ordine & loco suspensi, quousque vnius anni spatio per discretionem Episcopi inueniantur ab huiusmodi calamitate liberati.*
53 *Gigantes, & Pygmæi, quando irregulares sint?*
54 *Abstemij quando possint ordinari?*
55 *Corporis vitium aliquod, seu defectus absque culpa alicui ordinando proueniens, impedimentum præstat solum executioni illius actus, seu Officij, ad quod sis inhabilis propter impotentiam, aut defectum.*
56 *Digitos duos, & dimidium palmæ sine sua culpa amittens, potest habere beneficium non requirens celebrationem.*
57 *Summo Pontifici solum competit potestas dispensandi cum corpore vitiatis.*
58 Glos. verb. nostram, in c. significauit, de corpor. vi. declaratur.
59 *Episcopus potest dispensare cum habentibus, membrum occultum, siue manifestum non sua culpa abscisum,*

abscissum, & quando cessat homicidy præsumptio, atque huiusmodi membrum non reddit ipsum impotentem ad celebrandum.

60 *Vitium modicum quod dicatur, & quæ notabilis deformitas, relinquitur iudicis arbitrio.*

61 *Episcopi est determinare, quando dubitatur, sit ne talis corporalis morbus, vel defectus, qui Ordinis executionem impediat, etiam respectu Regularium.*



1 ORPORE vitiatus ad effectum ne debeat Ordinibus iosigniri, ille dicitur, qui membro principali caret, vel quia natus ita est, vel quia illud mutilatum, aut debilitatum sibi fuit, aut ipsum nimia illius deformitas angit; qui vult enim fieri Clericus, non debet esse corpore vitiatus, aut diminutus, *cap illiteratos 36 distinct. cap. 1. 49. dist. cap. non confidant 50. distinct. cap. 1. cap pœnitentes, & cap. præceptu 55. distinct. cap. infames 6. quæst. 1. c. 1.* & per totum, *de corpore vit.* Couar. *in Clem. si furiosus par. 1. in princip num. 5.* Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico, lib. 1. cap. 16.* Lambertin. *de iurepatron 1. part. 2. lib. quæst. 7 art. 12 num. 1.* Thom. Acti. *de ludo scacchorum, quæst. 5 princip. num. 23.* Campan. *in diuersoria Iuris Canon. rub. 11. cap. 17. num. 1.* Azor. *institut. moral par. 2. lib. 6. cap. 4 quæs. 13.* Bellet. *disquisit. clericalium, par. 1. rub. de disciplina clericali, §. 7. num. 1. pag.* 86. Nicol. Garcia *de beneficiis, part. 7 cap. 12. num. 4.* nouissimè Ioan Machad. *in tract. del perfeto Confessor y Cura de Almas lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 6. à princ* Nam secundum Galen. *lib de defin. medic.* sanitati accidunt pulchritudo ac boni habitus integritas, testeque Seneca *ep 40. minus est accepta scientia, vel virtus ex deformi corpore veniens*, hinc Ennius,

Gratior est virtus veniens de corpore pulchro.

2 Romanis olim ab ætate Romuli mos erat eos solos Sacerdotes eligendi, qui & genere excellentes, & virtute præstantes, nec tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trunco fuissent, vt refert Dion. *lib. 2. Roman. antiq.*

3 Apud Persas vsu pariter receptum fuit Sacrorum ministros corpore integros admittendi, nullam maculam habentes, neque aliqua corporis fœditate notatos, Alex. ab Alex. *lib. 6 dierum genial. cap.* 14. quia corporalis fœditas, animi, morumque deformitatem iodicat, argum. *cap. quia diuersitatem, de concessi. præb.* tenet *ibi* Abb. *notab.* 1. Tiraq. *l. 2. connub glos. 1. par. 2. num. 55.* Escob. *de ratiocin. cap. 22. num* 1. Hinc quando plures sunt torturæ subiiciendi, incipi debet ab eo qui deformior est, vt magis de crimine suspecto, Hippol *in pract. crimin. § expedias num.* 53. Mascard. *de probat. concl.* 831. *num.* 27. Torreblanca *in practicab. Iuris spirit. lib. 7. cap. 7. num.* 3. Vnde S. Gregorius Nazianzenus Athenis Iulianum conspiciens antequam imperio potiretur, ex eius physiognomia de motibus tale iudicium tulit, vt refert Nicephor. *lib. 10. cap. 27. Deus bone, quantum malum Romanum fouet imperium.* prout illum citat Torreblanca *d. lib. 7. cap. 7. num. 14.*

4 Facies namque sæpe indicat quale est cor, *l. obseruandum ff de officio præsid l. 2. ff. de testibus.* Isai. cap. 3. *Agnitio vultus eorum respondet eis*, hoc est vultus exterior secreta cordis patefacit, vt docent *ibi* Lyranus, & Vatablus. Vnde Pythagoras ex faciei inspectione discipulos admisisse, & reprobasse testatur Aul. Gell. *lib. 1. noctium Atticar. c. 9.* Et Socrates coniectauit Platonem ex vultu insignem virtute & doctrina futurum, vt tradit Iul. Seren. *lib. 5. de Fato cap. 39.* quem refert Torreblanca *d. lib. 7. cap. 7. n. 11. & 12.*

Et species corporis simulacrum est mentis, figuraque probitatis, Luc. de Penn. *in l. 1. vers. 2. quæritur, C. qui æt. vel profess. se excus. lib. 10. & l. 1. C. de profess. qui in vrbe Constantinop. lib.* 12. Matth. de Fano *in tract. de modo studendi, cap.* 10. Menoch. *de arbitrar casu* 226. *num.* 5. post Tiraq. Torreblanca *d. lib. 7. cap. 7. num. 6.* Thom. Acti. *d. quæst. 5. num.* 26. D. Ambros. *lib. 2. de Virgin.* quem citat Cenall. *commun. contra commun. quæst. 148. num. 13.* vbi *à num.* 6. multa de pulchritu- 5
dine adducit, & † sæpe in pulchro corpore pulchra 6
residet anima, ex sententia Cyni relata ab Alexand. *cons. 109. incip. Ponderatis, num. 10 vers. dictus verò iuuenis, lib.* 6. Proinde loquebatur Dominus ad Moysem dicens. *Loquere ad Aaron; homo de semine tuo per familias suas. qui habuerit maculam non offeret Deo suo, nec accedat ad ministerium eius si cæcus fuerit si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso. si fracto pede, si manu, si gibbus si lippus, si albuginem habens in oculo. si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus, omnis enim, qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis non accedat offerre hostias Domino, nec panes Deo suo, Leuit. cap.* 21. refertur *in cap. hinc etenim, 49. distinct.*

Per signa corporis nobis nota, inquiunt Logici, 7
syllogizamus dispositiones animæ nobis ignotas, Arist. 2. *Priorum.* Apprime enim vtilis est physiognomia ad præsumptionem de aliquo capiendam, Bald. *in l. 2. in 2. col. C. quorum appell. non recip.* Hipp *in § expedita n.* 55. quos refert Thom. Acti. *de ludo Scacchorum q. 5. princ. num.* 67. Caualcan. *de brachio Regio p. 3. à num.* 81. Gambat. *de casibus reseru. pag. 186. num.* 14. Vnde Propert.

Ex operum specie clarescunt intima cordis.

Exteriora enim indicant interiora. *§. pauonum,* 8
Instit. de rerum diuis. Vnde non verificatur in Iure dictum illud, *Fronti nulla Fides.* Et dicit Bald. *in l. obseruare, C. quorum appell. non recip.* quòd sicut turpis habitudo corporis declarat quem procliuem ad scelera, ita pulchra ad virtutes. † Non enim facilè fieri 9
potest, vt qui omnino deformis est, bonus sit, Bobadil. *in sua politica, lib. 1. c. 8. n.* 8. Vnde *Mart. lib. 11. epigram.* 10 Zoilum ex corporis deformitate illum opinabatur improbum, remque mirandam esse subiungit si fortasse bonus esset.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus.
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Hæc quæ hucusque diximus non imponunt necessitatem cognoscendi hominum mores per signa membrorum naturalium, sed tantum inclinationem naturæ ostendunt probabiliter, quæ vinci potest per contrariam bonam consuetudinem, vel frænum rationis, vt respondit Socrates Philomeni dicenti ex physiognomia eius esse luxuriosum superasse naturam ratione, vt refert Laërtius, quem citat Torrebl. *d. lib. 7. c. 7. n. 15.*

Mutilatio (quæ propriè, & strictè sumpta, est am- 10
putatio membri, vt pluribus relatis Doctoribus probat Aloys. Ricc. *in praxi aurea ref. 66.*) tantùm inducit irregularitatem, quæ in aliquo membro, dummodo principali, euenit, & ob culpam contingit, Nau. *in man. cap. 27. num.* 198. Cardos. *in praxi Iudicum verb Sacramentum Ordinis num.* 12. Nam præter mutilationem membrorum ad executionem Ordinum necessariorum, in quibus nil refert vtrum casu, vel culpa sit sequuta mutilatio, semper distinguitur an illa casu, vel culpa euenerit; quia si casu, & sine culpa illa acciderit in paruo membro nullam, aut minimam inducente deformitatem, irregularitatem non operatur, *glos. fin. in c. vlt. de corpore vit.* dummodo rei licitæ operam daret, Borgas. *de irregul. rub. de cor-*

pore vit.n.5. verſ.ſi autem p. 5. Sed ſi ex propria culpa in mutilationem incidit, etiam ſi culpa ipſa minima fuerit, irregularitatem incurrit, in qua tamen diſpenſat Epiſcopus, vt miniſtret in ſuſceptis, per cap. 1. de corpore vit.

11 Membrum autem ſumitur pro ea parte, quæ habet certum officium deputatum, & omne id, quod in corpore noſtro diſtinctam habet operationem, illud propriè dicitur membrum, ſecundùm Ariſtot. 3. Meteor. Clar.§ fin.q.69 n.16. Caball.reſol.crimin.caſu 136.num.16.Farin.in praxi crim.q.19.num.23.cum ſeqq. Plac.de delictis lib.1.cap.25.num.4. Couar.in clem.ſi furioſus part.3.in init.num.8. Iacob.de Graff.in deciſ.aur. lib.2.c.26.n.4. Henriq.lib.14.cap.8. §.1. Nauar.in manual.cap.27.num.206.verſ.ſecundo dico, Aloyſ. Ricc.in praxi aurea, reſol.67.

12 Sed mutilatio partis alicuius membri non producit irregularitatem, Syluest. verb. corpore vitiatus, num. 3. verſ.aut eſt mutilatus, niſi pars illa abſciſſa celebrandi adimeret poteſtatem, nempe ſi pollex præciſus eſſet, aut quiuis aliorum digitorum requiſitorum ad conſecrationem, cap.fin. & ibi gloſſ.vlt.de corpore vit. Vel deformitatem operaretur ſcandaloſam, cap. 1. dict. tit.de corpore vit. & in hoc euentu procedere poteſt opinio Doctorum aſſerentium abſcindentem ſibi partem membri fieri irregularem, quamuis non ſit notoria eius culpa, quam tenent Tolet. in ſumm.lib. 1. cap. 63. in vltima regula, Molin. de iuſt. tract.3.diſp.67.num.8. & diſput.70. num.16. Suar.tom. 5.de cenſuris diſput.51.ſect.2. num.6. & 8. Sayr.eodem tract.lib.7.cap.7.num.12. Nicol.Garcia de benef.part.7. cap. 12. à num. 5. In aliis verò euentibus ad incurrendam irregularitatem ex abſciſſione partis membri requiritur notoriè culpa, & in his terminis procedere poteſt ſententia aliorum, qui tenent requiri notoriam culpam quando totum membrum non eſt abſciſſum, de quo Placa de delictis.cap.24.n.13.Iacob. de Graff.in deciſ.aureis lib.4. cap.27. n.41. Vgolin. de irregul cap.51.n.7.& c.52.num.5. Henriq.in ſumm.lib. 14.c.8 §.4.lit.X.& cap.19.§.4.& in notoriam culpam incidere, qui voluntariè ſibi mutilat non eſt qui dubitet, qui enim abſciderit ſemetipſum, non poteſt fieri clericus, vt habetur in Can. Apoſt.22.relato in cap. qui partem 55. diſt. tametſi abſciſſio ſit illius membri, quo minimè egeat ad miniſterium Ordinis, nec deformitatem operetur, ſcilicet, ſi obtruncaſſet pudenda, prout infrà num.13. cum ſeq. dicitur Couarr. in Clem ſi furioſus p.1. in princ.n.7. verſ.ſecundo Bonacin. de cenſuris diſp.7.q.2.puncto 2.à num.29. & in iſto caſu non diſpenſat Epiſcopus, niſi dum defectus, & ipſa culpa eſt notoria, cum quadam infamia, Henriq. d. cap.19.§.4.

13 Qui ſe caſtrauerunt, ſeu permiſerunt ſponte ſe caſtrari, fiunt irregulares, nec poſſunt eſſe clerici, cap.ſi quis abſcidit, & cap.ſi quis pro ægritud.55 diſtinct. c.ex parte 1.de corp vit. Etiam quòd hoc fecerint, vt caſtè viuant, d.cap ſi quis pro ægritudine, cap.ſignificauit 4. de corp.vit.Rebuff.in comment.ad l.ſpadonum 128. verſ. ſi tamen aliquis, ff. de verborum ſignificat. pag. 487. & in praxi benefic.tit.de diſpenſat. cum corpore vit. num.15. & 26. Bellet. d. tit.de diſciplina clericali, §.7. num. 12. Cardoſ.d. verb. ſacramentum Ordinis, num. 16. Nicol. Garc.de benefic.part.7.cap.12. à num.7. Molfeſ.in ſum. Theologiæ moralis, tract. 2.cap. 16. num. 16. Raguſ. de Miſſa in Eccleſia quæſ.12.num.2. nouiſſimè Ioan.Machado dict.part.3.tract.17.docum.6. num. 4. & Torreblanca in practicab. Iuris ſpirit. lib. 2. cap.13. num. 53. Non enim per abſciſſionem corporis à Deo plaſmati exiſtimare debent poſſe à ſe carnales concupiſcentias amputare, ſed per diſciplinam religionis, vel abſtinentiæ; vnde illud Matth. 9. quatenus Dominus noſter dicit eſſe Eunuchos, qui ſe caſtrauerunt propter Regnum Dei, eſt intelligendum de eunuchis ſpiritualiter, id eſt, de his, qui ſe abſtinent perpetuò à concubinatu fœminarum, prout interpretantur D. Auguſt. & alij, quos congerunt Couar.in Clem.ſi furioſus part. 1. in princ.num.6. verſ.quintò, Bellet.d.tit.de diſciplina clerical.§.7. num. 13. Campan. dict. cap. 17. num. 12. vbi etiam ſecundùm Chryſoſt. quem refert Sot.lib.5. de iuſtitia quæſt.2. art. 1. in fine, dicit intelligi poſſe de illis, qui non per membrorum abſciſſionem, ſed malarum cogitationum interemptionem ſe caſtrauerunt.

Si autem non ſponte, ſed caſu, quis fuerit ſectus, 14
vel caſtratus, nempe propter infirmitatem, aut languorem, aut in cunabilis, ſeu à barbaris, aut per inſidias hominum, ſiue dominorum eunuchus factus, vel ſi ita natus eſt, poteſt fieri clericus, & ſi iam ſit, poteſt in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare, cap. ſi quis à medicis, cap. Eunuchus, cap. ſi quis pro ægritudine, cap. ſi quis in infirmitate, cap. lator, cap. præterea 55. diſtinct.cap.ex parte 1. & 2. & cap.vlt. de corpore vit. Nicol. Garcia dict.cap.12. num.7. Bellet.dict.tit. de diſciplina cleric. §. 7. num. 16. niſi id ſua culpa acciderit, Couar in dict.Clem. ſi furioſus, part. 1. in princ. num. 6. Maiol.de irregular.lib.1.cap.15. Plac.de delictis cap.24. num. 10. & 14. Rebuff. in praxi benefic.tit. de diſpenſat.cum corpore vit.num.16. Viuald.in candelabro aureo, tit.de irregularit. ex vitiq corporis, à num. 174. Cardoſ. d.verb. Sacramentum Ordinis, num.16. Henriq. in ſum. part.2.lib.14. cap.8. §.1. in fine, Nicol. Garcia d.cap.12. num.8. Torreblanca d.lib.2.cap.13.num.55. plures refert Doctores Cened.ad Decretal.collect.69.num.1.vbi num. 3. pulchrè quærit cur carens teſticulis non ſit piloſus?

Veluti ſi fuerint abſciſſa virilia adultero à marito 15
vlciſcente iniuriam, quia ipſum inuenit cum ſua vxore coire, Couar. vbi proximè Villad. in tract. de irregularit.de corpore vit.colum. 2. Vgolin. de irregular. cap.fin.num.3.Suar.tom.5.diſp.51.ſect.2.num.8. Sayr.de cenſur.lib.7.cap.7.num.12.& 13.Molina de iuſt.tract.3. diſp.70.num.18.Campan.d.cap.17.num.11. me citato in hoc loco nouiſſimè Ioan. Machado d. lib. 1. part. 3. tract. 17 docum.6.n.5

Aut ſi cognouit carnaliter mulierem habentem 16
morbum gallicum, & ex huius contagio amiſit membrum genitale, attento quod ex hoc id ſolet ſuccedere, niſi ignoranter eam cognouiſſet, quam ſanam putabat, Fr.Emman.in ſum.tom.1.c.158.n.7. Caſtratus verò ob ægritudinem de conſilio Medicorum ſine vlla diſpenſatione ad omnes Ordines ſacros ab Epiſcopo ſuo promoueri poteſt, Nauar. conſ. 2. ſub tit.de corpore vit.in nouis, Sayr.ſub eodtit.deciſ.3.

Manum habens mutilatam non poteſt ad Ordi- 17
nes promoueri, cap.expoſuiſti 6.de corpore vit.Flamin. de reſign.lib.5. quæſt.6. num.48. Bellet.dict.tit.de diſciplina clericali, num.20.Campan.dict.cap.17.à num.104. nouiſſimè Nouar.in tract.de elect.& variat.fori, ſect.2. quæſt.8.num 14. Torreblanca d.lib.2. cap.13. num.17. Nec illas habens articulatas, & aridas, ad miniſterium executionis Ordinum inefficaces, Henriquez lib.14 cap.8.§.4.in fine, Flamin.de reſignat.lib.5.quæſt.7. num.49. Campan. dict. cap. 17. num. 107. Nec etiam eas tremulas perpetuò habens, præcipuè ſi immineret periculum ſubuerſionis ſanguinis, Maiol. de irregular.lib.2.cap.24. in fine, Tolet.lib.1.inſtr.Sacerd.c.25. num.13.

Digito ſiniſtræ manus carens poteſt promoueri, ex cap. lator 55. diſtinct. tum etiam dexteræ, vt inibi gloſſa dicit, dummodo illius carentia in alterutra

nec

nec magnam operetur deformitatem, neque aliquis ipsorum sit, qui pernecessarius est ad consecrationem, sicut pollex, aut index, quorum altero si quis careat, fit irregularis, Borgas. *de irregul. tit. de corpor. vit. num.* 4. Selu. *de benefic. part.* 3. *quæst.* 6. *post num.* 44. *vers. attendendum*, Plac. *de delictis lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 9. Salon. *in* 2. 2. *D. Thomæ quæst.* 65. *art.* 1. *controu.* 4. *concl.* 2. Sayr. *de censuris lib.* 6. *cap.* 15. *post num.* 12. Beller. *d. tit. de disciplina clericali* §. 7. *num.* 28. Torreblanca *d.*
19 *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 48. † Digitus enim non est membrum propriè nostri corporis, Bart. *in l.* 2. *num.* 13. *ff. de publ. iudic. & in l. non sunt liberi ff. de statu homin. & cons.* 101. *incip. quæritur an digitus part.* 1. Felin. *in cap. ege N post num.* 1. *de iureiur. & in cap. cum illorum, num.* 4. *de sentent. excommunic.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 1. §. 5. *versic. per hæc quidem*, Farinac. *in praxi criminal. quæst.* 19. *num.* 24. Aloys. Ricc. *d. resolut.* 67. *num.* 3. Henriq. *d. lib.* 14. *cap.* 8. §. 1. *in med.* Nauar. *cons.* 1. *num.* 1. *sub tit. de corpore vit. in nouis.* Sayr. *in floribus decis.*
20 *sub eodem tit. decis.* 2. † Vnde si pars pollicis desit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impediat, minimè inducit irregularitatem, dummodo nulla eiusdem præcesserit culpa, Salon. *d. controu.* 4. *concl.* 2. Tolet. *lib.* 1. *instruct. Sacerdot. c.* 25. *num.* 13. Cardos. *d. verb. sacramentum Ordinis, num.* 12. Sayr. *d. decis.* 2. Nauar. *d. cons.* 1. Beller. *d. tit. de disciplina clericali*, §. 7. *num.* 19. Campanil. *d. cap.* 17. *num.* 112. *vers. quinimo.*

21 Digito illo carens, qui medius appellatur, est irregularis, prout resoluit Sayr. *de censuris lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 16. Verùm contrarium existimat Campan. *dict. num.* 112. *vers. verùm*, ex eo, quia digitus ille non de-
22 deseruit Eucharistiæ. † Qui senos digitos habet in manibus non est irregularis, ex Henriq. *in summ. lib.* 14. *c.* 8. §. 3. præcipuè si exercitij vsum non detinent, neque propterea operatio manus incommodatur, iuxta gloss. *in c. qui partem*, & *ibi* Archid. 15. *distinct.*
23 Et potest superfluos digitos sibi amputare, vel amputari permittere, dummodo nullum inde sibi vitæ periculum immineat, aut maior deformitas suboriatur, prout auctoritate gloss. *in d. cap. qui partem*, resoluit Syluester *verb. corpore vitiatus, num.* 4. sequuntur Maiol. *de irreg. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 15. Henriquez *d. cap.* 8. §. 3. *in fine*, Sayr. *d. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 2. Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 11.

24 Capillorum defectus ob morbum gallicum, aut similem procedens, irregularitatem potest operari, Episcoporum arbitrio, non solùm ob fœditatem, sed etiam, quia aspectus huiusmodi affectus memoriæ omnium aut repetit, aut mandat illius causam, incontinentiam scilicet, aut aliam nequiorem scandalum producentem. Ita Campanil. *dict. cap.* 17. *num.* 36. *in fine.* Illud autem an capilli sint membra, non est meum inquirere, altiorem petit indaginem, cum nemo audeat id affirmare, teste Vgolin. *de irregul. cap.* 4. §. 5. *sub num.* 1.

25 Facies quæ est pars anterior capitis humani, constans ex fronte, oculis, naso, malis, ore, & mento, si notabiliter deformis sit, inducit irregularitatem, vt inquit Nauarr. *in man. cap.* 25. *num.* 72. aut si illa adeò maculata foret, vt propter scandalum inhabilis esset ad Ordines, Syluest. *verb. homicidium* 3. *num.* 4. *vers. limita secundò*, vel si esset aliquibus coloribus, vel vulneribus deturpata, ex his quæ scribit Maiol. *de irre-*
26 *gul. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 1. *vers. propterea.* † Color tamen in facie non est quid essentiale, sed accidentale, vnde Mauri, & Æthiopes faciem nigram habentes, nullo iure reperiuntur prohibiti suscipere Ordines, Maiol. *lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. Bonacina *dict. puncto* 2. *num.* 11.

Cæcus non potest fieri Clericus, *cap. hinc est* 49. 27
distinct. cap. fin. 55. *dist.* Beller. *d. tit. de disciplina clericali* §. 7. *num.* 22. Campan. *d. cap.* 17. *num.* 51. Henriq. *dict. lib.* 4. *cap.* 8. §. 2. *litt. L*, Filliuc. *tract.* 19. *num.* 167. Ragus. *de Missa in Ecclesia, quæs.* 7. nouissimè Diana *moral. resol. part.* 5. *tract.* 6. *resolut.* 22. In susceptis tamen Ordinibus ministrare potest, eaque ad vsum illorum spectantia exequi, in quibus visu non est opus, veluti prædicare, & Confessiones audire; ac pariter beneficia retinere, illi tamen dato coadiutore, si personale seruitium requirat, Maiol. *de irreg. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 11. *vers. cæcum verò.* Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 37. † Cæterùm de cæcis aliqua 28
mitanda referunt Guillielm. *in cap. Raynutius, verb. in extremis, num.* 31. & 32. Tiraquell. *de iure primog. q.* 21. *num.* 15. Flamin. *d. quæst.* 6. *num.* 39. *cum seqq.* De Lippo Aurelio Florentino cæco vide multa per Bergomens. *in supplemento Chronicorum fol.* 437. *verso.* Et de Carolo Ferdinando Berga Burgensi à parua ætate oculis capto, & ob id elementorum quoque penitus ignaro, qui tantum sui miraculum præbuit, vt velut alter Homerus vir in omni scientiarum genere doctissimus euaserit, & in celeberrimo Parisiensi gymnasio publicè docuerit, & fuit Monachus S. Benedicti, & Diaconus, scripsit, ac dictauit, de quo Arnold. *lib.* 2. *de ligno vitæ cap.* 64. *pag.* 409. & *cap.* 72. agit de Paulo Genuensi in infantia cæco, & Monacho Cassinensi, anno Domini 1050. Nicasius Vordeus Machliniæ natus apud Flandros, cæcus, fuit I.V.D. & publicè idem Ius docuit, vt asserit Georgius Brauacinus. *lib.* 3. *in Indice verb. Machlinia, chart.* 26. *verb. mensis*, Supplement. Chronicorum *fol* 437. *verso*; & de Roberto Scoto à puerili ætate cæco Theologo mo, & Episcopo Aymacan. in Hibernia scribit exi- Campanil. *dict. cap.* 17. *num.* 68.

Monoculus, id est, cocles, carens scilicet vnico 29
tantum oculo, non potest fieri clericus, etiam primæ tonsuræ, *cap. si Euangelica* 55. *distinct.* nouissimè Nouar. *in praxi elect. & variat. fori sect.* 2. *quæst.* 8. *n.* 12. *in vlt. impr.* Torreblanca *d. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 49. neque carens pupilla oculi, vt de vtroque fuit decisum per Rotam, teste Seraphin. *decis.* 625. *num.* 1. 2. & 3. *part.* 1. resoluunt Nauar. *in manual. cap.* 27. *num.* 199. Campanil. *d. c.* 17. *num.* 70. vbi *num.* 73. cum Henriq. *d. lib.* 14. *cap.* 8. §. 1. & 2. idem asserit de habente oculos, sed alterum ipsorum inhabilem, quia visu ille caret, quamuis sanus, & integer aliis videatur, & *num.* 74. extendit ad habentem in oculo albuginem, & *num.* 75. idem asserit † in lippis, modo tamen lon- 30
ga, & diuturna, atque continua sit lippitudo, & horrorem inspicientibus afferat absque subtili inspectione, Henriquez *d. lib* 14. *cap.* 8. §. 2. *in princ.* Cardos. *d. verb. sacramentum Ordinis num.* 15. Habens verò maculam in oculo, quæ non inducit magnam deformitatem, nec scandalum pariat in populo, non excluditur à clericatu, neque etiam ab Episcopatu, *cap. cùm tua, de corpore vitiatis*, Seraphin. *d. decis.* 625. *num.* 3. & 5. vbi etiam tenet in hoc casu requiri Episcopi dispensationem: & secus dicit mutilatione, nisi, quæ requirit Papæ dispensationem, Cardos. *d. verb. sacramentum Ordinis n.* 15.

Si quis carens visiua virtute in oculo sinistro, siue 31
Canonis, & tanta polleat virtute in dextro, vt sine deformi faciei conuersione possit legere Canonem, non est irregularis, Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 199. Sayr. *d. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 8. Beller. *d.* §. 7. *num.* 29. Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 2. me citato Homobon. *de examine Ecclesiast. tract.* 12. *cap.* 2. *quæs.* 5. *in obseruat. vers. maneat*, Molses. *d. tract.* 2. *cap.* 16. *num.* 12. Filliuc. *tract.* 19. *num.* 168. Layman. *in Theolog. morali tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 7. *num.* 2.

num.2. Diana part.4.tract.2.reſol.73.verſ.ſed difficultas.
Barthol. de Vecchis in praxi obſeruat. in admittendis
ad Religionis ſtatum nouit.diſp.9.dub.21.n.6. Alzedo d.
p.2.c.6.n.60.
32 Naſum preſſum, aut grandem, vel tortum deti-
nens prohibetur ordinari, cap.hinc & hinc 49.diſtinct.
videlicet ſi illius prauitas, magnitudo, vel tortuoſi-
tas deformitatem pariat, explicat Selua in tract. de
benefic.part.3. quæſt. 5. verſ.item ille,in princ. poſt num.
44. idque arbitrio Epiſcopi dirimendum cenſent Vi-
uald. in ſuo candelabro aureo,part. 2. tit. de irregularit.
num. 491. & Campanil.dict.cap.17. à num.82. cum ſe-
33 quentibus. † Sic etiam abſciſſio naſi inducit irregu-
laritatem propter deformitatem, Molina de iuſtit.
tract.3.diſp.70.num.2. Bonacina d.diſp.7.q.2. puncto 2.
num.5. Henriq.lib.14. cap.8. §.3. litt.E, Molfeſ.d.tr.2.
cap.16. num. 14. Raguſ.de Miſſa in Eccleſia,quæſito 8.
num.25.
34 Os habens deforme,& imperfectum, non eſt ad-
mittendus ad Ordines, videlicet quando fœditatem
ac horrorem generaret, putà, ſi corroſum, aut con-
tortum eſſet, Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 21.verſ.
præterea, Bonacina d.puncto 2.n.6. Campanil.d cap.17.
num.86.& 87. vbi num.91. cum Butr.in cap expoſuiſti
35 poſt num. 9. de corpore vitiatis, reſoluit † non cenſeri
irregularem tardè, & impeditè loquentem, vt bal-
bum, ſicut erat Demoſthenes, & bleſum, ſicut erat
Moyſes, niſi vitium hoc, atque defectus tam grandis
eſſet, vt illum detineret perfectè loqui, aut verba ex-
plicare, quia tunc ad Ordines non eſſet aſſumendus,
de quo etiam Viuald.p. 2. tit.de irregularitate n.162.
Henriq.d.lib.14.c.8.§.2.in fine.
36 Dentes inter membra non numerantur, vt re-
ſoluit Farinac. fragment.crim.litt.C,num. 375. & ideo
37 † qui etiam ex indignatione, aut impatientia ſibi-
metipſi dentem euulſit, excuſſitque, ab Ordinibus
non repellitur, ex Abb. in cap. ex parte poſt num. 5. de
corpore vitiatis, Sayr.dict.lib.6.cap.8.num.16. Bonacina
dict.punct.num. 7. Viuald.part.2.tit.de irregularit.num.
255. in fine. Verùm ſi notorium ſit hanc euulſionem
ex indignatione proceſſiſſe, non de facili Ordines
ſunt concedendi, ex reſolutis per Syueſt. verb. cor-
pore vitiatus num.5. Maiol.lib.1. cap.24. verſ. quod ita,
Henriq.d. lib. 14. cap. 8. §. 2.prope finem. Si verò non
voluntaria, ſed ex iuſta cauſa, videlicet propter im-
menſos, & continuos dolores dentium euulſio fiat,
nullum dubium eſt poſſe Ordines conferri, vt aſſerit
Borgaſ.in tract.de irregularit.tit.de corpore vitiatis p.5.
num 4.
38 Aurem membrum eſſe per gloſ.in cap ſingula verſ.
oculus 89.diſt. tenent Sot.de iuſtitia lib.5.quæſt.2.art.1.
Maiol. dict.lib.1. cap.25. num. 5. Farin. d.litt. C,num.
39 475. Sed verius eſt dicere † non eſſe membrum, cùm
neceſſaria non ſit auditui, ſed eſt potius tutela, & or-
namentum auris, vt tenent Nauar. d. cap. 27. num.
223. verſ.ſeptimò infertur, Couar.in Clem. ſi furioſus
part.3 in initio num.8.verſ primum, Henriq.lib.14. c.8.
§.3.in princ. Aloyſ. Ricc.in praxi aurea reſol.67. num.2.
& ideo auris cartilagine in tam modica carens
quantitate, quæ poteſt ita tegi, vt poſſit ſine ſcanda-
lo miniſtrare, non eget aliqua diſpenſatione, Nauar.
ſub tit.de corpore vit. conſ.5. in nou. Aurium tamen ca-
rentiam propria culpa, aut notorij peccati cauſa ac-
cidentem, quia tunc infamia incurritur, irregulari-
tatem inducere tenent Maiol d. cap. 25. num.5. & 6.
Henriq d.cap.8. §.3. Auila part.7.diſput.3. dub.1. Co-
ninch diſp.18.num.108. Bonacina d.puncto 2. num.8.
Viuald.d.part.2. tit.de irregularit.num.158. verſ.prima
fit. Campanil.d.cap. 17. num.41. & de ſurdaſtro vide
Paul. Comitol. reſponſ. moral.lib.6. q.55. Reginald.
lib.30.cap.6.num.50. Sayro d.lib.6.cap.8. num.17. Bo-
nacina d. puncto 2. num. 7. Aloyſ. Ricc. vbi proximè,
Filliuc.tract. 19. cap.6. quæſ. 4. num. 169. me citato in
hoc loco Homobon.tract.14 in fine pag 466. Vnde con-
ſtat non eſſe irregularem, cui per vim præciſæ fue-
runt aures ab hoſtibus. Henriq.d.§.3. Nauar.in man.
cap.27. num.223. Auila de cenſur.part.7. diſp. 3. dub.3.
Coninck diſp.18 dub.13. num.108. Diana part.4.tr.2.
reſol.73. in fine. Surdaſtri, etſi Presbyterio poſſint in-
ſigniri, cum nullibi prohiberi videantur, id tamen
de omnino ſurdo vix poteſt defendi, ideo illis, qui
Presbyteralem ſuſceperint Ordinem, & ſi non ne-
ceſſaria, vtilis ſaltem eſt diſpenſatio Papæ, qua per-
mittatur, vt in occulto ſine ſocio aliquando cele-
brent, conſuluit Nauar. ſub tit. de corpore vit. conſ. 6.
& conſ.7.n.3.& 4 in nouis.
Claudus poteſt ad Ordines promoueri, cap.ſi quis 40
in infirmitate 55.diſt. niſi ſit talis, quem oporteat cum
baculo accedere ad Altare, cap. nullus Epiſcopus, vbi
gloſſ. verb.cum baculo,de conſecr. diſt. 1. Vel ſi ligneo
pede incedat, Abb. in cap. 2. num. 3. de clerico ægrot.
Flamin de reſig.lib.5.quæſt.6.num.46. Molin.d.diſp.70.
num 9. Sayr.d.lib.6. cap.2. num.22. Bonacina d puncto
2. num.15. Henriq.lib.14.cap.8. §.1. litt.F, Bellet.d. tit.
de diſciplina clericali §. 7. num. 23. Filliuc. tract. 19.
num.173. Campanil.d.cap.17. num. 127. vbi num.98.
aſſerit † ordinandum non eſſe, qui barbam cor- 41
roſam, aliáve deformitate maculatam habet, & n.99.
aſſerit non eſſe admittendam Maioli ſententiam lib.
1. cap. 20. verſ. vlt. aſſerentis barbam tingentes non
niſi poſt pœnitentiam admittendos eſſe, & quan-
doque deponendos.
Gibboſos, vel curuos, eſſe corpore vitiatos re- 42
ſoluunt Flamin.dict. quæſt.6. num. 55. Sayr. de cenſur.
lib.6. cap.8. num. 4. Beller dict.tit.de diſciplina clericali
§. 7. num. 25. præcipuè ſi nimia in eis ſit deformitas,
in quo arbitratur Epiſcopus, Raguſ. de Miſſa in Ec-
cleſia verſ. 11. Nauar. in man. cap. 27. num. 199. verſ.
qualis gibbus, Campanil. d cap.17. num. 103. Vgolin.
de irregul.cap 50.num.6. Molina d.diſp 70. num.8. Bo-
nacina d.puncto 2. num.9. Henriq.d.lib.14. cap.8. §.2.
litt.O.
Morboſus, cui aliquod membrum lacerum, læ- 43
ſumque eſt, quo minus homo aptus ſit, non poteſt
ordinari, prout de chiragra ſi eſſet continua, &
incurabilis, argumen. cap. penult. de cleric. ægrotant.
aſſerunt Vgolin.de irregul.cap.53.§.1.num.1. Campa-
nil.dict.cap.17.num.135. vbi num.137. idem tenet de
podagra.
Et ſcabie laborantes nimiam inducente defor- 44
mitatem irregulares fieri reſoluunt Campanil. d.
cap.17. num.163. Molin.d.diſp.70. num. 11. Bonacina
dicto puncto 2. num.19. & faciunt reſoluta per Maiol.
lib.1. cap.18. verſ.ad lepram, Sayr.de conſ. lib. 6. cap. 9.
num.9.
Et de paralyſi laborantibus quòd irregulares ſint, 45
tenent Sayr.d cap.9. num.10. Maiol.lib.2. cap.24. poſt
n.1. Filliuc.tract.19.num.281.verſ.quintum n.1. Henriq.
d.lib.14.cap.8.§.8. verſ.eadem ratio, Campanil.d.c. 17.
num.164. vbi num. 165. aſſerit apoplexiæ morbum
idem operari.
Gallico morbo laborans irregularis fit, ſi foris 46
appareat, horroremque, & ſcandalum gigneret, vt
per Sayr.d.c. 9. n.5. Campan.d.c.17.n. 167 Molin.d.
diſp.70.num.16 Bonacin.d.punct.2.n.18. Filliuc.tract.
19.n.181.verſ.tertium.
Quartana febris neminem retrabit ab Ordinibus 47
ſuſcipiendis, Sayr.d.c.9.n.4. Vgolin.de irregul.cap.53.
§.2. num.1. verſ.excipitur etiam, Campanil. d. cap. 17.
num.169. Febricitantes non poſſunt promoueri, nec
antes

antea susceptos Ordines axercere, interim dum febris eos vsque adeò inualerit, vt ipsos constitueret extra sensus, aut aliàs acutissima esset. Maiol. *lib.* 2. *cap.*22.*num.*1.Sayr.*d.cap.*9.*num.*4.Campanil.*d.cap.*17. *num.*170.

48 Morbo comitiali correptus Ordines assumere non valet, nec in susceptis ministrare, etiamsi diu conualuerit, glos. *verb. de his, in cap communiter* 33.*dist.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 2.*cap.* 8. *n.* 32. Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesia lib.*1.*cap.*48.*litt. F,* Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 203. Raguſ. *de Missa in Ecclesia quæst.*16. Maiol. *lib.*2.*cap.*16.*num.*4. Filliuc. *d. num.* 181. *vers. sextum*, & declarat horus infirmitatis species Henriq. *d cap.*8.§.8.

49 Leprosus promoueri non debet, & si iam est promotus, propter scandalum ad celebrandum non permittatur, præcipuè si esset magna deformitas, seu abominatio, *cap.* 3. *de corpore vitiatis, cap. de Rectoribus, & cap tua, de clerico ægrotante*, Filliuc. *d. num.* 181. *vers. quartum.* Beller. *dict. tit. de disciplina clericali* §.7. *num* 32. Campanil, *dict. cap.* 17. *à num.*160. Raguſ. *de Missa quæst.*18. *num.*1. Henriq. *dict. lib.*14. *cap.* 8. §. 8.
50 *in princip.* vbi etiam quòd † Parochus, aut Episcopus, si leprosus fiat, debet habera coadiutorem cum congrua portione. Furiosi, mente capiti, & ij qui in furorem aliquando versi insaniuerunt, non possunt fieri clerici, *cap communiter, cap. vsque adeò* 32. *dist. cap. infames ante finem* 6.*q.*1 *cap. si quis in fine* 15.*q.*1. Beller. *d. tit. de disciplina clericali* §. 7. *num.* 36. Campanil. *d. cap.*17.*à num.*177. Henriq *c.*8.§.9.

51 Dæmoniaci, id est, obsessi à dæmonibus, non possunt fieri clerici, *cap. maritum, cap. communiter*, & *ibi gloss.*1. *cap. clerici* 33. *distinct.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesia lib.*2. *cap* 48. *litt. F,* Beller. *d. tit. de disciplina clericali num.*39. Franc. Leo *d. cap.*8.*n.*33. Campanil. *d. cap.*17.*num* 188. Henriq. *lib.*14.*cap.*8. *num.*8.*litt. A,* Molin. *d disp.*70. *n.*12. Sayr. *d. lib.*6.*cap.*9.*n.*14. Bonac. *dict. puncto* 2.*num* 24. Filliuc. *tract.*19.*num.*81. *vers. septimum*, Raguſ. *de Missa in Ecclesia quæst.*17.*n.* 1. *vers. de obsesso.*

52 Qui verò post promotionem sunt à dæmonibus obsessi, tandiu erunt ab officiis suis, Ordine, & loco suspensi, quousque vnius anni spatio per discretionem Episcopi inueniantur ab huiusmodi calamitate liberati, & alieni, *dict. cap. communiter*, & *ibi glos.*1. Nauar. *conf.* 9. *num.* 3. *sub tit. de ætate, & qualit.* Maiol. *lib.*2.*cap.*15. *num.* 3. *vers. sed si in*, Toler. *in summ. lib.*1. *cap.*59.*num.*3.& 5. post Turrecrem. & Syluest. Beller. *dict.* §. 7. *num.* 40. quamuis existimauerint eis nunquam fas esse in illis ministrara, etiam postquam à dæmonum obsessione sunt liberati, Borgaſ. *tract. de irregul. tit. de corpore vitiatis num.*17. Nauar. sibi contrarius *in man. cap.*27.*num.*203. post Antonin. & Villedieg. Campanil. *dict. cap.*17.*n.*189. Est tamen verum quòd Episcopi arbitrio totum hoc est remittendum, vt pensatis conditionibus morbi, & personæ sciat quid faciendum, Sayr. *dict. lib.*6. *cap.* 9. *num.*12. Henriq *lib.*14.*cap.*8.§.8. *in comment. lit. F,* Beller. *dict. num.* 40. vbi *num* 41. asserit in minoribus Ordinibus constitutos à dæmone vexatos nunquam ascendere debere ad maiores, & citat glos. *in cap. clerici* 33. *dist.* & Tolet. *in dict. cap.*59.*num.*2. *vers.*3. An autem dæmoniaci possint eligi ad Prælaturam? Vide Sigism. à Bononia *de elect. dub.*89 *à n.*10.

53 Gigantes qui prætensa corpora, aut pusilli, qui breuia, & humilia haberent (nisi sint pygmæi) ob hanc solam causam irregulares non sunt censendi; si tamen hæc proceritas, aut nimia breuitas circa vsum Ordinum impedimento sint, aut scandalum gignerent, aut derisum pariant, itaut à cæteris deludantur, ab Ordinibus suscipiendis sunt repellendi, Maiol. *de irregul. lib.*1.*c.*13 *num.*9. Vgolin. *eodem tract cap.*48. §.. *num.*11. Viuald. *in candelabro aureo tit. de irregular. num.*133. Henriq. *dict. lib.*14.*c.*8 § 3. *propè finem*, Sayr. *dict. lib.*5. *cap* 8. *num.*3. Beller. *dict.*§.7. *num.*25. Campanil. *d. cap.*17.*n.*143. *cum seqq.*

Abstemij, id est, vinum non bibentes, minimè possunt ordinari, quia celebrantes oportet communicare, & datur periculum euomendi; ita gloss *in cap ipsi Apostoli*, 2.*quæst.*7. Abb. *in cap. ex parte num.*1. *de celebrat. Missarum.* Bonacuſ. *commun. crim. part.* 2. *verb. Abstemius fol.*2. Raguſ. *de Missa in Ecclesia quæsito* 5. *num.*2. Gutier. *Canon. lib.*2 *cap.*4.*num.*81. Beller. *dict.* §. 7. *num.*45. Filliuc. *tract.*19.*num.* 81. *vers.*8. Campanil. *dict. rub.* 11. *cap.*11. *num.* 15. vbi etiam cum Nauar. *in man. cap.*27.*num.*304.*vers.*18. asserit istum posse assumere minores Ordines, quia non seipsum communicat sub specie vini, Henriq. *dict. lib.* 14.*c.*8.§.7. *propè finem* Ita etiam, cui vini potio est Medicorum consilio interdicta prohibetur ordinari, nisi de eorumdem consilio non possit ei obsse parua quantitas; Maiol. *d. lib.*2.*c.*25. per totum, vbi *n.*2. resoluit quòd si aliquis voluit non bibere vinum, aut illi Confessor inhibuit, non impediretur ad Sacerdotium ascendere, aut post promotionem ministrare, de quo etiam Vgolin. *de irregular. cap.*53. §.2 *num.*3. Ita etiam si aliquis ob stomachi languorem, debilitatem, ac frigiditatem soleret sæpissimè euomere, minimè deberet Ordinibus insigniri, & illis si insignitus esset à sola Missæ celebratione priuatus diceretur, Maiol. *d. lib* 2.*cap.*26. Henriq. *d. lib.*14.*c.*8.§.7 *in fin.* 54

Si alicui ordinato vitium aliquod, seu defectus corporis absque culpa proueniret, impedimentum præstans executioni alicuius actus, seu officij Ordinis, tunc solum interdicendus est ille actus, seu officium, ad quod sit inhabilis propter impotentiam, aut defectum, *c. Presbyterum, de clerico ægrotante*, Vgolin. *d. cap.*52. §.1. *num.*2. Nauar. *dict. cap.*26. *num.*200. Sayr. *dict. lib.*6.*cap.*7.*num.*7. Suar. *tom.*5. *disp.*31. *sect.*2. *num.*13. Auila *de censur part.*7.*disp.*2.*dub.*6. *disp.*3.*dub.* 55
2. plures referr Nicol. Garcia *de benefic part.*7. *cap.*12.
*num.*18. Beller. *d.*§.7. *num.*27. & 28. Vnde illi, † qui 56
in specie *c.*2. *de corpore vitiatis*, duos digitos, & dimidium palmæ amisit sine sua culpa, potest conferri beneficium simplex, & non requirens celebrationem. Ita Vgolin. *in cap.*65. §.1. *num.*4. Henriq *lib.*13. *cap.*14.§.1. *in commento lit F,* & *cap.*36.§.1. *in commento lit. E,* & *lib.*14. *cap.*2. §.5. *in commento litt E,* Sayr. *d. lib.*6.*cap.*2.*num.*23. Azor. *institut. moral part.* 2. *lib.*6. *cap.* 4. *quæſ.* 14. vbi resoluit eum, qui postquam legitime primam Tonsuram suscepit sinistri oculi infirmitate, aut capitis morbo ita laborat, vt ad sacros Ordines promoueri non possit, posse beneficium simplex obtinere, dummodo deformitatem non afferat talis morbos, & Suar. *dict. sect* 2 *num.*18. asserit, quòd ægrotus morbo impediente vsum Ordinis, est irregularis, ad beneficium Curatum de nouo suscipiendum, ad simplex non ita; si iam sit clericus, vt inde sustentetur, & Lessius *de iustit. lib.*2.*cap.* 34. *num.* 130. resoluit, quòd clerico incidenti in cæcitatem non potest conferri beneficium etiam simplex, cum incapax illius sit, quia preces Canonicas recitare nequit.

Dispensandi potestas cum huiusmodi corpore vitiatis nonnisi Summo Pontifici competit, præcipuè si vitium, atque defectus adeò est grauis, & enormis, vt notabilem deformitatem faciat: ita Mandoſ *in tr. signatur. gratia tit. de dispensatio pro corpore vitiatis, vers. alius à Papa*, Selua *de benef. p.* 3. *q.* 5. *in* 3. *qualitat. num.* 31, Couar. *Clem. si furiosus part.* 1. 57

in

in initio, num. 7. *vers. super hoc*, Nauar. in *man. cap.* 27. *num.* 98. *& num.* 200. *vers.* 8. Molin. *d. disp.* 70. *num.* 19. Vgolin. *cap* 52. §. 3. Sayr. *d. lib.* 6. *cap* 8. *num.* 1. Bonac. *d. puncto* 1. *num.* 36. Campanil. *d. rub.* 11. *cap.* 17. *n.* 102. Miranda *in manual. Prelator. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 3. *concl.* 2. Aloys. Ricc. *in praxi aurca resol.* 16. *per totam*. nouissimè me citato Ioan. Machado *in tract. del perfeto Confessor y Cura de Almas, lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 17. *docum.* 6. *num.* 8.

Non obstat glos. *verb. nostra, & tua, in cap. significa-*
58 *uit, de corpore vit.* quatenus habet † Episcopum posse cum corpore vitiatis propria auctoritate dispensare in aliis, quàm in Missa; intelligitur enim de dispensatione Episcopi, auctoritate tamen Apostolica prædita, & sic sibi delegata, ita Couar. Aloys. Ricc. *dictis locis*, exponentes verba illa, *auctoritate nostra*, id est, tibi commissa, quæ etiam ideò dicitur tua, cum ipsam non valeat commissarius alteri delegare. *cap. vltim. in fino, de offic. deleg.*

59 Episcopus tamen poterit dispensare cum habentibus membrum occultum, siue manifestum non sua culpa abscissum, & quando cessat homicidij præsumptio, atque huiusmodi membrum non reddit ipsum impotentem ad celebrandum, vt resoluit Miranda *d. art.* 3. *n.* 3. quod esset intelligendum procedere in leuibus vitiis, & debilitationibus, Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 88. & subdit Seraph. *d. decis.* 625. *num.* 7. quòd Episcopus dispensando cùm corporo vitiato, debet hoc facere cum causæ cognitione, ex sententia Rotæ ab eodem Seraph. *dict. decis.* 625. *num.* 5. *part.* 1. asserit Campan. *dict. cap.* 17. *num.* 204 vbi etiam ex eadem decisione obseruat huiusmodi dispensationem Papalem, aut Episcopalem non solùm requiri pro suscipiendis Sacris, sed etiam minoribus, ac prima Tonsura. Hinc etiam posse Prælatos Regulares auctoritate quasi Episcopali gaudentes dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proueniente, dummodo vitium non sit tam fœdum, aut turpe, vt ex eo scandalum oriri rationabiliter formidetur, tenet Diana *p.* 4 *tract.* 2 *res.* 73.

60 Quod autem dicatur modicum vitium, quæ notabilis deformitas, remittitur consideranda arbitrio Episcopi, *in cap.* 2. *& ibi glos. penult. & vltim. de corpore vitiatis*, vbi Abb. *n.* 1. Menoch. *cons.* 96. *n.* 30. *&* 31. *& de arbitr. casu* 226. *num.* 7. 8. 15. *&* 16. Seraphin. *d. decis.* 625. *num.* 4. Henriq. *dict. lib.* 14. *cap.* 8. §. 1. Bellet. *dict.* §. 7. *num.* 26. nouissimè Ioan. Machado *d. lib.* 1. *part.* 3. *docum.* 6. *num.* 9. Sic etiam quando dubitatur sit ne talis corporalis morbus, vel defectus, qui Ordinis executionem impediat, vel scandalum gignat, Episcopi est determinare, ita quod non sufficit arbitrium Confessarij, vel alterius Prælati inferioris, vt per Couar. *in Clemen. si furiosus part.* 1. *in initio num.* 5. Auila *part.* 7. *disp.* 3. *dub.* 3. Bonacin. *d. puncto* 2. *num.* 36. *in fine*, Nauar. *d. consil.* 1. *num.* 13. Valer. Reginald in *praxi fori pœnitent. lib.* 30. *num.* 45. Ragus. *de Missa in Ecclesia q* 8. *num.* 3. *in princ.* Ioan. Machado *d. num.* 9. *in fin.* Diana *moral. resol. p.* 2. *tract.* 61. me citato Alzed. *p.* 2. *c.* 6. *n.* 61.

61 Respectu verò Regularium ad eundem Episcopum id declarare competit, non autem ad Superiores Regulares, nisi eisdem expresse à Sede Apostolica delegaretur. Ita Henriq. *dict. lib.* 1. §. 1. *vers. secundo*, Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol.* 52. *num.* 17. Ragus. *de Missa in Ecclesia quæst.* 8. *num.* 3. *vers. de deformitatibus*, & me citato in hoc loco Ioan. Machado *d. lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 17. *docum.* 6. *n.* 10. & Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 24 *art.* 4. quem refert, & sequitur Campanil. *d. cap.* 17. *num.* 204. vbi *num.* 207. asserit corpore vitiatos, absque dispensatione promotos si in Ordinibus susceptis ministrauerint, non incurrere alteram irregularitatem, cum irregularis ex defectu nunquam in alteram incidat irregularitatem, si promoueatur, & celebret. Quamuis Suar. *de censur. disp.* 53. *sect.* 2. *num.* 16. Miranda *d. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 3. *concl.* 1. Basseus *in verb. irregularitas* 2. *num.* 16. existimauerint arbitrari Religiosorum defectus, & deformitates an Ordinis executionem impediant, vel scandalum gignant, pertinere ad eorum Prælatos, non verò ad Episcopos.

Verùm contrarium, imò ad Prælatos Regulares 62
spectare iudicare circa suos subditos, an defectus corporis sit ita notabilis, vt inducat irregularitatem, vel non, tenent Suar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 51. *sect.* 3. *n.* 16. Auila *eod. tract. p.* 7. *disp.* 3. *dub.* 2. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 3. *concl.* 3. Cornejo *in* 3. *p. D. Thomæ tract.* 5. *de irreg. disp.* 12. *q.* 2. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruan. in admittendis ad Relig. statum nouit. disp.* 9. *dub.* 21. *n.* 3. Quorum plures admittunt liberum esse Episcopo, qui daturus est Ordines, admittere, vel reiicere tale arbitrium factum à Prælato Religionis circa defectum corporis subditi sui, quod est tenere cum nostra sententia, secundùm quam diximus ad Episcopum competere id declarare nouissimè me citato *in hoc loco* Ioan. Machado *in tract. del perfeto Confessor y Cura de Almas lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 16. *docum.* 7. *n.* 2. *&* 3.

ALLEGATIO XLIII.

Episcopus cum infamibus an possit dispensare?

SVMMARIVM.

1 *Infamia iuris dicitur, quando ipso iure Canonico, vel Ciuili imponitur infamia pœna.*

2 *Infames de iure Ciuili regulariter sunt etiam infames de iure Canon. nisi expressè ius Canonicum illam infamiam aboleat.*

3 *Vsurarij sunt infames.*

4 *Vsurarij beneficia Ecclesiastica assequi non possunt, nec ad illa eligi, aut præsentari valent.*

5 *Condemnatus actione furti efficitur infamis, & inhabilis ad Ordines suscipiendos.*

6 *Pœnitentes solemniter infamia nota laborant.*

7 *Pœnitentiam solemnem faciens, etiam illa peracta, prohibetur ordinari, non sic pœnitentiam publicam faciens.*

8 *Episcopus cum solemniter pœnitentibus propter necessitatem, vel vtilitatem ad suscipiendos Ordines minores dispensare potest.*

9 *Apostata etiamsi postea ab Inquisitoribus imposita pœnitentia reconcilientur, sunt infames.*

10 *Histriones, buffones, ac ludentes in scenis sunt infames.*

11 *Aleatores sunt infames.*

12 *Aleatoribus facta beneficij collatio, si publici sunt, est nulla, si occulti, venit irritanda.*

13 *Infames iuris, vt patiantur eosdem effectus, quos ipsamet infamia parere solet, oportet quod sint de crimine in iudicio confessi, vel conuicti.*

14 *Sententia requiritur declaratoria de crimine famoso, quod infamet, vt quis dicatur infamis infamia iuris.*

15 *Virgis qui cæsus fuit præcedente iudicis sententia, aut ad triremes damnatus, & in eis steterit, ad Ordines promoueri non valet.*

19 *Infamia si prætendatur incursa per sententiam, de illa debet*

debet constare, nec sufficeret si testibus probaretur latam fuisse.

17 *Infamia facti dicitur cum quis est notatus de aliquo crimine apud bonos, & graues.*

18 *Infamia iuris de iure potest esse occulta, non sic infamia facti.*

19 *Infamia iuris non solum impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis; infamia verò facti repellit tantum ab obtentis.*

20 *Infamia iuris per Principem aboleri potest, non sic infamia facti.*

21 *Infamia facti contrario facto tollitur.*

22 *Emendatus præsumitur, qui crimen commisit occultè, & confessus est Sacerdoti cum satisfactione.*

23 *Criminosus quando præsumatur purgatus, & emendatus.*

24 *Periurus quamuis emendatus non potest à se abolere infamiam.*

25 *Infames iuris, & facti qui sint in vniuersum connumerantur, & num. 26. 27. & 28.*

29 *Infames tam iuris, quàm facti irregulares sunt, & Ordines suscipere Ecclesiasticos prohibentur.*

30 *Summus Pontifex solus dispensat in infamia iuris, ac in irregularitate, quæ ex ipsa procedit.*

31 *Episcopus dispensat in infamia facti, & in ea, quæ procedit ex delicto, in quo potestatem habet dispensandi.*

1 
X proprio delicto contrahitur infamia iuris, aut facti. Iuris dicitur, quando ipso Iure Canonico, aut Ciuili imponitur pœna infamiæ, de quibus plures enumerat Prætor *in l. 1. ff. de his*
2 *qui not. infamia.* † illi enim qui sunt infames de iure Ciuili, regulariter sunt etiam infames de iure Canonico, nisi expresse ius Canonicum illam infamiam tollat, facit *cap. infames, 6. quæst. 1.* Bernard. *in practic. cap. 93. num. 2. in nouiss. edit.* Carol. de Graffis *de effectibus cleric. effectu 2. num. 255.* Filliuc. *tract. 19. à num. 204.* Auila *de censuris part. 7. cap. 11. dub. 5. conclus. 1.* me citato Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 86. num. 1.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 3.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 8. num. 11.* Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 5. §. 4. in commento litt. T.* Farin. late *part. 2. quæst. 56. à princ.* nouissimè me citato *in hoc loco* Tambur. *de iure Abbatiss. disp. 26. quæst. 15. n. 1.*

3 Tales sunt vsurarij, vt probant text. *in l. improbum fœnus. C. ex quibus causis infamia, cap. 2. §. porro, 3. quæst. 7.* Afflict. *decis. 128.* Mathesil. *singul. 49.* Gemin *de vsuris, commento 4. in præfat. num. 3.* Cotta *in memorab. verb. Vsurarij pag 934.* Cald. Pereira *in comment. ad §. soror, num. 44. vers. Vsurarius, Institut. de testament.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 8. à num. 20.* Campanil. *in diuersorio Iuris Canon. rubr. 11. cap. 20. à princip.* Bellet. *disquisit. clerical. tit. de disciplina clericali, §. 10. num. 35.* Sanch. *in opuscul. moral. lib. 6. cap. 3. dub 6. n. 4.* Tambur. *vbi suprà,* Salzed. *ad Bernard. in practic. cap. 91. litt. A,* vbi etiam resoluit posse hanc infamiæ notam aboleri ab eo, qui iam pœnitentiam egit ad effectum obtinendi beneficia Ecclesiastica, glos. celebris *in cap. præterea, de vsuris*, quam esse communem dicit Cou. *lib. 3. variar. cap. 3. num. 3. vers. qua ratione*, eamque intelligit procedere quoad beneficia obtenta, non verò quoad obtinenda, quæ infames;
4 & per consequens † huiusmodi vsurarij assequi non possunt, neque ad illa eligi, aut præsentari, Gemin. *d. commento 4. in præfat num. 6. cum sequentibus.* Farinac. *fragmentor. criminal. part. 1. lit. C, verb. clericus à n. 120.* Nicol. Garcia *d. cap. 8. à num. 28.*

5 Sic etiam condemnatus actione furti efficitur infamis, & indignus, ac inhabilis ad suscipiendũ Ordines, si vero occultus sit post restitutionem, & pœnitentiam Sacris valet initiari, vt probat text. *in cap. vltim. de furtis.* Bernard. *in pract. cap. 93. num. 2. in nouiss. edit.* Campanil. *d. rubr. 11. cap. 25. num. 14. cum sequentib.* Bellet. *d. §. 10. num. 11.*

Pœnitentes solemniter infamiæ nota laborare 6
resoluunt Bernard. *in pract. cap. 19. num. 1. aliàs c. 23. in nouissim.* Henriq. *lib. 13. cap. 38. §. 3. vers. tertiò.* Mat. Alter. *de censuris tom. 2. disp 16. de suspen. cap. 1. vers. quartus casus,* Campan. *d. rubr. 11. c. 21. n. 1.* & sine dubio ordinari non posse probant text. *in cap. ex pœnitentibus, 50. distinct. & in cap. si ille, eadem distinct.* † 7
solemnem enim pœnitentiam faciens, etiam illa peracta, prohibetur ordinari, Maiol. *de irregulat. lib. 3. cap. 2. sub num. 4. vers. quæ omnia,* non autem si publicam fecerit, quia post illam promoueri potest, idem Maiol. *d. lib. 3. cap. 3. post num. 2. vers. & licet*, Mat. Alter. *vbi proximè.* † Cum his solemniter pœnitentibus 8
licet Episcopis propter necessitatem, vel vtilitatem ad suscipiendos minores Ordines dispensare, Syluest. *verb. pœnitentia num. 3.* Bernard. *dict. c. 23. n. 3.* Maiol. *dict. cap. 3. sub num. 6. vers. hac qua,* Campanil. *dict. cap. 21. n. 7.* Mat. Alter. *vbi proximè.*

Binas nuptias contrahentes notantur infamia *l. 1. in fine, & l. quid ergo ff. de his, qui not. infam.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 5 casu 410. à num. 96.* nouissimè Trasmiera *in tract. de polygamia lib. 3. quæst. 8. à n. 1.*

Apostatæ desciscentes à Religione Christiana ad 9
Iudaismum, etiamsi postea imposita pœnitentia ab Inquisitoribus Ecclesiæ reconcilientur, infames fiunt, nec possunt aliquo Ordine insigniri, nec in susceptis ministrare, optimè Cald. Pereira *q. forens. cons. 13. num. 6.*

Cynœdi, lenones, histriones, ioculatores, luden- 10
tes in scenis, & buffones sunt infames, *c. 1. & 2. 4. q. 1. cap. pro dilectione, de consecrat. distinct. 1. l. 2. §. ait prætor ff. de his, qui notantur infamia.* Menoch. *cons. 149. num. 20. 25. & 28.* Cald. Pereira *ad dict §. soror. num. 44. & 45.* Burrell. *in addit. ad Bellugam, in speculo Principum rub. 11. §. videndum num. 18. litt. H,* Carol. de Graffis *de effectibus clerical. effectu 1. num. 1235.* Tambur. *vbi suprà num. 2.* & ideo non possunt promoueri ad clericatum, *cap maritum 33. distinct. cap. 1. 51. dist.* Bellet. *d. tit. de disciplina cleric. §. 10. num. 17. & 18.* vbi *num. 20.* intelligit de his, qui publicè coram populo faciunt gesticulationes sui corporis, & se in illis assuefaciunt, his saltem, causa quæstus, Sanch. *d. cap. 3. dub. 6. num. 7.*

Aleatoribus, quia sunt infames, vt resoluunt Viu. 11
tom. 1. communium opinion. lib. 3. tit. 29. de religiosis, & sumpt. funer. vers. vbi Andr. pag. 431. Mascard. *de probationib. concl. 995.* Rebuff. *de reprobat. testium, num. 331.* Molina *de Iustit. tract. 2. disput. 159. in fine, vers. nihilominus*, Cald. Pereira *ad dict. §. soror. num. 44. vers. Cynædi.* † non possunt beneficia conferri, si enim 12
sunt publici, ipso iure nulla est collatio illis facta, si occulti, venit irritanda, nec sunt ratione consuetudinis excusandi, vt tenuit Rota *in Pampilonen. Parochialis 21. May 1574.* coram *illustrissimo Aldobrandino*, postea Clemente VIII. & habetur *decis. 426. part. 1. diuersor.* resoluunt Salzed. *ad Bernard. cap. 73. lit. D, in nouissim. edit.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 199.* Flamin. *de resignat. lib. 4. quæst. 3. ad fin.* Nicol. Garcia *d. c. 8. n. 40.* Aloys. Ricc. *p. 1. in decis. 133. n. 7.* De periuro an infamiam incurrat? dixi *alleg. 31. num. 45.*

Licèt infamia notentur, quos lex infamat, eo ipso 13
quòd aliquid commiserunt, vt tenent Ias. *in l. cunctos populos lect. 2. numer. 44. C. de summa Trinit.* Aretin. *in*

§. ex quibusdam post num. 9. Institut. de pœnis temere litig. tamen vt huiusmodi iuris infames patiantur eosdem illos effectus, quos ipsamet infamia parere solet, oportet quòd fiat de crimine in iudicio confessi, aut conuicti, *cap. testimonium, de testib.* Fario. *in praxi crimin. part. 2. quæst. 56. n. 5. & 58.* Suar. *tom. 5. disp. 48. sect. 1. num. 8. & 9.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 11. num. 5.* Bonacina *de censur. disp. 7. quæst. 5. puncto 1. num. 2.* quos refert, & sequitur Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 86. n. 1. vers. ad hanc,* Molfes. *in summa Theologia moral. tract. 6. cap. 8. num. 12.* Claud. Soler. *in tract. de iuridica potest. Confessar. cap. 9. quæst. 4.* nouissimè me citato Ioan. Machado *d. lib. 1. p. 3. tract. 16. n. 3. docum. 6. in tract. del perfeto Confessor y Cura de Almas*, vel saltem accusati, durante tamen accusatione, & antequã se probauerint innocentes, *cap. final. eodem tit.* Nicol.
14 Garc. *d. cap. 8. num. 6.* vbi *num. 7.* intelligit, † quando persona est infamata apud bonos, & graues homines, aliàs accusatio non impedit promotionem, de quo vide Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 7. q. 4.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 51. art. 11. vers. ad primum, & quæst. 56. art. 1.* Molfes. *dict. tract. 6. c. 8. n. 30.* requiritur enim sententia declaratoria de crimine famoso, quòd infamet, vt quis dicatur infamis infamia iuris, per *l. furti, ff. de his qui not. infam.* resolutum fuit *in Antonio Bonomen. testamenti, die 1. Iunij 1552.* coram *Augustino*, relata per Caputaquen. *decis. 90. Infamia part. 2.* me citato Homobon. *de examine Ecclesiastico tract. 12. c. 3. quæst. 7. supp. 2.* & me etiam citato Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 86. n. 6.*

15 Et ideò qui virgis cæsus fuit præcedente iudicis sententia, aut ad triremes damnatus, in eis steterit, ad Ordines promoueri non valet, vt consuluit Nauar. *consil. 43. incip. Quæritur 1. n. 2. sub tit. de temporibus ordinand. in nouis*, & tenent Card. Tusch. *verb. infamia concl. 111. num. 5. cum sequentib.* Lezan. *in summ. quæst. Regul. cap. 16. num. 52.* Campan. *in diuers. Iuris Can. rub. 11. cap. 18. num. 16.* Molfes. *dict. tract. 6. c. 8. num. 14.* aduertens quòd damnatus ad pœnam fustigationis, & ex causa non verâ, vel non iusta fustigaretur, non esset infamis, per *l. ictus fustium ff. de iis qui notantur infamia.* Quamuis damnatum ad triremes non effici irregularem teneant Aloys. Riec. *p. 1. decis. 119.* Homobon. *in consult. casuum Conscient. vol. 1. part. 4. resp. 158.* Diana *part. 4. tract. 2. resol. 83.*

16 Omittendum tamen non est, quòd † dum prætenditur incursa isthæc infamia prætextu alicuius sententiæ, constare de illa oportet, nec sufficeret si testibus probaretur latam fuisse, Lanfranc. *in cap. quoniam, num. 72. de probation.* Vnde etiam ex eo quòd quis ductus ad furcas, vt suspenderetur, appareret, non diceretur probata infamia si sententia non producatur, iuxta dictam Rotæ decisionem relatam per Caputaq. *decis. 90. part. 2.*

17 Infamia facti est cum quis notatur de aliquo crimine apud bonos, & graues, seu cum opinio alicuius grauata est apud bonos, & graues super aliquo crimine, seu peccato, Felin. *in dict. cap. testimonium, num. 14.* Henriq. *dict. §. 3.* Viuald. *in appendice ad candelab. aureum cap. 20. num. 4.* Vgolio. *de irregul. cap. 60. num. 4.* Molfes. *in sum. tract. 6. cap. 8.* Homobon. *d. suppos. 2.* Nicol. Garcia *d. cap. 8. num. 12.* Campanil. *dict. rubric. 11. cap. 18. num. 5.* latè Sanch. *in opusculis moralib. lib. 6. cap. 3. dub. 4. per tot.* vbi quatuor conditiones requirit ad hoc vt sit infamia facti de aliquo delicto, *primam* quòd sit opinio communis; *secundam* vt ab illis pluribus voce manifestetur; *tertiam* vt infamia sit apud bonos, & graues viros; *quartam* vt oriatur ex suspicione probabili.

18 Inter hanc facti, & illam iuris dantur aliquæ differentiæ, quia illa scilicet infamia iuris, de iure benè potest occurrere, secundùm Felin. *in dict. cap. testimonium, num. 15.* & incurritur quamuis delictum, ex quo illa oritur, seu propter quod ipso facto irrogatur, sit occultum, Paul. de Castro *in dict. l. improbum fœnus num. 1.* quicquid dicant Couarr. *lib. 5. variar. cap. 3. num. 2.* & Henriq. *dict. §. 3.* & Auil. *de censur. part. 7. disp. 4. dub. 5. in princip.* quatenus ad infamiam etiam iuris requirunt, quod adsit fama publica, & quod delictum sit publicum. Quicquid etiam dicant infamiam non incurri quando delictum, propter quod ipsa eo ipso irrogatur, est occultum, nisi accedat sententia declaratoria, Bursat. *cons. 14. num. 18. cum sequentib. lib. 1.* Azor *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. 7. vers. sed verius,* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 26. num. 1.* & Farinac. *de hæresi. quæst. 188. num. 56.* Filliuc. *tract. 29. num. 209.* quia contra eos est verior opinio, quam sequitur Nicol. Garc. *dict. cap. 8. num. 9.* & post Greg. Lop. Filliuc. & alios sequitur etiam me citato *in hoc loco* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 86. num. 3.* Hæc verò scilicet facti, cum consistat in vitæ sordibus, & vilitate diuulgata, non potest esse occulta, vt post Felin. & Auilam resoluit idem Nicol. Garcia *dict. cap. 8. num. 14.*

Deinde alia est differentia, quia infamia iuris non 19
solùm impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis, *l. infamia, C. de decurion. lib. 10. l. iudices, C. de dignitatib. lib. 12.* Couarr. *pract. cap. 19. num. 5. concl. 5.* Nicol. Garc. *dict. cap. 8. num. 33.* Infamia verò facti licet repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen repellit ab obtentis, vt tenent Henriq. *dict. §. 3. in med.* Campanil. *dict. cap. 18. num. 5. in fine*, Nicol. Garc. *dict. cap. 8. num. 35. & 56.* vbi *num. 37.* asserit id procedere in dignitatibus, & honoribus citra titulus beneficiales, secus verò in beneficialibus, quia non est text. hoc dicens.

Vlteriùs infamia iuris per Principem aboleri po- 20
test, vt tenent Henriq. *dict. §. 5. propè finem.* Molfes. *dict. cap. 8. n. 32.* eleganter Sfort. Odd. *de in integ. restit. part. 2. quæst. 92.* vbi *art. 4.* tractat de Papa, vel collegio Cardinalium, & *art. 5.* de Episcopo, & *art. 6.* de Inquisitore contra hæreticam prauitatem, & *art. 8.* de Senatu Romano, & *art. 9.* de Marchione, Duce, & cæteris Dominis. Infamia verò facti ab eo remoueri non potest, quia opinio hominum de bonitate, vel de malitia alicuius, non potest ab aliquo etiam maximo, vel supremo Principe tolli, Principesque non potest facere, vt homines credant illum esse bonum, quem credunt & credere volunt esse malum, imò nonnisi à Deo infamia facti aboleri potest, vt firmat Roman. *singul. 460. incip. Dubitatio est magna,* quamuis Sfort. quem refert, & sequi videtur Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 6. num. 45. vers. in proposito.* dicat quòd Princeps restituit etiam ab infamia facti, si hoc ei placeat, & exprimat. † Est tamen ve- 21
rissimum illam auferri contrario facto, hoc est, quod sicut hominum oblocutione processit, ita contrario eorum dicto tollatur, ex Abb. *in cap. cùm te, num. 9. de sentent. & re iudic.* Campan. *dict. cap. 18. num. 5. propè fin.* & post Filliuc. Suar. Bonac. & metipsum *in hoc loco*, idem tenet nouissimè Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 7. num. 7.* adde nouissimè Sanch. *dict. cap. 5. dub. 5. num. vlt.*

Emendatus autem præsumitur qui crimen com- 22
misit occultè, & confessus est Sacerdoti, Mascard. *de probat. concl. 475. num.* imò vt ipse ait *concl. 600. n. 10.* ad probandum quem esse emendatum, non satis est, illum esse contritum, & confessum, sed exterior requiritur satisfactio, & *n. 12.* resoluit, quòd emendatio per absolutionẽ à crimine probari potest. † Cri- 23
minosus

minosus præsumitur purgatus, & emendatus, si
trium annorum interuallo ab improbè factis se ab-
stinuerit, & in rectis actionibus, & honestis sese
exercuerit, Mascard. *dict. concl.* 465. *num.* 10. Sic etiam
emendatus præsumitur, qui post peccatum operatur
24 bonum, idem Mascard. *dict. concl.* 600. *num.* 15. † Præ-
terquam in reatu periurij, cuius emendatio non de-
trahit infamiam ab eo prouenientem, vt probat tex.
in dict. cap. testimonium, Vin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4.
tit 10. *num.* 135. *vers. imò dic*, Mascard. *conclus.* 1168. *à*
num. 16. Rebuff. *de reprob. testium num.* 399.

25 Quæres quænam sint in vniuersum crimina, ex
quibus infamia iuris, vel facti contrahatur? Respon-
deo cum Azor *dict. part.* 2. *lib* 6. *cap.* 7. *quæst.* 3. *vers. in-*
famia, vbi per *cap. constituimus.* 3. *quæst.* 5. dicit quòd
repelluntur ab accusatione, & testimonio, quia in-
fames sunt, homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, ra-
ptores, adulteri, incesti, venefici, periuri, & qui raptũ
fecerunt, vel qui falsum testimonium dixerunt, seu
qui ad sortilegos diuinosque cõcurrunt. Hĩc *in d. cap.*
infames, sic dicitur, *Infames vocãtur omnes, qui Christia-*
næ legis normam, & statuta contemnunt, sepulchrorum
quoque violatores, & omnes, qui aduersus patres arman-
tur, & de bellis publicis fugientes & qui indigna sibi pe-
tunt loca tenere, aut facultates Ecclesiæ auferunt iniustè,
& qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant;
& qui contra innocentes Principum animum ad iracun-
diam prouocant, hoc est, delatores, & omnes anathemati-
zati, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia repulsi.

26 Item infames sunt malefici, venefici, militiæ de-
sertores, hæretici, fautores, defensoresq; hæreticorũ,
& eis credentes, ac fauentes, schismatici, blasphemi,
siue maledici, qui simoniam in beneficiis, vel Ordi-
nibus conferendis, vel recipiendis admittunt; duel-
lum offerentes, vel oblatum ab aliis admittentes:
qui calumniantur, aut accusant, cùm tamen crimen
factum esse non probent; quos omnes sic summatim
perstringit Azor. *dict quæst.* 3. *vers. denique.*

27 Item infamis est, qui duxit vxorem vilem, & ab-
iectam, vel meretricem, vel reiectam, & repudiatam,
vel ioculatricem, saltatricem, scenicam, ancillam,
concubinam, *cap si quis viduam. 6 quæst.* 1.

28 Denique habetur infamis, qui artem aliquam vi-
lem, abiectam, vel ignominiosam profitetur, & pu-
blice exercet, vel qui officio vili fungitur, quales
sunt mimi, lenones, scenici, carnifices, lictores, ma-
cellarij, tabernarij cauponarij, aurigæ, & alij his si-
miles. Item tutor, vel curator, qui pupillam sibi, vel
filio matrimonio iunxit. Clerici item, qui publicè
cum scorto rem habent, prout post omnes comme-
morat Azor. *loco proximè citato.*

29 Infames prædictos, tam iuris, quàm facti infamia
notatos, irregulares esse tenent plures Doctores,
quos refert, & sequitur Nicol. Garcia *d. cap.* 8. *n.* 44.
ac Ordines suscipere Ecclesiasticos vetitos esse pro-
bant text. *in d. cap. infames, cap final.* 51. *distinct. cap. ac-*
cusation, de simon. Viual. *dict. cap.* 10. *num.* 3. Nicol.
Garc. *dict cap.* 8. *num.* 5. Beller. *dict. tit. de discipl. cleric.*
§. 10. *à num.* 1. Campan. *dict. rub.* 11. *cap.* 18. *à n.* 1. Et in-
famiam ex delicto graui publicè resultantem indu-
cere irregularitatem interim dum persona sit emen-
data, tenent Bonacin. *d q.* 3 *punct.* 1. *n.* 5. Bassæ. *verb. ir-*
regularitas 10. *num.* 6. licèt alij, ex quorum numero
sunt Soar. & Toler. quos refert & sequitur Ioan.
Machado *d. docum.* 6 *num.* 8. existimauerint irregula-
ritatem non contrahi ex delicto graui vnde infamia
facti prouenit. Sanch. *dict. lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 5. *num* 14.
Marchin. *de sacramento Ordinis tract.* 1. *part.* 10. *cap.* 4.
Lotter *de re benef lib* 3 *q* 33. *n.* 62. *cum seqq.*

30 Circa tamen eorum dispensationes, quod est no-
stræ alleg. principale quæsitum, aduertendum quòd
in infamia iuris, & in irregularitate, quæ ex ipsa pro-
cedit, solus Papa dispensat; † in illa verò, quæ nasci- 31
tur ex infamia facti, qualis est, quæ nascitur ex cri-
mine aliquo notorio, Episcopus dispensare valet, vt
post Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 104. resoluit Fr. Lu-
dou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 8. *art.* 5. *con-*
clus. 1. Ioan. à Cruce *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 17.
concl. 2. Fr. Sigism. à Bononia *d. dub.* 87. *num.* 6. me cita-
to *in hoc loco* Alxedo *dict. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 63. Item in-
famia potest auferri per Episcopum dispensantem
super delicto, ad quod sua facultas extenditur (vt
quod non est grauius adulterio) directè enim dispen-
sando in delicto, indirectè etiam, & accessoriè debet
infamiam inde consurgentem abolere. Ita Villadieg.
de irregul. quæst. 1. *vers. item est irregularis*, Nau. *in man.*
c. 27. *num.* 104. Vgolin. *d. cap.* 60. § 5. *num.* 3. Auila *de*
censur. part. 5. *disp.* 4. *dub* 6. Bonacina *eod tract disp.* 7.
q. 5. *punct.* 1. *num.* 6. *vers. tertio* Henriq. *dict. cap* 5. § 3. *in*
fine, vbi etiam tenet quòd superueniente hac iuris
infamia dispensat Episcopus, vt retineat vsum Or-
dinum, & beneficia, non autem vt de nouo obtineat,
nouissimè Ioan. Machado *d. docum* 6. *num* 8. ita ait:
Pero si la infamia es de derecho dudan los Dotores se po-
dra dispensar en ella el Obispo. Algunos como Filiucio y
Layman lo niegan, pero otros como Bonacina, Henriquez,
Reginaldo, y Bosseo lo affirman fundados en que puede di-
spensar en el adulterio y otros delitos menores que el, por-
que dispensado directamente en el delito, es justo aver di-
spensado directamente en la infamia que del resulta, &c.
Sanch. *dict. cap.* 3. *dub.* 5. *num.* 16. *& num.* 26. vbi dicit
posse Episcopum aliquando tollere infamiam non
directè, sed indirectè, in quantum scilicet potest di-
spensare in aliquibus criminibus, ad quæ consequi-
tur infamia, vt criminosus talis promoueatur, & ex
consequenti, & indirectè aufert infamiam talia de-
licta consequentem; subditque crimina, in quibus
potest Episcopus dispensare, esse adulterium & eo
minora. Aduertas quæso quòd si Episcopus infa-
mem & turpem personam ordinauerit in clericum,
videtur cum eo dispensare circa infamiam in casu,
quo cum illo dispensari posse supra meminimus,
quia aliter non potuisset esse clericus, Abb. *in c. fra-*
ternitatis col. 2. *de schismat.* vbi quòd Papa communi-
cando, vel conferendo aliquid excommunicatis, &
infamibus, videtur circa impedimenta dispensare,
Maiol. *de irregular. cap.* 51. *num.* 8. Suar. *de censur. disput.*
41. *sect.* 3. *num.* 4. Oldrad. *cons.* 329 *num.* 4. ibi. *Preterea*
video in Episcopo quod si aliquid conferat alicui, vel pro-
mouit eum, qui de Iure communi promoueri non potest, nec
illud sibi potest conferri, quod in casibus, in quibus potest,
dispensare intelligitur, vt est casus, & glos in c. Ioannes 51.
dist. & quòd ipso facto dispensetur, probatur in c. veniens,
de filiis presbyt & in cap. litteras, de restit. spoliat. in ter-
minis Tiber. Decian. *rep.* 31. *num.* 8. *tom.* 4. & faciunt
dicta *infr. alleg.* 45. *in fine.*

ALLEGATIÓ XLIV.

Episcopus an possit ad Ordines dispensare cum sodomitis, de nefario crimine conuictis?

SVMMARIVM.

Chriſtus Redemptor Noſter, ex Virgine Maria natus eſt, & cum illis Virgilius Poëta celebrariſſimus.

3 *Caluinus hæreticus, Ariſtoteles, & alij Philoſophi, excepto Platone, ſodomitæ fuerunt.*
4 *Vitium hoc quare contra naturam dicatur?*
5 *Peccatum ſodomiæ eſt grauiſſimum, turpiſſimum, abominabile, & perexoſum.*
6 *Sodomitæ Igne comburuntur.*
7 *Bona eorum confiſcantur.*
8 *Infames fiunt.*
9 *Teſtandi facultatem amittunt, etiamſi non eſſent condemnati, vel poſt mortem.*
10 *Puniuntur, etiamſi non conſtet de corpore delicti.*
11 *Accuſari à quocunque poſſunt.*
12 *Ætas tenera delinquentis non excuſat à pœna criminis ſodomiæ.*
13 *Minor ſodomita arbitrio iudicis puniendus.*
14 *Credendum non eſt aſſerenti aliquem ſecum voluiſſe committere hoc crimen.*
15 *Minoris dictum atteſtantis ſe de hoc crimine attentatum, non facit indicium contra attentatorem, niſi concurrentibus aliis adminiculis.*
16 *Puero affirmanti ſe eſſe ſodomitatum in nullo creditur.*
17 *Meretrici affirmanti ſe eſſe ſodomitatam, vel de hoc crimine attentatam, non creditur.*
18 *Vxori atteſtanti ſe à viro ſodomitatam non creditur.*
19 *Teſtis abſque citatione partis in hoc crimine recipi poteſt.*
20 *Teſtibus ſingularibus deponentibus ex actibus ſingularibus cum aliis adminiculis proceditur in Hiſpania contra ſodomitas ad pœnam ordinariam.*
21 *Clerici hoc nefandum crimen committentes, quas pœnas incurrant?*
22 *Pœna contra clericos hoc crimen committentes à Pio V. inflicta non comprehendunt exercentes vitium beſtialitatis.*
23 *Comprehendunt non ſolum clericos maſculorum concubitores, ſed etiam illos, qui muliere retro abutuntur.*
24 *Comprehendunt peccatum hoc in ſua ſpecie conſummentes, non vero pollutionem extraordinariam, ſeu extra vas exercentes.*
25 *Comprehendunt etiam illud ex vſu continuato committentes.*
26 *Comprehendunt notorium tantùm, non vero occultum exercentem.*
27 *Clericus propter huius criminis atrocitatem quamdiu illud occultum eſt, nullam incurrit ſuſpenſionem, aut irregularitatem.*
28 *Ordinari poteſt ſodomita, & beneficium acquirere ſi occultum ſit crimen, & nondum fuerit deductum in iudicium.*
29 *Beneficiis licet ipſo iure priuentur vitium hoc committentes per dictam Bullam Pij V. tamen ea retinere poſſunt quouſque ſententia declaratoria condemnentur.*
30 *Epiſcopi cum conuictis de crimine nefando, & iudicio condemnatis, nullo modo poſſunt diſpenſare.*
31 *Confeſſarij quomodo procurare debeant, vt tam abominabile vitium omninò extirpetur?*



1 SOdomiæ crimen vitij nefandi nomen
ſortitum eſt, eo quòd nec fari quidem
de eo liceat, in tantum quòd diabolus
fugit quando illud committitur, vt
aſſerit Afflict. *Conſtit. Neapol. lib. 3. rub.*
41. *num.* 11. & memorabile eſt quod ſcribit D. Hie-
2 ronym. *ſuper Iſaiam. & Iob.* quod † in illa nocte, in
qua Chriſtus Redemptor noſter ex Virgine Maria
natus eſt, omnes ſodomitæ mortui fuerunt, & cum
illis Virgilius celebratiſſimus Poëta, qui, vt fertur,
illo morbo laborabat, tradunt ex Bern. Bonacoſ. &
aliis Ceuall. *communium contra communes quæſt.* 248.
num. 10. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 89. *in princip.*
nouiſſ. edit. Mat. Alter. *de cenſuris tit.* 2. *diſput.* 15. *cap.* 3.
verſ. tertio, & nouiſſimè Emman. do Valle de Moura
de incantat. & enſalmis ſection. 3. *cap.* 4. *num.* 13. vbi
n. 76. dicit quòd † Caluinus, Ariſtoteles, & alij Phi- 3
loſophi totius naturalis, & moralis præcipui in gen-
tilitate magiſtri, ſodomitæ fuerunt, excepto Plato-
ne, qui amore veritatis contemplandæ, abſtinuit ab
omni delectatione venerea. Sed illud dictum de
Virgilio meritò improbat Lotter. *de re benef. lib.* 3.
quæſt. 31. *num.* 65.

Et per antonomaſiam dicitur hoc crimen con- 4
tra naturam, quia non ſolum eſt contra naturam
hominum, ſed etiam contra genericam, vt dicit Ote-
ro *in interpret. cap. fin. de conſuet. n.* 18.

Turpiſſimum, grauiſſimum, abominabile, & pere- 5
xoſum eſt huiuſmodi peccatum, vt patet tum ex D.
Paulo *ad Roman.* 1. tum ex grauiſſimis pœnis à Iure
Ciuili inductis *in l. cùm vir, C. de adulter.* vbi horribi-
liter, verbis tamen elegantibus, Imperator loquitur,
& *in auth. vt non luxurientur homines, collat.* 6. licèt
enim ille tex. *in d. l. cùm vir*, videatur imponere pœ-
nam gladij, id eſt, amputationis capitis, tamen de
conſuetudine eſt quòd † ſodomitæ igne comburan- 6
tur, prout tenet Gomez *l.* 80. *Tauri n.* 32. *ad fin.* Clar.
§. ſodomia num. 2. Menoch. *de arbitr. caſu* 286. *à num.* 2.
Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 148. *num.* 1. & 4. Azor. *inſti-
tut. moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 19. *in princ.* Matta *de Iuriſd.*
part. 2. *cap.* 2. *à num.* 15. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccle-
ſiaſt. reſolut.* 302. *num.* 1. Emman. do Valle *dict. ſect.* 3.
cap. 1. *num.* 18. Salzed. *dict. cap.* 80. *addit.* 1. *verſ. fuit ſem-
per*, & diſponit Ordinat. Regia Luſit. *lib.* 5. *tit.* 13. *in
princip.* ibi, *ſeia queimado*, & apud Hiſpanos *l.* 1. *tit.* 21.
lib. 8. *noua recop.*

Eorum bona omnia confiſcantur, Gom. *dict. l.* 80. 7
Tauri num. 32. *in fine.* Menoch. *dict. caſu* 286. *num.* 9.
Pereg. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 169. Farin. *d. quæſt.* 148.
num. 12. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra
lib.* 2. *tit.* 21. *l. vnica num.* 31. vbi cum Salzedo intelli-
git de bonis, quæ tempore commiſſi criminis habe-
bat, & non de poſt acquiſitis. † Fiunt etiam infames, 8
Donell. *comment. Iuris Ciuilis lib.* 18. *cap.* 7. *col.* 1. Fari-
nac. *dict. quæſt.* 148. *num.* 11. Cardoſ. *in praxi iudicum,
verb. ſodomia num.* 8. ſicut & ſodomitati, Aloyſ. Ricc.
in deciſ. part. 1. *deciſ.* 133. *num. vlt.* † Et amittunt no- 9
bilitatem *dict. l.* 1. ibi, *per el qual nobleza ſe pierde*, Auē-
dano *reſp.* 39. *num.* 9. Otalora *de nobilit. part.* 5. *cap. vlt.*
num. 4. Azeued. *dict. l.* 1. *num.* 17. Thom. Valaſc. *tom.* 1.
alleg. 13. *num.* 21. necnon teſtandi facultatem, Dec.
in l. 1. *num.* 8. *C. de ſecundis nupt.* Conat. *in Clem. ſi furio-
ſus part.* 1. *§.* 1. *num.* 6. *colum.* 4. Guillelm. *in cap. Raynu-
tius, verb. mortuo num.* 139. Menoch. *de arbitrar. caſu*
286. *num.* 10. & *caſu* 360. *num.* 59. & 60. Auen. *ad l.* 4.
Tauri gloſſ. 7. *num.* 16. Farinac. *dict. quæſt.* 148. *num.* 16.
Armendar. *vbi proximè num.* 32. Et procedere etiamſi
non eſſet condemnatus, dicit Franciſc. Marc. *Del-
phin. deciſ.* 892. quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. de-
ciſ. part.* 1. *collect.* 184. *in fine*, & licet mortuus fuiſſet, ex
Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 44. reſoluit
Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 22. *num.* 4.
non enim præſcribitur hoc crimen, ex traditis per
Hippol. *in l. qui falſam §.* 1. *num.* 4. & 5. *ff. ad leg. Corn.
de falſis*, Greg. Lop. *in l.* 4. *verb. faſta trenta annos tit.*
17. *part.* 7. Thom. Valaſc. *alleg.* 13. *num.* 24.

Sodomita punitur etiamſi non conſtet de corpo- 10
re

re delicti, Plot. conf. 132. num. 22. volum. 1. inter conf. criminalia, Baiard. ad Clar. § sodomia num. 15. quos re-
11 fert, & sequitur Armendar. vbi supra n. 29. † & quilibet admittitur ad accusandum l. 2. tit. 21. part. 7. vbi Greg Lop.

12 Nec tenera ætas delinquentis excusat à pœna criminis sodomiæ, Baiard. ad Clar. §. sodomia num. 13. Lazar. in tract. de blasphemia quæst. 9. num. 41. Homobon. de casib. reseru. part. 1. cap. 3. Floron. in simili tract.
13 part. 1. cap. 3. num. 3. † Senatus tamen Pedem. solet tam agentes, quàm patientes, quando excedunt 20. annos, ad mortem damnare, teste Thesau. filio in addit. ad decis. 161. quem refert Aloys. Ricc. part. 5. collect. 1877. & addunt Graff tom. 1. conf. lib. 5. tit. de adulter. conf. 3. num. 13. Belloch. de casibus reseru. part. 2. quæst. 1. n. 203. Diana moral. resol. part. 1. tract. 15. resol. 1. puerum ante 14. annum completum etiam hoc crimen exercentem non labi in pœnas contra tales comminatas, neque in casos reseruationem. Iudicia enim arbitrio minor est puniendus, Menoch. de arbitr. casu 286. numer. 19. Farinac. in praxi crimin. quæst. 91. num. 83. cum sequentib. & quæst. 148. num. 76. & conf. 33. num. 15. Hortens. Caualcan. de brachio Regio part. 4. num. 79. lit. E, Caualcan. lib. 3. decis. 13. Be-
14 ne verum est † non esse credendum ei, qui affirmet aliquem secum voluisse committere hoc crimen, Aym. conf. 41. Baiard. vbi suprà num. 15. Armend. vbi supra num. 28. vbi etiam dicit non esse dandam fidem famæ concordanti cum dispositione talis, quia noluit habere originem ab eo affirmante.

15 Nec dictum minoris attestantis se de hoc crimine attentatum fuisse, facit indicium contra attentatorem, nisi concurrentibus aliis indiciis, & coniectoris, Triuis. Veneta decis. 14. part. 2. Marta Pisana decis. 138. Gaspar Thesaur. Taurin. decis. 15. Viui. decis. 157. Marc. Anton. Genuens. in pract. Archiepisc. cap. 67. num. 2.

16 Nec etiam creditur in aliquo puero affirmanti se esse sodomitatum, Grammat. decis. 40. num 14. Baiard. vbi suprà num. 3. Caualcan. conf. 109.

17 Nec meretrici tale quid dicenti, Dec. conf 83. per totum. quem refert Armendar. vbi suprà n. 28. in fine.

18 Nec denique vxori dicenti se à viro sodomitatã, Hortens. Caualcan. de brachio Regio part. 1. num. 282. vers. in summa, & hinc solus conquestus mulieris de vitio nefando, non est sufficiens ad separationem thori, vt per Aloys. Ricc. in decis. part. 1. decis. 71.

19 In probatione huius criminis testis recipi potest absque citatione partis, Suar. de Pace in praxi tom 2. temp. 8. num. 55. fol mihi 64. Salzed. ad Bernard cap. 88. aliàs 89. incip. Nefandi criminis, vers. & in sodomia, de auditu non probat, Cassan. in consuetudin. Burgund. rub. 1. tit. des iustices num. 56. fol. 66. Hippol. conf. 28.
20 num. 4. & 5. † Ex pragmatica anni 1598. edita Matriti testibus singularibus deponentibus ex actibus singularibus cum aliis probationibus, vel adminiculis proceditur in Hispania contra sodomitas ad condemnationem pœnæ ordinariæ, refert Ignat. de Villar in sylu. responsor. resp. 9. num. 40. Et nobilis torturæ, & quæstioni subditur, ex l. 1. tit. 21. lib. 8. noua Recop. in qua quidem lege in crimine sodomiæ eundem processum, & stylum seruandum esse statuitur etiam quoad torturam, quod seruatur in crimine læsæ maiestatis, Greg. Lop. l. 2. verb. cauallero tit. 30. part. 7. Otalora de nobilit. part. 5. cap fin. num. 4. Gutier. pract. lib. 4 q. 15. num. 18. vbi dicit hanc sententiam procul dubio in Hispaniarum Regnis communiter practicari, etiam contra nobilissimos, & illustres titulatos, refert Alphons. Narbona ad l. 61. glos. 1. n. 16. tit. 4. lib. 2. noua Recop pag. 518.

Vtrùm coitus sodomiticus inter masculos in primo & secundo gradu, habeat malitiam incestus, & sit in Confessione aperiendus? Vide Dianam dict. part. 3. tract. 4 resol. 101.

Clerici de Iure communi tam dirum nefas exercentes à Clero sunt eiiciendi, vel ad agendam pœnitentiam in Monasteriis detrudendi, cap Clerici, de excess. Prælat. Bernard. & Salzed. in pract. cap. 88. Clar. §. sodomia, num 5. Armendar. vbi suprà num. 29. nouissimè Marchin. de sacram. Ordinis, tract. 1. part. 8. cap. 4. num. 19. Marta de iurisd. part. 2. cap. 15. num. 4. Rigidiùs tamen contra eos procedendum iussit Pius V. in Constit. 20. incip. Horrendum, his verbis. Omnes, & quoscumque Presbyteros, & alios Clericos sæculares, & Regulares cuiuscumque gradus, & dignitatis tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentis Canonis auctoritate priuamus, &c. 21

Dirum nefas. Non comprehendit exercentes vitium bestialitatis, saltem quoad pœnas ipso iure impositas; nam licet sit crimen grauissimum, & contra naturam, & grauius sodomia, non est sodomia, sed species distincta à sodomia. Ita Nicol. Garc. de benefic. part. 11. cap. 10. num. 204. Contra Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 208. num. 1. Prosp. de Augost. in addit. ad summam Bullary, verb. sodomia, ampl. 2. Farinac. d. quæst. 148. num. 4. hinc inferentes reseruata sodomia, nulla facta bestialitatis mentione, censeri reseruatam bestialitatem, Aloys Ricc. tom. 3. resol. 59. Homobon de examine ecclesiast. part. 2. tract. 11. cap. 12. num. 26. Belluch. in tract. de casib. reseru. p. 2. q. 2. num. 26. Sed contrarium verius est secundùm Bonacin. de matrim. q. 4. punct. 12. num. 3. Diana d. tract. 17. resol. 66. Nouar. nouissimè in lucerna Regularium, verb. Sodomia, num. 7. pag. 137. 22

Comprehendit tamen hæc Constit. non solùm Clericos masculorum concubitores, sed etiam illos, qui muliere retro abutuntur, Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 152. in 1. edit. & resolut. 302. n. 2. in 2. edit & in collect. decis. p. 5. collect. 1877. dub. 1. Farin. d. quæst. 148. sub num. 36. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 22. num. 13. & 17. Prosper de Augustino d. verb. sodomia, in princ. Anton. Gom. l. 80. Tauri, num. 32. Farinac. in praxi crimin q. 148. num 36. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 12. num. 23. Lezana in sum. quæst. Regul. cap. 5. num. 11. Nicol. Garc. d. cap. 10. num. 207. Menoch. casu 286. num. 5. Nauar. d. verb. sodomia, num. 9. & 10. 23

Aduerte semper ad incurrendas pœnas in d. Bulla constitutas necessarium esse, vt peccatum sit in sua specie consummatum, non enim sufficit quælibet pollutio, vel immunditia cum aliquo, nisi intercedat coitus intra vas ordinarium illius delicti, in quo delictum consummatur. Ita Vgolin. de irregul cap. 43. Suar. tom. 5. disp. 31 sect. 4. num. 21. & alij, quos refert, & sequitur Bonacina de magno sacramento Matrimonij quæst. 4. puncto 11. num. 2 vers. aduertendum est secundò, quibus adde Mar. Alter. dict. cap. 4. vers. tertiò notandum, Chapeau. de cas. reseru casu 15. q. 3. part. 2. Coriol eod. tract. p. 2. casu 9 n 25. in fine, Finel in simili tract. casu 9. num. 6. Aloys. Ricc. d resolut. 302. limit. 1. Nicol. Garc. d. cap. 10. num. 203. vbi resoluit dictam Constitutionem non comprehendere exercentes pollutionem extraordinariam, seu extra vas, sed solum exercantes copulam sodomiticam, quæ tunc locum dumtaxat sibi vendicat, quoties semen emittitur intra vas, de quo etiam Læl. Zech. in resp. casuum consc. casu 1 tit. de irregul. §. de irregularitate prouen. ex delicti qualitate, Fr. Emman. tom. 1. regul. quæst. 30. art. 18. Campan. d. c. 22. num 14. me citato in hoc loco 24

nouissimè Marchin. *de sacramento Ordinis*, *tract.* 1. *part* 8.*cap*.4.*num*.24.Diana *moral.resol.part*.1 *tract*.17. aliàs *tract.miscel.resol*.13. Quidquid teneat Lezana *in sum. quæst. Regul.c*.5.*n*.11. Vnde ad incurrendum casum reseruatum sodomiæ necessarium esse vt semen intra vas effundatur, resoluunt Bonacin. *de matrim. quæst*.4.*puncto* 11. *num*.2. Finell. *de casib. reser. casu* 9. *num*.6. Chapeauil.*eod.tract.cap*.25.*quæst*.2. & Homobon.*part*.2.*cap*.4.*sect*.2.

25 *Exercentes.* Verbum hoc iteratas requirit vices, ac frequentiam, factumque ex vsu quasi continuato, prout etiam in terminis, de quibus agimus, probat Imper.*in* §. *item lex Iulia*, *Instit. de pub. iudic.* ibi.*Item lex Iulia de adulteriis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed & eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent*; vbi omnes verbum illud, *exercere*,intelligunt frequenti vsu, & quasi ex consuetudine. Clerici igitur prædictas pœnas non incurrent si solum bis, vel ter hoc detestabile crimen commiserint, nisi illud ex vsu continuato exerceant.Ita Nauar. *in man.cap*.17.*num*. 249. *vers.tertiò dico*,Mariol.*lib*.5.*cap*.4.*num*.3.Fr.Emman. *in summ. part*.1. *cap*. 109. & *quæst. regul. tom*.1. *quæst*.30. *art*.19. Sayr.*de censuris lib*.7. *cap*.12. *num*.23. Auila *eodem tract. part*.3. *disp* 4. *dub*.7. Henriquez *in sum. lib*.13.*cap*.36.*in comment.lit.N*, & *lib*.14. *cap*.5. *in comment. litt. F*, Marc. Anton.Genuens.*in praxi Archiepisc.cap*.67. Mar. Alter. *d. cap*.3.*vers. sed dubitari*, Aloys. Ricc. *d. resolut*. 302. *limit*.2. Franc.Leo *in thesauro fori Eccles.part*.3.*cap*.4.*num*.30.Petr.de Ledesm. *in summ. part*. 2. *tract*. 27. *cap*. 15. *conclus*. 4. Lezan. *dict. cap*. 5. *num*.11. & nouissimè Marchin. *tractat. de sacrament. Ordinis tract*.1. *part*.8.*cap*.4. *num*.23. me citato *in hoc loco* Lotter. *dict. lib*.3. *quæst*. 31. *num*.66. Maria *de Iurisdict. part*. 2. *cap*. 16.Nicol. Garcia *dict. cap*.10 *num* 195. Campan. *dict.cap*.22.*num*.11. Bonacina *de magno Matrimonij sacramento quæst*.4. *puncto* 11.*num* 2. *versic. aduertendum est primò*, Suar.*tom*.5. *disput* 31 *sect* 4. *num*.25. Emman. do Valle *de incant. & ensalm sect*.3. *cap*.1. *num*.21. Azor. *instit. moral. part*.3. *lib* 3. *cap*.19 *quæst*.2.Belloch.*de casibus reseruat. part*.1. *quæst*.1. *num*. 117. Homobon. *in simili tract. part*.2. *cap*.4. *sect*. 5. *cas*. 5. Diana *d.tract*.17.*resolut*. 65. me citato *in hoc loco* nouissimè Nouar. *in lucerna Regular. verb. Sodomia à num*.4.*pag*.238. Quamuis contrarium teneant Salzed. & Ioan. de Vella, quos sequitur Ceuall. *quæst*.228. *num*.4. & nouissimè Cherubin. *super dictam Bullam Pij V. schol*.2. Addere *de relig.discipl.lib*.1.*cap*.15.§.5 *num*.28.

Etiam patientem labi in pœnas contra Sodomitas & in casum reseruatum, tenent Bonacin. *de matrim part*.4 *punct*. 11 *num*.1.Aloys.Ricc.*in prax.tom*.3. *resolut*.57. *num*.7. Coriolan. *de casib.reseruat.part*.2.*casu* 9. *versic. veritur*, Finell. *eod. tract. casu* 9. *num*.5. Floron. *in simili tract. part*.2. *casu* 7. §. 1. *num*.6.quicquid dicat cum aliis Diana *d.tract*.17.*resolut*.64.

26 Non omnem exercentem obligat, & deuincit, sed notorium tantùm, minimè verò occultum,Vgolin. *de irreg. cap*.43. §.2.*num*.4. Graffiis *in decis. aureis lib*.2.*cap*.90.*sub num*.13. Lotter. *dict. quæst*.31.*num*.67. Henriquez *lib*.13.*cap*.36. *in fine*, & *lib*. 14. *cap*.5, *n*.1. Campan. *d.cap*.22.*num*.12.Auila *de censur. part*.7.*disput*.4 *dub*.7.*conclus*.7. Floron. *de casibus resera. part*.2. *casu* 7. §.1. *num* 7. Finell. *in simili tractat. casu* 9.*a*.6. me citato Diana *dict. part*.2. *tractat*.17. aliàs 3.*miscel. resolut*.69. notorium scilicet in foro exteriori, non autem interiori, vt resoluunt Graffiis *dict. cap*. 90. *num*. 14. Belloch. *de casibus reseruat. part*.2. *quæst*.1. *num*.221. Auila *part*.7.*disput*.4.*in vltimis verbis*, Campan. *dict.cap*. 22. *num*.13. & sic dictam Constitut. & pœnas in ea contentas fuisse receptam solùm quantum ad forum externum, at non esse in vsu quantum ad forum interius, optimo iure tenent Diana *dict. tract*.17. *resolut*.61. & Sanctarel.*de apostas. cap*.4. *dub*. 11. *concl*.9.*num*.14.

Clericus igitur propter huius criminis atrocitatem nullam incurrit suspensionem, vel irregularitatem, quamdiu delictum est occultum, Nauar. *in manual. cap*.27. *num*. 249. Fr. Emman. *in summa part*.2. *cap*.210.*num*.1. Lazar. *de sodomia num*.3. Aldrete *dict.cap*.15. *num*.34. Henriquez *lib*. 14. *cap*.5. §.1. Bonacina *dict. punct*. 11. *num*.3. & *de matrim. quæst*. 4. *punct*. 11. *num*.1. Valent. *tom* 4. *disput*. 7. *quæst*.19. *punct*.3. *num*.5. Vgolin. *de irregular. cap*. 43. §.3. *num*.4. Azor. *instit. moral. part*. 3. *lib*. 3. *cap*. 19. *quæst*. 6. & 7. Sanctarel. *in tract. de apostasia cap*. 14. *dub*.11. *conclus*.9. & 10. Diana *dict. tract*. 17. *resolut*. 69. Marchin. *dict. part*.8. *cap*.4. *num*. 31. nouissimè Nouar. *dict. verb. sodomia num*. 6. Campan.*dict.c*.22. *num*.9. Quamuis clericos nefandum hoc scelus perpetrantes suspensionem de Iure contrahere ab Ordinum executione, & sic in eis ministrare, vel celebrare auderent, irregulares fieri à solo Papa dispensandos, etiamsi occultum fuerit commissum asserant Couar. *in Clement. si furiosus part*.1.§.1.*numer*.6. Feder. *in praxi crimin.Canon. part*.6.*cap*.37. *num*. 11. Canalcan. *Fanz. decis*.13. *incip. In hoc processu*, *sub num*.15 *part*.5. Clar.§.*sodomia num*.5.Francisc.Marc. *Delphin. decis*.687.*Incip. Quæritur*, *num*.16.*p*.2.Mar. Alt.*dict.cap*.3.*à princ.* contra eos enim est verior opinio, quam etiam post Vgolin. Valent.Toler. Petr. Ledesm.Auil.& alios,quos refert, & sequitur tenet Nicol.Garcia *dict.c*.10.*num*.195. 27

28 Hinc fit non videri sodomitam prohibitum Ordinibus insigniri, aut beneficia acquirere, si occultum fit crimen, & nondum fuerit res deducta in iudicium, Achill.de Graffis *decis.vnic.n*.3.*sub tit.de pœnis*, Campan. *dict. cap*.22.*num*.19. Si verò notorium sit,& per consequens infamis infamia iuris ad Ordines non poterit promoueri, & inualida est collatio beneficij illi facta,iuxta resoluta per Bonacinam *de censur.disp*.7.*part*.3.*puncto* 1.*à num*.19.& quæ dixi suprà *allegat.præced.* Hinc decisum refert Aloys.Ricc.*in decis.part*.1.*decis*.60 quòd adolescens muliebria passus & ob id ignitis laridi guttis cruciatus est irregularis,& *ead part*.1.*decis*. 133. dicit resolutum clericum sodomitarum esse incapacem collationis beneficij, ac proinde in casu illius decisionis fuisse à quodam beneficio iurispatronatus exclusum.Intellige post sententiam Iudicis declaratoriam,vt multis probat Diana *d.p*.2.*tract*.17.*resol* 67.

Et beneficio, &c. Verba hæc important priuationem beneficiorum ipso iure, itavt ante sententiam illa valeant impetrari, retineri tamen possunt quousque sententia declaratoria intercedat,prout resoluunt Lap.*allegat*.16. *incip. Au valeat*,& ibi Mandos. *addit*.1. & Bonacin *de magno Matrimonij sacramento, quæst*.2.*puncto* 11.*num*.1.*in fine*, Rota *decisc*.728. *part*. 3. *lib*.3. *diuers.* Quaranta *in sum. Bullary verb. Sodomia ad finem*, Laert.Cherubin. *ad dict.Constit. Pij V. scholio* 1. optimè Campanil. *dict. cap*. 21. *num*. 10. vbi etiam asserit, quòd tunc non est necessaria possessoris citatio, nisi cum peteretur immissio in possessionem. Interim tamen non tenetur in foro Conscientiæ cedere beneficio, officio, & dignitati, aut restituere fructus ante iudicis sententiam.Ita Bonacina *dicto puncto* 11. *num*. 2. *versic. Aduertendum est tertiò.* Qui enim commisit crimen, seu delictum, propter quod incurrit pœnam priuationis beneficij ipso iure, non admittit statim titulum, ita vt teneatur 29

tur in Cooſcientia illud dimittere ante declatatoriam iudicis ſententiam. Ita Sahaguo *in cap. fin. de ſequeſtr. poſſeſſionis num.79. cum ſequentibus*, Morla *in emporio Iuris part.1 tit.1. quaſt.9. num.42.* poſt Gutier. Heotiquez, Fr. Emmao. Molina, Azot. Suar. Pert. de Ledeſm. Gabriel. Vaſquea Leſſ. & alios Nicol. Garcia *dict. cap.* 10. *numer.* 8. & ibi citatis addo Vgolin. *de irregul. cap.*43. §. 2. *num.*4. Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 12. *num.* 10. Homobon. *de exam. Eccleſ. part.*2. *tract.*21. *cap.*12. *quaſ.* 26. Diana *dict. tract.* 17. *reſolut.* 67. Marchin. *dict. cap.*4. *num.*32.

30 Epiſcopi cum conoictis de crimine nefando, & iuridicè condemnatis nullo modo poſſunt diſpeoſate, neque eos promouere ad Ordines, aut poſt promotionem, vt in illis poſſint miniſtrare, cùm infamati iuridicè de crimine enormi ipſo iure ſint irregulates, vt bene probat Nanar. *in ſuo manuali cap.*24. *num.*248. In qua irregularitate ſolus ſummus Pontifex poteſt diſpenſare, non autem alius Prælatos, vt reſoluit Ludou. Miranda *in man. Pralat. tom.*2. *quaſt.*8. *concl.*1. vbi etiam aſſerit neque Religionum Prælaros faculratem diſpenſaodi habere cum huiuſmodi conuicto de crimine nefando; nam propter enormitatem delicti, ac propter illius infamiam, & etiam propter ſcandalum, quod exinde aliis oriri, & geoerari poterat, videndo ipſum celebrare, eiuſmodi irregularitas cenſetur Papæ teſeruata, vt citato *in hoc loco* Alzed. *de pracellent. Epiſcopor. dign. part.* 2. *c.*6. *num.*67.

31 Nota quòd in Regno Portugaliæ ea priuilegio Regis, & Conſtitutione Pij IV. & Gregorij XIII. Inquiſitores habent cognitionem nefandi crimiois, vt atteſtantur Emman. Moura *de incantat. & enſalmis opuſcul.* 1 *ſect.*3. *cap.*1. *num.*16. Souſa *in aphor. Inquiſit. lib.*1. *cap.*59. *num.*10. Quod etiam ſeruarur in Regno Aragoniæ, Valentiæ, & Barcioone ex Bulla Clementis VII. vt referunt Salaed. *ad Bernard. in pract. cap.*86. Narbona *l.*20. *gloſ.*8. *numer.* 3. *tit.* 1. *lib.*4. *noua Recop.* Caſtrus Palaus *in ſum. tom.* 1. *tract* 4. *diſput.*8. *puncto* 12. *num.*11. Et aduertit Freiras *in addit. ad tract. de Confeſſ. ſolicit. quaſt.* 24. *num.*136. non poſſe Inquiſitores relaxate ſodomitas Curiæ ſeculari, niſi ſint incorrigibiles.

32 Cùm itaque ſui natora peccatum hoc ſit grauiſſimum, cumque frequentia creſcat, attentius procurare debent Confeſſarij, vt tam abominabile facinus omnino extirpetur, ac protſus à fidelium etiam mentibus etadicetur, & radicitos euellatur, idque tunc præſertim aſſequentur, ſi tum iſtud, tum aliod quodpiam peccarum carnis committentibus iofligant ieiunia, diſciplinas, frequenteſque Confeſſiones, quin eius enormitatem exaggerent, vtentes verbis illis, qoibus & D. Auguſtinus vritur in ſermone de vitio ſodomitico, quod ſcilicet à tanta immuoditia Angeli fugiunt, ac dæmones etiam ocolos claudunt. Superiores igitur maximè cauere, & inuigilare debent, hoc impium ſcelus puniendo, ne malum hoc tanquam peſtis latenter ſerpat, & vires acquirat; opportunè ideo occurrendum huic morbo eſt, ne latè diſſeminatus multos funeſta contagione turpiter inficiat, & Dei iuſtiſſimam itam prooocet.

ALLEGATIO XLV.

Epiſcopus cum illegitimis ad Ordines, & beneficia quando poßit diſpenſare?

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſationes ſunt ſtricti iuris, & odioſa.*
2 *Argumentum de maiori ad minus in diſpenſationibus non valet.*
3 *Diſpenſatio conceſſa aduerſus vnum impedimentum, vel defectum, non porrigit ſuum effectum ad alium.*
4 *Diſpenſatus ad Ordines intelligitur duntaxat diſpenſatus ad minores.*
5 *Diſpenſatus, vt promoueri poſſit ad Ordines Sacros, multo magis cenſetur diſpenſatus, vt poſſit promoueri ad Ordines minores.*
6 *Diſpenſatio facta ad Ordines non extenditur ad beneficia, etiam ſimplicia.*
7 *Diſpenſatus ſimpliciter ad beneficium, ad alium quàm ad ſimplex non dicetur habilitatus.*
8 *Diſpenſationem obtinens ad aliquod beneficium ſimplex, ſi ad illud praſentetur, dicetur habilitatus ad catera ſimplicia.*
9 *Diſpenſatus ad Sacerdotium non manet habilis ad beneficium Curatum.*
10 *Diſpenſatus ad Curata, multo magis cenſetur diſpenſatus ad Canonicatus Cathedralium.*
11 *Diſpenſatus ad beneficium Curatum non cenſetur diſpenſatus ad obtinendam Dignitatem, etiamſi exuberans eſſet diſpenſatio.*
12 *Dignitates non comprehenduntur niſi apertis verbis illarum meminerit reſcriptum.*
13 *Beneficiorum appellatione non veniunt Dignitates.*
14 *Diſpenſatus ad Dignitates non dicetur diſpenſatus ad maiorem dignitatem poſt Pontificalem.*
15 *Verba*, & principales Dignitates in Collegiatis, *non comprehendunt plures Dignitates, quam vnam in qualibet Collegiata.*
16 Regula 3. Cancellariæ *reſeruat tantùm vnam principalem in qualibet Collegiata.*
17 *Reprehenduntur contrarium tenentes, veluti aliena fœlicitatis, ac honoris impatientes.*
18 *Honorare melius eſt, quam honorari, ſicut amare, quàm amari.*
19 *Epiſcopus diſpenſare poteſt cum illegitimis ad minores Ordines, & ad beneficium ſimplex.*
20 *Cauſa requiritur in diſpenſatione facienda per Epiſcopum.*
21 *Epiſcopus an poſſit cùm illegitimo diſpenſare ad beneficium, quo non Iure communi, ſed ſtatuto, vel conſuetudine Sacrum Ordinem requirit?*
22 *Epiſcopus cum illegitimis poteſt diſpenſare ad Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarum.*
23 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum illegitimis ad dimidias portiones, ſeu inferiora beneficia Eccleſia Cathedralis.*
24 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum illegitimo ad beneficium ſimplex habens acceſſoriè annexum Parochialem.*
25 *Capitulum Sede vacante poteſt, ſicut Epiſcopus, huiuſmodi diſpenſationes impertiri.*
26 *Capitulum Sede vacante diſpenſare in iis poteſt, in quibus poteſt Epiſcopus ratione iuriſdictionis Epiſcopalis.*
27 *Capitulum Sede vacante ſuccedit Antiſtiti defuncto in omnibus iis, qua Iure communi pertinebant ad Ordinariam Epiſcopi iuriſdictionem.*
28 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum illegitimo ſuper plura*

pluralitate beneficiorum ſimplicium.

29 *Papa ſolus ad Dignitates, vel Perſonatus etiam ſine cura diſpenſat.*

30 *Epiſcopus cum illegitimis ad beneficia requirentia Sacrum Ordinem diſpenſare non poteſt.*

31 *Epiſcopus cum illegitimis ad Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis diſpenſare non vales.*

32 *Contrarium ſentiunt aliqui.*

33 *Sub diſtinctionis fœdere componuntur.*

Irregularitas occulta ex defectu natalium an ſit ab Epiſcopo diſpenſabilis quoad ſacros Ordines? remiſſiuè, ibid.

34 *Diſpenſatio an præſumatur ſi illegitimus in habitu, & Tonſura incedens Ordines ſuſcepiſſe tali diſpenſatione præcedente alleget?*

35 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum Clerico coniugato?*

36 *Diſpenſatus à Summo Pontifice ad beneficium ſimplex obtinendum, ante ætatem 14. annor. an ex diſpenſatione Epiſcopi poſſit aliud ſimplex impetrare.*

37 *Epiſcopus promouens ad Ordines illegitimum, ſeu alium qui de iure communi promoueri non poteſt, in caſibus tamen in quibus poteſt diſpenſare, an intelligatur cum eo diſpenſaſſe.*

38 *Dimiſſi a Superioribus ex Societate* IESV, *& eiecti ab alia Religione, an reincidant in irregularitatem ex defectu natalium, ita vt non poſſint exercere Ordines receptos, nec ad alios promoueri?*

1 DISPENSATIONES ſunt ſtricti iuris, & odioſæ, ſtrictamque recipiunt interpretationem, *cap. 1. in fin. de filiis presbyter. lib. 6.* Hoied. *de incompatib. beneficiorum part. 2. cap. vltim. num. 67. cum ſequentib.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 11. à num. 16.* Azor. *inſtitution. moral. part. 2. lib. 7. cap. 33. quæſ. 6.* Matien. *lib. 10. gloſ. 1. num. 7. tit. 8. lib. 5. noua recopil.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 1. cap. 6. num. 58.* Gironda *de priuilegiorum, ſeu exemption. explicat. num. 1111.* Mari. Anton. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 19. num. 14. & lib. 3. reſolut. 2. num 18. & 21.* Carol. Tapia *ad rubr. ff. de conſtitution. Principum cap. 5. num. 1. cum ſequentibus.* Monete *de diſtribut. quotidianis part. 2. quæſt. 14. à n. 5.* Suar. *de legibus lib. 11. cap. 11. num. 10. & cap. 17. à n. 2.* Campan. *in diuerſorio Iuris Canon. rubr. 11. cap. 13.*
2 *num. 90.* ita vt † in eis non valeat argumentum de maiori ad minus, nec extendatur ad caſum habentem in ſe maiorem rationem, prout reſoluunt Couar. *de ſponſalib part. 2. cap. 8. § 8. num...* Nauar. *de redditibus Eccleſiaſt. quæſt. 3. monitu 10. num. 2.* Molina *de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 48. & ſeq.* Bruoor. à Sole *in locis commun. verb. diſpenſationes ſunt odioſæ*, Salas *de leg. diſput. 20. ſect. 10.* Surd. *deciſ. 268. num. 20. & 21.* Cald. Pereira *de nominat. emphyteuſ. quæſt. 21. num. 5.* Gotier. *Canon. lib. 2. cap. 15. num. 124.* Rendin. *in prompt. receptarum ſentent. tom. 1. tit. 29. num. 12?* Molin. *de Iuſtitia tom. 3. tract. 2. diſput. 591. num. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſput. 1. num. 32. & diſput. 24. num. 17.* Nicol. Garc. *dict. cap. 6. num. 59.* Campanile *dict. cap. 13. num. 91.* vbi reſtringit, quando illud minus comprehenſiuè, & neceſſariò includeretur ſub maiori, aut eſſet neceſſarium conſecutiuum, ac dependens ab eo, ſuper quo fuit diſpenſatum; quia diſpenſatus ad vnum, cenſetur diſpenſatus ad omnia conſequutiua, plenè Sanch. *de Matrimon. lib. 8. diſp. 1. num. 19.*

3 Conceſſa igitur diſpenſatio aduersùs vnum impedimentum, & defectum, non porrigit ſuum effectum quoad alium, *l. ſi quando C. de inofficioſo teſtamento*, & vide *ibi* gloſſ. Bald. Salicet. & alios, Simon. de Prætis *conſ. 51. num. 6.* Surd. *conſ. 245. num. 4.* Ioſeph. Gonzal. *variar. quæſt. cap. 14. num. 11.* Ioan. Baptiſta à Coſta *de retrotractione cap. 9. caſu 10. numer. 2.* Sic etiam diſpenſatus ad vnum effectum non cenſetur diſpenſatus ad alium, Beroi. *conſ. 163. n. 30. & 41. lib. 2.* Riminald. iun. *conſ. 341. num. 36.* Simon de Pretis *conſ. 100. num. 29.* Carol. de Graſſ. *de effectibus clerical. effectu 4. num. 57. & 58.*

Quare diſpenſatus ſimpliciter ad Ordines, intelligitur dumtaxat diſpenſatus ad minores, ex gloſſ. *verb. ordinari, in cap. litteras. de filiis Presbyt.* & gloſſ. *verb. ad omnes, in cap. vlt. eod. tit. in 6.* Rebuff. *in praxi beneficiali tit. de diſpenſatione ſuper defectu natalium, num. 47.* Campan. *dict. cap. 13. num. 95.* Suar. *de cenſur. tom. 5. diſput. 41. ſect. 3. à num. 3.* vbi videtur in contrariam opinionem inclinare, Sanchez *de Matrimon. lib. 8. diſp. 1. num. 26.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 3. quæſ. 6.* Moiſeſ. *in ſumm. tract. 2. c. 16. n. 8.* 4

Diſpenſatus verò vt promoueri poſſit ad Ordines ſacros, multò magis cenſetur diſpenſatus vt poſſit promoueri ad minores Ordines, ex multis, quos refert, & ſequitur Carol. de Graſſ. *d. effectu 4. num. 205.* 5

Diſpenſatio etiam facta ad Ordines non extenditur ad beneficia, cum ſint ſeparabilia, & executio vnius poſſit ſtare ſine altero. Ita probant *cap. 1. & ibi* gloſſ. *de fil. Presbyt.* Gemin. *in d. cap. 1.* vbi Monach. Archid. Ioan. And. & Anchatan. *illo tit. lib. 6.* Pariſ. *conſ. 88. à num. 19. volum. 4.* Soyr. *de cenſur. lib. 6. cap. 11. num. 21.* Garcia *dict. cap. 6. num. 70.* Sanch. *de Matrimon. lib. 8. diſp. 1. num. 27.* Mar. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 19. num. 10.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moral. tract. 2. cap. 16. num. 8. in fine, & tract. 6. cap. 7. num. 21.* Veſq. *in opuſcul. de beneſic. cap. 3. § 1. dub. 5.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. part. 1. deciſ. 95.* nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi cap. 47. n 19.* me citato *in hoc loco* nouiſſimè Alphonſ. de Leone *de officio Capellani quæſt. 4. praxi 6. num. 72.* Filliuc. *in ſumma Theolog. moral. tract. 41. de benef. cap. 4. ſub num. 5. in princip.* Extendi tamen ad beneficia ſimplicia conferri ſolita clericis Ordinibus initiatis tenent gloſſ. *verb. Sedis Apoſtolicæ in cap. vltim.* & ibi Abb. *num. 2. de filiis Presbyter.* Maiol. *de irregularit. lib. 1. cap. 8. num. 8.* Oldrad. *conſ. 215. num. 6.* Michaël. Martin. de Villar *del patronado de Calayataud part. 9. coſtumbre 5. num. 4.* Henriq. *lib. 13. cap. 57. § 5.* Beller. *d. § 3. num. 39.* Sed alij exiſtimant non extendi ad aliquod beneficium obtinendum; cuius quidem opinionis præter citatos in principio huius numeri, fuere Rebuff. *in praxi rubric. de diſpenſat. ſuper defectu natalium, num. 48.* Borgeſ. *in tract. de irregularit. rubr. de filiis Presbyt. num. 9.* quos refert, & ſequitur Campanil. *dict. cap. 13. num. 96.* quibus addo Marc. Antonin. *dict. reſolut. 19. n. 11.* Garc. *de benefic. part. 1. cap. 6. num. 70.* Marchin. *d. tract. 1. part. 9. cap. 4 num. 13.* Azor. *inſtit. moral. part 2. lib. 6. cap. 3. quæſ 5.* vbi ampliat etiamſi diſpenſatus ſit, vt ad omnes ſacros Ordines aſcendere queat. Verum diſpenſatus ſuper clericatu poteſt obtinere penſionem; quia illegitimus non eſt inhabilis ad obtinendam penſionem niſi ratione clericatus, ſuper quo ſi ſit diſpenſatus, non indiget diſpenſatione ſuper illegitimitate, vt per Sarnen. *in reg. de annali quæſt. 21. ad fin. verſ ſi verò non damur*, Seraphin. *deciſ. 1264. n. 2. part. 2.* & hanc opinionem perpetuò ſeruaſſe Rotam teſtatur ipſa apud Farinac. *deciſ. 549. num. 3. part. 2. recentior.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 64.* Alphonſ. de Leone *dict. praxi 6. num. 73.* Quicquid contrarium eſſe de ſtylo Datariæ & Cancellariæ aſſerat Garc. *de benef. part. 1. cap. 3. à n. 119.* 6

Qu

7 Qui enim simpliciter dispensatus fuit ad beneficium, vtique ad aliud beneficium, quàm ad simplex, non diceretur habilitatus, vt ait Borgas. *de irregularit. part. 2. rubr. interpretatione dispensat. num. 1.* sequitur Campanil. *dict. cap. 13. num. 97.*

8 Si verò aliquis obtinens dispensationem ad aliquod beneficium simplex consequendum, ad illud præsentetur, dicetur habilitatus ad cætera simplicia, vt resoluunt Canale. *decis. 29. sub num. 35. part. 1.* Campanil. *dict. cap. 13. num. 98.* Ex quibus facilè colliges malè pronuntiasse Henriq. *lib. 14. cap. 8. §. 10.* dum ait, quòd illegitimus dispensatus ad Sacerdotium, non manet inhabilis ad beneficium Curatum, & Episcopatum, ac Dignitates: quæ omnia sunt falsa, & sine fundamento, prout tenent Sayr. *dict. lib. 6. cap. 11. num. 27. & 28.* Nicol. Garcia *dict. cap. 6. à num. 67.* Marchio. *dict. cap. 4. num. 14.* Campanil. *dict. cap. 13. num. 101.* Dispensatus simpliciter ad plura beneficia duo tantùm sine cura recipere potest. *cap. in cui, in fine, de prab. in 6.* Felin. *cons. 4. num. 7.* Rot. *in Pac. Parochialis de Talanera* 10. *Nouembr.* 1613. coram *Card. Pamphilio iun.*
9 impressa per Farinac. *decis. 588. n. 3. in princip. part. 1. recent.* Et dispensatus ad beneficia recipienda non censetur dispensatus ad illa retinenda, Rebuff. *in praxi dispensat. rat. ætat. verb. & insimul retinere,* Rot. *decision. 233. num. 26. part. 1. diuers. & dict. decis. 588. num. 1. part. 1. recent.* etiamsi verba dispensationis sint vniuersalia, videlicet, *nec non quacunque & qualiacunque beneficia, &c.* quia illa solum referri debent ad facultatem recipiendi, itaut possit quidem quæcunque beneficia recipere etiam vltra duo siue simplicia, siue Curata, vel etiam Dignitates fuerint, non autem plura simul retinere, Rot. *dict. decis. 528. num. 3.*

10 Vnde quamuis dispensatum ad Curata, multò magis censeri dispensatum ad Canonicatus Cathedralis Ecclesiæ dixerit Ioan. de Selua *de benefic. part. 2. q. 61. n. 6.* contrarium tamen verius esse ex Rota *decis. 54. aliàs 1. de filiis Presbyt. in antiq.* asserit Cam-
11 panil. *d. cap. 13. num. 99.* † Et à fortiori dispensatum ad beneficium Curatum, non censeri dispensatum ad obtinendam Dignitatem resoluunt Petr. Gregor. *syntagm. lib. 17. c. 6. n. 36.* Azor. *d. cap. 3. q. 7.* Bellet.
12 *d. §. 1. n. 38.* † etiamsi exuberans esset dispensatio, nempè ad quæcunque beneficia; quia adhuc Dignitates non comprehenderet, nisi apertis verbis illarum meminerit rescriptum, vt post Rebuff. resoluit Campanil. *d. c. 13. n. 101.* appellatione enim beneficiorum non veniunt Dignitates, *Clem. 1. de sequest. poss.* cum similibus citatis à Bellet. *part. 1. tit. de discipl. clerical. §. 2. n. 38.*

13 Sic etiam dispensatus ad beneficia, vel etiam ad Dignitates, non potest promoueri ad Dignitates, quibus cura animarum inest, Azor. *dict. cap. 3. quæst. 9. & 10.* Sic etiam dispensatum in ætate ab obtinendum Canonicatum, vel Dignitatem in Ecclesia Cathedrali, non censeri dispensatum ad hoc, vt possit esse delegatus Papæ ante vigesimum annum, probât Nauar. *cons. 21. à num. 1. sub tit. de celebrat. Miss.* Carol. de Grassis *dict. effectu 4. n. 60.* D. Barbos. *in l. cum prætor. §. vltim. num. 60. ff. de iudic.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 270. num. 7.* MasTobr. *de Synodo diœcesana c. 4. dub. 13. num. 31.*

14 Hinc etiam dispensatus ad Dignitates non dicitur dispensatus ad maiorem Dignitatem post Pontificalem, Bellam. *decis. 698. post med.* Rebuff. *in concordata in form. mand. Apost. in gloss. verb. aut dignitate, & in praxi tit. de dispensatione super defectum natal. n. 86.* quos refert, & sequitur Bellet. *d. tit. de disciplina clericali, §. 1. n. 39.* Azor. *d. c. 3. q. 8.* me citato *in hoc loco* Marcel. Vulpe *d. c. 47. n. 20.* † Sed ad maiorem cautelam 15
hodie in dispensationibus quæ conceduntur, additur clausula, *exceptis maioribus Dignitatibus in Cathedralibus, & principalibus in Collegiatis*: & causa similium verborum, dubitabatur apud aliquos legalis scientiæ tyrones, vel potius alieni honoris inuidos, & detractores, an scilicet sub illis verbis, *& principalibus Dignitatibus in Collegiatis*, comprehenderentur plures Dignitates, quàm vna in qualibet Collegiata; nam cum quædam insignis persona promoueretur ad Dignitatem, quæ erat tertia in quadam collegiata, virtute illius clausulæ contra illum à Concanonicis suis, & coppidanis, magnum inuidiæ argumentum, oppositum fuit, possessióque sibi tam iniustè denegata; ego in hoc dubio (si dubiū appellari potest, quod omni caret difficultate) respondi verba illa, *& principalibus Dignitatibus in Collegiatis*, intelligi solum de vnaquaque Dignitate principali in qualibet Collegiata, quia pluralitas illa resoluitur in singularitates, & respicit solum pluralitatem Ecclesiarum. Probatur à simili ex *reg. 3. Cancellariæ*, vbi circa reseruationem beneficiorum habentur hæc verba, *principales in Collegiatis Ecclesiis*, ex quibus resoluunt Doctores † re- 16
seruari tantùm vnam principalem in qualibet Collegiata, prout tenent Mandos. *in d. regul. 3. q. 3. per totam,* Menoch. *cons. 190. n. 5. cum seqq.* Gonzal *ad regul. 8. Cancel. glos. 21. n. 7.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. c. 1. n. 161.* Non obstat quod adducit Mandos. *d. q. 3. in fine,* nam decisiones, & Iura, quibus innititur, loquuntur tantùm de duabus Dignitatibus æquè principalibus, quia tunc tantùm duæ sub eadem regula comprehenderentur, vt per Nicol. Garc. *d. c. 1. num. 264.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1670.* † Sed ad 17
hæc minime attendentes contrariam opinionem tuebantur aliqui prædicta Iura non ignorantes, sed alienæ felicitatis, & honoris impatientes, & parum aduertentes honorem, qui videbatur aliis impendi, reflecti in seipsos, † quoniam, vt ait Ioan. de Ligna- 18
no *de amicit.* cùm agit de amante, & amato a. 2. *Honorare melius est, quàm honorari, sicut amare, quàm amari: nam qui honorat, & amat, ostendit signum virtutis, deinde amando, & honorãdo quis adimplet præceptum Christi qui iussit nos, vt diligeremus proximum nostrum*, ex Apost. *ad Rom. 12. vt nos inuicem honore afficeremur.* Quare non temere vulgò dici solet honorem esse facientis, non recipientis, facit *l. 6. ff. de offic. Proconf.* vbi dicit Vlpian. si ad aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput Proconsul aduenerit, pati debet commendari sibi Ciuitatem, laudesque suas ob grauatè audire, cum honori suo Prouinciales id vendicent; ex quo text. clarum fit aliquem præstando honorem, cum in dicta lege honor Proconsuli præstaretur, & tamen id honori suo Prouinciales vindicabant, vt eleganter exponit Thom. Act. *de ludo scacchorum q. 7. n. 71.*

Illegitimorum multæ sunt species, nam si quis sit natus ex soluto, & concubina domi retenta, dicitur filius naturalis, si ex meretrice, dicitur manzer, si ex coniugato & soluta, dicitur nothus, si ex copula in Iure Ciuili damnata; veluti ex raptu, incestu, stupro, sacrilegio, dicitur spurius à spurcitia in Iure reprobata: qui omnes ordinari prohibentur, *cap. 1. & per tot. 56. dist. c. innotuit, de elect. cap. fin. de fil. Presbyt* Concil. Trid. *sess. 22. de reform. cap. 20.* ibi, *natalibus. & sess. 23. c. 5.* ibi, *de ipsorum ordinandorum natalibus, & cap. 7.* ibi, *ordinandorum genus*, &c. An expositi habendi sint illegitimi, & ab Ordinibus arcendi? Vide infra *alleg. 51. n. 148. cum seqq.*

Deueniendo nunc ad solutionem nostræ princi- 19
palia

palis quæst.dico Episcopum dispensare posse cum illegitimis, ex quocunque etiam damnato coitu ad minores Ordines,& ad beneficium simplex, Papam verò solum dispensare quoad maiores Ordines,& ad beneficia Curata, vel ad ea,quæ habent Dignitatem annexam, vel quæ habent Ordinem sacrum annexum;ita probatur *in cap.1. de filiis Presbyt. in 6.* & *ibi* gloss. & Doctores, Coninck *de Sacram. disp.18. dub. 14 num 111.& disp.33.n.19. dub.1.* Hieron.Veneto *in exam. Episc. lib.1. cap.20. num.28.* Vgolin. *de irregul. cap.44.§.2.n.3.* Sayr.*de censur.lib.6.cap.11. n.8.* Gig. *de pension.quæst.17.in princip.* Rebuff *in praxi de form.lit. tonsur.num.2. & tit.de dispensat. super defectu nat. n.8.* Azor.*instit. moral.part.1.lib.3.cap.50. quæst.8.* Henriq. *in summ.part.2.lib.15.cap.8 num.10.lit.B*, Nicol.Garc. *de benefic.part.7.cap.2 num.48.* Carol. de Grassis *de effectibus cleric effectu 1.num.530.* Cardos. *in praxi Iudicum, verb dispensatio num. 38.* Marchin. me citato *in hoc loco, de sacram. Ordinis tract.1. part.10. c.1.diffic.2.* Loter. *de re benef.lib.2 quæst.48.n.140.cum seq* vbi dicit ob generalitatem dicti tex.ad omnes cuiusuis generis illegitimos extendi, nouissimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic fori eccles.cap.47. à n.15.* me citato *in hoc loco* Alzed. *de præmin. Episc dignit.part.1 cap.8. n. 32.* Iuan Mar.Bellet. *disquisit.clerical.part.1.tit.de disciplina cleric §.3.n 25.* nouissime Torreblanca *in practicab. Iuris spirit. lib.1.c.13. n.33* Campan.*in diuersorio Iuris Canon rubr.11.c.13.n.81.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract.1.c.16. n.5.* latè D Felician.de Vega *in releg. cap. & si clerici, §. de adulteriis, n.93.cum seqq de iudic.* nouissimè me citato *in hoc loco* Alphons.de Leone *d. praxi 6.num.74.* Quod locum habet in Episcopo dispensante cum filio suo illegitimo quoad minores Ordines, & beneficium simplex, Maiol. *de irregul. lib.1.cap.11.n.13.* Suar. *de censur.tom.5. disp.50. sect.5. num 6.* Fr. Emman.*in sum.tom.3.cap.38.n.2.* Alzed. *d. part.2.c.9.num.18.*

In huiusmodi dispensatione facienda per Episcopum, cum sit inferior Papa,requiritur causa, & quod eorum suffragantibus meritis fiat, gloss.*in cap. requisistis, § nisi rigor, 1. quæst.7.* Nauar.*consil.45.n.1. de homic.* Fr. Emman. *quæst.Regular.tom.1.q.13.art.14. & 15.* quem refert,& sequitur Nicol.Garc.*d.c.1.num.49.* Petr. Anton.à Petra *in tract.de potest. Princip.c.31. dub.2.n.10.* Carol.de Grass.*de effectibus cleric.in prælud. n.332.* Vasq. *in opusc. de benefic. cap.3 §.1.dub.3. & 4.* Molfes.*in sum.Theologia moralis tract.6.cap.7.n.18.* Illud tamen aduertere oportet, quòd si illegitimus beneficium aliquod simplex obtineret à Papa, nequiret Episcopus cum illo super huiusmodi illegitimitate dispensare propter appositionem manus Papæ, vt bene obseruant Simon. *de reseruat. quæst.64. n.6.* & Massobr. *in praxi habendi concursum præl.15. in princip.n.4.* secundùm Rumanam impress.

Pro materiæ cognitione antequam adampliationes & limitationes deueniamus, *Primò* est obseruandum quòd dispensatus per suum Episcopum, poterit etiam in diuersa diœcesi beneficiari,per text. *in cap. cùm olim,* vbi Abb. *n.1. de cleric. coniug.* Maiol. *de irreg.lib.1.c.8.sub n.8.vers.proderit etiam, & num.9.* Lotter. *dict. lib.1.quæst.48. n.143.* *Secundò* est obseruandum quòd dispensatio fiat expressè ante promotionem ad beneficium: nam Episcopus promouendo illegitimum,non censetur cum eo dispensare, ex communi opinione,de qua attestatur Rebuff.*in praxi tit de dispensat super defectu natal. num.9.* Lotter.*d. quæst.48.n.144.* de quo tamen vide infra *n.31.* *Tertiò* obseruandum est, vt Episcopus non excedat limites à iure sibi concessæ potestatis,quandoquidem ea restricta est ad Ordines minores, & ad beneficium nō Curatum, sed simplex; in Curatis enim quæcunque subsit causa vtilis, vel necessaria, non dispensat, vt voluit Gemin. *dict.cap.1. num.5.* Et quoad simplicia moderatas etiam habet habenas,& respectu quantitatis,& respectu qualitatis; & quidē respectu quantitatis, vt non possit dispensare vltra vnum, ex quo tex. in singulari loquitur, & tenent citati infrà *n.28.* respectu verò qualitatis vt hæc facultas non intelligatur de omnibus omnino beneficiis, quæ non habent curam animarum, sed his tantùm super quibus per Episcopum valet dispensari, vt expressè habetur *in dict.cap.1.* quæ omnia ex ampliationibus & limitationibus infra scriptis patebunt.

20 *Primò* amplia supradictam resolutionem,quæ habet Episcopum cum illegitimis posse dispensare ad beneficium simplex, procedere in Canonicatibus Collegiatarum Ecclesiarum, vt post Staphil. dicit Rota iuncta addit.Papaz *decis.1.num 15.de filiis Presbyt. in nouis*, quam refert, & sequitur Bellet.*d.§.3. n.17.* Nicol. Garc. *d.cap.2.n.69.* Anton. Fabric.*in praxi benef tit.de benef.Cathedral.n.8.* Zerol.*in praxi Episcop. part.1.verb Canonica, §.3.* Stephan.Grat.*discept. forens. tom 4. cap.591.n.16.* Squillante *de priuil.cleric. cap.4.n.56.* Sayr *de censur.lib.6. cap.11.n.13.* nouissimè Marcel. Vulpe *d.c.47.n.15.in fine*,† 21 cùm non habeant annexum Ordinem aliquod sacrum, etiamsi sint alicuius insignis Collegiatæ,quia etiam ad huiusmodi Canonicatus obtinendos sufficit prima Tonsura, & quod quis attingat decimumquartum annum, vt post multos, quos refert,dicit Nicol.Garc.*d. part.7. cap 4.num.39.* & latiùs infrà dicemus.

22 *Secundò* amplia in dimidiis Portionibus, seu inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis,prout resoluunt Gomez *de expectatiuis, n.38.* Flamin.*de resignat. lib.2.quæst.1.num 117.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.5. num.98. & seq.* Gratian.*dict cap.591. num. 17.* Nicol.Garc. *d.cap.2.n.69.* Bellet. *d.§.3. num.26.* † 23 Dimidiæ enim Portiones non habent sibi annexum Ordinem sacrum, nec illius ætatem requirunt, Nicol.Garc.*dict.cap.4 n.38.*

24 *Tertiò* amplia etiamsi beneficio simplici, aut Canonicatui Ecclesiæ Collegiatæ,vel dimidiis Portionibus, aut inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis, parochialis Ecclesia vnita sit accessoriè, ex multis rationibus, & iuribus ad ipsum suadentibus, quæ refero alio in loco; quarum illa principalis est, quia quod accedit alteri, sequitur conditionem, & naturam principalis; & ita hanc ampliationem tenent Gemin. *in cap.1.n.12.de filiis Presbyt. lib.6.* Rebuff.*in tract nominat.q.16.n.27.* Bellet.*dict.§ 3.num.34.* Campanil. *dict.cap.13.num.83.* Steph.Grat.*discept.forens.cap 275.n.47.& cap.591. n.16.& 17.* Zerol.*part.1. verb. Canoni, §.3.* Anton. Fabric. *in praxi benef.tit. de benef. in Cathed n.8.* Squillante *de priuil. cleric. cap.4. n.56.* Alzedo *dict.part.2. c.6.n.35.* Azor *d.cap.3.quæst. 14.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel. glos.5.§.7.n.18.* & de hac veritate hucusque nemo dubitauit.

25 *Quartò* amplia Capitulum Sede vacante posse, sicut Episcopum, huiusmodi dispensationes impertiri,prout resoluunt Nauarr.*cons.31. incip. An Capitulum Sede vacante,sub tit. de temporib. ordin. in antiq. & 7. de filiis Presbyt. in nouis.* Campan. *d. c.13. n 81.* Quarant. *in summa Bullarii, verb. Capitulum Sede vacante, vers. secundo quæro*, Zerol. *in praxi Episcopali, part.1.verb. Capitulum,vers. tertio, pag.18.* me citato *in hoc loco* Diana *part.4.tract.2.resol.64. in fine.* Lotter. *d.lib.2. q.48. num.141.* nouissimè Marcel. Vulpe *d. c 47. n.17.* Licèt contradicat Paris. *cons. 136.* incip. *Stante defectu,n.2.vol.4.*

26 Etenim Capitulum Sede vacante dispensare in iis

iis potest, in quibus potest Episcopus ratione iurisdictionis Episcopalis, vt tenent Henriq. *in sum. lib. 14. de irregular. cap. 20. §. 1.* Gutierr. *canon. lib. 1. cap. 3. num. 10.* Sayr. *in Claui Regia lib. 6. cap. 11. num. 84.* Cened *ad Sext. collect. 4. num. 3.* Molin *de iustitia, tractat. disput. 21. num. 3.* Cardos. *in praxi iudic. & aduocat. verb. Capitulum, num. 2.*

27 Quin etiam generalior suppetit ratio, quòd Capitulum Sede vacante succedit Antistiti defuncto in omnibus iis, quæ Iure communi pertinebant ad Ordinarium Episcopi iurisdictionem, exceptis nonnullis spectatim Iure prohibitis. Syluest. *verb. Capit. §. 2.* Paum. *de potestate Capit. Sede vacante part. 1. cap. 3. n. 3.* Rebuff. *in praxi beneficiali tit. de deuolut. à n. 57.* Nauarr. *consil. 44. n. 1. de temporibus ordinat. & consil. 7. de filiis Presbyter.* Flamin. *de resignation. lib. 7. q. 23. n. 11. cum seq.* Suar. *de censur. disp. 7. sect. 2. num. 4.* Molin. *d. disp. 21. n. 1. 3. & 10.* Gutier. Sayr. & Cardos. *dd. locis.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 357. n. 4. in prima edit. & resolut. 303. n. 4. in 2. edit.* vbi dicit, quòd Capitulum succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis, tam contentiosæ, quàm voluntariæ.

28 *Primò* limita non procedere suprapositam resolutionem, nisi ad vnicum obtinendum beneficium: cum illegitimis enim non poterit Episcopus dispensare super pluralitate beneficiorum simplicium, vt probat *dict. cap. 1. §. ille verò, de filiis Presbyter. lib. 6.* vbi Gemin. *n. 8.* tenent Zerola *in praxi Episcopali p. 1. verb. Ordo, circa finem.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 3. q. 12.* Auila *de cens. part. 7. disp. 3. dub. 6. concl. 2.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. n. 30. & part. 8. cap. 3. n. 4.* Lotter. *d. lib. 2. q. 48. n. 146.* Squill. *de priuil. cleric. cap. 4. num. 49.* Filliuc. *tract. 41. cap. 4. sub num. 3.* Alphons. à Leone *dict. q. 4. praxi 6. n. 82.* Quamuis contrarium videantur sentire *glos. 2. in cap. final. de filiis Presbyter. lib. 6.* Selua *de benefic. part. 3. q. 12. n. 19* Menoch. *de arbitr. casu 201. n. 136.* Nam verius est, quod supra resoluimus, quia illegitimus cum quo dispensatur ad beneficium, non potest nisi vnicum obtinere, vt resoluit Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 31. n. 6. & 11.*

29 *Secundò* limita in Dignitatibus, vel Personatibus, etiam sine cura: ad quos solus Papa potest cum illegitimis dispensare. Ita colligitur ex *cap. fin. de fil. presbyter.* glos. *verb. beneficium in d. cap. 1.* Henriq. *d. lib. 14. cap. 8. num. 10.* Auila *d. dubio 6. concl. 6.* Azor. *d. cap. 3. quæst. 3.* & post Petr. Gregor. Molin. Ledesmam, Toler. Sayr. Lessium, & alios resoluit Nicol. Garc. *d. cap. 2. n. 53.* Lambertin. *in tract. de iurepatronat. lib. 1. part. 1. q. 9. art. 3. vers. adduco duodecimò, n. 30.* Campan. *d. cap. 13. n. 86.* Benedict. Ægid. *in tract. de priuil. honest. art. 16. n. 20. cum seq.* vbi *num. 23. vers. tertià*, subdit tex. *in dict. cap. fin.* loqui in Dignitatibus & Personatibus, qui pertinent ad ecclesiastica beneficia.

30 *Tertiò* limita in beneficiis requirentibus sacrum Ordinem, ad quæ Episcopus nequaquam illegitimos dispensare valet. Ita glos. *verb. tale in d. cap. 1.* quam sequuntur *ibidem* Ioan. Monach. *n. 8. vers.* & idē Franc. *n. etiam 8.* Anchar. *n. 2.* Campanil. *d. c. 3. n. 85.* quorum resolutionem dicit Azor. *d. c. 3. quæst. 15.* intelligendam de beneficio, quod sacrum Ordinem requirit priuilegio, consuetudine, vel statuto, in quibus Episcopus nihil Iuris, & potestatis habet.

31 *Quartò* limita in Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis, ad quos obtinendos cum illegitimis non poterit Episcopus dispensare, vt tenent Ioan. Monach. *in d. cap. 1. n. 7.* Rebuff. *in praxi tit. de dispensatione super defectu natalium, n. 10. & seq.* & hanc sententiam (vt inquit Felin. *in cap. postulasti vers. 2. concl. sub n. 4. de rescript.*) videtur tenere Rot. Roman. *decis. 136 vel fet anda* incip. *Noluerunt Domini, de filiis Presbyt. in nouis*, aliàs 54. *seu prima eod. tit. in antiq.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Canonia, §. 3.* Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de benefic. Cathedral. n. 8.* latè Lotter. *d. q. 48. ex n. 153.* Marcel. Vulpe *d. cap. 47. n. 10.* Fr. Emman. *in sum. tom. 3. c. 38. n. 1.* Alzed. *d. p. 2. c. 6. n. 33.*

Contrarium tamen, imò Episcopum posse cum 32
illegitimo dispensare ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali, tenent glos. *in dict. cap. 1. verb. beneficiū*, quam *ibi* sequuntur Ioan. Andr. *vers. in gloss. intellige sub num. 3.* Geminian. *num. 6.* Anchar. *n. 1.* Domin. *num. 7.* Franch. *n. 6.* Cald. *cons. 1. de filiis Presbyt.* Selua *de beneficiis part. 3. quæst. 61. in fin. verbis,* Azor. *dict. c. 3. quæst. 11.* Nauar. qui addit hanc opinionem esse communiter receptam, *cons. 3. incip. Multarum quæst. n. 4. de ætate, & qualit. in antiquis, & cons. 4. de filiis Presbyt. in nouis* Torreblanca *dict. cap. 13. num. 33.* Campanil. *dict. cap. 13. n. 82.* vbi asserit decisiones Rotæ supra allegatas non negare licere Episcopis dispensare cum illegitimis ad Canonicatum Cathedralis Ecclesiæ, sed dicere dispensationes ab Episcopis concessas iuxta formam *dict. c. 1.* minimè extendi ad Canonicatus prædictus, prout Franch. bene aduertit *dict. c. 1. num. 6. in fin.* quasi procederent illegitimum habilitatum ad beneficium simplex non intelligi dispensatum ad Canonicatum, nisi fuerit expresse additum de Canonicatu, & insinuat Nauar. *vbi proximè n. 4. & cons. 2. n. 5. de filiis Presbyter.*

Sed hæ contrariæ opiniones fœdere distinctio- 33
nis componuntur; prima enim quatenus habet ad Canonicatum in Cathedrali non posse Episcopum cum illegitimis dispensare, procedit de Iure nouiori Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. c. 12.* quo attento
omnes Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis requirūt 18
aliquem ex sacris Ordinibus, ad quos cum non possit Episcopus cum illegitimis dispensare, ex adductis per Lotter. *dict. q. 48. ex n. 147.* sequitur, quod etiam non poterit ad beneficia, quæ sibi illos habent annexos. At verò secunda opinio procedit de Iure antiquo, & ita distinguunt Maiol. *de irregular. lib. 1. c. 8. n. 11.* Zerola *in praxi Episcopali part. 1. verb. Canonici §. 3.* Sayr. *de cens. lib. 6. cap. 11. n. 13.* Auila *eod. tract. part. 7. disp. 3. dub. 6. notab. 3.* Henriq. *lib. 14. cap 8. §. 10. ad fin.* Less. *de Iustitia lib. 2. cap. 34. n. 86.* Nicol. Garc. *d. cap 2. n. 65* & assentire videtur Campanil. *d. cap. 13. n. 83.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 4. n. 32. cum seq.* Lotter. *d. q. 48. num. 173.*

Vltimò limita in beneficiis paternis; non posse enim Episcopum dispensare, vt filius illegitimus obtineat beneficium simplex in Ecclesia patris sui, probat *cap. cum electorum, de filiis Presbyt.* & tenent Vasq. *in opuscul. de benefic. cap. 3. § 1. dub. 6.* latè Lotter. *d. q. 48 ex num. 174.* Nicol. Garc. *part. 7. cap. 3. à num. 6.* Molfes. *d. tract. 6. cap. 7. n. 19.* reprobantes opinionem Syluest. & Angeli asserentium; vt post mortem patris possit Episcopus dispensare cum illegitimo; eandem opinionem tenent Less. *de Iustit. lib. 2. cap. 34. n. 89.* Layman. *in sum. Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. c. 14. n. 5.* Alphons. de Leone *dict. q. 4. praxi 6. n. 83.* qui hoc limitant in nepotibus ex filiis illegitimis clericorum, siue legitimè, siue illegitimè fuerint procreati.

Vtrum autem irregularitas occulta ex defectu natalium sit ab Episcopo dispensabilis quoad sacros Ordines? Vide Dianam *resolut. moral. p. 2. tract. 2. resol. 64.* Vtrùm virtute Concil. Trid. *sess. 24. de reform. c. 6.* possit Episcopus dispensare in illegitimitate quando est occulta ad Ordines maiores, & beneficia Curata? in quo dubio nouissimè Ioan. Machado *in d. tract. del perfeto Confessor y Cura de Almas; lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 1. num. 4.* ita ait, *Si quando la ilegitimidad es oculta pueda entonces el Obispo dispensar para Ordenes*

Ordenes maiores y todos beneficios, disputan tambien los Dotores. Muchos mas comunmente lo niegan, como son Suares, Sayro, y Marchino, fundados en que la facultad que goza por el Concilio es para dispensar en las irregularidades ocultas, que nacen de delicto, pero esta de la ilegitimidad no proviene de delicto, sino de indecencia. Mas no obstante esto Auila, Coninch, Layman, Diana i otros defienden que si, fundados en que aunque verdaderamente la ilegitimidad cause en la persona alguna indecencia, con todo esto intrinsecamente pende del delito de los padres, &c.

34 Quæri opportunè potest, an dispensatio præsumatur, si illegitimus in habitu, & Tonsura incedens Ordines suscepisse tali dispensatione præcedente allegeti? In qua quæstione negatiuam partem amplexa est Rota Roman *in Hispalen. Canonicatus, decis.* 780. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers.* vbi decisum fuit teneri se clericum per litteras probare, & dispensationem remouentem defectum natalium antecessisse. Facit etiam quod dispensationem allegans illam probare tenetur, cum non præsumatur, prout tenent Bellamer. *cons.* 10. *n.* 43. Mascard *de probat. cons.* 523. *sub num.* 6. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *q.* 132. *sub n.* 72. Surd. *cons.* 245. *n.* 32. Sed stat pro contraria parte decisio eiusdem Rot. Roman. in propriis terminis, quam memorat additio ad alteram Rotæ *decis. secundam, incip. Voluerunt Domi, sive* 136. *n.* 8. *de filiis Presbyterorum in nouis.* in qua decisum fuit non probandā, & verificandum elapso triennio dispensationem allegatam pro illegitimo; contradicit etiam generica resolutio. Anchatan. *cons.* 217. *propè finem*, vbi præsumptionem exoriri ea longa possessione beneficij, ac dispensationem intercessisse defendit, quod etiam tenet Flores de Mena *variar. qq. lib.* 3. *q.* 23. *num.* 52. Item hanc partem sequitur Gomez *super regul. Cancell. de triennali quæst.* 10. *vers. nec obstat*, vbi decisione Rotali resolutum attestatur regulam ipsam de triennali iuuare, etiam execrabilem, ita quod liceat execrabili allegare dispensationem, si triennio possedit.

Verùm in hac contrarietate Campanil. *dict. cap.* 13. *num.* 107. asserit præfatam Rotæ decisionem in illa *Hispalen. Canonicatus* subsistere tantùm respectu proprietatis, hoc est, validitatis, seu inualiditatis clericatus, aut collationis beneficij; non autem respectu possessionis clericatus, seu beneficij; regula enim de triennali non operatur effectum, nisi quoad possessionem, & fructus duntaxat, vt à simili ex pluribus decisionibus comprobat idem Campanil. *dict. cap.* 13. *num.* 111. Tamen ne litibus via aperiatur, aut dissensionibus detur locus, si decennio saltem aliquis illegitimus in beneficio steterit, vel beneficia incompatibilia possederit in præsentia sui superioris credendum est iustum titulum, & dispensationem obtinuisse, cum credendum non sit vnum, vel plures Antistites sæpiùs visitantes possessori annuisse, nisi viderint dispensationem, alioquin prohibuissent inhabilem ministrare, siue incapacem obtinere beneficia, aut sine titulo, vt optimè infert Rota *decis.* 4. *incip. Fuit conclusum, num.* 8. *part.* 2. *diuers* & faciunt quæ tradunt Flamin. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 6. *n.* 74. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 701. *in* 1. *edit. & resol.* 593. *in* 2. *edit.*

35 Vlteriùs curiosus quæret lector, an Episcopus possit dispensare cum clerico coniugato? Negant, quia non reperitur hoc expressum in Iure, Abb. Sylu. Lambert. & alij, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 4. *&* 5. quibus addo Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *n.* 149. Molfes. *in sum. Theolog. mor. tract.* 6. *cap.* 7. *n.* 27.

36 Deinde postulabit aliquis, an dispensatus à Summo Pontifice ad beneficium simplex obtinendum ante ætatem quatuordecim annorum, qui ad illud requiruntur per Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.* 6. possit aliud beneficium simplex obtinere ab Episcopo absque noua dispensatione? In qua, quæstione dicendum est, quod cum obtinens dispensationem ad beneficium simplex, dicatur habilitatus ad cætera simplicia, vt resoluit Campanil. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 98. poterit in euentu de quo agimus, huiusmodi capax, & habilis per dispensationem factus ad alia similia simplicia ab Episcopo impetranda, dummodo Ius non resistat, vt sunt duo simplicia beneficia. Ita in terminis Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut.* 64. Si verò à Papa dispensatus fuerit, vt possit habere quodcumque beneficium Curatum, & virtute dispensationis vnum fuerit assecutus, non poterit illo renunciato vigore eiusdem dispensationis alterum assequi, Cardos. *in praxi iudicum, verb. dispensatio, n.* 19.

Vltimò quæro. Vtrùm si Episcopus promoueat ad Ordines illegitimum, seu alium, qui de Iure communi promoueri non potest, in casibus tamen, in quibus potest dispensare, intelligatur cum eo dispēsasse? Quod non videatur cum eo dispensare nisi exprimat, dicendum videbatur, faciendo differentiam inter Papam & inferiores, quia Papa faciendo aliquid quod valere non potest propter aliquod Iuris impedimentum, nisi dispenset, videtur tacite dispensare, non autem Episcopi, nisi dicant se dispensare, doctrina est Abb. recepta *in cap. diuersis fallaciis, de cleric. coniug.* Nau. *cons.* 4. *num.* 2. *de Simon.* & subdit Marcel. Vulpe *in praxi iudiciali fori eccles. cap.* 47. *num.* 21. quod si illegitimus impetret, dispensationem à Papa, vt possit promoueri ad Ordines maiores, eaque impetrata contraxerit matrimonium, non euanescit talis dispensatio, itant mortua eius vxore vnica & virgine, possit virtute dictæ dispensationis promoueri ad Ordines sacros, & *n.* 22. aduertit clausulam illam apponi solitam in dispensationibus Apost. *dummodo paterna incontinentia imitator non sit*, non importare conditionem, sed instructionem, & eius defectum non vitiare dispensationem. Contrarium verò videtur verius ad notata per Oldrad. *cons.* 329. *n.* 4. *&* 5. *& cons.* 330. *per tot.* præcipuè *n.* 6. per text. *in l. fin. C. qui admitti ad bon. possess.* dum ibi dicitur quòd pupillus non potest sine tutore bonorum possessionem petere, nec Prætor dando aliquid agit, sed si Prætor sciuit illum pupillum, dispensare, & supplere videtur defectum ætatis, Natta *cons.* 402. *n.* 29. Roman. *cons.* 216. *n.* 7. vbi apostilla *verb. videtur, & cons.* 307. Maiol. *de irreg. cap.* 51. *n.* 8. Henriq. *in sum. lib.* 14. *cap.* 17. §. 4. *lit. P.* Suar. *de censur. tom.* 5. *disp.* 41. *sect.* 3. *n.* 4. Decius *cons.* 18. *num.* 24. *tom.* 2. Tiber. Decian. *resp.* 31. *n.* 8. *tom.* 4. Ex facto enim eius, qui potest absoluere, inducitur absolutio realis, Alex. *cons.* 164. *n.* 8. *vol.* 7. Et hoc ideo, quia pariter consensus ex facto elicitur, ac ex verbis, *l. de quibus, ff. de legib.* ibi, *nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis, &c.* *l. si avia, C. de iure delib. l. recusari, & ibi* gloss. *ff. de acquir. hæred.* imò facta; potentius exprimunt hominum voluntatem, quàm verba, vt prædictis Iuribus communiter notatur, & videndus Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 594. *num.* 20. 37

Denique dubitari potest an dimissi à Superioribus ex Societate IESV, & eiecti ab alia Religione, reincidant in irregularitatem ex defectu natalium, itavt non possint exercere Ordines receptos, nec ad alios promoueri? Quoad dimissos ex Societate existimo non incidere in pristinam irregularitatem ex defectu natalium, vt post Suar. & Sanctarel. 38

resolui

resoluimus *de Iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 42. num.* 192. Quicquid aliter teneat Turrian. *de confer. lib. 9. disp. 71. dub.* 2. quem videtur sequi Diana *part. 4. tract. 2. resol. 66.* Quoad eiectos (quicquid inuoluant Doctores) ex declaratione *sacra Congreg. sub die 21. Sept.* 1624. sunt perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, ac moderandi.

ALLEGATIO XLVI.

Episcopus an possit cum illiteratis ad Ordines dispensare?

SVMMARIVM.

1 *Litteratis viris indiget Ecclesia Dei per quos totus mundus illuminatur.*
2 *Ecclesia semper amat sapientes.*
3 *Scientes prasumuntur à vitiis abstinere.*
4 *Ignorantia est mater omnium errorum.*
5 *Illiterati penitus non possunt fieri clerici.*
6 *Illiteratus comparatur caco.*
7 *Illiteratus est nullus in Ecclesia Dei, nec in ea placere potest.*
8 *Illiteratus asinus nuncupari solet, & non venit appellatione hominum.*
9 *Illiteratus est magis odiosus quàm homicida.*
Illiteratus dicitur, qui prima Grammatica Rudimenta non didicit.
10 *Irregularis est illiteratus.*
11 *Illiteratura defectus est omninò indispensabilis.*
12 *Litteratura iure diuino requiritur.*
13 *Episcopus potest dispensare ad Ordines cum illiterato aliquod principium Grammatica habente, & spem addiscendi in futurum ostendente.*
14 *Religiosi bene legentes, & cantantes, etsi in lingua Latina aliqua tenus deficiant, tuta conscientia possunt ab Episcopo ordinari.*

1 
CCLESIA Dei indiget litteratis
viris, quibus regitur, & sustinetur, *cap.
super specula, de prabendis, cap. cùm ex
eo. & ibi* Ioan. Monach. *num. 1. de elect.
in 6.* Abb. *in cap. de multa num. 6. & 7.
de prabendis.* Carol. de Grassis *in tract. de effectib. cleric.
in pralud. à num.* 63. Felin. *in cap. si quando, num.* 7. vbi
Nauarr. *except. 16. num. 5. de rescript.* Hieron. Giach.
in cons. syndicatus, num. 67. & 81. Perett. *ad extrauag.
ambitiosa, verb. ex quibus Ecclesia, num. 21. de rebus Ecclesia non alienan.* Rodoan. *de spol. quast. 9. §. vlt. num. 20.
cum sequentib.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de discipl.
cleric. §. 4. num. 8.* Rot. *in vna Meliten. Canonicatus 9.
Martij* 1595. coram *Illustrissimo D. meo Cardinal.
Millino,* impressa per Marchesan. *de omissionib. part. 1.
§. 2. pag.* 611. Per quos totus mundus illuminatur,
*cap fin. de Magist. dict. cap. cùm ex eo, de elect. in 6. gloss.
verb. viris litteratis, in extrauag. Execrabilis, de prabend.* Flamin. *de resignat. lib. 4 cap. 11. num. 17.* Carol. de
Grassis *d. pralud. num.* 88. ob idque dicuntur radij Solis, & Stellæ, *auth. habita,* & ibi Bald. *num. 12. C. ne
filius pro patre,* Mandos *in reg. 16. Cancel. quast 15.*
2 *num.* 3. Vnde † Ecclesia ipsos semper amat, *cap. Episcopus 41. dist. 1. cap. multa,* latè & eleganter Marc. Anton. Genuens. *in practicabilibus Eccles. quast.* 621. ac
illis fauet Flamin. *de resignat. lib. 5. quast. 3. num.* 78.
multaque priuilegia concedit Carol. de Grassis *dict.*
3 *pral. n. 89.* quia † ratione scientiæ, qua sunt decorati,
præsumuntur abstinere à vitiis, *cap. cùm à iuuentute, §.
quis praterea, de prasumpt.* & quemadmodum scientia
est mater virtutum, *cap. prasentium 1. q. 5.* Menoch. *de
prasumpt. lib. 6. q. 91. n. 20.* nouissimè Ioan. Machado *in
tract del perfeto Confessor y Cura de Almas, lib. 1. part. 3.
tract. 17. docum. 12. num. 1.* ibi, *de donde resulta que siempre
derecho presume que los estudiosos y letrados son virtuosos,* &c. ita † ignorantia est mater omnium errorum, 4
*cap. ignorantia. cap. si laicis 38. dist. cap. nisi cùm pridem. §.
pro defectu. de renunciat.*

Et hinc fit quòd Episcopus cum maiori parte Capituli potest statuere, vt quilibet Canonicus de suis præbendis conferat alicui pauperi scholari studenti certam quantitatẽ singulis annis in subsidium; Abb. *in cap. vlt. num. 2. de his qua fiunt à maiori parte Capit.* Bolognet. *in auth. habita. num. 387. C. ne filius pro patre,* Bottæ. *de Synodo Episcopi in 3. part. concl. 17. in 9. col. art 1.* Rebuff. *de priuileg. scholast. priuil.* 42. quos refert, & sequitur Rot. *in Meliten. Canonicatus 9. Martij* 1595. coram *Illustrissimo D. meo Card. Millino,* impressa per Marchesan. *de commission. p. 1. §. 2. pag. 611. in vlt. impress.* ob quæ semper existimaui, studia, & lucubrationes, quas cum summa omnium vtilitate in lucem edideram, mihi non parum vtilitatis allaturas in hac Curia Matritensi, quam à septem annis inhabito; sed cum in mala tempora bellis vndique infesta aduentus hic meus inciderit, minimè admiror quin Iura sileant, & libri non perquirantur; nam, vt inquit Plutarchus *in vita Caij Marij. Inter armorum strepitum leges non audiuntur;* prout eum refert D. Ferdinandus Pizarro y Orellana *in tract. de Viris illustribus noui Orbis in vita Ferdinandi Cortes, c. 7. obseru. 3. pag.* 116.

Peccat enim, qui non habet scientiam sufficientem ad illud officium, quod appetiuit, *cap. non est putandum, in fine 1. q. 1.* Iacob. de Graff. *d. cap. 11. num.* 23. culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti, *l. culpa est, ff. de regul. Iuris, cap. non est sine culpa, eod. tit. lib. 6.*

Penitus igitur illiterati non possunt fieri clerici, 5
cap. pracipimus 34. distinct. cap. illiteratos, & ibi gloss. 1.
*38. dist. cap. si quis 77. dist cap fin. de atate & qualit. cap.
fin. de tempor. ordin. in 6.* Bero. *in pract. crimin. cap. 18.
alias 21.* Nauar. *in cap. si quando, except. 11. num. 45. &
50. de rescriptis,* Menoch. *de arbitr. casu* 425. Lambert.
de iure patron. part. 1 lib. 1. art. 24. quast. 9. num. 2. Pacian. *de probation. lib. 2. cap. 34. num. 79.* Gutier. *Canonic. lib. 1. cap. 26. num. 37.* Henriquez *in summ part. 2.
lib. 14. cap. 8. num. 11* Flamin. *de resignat. lib. 4. quast. 4.
num. 2. & quast. 11. num. 17. cum sequentib. & lib. 5. quast.
3. num. 70. cum sequentib.* Azor. *institut. moral. part. 2.
lib. 3. cap. 28. quas. 9.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 4.
num. 41. cum sequentibus.* Thom. Valasc. *tom. 1 alleg. 9. à
num. 7.* † Illi enim comparantur cæcis, *cap. post translationem, §. item si quis, de renunt.* † Et sunt nulli in Ec- 6
clesia Dei, *cap. congregato,* & ibi Bald. *num. 4. de elect.* 7
Nec in ea placere possunt, *cap. illiteratos 36. distinct.
cap. ignorantia, 28. dist. cap. quia frater 7. quast. 1.* Franc.
Leo *in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 2. num.* 72. & asini
nuncupari solent, Ioan. Monach. *in cap. ex eo, de elect.
in 6. & in cap. sicut, num. 10. de verb. signific. eod. lib.* Perett. *vbi suprà num.* 13. Rodoan. *d. quast. 9. §. fin. num. 21.*
quinimò non veniunt appellatione hominum, sed
iumentorum, Gomez *in reg. de annal. q 47. in fin.* † Et 8
sunt magis, quàm homicidæ, Thom. Acti. *de ludo
scacchorum, quast. 8. num. 28.* & Flamin. *d. quast. 3.
num. 90.*

Illiteratus omnino dicitur, qui prima Gramma- 9
ticæ rudimenta non didicit, Præpos. *in cap. 1. num. 2.
post med. 39. distinct.* Rota Roman. *diuers. part. 2. decis. 16. num. 3.* Carol. de Grassis *in d. pralud. num.* 237.

& seq. Flamin. *d. quæst. 4. num. 2. cum seqq. & d. quæst. 3. num. 70. cum sequentibus*, Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 32.* Campanil. *in diuers. iuris Canon. rub. 5. cap. 5. num. 1.* vel qui legere, & scribere Latinè nescit, Azor. *d. part. 2. lib. 6. cap. 6. q. 3.* Gate. *part. 7. cap. 7. n. 15.* Castr. Palao *in oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 4. punct. 6. num. 9.* & quoad propositum in ordinato ad primam Tonsuram; dicitur talis, qui nescit legere, & scribere; ad minores verò, qui Latinam linguam non intelligit; ad Subdiaconatum & Diaconatum, qui Latinè non scit, & quæ legit, minimè intelligit; Sacerdotium, qui non benè legit contenta in Missa, nec mediocriter saltem intelligit. Colliguntur hæc ex resolutis per Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 45. n. 3. cum seqq.* Irregularis enim is dicitur; nam inter irregularitates connumeratur hæc ex defectu litteraturæ, *c. præcipimus, ver. aut ignorantem litteras, 36. dist. c. vlt. de æt. & qual.* Thom. Valasc. *de alleg. 9. n. 11.* Auila *de cens. p. 7. disp. 4. dub. 1.* Nicol. Garcia *de benefic. p. 7. cap. 7. n. 19.* Viuald. *in candelabro aureo part. 2. tit. de irregular. §. 1.* Tolet. *in summ. c. 58. vers. irregulares ex defectu animæ.* Rebuff. *in tract. de pacificis poss. n. 226.* Gonzal. *dict. gloss. 4. n. 41.* Flamin. 11 *d. q. 3. n. 89.* † Estque omnino indispensabilis, Rebuff. *de pacificis possess. n. 264.* & Flamin. *d. q. 4. n. 2.* nouissimè Ioan. Machado *d. docum. 12 n. 5.* vbi citat Villalob. contrarium tenentem.

Quare Episcopum non posse dispensare cum omnino illiterato, vt Tonsuram etiam suscipiat, resoluunt Rebuff. *in praxi tit. de clericis à quibus, & quomodo creentur, n. 28.* Bernard. *in pract. c. 21.* Sanch. *d. lib. 7. c. 1. dub. 45. n. 2.* nec in scientia requisita ad alios Ordines minores, vt per Nauar. *in cap. si quando, except. 13. n. 7. de rescrip.* Salzed. *ad Bernard. d. cap. 22. vers. dispensare*, Sanch. *d. dub. 45. n. 14.* Et quod plus est, tenet Turrec. *in cap. si in laicis dist. 38.* non posse Papam dispensare vt omnino illiteratus promoueatur ad Sacerdotium, quia est contra Ius diuinum, refert Sanch. 12 *d. dub. 45. n. 2. in med.* † Litteraturam enim Iure diuino requiri videtur probari ex illo Oseæ Prophetæ *cap. 4.* ibi, *conticuit populus, eo quòd non habuerit scientiam, quia scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*, referunt post alios Iacob de Graffiis *in aureis decis. part. 2. lib. 1. cap. 11. num. 22.* Petr. Gregor. *in praxi benefic. cap. 37. n. 5. ad fin.* Bernard. *in pract. c. 21. n. 6.* Viuald. *d. tit. de irregular. n. 97.* Azor. *d. part. 2. lib. 6. c. 6. quæst. 4. column. 685.* Flamin. *lib. 4. q. 4. n. 7.* Carol. de Graffiis *d. prælud. n. 64.* Thom. Val. *d. alleg. 9. n. 10.* nihilominus tamen si de facto illiteratus ordinetur, recipit characterem, Bernard. *d. c. 21. n. 21. vers. si autem carens.* Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part. 2. lib. 1. cap. 11. n. 19.* Thom. Valasc. *d. alleg. 9. n. 30.* quia in ordinandis scientia requiritur, non ex necessitate Sacramenti, sed ex necessitate præcepti, Sanch. *in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 45. num. 1.* nam quod dicunt Doctores aliqui quòd defectus literaturæ Iure diuino reprobatur, non est referendum ad Ius diuinum naturale, æternum atque immutabile, sed ad Ius diuinum positiuum, & ex causa dispensabile, vt probat Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 50. à n. 17.* succurruntque plura exempla dispensationis huiusmodi, vt de Anacorita ad Sacerdotium per sanctum Flauianum Episcopum Macedonicum, de sancto Antonio Anacorita pariter ad Sacerdotium promoto, cuius meminit August. *lib. 1. de doct. Christ. in prol.* de Spiridone etiam ad Episcopatum Cypri, de quo Cassiodor. *tripartita histor. lib. 1. c. 10. & 11.* quorum meminit Maiol. *de irregul. lib. 1. c. 32. n. 5. & 6* vbi *sub n. 20.* refert aliud exemplum de Sanctulo Presbytero, qui nec prima elementa litterarum, nec legis decem præcepta cum calleret, Presbyter tamen erat, excusatoremque suæ illiteraturæ habuit Gregorium dicentem plenitudinem legis charitatem esse, indeque eundem Sanctulum totam legem in Dei ac proximi dilectione seruasse.

13 Verùm si ordinandus aliquod principium Grammaticæ habuerit, aut modicum quid sciat, & ostendat spem addiscendi in futurum, potest Episcopus cum eo dispensare, quia minor scientia sufficit quando adest spes addiscendi in futurum, Rebuff. *de pacificis possess. n. 215. & dict. tit. de clericis n. 28.* Henriq. *d. cap. 8. §. 11. propè finem*, Salzed. *ad Bernard. d. c. 21 litt. D. in nouiss. edit.* Menoch. *de arbitr. casu 425. n. 58.* dum ait posse Episcopum arbitrari magis expedire Ecclesiæ si Ordines conferat ei, qui etsi adhuc Latinam linguam non intelligit, est tamen bonæ indolis, & pro ætate docilis, Sanch. *d. lib. 7. c. 1. dub. 45. n. 13.* Lotter *d. lib. 2. q. 50. n. 23. & 24.* remissiuè Mar. Alter. *de cens. tom. 2. disp. 16. de suspens. cap. 1. vers. secundo, in fine*, Gonzal. *d. glos. 4. num. 80. cum sequentibus.* Vnde Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 3. & lib. 3. de verborum signific. pag. 16.* quem refert Thom. Actius *de ludo scacchorum quæst. 8. princip. num. 82.* ex Innoc. & Iason. sententia, affirmat propter futuræ doctrinæ spem multa contra Iuris regulas disponi, Cast. Palao *d. punct. 6. num. 12.* vbi subdit quòd hac iusta causa non intercedente ex dispensatione Episcopi prorsus illiterato beneficium nequaquam dari poterit.

14 Religiosi bene legentes, & cantantes, etsi in lingua Latina aliqualiter deficiant, tuta & secura conscientia possunt ab Episcopis ordinari, & à Prælatis Regularibus præsentari, vt ordinentur; hi enim, regulariter loquendo, non ordinantur ad curam animarum habendam, sed solummodo ad assistendum Choro diuinisque officiis, & ad ministrandum Altari, faciendamque rem sacram, remanetque in illis spes de comparanda tali scientia & cognitione necessaria ad suum munus, & officium peragendum propter continuam instructionem, quæ hisce de rebus habetur in cunctis Religionibus, hanc sententiam ex doctrina gloss. *verb. instructio, in c. legi 16. q. 1.* tenent Sylu. *verb. clericus 2. n. 1.* Iac. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 3 cap. 2. n. 24* Maiol. *de irregular. lib. 1. cap. 31. num. 5.* Henriq. *in summ. lib. 10. de sacram. Ordinis cap. 16. in fine*, Portel *in dubiis Regular. verb. Ordines sacri, n. 6.* optimè Miranda *in manuali Prælatorum tom. 2. q. 8. art. 7. conclus. 1.* Menoch *de arbitr. cent. 5. casu 425. n. 58.* Peirinis *tract. 2. de Relig. Prælato q. 3. c. 7. n. 10.* nouissimè me citato *in hoc loco* Ioan. Machado *1. tract. del perfeto Confessor lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 12. n. 4.* vbi *n. 6.* idem cum Villalobos sentit quoad Canonicos & Cantores Cathedralium Ecclesiarum. Hieron. Roder. *in compend. quæst. Regul. resol. 52. num. 22.* Laurent. de Peirinis *tract. 2. de Relig. Prælato q. 3. cap. 7. n. 20.* Aloys. Bariola *in aphor. lit. R. verb. Regulares ad Ordines*, Diana *resol. moral par. 2. tract. 16. resol. 29. & part 3. resol. 86. & part. 4. tract. 2. resol. 74.* Lotter *d. lib. 2. q. 50. n. 25. & 26.* idem Peirinis *tom. 1. priuileg. Minimor. constit. 26. Leonis X. n. 25.* Lezana *in sum. quæst. Regul. cap. 14. num. 24.* Villaloh. *in summ. tom. 1. tract. 21. dub. 54. num. 5.* Licèt autem gloss. *dict. verb. instructio*, teneat quòd in Monacho bonitas, & non scientia sit necessaria, nihilominus hodie & Monachi, & clerici debent esse scientia ornati, cum distinctione suprapositia, Iacob. de de Graffiis *in d. part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 10.* Carol. de Graffiis *in tract. de effectibus cleric. in prælud. num. 64.* Namquo rudiores sunt, tantò magis laborare debent, vt quod expetunt ad finem perducant, pulchra enim, & præclara sunt difficilia, vt dicebat Plato, & illud plus diligitur, quod laboriosius quæritur, Ioan. de Lignano *de amicit. §. 4. num. 3.* refert Thom. Act. *de ludo scacchorum. quæst. 4. num. 51.*

ALLEGATIO XLVII.

Episcopus an possit dispensare cum promoto per saltum.

SVMMARIVM.

1 *Promotus per saltum incurrit suspensionem ab executione susceptorum Ordinum, & ministrando fit irregularis.*

2 *Referuntur Doctores, qui asserant promotum per saltum incurrere irregularitatem.*

3 *Promotus per saltum recipit Ordinem, & ipsius characterem.*

4 *Beneficium obtinere non potest per saltum promotus.*

5 *Episcopus vigore priuilegij sibi concessi à Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. potest dispensare cum promotis per saltum etiam postquam ministrauerint.*

6 *Ordines per saltum ignoranter suscipiens, vel scienter, antequam ministrauerit, potest per Episcopum dispensari.*

7 *Procedit non solùm in promotis aliquo sacrorũ Ordinum omisso, sed etiam in promotis ad maiores Ordines, omissis minoribus, siue omnibus, siue vno tantum.*

8 *Promotus per saltum ministrans, siue scienter, siue ignoranter, indiget Apostolica dispensatione, quamuis in minoribus ministret.*

9 Sixti V. Constitutio *declaratur.*

10 *Suspensio, qua incurritur ab eo, qui per saltum promouetur ad Ordines, an impediat solùm ita ordinatum, ne possit ministrare in Ordine, quem per saltum suscepit, vel potius afferat impedimentum simpliciter, ne actum vllum Ordinis exercere valeat, etiam illorum, quos ritè suscepit.*

11 *Promotus per saltũ quando prætermissum Ordinem, recepit, an in eo casu possit cum illo Episcopus dispensare, vt ministret in susceptis, & ad superiores ascendat.*

12 *Dispensatio promoto per saltum à Concil. concessa, non operatur, vt ordinatus ascendat ad superiorem Ordinem, nec in suscepto ministrare possit, antequam inferiorem omissum recipiat.*

1 Vt per saltum, & præpostero ordine se promoueri fecit, incurrit suspensionem ab exequutione susceptorum, & ministrando fit irregularis; ita per tex. *in cap. vnic. de cler. per salt. prom.* Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. cap. 14. ad fin.* resoluunt Abb. *in cap. vni. n. 4. & 5. de clerico per saltũ promoto*, vbi Ostien. *n. 4.* Sylu. *verb. irregularitas n. 13.* Greg. Lop. *l. 18. verb. no deue tit. 6. part. 1.* Salzedo *ad Bernard. in pract. c. 24. lit. C*, Henriq. *in summ. part. 2. lib. 13. de excomm. c. 35 propè fin. lit.* P. Nauar. *in man. c. 27. n. 242.* Tolet. *in summ. lib. 1. c. 71.* Suar. *tom. 5. de censuris disp. 31. sect. 1. à n. 44.* Auil. *eod. tract. part. 7. disp. 9. dub. 1.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. c. 17. n. 7. cum seqq.* Molfes. *in summ. Theologiæ moralis tract. 2. c. 18. n. 15.* Campanil. *in diuers. iuris Canon. rub. 10. c. vnico n. 4.* Bonac. *de censur. disp. 7. q. 3. punct. 4. n. 5.* Mar. Alter. *de censur. tom. 1. disp. 10. c. 5. ver. verùm tota difficultas, & vers. respondeo*, F. Ill. *tract. 17. c. 5. quæst. 8. n. 92.* me citato *in hoc loco* idem Bonac *de censur. extra Bull. disp. 3. q. 1. punct. 2. num. 1.* † Quamuis per saltum promotum fieri statim

2 irregularem asserant minus bene Maiol. *de irregular. lib. 4. cap. 12.* Vgol. *eod. tract. c. 38. §. 1. n. 1.* Petr. Ledesma *in summ. de sacramento Ordinis cap. 60. concl. 8. difficult. 2.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 2. verb. irregularitas, §. 3. pag. 15.* Valentia *tom. 4. disp. 3. q. 19. punct. 3.* Sayr. *de censuris lib. 7. c. 10. n. 39.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 318. in prima edit. & resolut. 276. in 2. edit.* Valet. Regioald. *in praxi fori pœnitentialis lib. 10. n. 191.* † Is 3
tamen per saltum, etiam Sacerdotio ordinatus, recipit verum Ordinem, & characterem Sacerdotis, quia per se non pendet ex charactere inferiori, Abb. *dict. cap. vni. n. 4.* Henriq. *lib. 14. c. 6. §. 3. in princ.* Mar. Alter. *d. c. 5. vers. de eo qui ordinatur*, Bonac *d. punct. 2. n. 4.* Sed
† beneficia ei, cum sit suspensus, conferri non possunt, 4
ac per consequens præsentatio, & prouisio ad eius fauorem facta non subsistit, & fuit resolutũ per Rot. *in Meliton. Abbatia 14. Ianuar. 1590.* coram *D. Gipsio*, refert Garc. *de benefic. part. 7. c. 14. n. 3.* & in terminis Rebuff. *tract. de pacif. poss. num. 130.* Flamin. *lib. 4. quæst. 2. num. 100.* Carol. de Graffis *de effect. cleric. effectu 15. num. 34.*

Sed à quo valeat dispensationem obtinere, qui per 5
saltum fuit promotus, dubium est præsentis quæstii. In primis securè tenendum illum posse per Episcopũ dispensari, etiam postquam ministrauerit, si delictum sit occultum, vigore priuilegij sibi concessi in Trident. *sess. 24. c. 6.* Ita Henriq. *lib. 14. c. 6. n. 3. in fine.* Vgolin. *de censur. c. 39. n. 3.* Suar. *tom. 5. disp. 42. sect. 3. n. 5.* Coninch. *disp. 18. dub. 5. n. 43.* Sayr. *d. cap. 10. n. 37.* quos refert Bonac. *d. punct. 4. n. 5. in fine*, Campanil. *d. cap. vni. n. 6.* secluso tamen d. priuilegio, generaliter etiam statuit Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. c. 14. in fine*, † 6
Episcopum ex legitima causa posse dispensare cum promotis per saltũ, si non ministrauerint in Ordine suscepto, quod intelligit Mar. Alter. *dict. c. 6. vers. hoc loco*, siue scienter, siue ignoranter fuerint ita promoti, quia Concilium non distinguit de ordinato scienter, & ex superbia, vel ignoranter, sed simpliciter loquitur. † Quod etiam verum est non solùm in pro- 7
motis aliquo sacrorum Ordinum omisso, sed etiam in promotis ad maiores Ordines, omissis minoribus, siue omnibus, siue vno tantùm, vt refert decisum Armendariz *in addit. ad recopil. legum Nauarræ l. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis n. 53. vers. item*, & tenent Marcel Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. cap. 8. n. 15.* Molfes. *in summ. Theologia moralis tract. 2. c. 3. n. 25. & c. 18. n. 16.* nouissimè Diana *moral. resol. part. 5. tract. 10. resol. 19.*

Vnde à contrario sensu apertè constat prohiberi id facere cum eo, qui ministrauit nulla præhabita distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, eo quod simpliciter loquitur tex. ille *in d. cap. 14.* & ita vigore Concilij concludendum est semper indigere Apostolica dispensatione, qui saltuarim Ordinibus insignitus ministrauerit, & tenent Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 12. n. 2.* Salzed. *ad Bernard. d. c. 14. in addit. litt. D*, Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 14. n. 16.* Filliuc. *tract. 17. cap. 5. num. 91.* Homobon. de Bonis *de exam. Ecclesiastico part. 2. tract. 12. cap. 3. q. 15. resol. 5.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 150. n. 5. part. 4.* Filliuc. *tract. 17. cap. 5. n. 92.* Mar. Alter. *d. cap. 5. vers. hoc in loco, & in vers. respondeo*, admitti censet contra Nauar. *cap. 27. n. 242.* Episcopum cum ordinato per saltum, si antea ministrauit in Ordine suscepto, non posse dispensare, atque vt exerceat actus Ordinum, nec vt ascendat ad superiores, vnde nequibit Episcopus dispensare tam si ministrauit in Ordine malè suscepto, quàm si ministrauit in Ordine prætermisso, & id contingere potest duobus modis, vel quod exerceat actus illius Ordinis antequam illum assumat, quod pertinet ad genus irregularitatis, vel postquam illum assumpsit, sed ante legitimam dispensationẽ, nam cum esset suspensus ab illius receptione, postquam illum suscepit sine dispensatione, manet suspensus ab illius executione: quare si in illo ministret, nõ poterit amplius Episcopus cum eo dispensare: nam irregularitatem contractam per talem vsum Episcopus non potest tollere, cum nullibi ei concedatur, bene tamen auferre potest

ſuſpenſionem,quæ imponitur ante talem vſum,quia hæc facultas conceſſa ei erat ſub illa conditione, niſi ordinatos miniſtrauerit, vt conſtat ex Conc. Trid. *d. loco*, cuius decretum non tantum ſubſiſtit eum ad Sacros aſcendit per ſaltum, & io eis miniſtrauit, ſed etiam ſi ad minoras, prout deciſum refert Campanil. *in d.cap.vnico n.6.* Aloyſ.Ricc.*in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.*108.*part.*4. vbi citat Nauar.*in ſingular.Canon.ſingular.*738.*p.*6.

9 Quamuis per Conſtitut. Sixti V. editam contra elericos malè ptnmotos,fiat ipſo iure ſuſpenſus,ſiue ſcieotet, ſiue ignorantet fecerit, niſi debita diligentia adhibita iuſtus error, & probabilis facti ignorantian eum exeuſet,vt in §. *vt igitur, & in* §. *Nihilominus*, cuius vigore neque à ſola ſuſpenſione, neque poſtea ab irregularitate abſolnit, aut diſpenſat Epiſcopus,ſed Papa tantum,vt conſtar ex §.*vt autem*,neqne etiam in foro conſcientiæ,vt *in* §. *in occultis*. Tamen quia prædicta Sixti V. Conſtitutio non in omnibus hodie viget propter alteram Clem. VIII. de qua ſuprà, *alleg.*10 *n.*1. *cum ſeq.* teſolutioni ſuptapoſitæ à Concil.Trid. deptomptæ inhærendum eſt.

10 Quæres opportunè an hæc ſuſpenſio,quæ incurritut ab eo,qui per ſaltum ptomouetur ad Ordines, impediat ſolum ita ordinatum, ne poſſit miniſtrare in Ordine, quem per ſaltum ſuſcepit,vel potius affectat impedimentum ſimpliciter ne actum alienius Ordinis exercere valeat etiam illorum , quos ritè ſuſcepit?In qua quæſtione ſecurè teneodum ordioatum per ſaltum eſſe ſuſpenſum tantnm ab eo Ordine, qoem per ſaltum ſuſcepit, & ita miniſtrando effici irregularem, non autem ab vſu Ordioum ioferiorum, quos legitimè ſuſceperat, poſt Syluest. Sot. & Bernard.ita reſoluunt Mar.Altet. *d. cap.*5. *verſ.hoc ſuppoſito*, Henriq.*lib.*14.*cap.*6. *n.*3. Aloyſ. Ricc. *d.reſolut* 116. *n.* 2. & nouiſſimè me non citato *in deciſ. Curiæ Archiep.Neap.deciſ.*150. *num.*8. *part.*4. Suar. *de cenſur. diſp.*31. *ſect.* 1. *n.*48. Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon.rub.*30 *cap. vnic.* me citato *in hoc loco* Bonac. *d. punct.* 2. *num.*10.

11 Deinde quæret aliquis quando per ſaltum promotus abſque diſpenſatione prætermiſſum Ordinem recipit,an in eo caſu poſſit eum illo Epiſeopus diſpenſare , vt miniſtret in ſuſceptis , & ad Superiores aſcendat.In qua quæſt.Mat. Alter.*dict. cap.* 5. *verſ.ſed quares*,reſpondet Epiſcopum poſſe diſpenſare in hoe impedimento;quia Conc.Trid.ſolum excipit,quando ſic ordinatus miniſtrauit : ergo ceſſante hac conditione ſemper poterit Epiſcopus diſpenſare , eum ſuſcipere Ordinem prætermiſſum non ſit miniſtrate. Sed licet in eo non obſtet decretum Concilij, quia ceſſat conditio ab eo reqoiſita,tamen cum per illam ordinationem incurtatur nouum genus ſuſpenſionis , quia ſuſcipitur Ordo eum cenſura , ideò in hac ſuſpenſione non poterit Epiſcopus diſpenſare,nam eum excommuoicato,vel alia ceoſura innodato ſcienter Ordioes teeipieote nullus præter Papam diſpenſat , etiamſi exeommunicatio eiuſmodi ſit quod ab ea Epiſcopus abſoluere valeat,*dict.cap.r. de ordinatis ab Epiſcopo*, Mat. Altet. *dict.diſp.*10.*cap.*6. *verſ ſed dubitari poteſt*, me citato *in hoc loco* Bonac. *d. punct.*1.*num.*12.

12 Facultas ergo à Concilio Tridentino conceſſa diſpenſandi cum promoris per ſaltum non operatur, vt ordinatus aſceodat ad ſuperiorem Ordioem, antequam inferiorem omiſſum recipiat,quia tepugnaret inſtitutioni de Ordinibus gradatim recipiendis, neque vt ordinatus miniſtrare poſſit in Ordine ſic ſuſcepto antequam prætermiſſum receperit ; operatur tamen vt diſpenſare poſſit cum illo ad recipiendum Ordinem omiſſum , & deinde in ſuſcepto per ſaltum miniſtrandum , atque ad ſuperiorem aſcendendum.Ita Mar. Altet.*d.cap.*5. *verſ.probatur ſecundò*, Aloyſ.Ricc.*in Neopol.deciſ.*150.*n.*10.*part.*4. me citato Bonac.*d.punct.*2.*n.*14. Campanil. *d.cap.vnic.n.*6. & *n.* 7. teſoluit in Ordinibus prætermiſſis eautè ſupplendum eſſe quod incautè fuerit omiſſum , aſſetitque in eueotu,quo ordioatus ignoret vtrum ne fuerit Ordo omiſſus , etiam tunc debere ad Ordioem aſſumi, & cautius agete ordinatorem ſi ratione dubietatis , permitteret illa verba , *ſi non eſt ordinatus*, &c.

ALLEGATIO XLVIII.

Epiſcopus proprius quando diſpenſare poſſit cum ordinatis ab Epiſcopo,hæretico,ſchiſmatico , excommunicato , vel qui renuntiauit dignitati?

SVMMARIVM.

1 *Maiores Ordines recipiens ſciens,vel ex craſſa ignorantia ab Epiſcopo qui loco ſimul, & dignitati renuntiauit, ſuſpenſus eſt ipſo iure illorum vſu , nec poteſt niſi per Romanum Pontificem à tali ſuſpenſione ſolui ; ſecus ſi probabiliter ignorauit abdicationem.*

2 *Ordinatus ab Epiſcopo hæretice ignoranter, cum primum id ſcinerit, debet ſe ab vſu Ordinum abſtinere , poteſt tamen per Epiſcopum à tali ſuſpenſione ſolui.*

3 *Ordinatus ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmatico, ſcienter beneficium obtinere non poteſt.*

4 *Promotus ad Ordines ab Epiſcopo hæretico,vel ſchiſmatico verum ſuſcepit Sacramentum , dummodo huiuſmodi Epiſcopus in forma Eccleſia gerat, quod agit.*

5 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum ordinatis ab Epiſcopo hæretico , vel ſchiſmatico ignoranter.*

6 *Ignorantiam qui allegat eam debet probare.*

7 *Promotus ſcienter ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmatico à ſolo Romano Pont. diſpenſatur.*

8 *Ordinatus ab hæretico, vel ſchiſmatico per metum cadentem in conſtantem virum, an incurrat ſuſpenſionem.*

9 *Ordinatus ſiue ſcienter , ſiue ex ignorantia probabili ab Epiſcopo excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto , executionem Ordinis non recipit , & indiget diſpenſatione.*

10 *Papa ſolus diſpenſat in ſuſpenſione , quam contrahit ordinatus ſcienter , ſiue ex ignorantia craſſa, vel probabili , ab Epiſcopo excommunicato , hæretico, vel ſchiſmatico : data verè probabili ignorantia diſpenſat Epiſcopus.*

11 *Amplius etiamſi ordinetur ab Epiſcopo excommunicato,aut ſuſpenſo per vim , aut metum.*

12 *Quid ſi recipiens probabiliter ignorauit Epiſcopum eſſe excommunicatum?*

13 *Epiſcopus conſecratus ab Epiſcopis excommunicatis, vel ſuſpenſis, an recipiat conſecrationem.*

MAIORES Ordines ſciens, vel ex craſſa ignorantia recipiens ab Epiſcopo , qui loco ſimul, & dignitati Epiſcopali renontiauit, ſuſpenſus eſt ipſo iure illorum vſu , nec poteſt niſi per Romanum Pontificem tali ſuſpenſione ſolui , ſi tamen probabiliter ignorauit abdicationem, poterit à proprio Epiſcopo diſpenſari ; ita probat text. *in cap.* 1. *de ordinatis ab Epiſcopo* 1

Episcopo, qui renuntiauit Episcopatui (quem ab Alexand. III. Ioanni Archiep. Toletan. scriptum fuisse circa annum 1150. refert Francisc. de Pisa *en la description de la imperial ciudad de Toledo, lib. 5. c. 7. in fine*) resoluunt Bernard. & Salzedo *in pract. cap. 31. in nouiss. edit.* Nauar. *in manual. cap. 27. n. 241. vers. tertio*, Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 17. n. 5. cum seqq.* Fr. Emman. *in summ. part. 2. cap. 14. ad finem*, Rebuff. *ad l. Barbarius n. 10. ff. de officio Prætoris*, Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 48. quæst. 13.* Suar. *tom. 3. disp. 31. sect. 1. in princip. & n. 7.* Vgolin. *de censuris, cap. 40.* Sayr. *eod. tract. lib. 7. cap. 10. n. 27.* Bonac. *eod tract. disp. 7. quæst. 3. punct. 4. n. 8.* Molfes. *in summ. Theologia Moralis tract. 2. c. 17. n. 24. & 25.* Valer. Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib. 30. n. 27. vers. quartus, & num. 190. & lib 32. tract. 2. n. 69.* latè Bonac. *de censur. extra Bull. disp. 3. q. 1. punct. 10.* Filliuc. *in quæst. moral. tract. 19. n. 76.* Mar. Alter. *de censuris tom. 2. disp. 9. cap. 1. vers. secundò dubitari*; vbi asserit hunc probabiliter ignorantem abdicationem absque culpa contrahere suspensionem ab Episcopo dispensandam, quia non est priuatio vsus iam aliquando habiti, sed impedimentum ne recipiatur: addit ideo necessarium fuisse dispensationem, quia ordinator cum non haberet executionem sui officij, eam non poterat alteri conferre.

Quoad locum & dignitatem Episcopus renuntiare dicitur quando quoad iurisdictionem officium & vsum Ordinis Episcopalis renuntiat, vt declarat Bonac. *d. punct. 9. n. 4.* & tunc cum Episcopus huiusmodi abdicauerit à se vsum ordinis Episcopalis quantum in se est, meritò Ecclesia talis Ordinis vsum impedit in recipiente; Bonac. *d. n. 4. in fin.* Quod procedit etiamsi sacros Ordines à tali loco & dignitate renunciante quis recipiat de licentia proprij Episcopi, Suar. *d. disp. 31. sect. 1.* Maiol. *d. lib. 4. cap. 20. num. 6.* Bonac. *d. punct. 9. n. 5.* vbi *n. 7.* resoluit renunciantem Episcopatui in dubio censeri illi renunciasse quoad locum tantum, & *n. 8.* tenet collationem Ordinum susceptorum ab Episcopo, qui renunciauit dignitati, esse validam quoad substantiam, & *n. 10.* quod talis Episcopus ex vi tex. *in d. cap. 1.* præcisè non incurrit aliquam censuram conferendo Ordines, & *n. 12.* quòd Episcopus consecrationem accipiens ab alio Episcopo, qui dignitati renuntiauit, non afficitur ista suspensione.

2 Sic etiam Ordinatus ab Episcopo hæretico ignorantes, cum primum id sciuerit, debet se ab vsu Ordinum abstinere, potest tamen per Episcopum à tali suspensione solui, Mascard, *de probat. conclus. 648. n. 46.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. quæst. 58. num. 11.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 28. quæst. 10.* Henriquez *in summ. lib. 14. cap. 6. §. 6.* Valer. Reginald. *d.*
3 *lib. 30. num. 190. vers. quarta.* † Secùs verò si hoc sciebat ordinatus, qui tunc nec beneficium obtinere poterit, Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 22.* Flamin. *de resignat. lib. 4. quæst. 2. num 96.* Carol. de Grassis *de effect. clerical. effect. 15. num. 29.* vbi *num. 30.* idem resoluit de clerico ordinato ab Episcopo schismatico.

4 Nam promotus ad Ordines ab Episcopo hæretico, vel schismatico verum suscipit Sacramentum, dummodo huiusmodi Episcopus in forma Ecclesiæ gerat quod agit; non tamen recipit vsum, & executionem Ordinis, vt dicit tex. sic intelligendus *in cap. ordinationes 9. quæst. 1. & in cap. 1. de schismat.* ibi, *Ordinationes ab Octauiano, & Guidone hæresiarchis factas, & ordinatis ab eis irritas censemus*, id est, quantum ad vsum, & executionem Ordinis, consonant tex. *in cap. fraternitati, eodem tit. & in cap. Daibertum. 1. quæst. 7 & in cap. conuenientibus. in fine vers. Constantinus Episcopus. eadem causa, & quæst.*

Vnde cum huiusmodi Ordinatis dispensari potest quoad executionem tantum, cum non indigeant alia ordinatione, & hæc dispensatio conceditur illis, qui ex ignorantia probabili à dictis Episcopis Ordines receperunt, & obtineri potest post dignam pœnitentiam ab Episcopo; debet autem probare ignorantiam ille, qui eam opponit, ex *dict. c. ordinationes*, ibi, *nisi probare valuerint, se cum ordinarentur eos nescisse damnatos*, scilicet Episcopos, vbi glos. *verb. nisi probare*, notat inde sumi † argumentum pertinere ad eum, qui allegat ignorantiam, illam probare sequuntur Menoch. *de præsumpt. lib. 3. quæst. 23. num. 10.* Farinac. *in praxi crimin. parte 3. quæst. 90. num. 105.* vbi *n. 106. & seq.* resoluit quòd probatur per iuramentum, & signis, ac coniecturis. 5 6

Qui verò scienter hoc modo Ordines receperunt, à solo Romano Pontifice dispensari poterunt, sed si ordinatio fieret ab hæretico, vel schismatico, non seruata forma Ecclesiæ, tunc ordinatus ne dum executionem Ordinis minime recipit, sed neque ipsum characterem, vt probatur *in c. qui perfectionem*, iuncta glos. *verb. plenitudinem, 1. q. 1.* Bern. *in pract. cap. 29. in fine, in nouiss. edit.* Sot. *in 4. dist. 25. quæst. 1 art. 1.* Maiol. *de irregular. lib. 4. cap. 22.* Bonacina *dict. puncto 10. num. 7.* 7

Quæret aliquis an ordinatus ab hæretico, vel schismatico per metum cadentem in constantem virum, excusetur à prædicta suspensione, ita vt dispensatione non egeat? In qua quæstione Nauar. *in man. c. 27. n. 241. vers. quarto*, videtur tenere talem suspensionem non incurrere. Ego verò in contrariam sententiam potius inclinarem, ex eo quia hæc suspensionis pœna non est imposita in odium ordinati, sed ordinantis, cum etiam ordinatus illam incurrat ignorans, & absque culpa; igitur cum ipse ordinans metu in maiorem incidat culpam, & executionem, qua etiam in his terminis caret, alteri dare non possit, sequitur taliter ordinatum à suspensione non excusari, maiori ipsius ordinantis culpa. Idem Nauar. *dict. vers. quarto*, tenet huiusmodi suspensionem incurri ordinatum ab hæretico, vel schismatico denunciato per *Extrauag. ad euitanda.* Nam suspensio hæc & irregularitas non incurritur si Ordo recipiatur ab hæretico, seu schismatico etiam notoriè, & manifestè, nisi per sententiam nominatim sit denunciatus, vt probatur *in dict. cap. ordinationes*, ibi, *ordinationes, quæ ab hæresiarchis nominatim excommunicatis factæ sunt.* Confirmatur, quia fideles non tenentur vitare hæreticos, & schismaticos notorios, qui per consequentiam notorij iuris intelliguntur excommunicati, tenet idem Nauar. *d. cap. 17. n. 35. vers. nota tertiò, & cons 10. n. 2. de hæret.* 8

Vnde ordinatus siue scienter, siue ex ignorantia probabili ab Episcopo excommunicato, suspenso, interdicto, aut quauis alia censura innodato, executionem Ordinis non recipit, sed indiget dispensatione, glos. *verb. quondam in c. ab excommunicatis, 9. quæst. 1.* gloss. *in cap. si qui à Simoniacis, 1. quæst. 1.* glos. *verb. ignorantia in cap. 1. de ordinatis ab Episcop. qui renunc. Episcop.* glos. *verb. dispensare in cap. cùm illorum, de sentent. excommunic.* Bernard. *in practic. cap. 28. num. 3.* Couar. *in cap. alma Mater. part. 1. §. 6. num. 6. vers. nihilominus*, Maiol. *lib. 4. de irregul. cap. 16. num. 3. & 25.* Nauar. *in man. cap. 25. num. 69.* Sà *verb. suspensio, num. 7.* Suar. *de censur. disp. 31. sect. 1. num. 61.* Sayr. *eod. tract. lib. 4. cap. 14. num. 1.* Mar. Alter. *in simili tract. tom. 2. disp. 9. cap. 2.* Filliuc. *tract. 17. num. 80. & tract. 20. cap 7. quæst. 6. num. 199.* Bonacina *dict. disp. 3. quæst. 1. puncto 10. num. 1.* quia cum suspensus, vel excommu- 9

nicatus non babeat vsum Ordinum, ideo illum alteri conferre non potest, argum. text. *in cap. Daibertum 1. quæst. 7. & in cap. qui perfectionem 1. quæst. 1.* tum etiam, quia cum hæc suspensio non sit pœna, ad eam incurrendam non requiritur culpa; ob quam rationem eandem sententiam sustinent Suar. *de censur. disp. 31. sect. 2. num. 62.* Filliuc. *in quæst. moral. tom. 1. tract. 7. cap. 5. num.* 81. Quicquid contrarium teneant Turrian. *de censur. lib. 5. disp. 46. dub. 2.* & Diana *moral. resol. part. 5. tract. 10. resol. 39.*

10 In hac suspensione, quam contrahit ordinatus scienter, siue ex ignorantia crassa, vel probabili ab Episcopo excommunicato, &c. solus Romanus Pontifex dispensar, vt in simili probat *d. cap. 1.* & sicut ipse excommunicatus, ministrans à solo Papa est dispensandus, glos. *verb. penes ipsos, in c. presbyteros 50. dist.* ita qui sciens, vel scire debens (quod par est *l. quod te, in fine,* vbi glos. *ff. si certum pet. l. qui fundum, §. seruus. ff. pro emptore,* cum citatis à Stephano Gratiano *disceptation. forens. cap. 194. n. 1. & in libello de principiis vtriusque iuris litt. S. num. 2.*) ab eo ordinatur, fit particeps eiusdem delicti, & consequenter eiusdem suspensionis, vel irregularitatis, prout notatur *in cap. vlt. de apost.* tenent Syluest. *verb. irregularitatis §. 9. vers. septimò quæritur,* Mayol. *dict. cap. 25. num. 1.* Bernard. *dict. cap. 28. num. 3.* Couat. *dict. § 6. num. 6.* Suar. *d. sect. 1. n. 64.* Bonacin. *dict. puncto 9. num. 8.*

11 Amplia etiamsi ordinetur ab Episcopo excommunicato, aut suspenso, per vim, aut metum cadentem in constantem virum, per tex *in cap. constat multos 1. quæst. 1.* vbi agitur de ordinatis ab hæreticis per vim, qui in ordinantium odium suspenduntur; ob nullum enim metum lex est violanda, *cap. sacris, de his, quæ vi,* & debet taliter ordinatus omnia aduersa potius ferre, quàm Episcopo excommunicato communicare in Ordinibus suscipiendis, *c. Inquisitioni, de sent. excom.* Quam ampliationem tenent Maiol. *de irreg. lib. 4. c. 25. n. 2.* Suar. *dict. disp. 31. sect. 1. n. 62.* Bonacin. *d. puncto 1. n. 5.* Contra Syluest. *in summ. verb. irregularitas §. 9. vers. 1.* Nauat. *d. c. 27. n. 244. vers. 4.* Alter. & Auil. negantes talem affici hac suspensione.

12 Limita si recipiens probabiliter ignorans Episcopum esse excommunicatum, aut suspensum, ordines suscipiat, illos exequendo, quia tunc non est reus alicuius culpæ, supposita hac probabili ignorantia, nec incurrit administrando irregularitatem. Ita Alphons. à Castro *de potest. legis pœnal. lib. 2. c. 15. concl. 3.* Panorm. Fr. Emman. & Coninck citati à Bonacin. *d. puncto 9. n. 4.* Contra Couar. Bernard. Suar. Sayr. Filliuc. & Auila, quos refert, & sequitur Bonac. *vbi proximè,* asserentes ignorantiam etiam probabilem, & inuincibilem non excusare ab ista suspensione.

13 Vnde postquam sic ignoranter ordinatus, sufficientem habuerit notitiam quòd Episcopus à quo fuit ordinatus, erat excommunicatus, aut suspensus, abstinere debet ab vsu Ordinum quousque dispensationem obtineat, quam post dignam pœnitentiam ab Episcopo prævia causæ cognitione impetrare poterit, arg *cap. 1. & 2. de ordin. ab Episc. qui rem Episcop.* glos. *verb. dispensatione in cap. fin. de apostat.* Quicquid aliter sentiat Bonac. *d. puncto 10 n. 8.*

14 Religiosus qui ante, vel post Religionis ingressum Ordines ab huiusmodi Episcopo suscepit, à proprio Prælato dispensari potest, Bernard. *in pract. c. 8. lit. C. in fine,* Mar. Alter. *citato loco dub. 2. ad finem,* quamuis Bonacin. *dict. puncto 10. in fine,* existimet hunc deberi dispensari à Papa.

15 Vtrùm Episcopus consecrationem recipiens ab Episcopo excommunicato, suspenso, &c. afficiatur hac censura? Affici tenet Bonac. *dict. punct. 10. num. 6.* etiamsi nesciuerit consecrantem excommunicatum esse, hic enim defectus est conferentis, non recipientis. Maiol. *dict. c. 22. n. 2.* Mar. Alter. *dict. tom. 2. disp. 9. c. 2. col. 4. vers. dixi autem,* Suar. *dict. disp. 31. sect. 1. n. 65.* Bonac. *loco proximè citato.* vbi *n. 8. vers. secundo,* post Mar. Alter. *dict. disp. 9. cap. 2. col. 4. vers. 3.* resoluit Episcopum, qui consecrationem ab Episcopo excommunicato, vel suspenso obtinuit, dispensandum esse à summo Pont. eo quòd Episcopus semper indiget Papæ dispensatione, quia immediatè subiicitur Papæ, non Patriarchæ, aut Archiepiscopo. Nec refert quòd possit Episcopus absoluere ab excommunicatione Iuris non reseruata, vt alibi probauimus, quia argumentum ab absolutione ad dispensationem non valet, Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 6. num. 6. vers. nec quicquam in contrarium,* absoluit enim Sacerdos ab homicidio, *cap. Deus qui, de Pœnit.* & tamen irregularitatem ex homicidio contractam solus Papa tollit, *cap. 1. de sentent. & re iudic. lib. 6.*

ALLEGATIO XLIX.

Episcopus cum bigamis an possit dispensare?

SVMMARIVM.

1 *Bigamia species triplex.*

2 *Bigamus dicitur, qui ante baptismum alteram aut vtranque babuit vxorem.*

3 *Bigamia non cadit super infidelem pro tempore infidelitatis.*

4 *Bigamia interpretatiua cur ita dicatur?*

5 *Bigamiam interpretatiuam incurrit viduam à priori viro cognitam etiam inualidè ducens.*

6 *Bigamia interpretatiua incurritur quando quis aliam quocumque modo corruptam ducit.*

7 *Bigamus non efficitur ducens fœminam à se solo defloratam.*

8 *Bigamiam interpretatiuam incurrit ducens virginem, quam postquam adulterata fuerit, etiam ignoranter carnaliter cognouerit.*

9 *Bigamus fit ducens corruptam, quam credebat esse virginem.*

10 *Bigamus fit maritus cognoscens vxorem carnaliter, quæ etiam coactè commisit adulterium, etiamsi ei debitum reddiderit à Superiore compulsus.*

11 *Bigamus interpretatiuus etiam efficitur, qui duo iniit matrimonia irrita, vel saltem alterum irritum, & alterum validum.*

12 *Bigamus non efficitur, qui cum pluribus, aut cum vna & corrupta fornicatus fuerit.*

13 *Bigamum non inducit multiplicitas matrimonij rati, nondum consummati.*

14 *Bigamia incurritur per Matrimonium cum corrupta, aut cum pluribus mulieribus; non autem si vir cum pluribus copularetur meretricibus.*

15 *Bigamia similitudinaria contingit quando quis post votum solemne castitatis emissum in professione religionis, vel in susceptione sacrorum Ordinum, Matrimonium celebrat cum aliqua virgine, vel corrupta, eamque carnaliter cognoscit.*

16 *Bigamus excluditur à clericatu.*

17 *Bigamus non potest beneficia consequi.*

18 *Bigamus si ordinetur, characterem recipit.*

19 *Episcopus bigamum ordinans quam pœnam incurrat?*

20 *Bigamia vera irregularitas solo iure Pōtificio inducta.*

21 *Pontifex Summus in omnibus Bigamia speciebus potest dispensare.*

22 *Episcopus in Bigamia vera, vel interpretatiua ad Ordines etiam minores, & simplex beneficium dispensare non potest.*

a 3 Secun

23 *Secunda super hoc sententia refertur.*
24 *Tertia super hoc sententia refertur.*
25 *Prima verior, qua in certis casibus limitatur.*
26 *Episcopus valet dispensare in bigamia similitudinaria, si clericus cum vnica & virgine matrimonium contraxerit.*
27 *Episcopus in bigamia similitudinaria contracta etiam ex Matrimonio cum vidua, vel corrupta poterit dispensare, si ex delicto oriatur.*

1 RIPLEX à Doctoribus solet communiter bigamiæ species assignati, vera scilicet, interpretatiua, & similitudinaria, de quibus Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 3. Nauarr. *in man. cap.* 25. *n.* 195. Iacob. de Graff. *in aureis decis. lib.* 4. *c.* 27. *n.* 38. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 558. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 83. *num.* 2. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 41. *n.* 9. nouissimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccles. cap.* 45. *n.* 5. latè & nouissime Trasmiera *de polygamia q.* 3. *lib.* 1. Quamuis glos. *verb. in bigamus in cap.* 2. *de bigamis*, duas solas priores bigamiæ species conferat.

Vera bigamia coottahitur, quando quis verè duas vxores legitimè duxit, easque carnali copula cogoouir, *cap. deinde, cap. Acutius* 26. *dist.* Couar. *in Clem. si furiosus part.* 1. §. 2. *n.* 5. Milis *in suo repertor. verb. bigamus verus*, Tolet. *in instruct. Sacerdotum lib.* 1. *cap.* 70. Viuald. *in candelabro aureo part.* 2. *vbi de irregularitate bigamia*, Maiol. *de irregularit. lib.* 1. *c.* 33. *n.* 2. Villadiego *eod. tract. c.* 13. Vgolin *eod. tract. c.* 56. §. 1. *ad finem*, Zerol. *in praxi Episcopali part.* 1. *verb. bigami*, Brunor. à Sole *in locis commun. verb. bigamus* 2. Farinac. *fragment. criminal. part.* 7. *litt. B*, *n.* 113. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 3. *num* 25. Valent. *tom.* 4. *disp.* 7. & 19. *punct.* 5. Molin. *de Instit. tom* 4. *disp.* 67. *n.* 4. Rebel. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 3. *de Matrimon. quæst.* 20. *n.* 4. Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disp.* 83. *n.* 8. Coninch. *de Sacram. & censur. disp.* 18. *dub.* 11. *n.* 102. Campanil. *in diuersor. Iuris Canonici rub.* 11. *c.* 6. *n.* 3. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 6. *n.* 15. Bonac. *de censur. disp* 7. *quæst.* 2. *punct.* 5. *n.* 2. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 2. *in princ. vers.* 3. Thom. Valasc. *dict. alleg.* 41. *n.* 10. & nouissimè Trasmiera *d. q.* 3. *num.* 2. & *quæst.* 4. *num.* 1. *lib.* 1.

2 Aliqoi tamen acriter conteodunt non dici bigamum, qui ante baptismum alteram, aut vtramque habuit vxorem, eo quòd in baptismo qoidquid in veteri homine gestum est, solutum apparet, vt *in dicto cap. deinde*, & sentit Abb. *in cap gaudeamus num.* 16. *de diuortiis*, & non solum coofert gratiam, qua deletur peccatum originale, & actuale, verùm etiam delet omnem pœnam peccatis debitam, D. Thom. *q.* 69. *art.* 2. Pezant, Conioch, & Nugn. *ibidem*, Bonac. *de Sacram. disp.* 2 *q.* 2. *puncto* 7. *n.* 5. Sed verius est bigamum dici etiam, qui ante baptismum alteram, aut vtramque habuit vxorem secundum citatos *n.* 1. qui prædictæ obiectionis permoltas tradunt rationes, & responsiones, quarum aliquas congessit glos. *verb. inter peccata, in d. cap. deinde*, eaque omnium optima mihi videtur, quam refert D. Ambros. *lib.* 1. *officiorum, & lib.* 10. *epist.* 82. *ad Vercellen.* quòd culpa non lex lauacro tollitur, atqui non iterate coniugium legis est præceptum quoad suscipieodos Ordines: ergo Baptismus nequit coniugium, legemve auferre, sed tantùm peccata diluere, & sequelas illorum, sequuntur Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 7. Cardin. Bellarm. *in controuers. Cath. tractat.* 2. *de clericis cap.* 24. *vers. contra verò*, Campanil. *d. cap.* 6. *num.* 4. Bonac. *de censur. disp.* 7. *quæst.* 2. *punct.* 5. *num.* 13.

3 Nec obstat quòd infidelis non sit subditus Ecclesiæ, & per consequens non obligatur legibus ab illa impositis super irregularitatæ bigamiæ incurrenda. respondetur enim cum Suar. *tom.* 5. *disp.* 49. *sect.* 4. *n.* 14. bigamiam non cadere super infidelem pro tempore infidelitatis, sed super ipsum iam baptizatum, nam Ecclesia hunc facit irregularem ob iudicium incontinentiæ, ex eo quòd contraxerit bis Matrimonium, vel ob indecentiam, ex eo quòd contraxit cum corrupta. Nec etiam obstat quod infidelis occidens alium iustè, vel iniustè tempore infidelitatis, non est irregularis; nam respondetur hoc ita fuisse à iure constitutum, quòd irregularitatem homicidij non imposuit nisi ob patratum post baptismum, *cap. si quis viduam* 50. *distinct. cap. si quis post baptismum*, 51. *distinct.* Ratio manifesta est, quia Ecclesia non induxit impedimentum hoc ad Ordines suscipiendos in alicuius delicti pœnam, vt ea per Baptismum vnà cum delicto remittatur; sed quia id Matrimonium non est aptum ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia: qui defectus æquè inuenitur in Matrimonio ante baptismum, ac post illum inito, ita Sanch. *dict. lib.* 7. *disp.* 83. *num.* 9.

Interpretatiua bigamia ob id dicta quod à vera bigamia partim deficiat, partim vero illi assimiletur; & secundum alios ioterpretatious bigamus ita dictus quasi ex interpretatione factus vna caro cum vxore dioiserit carnem in plures, quatuor modis incurritur, & efficitur. Primus est, quando quis ducit viduam à priori viro cognitam, vel per fornicationem corruptam, & cum ea consummat Matrimonium. Secuodus quando virginem à se ductam, ac postmodum adulterij ream carnaliter cogooscit. Tertius qoando quispiam duo init & consummat Matrimonia, alterum de Iure, idest, validum, alterum de facto, idest, irritum, siue priori coniuge viuente, siue defuncta. Quartus quando duo init Matrimonia de facto, idest, ambo irrita; de quibus infra sigillatim à nobis agendum erit. 4

Primus ergo bigamiæ interpretatiuæ modus est, quando quis vnicam, sed corruptam duxit, nempe viduam à priori viro cognitam, *cap. si quis viduam, cap. præcipimus* 34. *dist. cap. quisquis* 84. *dist.* Nauarr. *cons.* 1. *n.* 2. *de bigamis*, Gregor. Lopez *l.* 4. *verb. que sea tit.* 1. *part.* 3. Henriq. *lib.* 12. *cap.* 6. §. 10. Flamin *de resign. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 191. Sanch. *dict. lib.* 7. *disp.* 84. *num.* 7. Nicol. Garc. *d. cap.* 6. *n.* 15. Campanil. *d cap.* 6. *n.* 5. Bonac. *d. punct.* 5. *n.* 5. *vers. interpretatiua*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *n.* 85. *in fine*, Beller. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 6. *n.* 1. Ioan. Mechado *in tract. del perfecto Confessor y cura de Almas lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 17. *docum.* 3. *n.* 7. Thom. Valasc. *d. alleg.* 41. *n.* 12. Trasmiera *d. tract. de polygamia q.* 4. *n.* 14. *lib.* 1. Etiamsi huiusmodi viduam inualidè duxerit (loquimur de eo, qui nec professus, nec in Sacris constitutus est.) Ita Nauar. *in manual. c.* 27. *n.* 195. & *d. cons.* 1. *in vtraque edit.* Henriq. *dict. cap.* 6. *num.* 9. *in fine, & in comment. litt. T.* Fr. Emman. *tom.* 1. *summa cap.* 158. *concl.* 4. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *dict. disp.* 84. *num.* 11. & *n.* 12. resoluit noo incurri irregularitatem si illud vnicum Matrimonium cum vidoa, vel corrupta sit validum, iuxta Ecclesiæ præsumptionē, quamuis in foro conscientiæ non sit tale. 5

Hoc etiam primo modo incurritur interpretatiua bigamia, quando quis aliam quocumque modo corruptam duxit, meretricem scilicet, aut concubinam, *cap. maritum.* 33. *distinct. cap. qui aliquo* 31. *dist.* Nauar. *in manual. cap.* 27. *n.* 195. *vers. interpretatiua est*, Rebuff. *de pacificis possess. n.* 193. *vers. quintus*, Flamin. *dict. q.* 3. *n.* 192. Campanil. *dict. cap.* 6. *n.* 6. Sanch. *dict. disp.* 84. *n.* 7. vbi *n.* 8. resoluit ab hac irregularitate excusari

contrahentem cum virgine, quam tamen credebat corruptam; quia censuræ nunquam incurruntur ob solam intentionem deficiente facto. Vnde in hanc bigamiæ interpretatiuæ speciem incidit ille, qui nubit fœminæ ab alio prius cognitæ, etiamsi ignorauerit eius corruptionem; Syluest. *in sum. verb. bigamia num.* 4. Auil. *eodem verb. num.*2. Sanch. *dict. disp.* 84. *num.* 5. Thom. Valasc. *d. alleg.*41. *num.*13.

7 At verò si ipsemet vir ducat fœminam à se solo deflotatam, bigamus non efficeretur, nec promoueri detineretur; nam irregularitas ducentis corruptam ideo contrahitur, quia cum fœmina, cum qua vir efficitur vna caro, diuiserit carnem suam in plures; censetur etiam virum diuisisse ea Iuris interpretatione, quod hic nullatenus reperitur; vxor enim non diuisit carnem suam in plures, cum ab vno solo cognita fuerit. Ita *glos. fin in dicto cap. debitum, de bigamis,* glos. *verb. desponsata in cap. qualis* 30. *q.*5. *& verb. contraxerunt in cap. vnic. de clericis coniug. in sexto,* & vltra Ordinarios citatis Iuribus, Couar. *in Clemen. si furiosus part.*1. §. 2. *num.* 2. *in fine,* Nauar. *d. num.*195. Henriq. *d. cap.*6. §. 10. Fr. Emman. *d. tom.*1. *sum. cap.*158. *num.*3. *conclus.*2. *in fine,* Viuald. *in candelabro aureo part.*1. *vbi de irregularitate bigamia num.* 4. Campanil. *d. num.*6. Sayr. *de censur. lib.*6. *cap.*4. *num.*17. Bellet. *dict.* §. 6. *num.* 28. plures, quos refert, & sequitur Sanch. *dict. disp.* 84. *num.* 14. nouissimè Trasmiera *dict. q.* 4. *à num.* 3. nouissimè Machado *d. docum.*3. *n.*8.

8 *Secundus* bigamiæ interpretatiuæ modus est quando quis ducens virginem, postquam adulterata fuerit, illam etiam ignoranter carnaliter cognoscit. Ita probant tex. *in cap. si vxius, & in cap. si laici* 34. *distinct.* Nauar. *d. n.*195. Maiol. *de irregularit. lib.*2. *cap.*33. *n.*6. Viuald. *vbi proximè n.*5. Matiens. *ad tit.*1. *in rub. glos.*1. *num.*102. *lib.*5. *noua recopil.* Veg. *in summ. part.*1. *cap.*38. *casu* 2. *& in espeio de curas cap.*12. *num.* 299. *& cap* 14. *n.*37. Tolet. *in summ. lib.*1. *cap.*66. Henriq. *lib.*12. *cap.*6. *n.*10. Fr. Emman. *in summ. tom.*1. *cap.* 158. *conclus.*3. *n.*4. Rebuff. *de pacificis possessoribus, num.* 184. *vers. sexto,* Flamin. *d. q.*3. *n.*189. Suar. *tom.* 5. *disp.* 49. *sect.*3. *n.*15. *&* 16. Sanch. *dict. lib.*7. *disp.*84. *num.*15. Nicol. Garc. *dict. cap.*6. *n.*16. Bellet. *d.* §. 6. *n.*39. Paul. Comitol. *respons. moral lib.*1. *q.*106. *n.*3. Bonac. *d. disp.* 7. *q.*2. *punct.*5. *n.*12. *vers.*3. Campan. *d. cap.*6. *n.*7. Villalob. *in sum. tom.*1. *tract.*21. *diffic.*31. *n.*6. Diana *part.* 4. *tract.*2. *resol* 40. Thom. Valasc. *dict. alleg.*41. *num.*14. Trasmieta *d. q* 4. *num.* 19.

9 Sic etiam ducens corruptam, quam credebat esse virginem, fit bigamus; nam in præsentiarum non agitur de vitio promouendi ad Ordines, ad quod desideratur scientia, sed de significationis defectu, quem potest pati ignorans, & lex promotionis factum requirit, non voluntatem, *cap. vltim.* 15. *quæst.* 1. Quare ita tenent multi ex supra citatis, & vltra eos Couarr. *dict. part.*2. §. 2. *num.* 2. *vers.* 3. Humad. *leg.*5. *super glos.*33. *n.*2. *tit.*5. *part.*1. Cornejo *in* 3. *p. D. Thomæ tract.*5. *de irreg. disp.*10. *dub.*2. *q.*4. Villalob. *tom.*1. *sum. tract.*21. *diffic.*31. *n.*6. Hurtad. *de censur. disp.* 2. *de irreg. diffic.*13. *n.*49. Turrian. *eod. tract. lib.*9. *disp.*70. *dub.*2. Auila *in simili tract. part.*7. *disp.*8. *dub.*1. Diana *part.* 4. *tract.*2. *resol.*41. vbi reprobat Emman. Sà, & Petr. de Ledesma contrarium tenentes nouissimè Ioan. Ma-
10 chado *d. docum.* 3. *n* 8 † Idem quoque dicendum est, quamuis illa coactè cognita commisisset adulteriũ, nam, etiam tunc maritus rem cum illa habens fit bigamus, quia vis illa præcisa excusat fœminam à culpa, sed non efficit matrimonium illud esse aptum ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia. Ita docent gloss. *verb. virgo in cap. nemo* 32. *distinct.* vbi Turrecr. *art.*1. *n.*1. Maiol. *dict. cap.*33. *num.*6. Viuald. *d. part.*1. *vbi de irregular. bigamia, n.*7. Henriq. *lib.*11. *de matrimon. cap.*6. *n.*10. Campanil. *d. cap.*6. *n.*7. Sanch. *dict. num.*15. *in fine.* Diana *vbi suprà.* Tandem idem dicendum est, etiamsi debitum reddiderit vxori adulteræ à Superiore compulsus, vt tenent Nauarr. *in man. cap.*16. *n.*27. Viuald. *d. part.*2. vbi *de irregul. bigamia, n.*6. Couarr. *d.* §. 2. *n.*2. *vers. quarto,* Flamin. *d. q.*3. *n.*189. Gutier. *Canon. lib.*1. *cap.*25. *num.*15. Maiol. *d. cap.*33. *n.*7. Sanch. *d. disp.*84. *n.*17. Bonac. *d. n.*12. Campanil. *d. cap.*6. *n.*8. vbi etiam dicit bigamum fieri, qui exteras prouincias peragrauit, longissimóque tempore à patria abfuit, ita vt probabiliter ferè omnes suspicati sint ipsum mortem cum vita commutasse; quare præcedente iudicio Ecclesiæ, licuit mulieri alteri nubere, consummato verò matrimonio redierit, qui absens erat, ac muliere instante ipse fuerit à iudice compulsus iterum illi iungi, nam profectò bigamus erit, de quo etiam Sayr. *lib.* 6. *c.* 4. *n.*19. Bonac. *d. disp.*7. *q.*2. *punct.*5. *n.*11. † *Tertius,* 11
& *quartus* interpretatiuæ bigamiæ modus est, quando quis duo iniit matrimonia irrita, vel saltem alterum irritum, & alterum validum, qui colliguntur ex ratione text. *in cap. nuper, in fine, de bigamis,* nam iste talis affectus est ad duo matrimonia ineunda, & ex parte sua vtrumque contraxit, licèt ex aliquo defectu vtrumque, vel illorum aliquod sit inualidum. Ita Nauarr. *cap.*27. *n.*105. Maiol. *d. cap.*33. *n.*3. Henriq. *d. cap.* 6. *n.*6. Trasmiera *d. q.*4. *n.*13. Campanil. *d. c.*6. *n.*9. nouissimè Ioan. Machado *d. docum.*3. *num.*11. plures quos refert, & sequitur Sanch. *dict. disp.*84. *num.*3. vbi *num.* 4. resoluit irregularem esse, qui vera vxore nondum cognita, eáque superstite ad aliud de facto matrimonium transit, illúdque consummans, si postea coactus ab Ecclesia redire ad legitimam vxorem, eam carnaliter cognoscat.

Qui verò cum pluribus fornicatus est, aut cum 12
vna & corrupta, nequaquam credendus est bigamus, *cap. pen. de bigamis,* neque verò qui ante, aut post matrimonium cum meretrice rem habuit, *cap. fraternitatis* 34. *dist.* Duo namque coniunctim peruecessaria sunt, vt bigamia contrahatur, matrimonium scilicet præcedens, & vsus venereus subsequens, Sanch. *dict. lib.*3. *disp.*83. *num.*3. *&* 6. vbi addit non oriri bigamiam, nec irregularitatem in foro conscientiæ ex copula absque seminis virilis emissione intra vas fœmineum, sed in solo foro externo ob præsumptionem perfectæ culpæ. Vnde † consequens est multi- 13
plicitatem matrimonij rati nondum consummati non inducere bigamiam, sicut nec est bigamus, qui ducit eam vxorem, quæ contraxerat matrimonium cum altero morte præuento ante illius consummationem, *c. vlt.* 34. *dist.* Sanch. *d. lib.*7. *disp.*83. *n.*5. Bonac. *d. punct.*5. *n.*5. vbi *n.*6. dicit multiplicia sponsalia non inducere bigamiam, etiamsi subsequuta sit copula.

Perquirenda à nobis ratio erit, cur bigamia in- 14
curratur per contractum matrimonium cum corrupta, aut cum duabus mulieribus, quamuis successiuè, & subsequenti copula consummatum, non autem si vir cum pluribus copularetur meretricibus, quanuis postmodum ipse fornicator aliam & virginem sibi matrimonialiter colligaret? Cui quidem propositæ dubitationi responsionem tradidit plures afferendo rationes diuersitatis, glos. *verb. cognitam in d. c. debitum,* quam ibi plures commendant. Quibus relictis verior illa communiter à Doctoribus adducitur ratio, quod scilicet consensus matrimonium ineuntis non cadit supra seipsum, sed fertur in alterũ coniugem, atque ita ipsamet contrahens est quasi terminus à quo: is autem cum quo contrahit, est quasi terminus ad quem fertur alterius coniugis consen

consensus: sed nullus actus sortitur speciem à termino à quo, sed à termino ad quem; vitium ergo corruptionis ipsius viri, qui est terminus à quo respectu sui matrimonij non debet ipsi nocere, vt bigamus efficiatur, sed vitium corruptionis in termino ad quem. Ita Maiol. *d.cap.33. n.3.vers. altera, in fine.* Couar.*d.§.2.n.3.* Vgolin. *de irregularit.cap.56.§.3.* Tiraquel. *in l.1.connub.n.35.* plures alios refert Cened. *ad Decretal. collect.166. num.4.vers.item,* quibus adde Sayr.*cap.4.n.13.* Suar.*d.disp 49. sect.3.n.9.* Valer.Reginald.*in praxi fori pœnitent.lib.30. num.86.* Bonac *d. punct.5 n 7.vers.rogabis,* Sanch.*de Matrimon.lib.7.disp. 84.n.9.* Gutier.*eod.tract.cap.107.n.11.vers.ratio.* Campanil. *d.cap.6. n. 11.* Sed aduersus hanc rationem insurgit Cardin.Bellarmin.*in controuers. Catholic. tract. 2. lib.1. de clericis, cap.24.vers.at hac,* vbi asserit quod si ipsa ratio subsisteret, certè qui duxerit secundam vxorem, & virginem, bigamus non esset; nam vitium nullum est in hoc matrimonio respectu mulieris, sed respectu viri; ergo terminatur ad mulierem bigamiæ incapacem, non autem à muliere ad ipsum virum. Quare ipsemet Card. Bellarm. aliam subdit rationem affirmans prohibitum esse Ordines suscipere, qui duxit fornicariam, non quia bigamia oriatur ex illo matrimonio, sed quia sic placuit Ecclesiæ ob dignitatem Sacerdotij.

15 Similitudinaria bigamia contingit quando quis post votum solemne castitatis emissum in professione Religionis, vel in susceptione sacrorum Ordinum, matrimonium celebrat cum aliqua, eamque carnaliter cognoscit, *cap. quotquot 124.27.quæst.1.* ex ea ratione, quia adstrictus voto solemni censetur spirituali quodam matrimonio coniunctus cum Christo, & Ecclesia, & deinde volens carnaliter cum alia coniungi per matrimonium, censetur celebrare duo matrimonia: quamuis autem secundum, scilicet carnale inualidum sit per impedimentum procedens à voto solemni, vel sacro Ordine, quia tamen adest effectus intentionis cum opere subsequuto, iudicatur bigamus similitudinariè propter similitudinem ad verè bigamum. Ita Nauar.*in manual. cap.17.n.195. vers.similitudinaria, & cons.1.n.7.vers.ex quibus, de bigamis,* in vtraque edit. Couar. *dict.§.2.n.2. ver.tertio,* Flamin. *d.quæst.3.num.190.* Vgolin. *d cap.56.§.3.n.4.* Sanch. *d.lib.7. disp.85. num.11.* Bonac.*d. punct.5. n.2. vers.bigamia,* Nicol.Garcia *d.cap.6.n.15.* Trasmiera *d. tract.de polygamia q.3. n.5. cum seq.* Campanil. *d. cap. 6.n.12.* Beller. *d. §.6. n.40.* nouissimè Ioan. Machado *d.docum.3.num.12.* Quod idem procedit, quamuis Clericus in Sacris constitutus cum virgine & vnica contrahat, per text. *in c.1. & 2. qui clerici vel vouentes,* vt docent *glos.fin.in cap sanè Sacerdotes, de clericis coniugatis,* Suar. *de censur. tom.5. disp.46.sect.6.* Coninck *disp.18. dub.11. n. 102.* Auila etiam *de censur. part. 7. disp.8.dub.1.* Præpos. *in 3.part.quæst.5.de irregul.dub.7. n.136.* Cornejo *in 3. part. D. Thomæ tract.5.de irregul. disp.10. dub.2. q.5.* & plures, quos refert, & sequitur Sanch. *d.disp.85.n.5.* vbi *n.10.* asserit hanc irregularitatem clerici in Sacris constituti, aut professi matrimonium ineuntis non oriri ex delicto, de quo etiam Fr.Emman. *in sum.tom.1.cap.158. num pen.* Henriq.*d. cap.6.n.11.* Quamuis Hurtado *de censur.disp.2.de irregul diffic.13.n 47.* & Turr.*eod.tract.lib.9. disp.70.dub. 3.* eastimauerint bigamiam similitudinariam non contingere quando clericus secularis in Sacris matrimonium contrahit.

16 Bigamus quis effectus ex aliqua prædictarum trium specierum excluditur à clericatu, *cap.1. & per totam 26.dist.c.maritum.33.dist.cap præcipimus, & c. cognoscamus 34.dist.c.quicunque, & c.non confidat 50.dist. c.1.& 2.45.dist. c.à multis, de ætate, & qualit. cap.1. de bigamis,* Bernard.*in pract cap.16.* cum citatis à Beller. *dict.§.6.num.1.* † Sicut prohibetur ordinari, ita pari- 17
ter Ecclesiastica consequi beneficia, Rebuff.*in tract. de pacificis possessorib.n.193.* Corras.*de beneficiis part.3. cap.4.n.2.* Sayr *d.lib.6.cap.5.n.9.* Auil.*de censuris part. 7.disp.8. dub 1,* Nicol.Garcia *dict. cap. 6. n. 1. & 2.* & propterea collationem beneficij factam bigamo inualidam esse obseruant Nauar. *cons. 3.num.1.de bigamis,* Flamin. *d.q.3.n.192.* etiamsi accedat Episcopi consensus, Azor. *institut. moral part. 2. lib.6. cap. 4. quæs.vndecimo:* character tamē clericalis non tollitur per bigamiam, sicut firmat Butr. *in cap. Ioannes num. 17.* vbi quòd clerico non potest euelli character per bigamiam, Imol. *n.18. in fine, de cleric.coniug.* & eandem opinionem sæpius amplexa est Rot. & signaliter *in Veronen. pensionis 23. Februar.* 1600. coram *Cardin.Lancelotto, & in Cæsaraugustana pensionis 18. Iunij* 1610. coram *eod.* in quibus dicitur, & pluribus auctoritatibus firmatur, quòd licet per bigamiam clericus priuetur exercitio, & priuilegio clericali, in fundamento tamen ratione characteris non destituitur clericatu quoniam *c.1.de bigamis lib.6.* non dicit quòd bigamus non sit clericus, sed solùm quòd est nudatus omni priuilegio, refert & sequitur Rota *in Ferrarien.pensionis 14. Iunij* 1624. corā *bonæ mem. Remboldo.*

Ordinatus igitur contra huiusmodi prohibitio- 18
nem characterem recipit, non tamen Ordinum executionem habet, sic intellecto tex. *in cap.si quis viduam 50.distinct.* reiecta restrictione glos. *verb.dispensare in fine in c.2. de bigamis,* vbi tantùm in suscipiente minores Ordines characterem conferri asserit. Nec obstat tex. *in c. quicunque 50. dist* quatenus videtur probare bigamum Ordinis executione non carere, quia procedit habita dispensatione; vt insinuant verba eiusdem tex. ibi, *hac sibi conditione veniam à nobis intelligat relaxatam,* &c. Incurrit etiam sic ordinatus pœnam priuationis Tonsuræ clericalis, delationis habitus, & priuilegij cuiuscunque Ecclesiastici, nisi sit initiatus Ordine sacro, cum iam non possit viuere, vt laicus. Ita Vgolin *dict. cap.56.§.5.n.3.* Sayr. *d.lib.6.cap.5.n.2.& 4.* Bonac. *dict. punct.5.in fine.*

Episcopus si scienter bigamum ordinauerit, in- 19
currit suspensionem annalem ipso iure à collatione eiusdem Ordinis, quem contulit bigamo, necnon à celebratione, vt per Nauar.*cons.3.n.2 sub.tit.de bigamis,* quia deponi insuper potest à potestate, & officio ordinandi, iuxta *cap.2.de bigamis,* gloss. *verb.successores, in cap.nullus pœnitentem.55.distinct.* additio verò ad dictum *cons.3.* Nauar. attestatur *à Sacra Congregat. Concil.* decisum Episcopum non posse Ordines bigamis conferre; si autem conferat, aliquam non incurrere pœnam ipso iure: & quidem de dicta pœna suspensionis à collatione Ordinis, quem contulit bigamo, nullus est Canon: nam *cap. eos, & cap. vltim. de tempor. ordinat. lib.sexto,* non loquuntur de ordinatione bigami, & pœnæ non sunt extendendæ ad alium casum, iuxta vulgaria Iura: nec *dict cap.nullum pœnitentem,* ponit talem pœnam suspensionis à mittendo; vnde potest intelligi quòd non sit ista ipso iure, sed ferenda per sententiam, vt colligitur ex illis verbis, *ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari,* quæ videntur denotare eam pœnam esse imponendam, cum delictum in iudicio probabitur. Ita Nicol.Garc.*d.cap.6.à num 8.* vbi *num.11.* admonet quod quamuis ex noua Const. Sixti V. contra cleric. male promotos à collatione Ordinum, exercitio Pontificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existeret; illa est iam redacta ad terminos Iuris communis, & Concil.Trident. per illam Clem.

VIII.

VIII. prout ipse Garc. asserit *p. 2. cap. 5. num.* 70.

Hæc bigamiæ irregularitas solo Iure Pontificio inducta est, cuius contrarium non inducit text. *in cap. 2. de bigamis*, dum habet non licere cum bigamis dispensare, quia verbum *licet* ibi importat difficultatem, non autem impossibilitatem quare abs-
21 que dubio tenendum, † ex eo, quia solo Iure Pontificio inducta est, posse Summum Pontif. in ipsa dispensare, vt asserunt D. Thom. *in 4. dist. 27. quæst. 3. in corpore*, & *ibi* Rich. Palud. & alij gloss. *verb. fiat, in c. lector. 34. dist.* Couar. *in Clem. si furiosus par. 1. §. 2. num. 4.* Nauar. *in man. cap. 27. n. 197.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 4. quæst. 7.* Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 8. n. 34.* Salzed. *ad Bernard. cap. 16. vers. dispensare.* Ludou. Miranda *d. quæst. 8. art. 2. conclus. 1.* Henriq. *lib. 12. cap. 6. §. 11.* nouissimè Marcel. Vulpe *in d. praxi cap 45. num. 8.*

Vtrùm autem Iudex laicus possit cognoscere si clericus bigamus sit? Negatiuam partem tenent Alex. *cons. 149. vol. 6.* Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 36. num. 73.* Diana *resol. moral. part. 4. tract. 1. resol.* 71. Quicquid contrarium resoluat Gabr. Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 24. num. 3.*

22 Principalis huius allegationis quæstio hinc opportuné petit, an Episcopus in bigamia vera, vel interpretatiua possit dispensare? In qua tres potissimas inuenio sententias.

Prima sententia, ipsaque verior tenet Episcopum non posse dispensare cum huiusmodi bigamis etiam ad Ordines minores, aut primam Tonsuram, aut beneficium etiam simplex, quia *cap. vnic. de bigamis lib. 6.* desumptum ex Concilio generali Lugdunens. interdicit bigamis in minoribus Ordinibus constitutis deferre Tonsuram clericalem, nec cómittit dispensationem Episcopo: tum quia hoc idem indicat generalitas Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap.* 17. & Episcopus nequit in Decreto generalis Concil. dispensare, vt dixi *alleg. 33. num.* 25. Quare hanc sententiam tenent Greg. *l. 5. verb. dos mugeres, tit. 5. part.* 1. nouissimè Marcel. Vulpe *d. cap. 45. à n.* 10. Couar. *in Clem. si furiosus part. 1. §. 2. n. 4.* Flamin. *d. q. 3. n.* 196. Tolet. *in summ. lib. 1. cap. 26. n. 8.* Humada *l. 5. gloss. 33. num. 3. tit. 5. part. 1.* Salzed. *ad Bernard. cap. 16. verb. dispensare*, Villalob. *in summ. tom. 1. tract. 21. diffic. 31. n. 13.* Turrian. *de censur. lib. 9. disp. 7. dub. 5.* Bellet. *d. §. 6. n.* 41. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepis. Neapol. part. 1. decis. 331. part.* 4. Diana *part. 4. tract. 2. resol.* 72. & secundum hanc sententiam fuisse decisum in *Sacra Cardin. Congreg.* testantur Armendariz *in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib. 2. tit. 19. de foro comp. n.* 16. Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 6. n. 5.* Piasec. *in praxi noua Episc. part. 1. cap. 1. n. 60.* Franc. Leo *d. cap. 6. n.* 36. Molfes. *in summ. Theologia moralis tract. 6. cap. 7. n.* 28. Ricc. *d. part. 4. decis. 331. num. 8. in fine*, Barthol. de Vechis *in praxi nouitior. disp. 9. dub. 15. num. 2.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 2. disp. 7. quæst. 3. num. 2.* D. Felician. de Vega *in d. §. de adulteriis num. 141. cum seqq.* nouissimè *me citato in hoc loco* Ioan. Machado *in tract. del perfecto confessor y cura de almas, lib. 1. p. 3. docum. 4. tract. 17. n. 1. cum seqq.*

23 *Secunda* sententia ait non posse Episcopum dispensare, vt bigamus promoueatur ad Ordines minores, & beneficia simplicia, posse tamen cócedere, vt inseruiat in Ordinibus minoribus antè susceptis, & vt beneficium simplex, quod ante possidebat, retineat. Ita Angel. *verb. bigamus num.* 8. Abb. *in cap. super eo num. 5. de bigamis*, Nauar. *in manual. cap. 27. num.* 197. Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. lib. 4. cap. 7. in fine*, Valent. *part. 4. disp. 7. q. 19. puncto 3. in 1. specie irregularitatis.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 158. conclus. 5. num. 6.* Viuald. *in suo candelabro, part. 2.* vbi *de irregular. bigamia, num.* 34.

Tertia sententia ait posse Episcopum dispensare, vt accipiat Ordines minores, susceptisque vtatur & quoad simplex beneficium. Ita D. Thom. *in 4. dist. 27. q. 3. art. 3.* vbi Palud. *q. 4. art. 5. concl.* 4. & Durand. *q. 3.* glos. *verb. dispensare, in fine, in cap. 2. de bigamis*, Angel. *in floribus Theolog. part. 1. vbi de matrim. q. 1. art. vltim. difficult. 1. conclus.* 2. Petr. de Ledesma *de matrim. q. 66. art. 5. concl.* 3. Iacob. de Graffiis *in aureis decis. lib. 4. c. 27. num.* 38. Borgas. *de irregul. part. 5. tit. de bigamis num.* 8. Henriq. *lib. 12. cap. 6. §. 11.* Bonacina *de censuris disp. 7. q. 2. punct. 5. n.* 15. Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 5. cap. 20. q. 2. & lib. 6. cap. 4. q. 8. & 11.* Sayr. *de censur. lib. 6. c. 6. n.* 11. Auila *eod. tract. part. 7. disp. 7. dub.* 4. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prelat. tom. 2. q. 8. art. 2. concl.* 2. Sanch. *dict. lib. 7. disp. 86. n.* 11. Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 1. q. 106. n. 5. & 6.* Cornejo *in 3. part. D. Thom. tract. 5. de irregul. disp. 10. dub. 1. q. 5.* Ioan de la Cruz *in direct. part. 2. de irreg. dub. 1. concl. 1.* Alzed. *in praxi Episcop. p. 2. c. 6. n.* 52. Ceuall. *commun. q.* 558. 24

Verùm priori sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quam quidem sequuta est *sacra Congreg. Concilij in Feretrana 13. Aprilis* 1630. in qua fuit resolutum bigamum effectum bigamia interpretatiua, etiamsi antea constitutus esset in Ordine Ostiariatus, non posse mortua vxore dispensari per Episcopum, vt in Ordine suscepto ministret. Eam tamen limitarem, nisi necessitas vrgeat ob ministrorum penuriam, nec esset aditus ad Pontificem ob loci distantiam, quia ob similem necessitatem potest Episcopus in lege Concilij generalia, vel Pontificia dispensare, vt dixi *alleg. 33. n.* 26. Quare sic limitant Henriq. *d. cap. 6. §. 11.* Sanch. *dict. disp. 86. num.* 14. Item limitarem in bigamia interpretatiua ex delicto consurgente, qualis est illa, quæ oritur ex duplici matrimonio, neutro existente valido, aut altero valido, & altero irrito, potest Episcopus, si delictum sit occultum, dispensare virtute Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap.* 6. Ita Henriq. *d. cap. 6. in fine*, Sanch *d. disp. 86. num.* 13. 25

Circa dispensationem in similitudinaria bigamia volunt quidam in ea Episcopo non concedi facultatem dispensandi, quamuis clericus vnicam, & Virginem duxerit; sic Maiol. *de irregularit. lib. 1. cap. 33. num.* 7. Alij è contrario tenent posse Episcopum dispensare, quamuis corruptam duxerit; sic Palat. *in 4. dist. 27. disp. 4. colum.* 15. & supponere videtur Henriq. *dict. cap. 6. num.* 11. dum ait difficilius dispensare Episcopum quando clericus cum vidua, aliàs corrupta contraxit. Ioan. Machado *d. lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 4. n. 4. cum seqq.* Verum Doctores communiter sic distinguendum censent. Si clericus ille cum vnica, & virgine contraxerit, potest Episcopus dispensare, secus si cum vidua, vel corrupta, vel duplex iniit matrimonium. *Primam* partem huius distinctionis probant sic necessariò intelligendam, ne aliis aduersentur, text. *in cap. Sacerdotes, de clericis coniug. & in cap. 1. qui clerici, vel vouentes.* Secundum verò text. *in cap. nuper, & in cap. fin. de bigamis.* Ita docent glos. *verb. dispensatiue in cap 1. & verb. in subdiaconatu in cap. 2. qui cler. vel vouentes, & verb. dispensari, in cap. nuper, de bigam.* Gomez *tract. breuium num. 20. & 21.* Couar. *dict. part. 1. §. 2. n. 2. vers secundo*, Nauar. *cap. 27. n. 197. in fine*, Selu. *de benefic. part. 4. quæst. 7. num 8. vers. 13. & 14.* Borgas. *de irregul. part. 5. tit. de bigamis, num.* 9. Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. part. 1. lib. 4. cap. 7. in fine*, Anton. Cuch. *lib. 4. instit. maior. tit.* 12. 26

*tit.*12.*n.*188.Valent.*part.*4.*disp.*7.*q.*19.*punct.*3.*in* 1.*specie irreg. in fine*,Sanch. *d.lib.*7.*disp.*86.*n.*22.Aloys.Ricc. *in praxi aurea resol.*220. Fr.Ludou. Miranda *d.tom.*2.*q.* 8.*art.*2.*concl.*3.Coninck *de Sacram.disp.*18.*dub.*11.*num.* 122.*& dub.*14.*n.*112.Vgolin. *de officio Episcopi part.*2. *cap.*57.§.4.*num.*3.Zerol. *in praxi part.*1.*verb. Irregularitas n.*7. Alxed.*d.part.*2.*c.*6.*n.*49. vbi *n.*50. respondet ad tex. *in cap. nuper, de bigam.* D.Felician. de Vega *in dict.* §. *de adulteriis n.*147.

27 At verò si ex delicto occulto oriatur irregularitas hæc similitudinariæ bigamiæ, poterit Episcopus dispensare, quamuis clericus in Sacris constitutus, aut professus viduam duxerit post sacrum Ordinem, vel professionem, Aloys.Ricc.*d.resolut.*280. Sanch.*d. disp.*8. *n.*23. & *n.*22. resoluit posse Episcopum dispensare in irregularitate bigamiæ similitudinariæ professi transeuntis ad matrimonium, quando professus est exemptus, si ex licentia sui Superioris subiiciatur Episcopo. Nam Prælatus Religionis circa suos Religiosos eisdem casibus dispensar, quibus Episcopus, Fr.Ludouic. Miranda *d q.*8. *art.*2. Henriq. *d. cap.*6.*n.* 11. *prope finem*, vbi etiam asserit, quod Abbas sæcularis non dispensat, nisi ex consuetudine sibi concedatur.

28 Prælati etiam Regulares, nec ratione sui muneris, nec vi priuilegiorum dispensare possunt cum nouitiis, aut professis in bigamia vera, & interpretatiua, etiam quoad Ordines minores; nam sicut Episcopi non habent hanc facultatem, vt supra ostendimus *n.* 22. ita nec ea gaudent Prælati Religionum. Quare sic in his terminis docent Fr. Barthol. de Vechis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp* 9.*dub.*15.*n.*2. nouissimè Ascan. Tamburin. *in tract.de iure Abbatum tom.*2.*disp.*17.*q.*3.*n.*2. Sigism. à Bononis *de elect.part.*2.*cap.*4.*dub.*71.*n.*2. Diana *part.*4. *tract.*2. *resol.*63.

29 Dixi, *nec vi priuilegiorum*, quia licet post Henriq.*in summ.lib.*12.*c.*6.§.11. *in commento lit.Z*, scripserit Auil. *de censuris part.*7. *disp.*8. *dub.*4. *concl.* 8. Religiosos dispensari posse in bigamia præfata ne dum à Superioribus, sed etiam à quocunque Confessario Ordinis, ex concessione Sixti IV. facta Minoribus, quæ habetur *in compend. priuileg. verb. absolutio extraord. quoad fratres, n.*5. vbi conceditur tam professis, quàm nouitiis, vt quilibet eorum possit semel eligere Confessarium de huiusmodi obseruantia, qui audita eius Confessione pœnitentiam salutarem iniungendo obseruat eos, &c. & dispenset eum eis in omnibus irregularitatibus, si quas fortè contraxerint, homicidio voluntario, & mutilatione semper exceptis. Ergo, infert idem Auila vbi supra, cum hoc priuilegio excipiatur solummodo homicidium voluntarium, quæ irregularitas est omnium grauissima, & non excipiatur alia, quæ sit facilioris dispensationis bigamiæ, sequitur super illam vigore memorati priuilegij dispensari posse.

Attamen contrarium iure optimo sustinent Col-
30 lect.priuileg.Mendicant. *in compend loco citato*, Nauar. *cons* 84.*n.*1. *de Regularib.in nouis*, Fr.Emman. *in summ. tom* 1.*c.*158.*concl.*7. Fr.Barthol.de Vechis *dict.dub.*15.*n.* 2. *in fine*, Hieron.Roderic. *in compend. quæst. Regular. resol.*16.*n.*14. Portel *in addit.ad dub.Regularia verb.dispensare n.*5. Laurent.de Peirinis *de Relig. Prælato.tom.*2. *q.*2.*cap.*5.§.8.*n.*99. Ratio est, quia generali concessione non veniunt ea, quæ quis in specie non esset verisimiliter concessurus, *cap.in generali, de regulis Iuris lib.* 6. non reseruata Principi, *cap. fin. de offic.Vicarij) lib.*6. Roland.*cons.*1.*n.*147.*lib.*2. Osasch. *Pedemont. decis.*29. *n.*5. Giouagn.*resp.*95.*num.*3 *lib.*1. at in specie facultas dispensandi generaliter super irregularitatibus non extenditur ad bigamiam, & homicidium voluntarium, vt tradunt Nauar.*sub tit de homicid.cons.*38.*in nouis*, Viuald. *in candelabro aureo tit. de irregul. num.* 312. Fr.Emman. *quæst. Regul.tom.*1. *q.*24.*art.*15. *& tom.*2.*q.* 105.*art.*1. *in fine*. Fr.Ludouic. Mirada *in manuali Prælator.tom.*2.*q.*8.*art.*14. *concl.*5. Homobon. de Bonis *de casibus reseruatis part.*1. *cap.*5.§. *quinto obseruandum fol.* 100. Igitur, &c.

Super impedimento verò bigamiæ similitudinariæ 31
poterũt Prælati Regulares cum nouitiis, ac professis sibi subditis dispensare in illis casibus, quibus id Episcopis licitũ esse supra diximus. *n.*26.*&* 27. quod præter *ibi* citatos docent Suar. *de Relig.tom.*4.*tract.* 8. *lib.* 2.*c.n.*11. Sigism. à Bononia *de electione dub.*71. *num.*2. Aduertit D.Felician. de Vega *dict.*§. *de adulteriis num.* 117. quòd bigamia quælibet dispensari potest per Prouinciales Ordinis Prædicatorum in Indiis, virtute concessionis Apost. de qua ibi.

Verum quia in hac materia dispensationis super 32
bigamiæ irregularitate extat noua S.Rotæ Romanæ decisio, quæ plures decidit casus scitu dignissimos, ideò pro complemento huius secundæ partis eam hîc inserere operæ pretium duxi.

R. P. D. VIRILI.

Ferrarien. pensionis 21. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Bigamus amittit priuilegia, sed non characterem indelebilem, bigamiæ verò incursui, & denudationi exercitij clericatus obuiatum est per dispensationem præuentiuam, ac derogationem. cap. 1. de bigamis, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica persona illa dicitur, quæ habet primam Tonsuram*, & num.2.

3 *Prima Tonsura est Ordo, & clericalis character indelebilis.*

4 *Clericus vt quis remaneat, non tamen gaudeat priuilegiis clericorum, potest insimul stare.*

5 *Dispensatio præuentiua, & præseruatiua remouens de medio obstaculum Canonis inductiui bigamiam, impedit incursum bigamiæ, & efficit, vt remaneat non solùm præseruatus clericatus habitu indelebilis, sed etiam exercitium ad effectum dispensatum.*

6 *Habilis de Iure communi, & ex dispensatione Papæ idem est.*

7 *Habilis de Iure idem est, quod ex priuilegio tam in odiosis, quàm in fauorabilibus.*

8 *Dispensatio clerici ad bellum præseruat ab irregularitate.*

9 *Iudices in vim priuilegij antecedentis præseruantur ab incursu irregularitatis.*

9 *Iudices in vim priuilegij antecedentis præseruantur ab incursu irregularitatis.*

10 *Concilia generalia indigent expressa derogatione.*

11 *Dispensatio dicitur pura, & præuentiua cum tempus dispensationis attendi debet, licet vt præuentionis executionis, & effectu quis fruatur, expectandi sint casus futuri expressi in dispensatione.*

12 *Pensiones per contractum Matrimonij extinguuntur.*

13 *Dispensatio antecedens præseruata, subsequens tollit.*

14 *Papa*

14 *Papa voluntas declaratur ex inſcriptione.*

15 *Diſpenſatus pro penſionibus retinet clericatum illaſum ad effectum diſpenſatum.*

16 *Tranſactionis penſionis caſum quando comprehendat diſpenſatio ad obtinendas, & conſequendas penſiones reſeruatas.*

17 *Clericatus impreſſus indelebilis remanet poſt bigamiam.*

18 *Papa quando plenarie legitimat, vel cum derogatione obſtantium, remouetur omnis macula natiuitatis.*

19 *Bigamiæ incurſui, & denudationi exercitij Clericatus eſt obuiatum ob diſpenſationem præuentiuam, & ob derogationem* cap. 1. de bigam. lib. 6.

20 *Papa vere diſpenſat in defectibus Iuris poſitiui, & non ficte diſponit, itaut vere & proprie ſemper quis remaneat idem prout ab initio erat ante bigamiam, vel caſum irregularitatis.*



SIXTUS Papa V. Cardinali Montalto ex ſorore germana Pronepoti duas facultates transferendi penſiones conceſſit; vnam ad fauorem vnius, vel plurium perſonarum Eccleſiaſticarum, quibus Translationes ſuffragari voluit, perinde ac ſi per ipſum Pontificem conſiſtorialiter legitimis, & vrgentiſſimis cauſis de Cardinalium conſilio factæ fuiſſent; alteram ad fauorem vnius, vel plurium perſonarum etiam Hoſpitalium Regularium expreſsè profeſſorum, aut aliàs ſimilibus de cauſis incapacium, aut nondum Clericali charactere inſignitorum ex nunc, prout ex tunc, poſtquam eodem charactere fuerint inſigniti.

Idem quoque Sixtus diſpenſauit D. Principem Perettum Pronepotem iam Clericali Tonſura inſignitum ad retinendum, & percipiendum quaſcunque penſiones reſeruatas, etiamſi contigerit, vel non contigerit contrahere matrimonium cum quacunque muliere etiam vidua, & ſucceſſiuè cum diuerſis nupta, ac aliter corrupta ſemel, vel pluries, & ad ſecunda, ac etiam plura laicalia, ſeu matrimonialia vota, aut ſecundas nuptias tranſire, decernendo per contractum matrimonij etiam pluries vt præfertur reiterati penſiones minimè extinctas eſſe, aut fore, minuſque annullari, aut inualidari, cum derogatione Prouincialium, Synodalium, Lateranenſis, aliorumque etiam Generalium Conciliorum, necnon Pij Papæ V. declarantis penſiones per futuri matrimonij contractum extinctas cenſeri.

Virtute ſupradictarum facultatum Cadinalis Montaltus annuam penſionem ſcutorum trium millium auri in auro ſibi reſeruatam ſuper fructibus Epiſcopatus Ferrarienſis tranſtulit ad fauorem Principis Peretti eius fratris, & diſputato dubio coram Reboldo *ſub die* 14. *Iunij* 1624. dixerunt Domini, tranſlationem ſuſtineri; quo iterum reprapoſito *ſub die* 15. *May* 1626. Domini ſteterunt in decifis. Vnde cum D. Cardinalis Lenius voluiſſet tertia vice audiri, vtraque parte Informante *ſub die* 21. *Martij* 1627. cenſuerunt Domini non eſſe recedendum à deciſis tam inſpectis ambabus facultatibus Cardinalis Montalti, quam diſpenſatione D. Principis.

1 *Prima* enim facultas transferendi eſt ad fauorem vnius, vel plurium perſonarum Eccleſiaſticarum, & D. Princeps ad differentiam laicorum ſecundum ſubiectam materiam penſionis, eſt perſona Eccleſiaſtica, cum habeat primam tonſuram, quæ efficit, vt dicatur Clericus, & perſona Eccleſiaſtica, *cap. cùm contingat, de ætat. & qualit. cap. cleros.* 20. *diſtinct.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 2. Lap. *alleg.* 138. *num.* 12. & dixit Rota *in Abulen. Penſionis* 27. *Iunij* 1608. coram *Card. Lancellotto*, & *in Veronen. penſionis* 23. *Februarij* 1600. coram *eodem*, in qua dum ageretur de interpretatione Indulti Pij V. ad fauorem Cardinalis Alexandrini, vt poſſet transferre penſiones in perſonas Eccleſiaſticas, fuit dictum Marchionem Bonellum vxoratum eſſe perſonam Eccleſiaſticam, ex quo habeat primam Tonſuram. Verba enim de perſonis Eccleſiaſticis ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam penſionum, de quibus Sixtus V. loquebatur. Aym. *conſult.* 16. *num.* 3. Seraphin. *deciſ.* 398. *num.* 7. & *deciſ.* 121. *num.* 11. & *deciſ.* 559. *num.* 2. & ideò ad effectum penſionis acquirendæ Princeps dicitur perſona Eccleſiaſtica, per præallegata. Baſſæ. *verb. irregularitas* 4. *num.* 6. me citato *in hoc loco* Ioan Machado *in tract. del perfeto Confeſſor y Cura de Almas, lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 17. *docum.* 3. *num.* 2.

Secunda verò facultas transferendi eſt ad fauorem illorum, qui non fuerint Clericali charactere inſigniti, ex nunc prout ex tunc poſtquam eodem charactere fuerint inſigniti, & conſequenter multò magis virtute iſtius ſecundæ facultatis, ſat eſt quod Princeps iam haberet Tonſuram, cum hîc Sixtus conformet ſe cum eiſdem verbis Concilij *ſeſſ.* 23. *cap.* 2. ibi, *qui iam Clericali Tonſura inſigniti eſſent.* Vnde tales habentur pro Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis ad effectum penſionis. 2

Neque obſtat, quod Princeps per bigamiam remanſerit denudatus omni priuilegio Clericali, *cap.* 1. *de bigam. in* 6. & ideò non ſit perſona Eccleſiaſtica, ſed purus laicus, & qualitas Clericalis remanſerit extincta, cum ſecundum Theologos prima Tonſura non ſit ordo, nec imprimat characterem: quia quicquid dicant Theologi, magis communis ſententia Canoniſtarum tenet contrarium, quam Rota pluries ſequuta eſt, quod ſcilicet prima Tonſura ſit Ordo, & Clericalis character indelebilis, & bigamus amittat quidem priuilegia, ſed non characterem indelebilem, & remaneat Clericus, text. enim *in cap.* 1. dicit quòd bigamus eſt nudatus omni priuilegio Clericali, non tamen dicit quod non remaneat Clericus. Ita tenent Botr. *in c. Ioannes num.* 17. Imol. *num.* 18. *in fin. de Cler. coniugat. c. cùm contingat*, & *ibi* gloſ. *in verb. Abb. de ætat. & qualit.* Hoſt. *col.* 1. Ioan. Andr. *col.* 2. Butr. *num.* 6. Cardin. *quæſt.* 2. Ægid. *quæſt.* 7. Anchar. *in fin.* Abb. *num.* 1. Gemin. *in cap. Cleros colum.* 1. *in fin.* vbi Præpoſ. *num.* 4. *diſtinct.* 21. Abb. *in cap.* 1. *num.* 6. *de vit. & honeſt. cleric.* Felin. *in cap. ſicut pro certo num.* 2. *de ſimon.* Gabr. *conſ.* 181. *num.* 3. *lib.* 2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 731 *num.* 5. & 6. *part.* 1. Sylueſt. *in ſumma in verb. Ordo*, Couar. *in cap. quia nos num.* 4. *de teſtam.* Card. *in clement. dudum in* 8. *not. de ſepult.* Gregor. *deciſ.* 516. *num.* 8. & 9. Rot. *deciſ.* 1. *num.* 6. *de bigam. in nou.* & fuit dictum in ſupradicta *Veronen. penſionis*, & *in Cæſarauguſtana penſionis* 18. *Iunij* 1610. coram *Card. Lancellotto*: † ſtant enim ſimul quòd quis remaneat Clericus, non tamen gaudeat priuilegiis Clericorum, Abb. *in cap.* 1. *num.* 6. *de vit. & honeſt. Cleric.* & propterea Princeps per characterem impreſſum & indebilem habitu ſemper remanet Clericus. 3 4

Nec dicatur quòd per bigamiam amittantur Clericorum priuilegia, & eorum exercitium, illiſque Princeps remanſerit denudatus, & character mortificatus, iuxta *dict. cap.* 1. *de bigam in* 6. Quia cum Sixtus Quintus ad effectum penſionis (vt ſupra relatum eſt) diſpenſauerit Principem ante incurſum bigamiæ, verſamur in diſpenſatione præuentiua, & præteruatiua, quæ remouendo de medio obſtaculum Canonis inductiui bigamiam, impedit incurſum 5

incursum Bigamiæ, & efficit vt remaneat non solum præseruatus Clericatus habitu indelebilis, sed etiam exercitium ad effectum dispensatum respectu pensionum, iuxta tenorem dispensationis præuentiuæ, ac si bigamia nunquam esset incursa, ita vt remaneat Princeps in eodem statu primæuo, prout erat ante bigamiam, Turrecrem. *in cap. quisquis ante num.* 1. & *ibi* Præpos. *num.* 1. & Gemin. *ibidem distinct.* 84. Molin. *de Iust. & Iure tom.* 2. *tract.* 2. *disput.* 108. *vers. quoniam eo ipso*, Suarez *de legibus lib.* 6. *c.* 11. *num.* 4. & 5. Sanch. *de Matrim lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 1. Azor. *instit moral. lib.* 3. *cap.* 15. *in princip.* & quod ita dispensatus remaneat idem acsi non indiguisset dispensatione, Ioan. Andr. *in regul. in Generali num.* 3. *vers. quadragesimus septimus,*
6 *de regul. Iur. in* 6. † tanta enim est via Apostolicæ dispensationis præuentiuæ quoad defectus Iuris positiui, quod quis dicatur esse in eadem habilitate, & idem sit esse habilem de Iure communi, vel ex dispensatione Papæ, Anchar. *cons.* 404. *in primo dub.* Dec. *cons.* 542. *num.* 4. Rebuff. *super concord. rub. de collat.*
7 *§. præfatique Ordinarij in verb. Idoneis.* † Idemque sit esse habilem de Iure, quàm ex priuilegio, iam in odiosis, quàm in fauorabilibus. Bald. *in l. cum o.s oratione, in princ. ff. de excus. tut.* Rol. *cons.* 79. *num.* 7. *lib.* 1. & propterea decisio *in Cæsaraugustana pensionis* 18. *Iunij* 1610. coram *Cardinal. Lancelloto num.* 13. dicit quòd vbi adest dispensatio Papæ, præseruatur clericatus ad effectum pensionis, nec per bigamiam amittitur Clericatus, & tradit Capr. *concl.* 97. *n.* 82.
8 Sicuti † dispensatio Clerici ad bellum præseruat ab irregularitate, Molin. *dict. tom.* 2. *de inst. & Iure tract.* 2. *disp.* 108. Auila *de censur. part.* 7. *de homicid.*
9 *in bello, disp.* 6. *dub.* 2. *in concl.* & † Iudices in vim priuilegij antecedentis præseruantur ab incursu irregularitatis, Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 18. Si ergo impeditur incursus bigamiæ, pinguius Ius concessit Principi Papa, quam si expressè dispensasset super bigamia.

10 Eoque magis, quia Sixtus derogauit Conciliis generalibus, & sic *dict. cap.* 7. desumpto ex Concilio generali Lugdonen. Dec. *cons.* 341. *num.* 10. *vers. & in tali clausula.* Prob. *ad Monach. in cap. cùm in tua, num.* 24. *de consuet.* Abb. *in cap. ex parte num.* 2. *vers. saltem in genere, de capell monach.* Gozad. *cons.* 6. *num.* 53. & fuit dictum in *Conchen. exemptionis decimarum* 17. *Martij* 1589. coram *Orano.*

11 Nec obstat quod in dispensatione Principis adsint verba, *si contigerit contrahere Matrimonium, &c.* quasi cum verba sint conditionalia, effectus dispensationis fuerit collatus post incursam bigamiam, quia omisso quod verba dicunt, *& si contigerit, vel non contigerit*, &c. quæ fuerunt apposita vt exprimerentur casus dispensationis, cum Papa de præsenti dispenset; ex quo vtitur verbo temporis præsentis, *dispensamus*; dispensatio dicitur pura, & præuentiua, cum tempus dispensationis attendi debeat, licet vt præuentionis executione & effectu quis fruatur, expectandi sint casus futuri expressi in dispensatione. Gig. *de pens. consil.* 23. *num.* 10. *vers. puto tamen*, & fuit dictum *in Cæsaraugustana pensionis* 18. *Iunij* 1590. coram *Gypsio.*

12 Et quod effectus dispensationis sit prius ante incursum bigamiæ, apparet ex sequentibus verbis dispensationis, videlicet, *Decernentes per contractum matrimonij etiam pluries vt præfertur reiterati, pensiones minimè extinctas esse, aut fore, minusque annullari, & inualidari*: ergo præueniendo, & præseruando; nam cum per contractum Matrimonij, pensiones extinguerentur, Gig *de pens. quæst.* 54. & *cons.* 23. *num.* 7. & 10.

& dicitur *in supradicta Cæsaraugustana pensionis* 18. *Iunij* 1610. coram *Cardin. Lancelloto*, Papa non reuiuiscendo pensiones, sed præueniendo casum extinctionis, reliquit eas in primæuo statu, & vna pars dispensationis aliam supplet, & declarat, *l. qui filiabus ff. de leg.* 1. & propterea supradicti DD. distinguunt tantùm inter dispensationem antecedentem & subsequentem; nam † antecedens præseruat, subsequens 13
tollit, Suar. *de legib. d. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 4. Molin. *dict. disp.* 108. *§. est verò*, Azor. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 15. *in princ.*

Nec dicatur quòd Papa dispensauerit cum Principe tanquam laico, qui de Iure est capax pensionis 14
temporalis, non autem tanquam persona Ecclesiastica, quia apertè apparet Papam voluisse dispensari cum eo vti habente primam Tonsuram, & persona Ecclesiastica, tum quia litteræ dispensationis sunt inscriptæ, *Michaeli Clerico*; ex inscriptione enim declaratur Papæ voluntas ad ea, quæ tradit Ioann. Andr. *in reg. non licet, numero* 2. *de reg. Iur. in* 6. Lap. *alleg.* 7. *per tot.* Gig. *de pens. quæst.* 22. *numero* 8. Rot. *in Toletana Indulti* 14. *Martij* 1625. coram *Remboldo*, tum quia si Princeps non obstante bigamia remanebat Clericus, & habebat Characterem indelebilem secundum opinionem Canonistarum à Rota approbatam, vt supra dictum est, fit potius verisimile quòd Papa voluerit considerare hanc qualitatem, quam Princeps habebat, & præseruare exercitium Characteris impressi ad effectum retinendi & consequendi pensiones, cum longè facilius detur retentio, & dispensatio, vt quis ministret in Ordine iam suscepto, Seraph. *decis.* 625. *num.* 6. & *in puncto bigamia.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 86. tum quia cum de stylo Curiæ pro pensionibus requiratur Clericatus, intentio Papæ, & eius gratia recipit interpretationem à supradicto stylo, Felin. *in cap. super litteris numero* 8. *de rescript.* Cassad. *decis.* 12. *num.* 14. *de præb.* Put. *decis.* 181. *numero* 6. *lib.* 1. tum quia pro pensione ad fauorem laici non requirebatur derogatio Conciliorum etiam Generalium, ex derogatione colligitur qualitas gratiæ & intentio Papæ, Bald. *in l. eam quam num.* 36. *C. de fideicomm.* tum quia ista dispensatio est præuentiua, & sic resistit incursui bigamiæ, vt supra deductum est; tum quia sequeretur quod ante bigamiam Princeps retineret pensionem vti Clericus, postea verò vti Laicus, & ista mutatio non præsumitur, seu potius continuatio, & conseruatio eiusdem status; tum quia magis conuenit decori Ecclesiæ, vt tanquam Clericus retineat & acquirat pensiones, quàm vti Laicus, tum quia parum aut nihil ista dispensatio suffragaretur si intelligeretur concessa vti laico.

Non obstat quòd Princeps non gaudeat Priuile- 15
gio fori, & aliis priuilegiis, seu effectibus clericatus, quia sufficit quòd sit dispensatus pro pensionibus; nam in hoc casu dispensationis retinet Princeps clericatum illæsum, Turrecr. *in cap. quisquis, in princip. vers. nisi cum tali dispensetur*, & *ibi* Præp. *vers. tamen si corrigantur*, & Gemin. *distinct.* 84.

Nec obstat quòd dispensatio ad obtinendas, & 16
consequendas pensiones reseruatas, & reseruandas non comprehendit casum translationis pensionis, nisi exprimatur, vt videtur desumi ex Vrall. *decis.* 322. *part.* 2. & *ex decis.* 143. *num.* 1. *part.* 2. *in recent.* quia in supradicta dispensatione sub verbis *retinendi, recipiendi, consequendi ac exigendi pensiones reseruatas, & reseruandas*, comprehenditur etiam casus per viam translationis, Greg. *decis.* 18. *num.* 3. & fuit dictum *in Romana pensionis* 17. *Iunij* 1622. coram *Buratto;*

& ratio eſt, quia in tranſlatione extinguitur penſio antiqua, & reſeruatur noua, Gabr. *conſil.* 186. *n.* 6. *lib.* 1.

17 Non obſtat quod præuentio, & perſeueratio diſpenſationis operetur quoad culpam, & pœnam, non autem quoad antiquum ſtatum perſonæ Eccleſiaſticæ, de quo bigamus remanet denudatus; cum Papa non occultauerit explicitè, aut implicitè contrarium, vt fit in poſtliminio, in quo fit occultatio contrarij per fictionem contra veritatem fingendo nunquam quem fuiſſe apud hoſtes, *§. ſi ab hoſtibus, verſ. nam poſtliminium, Inſt. quib. mod. ius patria poteſt ſoluitur, l. poſtliminij ff. de capt. & poſtlimin. reuer.* nam exemplum poſtliminij ſubſequitur factum, & ideo per fictionem requiritur ſublatio, & occultatio illius, quod habuit effectum; at in diſpenſatione præuentiua, non requiritur aliqua occultatio, cùm illa præſeruet ab incurſu bigamiæ, vt ſupra deductum eſt: vnde ſi non ſequitur euentus, & factum incurſus bigamiæ, non requiritur occultatio, vltra quod ſecundum opinionem Canoniſtarum poſt bigamiam remanet Clericatus impreſſus indelebilis, & ſic bigamia nõ eſt contraria Clericatui, nec illi repugnat. Ioan. Andr. *in c. ſuper n.* 12. *de bigam.* Rot. *d. deciſ. vnic. n.* 3. *de bigam. in nou.* Nauar. *de redditib. Eccleſ. monit.* 1. *q.* 57. *num* 9. *in fin. & num.* 12. *&* 13. Archidiac. *in cap. Lector num.* 2. *diſt.* 34. ſed ceſſat priuilegiorum exercitium per diſpenſationem, *cap.* 1. *de bigamis in* 6. quæ diſpenſatio, ſeu obſtaculum quoad exercitium ſi forſan habet vim contrarij, non ſolum occultatur, ſed de medio tollitur, & conſeruatur exercitium Clericatus ad effectum penſionum ex diſpenſatione præuentiua ſupradicta cum derogatione Conciliorum etiam Generalium, & ſic *d. c.* 1. *de bigam. in* 6. de quo propterea nulla eſt habenda conſideratio.

Nec etiam applicatur exemplum Cæcorum, & Mancorum, & Curuorum, & ſpurij, qui ſi diſpenſentur ad ſuccedendum, remanet macula, Achil. *deciſ.* 6. *n.* 2. *qui fil. ſint legit.* Seraph. *deciſ.* 351. *num.* 14. prout Cæci, Manchi, & Curui remanent cum eorum defectu, quamuis diſpenſentur.

18 *Primò*, quia vbi Papa plenariè legitimat, vel cum derogatione obſtantium remouetur omnis macula natiuitatis, gloſſ. *in auth. quibus mod. nat. effician. ſui §. fin. in verb. participium.* Caſtr. *conſ.* 41. *n.* 2. *lib.* 2. Anchar. *conſ.* 225. *num.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 23. *num.* 32. *verſ. ſecunda eſt, & paulò poſt verſ. cum derogatione obſtantium.* Rot. *deciſ.* 505. *num.* 6. *p.* 1. *diuerſ.* hic autem Papa diſpenſauit cum derogatione ampliſſima omnium Conciliorum, etiam generalium, & ſic *dicti cap.* 1. *de bigam. in* 6.

19 *Secundò* exempla ſupradicta ſunt in caſibus, in quibus macula eſt incurſa, hic incurſus bigamiæ non euenit ob diſpenſationem præuentiuam, & ob derogationem *cap.* 1. *de bigam. in* 6. eſt obuiatum denudationi exercitij Clericatus ad effectum penſionis, Oldrad. *conſ.* 327. *in princ.* Bart. *conſ.* 17. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Feder. de Senis *conſilio* 30. *verſ. ſed diſpenſatio non eſt*, Bellam. *conſ.* 32. *n.* 5. *&* 17. Abb. *in cap. fin. num.* 4. *de ſchiſmat.*

Tertiò quicquid ſit quoad defectus naturales, ſi 20
illi per diſpenſationem Papæ remoueantur, vel ne, & requiratur fictio, vt tradunt DD. *in l. gallus §. quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum.* Bartol. *in l. fin. num.* 2. *C. de his qui ven. ætat. impetr.* vtique in defectibus Iuris poſitiui ſi Papa diſpenſat verè, & non fictè diſponit, & præueniendo efficit vt etiam ſecundum rei veritatem nunquam ſit incurſa bigamia, vel irregularitas inducta ex diſpoſitione Canonia, ita vt propterea verè, & propriè ſemper quis remaneat idem prout ab initio erat ante bigamiam, vel caſum irregolaritatis, *cap. lector diſt.* 34. vbi Archidiac. *num.* 2. Turrecrem. *in cap. quiſquis, ante num.* 1. *verſ. niſi cum tali diſpenſetur*, Præpoſ. *verſ. tamen ſi corrigantur*, Gemin. *ſuper* 1. *gloſſ. verſ. nihilominus diſtinct.* 84. Ioan. Andr. *in reg. in generali num.* 3. *de reg. Iur. in* 6. Oldr. *conſ.* 215. *num.* 5. Dec. *in cap. at ſi Clerici §. de adult. num.* 168. *de iudic. & conſ.* 206. *num.* 6. Sot. *diuerſ. deciſ.* 505. *num.* 3. *in fin. part.* 1.

Gratia Clementis Papæ VIII. non indiget Princeps, niſi ad effectum non geſtandi habitum, & Tonſuram, cùm (quicquid ſit reſpectu penſionum, quas Princeps obtinebat, & non deferebat habitum, & tonſuram, & ideo intrare poſſet conſtitutio Sixti Quinti contra non incedentes, &c. aduerſus quam adeſt gratia Clem. VIII. & reualidatio,) tamen reſpectu iſtius penſionis nuper tranſlatæ, de qua agitur, non intrat Conſtitutio quam poſt gratiam de non incedendo in habitu, & tonſura fuerit acquiſita; Conſtitutio enim Sixti extinguit penſiones ob non delationem habitus, & Tonſuræ, non tamen reddit illum incapacem obtinendi penſiones futuras.

Nec obſtat, quòd dicta Conſtitutio Sixti innouet Conſtitutionem Bonifacij VIII. relatam *in cap. vnico, de Cler. coniug. in* 6. quia Conſtitutio Bonifacij loquitur in Clerico, qui cum vnica & virgine contraxerit; nam ſi Tonſuram, & veſtem Clericalem deferat, retinet duo priuilegia, illud videlicet *c. ſi quis ſuadente* 17. *q.* 4. Alterum quod non poſſit conueniri coram Iudice ſeculari pro ſuis delictis, iuxta Pariſienſe Concilium: ſi verò non deferat, priuatur iſtis duobus priuilegiis; ex qua Conſtitutione Bonifacij nihil poteſt inferri ad incapacitatem Clerici gaudentis penſionibus, & non deferentis habitum, & Tonſuram reſpectu acquiſitionis penſionis futuræ.

Atque ex his, & aliis meliùs explicatis in duabus deciſionibus Remboldi, ita fuit reſolutum, &c.

FINIS PARTIS SECVNDÆ.



INDEX

Rerum, & Verborum notabilium, quæ in his tribus partibus, de Officio, & potestate Episcopi, continentur.

Prior numerus partem, alter paginam, tertius sectionem margini adscriptam denotat.

A

Abbatum potestas, auctoritas, & officium.

Abbatia, & Abbatissa.

Abbatissarum electio.

Acolytatus,

Index Rerum,

Anj

Index Rerum,

Archiepi

Barb,

Index Rerum,

Bene

Index Rerum,

Benefi

Bigamia, & Bigamus.

Brachara

Capellania

Capellania, & Capellanus.

Capitulum.

Carcer.

Cardinalatus, & Cardinalis.

Castitas.

Clerici

Index Rerum,

Index Rerum,

Constitutio

Index Rerum,

Defun

Index Rerum,

debent

Parochialis

Index Rerum,

etiam

Dispensatus.

Dispositio.

Distributio.

Distribu

E

Ebrietas.

Ecclesia.

Cathedralis.

Parochialis

Index Rerum,

cu.u

Episcopus

Episcopus

Episcopus

Index Rerum,

Index Rerum,

Irreprehensibilis.

Iudex.

Iuramentum.

Iurisdictio.

Iurisdi

Index Rerum,

Iuspatronatus.

Iustitia.

L.

Laicus.

Laici

Lapis.

Lectio, & Lector.

Legatum.

Legatus.

Legitimatio.

Miles.

Index Rerum,

seu

Monitio.

Monitorium.

Index Rerum,

OEconomum

a

Ordinatio, & Ordinator.

Ordinatus.

Ordo.

Ordines

Originarius.

Origo.

Ostiarius.

P

Pallium.

Panis, & vinum.

Papa.

Paraphernarij

Index Rerum,

Pastor.

Pater.

Patres

Percussio

Peregrinus.

Periurium, & Periurus.

Permutatio.

Persona.

Petrus Apost.

Prælatorum

Præscriptio.

Index Rerum,

Præsentatio.

Præsentatus.

Præsul.

Præstimonium.

Presbyter.

Prima instantia.

tiis

Index Rerum,

Procura

Relegatus.

Religio.

Societas

Vide

Terminus

Index Rerum,

Victus.

Vidua.

Vigilantia

Index Rerum,

F I N I S.